SUPPLEMENTUM

ET CASTIGATIO AD SCRIPTORES

TRIUM ORDINUM S. FRANCISCI

A WADDINGO, ALIISVE DESCRIPTOS;

CUM ADNOTATIONIBUS AD SYLLABUM MARTYRUM EORUMDEM ORDINUM.

OPUS POSTHUMUM

FR. JO: HYACINTHI SBARALEÆ

MINOR. CONVENTUAL. SAC. THEOLOG. MAGISTRI.

ROMÆ MDCCCVI.

EX TYPOGRAPHIA S. MICHAELIS AD RIPAM, APUD LINUM CONTEDINI

SUPERIORUM FACULTATE.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
PIO VII.
PONTIFICI MAXIMO.

BEATISSIME PATER.

NOn casu factum puto, PATER BEATISSIME, ut, quod jam pridem paratum fuerat ab Hyacintho Sbaralea mei Ordinis Presbytero eruditissimo Franciscanæ Bibliothecæ Supplementum, licet aliàs in hoc curas suas avide intenderint studiosi Viri, elapsis tot annis, & quidem felicioribus, nondum prodierit in lucem. Scilicet hæc mihi a Superis reservata gloria est, eo fortasse consilio, ut, cum multa debeam SANCTITATI TUÆ, nihil concinnum & Pontificia dignum Majestate de meo habens, quod redderem, præter gratum animum perennemque tuarum in me beneficentiarum memoriam, alienis meritis debito meo aliquatenus satisfacerem. Immortales sint DEO OPTIMO MAXIMO grates, qui Literarum damnum mihi vertit in lucrum. SANCTITATI itaque TUÆ Supplementum istud gaudens & gratulabundus offero, consecro, dedico. Peramanter, de more, & benigne excipe, quæso, & opus & offerentem, eumque supplicem dignare APOSTOLICA BENEDICTIONE prosequi, dum provolutus ad pedes tuos, eosque reverenter osculatus, vere & ex animo esse gloriatur

SANCTITATIS TUÆ

Romæ ex cœnobio SS. XII. Apostolorum die 1. Junii 1806.

Humillimus, atque addictissimus Servus, & Filius
Fr. Nicolaus Papini Minister Generalis
Minorum Conventualium

APPROBATIO.

Jussu Reverendissimi P. Magistri S. A. P. perlegi, atque expendi Opus, cui titulus = Supplementum, & castigatio ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci a Waddingo, aliisve descriptos &c. = Nihil in eo deprehendi aut ab Orthodoxæ Fidei principiis alienum, aut a morum regulis dissonum, sed quæ in prædicto Supplemento afferuntur, a Scriptoribus fide dignis excerpta sunt. Quapropter censeo, opus hoc luce dignum fore.

Datum in Conventu S. M. S. M. hac die 7. Julii 1806.

Fr. Th. M. Mancini Ordinis Prædicatorum S. Theol. Mag. ex Provincialis, Theologus Casanatensis, ac S. R. C. Consultor.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Rev. Patr. Sac. Palat. Apost. Magistro.

Benedictus Fenaja Archiepiscopus Filippen. ac Vicesgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Th. Vinc. Pani Ord.Præd.Sacri Palatii Apostolici Magister.

ADMO-

ADMONITIO EDITORIS.

Quadragesimus tertius nunc excurrit annus a morte cl. viri Fr. Joannis Hyacinthi Sbaraleæ Minor. Conventual. sac. Theol. Magistri, cum datur facultas emittendi in lucem diu expetitum ejus Supplementum ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci. *Causa longioris moræ fuit difficultas in recensendis, apteque disponendis correctionibus, & additionibus tam frequenter in autographo circumquaque sparsis, & in fine coadunatis, ut Operis primo scripti volumen cura posteriores, si non superant, certe exæquent. Scopulum tamen hunc, qui plures detinuit, patienti labore, pertinacique studio fregit Fr. Franciscus Antonius Contarinius ejusdem Instituti sac. Theol. Magister, qui juste reputans Sbaraleæ lucubrationes dignas esse, ut in manibus eruditorum versarentur, sollicite se totum illius mss. conquirendis, & ordinandis addixit; eosque præmitti cupiens, quibus Historia Franciscana illustratur, primò* Annalium Ordinis Supplemento *disposito, ad hoc deinde ordinandum se convertit. Sed fere tertia ejus parte utcumque confecta, consilium mutare coactus est. Cum enim Venetiis pararetur perfectior editio Italiæ Sacræ Ferdinandi Ughelli, Contarinius aliorum precibus potius flexus, quam sua sponte consensit operam & ipse conferre suam, communicando ea, quæ Sbaralea perficiendo Operi tantæ utilitatis collegerat; cœpit itaque innumera ejus folia ad hoc parata evolvere, & adnotata in schedis apte disponere, quod eum decem annis occupatum detinuit non exiguo, sed inutili labore, editione prius dilata, editoris deinde morte etiam subsecuta. Resumpserat tamen Contarinius intermissum Opus Scriptorum, sed variis curis distentus primo Assistentis Generalis Ordinis, deinde Consultoris S. R. U. Inquisitionis, quibus officiis interea temporis promotus fuerat, incepti laboris continuationem, pro qua viam complanaverat, mihi dimisit, cujus cura ad hanc qualemcumque perfectionem deducta est. Atque hæc dicta sunto, ne debita laude fraudetur vir pius, eruditus, de Ordine optime meritus, Parmæ inter suos confratres immaturo fato absumptus* 8. *idus Decembris anno* 1799.

Prodit itaque Supplementum hoc juxta methodum præstitutam a Waddingo, quem Sbaralea pedetentim sequens, ipsius librum pro data occasione illustrat, corrigit, supplet, suis locis Scriptores ommissos interserit, eosque cum illis, qui leguntur apud Waddingum, in unam seriem per nomina romano numero invicem colligat, Scriptores autem ab eodem Waddingo relatos præfixo numero arabico a ceteris novissime adjunctis distinguit. Idem ordo servatur etiam in Supplemento Martyrum post Scriptores relato. Indicem autem nominum ommissi, quia peritis visus est inutilis in Opere per nomina disposito; in Indice vero materiarum placuit partitionem a Waddingo inductam fere integre retinere tum in venerationem autoris, tum quia sub illis titulis pluries citatur a Sbaralea, qui eo pluries utitur ad Operis correctionem. Aliqua etiam in fine addere placuit anecdota, de quibus vide monitum eis præfixum. Paululum vero hæsi, an cum aliis mixtos, vel potius in appendicem rejectos ederem Scriptores, quos Sbaralea accepit a Joanne a S. Antonio, & in autographo separatim descriptos inveni; sed melius duxi eos cum aliis in-

intexere, tum quia nullum periculum est, ut Sbaralea plagii crimen incurrat, qui nunquam adnotare ommittit per quos profeceret, tum quia si quid accipit a Jo: a S. Antonio, reddit cum usura, in eo etiam adhibitis non raro illustrationibus, & correctionibus. Hinc autem factum est, ut multo plures Scriptores novissime adjuncti legantur in serie, quam qui in præfatione promittuntur.

Quamvis autem probe noverim, aliena scripta edenti nihil addere licere, nemo tamen, arbitror, crimini adscribet, si exploratius aliquid ex certis monumentis de nonnullis autoribus, eorumque Operibus, variisque editionibus nactus, licet raro, illud quoque inserui, ratus eis non deformari Opus, sed perfici. At multo plura correcta, & addita reperiet lector in fine, excerpta potissimum e mss. novissime mihi liberaliter exhibitis a Rmo Patre Ministro Generali Ordinis, qui antea idem argumentum tractaverat, & pro amore suo in Ordinem, quem suaviter moderatur, ope, & opera editionem adeo efficaciter promovit, ut pene ipsi referri debeat, quod hic Sbaralea labor e tenebris emergat.

Multo equidem plura huc potuissent corrivari hausta ex variis Scriptoribus, & illis quidem diligentibus, & eruditis, qui novissime de Litteraria Historia tractantes pro data occasione de Franciscanis etiam egerunt; sed mihi Opus Sbaraleæ recensenti sine ullo librorum auxilio, & in summa temporum calamitate, & editionem curanti in loco nimis incommodo, ut ne quidem exactissime pro voto erratorum typographi emendatio cesserit, neque opportunitas, neque animus fuit ulteriorem illi perfectionem procurandi.

Moneo tandem, quidquid hic refertur de servis Dei sanctitatis fama ornatis, eorumque miraculis, spiritu prophetia, & aliis divinis charismatibus, quæ nondum Sancta Romana Ecclesia approbatione decorata sunt, juxta sanctiones Apostolicas Urbani Papæ VIII. non aliam obtinere fidem, nisi historicam.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Ex multis, variisque libris, quos lectitanti mihi licuit evolvere, unus occurrit aliquando, in eumque incidi, de quo illud judicavi, non inepte, nec inutiliter factum, ei animum adjicere, & operam, si quidem opus esset, impendere: eoque mihi etiam dignior visus est, quem in curam, & sollicitudinem meam reciperem, quod ad eum Ordinem, Institutumque attineat, cui a teneris annis adhærere contigit; & cui litare semper mihi non solum optatissimum fuit, sed etiam necessarium. Erat is Lucæ Waddingi liber *de Scriptoribus Ordinis Minorum* ad molis quidem rationem mediocris, ad materiam vero, & argumentum modicus, omnium tamen, qui hoc argumentum tractarunt, locupletior; memoria namque tenebam, me legisse apud Bartholomæum Pisanum Conformit. xi. par. 2., neminem posse *multitudinem librorum per Fratres Ordinis istius editorum retexere*: quod si seculo hujus Ordinis secundo, quo autor ille scripsit, innumera fuerunt edita volumina; quot putandum seculo quinto, quo Waddingus Scriptorum Syllabum collegit, extitisse? Nec movebar Pisani autoritate, ac fide per quosdam non minus heterodoxos, quam improbos, procacesque exagitata, ac pene labefacta; quippe quod & ille vindicem nactus est idoneum; & ego, cum illum legerim, agnovi quid esset in eo vitandum, quidve sequendum. Sed utcumque tandem ille scripserit; nunquam mihi non suspicandum fuit, num apud Waddingum ii omnes hujus Ordinis habereutur, qui monumenta sua literis tradiderunt; non quod is diligens, & doctus, eruditusque non fuerit; sed quia verendum erat, ne quod aliis multis usu venisse scimus, ipsi quoque multa, ac diversa pertractanti non acciderit: hoc autem est, ne multos inscius, nolensve prætermiserit; & plura corrigenda aliis conscripserit. Nec sane frustra dubitatum est; ut primùm enim oculos admovi libro, ipse libri titulus parum arrisit; est autem hujuscemodi: *Scriptores Ordinis Minorum*: cum tamen trium Ordinum S. Francisci *Minorum*, *S. Claræ*, & *Pœnitentium* Scriptores complectatur: deinde simulatque paucas paginas percucurri, confestim intellexi, non parva eum indigere manu; majoremque in eo, quam qui hucusque, laborem, & indaginem adhibendam esse. Quod equidem ego facere cum cœpissem, & multum temporis variorum autorum evolvendis monumentis insumpsissem, reperi Scriptores plusquam septingentos ab ipso prætermissos: eorum vero, quos exhibuit, Opera multa sæpe numero ignorata; patriam, ætates, nomina, temporaque nonnunquam vel omissa, vel depravata: nonnullos nostris accensitos, qui nunquam tales extiterunt: aliquos etiam non semel repetitos: & quosdam in indices recensitos, in Opere vero prorsus desideratos: aliaque corrupta, erratisque adeo inquinata, ut omnium nequaquam sit illa posse evitare. Id quod factum quoque observavi in *Syllabo Martyrum Ordinis Minor.*, cui plusquam centum addendos deprehendi. Quapropter operæ pretium existimavi, ea, quæ animadverti; collegi, emendavique, publici juris facere ob eam causam, eaque utilitatis spe, quam alii etiam clarissimi viri, qui *de Scriptoribus* libros condiderunt, habuisse noscuntur: maxime cum hic non unus petatur, castigetur, suppleaturque Waddingus; sed quidam alii, ac in primis Oudinus, qui materiam hanc, & argumentum, videlicet de Scriptoribus Ecclesiasticis tractare, nostrosque etiam describere ingressus, non paucos errores admisisse, ipsumque Waddingum immerito non semel carpsisse notatur. Edam autem, quos possum, non ut volo; vellem enim & plures, & omnes quidem recensere; cum non me fugiat, adhuc extare plurimos, innumerosque; quandoquidem Pisanus memoratus Conformit. viii. par. 2. affirmat, *multos alios Fratres ad prædicandum diversas postillas*, *& ser-*

& sermones, ac tractatus, qui numerari non possunt, compegisse: verum partim temporum edacitas, partim monumentorum inopia, vituperandaque rei tam necessariæ quorumdam incuria nobis impedimento sunt, quominus Opus copiosius, & quoad ejus fieri posset, perfectius exeat in publicum.

Musicorum porro, sive mavis Cantorum genus illud, non quod de ratione numeri sonori, de regulisque modulationum disserit (de hoc enim merito inter Scriptores agendum sentio, & omnes conveniunt); sed quod musicis notis dumtaxat cantica, ac verba excipit, aut exprimit; utrum Scriptoribus adjungi debeat, adhuc dubius hæreo; non enim hi mentis sensa explicant, sed cantus characteres, & modos exponunt: quos tamen solent complures recentes Catalogorum conscriptores, & Waddingus ipse unum, & alterum exposuit: ego vero nonnullos melioris notæ, illustrioresque, & de quibus etiam suspicari potest, aut scitur, non notas tantum, sed & verba quandoque condidisse, referam; ceteros, qui sane admodum multi sunt, dabit quamprimum amicus meus meique Instituti rerum musicarum peritissimus.

Postremo *Continuationem* Operis, quam usque ad hæc nostra tempora collegi, jam his attexere statueram; sed edere nunc supersedeo quibusdam ex caussis nec ipsis quidem paucis, nec etiam prorsus inanibus; daturus tamen aliquando, cum per easdem, atque alia mihi plane licuerit.

* Jam ista contexueram, cum intellexi, laborem istum etiam a *Fr. Joanne a S. Antonio* Salmanticensi Strict. Reformat. Discalceat. susceptum, tribusque tomis comprehensum anno 1732. lucem aspexisse; quod Opus quum ad me ut deferretur, curassem, illudque satis percurrissem; multa quidem illum addidisse cognovi, & multa castigasse; quippe qui non correctionem modo Waddingi, verum etiam, & meliori successu, *continuationem* confecisse; plurima tamen aliis addenda, & castiganda reliquisse. Non enim nonnullas Bibliothecas adire, earumque mss. codices evolvere aut potuit, aut quo posset, operam dedit; unde illius Operis usus, & utilitas magis in *continuatione*, quam in correctione elucet.

His adjungam Joannem Franchinum *de Scriptoribus Ordinis Minor. Conventual.* ab anno dumtaxat 1585. usque ad 1690., & *Dionysii Genuensis* Bibliothecam Ord. Capuccinor. a *Bernardo Bononien.* ejusdem Instituti suppletam, & continuatam usque ad annum 1747.; sed hi solummodo ultima secula respiciunt, ego autem priora potissimum, & antiquiora, difficilioraque lustrabo.

SUP-

SUPPLEMENTUM
AD SCRIPTORES
TRIUM ORDINUM S. FRANCISCI.

A

I.

ACCURSIUS A S. PETRO Lusitanus Provinciæ Algarbiorum Regul. Observ. Lector emeritus patrio idiomate vulgavit.

Concionem dogmaticam habitam in solemni actu fidei. Eboræ an. 1644. in 4. apud Dominicum Lopez Rocam teste Joanne a S. Antonio to. 1.

* ADALBERTUS — V. *Albertus Deboleski*.

* ADAM ANIOL — V. *Adam Haniol*.

II.

ADAM BLUNT Scotus sac. Theologiæ Doctor, & Roxburgensis Cœnobii Guardianus claruit an. 1296., quo a Joanne Baliolo Scotorum Rege ad Eduardum I. Angliæ Dominum missus est Orator, ex Holinshedi Hist. Angl. apud Thomam Dempsterum in Hist. Eccles. Scot. lib. 2. n. 173., qui addit, eum *in Reges fide*, *amore in patriam*, *literatura Theologica* paucos pares ætate sua habuisse: scripsisse autem

Pro Rege Jo: Baliolo lib. 1., qui an. 1296. ab Eduardo Rege captus, & spoliatus est Regno.

Summarium Sententiarum.

Conciones, & *Lecturas Philosophicas*, *Theologicasque*: de quibus tamen fides sit penes Dempsterum ipsum autorem suspectum.

III. 1.

ADAM BOCFELDIUS = hunc in *Metaphysicam* Commentarios edidisse, testatur Jo: Balæus ex Lelando de Scriptor. Angl., videturque floruisse seculo XIV. post annum 1340., cum ejus non meminerit Thomas Ecclestonus. Joannes a S. Anton. sequitur Waddingum cum Sanning.

Summa Magistri Adæ Befeld super libros Meteororum extabat olim in Bibliotheca secreta sac. Conventus S. Franci. Asisii in VI. solario versus orientem, ex Inventario illius Bibliothecæ an. 1381. confecto, cujus finis erat: *& sic determinatur sententia totius libri Methaurorum*.

IV. 2.

ADAMUS BURVINCH = de quo & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

V.

ADAM EBORACENSIS in Ordinis exordio sacras Literas legit in Oxonien. Gymnasio, vel Universitate; inde ab Helia Generali Ministro Lugdunum in Gallia evocatum una cum *Philippo Gualensi* scribit Thomas Ecclestonus col. 10. apud Anton. Vood in Hist., & Antiquit. *Universit. Oxonien.* lib. 1. pag. 71., ut ibi una simul eodem fungerentur munere.

Lectiones Theologicas scripsisse nemini dubium esse debet; cum illis temporibus nullus aliena dictare soleret, quin *commentarios* saltem, ac *expositiones* proprias adjiceret. Et quidem *Lecturam Lugdunensem Adami* citat antiquus autor notarum marginear. ad q. 3. prologi Senten. Gregorii Ariminen., quam huic Adamo adjudicandam censeo, cum nemo alius hujus nominis ibi docuisse legatur. De eo Wadd. ad an. 1250. n. 10. in Append. ex Pitseo.

3.

ADAMUS GODDAMUS = idem est ac *Adam Woddam*, de quo infra; & causa erroris fuit, quod litera *V* theutonice scripta invenitur ut *G*; hinc ab autoribus modo *Adam Goddam*, modo *Woddam* appellatur; quodque Anglis *Vodam*, & *Valensis*, Gallis est *Godam*, & *Galensis*.

VI. 4.

ADAMUS HANIOL = Regul. Observ. alumnus.

VII. 5.

ADAMUS HIBERNICUS = Gregorius Ariminensis citat hunc lib. 1. dist. 42. q. 2. art. 1., & lib. 2. dist. 2. art. 1., ac dist. 6. quæst. 6. art. 1. *Doctorem modernum* appellat; est autem *modernus* Scriptoribus illius ævi idem atque vivens; dicitur vero in margine *Hibernicus*. Alphonsus etiam Toletanus postea Archiepiscopus Hispalen. autor synchronos in 1. Sent. dist. 44. quæst. 1. *Hibernicum* adducit. Hinc Jacobus Waræus de Scriptor. Hibern. lib. 1. cap. 10. probabile putat esse eumdem cum *Adamo Goddam*.

VIII. 6.

ADAMUS DE MARISCO = Rogerius Baccon autor suppar in *Majori Opere*, al. *Compendio* apud Gulielmum Vorilong in 4. dist. 12., & in libro *de laude sac. Scripturæ* ad Clementem IV. cap. 27. 28., & 31. apud Henricum Warthon to. 2. Angliæ Sac. pag. 344. testatur, duos suis temporibus *omne scibile* scivisse, Robertum Capitonem Episcopum Liconien., & *Fr. Adamum de Marisco*; & in suo de Mathematicis Opusculo par. 3. de utilitatibus Grammaticæ quasi aliqua transtulerit; & par. 4. dist. 1. cap. 3. *famosissimum* dicit ob Mathematicam; ut observat supra memoratus autor Hist. & Antiq. Universit. Oxonien. lib. 1. Etiam Paulinus Puteolanus Episcopus, qui scripsit sub Clemente V., in *Speculo de Gestis mundi* cod. 608. scam. 18. Biblioth. S. Crucis Florentiæ cap. 229. par. 26. habet: *Adam de Marisco Magister doctus, & sanctus, cujus corpus seculares Fratribus obstulerunt, & sepelierunt juxta Linconiensem Episcopum i: Robertum Grossatestam in Ecclesia Cathedrali*. Hoc ipsum ante eum scripsit Fr. Salimbene Parmensis in Chron. ms. pag. 307., ubi ait, multa *Scripta* fecisse, sicut Linconien. Episcopus, cujus socius erat. Autor autem coævus Fr. Rodulphus Ord. Præd. in Epist. nuncupat. præmissa Vitæ S. Richardi Episcopi Cestrensis, quam scripsit circa annum 1270., apud Bolland. to. 1. April. die 3. pag. 278. vocat *morum honestate, & scientia famosum Fr. Adam de Marisco Ordinis Fratrum Minorum*:

rum: quem cum Episcopum non enunciet, verum erit, ipsum quidem promotum, sed Cathedram non tenuisse illam.

In Cantica Canticorum, &

In Dionysium Areopagitam Commentarios huic primum affixit Possevinus in Appar. sac., quem vereor, in hac re deceptum; nam Petrus Rodulphius, a quo videtur mutuatus Possevinus, lib. 3. non Adami hos Commentarios esse scribit, sed ejus Magistri Abbatis S. Andreæ Vercellensis; quod ipsum asserit & Henricus Willot.

Commentarium super Epistolam ad Hebræos Adami Anglici ms. extare Lovanii in Biblioth. Canonicor. Regul. S. Augustini in Valle S. Martini testatur Anton. Sandero par. 2. Biblioth. Belgicæ ms., & creditur hujus Adami.

Adæ de Marisco Opuscola mss. servantur in Bibliotheca Cotton. Baron. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 638. Biblioth. mss.

Epistolas non solum ad Robertum Capitonem dedit, verum etiam ad alios, uti ad Fr. Gulielmum Nottinghan seniorem suæ Provinciæ Ministrum, & ad Richardum de S. Agatha *Universitatis Cancellarium*, quas autor Hist. Antiqu. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 72., & 152. citat, & lib. 2. pag. 56. refert extare mss. in Biblioth. Cotton. Ejus *Epistola* ad Serallum Archiep. Eboracen. data an. 1253. ms. extat Oxonii in Biblioth. Bodlej num. 1705. inter codd. mss. Digbei cod. 104. num. 12.

* ADAMUS PARISIENSIS, quem hoc loco interserit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 10. ex Francisco Haroldo ad an. 1236. n. 4., est *Adam Goddam* Doctor Parisien., de quo supra, & ex Mariano, Cronicisque antiquis memoratus a Waddingo ad eum annum, numeris inversis pro 1326. num. 9.

I X. 7.

ADAM SASBOLDUS =

Homiliarum Opus prodiit & Antuerpiæ an. 1562. in 12., quarum quatuor *de B. Virgine* habentur etiam in Bibliotheca Virginea Petri de Alva, & Astorga to. 1. an. 1648. cusa. De eo Sixtus Senen. lib. 4. Biblioth. sanctæ, & Continuator Annal. Minor. to. 18. ad an. 1553. n. 11.

X. 8.

ADAMUS WODEHAMENSIS = plerumque, sed corrupte, *Goddam*, ut Jo: Major de Gestis Scot. lib. 21. & 27. primus crediderit, feceritque diversos; unde ad alios error erupit: unus certe *Adam Godam* memoratur ab antiquo, suppariquè scriptore Barthol. Pisano Conformit. VIII. par. 2., aliisque pluribus post eum; & idem Jo: Major in Vita ejusdem Adami libris Sententiar. præfixa testatur, ab aliis eum dici *Goddam*, ab aliis vero *Voddam*, vel Voddheam, ut & apud Morerum V. *Goddam*, & apud autorem Hist. Antiq. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 76.; sed corruptius etiam *Odoham* vocatur a Lelando. Tamen Waddingus ipse in Annal. Ord. Min. unum facit *Adam Goddam*, quem in hoc Opere alios sequutus duplicavit.

Logicam, & *Philosophiam* scripsisse hunc Adam eruimus ex ejus Vita a Jo: Majori edita, ubi inquit: *Ocham, & Adam accedunt in Logica, & utraque Philosophia*: additque ex antiquis monumentis, eum in Scholis audivisse *Gulielmum Ocham*, & *Cathonem*: hinc *Adam Nominalem* appellat Petrus Tataretus lib. 3. dist. 14. quæst. 1.

Lecturas Theologicas binas edidisse pro more illorum temporum, quarum succum, & medullam extraxerit Henricus Hoyta, perhibet memoratus Jo: Major; & quidem non tantum ipse in 1. Senteut. dist. 1. q. 4. citat *secundum Lecturam Adæ* sed etiam autor Notarum marginear. ad librum Gregorii Ariminen. 1. q. 1. prol. art. 3., & 2. dist. 30. quæst. 2. art. 1., qui & dist. 26. q. 1. art. 2. vocat Scriptorem *modernum*, & alibi *solemnem Doctorem*: similiter Alphonsus Tolestanus, qui florebat an. 1345., sæpe hunc adducit in 1. dist. 1. q. 4. art. 3., q. 6. art. 3., dist. 3. q. 1. art. 2., dist. 17. q. 4. art. 3. &c., vocaturque *Doctor modernus*, idest tunc vivens.

In Magistrum Sentent. libri quatuor Adami Goddam, quorum prologus incipit: *Ista enim est lex Adami* &c.; Opus vero: *Circa primam distinctionem* &c., prodierunt quidem Parisiis an. 1510. typis Henrici Stephani, mox an. 1512. apud Jo: non Gappium, al. Gravium ex Jo: a S. Anton., sed *Barbier* cura *Joannis Majoris* Doctoris Parisien., qui & Operi Vitam autoris præmisit: sed Adami profecto non sunt, verum *Henrici Heytæ*, qui ex Adamo nonnulla collegit, & Opus imperfectum emisit. II. Senten. incipit: *Circa illud, quod dicit Magister* &c. III. *Circa tertium librum, quem Londoni toto anno pertractavi* &c. IV. autem: *Circa principium quarti* &c. Adami porro non esse liquet, cum in toto Opere passim *Adæ* nomen occurrat, suumque de illius opinione judicium quandoque collector non sileat; uti lib. 2. dist. 1. q. 8. illis verbis: *secunda* (sententia), *quam tenet Adam, videtur esse contra Decr.* &c. Plurima collector, vel Epitomis autor prætermittit; nam in 1. Senten. lib. septima distinctio, quæ tamen nominatur quæst. 7. dist. 33., non habetur; sicut nec aliæ ab 8. usque ad 17., nec non ab hac ad 33.; in II. pariter libro nonnisi prima legitur distinctio; & in III. nonnisi 14., cujus initio scribitur: *Circa tertium librum, quia alias London. toto anno pertractavi q. 13. primarum distinctionum, nunc incipio a dist. 14.*; in IV. autem libro q. 5. ait: *istam quæstionem valde diffuse pertractat hic Adam; & ideo, si velis, require in ipso*; & in fine Operis hæc habet; *quoniam tua* (Deus) *gratia præveniente, & cooperante ad hoc Opusculi de Lectura Sententiarum Adæ conscripti a principio usque ad finem me perducere dignatus es* &c.: idque peregisse sub *Gregorio XI.*, qui ab anno 1371. ad 1378. sedit, eruitur ex quæst. 3. lib. 3. dub. 5., ubi legitur: *iste terminus* Summus Pontifex præsens *significat præcise Greg. XI.*: necnon *Viennæ* in Austria, cum ibi addatur: *conceptus in nostra mente congregati Rex Bohemiæ præsens futurus* &c.; Rex autem Bohemiæ id temporis dominabatur & Austriæ Carolus IV. factus Rom. Imperator. an. 1346., obiitque anno 1378. Hinc liquet, hoc Opus esse *Henrici Hoytæ* supra memorati, quem Wernerus in Fasciculo temporum, & Trithemius tradunt, circa annum 1390. *Viennæ* in Austria legisse; quemque inter eruditissimos Logicos, Metaphysicos, & Theologos enumerat, veteribusque æquiparat Jo: Gerson 2. Lectione 5. Consider. de sensu literali sac. Scripturæ, ubi *H. de Henta* super Sent. libros adducit; quos Jacobus Philippus Bergomen. in Supplem. Hist. lib. 14. sub an. 1406. scribit incipere: *Circa prologum primi Sent.*

Adam Goddamus in 4. libros Sententiarum ms. extat in Biblioth. Gemmaticen. ex Catalogo Montfaucon

faucon to. 2. pag. 1212. *Comment. in 4. lib. Sent.* habentur mss. Parisiis in Biblioth. Sanjacobea Ord. Præd. in fol. membr., quorum liber I. incipit: *Ista est lex Adam Domine Deus 2. Reg. 7. Mirari solent mundi sapientes* &c. *Q.* 1. *Utrum, sicut tactum est in Collatione, studium sacræ Scripturæ sit meritorium vitæ æternæ.* II. Incipit! *Hic est liber generationis Adam. Gen. 5. Solent inquiri tituli librorum in principiis lectionum* &c. III. & IV. incip. *In funiculis Adam traham eos. Oseæ* XI. In fine vero legitur: *Explicit Lectura reverendi, & subtilis Bachalarii fratris Adæ Wydekam Ordinis fratrum Minorum*: & altera manu adjectum est: *alias Godam*. Similis codex ms. extat & ibi in Biblioth. Augustiniana ad Pontem novum num. 203., cujus in fine legitur: *Lectura Adæ*. In Sorbonica autem Bibliotheca duo codd. mss. habentur, unius n. 42. incip. *Ista enim est lex Adam* &c.; & in fine habetur: *Explicit Lectura Sententiarum Magistri Adæ de Vodronio abbreviata per Magistrum Henricum de Hayta*: alter n. 513. caret *prologo*; cetera idem est Opus, & in fine habet: *Explicit Lectura fratris Adæ de Wozodeani*: ut refert Jac. Echard ad calcem to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 739. & 740., ubi Baleum, & Pitseum Anglos hunc Dominicanis accensentes perstringit, ut & Waddingum ipsum in duos dividentem; docetque ad calcem ultimi codicis Sorbon. notam extare anno 1473. appositam, ex qua dignoscitur, autorem hunc e *Nominalium secta* fuisse. Ceterum codex primus Sorbonicus ille est, qui typis editus est Parisiis an. 1512. Extat ms. & Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum sub *y.* num. 14., & sine initio sub FF. n. 22. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 9. & 12. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. versus Ecclesiam cod. 403. in fol. continet *Libros 4. Sentiar.*, quorum I. incipit sine prologo: *Circa p. dist. quæro p., utrum solum Trinitate in communi sit fruendum* &c. Liber II. incipit; *Utrum Deus in principio temporis creaverit mundum ex nihilo* &c.; & in fine unius quæstionis legitur: *Explicit tt. Magistri Adæ Wodham de indivisibilibus*. Liber III. incipit: *Utrum solum Verbum incarnatum potuerit satisfacere pro omnibus peccatis hominum*. Liber IV. continet perpaucas quæstiones, sed fuse tractatas; totumque Opus fede exaratum vix legi potest. An autem sit Adæ Woddeam, sitque completum, haud satis scio. Asisii demum in Tabulario sac. Conv. S. Francisci habetur ms. pergam. in fol. *Comment. in 4. libros Sent.* sub nomine *Adami Godam Anglici*, quorum I. incipit: *Utrum necessaria sit homini aliqua cognitio supernaturalis de credendis* &c.; & quidem fuse. Liber II. incipit. *Circa librum 2. quæro h. q. utrum Deus diverse intelligat omnia, quæ potest producere* &c.; stricte, & cuncta hujus libri non tractat. Liber III. incipit. *Circa 3. librum quæro, utrum possibile sit, aliam creaturam assumi a Verbo* &c.: duasque tantum distinctiones agitat. Liber IV. vero incip. *Circa 4. librum, ubi principaliter agitur de Sacramentis, p. quæro* &c.: fusior est, nec tamen omnes distinctiones, & quæstiones declarat. In Inventario veteri Bibliothecæ ejusdem sac. Conventus an. 1381. confecto, hodieque in dicto Tabulario asservato legitur *in banco 1. versus occidentem Quæstiones, seu Lectura super 4. Libros Sent. Magistri Fratris de Godam Anglici Ordinis Minorum* incip. *Utrum necessaria sit homini aliqua cognitio supernaturalis*: & finit: *de sec. similiter patet superius*: Est autem initium *prologi Sent.* sine proœmio. Item *in 3. librum Sent.* incip. *Quia tactum est in Lectione de excitate generis humani* &c.: & dicitur *Lectura Adæ Godam, ut dicitur, & plurium Doctorum in Anglia*: ms. pergam. in fol.; ita habetur & in cit. Inventario anni 1381. *in 2. solario occident.*; nisi sit Breviarium horum Librorum ab *Henrico de Hoyta*, al. Hayta, factum.

Dionysius Cistercien. autor, qui in fine illius seculi vixit, in 1. Sent. d. 40. art. 3. hujus Adæ sententiam recitat, quæ a collectore, vel epitomatore prædicto refertur in 3. libr. q. 6. dist. 14., & supra laudatus Jo: Gerson Serm. *de Angelis* citat Adamum impugnantem Scotum de cogitatione Angelorum. Thomas vero Strozza de Conceptione B. M. V. lib. 5. cap. 22. affirmat, in Biblioth. Ambros. Mediolan. asservari fragmentum dist. 4. lib. 3. Sent. Adami Anglici; nimirum *Adæ Anglici sententia de Conceptione B. V. Mariæ* ms. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 505. Biblioth. mss. In 1. & 4. Sentent. citatur a Jo: Picardo in Thesauro Theologorum lib. 1. & 4.

Collationem etiam scripsit, quam, ut supra vidimus, ipsemet citat initio q. 1. lib. 1. Sent.

Determinationes mss. habentur Lovanii in Biblioth. Soc. J., & alia in Bibliotheca Franciscana Nancæi ex Willoto, & Pitseo.

Contra Richardum Wethersetum = add. Cancellarium Cantuarien. = *Postillam de Sacramento Eucharistiæ*: ex Baleo, Villoto, & Possevino; nisi sit error.

Obiit autem hic Adam anno non 1338., sed 1358. ex iisdem.

X I.

ADRIANUS BRATKOVVICZ Izensis Polonus Convent. sac. Theol. Mag. doctrina, ac morum probitate insignis, Viennæ, & Cracoviæ Gymnasia cum rexisset, anno 1626. suæ Provinciæ Minister adlectus fuit, qua, aliisque sui Ordinis ministeriis egregie perfunctis, Calisii decessit die 3. idus Martii an. 1639. non fine sanctitatis opinione. Scripsit

Commentarios in 12. Libros Metaphysices ad mentem Scoti impress. Cracoviæ an. 1640. cura Magistri Francisci Medalenski; & Cracoviæ quoque mss. servantur.

Considerationes, & exercitia vitæ religiosæ.

De invocatione Sanctorum contra Lutheranos lingua polonica.

De Communione sub unica specie adversus eosdem lingua eadem.

Conciones super septem verbis Christi in Cruce prolatis Cracoviæ habitas polonice, ibique typis datas.

Agunt de eo Augustinus Superbus autor æqualis lib. de Scriptor. Ord. Min. ms. fol. 2., Casimirus Biernaki in Speculo Minor. art. 23. n. 12. 15. & 16., Jo: Franchinus in Bibliosophia, pag. 1. n. 1., & Theulus in Triumpho Seraphico.

X I I. 9.

ADRIANUS HOFSTADIUS = de eo Valerius Andreas in Belgica Biblioth., Miræus, Dupinus sec. 17., & Jo: a S. Anton.

Decalogi, & Catechismi explicatio = *Annotata in Catechismum Concilii Tridentini ad Parochos* tomis 4. in 4. mss. extant Antuerpiæ in Biblioth. PP. Dominicanor., teste Jacobo Echard de Scriptor. Ord. Præd. to. 2. pag. 339. ad an. 1567.

X I I I. 10.

ADRIANUS HUBERTI = de quo Dupinus sec. 17., & Le-Long lib. 2. Biblioth. Gallicæ.

Manuale pro directione quarumdam Confraternitatum prodiit etiam Mediolani eodem an. 1625. ex Jo: a S. Anton. to. 1., forsan italice factum, aut latine.

Regulæ, atque privilegia Monialium Annunciat. prodierunt Antuerpiæ an. 1625. in 8. ex Appar. Indic. Bullar. Seraph. Petri de Alva pag. 16., & an. 1645. in 12. typis Plantin. ait Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 14. ex Marraccio. Ea autem cum *Gummarus a Queren* morte præventus edere non potuisset, vulgari curavit Adrianus Huberti ejusdem Instituti, adjecitque

Catalogum præcipuorum Monasteriorum Ordinis Virginum Annunciatarum cum annotationibus;

Elogium P. Gabrielis Mariæ, al. *Gilberti Nicolai Minoritæ Institutoris, ac Legislatoris dicti Ordinis Annunciatarum*; & ejusdem *P. Gilberti*

Binos Tractatus de triplici devotione B. Jo: Valesiæ, & de tribus Coronis, Ordinibusque B. Mariæ Virginis cum Operis coronide.

Historia de origine, progressu, & gloria miraculosæ Imaginis B. M. Virginis Brevis-sylvæ &c. prodiit Meclinıæ, & Mediolani an. 1642. ex cit. Jo: a S. Anton.

X I V.

ADRIANUS ROUFFEL Germanus vulgavit

Opticam christianam, sive Verbi Incarnati oculum. Monachii an. 1646. in 4. ex Jo: a S. Anton.

X V. 11.

ÆGIDIUS A S. AMBROSIO = vide *Appendicem* Waddingi in fine Operis de Scriptor. Omittitur a Jo: a S. Antonio.

X V I. 12.

B. ÆGIDIUS ASISIAS = ejus *Vitam* fuse referunt Act. SS. Continuatores Bollandii to. 3. April. sub die 23. etiam ex mss. ineditis; cujus

Opuscula habentur in Conformit. S. Francisci a Bartholomæo Pisano scriptis Confor. VIII. par. 2. in capita XXIII. divisa, quorum tria capita *de otiositate*; *de memoria mortis*; & *de virtutibus* omittuntur a Waddingo: *de scientia utili, & inutili*; & *de verbi divini prædicatoribus* ibi unum caput constituunt, non duo; & XXIII. caput continet *de dictis moralibus Fr. Ægidii*. Referuntur & a Petro Rodulphio in Hist. Seraph. lib. 1., sed interpolata; & Fr. Angelus a S. Francisco Anglus ea transtulit in anglicum idioma, vulgavitque Duaci an. 1633. teste Waddingo.

Sententiæ S. Patris Ægidii Asisinatis Ordinis Minorum ad christianam perfectionem aspirantibus utiles prodierunt Antuerpiæ an. 1634. in 8. typis Michaelis Hillenii ex Catalogo Biblioth. Tellerianæ pag. 99.; & mss. extant in Biblioth. Ultraject. ex ejus Catalogo, in Biblioth. Canonic. Regulac. Tungren., & in illa S. Augustini in Valle S. Martini, teste Sandero to. 2. Biblioth. Belgicæ ms.: vulgatæ vero in Libro inscripto: *Compendium vitæ spiritualis* impresso Salmanticæ an. 1625. in 8., & in aliis Chronicis Ordinis. Ejus *Dicta notabilia* extant ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 26. cod.° 19. post Tractatum Francisci Paduani ex Catalogo Montfaucon pag. 291.; habentur & *Dicta B. Ægidii* mss. in Biblioth. S. Crucis scam. 18. versus Ecclesiam cod. 208. in 8. inter diversorum autorum Opuscula; & Asisii post Compendium Theologicæ Veritatis ms. pergam. in 4. in Tabulario sac. Conventus S. Franci. incip. *Omnes partes* &c.

Ægidii Francisci socii Collationes mss. extant in Biblioth. Ultrajectina cod. 243. ex Catalogo illius Biblioth. par. 1. pag. 89., ut est apud Oudinum to. 3. Comment. de Scriptor. Eccles. col. 179. & *Librum Fr. Ægidii socii S. Francisci* adducit antiquus autor libri italici, cui titulus: *Fior di virtù*, cap. 25. de mendacio, & cap. 32. de fortitudine.

X V I I.

ÆGIDIUS BELTRAMI Goritiensis Provinciæ Carinthiæ Conventual. sac. Theol. Mag., ac bonarum literarum cultor edidit

Orationes varias, quarum unam *de tribus Religiosorum votis* habitam Romæ an. 1637. in Comitiis Generalibus legimus typis datam Romæ eo anno apud Ludovicum Grignanum in 4., extatque Ferrariæ in Biblioth. Conventus S. Francisci.

X V I I I.

ÆGIDIUS BONUSCLERICUS forsan natione Gallus floruit seculo XIII. maxime prædicatione, ejusque

Sermones 2., nempe 7., & 61. codicis 762. ms. Biblioth. S. Victoris Paris. an. 1282. ab eo Parisiis habiti servantur adhuc inter Sermones diversorum ejusdem codicis, teste Jac. Echardo in Scriptor. Ord. Præd. to. 1. pag. 386. in *Prædicatoribus variis*.

* ÆGIDIUS BRIANSON, quem hic ex Dupino collocat Jo: a S. Anton. to. 1., & cujus Opus prodiit anno 1512., vocabatur *Guido*, & non Ægidius, ut suo loco videri potest.

X I X. 13.

ÆGIDIUS CAILLEAU = de quo Possevinus to. 1. Appar. Sac., Le-Long to. 2. Biblioth. sac., Fab. Justinianus in Elencho; Coronel. to. 7. Biblioth. univ. & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 15.

* ÆGIDIUS CAMARTUS, qui edidit *Tractatum de Elia Propheta* Parisiis an. 1630., & quem hic *Minoritis* accensuit Jo: a S. Anton. ex Bibliographia Anisson excusa Lugduni an. 1724., & Genevæ 1726., reipsa *Minimus* erat juxta eamdem Bibliographiam edit. Lugdunen. an. 1702.

* ÆGIDIUS CHAYSI = V. *Gilius Chaysi*.

X X.

ÆGIDIUS CUALLART Belga edidit gallico idiomate prosa, & versu devotissimum

Tractatum de Immacul. Conceptione B. V. Namurci anno 1641. in 8. teste Petro de Alva col. 16. Militiæ univ. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

X X I.

ÆGIDIUS DAVID Gallus scholiis locupletavit Opus inscriptum:

Parasceve ad Rhetoricam Fr. Simonis Fontani ejusdem nationis, & Instituti edit. Parisiis anno 1578. typis Sebastiani Novelli.

Carmina quoque condidit in laudem *Monotessaron Formalitatum Minoritarum a Fr. Jo: Dovet* ejusdem Instituti elaborati, vulgatique Parisiis an. 1579. ubi dicitur *Baccalaureus Sac. Theologiæ* Parisien., ex Jo: a S. Anton. to. 1.

X X I I. 14.

ÆGIDIUS GUILLELMUS MISSALIUS = de eo Petrus Rodulphius Hist. Seraph. lib. 3., & Waddingus in Censura *Reportatorum* Parisiensium Scoti edit. Lugdunen. an. 1639. ait, floruisse circa annum

num 1400. Hugo vero Cavellus in Præfatione ad Metaphysicæ Expositionem sub nomine Scoti vulgatam an. 1625. dicit *Gulielmum a Missali* Aquitanum, cujus codex, qui habetur in Biblioth. Vatic. plut. 20., fuerat olim *Francisci a Ruvere*, postea *Sixti IV.*

15.

ÆGIDIUS HISPANUS = idem est ac *Jo: Ægidius Zamorensis* Hispanus, de quo infra, & qui modo *Joannes Ægidius*, modo *Ægidius Zamora*, & modo *Ægidius Hispanus* tantum nominatus invenitur; quo ultimo nominatur a Gabriele Barleta Serm. de Concept. B. M. Virginis, a Petro Rodulphio lib. 3., aliisque post eos. Jo: a S. Anton. exscribit Waddingum.

X X I I I.

ÆGIDIUS LEONIS a Guardia Perticaria Tricaricen. Diœcesis Provinciæ Terræ laboris Conventualium Theologus insignis, qui cum Neapolitani, Panormitanique Gymnasiorum Regens extitisset, anno 1624. suæ Provinciæ Minister deligitur: *vir*, uti testatur Bonaventura Theulus in Triumpho Seraph., & ex eo Franchinus in Bibliosophia num. 78., & pag. 128., *maximo discipulorum profectu clarus, ingenio singularis, ac cunctis virtutibus illustris*; composuit, quod sciatur,

Quæstiones in Philosophiam, &

Compendium Theologiæ: quæ mss. ad plures annos in Scholis triverunt nostri; & anno 1628. a censoribus approbata, ut in lucem, typisque ederentur, autoris morte inedita remanserunt.

X X I V. 16.

ÆGIDIUS LUNIACUS = leg. Lemniacensis a *Lemniaco* oppido Provinciæ Venetæ in agro Veronensi, vulgo *Legnago*, qui quibusdam est *Liniacum*. Ægidius *de Legnaco* dicitur in Literis Gondisalvi Ministri Generalis an. 1304. apud Rodulphium lib. 3. in Jo: Scoto, & Waddingum in Annal. Minor. ad eum an. n. 32.; quibus liquet, eum legisse Parisiis una cum Scoto, *Commentariosque* edidisse in *Libros Magistri Sent.* de more illorum temporum; & forsan alia, quæ perierunt.

X X V.

ÆGIDIUS A MONTEFERRATO una cum *Georgio* de Vallecamonica, *Jacobo* a Manrignano, *Joanne Alemanno*, *Fr. Florentino*, & *Bonaventura* Cremonensi sociis, & discipulis B. Amadei Lusitani scripsit

Vitam ejusdem sui magistri Amadei, ut in *Bonaventura Cremonen.* dicemus.

X X V I.

ÆGIDIUS PAESMANS Nobenus Belga Hasseleti oriundus Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Zepperensis, Theologus Lovanien., vir pietate, & erudione conspicuus testimonio Maraccii in Biblioth. Mariana, & Francisci Bordoni in Chronol. 3. Ord. cap. 38. scripsit

Elucidationem catechisticam Symboli Apostolici, Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ.

Definitionem brevem pro Salve Regina, & Ave Maria contra orthodoxæ fidei inimicos. Bruxellæ 1622. typis Jo: Pipermanni. *Defensionem brevem* dicit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 16.

Tractatum catechisticum de VII. Sacramentis.

Conciones XV. de Passione Domini.

X X V I I. 17.

ÆGIDIUS PASSAVIENSIS = Vide Waddingum in Append. Scriptor., & Franchinum in Bibliosophia num. 103. Hunc omisit Jo: a S. Antonio.

X X V I I I.

ÆGIDIUS POLONUS, cujus urbis alumnus reticetur, elucubravit

Rotam cum vaticiniis de XXVI. Pontificibus Romanis, quæ ex antiquissimo libro cum declarationibus, & annotationibus Hieronymi Joannini, aliorumque etiam similibus vaticiniis latine, & italice a Pio II. incipit: cusa est Venetiis an. 1592., & 1605. per Jo: Baptistam Bertonum in 4.

X X I X.

ÆGIDIUS PUCCIARINUS Perusiæ natus Regul. Observ. cum humanioribus literis, ac in primis Poësi teneretur, scripsit

Carmina complura hetrusca in laudem *statuæ marmoreæ S. Pauli* ab Alexandro Algardo nobili artifice miro artificio elaboratæ: & *in obitu Georgii Boreæ* civis Lugensis; atque *Ludovici Alberti* an. 1643. teste August. Oldoino pag. 2. Athenæi Perusini apud Jo: a S. Anton.

X X X. 18.

ÆGIDIUS SCHIESEL = edidit etiam

Mysterium præservationis B. V. eisdem typis an. 1656. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 16.

19.

ÆGIDIUS ZAMORA = idem est ac *Jo: Ægidius* a Zamora *Hispanus*, ut supra dixi in *Ægidio Hispano*; nam eum scripsisse *de Moralibus* testis est Jo: a Turrecremata in Tract. de Concept. B. M. V. par. 6. cap. 32., ubi & *Ægidium Zamorram* appellat.

X X X I.

ÆMILIUS CYBO ex patre Florentino medico, & matre Cracoviensi natus, an. 1620. Parmæ in Capitulo Provinciæ Bonon. Convent. a Jacobo Montanari celebrato Prosecretarii munere functus est jam sac. Theol. Magister: mox in Poloniam ablegatus an. 1621. Cracoviæ Minister illius Provinciæ eligitur in Comitiis, in quibus Commissarius Generalis præsidebat: postmodum an. 1634. Provinciæ Bohemiæ ministerium subire coactus est; in qua Provincia diem suum obiit Pardubicii an. 1648., cum extitisset facundus, & disertissimus Orator, Philosophus etiam, ac Theologus insignis, linguarumque italicæ, latinæ, germanicæ, bohemicæ, polonæque peritissimus; quemadmodum enarrat Casimirus Biernaki in Speculo Minor. art. 23. num. 2., & seqq.

Constitutiones Ordinis Minorum Conventualium in Regno Poloniæ commorantium, quas una cum binis Fratribus Polonis condiderat, edi typis curavit Cracoviæ an. 1621., ex Franchino in Bibliosophia pag. 166. n. 106.

X X X I I.

ÆMILIUS TENSINI Cremensis Convent. sac. Theol. Doctor anno 1635. creatus est Mediolanen. Provinciæ Minister; inde Adriæ, Tarvisii, & Aquilejæ contra hær. prav. fidei Quæsitor; sed dum Tarvisio Aquilejam transire disponit, morbo correptus obiit anno 1658. vir regimine, doctrina, ac pietate clarus: in lucem autem emisisse dicitur a Theulo in Triumpho Seraph., & Franchino in Bibliosophia pag. 167. num. 107.

Carmina latine, & italice.

Centurias variarum Epistolarum.

Quadragesimale Didaci Nisseni ex hispano in italicum idioma translatum.

Varias resolutiones casuum ad S. Officium Inquisitionis spectantium mss.

20.

20.

ÆNEAS JASON = hic idem est ac *Faustinus Tassus*, de quo infra Waddingus agit, refertque vocatum fuisse etiam *Jasonem*; & Genuæ, Taurinique *sacras Scripturas* esse professum: forsan *Æneæ* nomen tulit in seculo; vel *Commentarios in novum Testamentum* vulgavit eo nomine; quod nobis primus omnium Possevinus indicavit in Appar. Iste omittitur a Jo: a S. Antonio.

XXXIII.

AGAPETUS DALMATA, referunt Petrus de Alva col. 18. Militiæ univ., & Hippolytus Marraccius in Append. ex Antonio Daza, & Ojeda edidisse.

Tractatum de Immacul. Conceptione B. Virginis; sed quando, & ubi, nec laudati autores, nec Jo: a S. Anton. to. 1. edisserunt.

XXXIV. 21.

B. AGNES ASISIAS = cujus cultus approbatus est an. 1751. a Benedicto XIV. pro die 16. Novembris. Arturus de ea agit die 1. Februarii.

XXXV.

AGNES DE HARICURIA, uti vocatur ab Arturo, aliis *de Harcourt*, de qua & Jo: a S. Anton. to. 1., pedissequa honoraria B. Isabellæ, seu Elisabeth Valesiæ S. Ludovici Regis Francorum sororis, & 3. Abbatissa Monasterii Longicampi prope Parisios Ord. S. Claræ scripsit gallico idiomate

Vitam, & *miracula* dictæ *B. Isabellæ ejusdem Monasterii fundatricis* anno 1270. defunctæ die 23. Febr., quam Cangius de Rebus Reg. Francor., postea latine factam Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 31. Augusti cum notis evulgarunt: & prius ex ms. dicti Monasterii edi curaverat typis Paris. V. cl. Sebastianus Roliardus J. S. Melodunensis, & in Curia suprema Franciæ Advocatus, teste cit. Arturo 31. Aug. §. 36.

Neustria ejus ms. citatur ab eodem Arturo in Indice autorum, qui de rebus Franciscanis scripserunt sive ex professo, sive obiter, Martyrologio Francisc. an. 1637. Paris. edito præmisso.

XXXVI.

ALANUS BRITO antiquus autor scripsit

Comment. in 4. libros Sententiarum, cujus *librum* IV. citat Daniel Agricola in decis., & notis margin. ad *quæstionem* 107. *magistralem* Jo: Scoti per Jo: Coloniensem breviatam, vulgatamque Basileæ an. 1510. Forsan est *Jo*; *Alanus*, qui florebat Parisiis an. 1390.

XXXVII. 22.

ALBERTINUS N. = ex Petro Rodulphio lib.3., & ex eo Villotus, Possevinus, & Waddingus, ac Jo: a S. Anton.; quorum tamen nemo neque cognomen, neque patriam, aut tempus, quo scripserit, agnovit. Fuit autem Veronensis, & composuit

Librum Sermonum, cujus meminit Fr. Salimbene Parmen. in Chron. ms. pag. 266., vivebatque circa annum 1250.; cujus & meminit pag. 347., vocatque *solemnem* Prædicatorem

23.

ALBERTUS DE BASCIA = idem est, ac *Robertus de Bastia*, de quo infra. Jo: a S. Anton. sequutus est Waddingi lapsum.

XXXVIII.

ALBERTUS BERGOMAS Capuccinus Concionator Provinciæ Mediolanensis floruit Colonii in agro Brixien. magna sanctitatis opinione, testibus Boverio, & Carolo Bruxellen. apud Dionysium Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.; a quo Jo: a S. Anton. to. 1.; scripsit

Tractatum de vitiis, & *virtutibus*; ac

Sermones Quadragesimales; *de Tempore*; & *de Sanctis*.

XXXIX. 24.

ALBERTUS DE BONONIA = unde hunc hauserit Waddingus, & quo tempore vixerit, incompertum; scriptores enim Bononienses alte silent: nec alium reperi Bononiensem, nisi *Albertum Fantinum* (de quo inter Anonymos Italos XXXI.) Conventual. sac. Theol. Doctorem anno 1502. patriæ Universitatis illustrem, quem Alidosius to. 1. pag. 10. asserit anno 1513. constitutum fuisse publicum Theologiæ moralis Lectorem diebus festis; cujusque infelicem in Polonia, quo a Leone X. ablegatus fuerat, ut Fratres ad puriorem vivendi formam adduceret, exitum ex Polonis Scriptoribus enarrat Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1516. n. 10. Augustinus Superbus quidem (si qua fides est huic autori) in Append. Catalogi ms. de Scriptor. Ord. Minor. inter alia hujus viri encomia refert, in omni scientia versatum fuisse, ac perplura *Opera* lectu digna reliquisse, quæ perierunt. Sed an hic ille sit, de quo Waddingus, & ex eo Jo: a S. Anton. agit, disquirent alii.

Alius *Albertus de Ozano* Bononien. celebratur a Gherardaccio lib. 27. Hist. Bononien. sub an. 1399., ubi dicitur *Concionatur famosus*; qui eo anno, dum celebris *Alborum Societas* Bononiam appulisset, omnes ad pœnitentiam cohortans, excitansque *Concionem* in foro tempori, reique valde aptatam habuit.

XL.

ALBERTUS BRIXIANUS laudatur ut Scriptor an. 1334. a Fr. Augustino de Witte in *Genealogia S. P. N. Francisci* pag. 56. apud Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.; sed ejus Opera ignorantur. At cum autor ille sit parum castigatus; existimo mendum in cognomine, seu patria. Inter Scriptores Ord. Præd. recensetur *Albertus Brixianus* an. 1314. vita functus, qui scripsit *Summam de Casibus*, ex Leandro Alberto, & etiam *Sermones*, & *Comment. in Sententias*, ex Rovetta, & Altamura, teste Echardo to. 1. Biblioth. Ord. Prædicat.

XLI.

ALBERTUS A CASTROFRANCO Provinciæ Venetæ, ac Tarvisinæ Diœcesis Conventualium alumnus, ac humanioribus literis excultus scripsit, quod sciatur, *Orationes* varias, prout occasio ferret; uti

Orationem a se habitam an. 1524. die 27. Aprilis *in funere P. Urbani Bolzanii* Bellunensis ejusdem Instituti olim Leonis X. in græcis literis magistri, eodemque anno typis Bernardini Vitalis impressam in 4.; cujus meminerunt autores Diarii Italici Eruditorum Venet. to. 19. art. 14.

XLII.

ALBERTUS DEBOLESKI Polonus Convent. sac. Theol. Mag. latina, græca, chaldea, illyrica, theutonicaque linguis instructus anno 1625. suæ Provinciæ Minister eligitur, teste Casimiro Biernaki in Speculo Minor. art. 23. num. 12. a Ferdinando II. Imp. ad diversos Principes legatus, & ad alia adhibitus officia, *Confraternitatem Redemptionis captivorum* in Septentrione instituit ab Urbano

bano VIII. an. 1625. confirmatam; tandemque meritis onustus obiit Leopoli, cum jam scripsisset, atque evulgasset

Constitutiones pro Confratribus Societatis Redemptionis captivorum an. 1625.

Electos, seu electos milites Polonos, lessosicos, auxiliares Ferdinando II. a Sigismundo III. Poloniæ Rege contra Suecum missos, quorum erat Sacellanus militaris autor libri polonice scripti.

Gratulatio Augarelinnis Bernardo Naciejowio Episcopo Cracovien. primo Cracoviam adventanti. Cracoviæ typis Lazarianis an. 1600.

Benedictio, & gratiarum actio pro Capitulo Provinciali Leopolien. cum notis musicis anno 1616. Thoronii typis Augustini Farberii.

Completorium Romanum quinis vocibus decantandum, Opus tertium Laurentio Zembicki Archiep. Gnesnen. Primati Regni Poloniæ dicatum. Venetiis 1618. per Jacobum Vincentium in 4., quo Opere vocatur *Adalbertus Demlolencius a Conojadi*.

Chronicon totius Poloniæ anno 1631., teste Augustino Superbo scriptore synchrono in Append. ad Scriptor. Ord. Min. ms. pag. 130.; de quo aliisque legi potest Jo: Franchinus in Bibliosophia n. 13. pag. 25.; cui addendum Musices etiam fuisse peritum.

XLIII. 25.

ALBERTUS GERMANUS = Arnoldus Wion congexit *Chronicon* ab hæretico vitiatum, & ad Urbem misit; ut advertit Possevinus in Appar. sac. V. *Albertus Stadiensis*; attamen recusum postea fuit Opus Wittembergæ an. 1608. in 4., & iterum an. 1685. Argentorati inter Scriptores ad Germanicam Historiam attinentes opera Jo: Georgii Kulpe typis Stedellii, & Spoor cum notis heterodoxi in fol. De eo & Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

XLIV. 26.

ALBERTUS MARCHESIUS = de quo post Rodulphum, Gonzagam, Wion, ac Possevinum agunt Jo: Hallevordius in Bibliotheca curiosa, & fusius Petrus de Alva to. 3. Biblioth. Virgin. fol. 17. & seq., & ex his Jo: a S. Anton. to. 1.

Coliloquium morale libris non 8., sed 7. conflatum prodiit Bononiæ an. 1529. per Jo: Baptistam de Phaellis in 4.; in cujus fine legitur *tetrastichon* autoris non inelegans; diciturque Ord. Min. *de Observantia*.

XLV.

ALBERTUS MEDIOLANENSIS Lector Coloniæ, qui videtur vixisse primo Ordinis seculo, obiitque Coloniæ ex Necrologio illius Conventus apud Wadd. ad an. 1308. n. 10., scripsit

Postillam, quæ ms. servatur Crumlaviæ, ex *Libro Inventariorum Provinciar. Bohemiæ, & Austriæ* pag. 20. Romæ in Archivo Ord. apud SS. Apostol. *Catal. Libror.*

XLVI.

ALBERTUS METENSIS Doctor Parisiensis una cum Jo: *Duns Scoto* Parisiis legebat an. 1304., ut liquet ex literis Gundisalvi Ministri Generalis eo anno datis apud Rodulphium lib. 3., & Waddingum Annal. Minor. sub eo anno num. 32., fertúrque scripsisse *inter multa eruditionis, & subtilitatis monumenta*

In quatuor Mag. Sententiarum libros, &

In Metaphysicam Aristotiles Commentarios, inquit Augustinus Superbus in Opere ms. de Scriptor. Ord. Minor.

De hoc ita loquitur Stephanus Brulefer, qui anno 1490. Metis *Reportata* in lib. 1. S. Bonaventuræ scribebat, dist. 10. art. 2. q. 2.: *unde dicit S. Bonaventura in Legenda Sanctissimi Patris Francisci pulchra valde, quæ nullo modo sunt secundum dicta Alberti quondam Regentis Parisiis, qui fuit tempore Scoti, & Ordinis Minor, quod Sanctissimus Pater solummodo per imaginationem fortissimam fuit insignitus signis passionis Christi; quod falsum est, quia a Christo sibi impressa sunt*. Vidit igitur Brulefer Opus Alberti, quod nunc aut amissum est, aut Metis latet.

Hic forsan est ille *Fr. Albertus*, qui fecit *Additiones ad Scriptum Oxoniense* Scoti, ut eruitur ex lib. 1. Sentent. dist. 31. q. 1. Adami Goddam, vel potius ejus collectoris, sive epitomatoris Henrici Haytæ, qui scripsit sub *Greg. XI.*; quod nemo hactenus observavit. Albertus enim iste utpote Scoti socius, & collega illius mentem probe noverat. De eo Petrus Rodulphius lib. 3.

* ALBERTUS PATAVINUS Doctor insignis relatus apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 18. a Petro de Alva to. 1. Biblioth. Virgin. fol. 609. non *Minorita*, sed *Augustinianus* fuit; Petrus enim deceptus est a Sabellici Opere male impresso, ut recte ostendit Gandulphus de 200. Scriptor. Augustin.

XLVII. 27.

ALBERTUS PISANUS = de hoc Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

XLVIII. 28.

ALBERTUS PONTARLIENSIS = Congregationis Gallicanæ, ac Reformatæ ex Francisco Bordono in suo Chronologio Tertii Ordinis cap. 38. Jacobillus de SS. Umbriæ ad diem 4. Octobris in proœmio ad Vitam S. Francisci citat hujus Librum *de Origine, & progress. Ord. S. Francisci* ms.; ipsumne, an diversum a superiori, nescio. De eo & Vernon in Annal. apud Jo: a S. Antonio.

* ALBERTUS RICCUS = V. *Albertus Tarvisinus Episcopus*.

XLIX. 29.

ALBERTUS A SARTIANO = hunc a *Sartiano* Hetruriæ oppido Clusinæ Diœcesis fuisse testatur autor æqualis Fl. Blondus in Italia Illustr., ubi eum dicit doctissimum Concionatorem, uti et Leander Albertus in Italia. De ipso Guarinus Veronensis Epist. ad Hugotionem Abbatissum in to. 3. vet. Script. Collectionis Martene scribit: *nobis vel una gloriari suavitate licet, quæ omne delectationis genus exsuperet: illa videlicet philomela cælesti, & cygnea Alberti voce, qua simul tot aures implentur, deliniantur, & quasi melle instillato condiuntur. Quid dicam tubam eamdem? immo verius tonitru, cum terror incutitur, vitia effeminantur, & auditoris conscientia examinatur. Omitto reliqua; hodiernus dies præconiorum omnium lauream, triumphumque reportavit, quo literas; non dicam animavit, & exhortatus est; sed impulit, coegit, instrumentum ad famam, ad decus traxit*: & paucis interjectis: *horas quatuor vox illa infracta personuit; cum ne horam quidem orare visus sit. Quis autem vel resonantissimus Prædicator, doctissimus Lector, acutissimus Theologus huic sancto Dei præconi, & pugili comparatus non cicada, non culex, non mutus existimabitur?* totaque Epistola est de mira *Alberti eloquentia ad Hugutionem de Abbate Marchionis Estensis Secretarium* dat. die 7. Maji Ferrariæ an. 1447., cujus in fine scripsit in ejusdem Alberti laudem pentastichon:

„ Quam

„ Quam suavis tremulas vincit philomela cicadas;
„ Cignea quam raucos excellunt guttura corvos;
„ Quamque tubis culices tenui conamine cedunt;
„ Tam magnus reliquos Albertus vicerat omnes
„ Olim præcones: hodie sed vincitur a se.

Huic idem Guarinus misit *Vitam S. Ambrosii Episcopi* a se compositam, ut innuit ejus prologus, vel Epistola ibi a Martene vulgata pag. 874.

XX. ejus *Epistolas* vulgarunt PP. Maurini Martene & Durand. cit. to. 3. Veterum Script. & Monument. ampliss. Collect. Scripsit etiam

Apologeticum pro FF. Observantibus an. 1430., de quo Waddingus ad eum annum num. 39., *ad Poggium Bracciolinum Florentinum*.

Contra Hermaphroditum obscænissimum Antonii Panormitani anno 1434.: idque ex ejus Epistolis quidem habetur, mentem ei fuisse præstare, si quando per otium licuisset; sed cum hoc egerit Antonius Raudensis, non ultra curasse de ea re crediderim.

De renditione amicitiæ, & malitia invidentiæ ad Thomam Bibium Cyprium an. 1445.

Quod nihil noceat ad virtutem humili loco nasci ad Fr. Antonium Raudensem Mediolanensem ejusdem Ordinis eodem anno: est inter Epistolas selectas n. xx. a cit. Martene vulgatas.

Contra Martyrum vituperatores eodem anno, inquit Antonius a Terrinca in Theatro Genealog. Provinciæ Thusciæ par. 3. tit. 2. serm. 4.

Apologia contra Poggium Florentinum, quam scripsisse memorat Petrus Rodulphius l. 1. Hist. Seraph. pag. 73., & Willotus in Athen. Francisc., est jam vulgata inter cit. Epist. select.; estque, eadem ac *Apologeticum*, de quo supra.

Epistolarum volumen cum pluribus ejus *Tractatibus* extare in Bibliothecis Senarum, & Capistrani mss. legimus in antiquo *Memoriali Ord. Minor.* sub 34. Ministro Gener. Gulielmo Casalensi: sed *Epistolæ*, & *Opuscula* fuerunt jam Romæ vulgata an. 1688. in fol. studio Fr. Patr. Dussii Belgæ apud Jo: Baptistam Bussotum; sunt *Epistolæ* num. 125., in easque *Notas* edidit Fr. Franciscus Haroldus, quas citat Bened. XIV. in variorum testimoniis de B. Nicolao Albergato clas. 6. num. 8. *Epistolas* Parmæ mss. apud Benedictinos vidit Mabillonius, ut ipse refert in Itinere Italico pag. 208. num. 36., sibi a Benedicto Bacchino ostensas.

Orationes 3. habentur in collectione Dussii, qui & adjecit autoris *Vitam*. *Orationem latinam*, quam habuit Patavii anno 1443. in Comitiis Generalibus, vulgavit Martene loco supracit. Sunt, qui Albertum hunc cognomento *Bandini* fuisse tradiderunt, quæ nobilis familia Senensis est; de eoque autor Speculi, & Marianus apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. cap. 37., & seqq.

ALBERTUS STADIENSIS = V. *Albertus Germanus*.

L. 30.

ALBERTUS TARVISII EPISCOPUS = cognomine *Riccus*, patria vero *Vicentinus* assumptus. an. 1255. ad Tarvisinam Ecclesiam, quam strenue rexit temporibus turbidis fere usque ad an. 1275. Tumulatus est in majori Ecclesia cum Epitaphio, in quo dicitur *mirus Doctor*; refertur que ab Ughello Ital. sac. to. 5. in Tarvisin. n. 41. Meminit de eo & Rodulph. lib. 2., & Wadd. ipse in Annal. ad an. 1255. n. 17.

L I.

ALBERTUS VACCETTA Bergomas scripsit

Comment. in librum de Generatione, qui extat ms. membr. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 14. versus claustrum cod. 562. in 4., incipitque: *Generatio præterit, & generatio advenit, terra autem in æternum stat. Eccles. 1. Sicut dicit Aristoteles 3. Rethor.* &c.: finit vero: *vivit, & regnat in secula seculorum. Amen. Explicit Summa super libro de Generatione edita a Fr. Alberto Vacetta de Pergamo de Ordine Fratrum Minorum*. Quamvis in exteriori libri frontispicio sit exaratum: *Summa super libros de Generat. Fratris Alberti de Ord. Prædicat.*

L I I.

ALEXANDRA, al. *Alexandrina*, Sulmonensis nobili orta genere dicta de Fulgineo, quod ibi vestem induerit, Regulamque S. Claræ professa diu vixerit; postmodum potestate sibi facta Monasterium S. Luciæ in patria fundavit; scripsit, al. inchoavit

Chronicon sui Monasterii, & Vitas multarum Ven. Monialium sui Instituti, teste Jacobillo de Scriptor. Umbris, qui addit, obiisse eam die 3. Aprilis an. 1458. magna sanctitatis opinione; de qua & Arturus in Martyrol. Franc. ad eum diem, & Waddingus in Annal. ad eum annum, & ad an. 1425. n. 31., ac Petrus Antonius Venetus in Viridario Seraph. to. 2. par. 3., atque ex his Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 36.

L I I I. 31.

ALEXANDER V. = hunc cognomento *Philaretum*, idest *virtutis amantem*, non vero *Philargum*, & patria *Cretensem*, non autem *Italum*, ut quidam tradiderunt, extitisse, dixi in Supplem. ad Annal. Wadd., ostendamque alias in Chronotaxi Pontificia.

Commentarios in 4. libros Sentent. haberi in Biblioth. Patavina S. Antonii mss. testatur Thomasinus in Catalogo Biblioth. mss. Patav. & Ven.; Mediolani in Biblioth. Ambros. scribit Montfaucon in Catalogo to. 1. pag. 521.; sicut in Monasterio S. Eligii Canonic. Regul. S. Aug., Sandero teste par. 1. Biblioth. Belgicæ mss.; & Hispali in Biblioth. Cathedr. Ecclesiæ cod. in fol. n. 88. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 34.; demum habentur in Biblioth. S. Francisci S. P. M. A. mss. pergam in fol. nitidissimi characteris, incip. *Stetit ante me in vertice candida*; & in fine legitur: *Explicit lectura super Sententias Mag. Petri de Candia Ord. Minor. an. D. m. ccc. lxxx. compilata tempore, quo Parisiis legebat Sententias, quam de verbo ad verbum ut jacet suis scolaribus in Scholis antedicti Ordinis perlegebat, cui Deus pro labore solatium tribuat, & pro scribendo donum refrigerii caritatis*. Hos Commentarios elegantissimos appellat P. Rodulphius lib. 2. fol. 207.; citanturque sæpe ab Ambrosio Speira in suo *de Floribus sapientiæ* Quadragesimali, a Bernardino Busti in Mariali, & a Petro Tatareto; & Jo: Picardus Minorita super iis *aureas Resolutiones* concinnavit, ut habet ipse Waddingus in *Jo: Picardo*. *Petrus de Candia in 4. libros Senten.* extat ms. in Biblioth. Oxonien. Collegii Balliolen. cod. 236. ex Ind. illius Biblioth.

In 4. Sent. habetur ms. in Biblioth. Cremonen. Eremit. S. Aug. ex Possevino in Catalogo Biblioth. mss. pag. 140. *Petri Philargi de Candia Ord. Min.*, qui

qui fuit Alexander Papa V., *quastiones in primum Sententiarum librum* extant in Biblioth. S. Marci Venet. cod. 106. Bess. in fol. min. partim chartac., & partim membran. foliorum 96. seculi circiter XIV., in cujus fine habetur: *Expliciunt quastiones super primum Sententiarum per Venerabilem Magistrum Petrum de Candia Ordinis Minorum in lectissima Parisiensi disputatione recitata; completa scribi Bon. . . . . per Fratrem Joannem Georgium de Bona Ord. Min. in die gloriosi militis B. Georgii——Ego Frater Joannes de Calathano provincia Sicilia emi istam primam partem Reverendi Magistri Petri de Candia a Fratre Nicolao Bertuldi de Senis pretio sex ducatorum boni ponderis in dicto Conventu Senarum. Anno MCCCXC. die 18. Iunii. Ego Frater Nicolaus supradictus vendidi istum librum prædicto Fratri dicto pretio, in cujus rei testimonium scripsi manu propria has litteras ad sui cautelam. Amen.* ex Indice pag. 68. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 33. versus Ecclesiam extat ms. codex in 4. magno n. 387. hoc initio: *Circa prologum, in quo communiter quærunt Doctores de habitu acquisito per studium Theologicum &c.*: & in fine legitur: *Expliciunt quastiones sex super primo Sententiarum per Dominum Petrum de Candia Ordinis Minorum, ac Magistrum quidem doctissimum in sacra pagina Parisiis disputata, scripta vero per me fratrem Angelum Salveti de Senis ejusdem Ordinis . . . . . . Faventiæ complevi ipsas scribere pariter, & repetere anno Domini 1396. die XXV. mensis Martii tertio anno, qua ibidem fui Lector in Theologia*: hic postea factus est Minister Generalis Ordinis anno 1421.

Fr. Petri Philargi quastiones in II. Sententiarum habentur membr. in 4. folior. 296. seculi XIV. Venetiis in cit. Biblioth. S. Marci cod. 107. Bess. ex illius Indice: in fine legitur: *Explicit Lectura super Sententias Venerabilis Magistri Fratris Petri de Candia Ordinis Minorum anno Domini* 1380. *compilata tempore, quo Parisiis legebat Sententias* &c. *Iste liber est ad usum Fratris Joannis de Calathagemo Ordinis Minorum sacra Theologia professoris.* ibi pag. 69. Hic est Jo: *Rasa* de Calatagiomi, qui anno 1409. fuit Minister suæ provinciæ, & anno 1415. Episcopus *Mazariensis*.

Petri de Candia in libros Sen. incip. *Circa prologum, in quo communiter quærunt Doctores* &c. ms. pergam. in fol., & chart. in fol., habetur Asisii in Biblioth. Conventus S. Franc.; nonnullasque tantum quæstiones præcipuas discutit diffuse.

Tractatus de Immaculata Conceptione B. V. publici juris factus legitur in Monumentis Seraphicis Petri de Alva pag. 191., & seq., qui & illum citat in Militia, sicut & Ludovicus Miranda, & Ferdin. Quirinus Salaza *de Conceptione*, aliique apud Jo: a S. Anton. to. 1. Sed forsan est quæstio ex 3. Sent. libro. De eo Trithemius etiam, aliique post ipsum.

Super Lucam scripsisse habemus ex *Sermone de Conceptione B. V. Mariæ* Joanni Gersoni adjudicato, incip. *Tota pulchra es* &c. *Magistri mei venerandi*; Et quidem eum *super Lucam* scripsisse versu hexametro, seu heroico testatur Jo: Gerson cit., qui ejus versiculum adducit, uti & Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 4. p. 3. *Quam nec maculam natura reliquit in ista.*

Super Cantica Canticorum versu pariter hexametro scripsisse tradit laudatus Gerson loco memorato, ubi nos docet, *Petrum Cretensem super Cantica canere*:

„ Non aliquem potuit sine culpa gignere mun-
„ dus
„ Solus hic Christus fuit inter millia mundus.

Conclusiones in Con. Pisano ab eo habita anno 1409. extant mss. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegii Emanuelis cod. 1. Forsan & alia scripsit, quæ aut exciderunt, aut in Bibliothecis occultantur.

Oratio Cardinalis Mediolanensis Petri de Candia in 1. sess. Concilii Pisani an. 1409. die 26. Martii habita extat in Actis ejusdem Concilii noviss. edit. Venetæ to. 15. ex ms. Biblioth. Vindobonen.; ibidemque *Confirmatio* dicti *Concilii Pisani XI. Kal. Febr. an. 1.*, idest anno 1410. *facta Bononia* ex Raynal. Annal. Eccles. Continuat.

Orationem ejus doctam, & elegantem, cum Galeatius Mediolanensis Dux primus est dictus, & confirmatus an. 1395. a Ladislao Imp., ab eo habitam laudat Fl. Blondus in Ital. Illustr., ubi de urbe Mediolanen. agit; & autor synchronos Chronici Mediolanen. in to. 16. Rer. Italic. Scriptor. cap. 157. de ea re scribit; *successive reverendus Pater Episcopus Novariensis profundissimum, & admirabilem sermonem recitat non minimam rem ducalium laudum.*

Sermonarium Fr. Petri de Ordine Minorum incip. a 1. Dominica Adventus ms. extat Venetiis in Biblioth. S. Marci, teste Comneno lib. 3. Hist. Gymnasii Patavini, & putat esse hujus Petri; sed quid, si *Petri Patavini*? Vide *Petrus Paduanus*.

Officium Visitationis B. Virginis vario metro concinnatum incip. *Candida plebs fidelium-cordis extollr jubilis-festum, qua visitatur-Elisabeth hospitium* &c. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 24. versus claustrum n. 684. in 4. ms., & in fine legitur: *Explicit Officium Visitationis beatissima Virginis Mariæ compilatum per Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Petrum de Candia tunc Episcopum Novarien. nunc autem Cardinalem Mediolanen. Apostolicæ Sedis Legatum.* Postea sequuntur ejusdem plures versus incip. *Trinitas omnipotens lux universorum-te collaudant placide turba creatorum* cum prosa, seu *Sequentia* pro S. Clara incip. *Sanctæ Claræ filiæ Christo desponsatæ*: edita cum esset Archiepiscopus Mediolanen. De institutione Festi *Visitationis* v. in *Sixto IV.*

Carpitur Alexander V. a Fl. Blondo in Ital. Illustr., ubi Mediolanen. urbem describit, quod scripserit, *Valerianum*, & *Gallienum* Valeriani Imp. filios *Mediolanenses* extitisse; perinde atque aliquid ad Historiam pertinens elucubrarit: nisi id asseruerit in aliqua Oratione de urbis Mediolanensis præstantia; aut in ea, quam habuit, cum Jo: Galeatius Mediolanensium primus Dux est constitutus. Ceterum haud tam facile redargui posse videtur Alexander; cum nemo adhuc, ubinam orti sint *Valeriani* Imp. filii, prodidisse legatur; & si non ortu, obitu tamen, & aliquo modo incolatu *Mediolanenses* dici posse videantur

Andreas Billius Mediolanen. Augustinianus, qui anno 1440. florebat, scripsit de *Concordia, & meritis Ordinum super generali indulto Alexandri Papæ V.* ad Reginaldum Rhemensem Archiepiscopum lib. 2., teste Possevino in Appar. Cecinit de eo præ ceteris Janus Vitalis:

„ Quintus Alexander, ne degeneraret ab illo,
„ Qui Macedum forte præfuit Imperio,
„ Ejecit Reges solio; ditavit egenos:
„ In quo certarunt officia, & pietas.

Apprime laudatur a Marino Sanuto in Vita Michaelis Steni LVII. Ducis Venet. to. 22. Rer. Italic. Scriptor., nonnullasque ejus Legationes commemorat. Legi possunt & Papebrochius in Conatu Histor. de Rom. Pontiff., & Franciscus Antonius Pagius in Breviario Rom. Pontiff.

L I V. 32.

ALEXANDER ALBERTINUS = Regul. Observantiæ alumnus, non *Conventualis*, ut putavit Franchinus in Bibliosophia num. 15.; id enim elucet ex Decr. sac. Congreg. Indicis, quo sub die 4. al. 22. Martii an. 1709. ejus Opus prohibetur. Opus autem prodiit antea Romæ an. 1620. in 8., teste Jo: a S. Anton. to. 1.; de quo & Dupinus sec. 17.

L V. 33.

ALEXANDER ALEMANNICUS = hujus mentionem, quod sciam, primus fecit autor Firmamenti trium Ord. edit. Paris. an. 1512. par. 1., inde P. Rodulphius lib. 3., aliique post ipsos. Ex titulo *Doctoris Illibati* apparet, floruisse ante annum 1400., vel circiter; post quem similes tituli evanuerunt. In magno *Parisiensi Concilio* an. 1394. a Carolo VI. Rege ad longum *schisma* tollendum convocato præ ceteris interfuisse legitur ex Minoritis quidam *Alemannus* sac. Theol. Magister ex Hist. Caroli VI. in to. 6. Spicilegii Dacheriani: forsan *Alexander* Doctor Parisiensis. Hunc *Alexandrum* fuisse *Saxonem*, & Lectorem in Academia Coloniensi, & floruisse anno 1439. tradit autor Hist. Prov. Colonien. Vide mox in *Alexandro ab Alexandria*.

L V I. 34.

ALEXANDER AB ALEXANDRIA = fuit & Lector sacri Palatii, ab antiquis plerumque dictus *Alexander Lombardus*, & aliquando etiam *Alexander Minor*, ut a Jo: Bacone in 1. Sentent. q. 3. prol. art. 1. Anno 1303. Benedictus XI. literas dedit pro *Magisterio Fr. Alexandri Minoritæ*, quæ ex Rege. Vatic. citantur a Petro de Alva in Indiculo Bullarii [illegible]

Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 32. versus Ecclesiam num. 376. extat codex antiquus ms. in fol. magno in frontispicio manu secunda referens: *Primum Alexandri de Alexandria*: subdit *in primum librum Sententiarum*: incipitque: *In veste poderis, quam habebat, erat orbis terrarum, & parentum magnalia* &c. *Secundum sententiam B. Augustini de doctrina christiana* &c.; & [illegible]: *ad 2. patet per dicta in quæstione*. Prologus vero Sententiar. octo quæstiones continens incipit: *Ad evidentiam dicendorum p. quæritur, utrum in luce propria generis possit aliquid sciri sine speciali influentia alterius lucis*.

Liber 2. Senten. incip. prolog. *Oritur sol, & occidit Eccles. 1. In hoc libro describitur nobis 2. liber Senten.* &c. Opus vero: *Creationem rerum* &c. *Dividitur primaria distinctio in duas partes* &c., habetur ibi ms. scam. 33. n. 377., ubi initio dicitur liber 2. *Sententiarum Magistri Alexandri de Alexan. Generalis Ord. Minor.* Extat quoque in Biblioth. S. Franc. apud nostros S. P. M. A. codex membr. in fol. incip. *Oritur sol, & occidit. Eccles. 1. In hoc verbo describitur materia secundi libri Sententiarum* &c.; & in fine legitur. *Explicit 2. Sententiarum Mag. Alexandri de Alexandria.*

Liber 3. Senten. incipit sine prologo: *Prima quæstio est, utrum incarnatio Verbi divini, ut creditur, ex sacra Scriptura possit* &c. Florentiæ pariter extat codex ms. in fol. num. 378. cum nomine *Alexandri de Alexandria*; sed agit solum de Incarnatione. Habetur quoque in cit. codice S. P. M. A. post Comment. in 2. incip. *Cum venit ergo plenitudo temporis. Hic primo quæritur, utrum divina natura potuerit uniri cum humana*; et in fine legitur: *Expliciunt scripta super 3. librum Sentent.*

Liber 4. Senten. incipit prologus: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Isa. 12. Hic describitur spiritualis medicamenti sacramentale antidotum* &c. Opus vero: *Ad intelligentiam eorum, quæ in hac dist. determinantur, quæritur de Sacramentis in generali* &c.; [illegible] Florentiæ ibi num. 377. in fol., cujus in fine legitur: *Explicit 4. Sententiarum Magistri de Alexandria Ordinis Fratrum Minorum. Barth. Tomasi de Galliciis*: alio tamen charactere. *In Magistrum Senten.* Commentarios citat autor æqualis Astesanus in *Summa*, & Gulielmus Vorilongus in 1. dist. 12.

Ibidem Florentiæ scam. 23. versus Ecclesiam num. 268. extat antiquus codex [illegible] in fol. ferens *Alexandri super 2. Senten.* titulum, manu tamen secunda, incipiens: *Fecit Deus hominem rectum & ipse se infinitis miscuit quæstionibus. Eccles. VII.* &c. *Primo quæritur, utrum* [illegible] *supponat distinctionem realem, sive distantiam* &c. Huic libro adjicitur *Liber 3. Sententiarum* incipiens; *Quæritur, utrum Incarnatio sit possibilis: videtur, quod non* &c. Post hunc *Liber 4. Sententiarum* incipiens: *Utrum decuerit esse aliqua Sacramenta in nova lege* &c. *& videtur, quod non* &c.; cujus libri in fronte legitur alio quidem charactere, sed tamen antiquo: *Incipit liber 4. super Sententias Fratris Alexandri olim generalis Ministri Ordinis Fratrum Minorum*: in fine vero ponitur Tabula non in 2. 3. & 4., sed etiam *primi libri* Sententiarum; cujus prologus continet xx. *Quæstiones*, quarum prima: *Utrum de subjecto Theologiæ possint explicari aliquæ sensibilitates per intellectum*. Aut igitur hujus Alexandri sunt hi Sententiarum Libri, aut Alexandri alterius, & forsan *Alexandri Alemanni*, vel *Halensis*; itaque inscriptio quarti, & primi libri falsa est.

Alexandri de Alexandria olim Ministri Generalis Ordinis Minorum Expositio in primum Sententiarum librum habetur in Biblioth. S. Marci Venet. cod. 105. Bess. in fol. membran. folior. 149. seculi circiter XIV. inter Miscellanea ex Ind. pag. 69.

Summam Quæstionum S. Bonaventuræ in 4. libros Sententiarum = ex qua conjici potest, eum S. Bonaventuræ fuisse discipulum.

Quæstiones Quodlibeticas adducit memoratus Astesanus in sua Summa lib. 3. par. 1. tit. 11. art. 6., & alibi. *Quodlibet* ejus incipiens: *Quæritur primo, utrum in eadem re simplici possint includi distinctæ formalitates*: & finiens in Indice: *utrum necessario sit res alia a fundamento*: memoratur in Inventario Asisien. anni 1381. in 3. solario occident.

Tractatum de Usuris ferunt extare ms. in Biblioth. Vatic., citantque plures, Franciscus Plateanus tract. de Usuris cap. 1. num. 27., S. Antoninus tract. de Restitution. cap. 7., S. Bernardinus, Alexander Ariostus in Enchiridio par. 3., Angelus de Periliis tract. de Societatibus, Conradus de Summenharte tract. 6. de Contract. q. 93. corol. 1.

Tractatum de Restitutionibus Alexandri Lombardi citat prædictus Alexander Ariostus par. 3. tit. *A Mercatoribus*.

In

In libros Aristotelis de Anima Commentar. prodiit Venetiis an. 1502. in fol., teste Martino Lippenio to. 1. Biblioth. Realis Philosophicæ pag. 60.; & Venetiis quidem in Biblioth. S. Marci habetur Expositio *Alexandri de Alexandria* &c. *in libros de Anima* cod. 260. Bess. in 4. membran. folior. 102. seculi XIV. inter Miscellanea ex Indice illius Biblioth. p. 16. Eum sane *in libros de Anima*, *& in Metaphysicam Aristotelis* scripsisse testantur veteres, ac in primis Bartholomæus Pisanus Conformit. VIII. par. 2. his verbis: *Super Metaphysicam, & libros de Anima nemo scripsit melius eo*: & Confor. XI. par. 2. de Cœnobio Alexandriæ inquit: *de quo fuit Magister Alexander, qui scripsit super omnes libros Senten.; super libros Metaphysices, & de Anima multum excellenter*: Sanctus etiam Antoninus Chron. tit. 24. cap. 8. §. 2. hæc habet: *Scripsit super Metaphysicam valde notabiliter, & subtiliter Fr. Alexander de Alexandria* &c.: Autor vero Memorialis Ordinis Minorum in Firmamento trium Ordinum edit. Parisien. par. 1. refert, scripsisse eum *super omnes ferme Aristotelis libros maxime super Metaphysicam, in qua alios dicitur excellere Doctores*. Extat Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. incip. proœmium: *de Anima: ubi non est scientia Animæ, non est bonum. Prov. 19. Aug. de Trin. c. 1.* Opus vero incipit: *Bonorum honorabilium* &c. *Liber iste, cujus expositionem intendimus, dividitur in duas partes* &c.; & tribuitur *Alexandro de Ales* charactere diverso; sed reponendum puto *de Alex*. In Catalogo librorum mss. impresso, qui in potissimis Angliæ Bibliothecis sunt, pag. 380. in recensione veterum editionum, quæ in Bibliotheca Jo: Mori Nordovicen. Episcopi extant, num. 34. legitur: *Sententiosa, atque studio digna expositio venerabilis Alexandri super tertium librum de Anima impressa per me Theodoricum Rood de Colonia in alma Universitate Oxoniensi anno Incarnationis divinæ* 1481. in fol. Fateor tamen, me nescire, an hujus Alexandri, vel Alensis, aut alterius sit talis expositio.

In Metaphysicam Commentarios ejus perperam, & imperite Propertius Resta anno 1572. vulgavit Venetiis typis Simonis Galignani sub nomine *Alexandri Alensis*; cum præter ea, quæ dicta sunt, testentur Aquarius in Metaphys. lib. 12. dilucid. ult., Rodulphius Hist. Seraph. lib. 2. fol. 185., & Nazarius Opusc. de Operibus S. Thomæ extare mss. Venetiis in Bibliotheca N. V. Francisci Venerii sub nomine *Fr. Alexandri de Alexandria*. Deinde Gabriel Zerbius Veronen., qui scribebat sub Sixto IV.; huic Alexandro hos Commentarios adjudicat lib. 1. in Metaphys. q. 8., lib. 2. q. 2., & lib. 5. q. 17., uti & Trithemius de Scriptor. Eccles., Jacobus Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 3., & Mauritius Hibernicus in Annot. ad Quæstiones Metaphys. Scoti. Præterea *Fr. Alexandri de Alexandria Ord. Min. Expositio in v. lib. Metaphys. Aristotelis* ms. extat Florentiæ in Bibliotheca Laurent. Medic. plut. 84. cod. 15. membran. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 402. Biblioth. mss.; eamque citat antiquus autor Ord. Prædic. Dominicus de Flandria Lector primarius Patavii in 5. lib. Metaphys. q. 9. prope finem. Verum & stylus, & opinio diversa diversum arguit autorem. Hic enim Alexander defendit, *relationem* fundamento nullam adjicere *realitatem*, sed prorsus *intentione* ab ea distingui: Alexander vero Alensis in Summa par. 1. q. 48. mem. 4. art. 3. disserit, *relationem* in rebus creatis esse *accidens*, subdens §. 3.: *Sed in creaturis, ubi est compositio, & mutabilitas, nec secundum rem, nec secundum rationem ad aliquid, & substantium idem esse possunt*: præter ea, quæ hic Alexander Alexandrinus de *Formalitatibus* habet, quæ illum ab Alensi diversum evincunt.

Quare injuriâ Natalis Alexander Dissert. de *Præceptore D. Thomæ* Append. to. 7. utrique Alexandro hos Commentarios abjudicat, & S. Thomæ ex veterum mss. fide opus genuinum esse contendit, imperite simul, & falso furti insimulans hunc Alexandrum illis verbis: *qui cum annis 36. post obitum S. Thomæ vixerit, S. Doctoris Commentarios ipsum exscripsisse compertum est*. Sed forsan Natalis nunquam Alexandri Commentarios aspexit, nedum non legit, quorum ab illis Thomæ tale tantumque discrimen est, ut cæci ipsi profecto judicium ferre possint. Siquidem, ut multis abstineam, liber 2. Commentariorum S. Thomæ cum duplici textus & veteris, & Bessarionis translatione quatuor chartis continetur; alter vero Alexandri cum unico textu ejusdem characteris quatuordecim chartis non finitur: hicque expositioni perpetuas adjungit *Quæstiones*, quarum ne unam quidem movit S. Thomas: et id quantum ad molem. Quantum autem ad opiniones quam dissidentes sint, lucet; cum Alexander lib. 4. tex. 4., & lib. 7. tex. 22. *essentiam* ab *existentia* nullo modo re, sed *ratione* tantum distingui tueatur: lib. 5. tex. 15. & 20. *relationem* fundamento nihil addere; neque ab eodem re, sed *intentione* tantum discerni: eodem libro tex. 12., & lib. 7. tex. 41. *principium individuationis* non semper a materia haberi, sed in abstractis a materia *suppositalitatem* esse principium distinctionis numeralis: libro itidem 5. tex. 20. duas *relationes* disparatas super eadem relatione fundari non esse impossibile; tex. vero 2. dicat: *non tamen imaginandum est, quod istæ duæ formalitates sint duæ res, sed sunt duo modi rei*: & tex. 15.: *appello autem hic formalitatem quemlibet conceptum* &c.: sed & lib. 8. tex. 4. non obscure actum *entitativum* admittit. Quæ quidem an a S. Thoma exscripserit hic Alexander; & an ea sint S. Doctoris placita, judicent ipsi S. Thomæ sectatores: cum ulterius lib. 12. tex. 20. refellat *Expositionem* Metaphysices ejusdem S. Doctoris; & lib. 5. tex. 21. improbet exemplum de *calore*, quod adducitur a S. Thoma par. 1. Summæ q. 4. art. 2. Quod si aliquando, licet perraro, in expositione textus conveniunt verbis etiam iisdem, nil mirum; cum id legatur de aliis gravissimis, & doctissimis viris; ne hic commemorem, quod de ipso *S. Doctore* plures nec injuriâ conscribunt.

Postilla super Ecclesiasticum incip. *Multorum nobis: Operi principali duo proœmia, sive prologi præordinantur* &c. ms. pergam. in fol. extat Asisii in Tabulario sac. Conventus una cum

Postilla in Job. incip. *Hoc habet pro certo omnis, qui colit* &c.; & tribuitur prima Postilla *Alexandro de Alexandria prov. Genuensis* in Inventario anni 1381. in banco 3. occident., & 2. solar. orient., ubi finire dicitur: *quod nobis præstare dignetur Dominus*.

Postilla super Isaiam incip. *Legitur in 3. Reg. 1., quod unxerit Salomonem Sador* &c. ibidem ms. pergam. in fol. sub nomine *Alexandri de Alexandria*: & finit: *effundam de spiritu meo super omnem carnem*.

nem: quod etiam habetur notatum in cit. Inventario anni 1381. in 2. solar. orient.

In Evangelium Joannis Comment. extare ms. Patavii in Biblioth. S. Antonii docet nos Thomassinus in Catalogo Biblioth. Patav. mss.; atque incipere: *In principio erat Verbum*: ac terminare: *per infinita secula seculorum. Amen.* ut habet Index librorum mss. antiquæ Bibliothecæ S. Franc. Ferrariæ scriptus an. 1437. pag. 17. & 66., ubi olim erat hoc opus, sed nunc desideratur. Extat & Toleti in Biblioth. Conventus S. Jo: Regum sub H. A. n. 13., teste Jo: a S. Anton. to. 1., & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis ms. in fol. scam. 9. incip. prologus: *Hic est Joannes Evangelista. In hoc prologo procedit Hieronymus in hunc modum* &c. Opus vero: *In principio erat Verbum* &c. *Istud Evangelium primu sui divisione dividitur in partes* 4. &c. & in fine extat: *Explicit Postilla super Evangelium S. Johannis edita a Fratre Alexandro de Alexandria Ordinis Fratrum Minorum sacræ Theologiæ Doctore. Amen.* Habetur ibid. & n. 103. in fol. antiquior, & correctior cum prologo autoris incip. *Amicus Sponsi stat, & audit; & gaudio gaudet propter vocem Sponsi. Hoc verbum scribitur in Evangelio* &c. postea subditur prologus S. Hieronymi: *Hic est Joannes Evang.*: cum autoris expositione. Extat & in Biblioth. S. M. C. P. M. A. ms. pergam. in 4. incip. *Amicus Sponsi stat, & audit, & gaudio gaudet propter vocem. Hoc verbum scribitur* &c. desinit: *non spatio locorum credendum est mundum capere non posse, quasi in eo, si scribi quoquomodo possent, scripta non ferret, sed capacitate legentium comprehendi fortasse non possent. Explicit Postilla super Evangelium S. Joannis edita a Fr. Alexandro de Alexandria Ord. Fratrum Minorum sac. Theologiæ Doctore.*

Postilla super Epistolam ad Romanos habetur ms. in prædicta Bibliotheca S. Antonii Patavini ex cit. Thomassino, extabatque olim etiam Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex supra memorato Indice pag. 68. & 79., sed jam evanuit. Hæc forsan illa est, quæ incipit: *Annunciabo tibi* &c.: teste Rodulphio lib. 3., & Possevino in Appar. sac., atque Alexandro Alensi tribuitur. Hanc tamen *Postillam* esse Alexandri ab Alexandria, non vero Alensis evincit codex vetus ms. Bibliothecæ S. Crucis Florent. scam. 23. versus Ecclesiam n. 273. in 4., cujus initium est: *Annunciabo tibi quod expressum est* &c.: in fine vero legitur: *Explicit Postilla super Epistolam ad Romanos edita a Fratre Alex. de Alexandria Ordinis Fratrum Minorum generali Ministro, & sacræ Theologiæ Doctore.* In principio vero adnotatum legimus charactere diverso, sed antiquo: *Istam Postillam super Epistolam ad Romanos editam a Fratre Alexandro sacræ Theologiæ Doctore, & generali Ministro Ordinis Fratrum Minorum dedit armario Florentiæ S. Crucis Conventus Fr. Gerardus de Leonardis de Florentia, quando ivit Romam Inquisitor hereticæ pravitatis anno Domini* M. CCC. XXXVIII. hoc est 24. annis ab obitu autoris. Huic Alexandro attribuit & codex ms. pergam. in fol. Bibliothecæ nostræ Asisiatis, Ravennæ in Bibliotheca Classensi PP. Camaldulen. extat ms. pergam.: *Excerpta de Postilla Alexandri de Alc. super Epist. D. Pauli ad Romanos.*

Tractatus de memoria rerum difficilium ms. in 4. extat in Bibliotheca Hispalen. Ecclesiæ incip. *Summa*: teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 19.

Demonstrationum librum edidit, quem ipse Alexander citat in Metaphysica lib. 2. tex. 4. fol. 37., putoque ad *Logicam* pertinere.

Pro puritate B. V. scripsisse eum asserit Ant. Cuccharus Episcopus Acernen. par. 2. Elucidarii fol. 63.; sed forsan id egit in 3. lib. Sentent., uti Scotus, & alii plures.

Epistolas encyclicas plures dedit, quarum illam Fr. Aycardo Provinciæ Mediolanen. Ministro datam Barcinone an. 1313. legi Romæ.

Apologias pro Communitate Ordinis Minor. contra Raymundum Gaufredi, Hubertinum Casalen., aliosque zelo Religionis reformandæ ceteros diffamantes: ut legere est Waddin. Annal. Min. ad an. 1310. n. 2. & seqq. Primus *Libellus* Communitatis Ordinis contra zelantes FF. incipiebat: *Religiosi viri Fr. Gundisalvus* &c.: alter vero: *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores* &c.: uti notatum legitur in cod. 734. scam. 30. Bibliothecæ Florent. S. Crucis versus claustr. post *Improbat.* Francisci Asculani, & *Responsionem* Ubertini Casalen.

Abbreviatio, quam edidit Communitas Ordinis, de intelligentia, & observantia paupertatis per XIV. dicta extat Florentiæ in S. Crucis Biblioth. scam. 35. & ult. versus Ecclesiam cod. 413. in 4. post tractatum *Riccardi Conyngton.*

* ALEXANDER AQUILANUS = V. *Alexander de Ritiis.*

35.

ALEXANDER DE ARBITRIS = vox corrupta; est enim idem ac *Alexander Ariostus.*

L V I I. 36.

ALEXANDER ARIOSTUS = non provinciæ *Franciæ*, sed Æmiliæ, ut idem Waddingus in Indice Nationum inter Italos ait; ac *Bononiensis* patria, quemadmodum scribit Augustinus Superbus in Opere ms. de Scriptoribus Ord. Min. Anno 1475. a Sixto IV. missus est ad Maronitas Nuncius ex Annal. Minor. ad eum annum; cum antea fuisset Hierosolymis, ut ipse scribit in Enchiridio par. 1. n. 80.; de quo Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Franci. par. 3. lib. 5. cap. 54.

Enchiridion, sive Interrogatorium perutile pro animabus regendis &c. *ad Fr. Marcum Bononiensem Ordinis Min. de Observantia missum, editum vero anno* 1475. culto sermone, ac in tres partes divisum prodiit etiam Papiæ castigatum, expurgatumque typis Jacobi a Burgofranco an. 1516. in 8.; postea & Venetiis an. 1522.; & Lugduni an. 1540. in 8., estque id, quod Wolfangus Fraymonius in Elencho Scriptor. Jur. utr. dicit: *de animabus regendis.*

De sacra peregrinatione ad S. Catharinam Montis Sinai, deque Maurorum moribus, institutis, opibus, Presbyterique Joannis Regis Indorum ad venerabilem in Christo Patrem D. Ludovicum Ariostum Archipresbyterum Ferrariensem: ad modum dialogi extat Ferrariæ ms. in Biblioth. S. Dominici, teste cl. Viro Ferrante Borsetto in Hist. Gymnasii Ferrarien. par. 2. lib. 4. p. 319.

Topographia Terræ Sanctæ dicata Borso 1. *Duci Ferrariæ*, in qua extat & ejus ad Sixtum IV. *Epistola* anno 1476. X. cal. Sept. data ex sacro Cœnobio Patriarchæ Antiocheni *de statu Ecclesiæ Antiochenæ*, cujus ipse Apostolicus Commissarius erat; nec non *Literæ Petri Patriarchæ Antiocheni* ad eundem Sixtum ab ipso ex arabo in latinum conversæ: Bononiæ extat ms. in Bibliotheca Cœnobii Annunciatæ Min. Observ. pergamenum in fol. optimi cha-

characteris, ut refert Fernandus Bononiensis in Memoriis Histor. Provinciæ Bonon. Min. Observ. par. 3. cap. 8. & 9.

Vita S. Bonaventuræ breviter per Lectiones divisa, quam ms. penes se habuisse scribit Waddingus in Addit. ad to. 2. Annal. Min. in fine to. 4. n. 22., eamque diversam dicit ab ea, quæ modo legitur in ejusdem Sancti Officio per dies Octavæ distributa. S. autem Bonaventura in Sanctorum album relatus est an. 1482. m. Aprili a Sixto IV.

Serena Conscientia in Regulam S. Francisci tribuitur etiam, sed perperam, *Jacobo Grumello* ab ipso Waddingo; proditque sine autoris nomine in Speculo Minorum, seu Firmamento trium Ordinum edit. Venetæ an. 1513. par. 3. Certe Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1480. num. 12. huic Alexandro adjudicat *Serenam Conscientiam*: Jacobus vero Grumellus vulgavit Brixiæ cum nonnullis aliis per Jac. Britannicum in 4.; interpolatam vero, & italice versam Hieronymus Mengus inseruit suo libro tit. *Giardino delizioso* &c.

Elucidatio rationabilis separationis FFr. Minorum de Observantia &c. = *Minorica elucidativa rationalis separationis Fratrum Minorum de Observantia ab aliis Fratribus ejusdem Ordinis* prodiit Parisiis ann. 1499. in 12., teste Petro de Alva & Astorga in Indic. Bullar. Seraph. Appar. M.; an eadem, vel diversa non satis scio. Hæc sane vulgata videtur in Monumentis Ord. Min. tract. 2. edit. Salmantic. an. 1511., & in Firmamento trium Ordinum Venetiis an. 1513. sine autoris nomine. *Minorica major* prodiit Mediolani an. 1488., teste cit. Petro de Alva in Indic. Bullar. Seraph. sub an. 1471. num. 3., qui tamen in Apparatu prædicti Operis v. *Minorica magna* dicit impressam in 4. absque loco, & anno; quæ forsan est prima editio. V. *Anonymum Gallum* v. infra.

Sunt, qui putant, hunc *Ferrariensem* patriâ fuisse, quod eadem nobilis familia & Bononiæ, & Ferrariæ vigeret; sed frequens *Bononiensis* urbis mentio, quam suo in Enchiridio facit, Scriptores Bononienses, ipseque Ferrariensis Superbus proxime relatus Bononiæ vendicare videntur; additque hic ultimus, obiisse eum Barchinone anno 1484. ætatis suæ 66.

LVIII. 37.

ALEXANDER BARCLEJUS = Balæus heterodoxus de Scriptor. Angl. mentionem hujus egit, ut & Jo: Pitseus; nostrorum nemo, quod legerim. Thomas Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 2. bis hunc memorat, num. 194. omnia fere referens, quæ Waddingus, & num. 179. ita: *Alexander Barcleius nobilis, & egregius Poëta, & insignis Orator gente Scotus sub Maria Regina decessit, vel, ut alii volunt, sub finem Eduardi VI., inquit Holinshedus Hist. pag. 1719. Scripsit Orationes varias; Poëmata varia lib. 1.; de fide orthodoxa lib. 1. Vixit in Anglia, patriâ sua Religionis causa pulsus, & sub aureo Mariæ Anglicanæ imperio obiit anno* MDLII.

LIX. 38.

ALEXANDER BONANNUS = Conventualium sac. Theolog. Doctor, nobili genere ortus, & suæ Provinciæ Minister anno 1566., ut habet Philippus Cagliola in Hist. Provinciæ Siculæ Min. Conv. manifest. 1. & 7. explor. 2., & manifest. 2. explor. 3.; ejusque meminit & P. Rodulphius lib. 3., aliique plures apud Mongitorem in Biblioth. Sicula; & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 20.

LX.

ALEXANDER BOVIUS patritius Bononien. 3. Ord. S. Franc. Claustral. sac. Theol. Magister, & verbi Dei Prædicator spectabilis, ac Theologus Ducis Parmensis edidit Opusculum tit.

Il Volto santo di Lucca contemplato. Mediolani typis Dionysii Gariboldi an. 1639.; deinde Bononiæ typis Jo: Baptistæ Ferronii an. 1657. in 4.

Divozione ad onore de' Santi Angioli. Bononiæ an. 1657. in 12. per eundem Ferronium, ex Francisco Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 38., qui addit, alia eum scripsisse publicæ utilitatis causa.

Curiose, & erudite osservazioni verso degli Angioli in tre parti. Venetiis an. 1676. in fol. typis Benedicti Milocchi, ex Orlando de Scriptor. Bononien., & Jo: a S. Anton. to. 1.

LXI.

ALEXANDER DIACZOVISCZ Petricoviensis Polonus Convent. sac. Theol. Magister, & Concionator haud ignobilis vivendi finem fecit Cracoviæ an. 1654., nobisque reliquit, teste Bonav. Theulo in Triumpho Seraph., & Jo: Franchino in Bibliosophia pag. 27. num. 16.

Orationum funebrium librum unum lingua polonica Cracoviæ typis editum.

Conciones de Sanctis nostri Ordinis itidem polonice ms. lib. 1.

Cælestis lunæ exæquationem pro funere Abrahami Goluchouski. Cracoviæ per Valerianum Fratchouski anno 1648.

* ALEXANDER DOLENSIS = V. *Alexander de Villa Dei*

LXII.

ALEXANDER FLORAVANTIUS Bononiensis Capuccinus sac. Theologiæ professor, genere, doctrina, & vita clarus scripsit

In Prædicamenta Aristotelis lib. 2.

De Sophismatibus lib. 1.

De Cælo, & mundo, ac de metheoris lib. 4.

De multiplicatione specierum libros 2.

Opusculum mathematicum de modo practicandi rettoriarium, seu retiarium *mathematicum* impressum Venetiis an. 1585. in 4. De eo Cherubinus Sandolinus apud. Dionys. Genuen., & Jo: a S. Anton. to. 1.

LXIII. 39.

ALEXANDER HALENSIS = ex Salimbene Parmensi in Chron. ms. pag. 307. Roberti Capitonia Episcopi Lincolniensia, & Fratris Adami de Marisco *socius fuit Magister Alexander ex Ord. FF. Minorum natione Anglicus, & Magister cathedraticus Parisius, qui multa Opera scripsit, &, ut dicebant omnes, qui eum bene noverant, suo tempore similem sibi in mundo non habuit*. Narrat Pisanus Conform. XVII. par. 2., Alexandrum Alensem Asisium ob reverentiam S. Francisci se contulisse, & coram *S. Clara* de Deo concionem habuisse. Idem anno 1245. tempore Concilii Gener. Lugdunen. una cum tribus S. R. E. Cardinalibus, & tribus Episcopis jussus est a Pontifice Innocentio IV. subire cognitionem, & examen vitæ, & miraculorum *S. Eadmundi Cantuarien. Archiepiscopi* ex Hist. Canonizat. & Translat. ejusdem Sancti ab Alberto Archiep. Armachano tunc in Francia pro eadem causa commorante composita, & a Martene & Durand to. 3., Anecdot. vulgata par. 1. §. 2., ubi dicitur *Frater & Magister Alexander de Hales tunc Facultatis Theologi-*

logicæ magnus Doctor, qui forsan vocatus fuerat ad Concilinm. *Doctoris Irrefragabilis* titulus ei obvenisse creditur ex literis Alexandri IV. *De fontibus Paradisi* an. 1256. apud Echardum to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 321., & inde apud Jo: a S. Anton. to. 3. Biblioth. Francisc. in Appendice v. *Guilielmus de Militona*; quibus Papa laudibus effert ejus *Summam, in qua*, ait, *sententiarum* IRREFRAGABILIUM *ordinatæ sunt acies ad obterendam veritatis pondere contentiosæ pervicaciam falsitatis*. Hinc S. Antoninus 3. parte Hist. tit. 24. cap. 8. inquit: *Alexander de Hales Magister Parisiensis, qui pro sua excellentia nominatus est Doctor* IRREFRAGABILIS; & Marracius to. 1. Biblioth. Marianæ: *Halensis post absolutam Parisiis Theologiæ Summam hoc sibi apud peritissimos quosque conciliavit insigne, ut Doctor* IRREFRAGABILIS, *& Doctor Doctorum, & Fons vitæ censeretur, & appellaretur*; ut plures alios omittam.

Natalis Alexander dissert. *de Præceptore D. Thomæ Aquinatis* in Append. ad to. 7. Histor. Eccles. negat, Halensem S. Thomæ fuisse præceptorem; putatque id primum haberi ex epitaphio, vel elogio Parisiis an. 1628. a P. Benigno Genuensi Ministro Generali posito. Sed non vidit, aut videre noluit Apparatum sacrum Possevini anno 1600.; non Epistolam Francisci de Franciscis Senensis Bibliopolæ Typographique ad Scipionem Rebibani Card. Episcopum Sabinensem an. 1576. præmissam Summæ Theologicæ hujus autoris, quam Venetiis evulgavit; non Marcum Ulyssiponen. anno 1560. scribentem Chron. S. Francisci par. 2. lib. 1. cap. 12., & Chronica Ordinis vetera citantem; qui omnes Alensem dicunt *D. Thomæ Aquinatis Magistrum*; non vetus epitaphium ad tumulum Alexandri olim Parisiis appositum, quod legitur in Speculo Minorum, seu Firmamento trium Ordinum Venet. anno 1513. par. 1. pag. 14., nec non in Firmamentis trium Ordinum Parisiis editis an. 1512. par. 1. sub initium; non aspexit editionem Norimbergensem *Summæ Theologicæ* hujus viri factam an. 1482. impensis Antonii Koberger in fol. m., ubi initio primi libri legitur integrum hoc *epitaphium*, extatque Asisii in Bibliotheca sac. Conventus S. Francisci sub l. AA.; non aliam Lugdunen. an. 1515. expensis ejusdem in fol., quæ Romæ habetur in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum: cujus quidem epitaphii de multis sint satis hi versus:

„ Primus in articulos divina volumina duxit;
„ Artis & in morem retulit acta senum.
„ Quo duce præmonitus in prælia Divus Aquinas,
„ Quotquot & usque legis fortius arma gerunt.
„ Nec quisquam adveniet, quamvis ars crescit in oras,
„ Tam mente integra, qui senis orsa latret.
„ Hauriet hinc potius veluti de fonte liquorem,
„ Et tamquam exemplar præferet usque virum.

Extat Ferrariæ in Bibliotheca Sancti Francisci *Epitomes lib. 2. Senten.* Alexandri de Ales ms. an. 1453. a Fr. Jo: Lugensi, de quo infra dicetur, composita; cujus in fine hoc Opusculum adjecit: *Secundus S. Thomæ de Aquino, secundum quod reperi, sic simpliciter extractus juxta Alexandrum ejus Magistrum annotavi ego ipse, qui & Alexandrum parvulum eduxi* &c. Sane Jo: Gerson in Epist. de laudibus D. Bonaventuræ nonne in commendationem Alensis inquit? *cujus doctrina quantæ sit ubertatis, dici satis nequit: de qua fertur respondisse S. Thomas, dum inquireretur ab eo; quis esset aptior modus studendi Theologiam: Exercere se in uno Doctore præcipue. Dum ultra peteretur; quis esset talis Doctor? respondit: Alexander de Hales. Testor, me ita legisse pridem in tractatu quodam de Visione beata contra Jo:* XXII. *Testantur Scripta ejusdem S. Thomæ maxime secunda secundæ, quam intimum sibi fecerat, & familiarem illum, quem laudabat, Doctorem Alexandrum*. Hinc Stephanus Brulefer Doctor Parisiensis, qui anno circiter 1480. scribebat, initio prologi *Reportatorum* in libros Sententiar. S. Bonaventuræ de Doctoribus, qui hisce quæstionibus se exercuerunt, ait: *quorum primus in Religionibus Mendicantium fuit Magister Alexander de Ales, a quo S. Thomas multa recepit: unde fere quidquid scripsit in Secunda secundæ, recepit ab Alexandro de Ales, ut patet intuenti*. Hoc itaque modo saltem dici potuit Alensis præceptor Aquinatis. Præterquamquod si fatentur veteres S. Antoninus par. 3. Chron. tit. 23., aliique, quod neque Act. SS. Collect. in Vita S. Thomæ, neque Natalis Alexander inficiatur, circa annum 1244. S. Doctorem Parisiis fuisse menses aliquot, vel dies, ut alii volunt, antequam Coloniam se conferret; potuit id temporis Alensem adhuc docentem audivisse; præsertim cum in seculo Thomas rationales, naturalesque facultates percurrisset, teste Ptolomeo Lucensi in Hist. Eccles. lib. 22. cap. 20. Verùm Natali respondit P. Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 27. & seqq. in Dissert. scholastico-historica de Magisterio Alensis, & Discipulatu Angelici Præceptoris.

Errat itidem Oudinus, dum non solum Aquinatis *Magistrum* negat fuisse Alensem, sed neque S. Bonaventuræ; neque *verum Israelitam, in quo Adam non peccasset*, Bonaventuram appellasse; sed primum Pelbartum Temiswariensem id excogitasse dicit: quando idem ipse Bonaventura in 2. dist. 23. quæst. 3. Alexandrum de Hales vocat *patrem*, & *magistrum* suum illis verbis: *nam hoc est unus de decem articulis reprobatis ab Universitate Magistrorum Parisien. tempore Episcopi Guillelmi, & Odonis Cancellarii, & Fratris Alexandri de Hales patris, & magistri nostri*; quod volunt factum anno 1240.: & quando ante Pelbartum Temiswar. & Octavianus Martini Protonotar. Apostol. in Oratione coram Sixto IV. habita anno 1482., & longe ante Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. de Prov. Burgandiæ, ac loco Lugdunensi dictum illud enunciarant; ut omittam Franciscum Pavinum, & Robertum Caracciolum idem tradentes an. 1482., & ante istos S. Antoninum Chron. par. 3. tit. 24. cap. 8. art. 3. circa annum 1450.

Nicolaus Trivet autor suppar Ord. Præd. in suo Regum Angliæ Chronico ad an. 1222. ait: *Alexander vero de Hales, qui Fratrum Minorum Ordinem ingressus est, Summam Theologiæ illis temporibus perutilem conscripserat cum diligentia maxima, & labore*. Raynerius Pisanus & ipse Ord. Præd., qui suam Pantheologiam an. 1333. incœpit, in prologo profitetur, se opiniones sequi Doctorum per Ecclesiam magis probatorum, ac in primis *S. Thomæ Aquinatis, & Doctoris antiqui Alexandri de Hales, atque Doctoris Seraphici Bonaventuræ*. Alexander Halensis omnium primus *Indulgentiarum* compensationem a thesauro Ecclesiæ derivavit, & ex

eo

eo pœnas canonicas laxatas resarciri docuit, quem secutus est Albertus M., & S. Thomas, teste Morino de Sacram. Pœnitentiæ lib. 10. cap. 21. num. 1.; qui & num. 14. advertit, S. Thomam contra Albertum M. sensisse in quodam articulo ex 4. dist. 20. q. 1. art. 3. Joannes etiam Patriarcha Antiochenus vir doctissimus in Concilio Costantien. an. 1415. defendens *Papam* non subjici Concilio Generali uno contentus fuit Doctore *Alexandro de Ales*, ejusque autoritate; ut ex Actis dicti Concilii novissimæ edit. Venetæ in Append. col. 821.; cujus etiam autoritate præ ceteris usi sunt Patres Costantien. in damnatione articulorum *Jo: Wiclefi* concl. 11. n. 39. ibidem in Append.; & in Tractatu *Mauritii Pragensis* contra Jacobum de Misna de Communione laicali sub una specie sacramentali in prædicto Concilio anno 1417. habito lib. 2. cap. 2. dicitur *ille famosus Doctor Alex. de Halis*. Sed & Jo: Ragusinus Ord. Præd. in Oratione de Communione sub utraque speciē an. 1433. ad Patres Basileenses recitata ante omnes Doctores theologos hunc celebravit his verbis: *Item Alexander de Ales Doctor antiquus, solemnis, & profundus in doctrina divina pariter, & humana, & sancta vita, magnæque autoritatis in tota Schola Theologiæ* &c. Et tamen Natalis, cum non haberet quid opponeret Gersoni, & Brulefero, Theologiam Alensis vocavit *spinosam*; quasi non hoc vocabulo veniant apud heterodoxos quorumcumque Scholasticorum Theologorum Scripta: neque tantum ille Theologicam *Summam* carpsit, verum etiam plura alia hujus autoris Opera exagitavit, detraxitque. Sunt etiam quidam recentes Scriptores, ut Dupinus, eumque secutus Echard de Scriptor. Ord. Præd. to. 1. pag. 319., qui opinantur, Halensem præter *Summam Theologicam* nihil aliud composuisse; quando ejus Elogium statim post obitum positum dicit, de eo: *Autor Scriptorum vir Alexander variorum*: quando Henricus Gandavensis autor suppar in Scriptor. Eccles. tradidit, eum præter *Summam* memoratam scripsisse etiam *de Concordia juris divini, & humani*; quod Opus tamen nescio, an inveniatur; & quando Bartholomæus Pisanus, qui seculo secundo Ordinis scripsit, eundem *quasi totam sacram Scripturam* postillasse literis prodiderit: sed de omnibus juxta ordinem a Waddingo statutum dicamus.

Postilla in universos Bibliorum libros = de qua Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ inquit: *utrumque sacrum Testamentum variis hinc inde annotationibus veluti stellulis illustravit; quod Opus ipse Postillam super totam Bibliam inscripsit*; & antiquus autor *Firmamentorum trium Ordinum* S. Franc. anno 1510. Parisiis editorum par. 1. tract. de Viris illustribus Ord. Min. ait, Alensem inter cetera scripsisse *super totam Bibliam, nihil tam veteris, quam novi Testamenti dimittens indiscussum: Opus certe prolixum nimis, & laboriosum*: antiquior tamen Bartholomæus Pisanus Conformit. VIII. par. 2. *quasi totam sacram Scripturam* postillasse dicit; uti & Trithemius in Catal. Scriptor. Eccles.; atque cit. Pisanus paulo ante in Prov. Franciæ, ac loco Parisiensi scripserat, *multas Postillas* fecisse *super sacram Scripturam, & glossas ordinarias*. Petrus Rodulphius lib. 3. vocat *Annotationes* in sacram Scripturam. Anno 1546. prodiit typis Venetis in fol.

Commentaria in Moysis Pentateuchum = Extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis plut. 23. cod. 269. ms. *Postilla Alexandri de Ales super Genesim, Exodum* in fol. m.; præmissoque proprio prologo: *Principium verborum tuorum veritas Deus Pater* &c.: & expositione in Hieronymi prologum, incipit Genesis Comment. *In principio* &c. *Agit Moyses in primo libro de primordiali rerum creatione* &c. *Exodus* incip. *Erunt V. civitates in terra Ægypti loquentes lingua Canaan* &c.: quæ sunt *Hugonis de S. Caro Card. Ord. Præd.* jam typis edita.

In Job Postilla extabat olim ms. Bononiæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri Catalogo librorum illius loci edito anno 1421. a me lecto, qui adhuc ms. extat in Tabulario dicti Conventus. Incip. *Dicitur in Psalmo*; uti scribit Jo: a S. Anton. forsan ex Pitseo.

In Psalmos = *Comment. in Psalmos* Halensi adscribunt etiam Nicolaus Eymericus anno 1380. florens, & Vincentius Bandellus in disput. solemni an. 1502. edita: extabantque in majori Conventu Parisien., & in Conventu Leyden. Minorum, teste Petro de Alva *Radio* 68. pag. 772., & 773., & in Biblioth. Bodlej. ex Catalogo. *Postilla super Psalterium* servatur ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis plut. 23. num. 270. versus Ecclesiam in fol., incipitque: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem* &c. *Verbum est Salomonis filii David in Cant. III.* &c. *Beatus vir, qui non abiit* &c. *Psalmus iste titulum non habet, quia titulus non ponitur in Prælusio*: & est cusa inter Opera supradicti Card. Hugonis a S. Caro. In antiquo Indice, vel *Repertorio* Conventus S. Franc. Ferrariæ confecto anno 1437. pag. 14. & 66. habetur: *Item Alexandri de Ales super Psalterium in pergameno, & tabulis coopertis corio rubeo*, cujus principium: *Cumque transcendissent, qui portabant arcum Domini* &c.: finis vero: *prima autem pars dividitur*: sed hodie non apparet. Erat igitur diversum opus ab illo, quod an. 1496. prodiit Venetiis in fol. per Jo: & Gregorium de Gregoriis fratres cura Fr. Dominici Ponzoni sub nomine *Alexandri Alensis*, cum sit *Hugonis Cardin.* supradicti, ut Venetæ editiones 1516., & 1546. habent, & ut elicitur ex initio, & fine diversis: quamquam suspicor, codicem Ferrarien. fuisse mutilum, ac imperfectum, præsertim in fine. Certe Opus editum typis in Psal. 58. v. 9. habet: *videtur autem hæc prophetia de Ordine Prædicatorum (convertentur) idest simul vertentur ex toto omnia relinquentes, & Christum pauperem in paupertate sequentes*: & paulo post: *in hoc fine mittetur servus, idest Ordo Prædicatorum, ad invitatos* &c.: & S. Antoninus par. 3. Chron. tit. 22. tradit, *Hugonem* insignem, & magnum Commentarium edidisse in *Psalterium*. Prodierat autem sub nomine *Alexandri de Ales* etiam anno 1476. Venetiis typis Gott. ex Catalogo Bibliothecæ Slusianæ; tum Lipsiæ an. 1554. ex Mart. Lippenio; & Venetiis rursus an. 1556. ex Pitseo, & Indice Biblioth. Barber.

Super Psalmum 118. *Comment.* ms. duplicatus in S. Jacobo Leodii ex cit. Petro de Alva.

Postilla in 5. libros Sapientiales, idest *Proverbia* incip. *Dicit Eccles. XXXIX. 6. Occulta proverbiorum exquirit sapiens* &c. *Ecclesiastes* incip. *Beatus vir, cujus est auxilium abs te; ascensiones in corde suo* &c. *Cantica Cantic.* incip. *Deus in gradibus ejus cognoscetur: ita dicit alia editio* &c. *Sapientiæ* liber incip. *Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam* &c. *Ecclesiasticus* incip. *Summi Regis palatium in IV. consummatur* &c.: adscripta *Alexandro de Ales*, quæ tamen est dicti Card. *Hugonis*, habetur in Bibliothe-

ca

ca S. Crucis Florentiæ cit. plut. 23. cod. 269. post Postillam in *Exodum*: habetur quoque ibidem num. 271. & 272. in 4. Olim etiam Bononiæ in Biblioth. S. Franc. extitit ms. *Postilla super lib. Proverbiorum*, *& Eccles.* ex Catalogo ms. an. 1421. confecto. *In Cantica* lib. 2.° cap. 14. citat Gabriel Barletta Ord. Præd. in Sermone de Assumpt. B. M. V.; & lib. 6. Bernardinus Busti in Mariali par. 11. serm. 1. p. 7.; etiam Henricus Harpius, qui obiit an. 1477., lib. 1. Theologiæ mysticæ cap. 8. *Alensis* in *Cantica Canticor.* Expositionem adducit; uti & antiquus autor *Thesauri novi* serm. 1. de Conceptione, & de Annunciatione B. Virginis.

In Isaiam Comment. extat ms. in Biblioth. Paulina Lipsien. ex Catalogo mss. codicum illius Biblioth. an. 1686. Lipsiæ impresso pag. 71.; extabatque olim *Postilla super Isaiam* Bononiæ ms. in Biblioth. S. Franc. ex Catalogo veteri supra memorato.

In XII. Prophetas minores = *Alexandri Halensis Postillæ in XII. Prophetas minores* mss. habentur Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 506. *Alexandri de Ales in Prophetas min.* ms. in Biblioth. Colbert. ex cit. Montfaucon to. 2. pag. 926. Etiam Casimirus Oudinus in Comment. de Scriptor. Eccles. to. 3. dicit, *in XII. Prophetas minores Commentarios* Alexandri de Ales titulum præferentes mss. servari Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 429., qui ex principio, & fine illorum eosdem ait esse cum illis *Gulielmi de Militona*; sed errat; nam habent thema commune, sed expositionem diversam, ut in *Gulielmo Militon.* dicam. *In XII. Prophetas minores* incip. *Stabat mare super XII. boves, ex quibus tres respiciebant ad orientem* &c. *Secundum literam* &c. sub tit. *Alexandri de Hales*, sed Card. *Hugonis*, habetur in cit. codice ms. Biblioth. S. Crucis plut. 23. num. 269.: extat idem & plut. 7. cod. 70. in fol. inter alias Expositiones.

Postilla in Oseam ms. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex cit. Catalogo Montfaucon.

In Evangelia = *Postilla ejus super Matthæum, & Marcum* extitit olim ms. Bononiæ in jam dicta S. Franc. Bibliotheca. *Postillæ super Marcum, & Lucam* mss. habentur Mediolani in Biblioth. Ambros. ex cit. Montfaucon. *In Lucam* incip. *Disciplina medici exaltavit caput illius. Eccles.* 38. extat ms. satis vetustum Toleti in Biblioth. Franciscana S. Jo: Regum, teste Petro de Alva & Astorga to. 1. Biblioth. Virgin., ubi ex dicto ms. publicavit an. 1648. Matriti expositionem *super Missus est, & Magnificat*; habetur & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis ms. cod. 81., & 106. sine nomine autoris: citatur vero ab Anonymo Italo XXXI., de quo infra. Sed *Postilla in Lucam* ita incipiens tribuitur *Nicolao Gorran* Ord. Præd. a Bernardo Guidonis, aliisque apud Echardum to. 1. pag. 439. Postillam *in Joannem* non semel citat Nicolaus de Cusa Card. lib. 2. de Concordantia catholica pag. 34., & Pelbartus Temeswariensis in *Pomerio de Sanctis* par. hyem. serm. 67. in die Parasceves.

Actuum Apostolorum Postilla incip. *Scribe visum, & explana eum super tabulam* &c. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 23. cit. num. 269. falsò *Alensi* adscripta, cum sit supradicti Card. *Hugonis*. Extat & scam. 4. cod. 103. in fol. ibidem post expositionem Epistolar. Canon. sine nomine autoris.

In omnes D. Pauli Epistolas = *Super Epistolas Pauli* ms. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex cit. Catalogo Montfaucon. Postilla ms. *super Epistolam ad Hebræos* erat olim Bononiæ in prædicta Bibliotheca. *Super Epistolam* vero *ad Romanos* habetur ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis plut. 23. versus Eccles. num. 273., sed *Alexandro Alexandrino* adjudicata; & quidem illius esse supra ostensum est. *In Epistolas Pauli Comment.* prodiisse Venetiis an. 1496., & 1575. tradit Lippenius to. 1. Biblioth. Realis Theolog.; sed falsum esse puto.

Postillæ in Epistolas Canonicas, quæ tamen sunt Card. Hugonis, habentur in supradicto codice Biblioth. S. Crucis plut. 23. num. 269. adscriptæ *Halensi* post *Postillam in Actus Apostolorum*.

In Apocalypsim Comment. = Præmittit Operi prologum Gilberti Porretani incip. *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo, sicut ait Apostolus* &c., & expositionem in dictum prologum incip. *Præmittitur huic libro prologus magistralis, in quo fere omnia, quæ dicemus, prelibantur; & dividitur in 5. partes* &c.: quo finito, præmittit caput 1. Apocalypsis, inde sequitur ejus expositio incipiens: *Apocalypsis Jesu Christi*: in duas partes dividitur; primo enim præmittit proœmium; secundo *exponitur intentum* &c.: finit vero: *sit honor, & gloria in secula seculorum. Amen.* Vulgavit hanc Jo: de la Haye ex ms. vetusto membran. Biblioth. Franciscanor. Antuerpien., cui præmisit *Vitam* ejusdem Alexandri cum elogiis diversorum, in fol. Citatur ab antiquo autore *Biga salutis*, sive Sermonum Dominicalium ita nuncupatorum serm. 124., ac Dominicæ 24. post Pentecosten.

Concordiam utriusque Testamenti = *De concordia juris divini, & humani* dicit autor suppar Henricus Gandavensis in Scriptoribus Eccles.; aliique post eum Trithemius, Possevinus &c.

Lecturas Bibliorum = unde id hauserit Waddingus, ignoro; & an sit Opus a Comment. in sacram Scripturam diversum.

Summam Theologiæ = *Summam* vulgatam primum invenimus Venetiis anno 1475. sub titulo: *Summa Dñi Thomæ Alensis*, ut refert Jo: de Caille de Vitis Typograph. p. 22., per Jo: de Colonia, & Jo: Manthen de Gheretzen tomis 4. in fol.; mox anno 1481. per Antonium Kobergen Norimbergæ an. 1482.; inde Papiæ an. 1489. per Jo: Antonium Birretum in fol. ex Orlando de Orig., & progr. Typographiæ; tum Norimbergæ iterum an. 1502.; Lugduni vero anno 1515., & 1516. per Anton. Kobergen.; tandem Venetiis an. 1576. per Jo: Balainum Franciscanum Conventualem novo Quæstionum ordine typis Francisci de Franciscis Senensis, ac Coloniæ an. 1622. in fol. sumptibus Jo: Gymnici. Extat ms. Parisiis in Biblioth. Victorina, teste Oudino to. 3. Comment. de Script. Eccles.; & in fol. ms. in Biblioth. S. Crucis Florent. plut. 23. versus Ecclesiam num. 263. usque ad 267. *Alexander de Ales super 1. 2. & 3. Sententiarum*, seu partem 1. 2. & 3. Summæ Theologicæ invenitur etiam ms. in Bibliothecis Cantabrigien., & Oxonien. testimonio Pitsei, & Oudini; nec non in Cæsenatensi S. Francisci, & in Ducis olim Urbini, nunc in Vaticana, uti notavit Possevinus in fine Apparatus sacri.

Elucubravit autem Alexander hoc ingens Opus post annum 1234.; quandoquidem par. 2. q. 161. mem. 10. & 11. citat Decretales Epistolas Grego-

rii

rii IX. *Ad abolendam*, & *Excommunicamus* tit. de hæretic. anno 1234. vulgatas; & par. 4. q. 31. mem. 2. & 4. aliam tit. de Excessibus Prælator. tit. 31. cap. 16. & 17. *Nimis prava*, & *Nimis iniqua*. Gulielmus Militona Anglus discipulus, ut puto, Alensis *Summam* hanc ab Alexandro morte occupato imperfectam relictam complevit, manumque ultimam adjecit an. 1252.; inquit Waddingus in Gulielmo Melitonen., & in Annal. Min. Echardus to. 1. de Scriptor. Ord. Præd. in S. Thoma pag. 321. sequentes affert de hac re Alexandri IV. literas anni 1256. repertas in codice *Summæ* Alensis Biblioth. Sorbon., & ex eo Jo: a S. Antonio:

„ Alexander Episcopus servus servorum Dei
„ dilecto filio Ministro FF. Ord. Minor. sal. &
„ ap. bened.

„ De fontibus Paradisi flumen egrediens, exu-
„ berans videlicet sacrarum intelligentia Scriptura-
„ rum per os recol. mem. Fratris Alexandri Ordi-
„ nis tui temporibus nostris largo profluxit lætitiæ
„ impetu super terram, in lucem manifestius edi-
„ tis thesauris scientiæ, & sapientiæ salutaris. Idem
„ siquidem Frater, ut ex his, quæ scripsit, & tra-
„ didit, comperimus, Deo plenus (nemo enim ni-
„ si in Spiritu Dei loquens æternæ veritatis myste-
„ ria ex inquisitionis indagine attigisset) studia sua
„ publicis utilitatibus commodavit, & laboriosi
„ operis sanctum aggrediendo propositum super
„ quæstionibus theologicis utiliorem utique, quam
„ prolixam molitus est *Summam* profectibus in le-
„ ge Domini studere volentium compendiosius pro-
„ futuram; in qua sententiarum *irrefragabilium* or-
„ dinatæ sunt acies ad obterendam veritatis ponde-
„ re contentiosæ pervicaciam falsitatis. Prolixita-
„ tem quippe, si quam in eadem *Summa* lector
„ delicatus abhorret, studiosis vobis in ea sic red-
„ dit continua partium suarum utilitas brevem, ut
„ in tanto verborum agmine, quod immensa vide-
„ tur divinæ profunditatis eloquia continere, non
„ aliud nos rationabiliter possit offendere, quam
„ quod Deo ejusdem Fratris laboribus finem, an-
„ tequam suscepti operis dictam conficeret, impo-
„ nente, & ad statutum repositæ mercedis evocan-
„ te denarium, perfectæ pietatis imperfectus est
„ labor, quo & pauca videntur, & ad satietatem
„ animæ insufficientia universa, quæ scripta sunt,
„ nisi destinatum, & ad quem animos legentium
„ pars suspendit exhibita, principii sui finem mo-
„ les tanti operis sortiatur. Quocirca discretioni
„ tuæ in virtute obedientiæ districte præcipiendo
„ mandamus, quatenus considerans prudenter, quod
„ indecenter relinquitur, si negligenter omittitur
„ mutilum opus Dei, quod nonnisi cœlestis sapien-
„ tia per ministerium servi sui tam clara jam di-
„ gestæ partis iniit venustate, de consilio Discre-
„ torum Fratrum studentium ad perfectionem ejus-
„ dem *Summæ* necessarios pro numero, & idoneos
„ pro merito convoces Parisius ex quibuslibet
„ administrationis tuæ locis Ordinis tui Fratres;
„ quibus ex parte nostra in remissionem injungas
„ peccaminum, & ad suorum cumulum meritorum,
„ ut dilecto filio *Guillelmo de Melitona* huic solli-
„ citudini deputato sedulo assistentes, ipsumque,
„ ac se mutuo adjuvantes, sine dilationis dispendio
„ prædictæ *Summæ* opus finaliter exequantur, ad
„ hoc uno, & eodem Domini spiritu, qui gratis
„ mira scientiarum dona distribuit, adjuvante.

„ Datum Anagniæ vi. kal. Augusti Pontif. no-
„ stri anno secundo.

Si credimus Trithemio, vel aliis ante eum, Alensis nonnisi post annum 1242. incipere potuit Opus, cum tradant, *Innocentii* IV. jussu scripsisse eum *Summam Theologiæ*; hic autem Pontifex an. 1243. m. Junio assumptus est: quapropter ille sub Innocentio ipso morte sublatus *Opus theologicum* reliquisset valde imperfectum; credique posset, Pontificem injunxisse *Gulielmo Melitonensi*, ut *Summam* ad complementum perduceret; idemque postea fecisse Alexandrum IV. anno 1254. promotum undecim post annis a morte Alexandri: sed cum literis Alexandri IV. nulla fiat mentio Innocentii prædecessoris, falsum esse puto, quod traditur. Præterea cum ibidem par. 4. q. 30. mem. 2. art. 2., quod est prope finem Operis, asserat, *Regulam S. Francisci* fuisse comprobatam, & confirmatam ab *Innocentio*, *Honorio*, & *Gregorio* Summis Pontificibus; mentionemque non faciat *Innocentii* IV., qui post Gregorium IX. an. 1245. illam, ut ex ejus Bulla *Ordinem vestrum*, in parte declarando confirmavit; neque *Alexandri* IV., qui anno 1255. idem egit: liquet, Opus ejus, quod cusum est, nullum habere Gulielmi Melitonensis Supplementum. Oudinus memoratus in *Gulielmo de Melitona* dictam Summam cum *Supplemento* ait in lucem prodiisse Lugduni an. 1515.: sed eum errare dico, cum editiones, quæ subsecutæ sunt; & castigatiores, amplioresque prodierunt, tale Supplementum non habeant, desinantque in Sacramento *Pœnitentiæ*, ac desideretur pars reliqua illius Sacramenti cum aliis tribus Sacramentis *Extrema Unctione*, *Ordine*, & *Matrimonio*: aut igitur Supplementum periit; aut adhuc latet; aut non est factum.

In Domo S. Petri apud Cantabrigiam ex Catalogo librorum mss. Angliæ, & Hibern. extant *Quæstiones excerptæ de Summa Alexandri de Hales super 4. libros Sententiarum*. *Joannes Sinten super primam Alexandri* extat in Bibliotheca nostra Conventus S. Jacobi Pragæ veteris; ex Catalogo librorum illius loci anno 1593. a P. M. Georgio Benigno Doglioni Bellunensi Apostolico Visitatore recognito, & Romæ in Archivo Ordinis Minor. Convent. apud SS. XII. Apostolos asservato tit. *Inventariorum liber Provinciarum Bohemiæ, & Austriæ* pag. 9. Joannes Lugiensis Ord. Minor. an. 1453. fecit *Epitomen 2. partis* Summæ hujus, ut paulo ante dixi; utrum & in reliquas partes, ignoro. Petrus Roschingerus *Repertorium* elaboravit in universam Alensis Summam, quod Venetiis an. 1502., & Lugduni 1517. vulgatum est. Prosper Urbanus vero anno 1603. confecit *Summulam Resolutionum* hujus Summæ, quam valde utilem prædicat Possevinus in Append. 2. Apparatus sacri.

Summulam Resolutionum = hoc Opus Alensis non est, sed *Prosperi Urbani*, ut dictum est.

Quæstiones in Sententiarum libros 4. = Inter Opera, quæ Natalis Alexander, eumque secutus Oudinus Alensi auferre nituntur, istud hoc enumeratur; ideo quod Opus ex Pitseo extat ms. in Bibliotheca Collegii Cantabrig., & ex Eysingrenio, ac Possevino prodiit Lugduni anno 1515. tit. *Comment. in lib. Sent.*, vel *Quæstiones in 4. Senten. libros*; & tamen illud esse idem cum *Summa Theologica*, istud vero alterius autoris repertum est: quod quidem etiamsi verum sit, non tamen efficitur, Alensem præter *Summam* non edidisse Commentarium *supra Magistrum Sententiarum ad literam scriptum egregium*, ut ait antiquus autor Firmam. 3. Ord. par. 1.; qui & addit, *primum omnium* eum

in Magistrum Senten. Scriptum fecisse. Certe Henricus Gandavensis autor suppar de Scriptor. Eccles. cap. 46. ait, scripsisse *super 4. libros Senten.* diligenter; Molanus in Biblioth. ms. apud Miræum in schol. ad dictum cap. 46. Gandav. tradit, præter *Summam Theologicam* scripsisse etiam *in 4. libros Senten.* Lugduni an. 1512. editos; *in Regulum S. Francisci*; & *Comment. in Psalmos* Bonaventuræ nomine Venetiis editos: additque Miræus, scripsisse insuper *Postillam in Biblia*, & *Summam virtutum*. Trithemius quoque habet, eum, *cum esset Doctor sacrarum literarum in Parisiensi Gymnasio*, Ordinem Minorum ingressum esse; quod evenit anno 1230.; *Summam* autem Theologicam, saltem partem 2. cum aliis, non elucubravit nisi post annum 1234., ut visum est: igitur ante annum 1234. cum Theologicam facultatem exposuerit, an non verisimile est ipsum id temporis *Commentarium* edidisse *in Magistrum Sententiarum* juxta ordinem, ac methodum ejusdem Magistri? quem postea juniores sint secuti. Equidem Albertus Magnus *fecit scripta super 4. libros Sententiarum, & Summam Theologiæ inchoavit, sed non complevit*, testante Ptolomæo Lucensi in Hist. Eccles. lib. 22. cap. 18.; sicut & S. Thomas fecit, ut notum est, qui primùm in Magistrum Sententiarum *Comment.* edidit, deinde *Summam Theologicam*, quam in Sacramento Pœnitentiæ, ejusque partibus, uti Alensis, imperfectam reliquit: constatque post hunc fere omnes Theologiæ Professores ad plures annos consuevisse bis saltem scribere in Theologia.

Deinde hoc Opus citatur ab antiquis: Raynerius Pisanus Ord. Præd. in ms. Pantheologia tit. *de Eucharistia* cap. 29. adducit *Alexandrum in 4. lib. Senten. dist.* 12., & cap. 35. 37. & 39. *ex* 1. *& 4. Sent. Alex.*; *de justitia divina* vero cap. 4. & 9. *ex Alex. in Script. Sent.* ea, quæ in Summa non habentur: ubi notare est, hunc autorem XIV. seculi eo in Opere non alios ex Ordinibus Mendicantium autores scholasticos citare præter suos, nisi *Ægidium Romanum*, *Bonaventuram*, & *Alexandrum*, subde *Alensem*, cujus modo *Summam*, modo *libros Senten.* affert. Alphonsus etiam Toletanus Ord. S. Aug. eodem tempore florens in Sentent. lib. 1. q. 9. prologi art. 3. citat *Alexandrum de Ales in prol. 1. Sent. q. ultima*. Seculo vero sequenti S. Jo: a Capistrano in lib. de Judicio universali, & Antichristo profert *Alex. de Ales in 2. Sent. dist.* 11., & S. Dionysius Carthusianus in Colloquio, seu Dialogo de particulari judicio animarum post mortem art. 4. distinguit *Summam* Alexandri Alensis a *Comment.* ejusdem in 4. libros Senten., cum ait: *præterea his concordant, quæ Irrefragabilis Doctor Alexander de Hales scribit in Summa sua, & super secundum Sententiarum*. Autor *Serenæ Conscientiæ*, qui dicitur Alexander Ariostus, q. 4. postquam adduxit *Alexandrum Lombardum*, subde *Alexandrinum*, *in 2. dist. ult.*, mox q. 6. citat *Alexandrum de Hales in 2. in tract. de conscientia q. 2.*, *an Religiosi teneantur obedire suis Constitutionibus*; quam Alensis in *Summa* 2. par. minime tractat, ubi *de conscientia* unam tantum quæstionem habet. Similiter Nicolaus Auximas in Supplem. Summæ Pisanellæ v. *peccatum* 3. q. 2., & v. *scientia*, ac v. *Baptismus* 7.; nec non in *Quadriga spirituali* par. 2. cap. 2. 12. 15. 24. ac 28.; Bernardinus Busti in Rosario par. 1. serm. 6.; Pelbartus Temiswariensis in Rosario Theolog. q. prol. 4. & 5., ac par. 1. v. *voluntas* 4.; autor Summæ Silvestrinæ v. *Baptismus* 4. n. 10. omnes adducunt Alensem alio ordine, ac habeat ejus *Summa* Theolog., sed ut habet Magister Sententiarum per *lib.*, *dist.*, & *quæst.*: igitur præter Summam scripsit & Commentarios, seu *Quæstiones in 4. libros Magistri Sententiarum*. Præterea cit. Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 1. p. 2. non semel adducit Alex. de Ales modo *Summam*, modo *in 3. Senten. dist. 9. art. 1. q. 1.*; & serm. 6. p. 2. eumdem citat *in 3. dist. 9. art. ult. q. 1.*; & serm. 9. p. 2. citat & *Alex. de Ales in Summa*, & *Alexandrum Lombardum*, nempe de Alexandria, *in 3. dist.* 1. Etiam S. Bernardinus Senen. serm. 47. de Religione christiana art. 1. citat *Alex. de Hal.* in 4. dist. in tractatu de Eucharistiæ Sacramento: *an fœmina fucata* &c.

Denique *super libros Senten.* ms. extat Lovanii in Biblioth. Soc. Jesu, teste Francisco Swertio in Athenis Belgicis; & Possevinus in fine Apparatus sacri describens Bibliothecas mss. in Cæsenatensi ait extare ms. *Alexandri de Ales prima pars Summæ, & super primum* Sent. n. 45., & n. 44. *super 4. libros Senten.*; & in Regia Hispan. Biblioth. Scorialis plut. VI. num. 33. est ms. codex tit. *Alensis Definitiones in 4. libros Sententiarum*. Ejus *Comment. super tertium Senten.* edit. an. 1475. per Jo: de Colonia & Manthen de Gheretzen in fol. min. extat in Monasterio Langheim. Sed & in Florentina S. Crucis Biblioth. scam. 23. versus Ecclesiam num. 268. extat codex ms. continens Commentarios super *libros Senten.*, qui forte huic Alexandro sunt adscribendi, ut supra diximus in *Alexandro de Alexandria*.

Summam de virtutibus = hujus meminit & Possevinus in Appar. sac., & merito; nam Jo: Cailleus in sua gallica de Origine Typographiæ Historia pag. 71. scribit, hanc cusam Parisiis anno 1509. prodiisse; mox Toleti an. 1530. in fol. apud Jo: Ulhaquiram ex Jo: a S. Antonio.

Compendium sacræ Theologiæ incip. *Veteris, ac novæ legis continentia*: non est Alensis, sed *Jo: Rigaldi* Minoritæ Episcopi Trecorien., de quo dicetur suo loco. An. 1501. impressum fuit Basileæ perperam *S. Bonaventuræ* attributum a Francisco Wiler Franciscano viro alioquin docto, qui tamen non diffitetur in codd. mss. adjudicari *Jo: Rigaldo*. Nihilominus Alensi adscripsit etiam Bernardinus Busti in Mariali par. 8. serm. 2., & in Rosario par. 1. serm. 13. p. 3.; nec non antiquus autor Sermonum *Biga salutis* serm. 28. fer. 4. Cinerum, & 96. Dom. 10. post Pentecosten. Refert Possevinus in Appar. sac. v. *Ægidius Columnius*, *Compendium theologicæ veritatis*, quod Trithemius, & Jacobus Bergomensis notant scripsisse Ægidium, extasse Romæ in Bibliotheca Achillis Statii Lusitani ms. *autore Alexandro de Hales Ordinis Minorum*: eamque Bibliothecam legasse Statium Clericis Regul. S. Pauli, vulgo Barnabitis. Verumtamen *Compendium theologicum*, cujus initium est: *Veritatis theologicæ*: neque Alensis est, neque Ægidii; sed *Petri Thomæ* Minoritæ, ut suo loco videbitur.

Lecturas Sententiarum idem dixerim esse, ac *Quæstiones in Sentent. libros 4.*, quas modo *Commentarios*, modo *Lecturas* in Magistri Senten. libros dicere consueverunt, & aliqui diversa Opera crediderunt. *Repetitiones Lectionum* dicit Petrus Rodulphius lib. 3.; sed nescio, an idem.

In-

Interrogatorium pro animabus regendis est Alexandri de Ariostis, non de Ales, ut diximus supra.

Sermones ad populum ex Possevino; quorum ille *habitus in solemnitate B. V. Mariæ* incip. *Fiat lux*: refertur a Francisco Martini Carmelita, qui scribebat an. 1390., in suo *Conceptionis V. Mariæ Compendio* an. 1663. impresso Lovanii studio Fr. Petri de Alva.

Mariale magnum, quod Alensis esse negat cit. Natalis Alexander, illi nihilominus adscripserunt veteres Scriptores seculi etiam XIV., Mauritius a Villaprobata, Franciscus Martini Carmelita, Jo: Alanus Doctor Parisiensis, & Jo: Vitalis Minorita; postea Jo: a Turrecremata Card. Ord. Prædicat. in tract. de Conceptione B. V. par. 13. cap. 2., Jo: Garzia Doctor Tolosanus, Jo: de Zelaya; & Gulielmus Vorilongus Doctor Parisien., qui circa an. 1450. scribebat, in 3. lib. dist. 3. inquit: *Tractatus iste Irrefragabilis Doctoris a Tolosano Magistro Joanne de Garria hujus Doctore Ordinis contra nonnullos Virgini de novo garrientes in Universitate Tolosana citra octo annos productus est*: item Michael Mediolanensis serm. de Pœnitentia, Daniel Agricola, & alii plures: inter quos Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 4. p. 3. producit *Alexandri de Ales Librum de Beata Virgine; qui liber*, inquit, *est Tolosæ catanatus in choro Ecclesiæ Cathedralis*; ubi retractat quidquid *in 3. Sentent. lib. dist. 3.* dixerat. Extat ms. in Biblioth. Lambecana ex Jo: a S. Anton. to. 1. p. 24.

De Sacramento Pœnitentiæ insigne volumen dicit autor Firmamen. 3. Ord. par. 1. an. 1510. vulgatus; sed an diversum ab illo, quod in Summa Theolog. legitur, incertum: illud quidem magnum est, & insigne, sed incompletum Opus.

De negligentia est quæstio 114. par. 2. Summæ Theolog. in 9. membra, seu quæsita divisa; nec puto diversum Opus.

Declarationem in Regulam Minorum confecit ille una cum aliis tribus Magistris Parisiensibus *Joanne de Rupella*, *Odone Rigaldo*, & *Ruperto de Bastia* an. 1242. misitque Bononiam ad Ministrum Generalem Comitia Generalia celebrantem. Vulgata legitur in Firmamento 3. Ordinum, Noremberghæ an. 1481., & alibi hoc tit. *Expositio 4. Magistrorum in Regulam S. Francisci*.

Quæstiones de Anima = in Catalogo librorum mss., qui in præcipuis Angliæ Bibliothecis sunt, impresso pag. 380. in recensione veterum editionum, quæ extant in Bibliotheca Jo: Mori Nordwicen. Episcopi n. 34. legitur: *Sententiosa, atque studio digna expositio venerabilis Alexandri super tertium librum de Anima impressa per me Theodoricum Rood de Colonia in alma Universitate Oxoniensi anno Incarnationis divinæ* 1480. in fol. Fateor tamen, me nescire, an Alensis, vel Alexandri Alexandrini, vel Aphrodisiensis, aut alterius sit Opus; Alensi quidem adjudicat Orlandus de Orig. & progr. Typograph. par. 1. & 2. pag. 273. In Florentina S. Crucis Biblioth. scam. 11. versus claustrum n. 533. in fol. post libros Ethicorum Jo: Pekan Ord. Min. habetur *Scriptum Magistri Alexandri super librum primum de Anima* incip. *Bonorum honorabilium* &c. *Iste liber de Anima dividitur in duas partes, scilicet in parte proæmiali* &c. Sed de hoc etiam dubius hæreo, cujus sit; cum & Alexander ab Alexandria *de Anima* scripsisse feratur.

Opus Magistri Alexandri de Fato extat Bononiæ ms. membran. in Biblioth. S. Salvatoris inter Opuscula diversorum n. VI., ex *Anecdotorum fasciculo* Jo: Alysii Mengarelli Romæ an. 1756. edito.

Tractatus de miraculis de Summa Magistri Alexandri: ibidem num. V.

Quæstio de Theologia, & de charactere = tractat. Alensis in q. 1. par. 1. Summæ Theolog. fuse de *Theologia*; & q. 8. mem. 8. de *charactere*: an vero quæstiones istæ diversæ sint, vel eædem, viderint alii.

Expositio decem præceptorum legis, &

De Symbolo SS. Patrum sub nomine *Alexandri de Hales* extant mss. in Biblioth. Bodlejana Angliæ cod. 663., teste Oudino, qui cap. 21. de Operibus *S. Thomæ* dicit, tribui etiam S. Doctori; putatque pertinere ad *Henricum de Urinaria* Ord. Eremit. S. August.; sed tractatus *de decem præceptis legis* Henrici de Urinaria incipit: *Audi Israel*; quemadmodum tradit Trithemius in Scriptor. Eccles. Ceterum cum Alensis in Summæ par. 3. q. 29. usque ad q. 38. egerit *de Decalogo* fusissime; & q. 69. de tribus *Symbolis fidei*; dubitari potest, an sint tractatus e Summa desumpti, seorsimque descripti; an vero diversi, vel ab aliquo in epitomen redacti.

In Metaphysicam Aristotelis = scripsisse Alensem in Arist. Metaphysicam non habeo quid dicam. *Commentarium* certe an. 1572. Venetiis typis evulgatum sub nomine *Alexandri de Ales* jam supra esse *Alexandri Alexandrini* probavimus, illique vendicavimus.

De verbis exoticis = *Exoticon Magistri Alexandri de Hales* extat ms. in Biblioth. Universitatis Cantabrigen., uti testatur Oudinus supracit. in *Alexan. Alensi*.

Summæ originalium nominum incip. *Augustinus de Trinitate*: asservatur ms. membr. in fol. Toleti in Bibliotheca Conventus S. Jo: Regum sub FF. num. 26., teste Jo: a S. Anton. to. 3. in Append., qui etiam

Grammaticalia huic tribuit to. 1. pag. 22. ex illa editione antiqua apud Maittaire Annal. Typograph. pag. 387. tit. *Aurea Grammatica super textum Irrefragabilis Doctoris Alexandri*; sed perperam: est enim error collectorum, aut editoris, cum sit *Grammatica Alexandri de Villa Dei*.

Tractatum, quo probat, B. V. Mariam fuisse conceptam absque peccato originali = primus illi adjudicavit Rodulphius lib. 3., qui cum inter Opera hujus Doctoris *Mariale* non enumeret, quo veteres omnes *Immaculatæ Conceptionis* B. Virginis assertores utuntur; liquet idem Opus esse cum illo, eoque ipso, quod *de laudibus B. Virginis* appellat Bernardinus Busti in suo *Mariali* par. 10. serm. 1., citatque illius Operis *librum* 2.

Vitam S. Thomæ Cantuarien. Archiepiscopi; &

Vitam Richardi Regis; nec non

De factis Muhamedi; & *alia* scripsisse Alensem refert Gulielmus Eynsengrenius, qui anno 1560. florebat, & ex eo Petrus Rodulphius lib. 3., Villotus, Possevinus, & Jo: Gerardus Vossius lib. 2. de Histor. Latinis cap. 58. Sed Oudinus contendit, librum *de factis Mahumedis* esse *Joannis Guallensis*, cui etiam ab ipso Waddingo tribuitur; nihil tamen vetat, quin uterque de ea re scripserit.

Destructorium vitiorum non Alexandri Alensis est, sed *Alexandri Carpentarii* Angli Wiclefi secta-

toris scriptum, vel inchoatum an. 1429., ut habet autor Hist. Antiquit. Universitatis Oxonien. lib. 2., & Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1430., ubi perperam affirmat, Fratres Minores hoc Opus Alexandro Alensi adscripsisse; id enim non egit Rodulphius, non Gonzaga, Willotus, Waddingus, qui de Scriptoribus Ordinis Minorum ediderunt; imo Henricus Harpius Franciscanus, qui scribebat an. 1470., lib. 1. Theologiæ mysticæ secernit Alexandrum Anglicum cap. 109. ab Alexandro Alensi, quem alibi non semel citat. Et sane Operis hujus autor plurimos Scriptores adducit, qui multo post Alensem floruerunt; quare nequit Alensi vendicari.

Jacobus Echard pag. 277. refert, Parisiis extare in Bibliotheca Sorbonica hujus Alexandri *Summam Theologicam* ms. fol. membr. seculi XIII., cujus in pag. 1. partis 2. legitur: *In tumba, quæ directo distat per unam tumbam ab introitu Ecclesiæ Fratrum Minorum Parisius, hæc scribuntur. In tabernaculo capitis imaginis sculptæ in dicta tumba scribuntur: Hic jacet Frater Alexander de Hales, qui obiit anno Domini* MCCXLV. XII. *Kalendas Septembris. In circuitu dictæ tumbæ scribuntur ii versus: Gloria Doctorum, decus, & flos Philosophorum* &c. Deest primus versus: *Clauditur hoc saxo famam sortitus abunde*: quem tamen puto addititium, cum alii sint leonini, & veteres; hic vero elegantis, & recentis seculi gustum habeat; est enim ex *epigrammate* longo, quod legitur par. 1. Firmamentor. 3. Ordiuum f. 9. condito post instaurationem bonarum literarum.

Joannes ille autor libri *de mysteriis rerum, quæ fiunt in Ecclesia*, metrice compositi, & ad *Fulconem Basset Episcopum Londinen.* missi, qui ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 24. cod. 677. in 4., illud Opus ita claudit:

„ Hoc Opus exiguum ludendo tempore feci	
„ Exiguo, quod Parisius præcone relatum	
„ Conscripsere manus: *Studium* quo tempore „ mortem	(Gymnasium Sorbonicum)
„ Flevit ALEXANDRI studiosi *crimine* tali.	(lege *carmine*)
„ Gemma pudicitiæ fuit hic flos Philosophiæ,	
„ Aula decens morum redolens velud *aera* „ florum	(forsan leg. *area*)
„ Quem virtus humilis texit; quem vultus „ erilis	
„ Prompsit pacificum, doctum, rationis ami- „ cum.	
„ Floret ALEXANDRO locus; dedit Anglia „ florem,	
„ Cujus Parisius cœlo transmisit odorem	
„ Mille ducentis quater inde decem ligat an- „ nis	(1245.)
„ Virginis a partu quinos censura *Johannis*.	(autoris libri)
„ Missam *LEGATUS* pro defuncto celebra- „ vit,	(Odo S. R. E. Card. Episc. Tusculan. & Parisios Legat. an. 1245. m. Aug. antea Cancel. Parisien.)
„ Qua Jhesus oblatus *feria* nos sanguine lavit;	(fer. 6.xv. kal. Sept. an. 1245. cur.lit.Dom.A.ind.3.)
„ Assunt Prælati de *Concilio* venientes;	(Lugdunensi oecumenico)
„ Cum prece deflentes mortem Doctoris amati.	
„ Virginis *assumptæ* festivo tempore sumptus	(die 15. Aug., vel infra Octavam Assump.Virg.)
„ Virgo vir ad cœlum virtutum præmia sum- „ sit,.	
„ Qui mundi pompam prius *Archilevita* re- „ pressit,	(Archidiaconus antea)
„ Francisci cordas non parvo tempore gessit,	
„ Interius reprobans mundanæ gaudia vitæ.	
„ Enitet ergo senum speculum bonitatis amæ- „ num	
„ Exemplar juvenum florenti dogmate plenum;	
„ Qui fuit Ecclesiæ directa columna, fene- „ stra	
„ Lucida, turribulum redolens, campana so- „ nora.	

L X I V.

ALEXANDER LILII e Monte Politiano Conventualium alumnus magna & religionis & pietatis fama refulsit, ut etiam non sine sanctitatis opinione ex hoc vita decesserit; postquam scripta reliquit sermone vulgari, ac italico

Congregationem spiritualem divini amoris. Bononiæ 1624. in 8. typis HH. Cocchi.

Regnum divini amoris, & paradisum animarum spiritualium juxta tres gradus purgativum, illuminativum, & unitivum. Mutinæ typis Juliani Cassiani an. 1626. in 8. pars prima.

Ejusdem regni pars secunda ibidem an. 1627. in 8.

Curam spiritualem infirmorum, & exercitium quotidianum sanorum &c. ibidem an 1628. in 8.

Viam crucis, sive orationes, & meditationes de cruce in 15. stationes, quas Christus eam deferens Calvariæ in montem fecit, divisas. Bononiæ apud Hæredes Benacci. an. 1629. in 8., & postea typis Antonii Pisarri.

Et *alia*, inquit Jo; Franchinus in Bibliosophia pag. 28. n. 17.

LXV.

LXV.

ALEXANDER MARAFFIUS e Pontremulo Vallis Macræ oppido in seculo J. V. D., deinde Capuccinus Provinciæ Bononien. valde pius, scripsit.

Monita pro illis, qui spiritualem ægrotantium curam exercent, cum modo perfacili ad illos consolandos, & ad piam, sanctamque mortem disponendos. Mutinæ an. 1623. in 8. sub nomine sui nepotis *Peregrini Maraffi* ex Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 33.

* ALEXANDER NECHAM Anglus ad fanum S. Albani natus Excestriensis, seu Oxoniensis hoc loco inserendus esset, si fidem præstare liceat Ferd. Quiriaco Salazar S. J. *Tract. de Concept. B. V.* sec. xv. cap. 42. arg. 12., qui hunc *Minoritam* dicit; sicut & Ludovicus Miranda tract. de Concept. q. 19., aliique apud Petrum de Alva *Rad.* 78. fig. 5., ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 33.; sed ante omnes Franciscus Martinus Carmelita circa an. 1390. in tract. de Concept. f. 123. eumdem dicit *Alexandrum de Ales*, & *Nequam*. At alii eum Canonicum antea Oxoniensem, deinde Canonicum Regularem Ord. S. Augustini, & Abbatem Cicestriensem extitisse anno 1215. tradunt; obiisse vero anno 1227., ut est apud Antonium Vood Antiquit. Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 5. & 62., Bulæum sec. xiii. Univers. Parisien., Oudinum to. 3. Script. Eccles. sub an. 1210., aliosque. An autem in fine vitæ nomen dederit *Minoritis* vir suis temporibus omnium doctissimus, ut plures tunc egerunt, inquirant alii.

40.

ALEXANDER N. = de quo neminem adhuc legi, qui verba faceret, & quando scriberet; sed eumdem puto, ac *Alexandrum Pomellum*, de quo infra.

LXVI.

ALEXANDER POCQUELINUS Gallus provinciæ Recollector. S. Dionysii antea Minister in gallicum idioma transtulit

Librum S. Petri de Alcantara de Oratione, & Meditatione, addita *Vita* ejusdem Sancti. Parisiis an. 1622., & Rothomagi an. 1626., ex Arturo in Indice autorum, & die 18. Octob. §. 6.; Dupino sec. xvii., & præfatæ Provinciæ Annal. pag. 114., ubi dicitur vir *sanctissimus* apud Jo: a S. Antonio.

LXVII. 41.

ALEXANDER POMELLUS = P. Orlandus Bononiensis lib. de Scriptor. Bononien. perhibet ex Alidosio, & Bumaldo, hunc extitisse *Philosophiæ*, ac *Medicinæ Doctorem*, Bononiæque in Gymnasio fuisse primarium Logicæ Lectorem ad annum usque 1569., annoque 1567. ibidem publicasse *Institutiones Syllogismorum* in 4. Hinc Minoritam non dicunt Scriptores Bononienses, neque nostri etiam æquales, suppares que Rodulphius, Willotus, Gonzaga, Fernandus, Possevinus, non alii, quod hucusque legerim: quia tamen fieri potuit, ut grandævus, & in fine vitæ Ordinem S. Francisci sit amplexus; ideo cum superiori *Alexandro N.* unum existimo, locumque inter istos habere non abnuo. Joannes a S. Antonio exscripsit Waddingum.

LXVIII.

ALEXANDER DE RITIIS Aquilanus provinciæ S. Bernardini Min. Convent. exeunte seculo xv. scripsit, etiam ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 35.

Chronica ab anno 1180. usque ad 1496., quæ mss. servantur Aquilæ in Bibliotheca S. Bernardini ex Toppio in Biblioth. Neapolit., qui ea se inspexisse testatur: Citant hunc Marcus Ulyssiponen. in serie autorum, ex quibus concinnavit tertiam partem Chron. S. Francisci, Operi præfixa; ut & Waddingus in Annal. Minor., etsi inter Scriptores eum omisit.

LXIX.

ALEXANDER THEATINUS Min. Conv. S. T. Mag., ac bonarum literarum excultor, sed gravioribus studiis adeo deditus, ut immatura morte sublatus fuerit; cum tantum reliquisse dicatur

Opus panegyricum Franciscanæ Religionis, teste Augustino Superbo autore synchrono in Append. ad suum librum de Scriptor. Ord. Min. fol. 130. Vivebat initio seculi xvii. an. 1610.

LXX. 42.

ALEXANDER DE VILLADEI = versus leonini olim in pretio habiti facile princeps.

Acta Apostolorum hujus incipiebant: *Si vis transacta Apostolica noscere facta = hæc tibi postilla tractabit versibus illa*: inquit Sixtus Senensis lib. 4. Bibliothecæ sanctæ. Perperam, & injuria Oudinus to. 3. Comment. abrogat hoc Opus Alexandro, tribuitque *Petro de Riga* Canonico Regulari; nam illud Petri Rigensis incipiebat: *Tiberii nonodecimo regnantis in anno*; & uterque idem tractavit argumentum, sed versibus diversis, ut & post eos alii.

Utrinsque Testamenti corpus quatuordecim versibus hexametris supra ducentos in compendium redegit; versibus 167. vetus, & 47. novum Testamentum exprimens; qui versus leguntur initio sacrorum Bibliorum veterum editionum Venet. an. 1511. per Lucam Antonium Juntam, ibidemque iterum an. 1519. in 4., Lugduni an. 1545. per Jacobum Juntam in fol., & alibi; sed antea etiam Lugduni an. 1526. per Jacobum Mareschal, al. Roland; & tandem Parisiis an. 1660. in præliminaribus ad *Biblia Maxima* Jo: de la Haye in fol. Creditur autem idem Opus, quod ms. extat Oxonii in Bibliotheca Bodlej cod. 2656. hoc tit. *Summaria compilatio metrificata*: & cod. 2659. *Summa Bibliorum*.

Librum de computo Ecclesiastico = incip. *Quamvis modo in fine temporum*. Extat ms. in Biblioth. Bodlej cod. 1623. n. 22. Ejus versus *in Massa computi* elegiacos adducit Gulielmus Vorilongus in librum 4. Sent. dist. 36. Ea porro *Massa computi*, *quam metrice composuit Alexander de Villa Dei ad jura matris Ecclesiæ observanda cum algorismo, kalendario, & sphæra* invenitur ms. in Biblioth. Ultrajectina cod. 2528., ex Catalogo illius Bibliothecæ vulgato p. 1. pag. 202.

Doctrinale puerorum = incip. prologus: *Informans pueros, & doctrinale reformans*: extatque ms. in Bibliotheca majoris Ecclesiæ Wigornien. cod. 147. num. 5. ex Catal. mss. codd. Ecclesiarum Angliæ Cathedralium cod. 822., teste Oudino to. 3. Comment. in *Conrado de Muro* ad an. 1260., ubi admonet, Conradum de Muro Helvetium Canonicum, & primum Ecclesiæ Tigurinæ Cantorem hoc Alexandri *Doctrinale* correxisse, & adornasse. Extat etiam ms. tit. *Grammatica* in Bibliotheca Vindonensi; & tit. *Doctrinale glossatum* ms. pergam. 400. annorum in Bibliotheca Metensi n. 215. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 568., & to. 2. pag. 1380. Similiter *Doctrinale glossatum Alexandri de Villadei Minoritæ* extat ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 2292., & Cantabrigiæ in Biblioth. Domus S. Petri cod. 25., ibi-

ibidemque in Biblioth. Collegii Caji, & Gonvilli cod. 80., & 245.; nec non in Regia Galliarum Bibliotheca cod. 5514. tit. *Doctrinale*, seu. *Carmen Magistri Alexandri de Villadei de arte Grammatica*, seu *Regulæ ex Prisciano excerptæ* mss., ut legere est apud cit. Oudinum, qui addit, Opus incipere: *Scribere Clericulis per Doctrinale novellis*: ita nempe Opus post prologum: *Informans pueros*. Habetur etiam *Doctrinale* ms. Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, in Biblioth. Bodlej, Jo: Hobii, & Norfolsciana cod. 3123. n. 224. tit. *Magistri Alexandri de Villadei Doctrinale cum glossa Principum* incip. *Testante Philosopho in c. 1. Metaphysic.* ex Jo: a S. Anton. to. 1. *Doctrinale glossatum per Franciscum de Buti* ms. servatur Cæsenæ in Biblioth. S Francisci, illudque valde antiquum, ex Catalogo apud Possevinum. *Alexandri Grammatica*, & *Alexandri de Villadei Grammatica cum scholiis Bonifacii Rubei* habetur & Mediolani ms. pergam. Biblioth. Ambros., & Florentiæ in Biblioth. Medic. Laurent. plut. 28. cod. 47. tit. *Doctrinale, seu Grammatica versibus exametris composita ad preces Episcopi Dolensis pro nepotibus suis instruendis cum Commentario* ad marginem, & glossa interlin., cujus in fine legitur: *actum anno Domini* MCCLIX. *mense Febr.*: ex Catalogo Moutfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 506., & 311. *Doctrinale* extat etiam ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 24. num. 677. versus claustrum in 4. post *Opusculum de mysteriis rerum, quæ fiunt in Ecclesia*, de quo supra in *Alexan. Halensi*, codex valde antiquus; & Venetiis cod. 488. in 4.; demumque Asisii ms. chartac. in fol. cum duplo Commentario in Tabulario sac. Conventus S. Francisci. Prodiit primum typis Harlemii in Batavia an. 1442., si fides est Junio in sua Batavia; sed Moguntini id Herlemensium figmentum asseverant. Constat autem prodiisse Maguntiæ an. 1462. titulo: *Doctrinale Grammatices*: mox *Alexandri Grammatica* cusa est Venetiis an. 1473. in fol.; ibique iterum an. 1482. *Alexandri Grammatici Opus cum interpretatione Ludovici de Guaschis* Alexandrini; & an. 1486. in 4. per Petrum Cremonentem; postea sub titulo *Grammaticæ latinæ* eodem an. 1486. Basileæ, & an. 1492. Norimbergæ in fol. per Michaelem Weukler, a quo quidem & Basileæ an. 1486. cusus fuerat *Alexander Grammaticus cum brevi, & utili expositione*; duas quoque editiones absque loco, & anno exhibet Meermannus Origin. typograph. par. 2. pag. 94. Tandem *Grammatica aurea puerorum dictis fulcita fere omnium majorum, & præsertim Prisciani, & Nicolai Perotti super textu irrefragabilis Doctoris Alexandri Hales* prodiit sine loco, & anno impressionis in fol. ex P. Orlando de Orig. & progr. Typographiæ par. 1. & 2. pag. 341., & Maittaire in Annal. Typograph. p. 387.: quod errare fecit Joannem a S. Anton. to. 1. p. 22., ut illam Alensi tribuerit: sed loco *irrefragabilis Doctoris Alexandri Hales* reponendum *Doctoris Alexandri Dolensis*, qui & de Villadei. Idem Jo: a S Antonio pag. 36. scribit, Hispali in Biblioth. Cathedralis Ecclesiæ asservari *Doctrinale puerorum* editionis antiquæ in 4. *cum glossa Foucardi, & additionibus Jo: Bernier*; item cum *Expositione Monachi Lombardi* Rothomagi in 4. typis Laurentii Hostingue; & cum *Expositione cujusdam anonymi* in fol. sine loco, & anno; cum *Expositione Guillelmi Zeudres* an. 1500. in 4. sine loco; cum *Expositione Hermani Torrentini super primam partem Doctrinalis, Champonis super 2. partem*, & *Andreæ Guitern super 3. partem* Norimbergæ in 4. absque anno per Heronymum Holtial; & cum *Glossa notabili Mag. Jacobi* Rothomagi 1514. in 4.; demum cum *Expositione Jodici Badii Ascensii* per Badium 1525. in 4.

De hoc Opere scribit Henricus Gandavensis, qui eo seculo vixit, de Scriptor. Eccles. cap. 59. *Alexander Dolensis scripsit metrice librum, quem Doctrinale vocant, cujus libri in scholis Grammaticorum magnus usus est temporibus hodiernis*: memoraturque in *Catholico* Fr. Jo: Genuensis Ord. Præd. an. 1286. edito, & ab Antonio Beccari Ferrariensi Petrarchæ amico. Joannes Morerus in suo Magno Dictionario Hist. gallico tradit, in Scholis tritum fuisse hoc Opus usque ad an. 1514., & Sixtus Senensis supra relatus, qui scribebat anno circiter 1550., usque ad sua tempora permansisse memorat: neque de eo tacuit Jo: Ludovicus Vives lib. 1. de caussis corrupt. artium, & Burcardus de Linguæ latinæ in Germania per XVII. sæcula fatis par. 1. & 2. Trithemius etiam in Scriptorib. Eccles. testatur, hoc *Doctrinale* magno usui fuisse suo tempore in Scholis; suppletum vero fuisse a Pontico Virunio, seu Ludovico a Ponte Bellunensi, qui & Vitam autoris adjecit ad calcem librorum *de Grammatica*, eidemque *Doctrinali* notas adjecisse Jo: Franciscum Broceardum Piladem Brixianum, quæ an. 1502. in 4. prodierunt absque loco, & Typographo, adnotarunt Veneti autores Diarii Literarii Italici to. 24. art. 8.

Glossarium Alexandri de Villadei in Neustria digestum secundum ordinem alphabeticum incipiens: *Cum in nocte hyemali* &c.: extat ms. in Regia Galliarum Bibliotheca in fol.; & post prædictum prologum sequitur: *Amo, amas, amat* &c.: ex cit. Oudino.

De arte numerandi: *Sermones*: *Epistolas* doctas: & *Tractatus alios varios* tam metro, quam prosa scripsisse refert Bergomensis lib. 13. an. 1252.

Bulæus sec. V. Hist. Universit. Parisien. fol. 644. appellat *insignem Grammaticum*, *Philosophum*, *Astronomum*, & *Calculatorem*. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. edit 2. ad diem 3. Februarii.

LXXI.

ALEXANUS edidit

Summam Theologiæ moralis, quæ ms. asservatur in Bibliotheca S. Martini Turonen. n. 150. cod. 300. annorum; codex vero 171. ibidem fert titulam: *Summa Fr. Alexani Ord. Minor. de casibus conscientiæ*; ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1339.: nisi sit legendum *Astesanus*, & ut illis temporibus *Astexanus*.

LXXII.

ALEXIUS BORVIZA Polonus Reg. Observ. doctrina, scriptis, pietate, zelo in conversione schismaticorum insignis floruit an. 1511., inquit Haroldus in Epitome Annal. Minor. Waddingi ad eum annum num. 5., ex quo elicitur scripsisse cum

Conciones, & *alia*.

Obiit in Conventu Samboriensi; ut notavit etiam Jo: a S. Anton. to. 1.

LXXIII.

ALEXIUS GRIGNANUS Marsalensis oppidi in Sicilia Min. Capuccinorum edidit

Vitam S. Alexii Confessoris carmine vulgari. Mediolani, teste Roccho Pyrrho in Notit. Ecclesiæ Mazar. apud Mongitorem to. 1. Biblioth. Siculæ, & Jo: a S. Anton. to. 1.

LXXIV.

L X X I V. 43.

ALEXIUS HURTADO = hunc ab elegantia ingenii, & cognitione trium linguarum spectabilem prædicat Nicolaus Antonius to. 1. Biblioth. Hispan. Prodiit ejus Opus primo Salmanticæ an. 1528. in 4. Carolo V. Aug. dicatum, teste Jo: a S. Anton. to. 1.; iterum anno 1558. ibidem, vel Lugduni in 8.; & an. 1616., ut infra in *Alexio Salamanca*.

De optimo genere concionandi lib. 1. anno 1571. exaratus, approbationibus fulcitus, ac Indice alphabetico illustratus.

De querela pacis lib. 1. an. 1574. compositus a censoribus approbatus, adjecto Indice rerum.

De assertione Monachismi Duri Alvano dicatus liber, scriptusque anno 1569., & ad prælum maturus. Quæ Opera mss. habentur in Bibliotheca Regii Conventus S. Franc. Salmanticensis vol. 1. in 4. ex Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

L X X V. 44.

ALEXIUS LOPEZ = perperam *Lopez* dicitur a Waddingo, & insuper *Lusitanus* a Nicolao Antonio; sed *Laudensis* a S. Laudo, vulgo *S. Lò*, provinciæ Normanniæ ex parentibus Calvinistis ortus; catholicæ fidei dilatandæ æstuans desiderio ad Indos tertio trajecit, scripsitque gallice

Relationem Promontorii septentrionalis, seu *de Viridi Promontorio* impres. an. 1633. Rothomagi, ubi pie obiit an. 1638., teste Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Anton.

45.

ALEXIUS SALAMANCA = idem est ac *Alexius Hurtado Salamanca*, de quo supra actum est. De ipso Gonzaga, & Fr. Jacobus a Castro to. 1. Chron. Prov. S. Jacobi.

L X X V I. 46.

ALEXIUS SEGALA = omnia ejus Opera prodierunt Venetiis an. 1623. in 4. typis Jacobi Sarzinæ in quatuor partes divisa.

1. pars continet *Triumphum animarum Purgatorii* antea Brixiæ 1618. in 8. per Franciscum Marchettum impressum

2. *Cœlestem coronam, seu Meditationes totius anni*. Brixiæ eodem anno per eumdem.

3. *Artem mirabilem inserviendi B. V. Mariæ*, seu *Exercitia spiritualia B. V. Mariæ* una cum *Exercitio virtutum*, seu *singulari praxi* vitiorum extirpandorum, virtutumque adpiscendarum. *Ars singularis amandi & colendi B. Virginem Mariam* prodiit Brixiæ an. 1608. per Franciscum Fontanum; & 1611. per Franciscum Marchetti; & 1612. sub nomine *R. P. Humilis Segalæ*; postea proprio nomine *Alexii Salodiensis* Lugduni an. 1614.; & Venetiis anno 1619., & 1623. typis Jo: Baptistæ Combi; ac Coloniæ an. 1680. in 8.; latine vero facta a Philippo Bosquierio Coloniæ item an. 1630. in 8.; & inde Matriti an. 1648. in to. 1. Biblioth. Virgin. Petri de Alva, & Astorga.

4. *Iter tutum ad Paradisum una cum exercitio virtutum*.

Angelicum exercitium ad devote recitandum divinum Officium in fine primi tomi editionis anni 1663.

Arcu sancta omnium mysteriorum Passionis Christi cum regulis ad meditandum italice prodiit Venetiis per eumdem Sarzinam in 12. In gallicum autem sermonem hæc Opuscula vertit *Michael Angelus a Bergon* Gallus ejusdem Instituti Capuccinor., ut ibi dicitur.

Tandem *Opera* omnia cum *additionibus* prodierunt Venetiis anno 1663. tomis 2. in 4. apud Milochos, quorum tomus secundus continet *Arcum sanctam*, & *Catenam auream*, seu complures Vitas Sanctorum, & Sanctarum tunc primo editas.

Multa alia scripsit pietatis plena, quæ mss. asservantur in sua Brixiensi provincia, teste Dionysio Genuensi, & Marcellino Pisensi to. 3. Annal. Capuccinor. §. 11. ad an. 1628., quo Brixiæ cum sanctitatis opinione decessit. De eo Dupinus sec. 17.

L X X V I I. 47.

ALEXIUS A SEREGNO = anno 1416. in Constantiensi Concilio *Sermonem* habuit 2. Dominica Quadragesimæ incipientem: *Faciamus hic tria tabernacula*: ex Supplem. Concil. Lab. to. 4. col. 202. jam Episcopus Placentinus, quam Sedem post Bobiensem anno 1404., & Vapigensem in Gallia anno 1409. moderatus est ab an. 1412. usque ad annum 1448., quo Cremonæ obiit kalen. Januarii, indeque Placentiam translatum ejus cadaver in majori Ecclesia tumulatum est: de quo legendi sunt Ughellus in Ital. sac. to. 2. & 4.; Petrus M. Campi in Hist. Placentiæ par 3.; & Paullus Morigia de Nobilitate Mediolan. Interfuit autem Concilio Pisano, Constantiensi, & Basileensi cum existimatione singularis doctrinæ; erat quippe Theologus insignis, & prædicator egregius, ac famosus. Vide notas nostras ad Italiam sacram Ughelli.

L X X V I I I. 48.

ALEXIUS TROUSSET = citatur ab Arturo in Martyrol. Francisc. an. 1637. edito die 12. Augusti, ut qui scripsit *Panegyrim de S. Clara*, ut notavit Jo: a S. Anton. to. 1.

L X X I X. 49.

ALEXIUS TUDERTINUS = Opus ejus iterum prodiit ibidem cusum an. 1648.

* ALFONSUS AMPHIAREUS, quem refert Jo: Franchinus in Bibliosophia pag. 31. num. 19., vocabatur *Vespasianus Albertacci*, de quo infra suo loco.

L X X X.

ALPHONSUS A S. ANNA Hispanus Discalc. provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis Concionator, & Guardianus Conventus Dominæ nostræ Populi de Sampalos edidit idiomate tagalo

Expositionem doctrinæ Christianæ. Manilæ an. 1628., teste Balthassare Medina in Cron. Provinc. Discalc. S. Didaci de Mexico fol. 214.

Tractatum de divino Officio, teste Fr. Antonio de Llave trien. 16. apud. Jo: a S. Anton. in utraque Bibliotheca.

L X X X I.

ALFONSUS BALSALOBRE Hispanus scripsit librum

De Vita, ac miraculis BB. Martyrum Japonensium Petri-Baptistæ, ac sociorum. Barcinone anno 1618. in 8. apud Sebastianum Jaime ex Haroldi Supplem. ad Biblioth. Francisc. apud Nicolaum Anton., & Jo: a S. Anton. to. 1.

* ALFONSUS A BARGAS = vide *Alfonsus a Vargas*.

L X X X I I. 50.

ALFONSUS DE BENAVIDES = *Joannes de Benavente* dicitur ab Andrea Garcia in sua Indica Bibliotheca col. 610., quo decepit Joannem a S. Anton. to. 2. Scripsit

Epistolam gravissimam ad Missionarios Ordinis in Mexicana conversione S. Pauli missam. Matriti an. 1631. in 8. ex cit. Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

LXXXIII.

L X X X I I I.

ALFONSUS BLASCUS Hispanus provinciæ S. Michaelis Regul. Observ. Ecclesiastes edidit

Panegyrim de Exaltatione S. Crucis. Toleti an. 1615. in 4. teste Jo: a S. Anton.

* ALFONSUS BRIZENO. V. *Ildefonsus Brizeno* infra.

L X X X I V.

ALFONSUS CAMPENSIS circa tempora, vel paulo ante Leonem X. scripsit

De rebus Franciscanis, & citatur a Jo: Matere Colonien. in Dialogo chronol. charit. par. 3. n. 20.

L X X X V. 51.

ALFONSUS A CASARUBIOS = a nonnullis dictus *Compilator*, Provinciæ S. Jacobi alumnus Regul. Observ. primam editionem fecit an. 1525. Vallisoleti, teste Roderico Quæst. Regul. to. 2. q. 109. art. 7., dicavitque Opus Francisco de Angelis sui Ordinis Ministro Generali; quod & Venetiis vulgatum est an. 1532. per. Fratres de Sabio in 8.; & Salmanticæ eodem anno per Martinum de Porras, ex Jo: a S. Anton. to. 1., & Waddingo. Aliam editionem fieri curaverat Christophorus a Capitefontium Minister Generalis Parisiis an. 1578. in 8. per Simonem Calvarinum; aliam etiam legi factam Neapoli an. 1595. per Carlinum, & Pacem to. 2. in 4.; & prius Parisiis an. 1590.; postea Venetiis an. 1609., & Coloniæ 1619. per Jo: Kinchium, ex cit. Jo. a S. Anton., & Waddingo. Ediderat etiam prius

Supplementum Monumentorum Ordinis, ut ipse testatur in prologo *Compendii Privilegiorum*, & in epistola ad Franciscum de Angelis *Compendio* præmissa an. 1525.; quo quidem *Compendio Supplementum* se castigasse dicit, & *Monumenta* Ordinis auxisse; scribit enim in cit. epistola, se adornasse tria Opuscula *ad nostrorum privilegiorum Monumenta sua magnitudine pene infinita facilitanda, atque brevianda, nimirum Supplementum, Compendium, & Concordiam; ut qui privilegiorum mole premuntur, ad Supplementum confugiant: qui eorum tenebris errant, sequantur Compendium: qui sunt conturbati eorum tenebris, Concordia exhilarentur. At dum Operi intendo, importuna aliquorum diligentia . . . exiit Supplementum inauspicatum in publicum: quapropter ad me id sedulo advocans, quæ castiganda erant, correxi; atque nonnulla, quæ deerant, addidi. Verum quia funiculus triplex difficile rumpitur, duos illi commilitones sub una literarum serie veluti contubernalés adjunxi, Compendium videlicet, & Concordiam*. Prodiit *Supplementum* sine loco, anno, & nomine autoris, ut scribit Waddingus in Anonymo Hispano IX. pag. 27. col. 1. Hic videtur etiam extitisse autor

Collectorii Regularium Fratrum, & Monialium sub regimine Prælatorum Ordinis degentium editi Salmanticæ an. 1532.; ut in *Anonymo Hispano* XI. dicitur a Wadd. Sic & *Compendium Privileg.* in fronte nomen autoris non perhibet, sed tantum in epistola.

L X X X V I.

ALFONSUS DE CASTILLO Hispanus provinciæ Conceptionis Regul. Observ. edidit vernacule

Compendium rationum dulcium, & efficacium, quibus peccator postulat a Deo misericordiam. Pinciæ an. 1616. in 8. typis Jo: de Rueda ex. Nic. Anton. to. 1. Bibliot. Hisp. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

L X X X V I I. 52.

ALFONSUS A CASTRO = in Cœnobio Salmanticensi, cujus alumnus erat, 30. annos Theologiam professus est, & 43. annos S. Evangelium populis exposuit: quare ab Eisengrenio dicitur *vir apostolicæ vita, arcana, & mystica divinarum Scripturarum interpretatione altus*; & a Petro Annato *Concionator totius Hispaniæ celeberrimus*; quem etiam designatum *Archiepiscopum Compostellanum* an. 1557., antequam inauguraretur, diem obiisse tradit in Appar. Theolog. lib. 7. art. 10. prope finem; & ante eum Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispana.

De justa hæreticorum punitione prodiit Salmanticæ an. 1547. in fol. typis Jo: Giuntæ; & Venetiis an. 1549. in 8.; Lugduni quoque apud Sebastianum Bartholomæi Honorati an. 1556. in 4.; & Antuerpiæ an. 1568. apud HH. Steelsit.

Adversus omnes hæreses = hoc Opus absolvit autur non anno 1556., sed 1534., Parisiis ter, primo anno 1534. in fol. apud Ascensium, semel Coloniæ an. 1540. in fol. intra septennium typis excusum: deinde iterum Parisiis in fol. an. 1543. apud Jo: Maheu; & Lugduni an. 1546., & 1555. apud Antonium Vincentium ab autore recognitum, & auctum, ut ex ejus epistola Tridenti data anno 1545. Petro Pacceo S. R. E. Card., & Episcopo Giennen., atque memoratæ editioni præfixa. Prodiit iterum Opus Parisiis anno 1560., & Antuerpiæ an. 1565. in fol., & 1568. apud Steelsium. Dicaverat primo autor librum Joanni Tavere S. R. E. Cardinali, & Archiep. Toletano, quemadmodum ex editione Colonien. an. 1543. a Melchiore Novesiano facta habetur, & ex epistola Francisci Mencsii ejus libro *de justa hæreticorum punitione* anno 1547. præmissa. In Bibliotheca Pontificia Roccaberti habetur ejus liber 12. *de Rom. Pontifice*; vertitque hoc ejus Opus in hispanicum metrum *Fr. Andreas de Olmos*, ut in eo refert Waddingus.

De potestate legis pœnalis ad Michaelem Munocium Episcopum Conchensem prodiit primo Salmanticæ an. 1550. in fol.; deinde Lugduni an. 1556. per Sebastianum Bartholomæi Honorati, & Jacobum Faure in 8.; postea & Parisiis an. 1571., ac 1578. in fol.

De sortilegiis, ac maleficiis prodiit Lugduni an. 1620. in 8.; quod Opus idem puto cum ejus *libro de impia sortilegarum, maleficarum, & lamiarum hæresi, earumque punitione*, quem laudat P. Frassen to. 4. tract. 1. de Angelis disp. 3. art. 3. in Append. de striginus §. 3.

In Psalm. 31. Beati, quorum remissa &c. *Homiliæ* prodierunt etiam an. 1568. in 8.

Comment. in XII. *Prophetas minores*. Majenciæ an. 1617. ex Ludovico Dupino in addit. & correct.

De Validitate Matrimonii Henrici VIII. Angliæ Regis, & Catharinæ conjugis eum scripsisse perhibet Nicolaus Auton. in Biblioth. Hisp. ex Nicolao Sandero lib. 1. Schism. Anglicanl.

L X X X V I I I.

ALFONSUS CATTANEUS Cremonensis sac. Theol. Doctor ad an. 1370. floruisse fertur; atque edidisse

De Sacramento Pœnitentiæ libros 3.; *de modo visitandi infirmos* libros 2.; & *de modo psallendi* librum 1.: ita ex Joseph Bressiano Cremonen. in lib. italico tit. *Virtù ravivata* refert Franciscus Arisius in *Cremona liter.* to. 1. pag. 178.: sed mihi

mi-

minime autoritatis est ille Bressianus; fides sit igitur apud eum.

L X X X I X. 53.

ALFONSUS CONTRERAS = *Commissarius Ordinis in Curia Regis Hispaniæ* dicitur in Catalogo Concilii Tridentini. De eo Nicolaus Antonius, Lequile, & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

X C. 54.

ALFONSUS DE CRUCE = in oppido *Valdemero* Toletani regni nobili genere natus, Commissarius Visitator provinciæ S. Jo: Baptistæ, suæque pluries Definitor; obiit an. 1631. die 24. Januar. in Conventu S. Joseph Methymnensi; ejusque

Via salvationis, & *Compendium vitæ spiritualis* prodiit Salmanticæ apud Anton. Ramirez.

Speculum Religiosorum impressum Ulyssipone an. 1622. tomis 2. in 4. typis Petri Craesbeck ex Raphaele Pluteau to. 1. sui Dictionarii Lusitanici in Catalogo AA. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 43., qui fatetur hoc Opus sibi ignotum fuisse; sed forsan est *Speculum* a Waddingo nuncupatum *Manuale Prælatorum*, quod ipse Wadd. ms. reliquisse scribit, a Jo: a S. Anton. secutus.

X C I.

ALFONSUS FLORES Hispanus Strict. Observ. Discalc. provinciæ Bæticæ concionator egregius edidit vernacule

Concionem de sacris Stigmatibus S. P. Francisci impressam an 1643. in 4. per Didacum Perez Estupiñan.

Conceptus varios prædicabiles; *Mariale*; ac *Sanctorale* composuit vernacule tomis 3. in 4.; quorum tomus 3. ms. extat in Biblioth. Conventus S. Rocchi ejusdem provinciæ sub P. n. 8., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 44.

Carmen in laudem Operis Fr. Laurentii a S. Francisco Minoritæ ejusdem autoris legitur apud cit. Jo: a S. Anton. in Biblioth. Minor. Discalceat. pag. 163.

X C I I.

ALFONSUS DE FONTADEVA, al. de Fuente Duenna, Hispanus in Toletano regno, ac Regul. Observ. sac. Theol. Lector scripsit Opus lingua vernacula inscriptum

Titulo Virginal de nuestra Sennora. Pampilonæ an. 1499. in fol., ut indicat autor Bibliothecæ veteris Hispanæ to. 2. lib. 10. cap. 16. n. 922., Marracius, & Jo: a S. Antonio.

X C I I I.

ALFONSUS DE FRIAS Hispanus provinciæ Castellæ Regul. Observ. alumnus elucubravit

Concionem habitam in Capitulo Generali Ordinis Toleti anno 1606. celebrato, & impressam Compluti an. 1608. in 4., teste Petro de Alva col. 46. Militiæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

X C I V. 55.

ALFONSUS GUTTIERRES = de quo Jacobus a Castro to. 1. Chronic. prov. S. Jacobi; Nicolaus Antonius to. 1.; & Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

X C V. 56.

ALFONSUS DE HERRERA, & Molina = cujus

Minæ, seu Interminationes judicii finalis &c. prodierunt etiam ibidem Hispali an. 1619. in 4. typis Hieronymi Contreras.

Quæstiones Evangelicæ pro concionibus &c. editæ etiam Cæsaraugustæ an. 1644. in 4. typis Jacobi Morbel. De his meminit Antonius Daza in Chronicis, & Dupinus.

Quadragesimale imprimebatur Limæ an. 1644.

X C V I. 57.

ALFONSUS DE HERRERA = alter, al. *Salcedo* apud Nicolaum Anton. to. 1., de quo Franciscus Gonzaga de Orig. Francisc. Religionis par. 4. de Conventu Mexici scripto tradidit, antea eum Salmanticæ legum studiis operam navasse; postea Ordinem S. Francisci ingressum esse in provincia S. Gabrielis, quod est inter Reformatos Strict. Observan., virum magnæ pietatis in Mexicanam regionem, ac provinciam S. Evangelii se contulisse; ibique Guardiani, atque Commissarii pluribus annis munus explevisse; ætateque demum, ac laboribus confectum ibidem mortem justorum oppetiisse non sine magna sanctitatis opinione: de quo & Arturus die 6. Aprilis; Torquemada to. 3. Chron. illius prov. lib. 19. c. 33.; Ventancurt in Menologio; & Nicolaus Anton. apud Jo: a S. Anton. to. 1. p. 45.

X C V I I.

ALFONSUS DE ISLA Lusitanus edidit vernacule

Ærarium virtutum. Medinæ an. 1543. apud Petrum de Castro in 4., & alibi.

Linguam vitæ; ut refert Nicolaus Anton. to 1. Biblioth. Hisp. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

X C V I I I. 58.

ALFONSUS LUPUS = Medinæ Sydoniæ in Bætica natus provinciæ S. Jo: Baptistæ alumnus, & provinciæ S. Joseph Discalceat. Custos scripsit etiam

Conciones plurimas Quadragesimales, & *de Tempore* mss. Compluti in Biblioth. Conventus S. Didaci, & Genuæ in illa Capuccinor. asservatas; ubi etiam extat hujus

Summa casuum conscientiæ;

Tractatus de casibus reservatis; &

Quæstiones variæ morales, ex Dionysio Genuen., & Jo: a S. Anton. in utraque sua Biblioth., & to. 1. Chron. provinciæ S. Pauli. De quo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 7. Junii.

X C I X. 59.

ALFONSUS A MADRITO = prov. Castellæ Regul. Observ.; cujus

Methodus apte inserviendi Deo prodiit primum Compluti an. 1526. in 4. apud Michaelem de Eguia; Burgis 1530. in 8.; iterum Compluti an. 1555. typis Jo: Brour; & Matriti 1578. in 8. Cum autem *Opusculum* minus emendato dicendi genere esset scriptum, illud expolitum edidit Ambrosius Morales Tarraconæ 1591. in 16., & Madriti an. 1598. Gallice prodiit Tolosæ an. 1555. in 16. apud Guidonem Bondoville; & Duaci 1599. in 12. apud Beller; theutonice quoque vertit *Fr. Jacobus Farrin*, de quo infra; & latine in formam continuæ orationis redegit Jo: Michael Constantiensis Ordinis Carthusiæ Generalis Minister, vulgavitque Lugduni an. 1598. in 8. sumptibus Jo: Baptistæ.

Speculum illustrium virorum hispanice prodiit Burgis 1542. in 12.; gallice Duaci 1599. in 12.; & italice factum, auctumque a Carolo Basilica Petri Ord. Cleric. S. Pauli Episcopo Novarien. Romæ 1603., & 1604. in 16. apud Paulinum. Lati-

ne

ne quoque versum cum superiori *Methodo* a Jo: Hentenio Mechlinen. Ord. Præd. prodiit Lovanii an. 1560., & 1576. in 12. typis Petri Xangrii Toletani; postea Parisiis 1584. typis Thomæ Brumenii; deinde Coloniæ 1606. 1608., & 1625. in 12. typis Jo: Kinchii, teste Jacobo Echardo to. 2. Biblioth. Ord. Præd. pag. 196.

De doctrina christiana tractatus recensetur a Jo: a S. Anton. to. 1. De eo & Nicolaus Antonius

C. 60.

ALFONSUS MALDONADO = de quo Nicolaus Antonius, & Jacobus de Castro to. 1. Chron. illius provinciæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 48.

C I.

ALFONSUS MANZANETE Discalceatus provinviæ S. Gabrielis spiritus fervore actus edidit vernaculo, simplicique stilo

Tractatum de oratione, ac viis purgativa, illuminativa, & unitiva, qui ms. cum fructu plurium teritur manibus.

E vivis excessit an. 1596. ex Arturo die 16. Decembris, autore Chronicor. illius provinciæ, ac Jo: a S. Anton. to. 1.

C I I. 61.

ALFONSUS DE MENDIETA = Regul. Observ. in Hispania vivebat anno 1640.; de quo Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

C I I I.

ALFONSUS A MEDIANA Carrioni ex oppido veteris Castellæ provinciæ Conceptionis Regul. Observ. ad provinciam Arrabidorum in Lusitania transiit; vir vitæ valde spiritualis edidit perutilem

Tractatum de oratione, & contemplatione vulgari lingua, iterato cusum ex Georgio Cardoso to. 2. Agiologii Lusitani, & Chronologo dictæ provinciæ Arrabiden. to. 1. cap. 9. n. 110. Prodiit etiam Ulyssipone an. 1674. typis Antonii Craesbeek cum libro prænotato: *Impulsus spirituales*.

Obiit an. 1606. die 17. Aprilis ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 48.

C I V. 62.

ALFONSUS DE MEDRANO = Regul. Observ. in Turris Lauræ Cœnobio Concionator, & Philosophiæ Lector edidit ex Nicolao Anton., & Salazario in Chron.

Instructionem &c. *juxta regulas Breviarii Pii* V. Compluti an. 1572. in 8. apud Andream de Angulo, ex Jo: a S. Anton. to. 1.

C V.

ALFONSUS DE MELINDE Hispanus Tertii Ord. S. Franc., commensalis Alfonsi de Guadalfajara, de quo infra, anno 1378 Romæ erat tempore creationis Urbani VI., cui Alfonsus iste notus erat, ut est apud Raynaldum Hist. Eccles. ad an. 1379. num. 16., & anno 1380. m. Decembri interfuit Conventui Methymnæ Campi a Jo: Castellæ Rege convocato pro facto schismatis discutiendo ex Actis apud Baluzium in notis ad Vitas Paparum Avenionen. to. 1. pag. 1281. & seq.; atque hic est *Fr. Alphonsus*, qui scripsit

Tractatum de schismate diversum ab illo Alphonsi Pecha a Raynaldo to: 8. Annal. Eccles. vulgato. *Melendi Hispani* opinionem probat Jo: de Lignano in suo tractatu pro Urbano VI. prope finem a Raynaldo publicato in fine to. 7. Annal. Eccles.

C V I. 63.

ALFONSUS A MOLINA = de quo agit Gonzaga par. 3. & 4., ejusque Opera typis jam edita fuisse dicit; Nicolaus Anton.; Arturus, & alii.

Dictionarium duplex Castellano-mexicanum, & Mexicano-castellanum prodiit Mexici an. 1555. in 4., & 1571. in fol. apud Antonium de Espinosa.

Ars linguæ mexicanæ, seu *Grammatica* cusa est anno 1571. in 8.

Catechismus &c. mexicano idiomate. Mexici an. 1564., & 1606. in 4.

Confessionale &c. Ibidem an. 1565.; & pluries cum aliis ejus Operibus ex Torquemada in Chron. prov. S. Evangelii.

C V I I.

ALFONSUS MONFORTIUS Gallus provinciæ Parisien. Minor. Capuccinor. erga B. V. Mariam summa devotione affectus scripsit gallice

Historiam de antiqua imagine B. V. Mariæ, quæ Bononiæ ad mare colitur. Parisiis an. 1633. in 4. apud Dionysium Thierry ex Dionys. Genuen., & Jacobo Le Long. lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ num. 1086. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

64.

ALFONSUS A MONTESINO = non est diversus ab *Ambrosio Montesino* infra referendo, qui & corrupte *Antonius* dictus est; unde non extat apud Jo: a S. Antonio.

C V I I I.

ALFONSUS OLDRADUS Mediolanen. Ordinis Capuccinor. floruit seculo XVI., & fertur reliquisse

Opera quædam, uti Paullus Morigia scribit lib. 3. Nobilit. Mediolanen. cap. 27., & Abbas Piccinelli in suo Literat. Mediolan. Athenæo pag. 18. Dionysius Genuen. Capuccinus in Bibliotheca sui Ordinis hunc non habet; nec Joannes a S. Anton.

C I X. 65.

ALFONSUS DE OROSIO = Regul. Observ., ni fallor, alumnus. *De Osorio* dicitur a Jo: a S. Anton. to. 1.

C X.

ALFONSUS A PALENZUOLA Hispanus provinciæ S. Jacobi Regul. Observ. Vicarius, sac. Theol. Lector, & Concionator Joannis II. Regis Catholici pro Summo Pontifice functus est legatione ad Castellæ Regem an. 1457., & anno 1460. Civitatensis Episcopus constitutus, inde anno 1469. ad Ovetensem Ecclesiam translatus est; ad Galliæque Regem Ludovicum XI., & Henricum VI. Angliæ Dominum Oratoris munus pro suo Rege exercuit. Obiit Oveti an. 1470. ex Gonzaga, & Waddingo, qui in Annal. Minor. ad an. 1460. num. 35. scribit

Opus quoddam S. Jo: Chrysostomi in hispanicum idioma convertisse. Edidit etiam

Commentarios varios in Biblia Sacra, ut habet Jacobus a Castro to. 1. Chronic. prædictæ provinciæ lib. 3. cap. 6. apud. Jo: a S. Antonio.

C X I. 66.

ALFONSUS PEREZ = *Seraphians*, Regul. Observ. Provinciæ S. Jacobi; cujus

Conciones Regales &c. hispano idiomate extant in libro *P. Villachonga* Salmanticæ impres. an. 1619. in 4., teste Jo: a S. Anton. Edidit etiam

Declamationes pro Virgine vulgo de los Remedios Salmanticæ. Ibidem an. 1635.

Querimonias Luciferi carmine hispano *ad S. Dominicum Sorianum*. Ibidem eodem anno in 8. typis Antoniæ Ramirez, ex eodem, qui addit, hujus meminisse Marracium in Biblioth. Mariana, Nicolaum Anton., qui perperam in duos dividit, & Jacobum a Castro to. 1. Chron. prov. S. Jacobi. CXII.

C X I I.

ALFONSUS PONCE provinciæ Castellæ Regul. Observ. Theologiæ mysticæ studiosus scripsit

Doctrinam Novitiorum ex S. Bonaventura depromptam; vertitque hispanice ejusdem S. Doctoris

Soliloquium. Compluti an. 1602. in 8. typis Viduæ Joannis Gratiani; cum ante eodem idiomate edidisset

VII. *gradus contemplationis*; &

Stimulum divini amoris, pariter S. Bonaventuræ adscriptos. Compluti an. 1597. in 8. apud. Jo: Gratianum; ex Nicolao Anton., & Jo: a S. Antonio.

C X I I I.

ALFONSUS DE LA REA Hispanus Regul. Observ. sac. Theol. Lector, & concionator scripsit, ut videtur, apud Mexicanos degens

Chronica Provinciæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli de Mechoacam in nova Hispania. Mexici an. 1635., & ibidem 1651. in 4. apud Viduam Matherad, & Matriti.

Panegyrim de laudibus S. Claræ Virginis. Mexici an. 1646. in 4. apud Viduam Bernardi Calderon, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

C X I V. 67.

ALFONSUS RENGEL = Regul. Observ. alumnus vixisse videtur seculo XVI., de quo Nicolaus Antonius, Torquemada, & Ventancurt apud Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

C X V.

ALFONSUS RENTEOLIS Gallus, ut videtur, Capuccinus provinciæ Lotharingiæ vertit e latino in gallicum idioma

Explicationem status totius Ordinis Minorum a Benedicto, al. Bonito Combasson, de quo infra, compositam, vulgavitque Nancei an. 1648. in 12. ex Catalogo autorum præfixo to. 1. *Historiæ omnium Ordinum Monasticorum* Parisiis an. 1721. vulgatæ, ex Jo: a S. Anton. to. 1.

C X V I.

ALFONSUS DE REQUIESCENS Generalis Commissarius in Germania, Bohemia, & Hungaria, cujus nationis videtur fuisse, scripsit

Relationem Martyrii Ven. Fratris Joannis Tudertini Minoritæ an. 1603. in Hungaria passi; quam typis dedit Fr. Antonius Daza par. 4. Chronic. lib. 4. cap. 51.; ejusque mentio extat apud Arturum in Martyrol. Franc. ad diem 4. Junii §. 2., & Jo: a S. Anton. to. 1.

C X V I I.

ALFONSUS RODRIQUEZ, vel Rodericus regni Castellæ primum Regul: Observ., deinde provinciæ S. Jo: Baptistæ Discalceatorum Reformat. Guardianus, ac Definitor, vir vitæ probitate, ac innocentia clarus ex italico in castellanum idioma transtulit

Tractatum Fr. Joannis Fanensis de paupertate Fratrum Minorum ad preces S. Paschalis Baylon; ut habetur ex autore Chron. Reformat. Joanne Ximenez apud Chronicon S. Francisci par. 4. lib. 8. cap. 66., ubi & legitur, diem obiisse anno 1584. in Cœnobio S. Annæ de Vigliena cum opinione sanctitatis, de quo Arturus, Anton. Panes, & alii apud Jo: a S. Anton. in utraque Bibliotheca.

C X V I I I. 68.

ALFONSUS A SCALONA = de quo Gravina in *Voce turturis* par. 2. pag. 214. cum laude.

C X I X.

ALFONSUS SOLANA provinciæ Castellæ Regul. Observ. in Americam, Jucatanicamque provinciam missus, incolarum salutem tam operibus, quam scriptis 40. & amplius annis procuravit, abstinentia, benignitate, multisque aliis virtutibus ornatus; decessit Emeritæ in illius tractus præcipua civitate ex Nicolao Anton. apud Jo: a S. Anton. to 1. pag. 51.; vulgavitque

Dictionarium linguæ majæ, & hispanicæ.

Sermones varios, aliaque excerpta historico-sacra; & *plura de promulgatione legis Evangelicæ apud eas gentes*; & *de viris in ea sacra expeditione principibus*: unde in scribenda istius provinciæ Ecclesiastica Historia pleraque desumpsit *Fr. Bernardus de Lezana*.

Forsan hic est *Anonymus* cognomine *Solana* ejusdem Instituti, sed provinciæ Carthaginensis, vir doctissimus, memoratus a Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 2. n. 4., autor Operis egregii ms. 8. tomia in fol. asservati in Biblioth. Conventus S. Annæ Oriolen. ejusdem provinciæ Carthaginen., cujus tit. *de Annalibus mundi, & Ecclesiæ*, ubi fuse tractat de prædicatione *SS. Jacobi, Petri, & Pauli* in Hispania; de Vita, & Actibus *S. Eugenii* Archiep. Toletani, & aliis memoria dignis ad Hispanos spectantibus. Vixisse dicit an. circiter 1626.

C X X. 69.

ALFONSUS A SPINA = Episcopus non *Orinopolitanus*, aut *Trinopolitanus*, sed Thermopolitanus in Græcia anno 1491. assumptus ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Minor. Hujus autem meminit Antonius Daza in Vita S. Petri Regalati cap. 2. his verbis: *non fuit ipso* (Bernardino de Arævalo) *doctrina, vel sanctitate minor Alfonsus de Spina auctor libri, cui titulus, Fortalitium fidei, etiam ipse prodigiosis operibus divinitus nobilitatus, & concionandi efficacia mirabilis*: asseritque, eum Cœnobii Abroxani alumnum extitisse. Spondanus etiam hunc memorat ad an. 1453. n. 30., & ad ann. 1295. n. 17. ex Mariana, ubi perperam scribit, hunc citare lib. 3. Alphonsum de Spina, cum citet *Alphonsum Conversum*, qui anno 1295. vivebat. Fuit a sacris Confessionibus Joannis II. Regis Hispaniarum; de eoque agit Albornocius Garibai in Historia Henrici Regis Hispan. lib. 3. cap. 58.

Sermones de nomine Jesu vigintiduos in villa Valleoletana circa annum Domini 1454. se fecisse scribit Alfonsus lib. 3. *Fortalitii* consid. 7. erud. 11., estque Opus distinctum ab ipso *Fortalitio*, non autem idem, ut putavit Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1450.; de quibus & Gonzaga loquens ait *Sermones* 12. apud Jo: a S. Antonio: sed puto legendum 22.

Fortalitium fidei prodiit primum Norimbergæ an. 1485. per Ant. Koberger in fol. ex Orlando de Orig. Typographiæ par. 1., ac Bonaventura Theulo in Deca. Scot. chor. 7.; Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolor. extat editio Nurembergensis hoc titulo: *Incipit prohemium Fortalitii fidei conscripti per quemdam Doctorem eximium Ordinis Minorum anno Domini* MCCCCLIX. *in partibus Occidentis*: & in fine legitur, impressum fuisse *Nurembergæ anno Domini* MCCCCLIX. VI. *idus Octobris indictione* III. impensis Antonii Koberger in fol.; postea an. 1487. in fol. sine autore, & loco editionis, quæ habetur Parisiis in Biblioth. Regia, & ad S. Honoratum

Ord. Præd., teste Echardo to. 2. Scriptor. Ord. Præd. pag. 61.; tum ibidem Norimbergæ an. 1494. in 4.; Lugduni quoque an 1511. per Jo: de Bomoys in 8.; & ibidem eodem anno in 4. per Stephanum Gueynard a Gulielmo Tutani Ord. Præd. castigatum, deinde ibidem 1525. in 4. per Jo: Moylin al. de Cambray teste Jac. Echardo cit., vel in 8. ex Indice Biblioth. Barber. Editionis antiquæ *Fortalitii fidei* sine anno, & loco in Bibliotheca Portensi publica extantis agit Frider. Gotthelf. Freytag in Analectis Litter. de Libris rarior. pag. 893.; apud quem leguntur plures autores, qui de eo loquuntur. Ejus autoritas adducitur a celebri Roberto Licensi de *Laudibus Sanctorum* serm. 43. de SS. Simone, & Juda cap. 2. vocatque *librum noviter confectum*

Autorem *Franciscanum* fuisse perspicuum est, cum pluribus locis citet *S. Franciscum patrem suum*, & alios, ut notavit & cit. Echardus: sed Opus cum jam prodiisset antea sine nomine autoris, *Bartholomæum Spinam* Pisanum Ord. Præd. suo nomine divulgasse, testatur P. Raynaudus de bon. & mal. lib. par. 1. erot. 1. §. 3. n. 272., quem citat etiam Thomas de Plag. liter. §. 548.; sed refellitur Raynaudus a Nicolao Anton. in Biblioth. Hisp. to. 1., & ab Echardo to. 2. Scriptor. Ord. Præd. pag. 61. in *Gulielmo Tutano*, qui observat, usque ad an. 1485. continuatum fuisse. Sed & Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1450., vel apud eum Jo: Wolphius to. 1. Memorab. adjudicat cuidam *Thomæ Patriarchæ Barbariensi*; sed & Vossius *Thomæ Barbariensi* adscripsit; & Jo: Hoornebeeck *Gulielmo Tutano*, vel *Bartholomæo Spinæ*; huncque refellere conatus Oudinus, negat unquam extasse *Gulielmum Tutanum*, eo quod Lugdunenses editiones non vidit factas an. 1511., & alteram an. 1525. superius memoratas: tanta est scribentium facilis hallucinatio. Nam & Jo: Garetius *de Sacramento Eucharistiæ* clas. 1. sub an. 1430. hunc dicit mendose *Joannem a Spina*.

Scribebatur Opus jam ab autore apud Vallemoletanam anno 1458. ex ejusdem lib. 2. consider. 6. heresi 5.; sed & lib. 4. consid. 1. arg. 3. ait: *a fine autem hujus temporis usque ad præsentem annum* 1459. &c.: & lib. 3. contra Judæos consid. 4. arg. 6.: *& dicunt, quod isto anno, in quo nos computamus* 1460. *annos Domini* &c.: & tamen paulo post inquit: *dicemus, quod sunt jam mille* CCCCLVIII. *anni, quod venit Messias*: unde vel error est in numeris, vel mutatio facta postea aut a se, aut ab aliis. Eodem lib. 3. de bello Judæor. consid. 8. pag. 6.: *patet secundum supputationem Judæorum, quod præsens annus Domini* 1461. &c.: eodemque lib. 3. consid. 12. pun. 8. & ult.: *alii, de quorum numero fuit Arnaldus de Villanova, qui in tractatu, quem fecit de fine seculi, determinat, quod Antichristus erit venturus in quartodecimo centenario a Nativitate Christi; & patet, quod jam sumus ultra per* LXXXV. *annos* &c.: & lib. 7. consid. 9. *bellum ultimum* recensens omnia bella Christianorum cum Saracenis dicit ultimum anno 1458.: & hæc quidem in posterioribus editionibus leguntur, quæ ostendunt, additiones ab autore Operi factas usque ad annum 1485.

Sermones plures de excellentia nostræ fidei scripsit, habuitque anno 1459. Metinæ de Campis, ut ipse testatur in Fortal. lib. 2. consider. 6. hæresi 1.; quod nemo hactenus observavit.

Tractatum de fortuna dicatum Joanni Castellæ Regi, qui regnavit ab anno 1406. usque ad 1454., qui ms. servatur in Regia Biblioth. Escorialis, teste Nicolao Anton. in veteri Biblioth. Hispa. pag. 182., & 481.; & ex prologo prædicti Fortalitii fidei.

Obiit autem circa annum 1491. in Palentino Conventu provinciæ Conceptionis ex Arturo die 24. Julii §. 3. & autore Hist. Palentinæ to. 3. lib. 3. cap. 42. §. 5. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

CXXI.

ALFONSUS TANCO Hispanus Strict. Observ. Discalc. provinciæ S. Gabrielis scripsit

Conciones varias; quarum illa *de Edicto S. Inquisitionis* impressa est Hispali an. 1633. in 4. per Andream Grandis teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 52.

CXXII.

ALFONSUS TOLETANUS vulgavit vernacule, ut est apud Jo: a S. Anton. loco cit.,

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ Ossunæ dictam. Hispali an. 1616. in 4. teste Petro de Alva col. 56. Militiæ univ.

CXXIII. 70.

ALFONSUS A TURRIBUS = vulgo *Torres* Regul. Observ.

Educatio spiritualis Novitior. prodiit Matriti an. 1603. & 1623. in 4. apud Thomam Juncti, nec non 1628. ex Jo: a S. Anton., qui eum dicit provinciæ Cartaginensis.

Alter extitit *Alfonsus a Turribus* provinciæ Granaten., qui edidit

Chronica Provinciæ Granatensis S. P. Francisci. Matriti an. 1683. in fol. typis Jo: Garciæ Infanzon; &

Orationem de S. Jo: ante Portam Latinam ad Capitulum Gener. Ordinis Toleti an. 1682. celebratum; eodem anno typis datam Matriti per eumdem: quem Jo: a S. Anton. perperam unum facit cum superiori.

CXXIV.

ALFONSUS DE VALDASSARA, al. de Guadalfajara Hispanus Episcopus Giennensis in Andalusia, dimissa Episcopali dignitate, Tertii Ordinis secularis S. Francisci Institutum amplexus est; eremiticamque ducens vitam *S. Birgittæ* Sueca in suis peregrinationibus ad Christi sepulchrum in Palæstina, ad S. Jacobum Compostellanum, indeque Romam se comitem præbuit, & a sacris Confessionibus, & ab ea anno 1370. missus est ad Urbanum V. Roma Gallias repetere destinantem, ut eum ab eo proposito retraheret; prænunciaretque, ni desisteret, cito periturum. Scripsit

Prologum in libros Revelationum S. Birgittæ hoc titulo: *Epistola Solitarii ad Reges Domini Alfonsi quondam Episcopi Giennensis, & postea Eremitæ probatissimi*: incipit: *O Serenissimi Reges* &c.: quem citat Jo: Franciscus Pavinus Consist. Advocatus in *Relatione* super Canonizatione S. Bonaventuræ ad Sixtum IV. an. 1482. scripta par. 1. art. 2.

Mortuus est in villa Quarti prope Genuam an. 1388., ubi & Ecclesiam, & Monasterium Monachis Olivetanis construxerat piorum eleemosynis, ut ex epitaphio illi posito, & ab Ughello to. 4. Ital. sac. in Archiep. Genuen. n. 19. relato habetur. Memorat hunc & Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1370. n. 4., & 1378. n. 9.

C X X V.

ALFONSUS DE VALDIVIESSO Hispanus edidit

Orationem a se habitam in funerali pompa Philippi III. Hispaniar. Regis. Murciæ anno 1621. in 4. teste Petro de Alva col. 56. Militiæ univ. apud Jo: a S. Anton.

C X X V I. 71.

ALFONSUS A VARGAS = cujus Bibliothecam in Cœnobio S. Catharinæ prope urbem Morici celebrat Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1310. n. 18.

Historia Cœnobii &c. impressa est typis Francisci Heylan ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 52.

Digressiones morales ejusdem *in Historiam Susannæ* in duo volumina distributæ mss. asservantur in fol. in Bibliotheca Cœnobii S. Annæ Regul. Observ. provinciæ Granatensis, teste Jo: a S. Antonio to. 2. pag. 112. v. *Ildephonsus Bargas* pro Vargas. De eo Marracius, & Nicolaus Antonius agunt.

C X X V I I.

ALFONSUS A VEGA Hispanus scripsit

Summam casuum conscientiæ; &

Speculum Parochorum: citaturque ab Anton. Diana in Indice autorum, quibus usus est in *Morali* concinnanda an. 1628. Utrum autem Regul. Observ., an Capuccinorum alumnus extiterit, nondum reperire potui: nisi sit *Andreas Vega*.

C X X V I I I.

ALFONSUS A VILLASANCTA Hispanus olim Regul. Observ. Parisien. Theologus; cujus *Epistola* ad Carolum V. Hispan. Regem data Parisiis anno 1518. legitur ante *Quolibeta Henrici Gandavensis* eo anno ibi impressa per Jodocum Badium Ascensium. Castigavit, & in lucem edi curavit

Gulielmi Rubionis Commentarios in 4. libros Senten. Parisiis an. 1528. per Jodocum Badium Ascensium tomis 2. in fol., epistola Operi præmissa.

De libero arbitrio contra Philippum Melanchtonem scripsit anno circiter 1524., teste Eysingrenio apud Possevinum in Appar. sac. v. *Villasancta*, ubi tamen Institutum tacet.

Anno 1526. ereatus fuit Episcopus non *Sabulensis*, sed Gabalensis, & Coadjutor Henrici Stendic Minoritæ Asaphensis in Anglia Episcopi ex Waddingo in Annal. Minor. ad eum annum num. 30. Hujus viri extat mentio in Regesto Ord. Min. Conv. sub an. 1509. pag. 278., ubi dicitur apud Vallemoleti obedientiam præstitisse Ministro Gen. Raynaldo Gratiano, & a Fratribus *de Familia*, seu Regularis Observantiæ recessisse, missumque fuisse Parisios pro studio.

72.

ALIFAS DE ANGLIA = legendum *Robertus Elifat Anglus*, de quo dicetur suo loco. Waddingus enim accepit a Possevino, qui in Appar. sac. to. 1. corrupte dicit *Alifat Anglum*.

73.

ALOYSIUS CÆSARAUGUSTANUS = quantum ego conjicio, hic idem est ac *Ludovicus Caspensis* Capuccinus, de quo infra dicetur tomos duos edidisse Theologiæ *secundum ordinem D. Thomæ*; hic autem *Bonaventura* dicitur.

C X X I X. 74.

ALOYSIUS CURIUS = transtulit ex hispano in idioma italicum

Exercitia spiritualia pro degentibus in Eremitoriis Antonii Daza Hispani; vulgavitque Romæ an. 1626. in 16. per Bartholomæum Zanettum, teste Waddingo infra in *Antonio Daza*.

C X X X.

ALOYSIUS PUTEUS a Burgonovo Italus Regul. Observ. Minister Gener. interfuit Concilio Tridentino, in quo habuit *Concionem* an. 1562. die 26. Aprilis Dom. 3. post Pascha, ex Indice Orationum eo in Concilio habitarum, quæ & postmodum typis traditæ dicuntur; & aliam Orationem die 22. Febr. eodem anno 1562., ex cit. Indice. Fuit enim vir gravissimus, liberalium artium, sacræque Theologiæ professor eximius, ingenio subtilis, Scoticæ doctrinæ defensor acerrimus, vita, & conversatione omnibus venerabilis, & regularis disciplinæ custos præcipuus; qui pluribus officiis, supremaque sui Ordinis præfectura perfuncta obiit Bononiæ apoplexia correptus, meruitque sequens *epitaphium* a Panigarola, ut ajunt, editum, quod & legitur Orbis Seraphici lib. 3., & ex eo apud Jo: a S. Anton. to. 3. Biblioth. in Append.

„ Fr. Aloysius Puteus Burgonovanus ex Minoribus
„ Observ. hic situs est; quem omnes, qui aliquam
„ eruditionis, administrationisque famam in fami-
„ lia sua tulerunt, & magistratum, & exemplum
„ sibi præcipuum asciverunt. Qui vero Concilio
„ Tridentino interfuerunt, quo ille a Pio IV. Pont.
„ Max. missus adfuit, utramque & doctrinæ, &
„ sapientiæ laudem mirifice comprobarunt. Qui
„ Provincialia, & Generalia munera tamdiu exer-
„ cuit: tot Italiæ suggestus celebravit: Scotum
„ tanta diligentia & voce, & scriptis exposuit, ut
„ vix horam ullam vacuam habuisse videatur. De-
„ mum jejuniis, vigiliis, peregrinationibus, stu-
„ diisque magis, quam ætate confectus, gravibus
„ apoplexiæ incommodis divexatus Christianæ pa-
„ tientiæ nobile nobis exemplum reliquit. Obiit
„ annum agens LXXII. VIII. Novembris MDLXXX.
„ Tanto Patri Fr. Hieronymus Imolensis M. H. C. P.

In Scotum Scripta condidisse fertur.

Fratrem germanum habuit *Fr. Archangelum*, de quo infra tractatur etiam a Waddingo.

C X X X I.

ALOYSIUS DE SCLAVE Bergomas Orator illustris florebat exeunte seculo XIV., ut habet Castellus in Chron. Bergomen. apud to. 16. Rer. Italic. Script., ubi refert, eum an. 1399. die 19. Augusti *Concionem* habuisse in majori Ecclesia S. Mariæ, eum celebris *Alborum* Societas Bergomum advenisset: & die 5. Septembris *aliam* apud Montem de Fara, quo prædicta Societas se contulerat; ibique data cunctis benedictione; & facta inter multos pace, omnes ad sua dimisisse. Scripsit

Conciones, & *Sermones* pro temporum conditione.

C X X X I I. 75.

ALOYSIUS VULCANUS = a Padula Lucaniæ oppido diœcesis Caputaquensis, ex nobili, vetustaque familia Neapolitana, e qua plures S. R. E. Cardinales effulserunt, Concionator, & Theologus edidit Opus tit.

Gemma celeste, e pretioso tesoro delle sante Indulgenze, e del santo Giubileo dell'anno santo. Neapoli anno 1600. in 8. typis Jo: Jacobi Carlini: dedit quoque typis italice

Veram, & novam universæ Terræ sanctæ descriptionem, quam ipse an. 1557. lustravit. Neapoli an. 1563. typis Jo: Mariæ Scotti; 1656. in 8. ait Jo: a S. Anton. to. 2., quam & ait se vidisse:

eam

eam citat Petrus Valerius Martorellus in Theatro Hist. sac. Domus Lauretanæ to. 2.

CXXXIII.

ALVARUS MENDOZA Aragonius Episcopus *Aquilanus* in Italia an. 1622. assumptus, & anno 1628. ad *Jacensem* Ecclesiam in Hispania translatus ex Ughelli Ital. sac. to. 1. in Episc. Aquilan., edidit lingua vernacula

Panegyrim de festivitate purissima Conceptionis Deiparæ. Cæsaragustæ an. 1630. in 4. ex Maraccio in Biblioth. Mariana, & Petro de Alva col. 57. Militiæ univ. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

CXXXIV. 76.

ALVARUS PELAGIUS = de quo *Archidiaconus* in Appar. lib. 6. tit. de Regularibus cap. *Non solum in verbo*: inquit: *Sicut de facto patuit in socio nostro Magistro Alvaro Doctore Decretorum Hispano, qui omnibus suis beneficiis renunciavit expresse, & omnia sua inter pauperes dispensavit, & immediate ingressus est Ordinem Fratrum Minorum*. Quare erravit Waddingus, dum hunc dixit *Archidiaconi* discipulum, eumque secutus Jo: a S. Anton. Autor *gravissimus*, & *eruditissimus* dicitur a Martino Navarra to. 1. Comment. tract. de reddit. Eccles. q. 2. mon. 6., & 7.; quæst. vero prima mon. 10. docte eum defendit a cujusdam Anonymi impugnatione. Petrus de Alva & Astorga in Indiculo Bullar. Seraph. par. 1. pag. 100. refert Nicolai IV. Literas pro *Fratre Alvaro Pelagio dispensationis* dat. x. kal. Octob. Pontif. anno 2., idest an. 1289.; sed nondum Ordini nomen dederat; cum ipsemet lib. 2. de Planctu Ecclesiæ cap. 33. tradat, id factum *Asisii* sub Gondisalvo Ministro Generali; quod est an. 1304.

Opus de *Planctu Ecclesiæ* incæpit anno 1330., complevitque anno 1332. Avenione in Pontificia Curia; ut ipse in fine Operis enarrat. Prodiit primum Ulmæ an. 1473. in fol. per Jo: Zeiner de Reutlinga; mox Reutlingæ an. 1474. ex P. Orlando de Orig. & progr. Typograph.; Norimbergæ an. 1489. in 4. per Georgium Stuchs Sulzbach; & Lugduni an. 1517. in fol. typis Jo: Cleyn, quæ editio extat Romæ apud nostros. Primus hujus Operis liber habetur in Bibliotheca Pontificia Roccaberti to. 3. edit. Rom. an. 1690. Extat ms. Parisiis in Biblioth. Regia cod. 884.; & in Monasterio S. Gatiani Turonen. n. 184. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 937. & 1275.; sicuti & in Vaticana cod. 4280.; cui Franciscus Toletanus fecit *Summam alphabeticam*, & *Repertorium ad Cardinalem Firmanum*, idest Dominicum Capranicam; extatque ibidem & codd. 953. 954. inter libros olim Ducis Urbini, teste Nicolao Antonio to. 2. veteris Biblioth. Hispanæ lib. 9. cap. 4. num. 227.

S. Antoninus Chron. 3. par. tit. 24. cap. 8. §. 2. laudat quidem hunc virum, sed eum quoque carpit, ac errasse ait, quod paupertatem ita commendaverit, ut in *Fraticellorum* sectam ivisse videatur: excusandus tamen, quod id temporis nondum ab Ecclesia in Fraticellos quicquam decretum fuisset. At enim concessisse eum quicquam *Fraticellorum* opinioni tantum abest, ut etiam insectaverit, damnaveritque lib. 2. cap. 51. & 52. Nec magis Alvarus culpandus esset, quam Joannes XXII., quo autore editum est Opus, ejusque & in aula, & sub oculis; rogatus etiam (ut legitur in fine), si qua minus catholice dicta essent, ea castigaret, ac deleret: idque non omisisset Joannes, qui jam ab anno 1317. Fraticellorum sectam, eam potissimum *de paupertate* proscripserat c. *Sancta Romana* extra de Relig. Dom. Miscet igitur, & confundit Antoninus Fraticellos hæreticos cum Fratribus Ord. Minorum suæ Regulæ zelatoribus, quibus plane favebat Alvarus, non illis.

Collyrium fidei adversus hæreses dividitur in sex partes principales, quarum prima continet 66. hæreses, & incipit prologus: *In nomine D. N. I. C., in quo vivimus, movemur, & sumus secundum Apostolum Paulum Act. 17.* &c. *Fr. Alvarus Professor Minorita, natione Hispanus, Decretorum Doctor, in sacra Theologia Scholasticus gratia vobis, & pax a D. N. I. C.* Extat ms. in Vatic. Biblioth. inter libros olim Reginæ Sveciæ cod. 1129. in 4. parvo chartaceo; habetque initio *Tabulam alphabeticam* omnium hæresum compilatam per Fr. *Petrum Dominici* Ord. Heremit. S. Augustini, constatque fol. 167.; & ibid. cod. 2324. al. 2729. in 4. parvo membran., qui olim spectabat ad Card. S. Sixti Fr. Jo: de Turrecremata Ord. Præd. ex Nicolao Anton. to. 1. veteris Biblioth. Hisp. & ex Catalogo Montfaucon to. 1.; habetur & Patavii in Biblioth. S. Jo: in Viridario ex Thomasino apud cit. Nicolaum Ant.; & in Parisien. Colbert. cod. 271., teste Oudino in Supplem. Bellarmini de Scriptor. Eccles.

Alvari in Evangelium Matthæi Commentar. extat ms. Parisiis in Biblioth. S. Germani a Pratis cod. 380. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1129.

Volumina tria Fr. Alvari Ord. Prædic. Episcopi Silvensis leguntur in Catalogo codd. mss. olim Guidi Ubaldi Ducis Urbini; qui Catalogus ms. nunc asservatur Mutinæ in Ducis Bibliotheca, teste Echardo to. 2. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 997. in Addit.; qui ob hanc falsam inscriptionem hunc suis adscribendum censet; nec animadvertit, hunc esse *Alvarum Pelagii*, qui fuit Episcopus Silvensis, & antea Coronensis ex Ordine Minorum.

Obiit anno 1353. Hispali, sepultus in choro Monasterii S. Claræ non longe a sepulcbro *Ven. Leonoræ Gusmanæ* Virginis ejusdem loci alumnæ, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 54.; de eoque agunt præ ceteris Trithemius, Arturus in Martyrol. Francisc., Marcus Ulyssiponen., & Petrus de Alva radio 168. signo 8.; miror tamen, ejus non meminisse Bartholomæum Pisanum autorem supparem.

CXXXV. 77.

ALVARUS DE ROXAS = vivebat initio seculi xvii., dictus a S. Maria, & S. Petro, sanguine nobilis, olim Doctor in jure canonico, & Scholasticus Cauriensis.

Comment. in Apocalypsim S. Joannis: in cap. 7. Danielis: & in c. 4. Zachariæ in unum tomum congesta in 4. mss. asservantur in Conventu Dominæ nostræ de Luce oppidi de Brozas, & in Arch. suæ provinciæ, teste Jo: a S. Anton. to. 1. Biblioth. Francisc., & in Biblioth. Minor. Discalc., ubi adducit eos, qui cum laude de ipso tractant.

CXXXVI. 78.

B. AMADEUS LUSITANUS = in seculo dicebatur *Joannes Menesius* de Sylva, Ven. Beatricis Monialium Ordinis Conceptionis V. Mariæ fundatricis frater germanus, Asisii Minorum Institutum subivit, & Romæ *Amadeorum* Congregationem instituit, vir *sanctitate, miraculis, & prophetia illustris*, inquit Justinus Michoviensis Ord. Præd. serm. 58. super *Litanias Lauretanas* §. 7. Titulo *Beati* deco-

coratur in literis Julii de Medicis S. R. E. Card. Archiep. Florentini, qui postea fuit Clemens VII., datis anno 1520. VII. idus Septembris pro Monasterio S. Angeli Raphaelis prope Florentiam Tertii Ord. S. Francisci Episcopo Foroliviensi, & Archidiacono, atque Vicario suo Florentinis, quæ servantur Florentiæ.

Nova Apocalypsis extat ms. in Regia Laurentina Hisp., in Salicetano Cœnobio provinciæ Castellæ Regul. Observ., Romæ in Conventu PP. Recollectorum S. Augustini, Palentiæ in fol. in Biblioth. Cœnobii S. Francisci in Lusitania scrin. 129. n. 7. recognita a S. Inquisitionis Officio, & Barcinone in Arch. Collegii S. Bonaventuræ cum præconio in calce, ac testimonio *S. Petri de Alcantara* manu propria an. 1543. die 21. Februarii exarato; continetque *octo raptus* cum 4. *psalmis*, & 4. *canticis*; nec non 4. *sermones S. Jo: Baptistæ*, & 10. *alios sermones*, *exhortationes*que, ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 55., qui existimat codicem Barcinonensem minus vitiatum esse, & forsan aliis puriorem. De iis Nicolaus Anton. to. 1. Biblioth. vet. Hispan., & Alva in Biblioth. Virgin. *Ex Amadei Hispani Ord. Minor. libro Prophetiæ* ms. Biblioth. Vatic. 1169. inter libros olim Alex. Petavii, ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 62., & inter libros olim Reginæ Suetiæ pag. 25. *B. Amadei Visiones*, *& sermones* extant Mediolani in Ambrosiana Bibliotheca, ex eodem pag. 506. Ejus *Apocalypsis* sub nomine *Amadei Ducis Sabaudiæ* extat ms. in 4. Taurini in Biblioth. Regia, ex eodem to. 2. Biblioth. mss. pag. 1394. Ejus Operis fragmenta quamplura refert Hippolytus Marracius in suis *Apostolis Marianis*.

De mysteriis vitæ, & mortis Virg. Mariæ raptus tres cusi sunt primum an. 1648. Matriti in to. 1. Bibliothecæ Virginalis Petri de Alva & Astorga.

Vitam *B. Amadei* scripsit D. Petrus Maccarenus Marchio de Montalbano, & edidit Matriti an. 1657. typis Didaci Diaz hispanice. *De Angelico Pastore* hujus Opusculum scripsit Petrus Galatinus Ord. Min. Observ., quod ms. asservari tradit Waddingus in *Petro Galatino*. De eo Arturus ad diem 10. Aug. §. 5., & Act. SS. Collect. Bolland. Alphonsus vero Brizennus par. 1. Controvers. in 1. Senten. Scoti pag. 147. & seqq. erudite hunc vindicat ab imposturis Bzovii præter ea, quæ Waddingus, aliique pro eo litteris mandarunt

Turpiter, & inique calumniatus est Oudinus to. 2. Comment. ad an. 1150. in *Amadeo Lausanensi* Franciscanos, ac in primis Waddingum in Scriptor. Ord. Minor. affirmans eum *Amadeum* sibi arrogare: cum hunc *Lusitanum* Amadeum, non illum Lausanensem asserant Minoritam fuisse Franciscani; illum seculo XII., hunc vero XV. florentem agnoscant, præsertim Waddingus, qui tam aperte utrumque distinguit, ut Willotum huic Amadeo *Homilias* attribuentem redarguat, doceatque esse illius Amadei ex Cisterciensi Monacho Episcopi Lausanensis.

* AMANDUS GANDENSIS = Vide *Arnandus*. Utro nomine vocandus sit, adhuc hæreo.

* AMANDUS DE VALLE = Vide *Amantius de Valle*.

C X X X V I I. 79.

AMANDUS ZIERIXENSIS = obiit anno 1535. ex autore Chronicor. S. Francisci par. 4. lib. 1. cap. 41., *Amatus*que dicitur; sed *Amandus Zirixensis* ab Adrichomio in Theatro Terræ sanctæ, cujus Chronico usus est. De eo Gonzaga, Dupinus, Arturus, aliique.

De 40. mansionibus scripsisse tradit & Valerius Andreas ex Francisco Titelmano, qui autoris *Vitam* conscripsit, ut notavit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 57.

C X X X V I I I. 80.

AMANTIUS DE VALLE = ante Possevinum meminit ejus Villotus; sed tempus, quo vixit, non indicat. *Amantius* quidam an. 1343. factus est Episcopus *Pectenensis*, seu *Petinen.* in Histria, ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal.Minor. Amandus etiam de Valenchiniis florebat anno 1350., scripsitque præ ceteris

Disputationem de peccata veniali, quæ ms. habetur Parisiis in Biblioth. Sorbon. cod. 774. pag. 104., teste Carolo Plessiensi in *Collectione judiciorum de novis erroribus* ad an. 1350. to. 1. Sed certe *Amantius de Valle sac. Theol. Magister prov. Aquitaniæ* florebat an. 1491., ex Reg. Ordinis, & an. 1488. erat Minister ejusdem Provinciæ, diciturque *Magister Amantius* &c. Forsan hujus est

Speculum humanæ salvationis Fr. Amandi O. M. rhythmice, quod extat ms. in Anglica Bibliotheca Cottoniana sub Vespasiano cod. 1. n. 4. ex Jo: a S. Anton.

An hic *Arnoldus de Valle*, cujus meminit Waddingus in Annal. ad an. 1222. num. 39. inter eos viros, qui *Conventum Tolosanum*, & *Ordinem plurimis editis lucubrationibus illustriorem* reddiderunt?

C X X X I X.

AMATOR A S. ANNA Lusitanus provinciæ S. Thomæ in India Orient. alumnus in gratiam Indorum Brachmanensium in eorum idioma transtulit Opus inscriptum

Flos Sanctorum ibidem impressum; quorum plurium, quæ in illa regione extant, exemplarium unum ad Philippum III. Regem Hispan. an. 1612. transmissum fuit, & in Regia Scorialis Bibliotheca collocatum, ut ex Fr. Paulo a Trinitate lib. 1. Chronic. prædictæ provinciæ cap. 69. narrat Jo: a S. Anton. to. 1.

C X L.

AMBROSIUS A JESU Lusitanus provinciæ Portugalliæ Regul. Observ. Definitor Generalis edidit

Panegyrim de laudibus S. Antonii Patavini ad Capitulum Gener. Ordinis, Romæ an. 1615. in 4.

Concionem dogmaticam in actu fidei. Ulyssipone an. 1622. in 4. apud Petrum Creesbeck.

Obiit designatus *Protomysta S. Thomæ*, teste Fr. Ferdinando a Solitudine in Catalogo autorum Chron. laudatæ provinciæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C X L I. 81.

AMBROSIUS LEXOVIENSIS = loco anni 1529. reponendum anno 1629., uti est apud Bordonum in Chronologio Tertii. Ordinis S. Francisci cap. 38., & Coronel. Biblioth. univers. to. 3. Nam anno 1628. capta est *Rupella* a Ludovico XIII.; & Jacobus Mascardus eo tempore Romæ excudebat, non anno 1529.: quem errorem exscripsit Jo: a S. Anton. to. 1. Ejus etiam est

Lampas accensa in quatuor Evangelia, *Actus Apostolorum*, *& omnes Epistolas Pauli*, *atque septem canonicas* in Bibliotheca Conventus S. Mariæ de Gratia prope Paris. existens.

Obiit autor anno 1630.

CXLII.

C X L I I.

AMBROSUS MAURI Nucerinus provinciæ Neapolitanæ Conventual. sac. Theol. Magister scripsit Opus titulo:

Processus civilis contra Scotum pars 1. anno 1629. a Censoribus approbatum, ut edi in lucem posset. Item

Clypeus Agonizantium anno 1636. approbatus, quo typis ederetur.

Collectaneum ad Historiam Salernitanam concinnandam ms. reliquit; obiitque circa annum 1640., ut habet Franchinus in Bibliosophia pag. 31.

C X L I I I.

AMBROSIUS MEDIOLANENSIS, *Soncinas* appellatus a Soncinatis Marchionatus titulo, quo in seculo fruebatur, Capuccinus salutis animarum cupidus in Africam trajecit apostolicus Missionarius, annoque 1601. pie obiit Algerii; de quo cum laude agit Boverius in Annal. Capuccinor., & Carolus Bruxellen. in Catalogo apud Dionysium Genuen., qui & tradit, reliquisse ms.

Tractatum de Sacramento Pœnitentiæ: & *alium de modis, & remediis recte vivendi & moriendi*: teste Jo: a S. Anton. to. 1.

C X L I V. 82.

AMBROSIUS MILLETIUS = de quo Jacobus Le Longus, & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

C X L V. 83.

AMBROSIUS MONTESINUS = concionator illustris apud Ferdinandum, & Isabellam Castellæ Reges, quorum opera a Julio II. creatus est Episcopus Sardinien. an. 1512., ex Petro de Alva & Astorga in Indic. Bullar. Seraph. sub an. 1511. n. 25., ubi per errorem *Antonium* appellat. Scripsit

Epistolas, y Evangelios para todo el anno con sus doctrinas, y sermones hispanice typis excusa an. 1512. *Epistolas & Evangelia totius anni una cum doctrinis, & sermonibus* hispanico sermone reddidisse scribit Jacobus Le Longus Biblioth. sac. par. 2., & in Indice autorum alphab., eaque prodiisse etiam Antuerpiæ an. 1544., al. 1542. in 8.; postea puriori stylo donata a *Romano Vallezilla* Monacho Benedictino Barchinone edita fuisse anno 1601., & 1608. in 8.; postea Matriti an. 1608. in fol.; & Vallisoleti an. 1618. in fol. typis Jo: Rueda, teste Jo: a S. Anton. to. 1., & Waddingo supra in *Alfonso Montesino*.

Concionem de diversas Obras del Rev. P. F. Ambrosio Montesino Obispo de Sardenna dela Orden de los Minores ad Ferdinandum Regem cusum est an. 1508. in 8., recusumque Toleti anno 1547. in 8. per Jo: de Ayala ex Nicolao Antonio.

Toletanum Breviarium Immaculatæ Conceptionis composuit, ediditque, teste Petro de Alva col. 63. Militiæ apud Jo: a S. Anton.

Vitam Christi a Landulpho Carthus. scriptam hortatu Isabellæ Reginæ vertit e latino in hispanum, ediditque Compluti an. 1502. tomis 3. in fol. per Stanislaum Polonum 4. libris; postea Hispali per Jo: Kromberger an. 1537.; & tandem ibidem an. 1551. in fol. Sed. *Fr. Jannettinus Ninnus* Regul. Observ. a Secretis auctiorem effecit, protulitque an. 1627., al. 1623. in fol. Salmanticæ per Antonium Ramirez.

Laudat hunc Scriptorem & Lucius Marinerus Siculus lib. 7. de *Laudibus Hispaniæ* apud Coronel. Biblioth. univ. to. 3. n. 679.

C X L V I.

AMBROSIUS PEUPLUS Belga Recollectus cum esset apud suos Philosophiæ Lector, edidit

Breviarium universæ Philosophiæ Scoto-Augustinianæ. Leodii an. 1650., teste Petro de Alva col. 63. Militiæ univ. apud Jo. a S. Anton.

C X L V I I.

AMBROSIUS RIGHETTUS Regul. Observ. concionator scripsit sermone italico librum, vel libros tres

De miraculis, & gratiis factis in nomine Jesu collectis ex diversis autoribus, & a Leonardo Barbaro Venetiis vulgatum an. 1613. in 8. per Evangel. Deuchinum. Augustinus Superbus, qui eo tempore vivebat, in Append. sui Catalogi ms. de Scriptor. Ord. Minor. fol. 130. dicit, scripsisse Librum *miraculorum SS. Sacramenti*; an sit Opus diversum; vel autor ille, ut solet, erraverit, in medio relinquo.

* AMBROSIUS DE RODULPHIS = V. *Ambrosius Urbinas*.

C X L V I I I. 84.

AMBROSIUS SAXIUS = de quo Petrus de Alva col. 64. Militiæ univ., & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

Catastrosim Philosophicam ac Theologicam &c. tomum 2. vulgavit etiam Bononiæ typis iisdem an. 1642. in fol.

Quæsita miscellanea num 64. prodierunt ad calcem to. 2. proxime memorati.

Elogium SS. Crucis edidit & Bononiæ typis Mascheroni ex Bumaldo, & Orlando de Script. Bononien.

* AMBROSIUS SONCINAS = V. *Ambrosius Mediolanensis* supra.

C X L I X.

AMBROSIUS THOMASINUS a Ripatransona Picenæ provinciæ Min. Conv. J. V. D. sac. Theol. Magister, & Ecclesiastes tota Italia celeberrimus ingenti populorum applausu auditus, omnium tandem mærore extinctus est circa annum 1650., reliquitque mss.

Conciones Quadragesimales & per annum; nec non

Sermones, ac Orationes varias.

Meminit hujus Jo: Franchinus in Bibliosoph. n. IV. §. 5.; Theulus in Triumpho Seraph. magna cum laude; & Dominicus Bernini in Vita S. Joseph a Cupertino cap. 19.

C L.

AMBROSIUS URBINAS e patritia Rodulphorum familia provinciæ Marchiæ Capuccinus vitæ austeritate, aliisque piis operibus conspicuus, signorum virtute ornatus pro catholicæ fidei defensione innumera ab hæreticis mala perpessus Pragæ spiritum Deo reddidit an. 1600., relinquens nonnulla sui ingenii monumenta, ex quibus mss. vidit autor Biblioth. Capuccinorum

Tractatum dialogeticum de SS. Sacramento; & *Compendium fidei catholicæ contra Lutheranos*.

De eo Boverius to. 2. Annal. Capuccinor., & Ardinghellus in Append Congeminatæ Vocis turturis osten. 3. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C L I. 85.

ANASTASIUS N. = videtur scripsisse initio seculi elapsi XVII.

C L I I. 86.

ANDEOLUS LICTAVIENSIS = Obiit Lugduni

ni an. 1653. plenus dierum: de quo P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccinor., & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

C L I I I. 87.

ANDREAS D' ALERET = Jo: Franchinus in Bibliosophia hæsitat, an hic sit autor suppar; quod sane in dubium minime vocari debet; non eo quod *Segusianus* vocatur, quo putat venire veterem amplam *Segusianorum* regionem, cujus Metropolis Lugdunum erat: cum nuperi, mediique ævi Scriptores Segusium etiam appellent, quod vulgo *Susa* dicitur, in Subalpinis Taurinen. diœcesis: sed quia cum scripserit apologiam pro *Bonito Combassonio*, quem videbimus fictitium nomen esse, & Ordinis Capuccinorum autorem; restat, ut ejusdem quoque cum illo Instituti fuerit; non autem *Conventualis sac. Theologiæ Magister*. Jo: a S. Antonio exscripsit Waddingum, uti & Jacobus Le-Long. to. 2. Biblioth. sac. fol. 601.

C L I V. 88.

B. ANDREAS ANAGNINUS = non Alexandri III., sed Innocentii III., Gregorii XI., Alexandri IV., & Bonifacii VIII. consanguineus; addas & Innocentii XIII. gentilis, a quo in Beatorum album relatus est an 1724., cum diem obiisset anno 1302. kal. Febr. Hujus Vitam, & miracula scripserunt ex antiquis Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2., & nuperus Antonius M. Bonuccius S. J.

* ANDREAS ANGELI = V. *Antonius Angelorum*.

C L V.

ANDREAS BERNA Venetus Conventualis sac. Theol. Doctor. edidit quamplura, quæ recensentur a Thomasino in bibliotheca Veneta, & Franchino in Bibliosophia; sunt autem latine:

Biblicentones gratulatorii consecrationi Jo: Theupuli Patriarchæ Venetiarum. Venetiis 1620. typis Jo: Baptistæ Guerrilii in 4. Italice vero sequentia:

Dialogus sanguinis miraculosi, ac naturalis Jesu Christi. ibidem anno eodem.

Meditationes super Psalmo 6. Domine ne in furore tuo &c. Trevisi anno 1600. in 4., teste Petro de Alva col. 83. Militiæ univ. apud Jo: a S. Anton. to 1. pag. 72., ubi vocat *Andream de Verna*.

Expositio hymni: Te Deum laudamus.

Expositio Sequentiarum Corporis Christi: Lauda Sion Salvatorem; & *Mortuorum: Dies iræ dies illa*: metrice.

Sermones super Salutatione angelica: Ave Maria.

Orationes diversæ & latine, & italice tom. 1.

Poëseos varia, ac metro vario to. 1.

Alphabetum triplex initiatorum, proficientium, & perfectorum in via spirituali.

Index Bullarii Magni cum altero Operum Ludovici Granatæ. Quibus addi debet

Toletus Moralis e latino in sermonem italicum conversus una cum

Institutione Confessorum Martini Fornarii S. J. Venetiis an. 1623. typis Jo: Baptistæ Guerrilii, & iterum an. 1652. in 4.

Hujus viri cum laude meminit synchronos autor Augustinus Superbus in *Triumpho glorioso Venet.* lib. 3., & in suo ms. Catalogo Scriptor. Ord. Minor., nec non cit. Franchinus n. 22. in Bibliosophia.

JO: BAPTISTA BERNA Venetus ejusdem Instituti sac. Theol. Doctor a Sixto V. anno 1590. factus est Episcopus *Chironassi* in Insula Cretensi; ut in *Episcopis Ord.*

C L V I.

ANDREAS BERNARDINUS Kaliski Roxolanus provinciæ Russiæ, Generalis concionator, Chronologus, & Custos Strict. Observ. an. 1647. die 17. Aprilis Leopoli apud S. Andream perfecit Opus, cui titulus

Laconicum novellæ Provinciæ Russiæ titulo Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ insignitæ, aliquotve ejusdem locorum, & Conventuum Myrrothecium: quod ms. in 4. habetur Matriti in Generali Ord. Archivo sub pluteo proprio.

Limpidissimum solidatæ perfectionis speculum: seu *Tractatus de soliditate virtutis in Religioso Seraphici Instituti professo requisita considerationes* 23.: scriptum Leopoli an. 1646. Ibidem.

Compendiosa exercitiorum spiritualium series, & praxis 10. dierum percurrenda spatio pro renovanda ab imperfectionibus anima. Ibidem ut supra.

Practica, & compendiosa religiosæ perfectionis, & vitæ regulariter ordinandæ dilucidatio scripta ibidem an. 1647.

Mistycum totius perfectionis christianæ (triplici exercitiorum via spiritualiter decurrenda purgativa, illuminativa, & unitiva adumbratum) speculum.

Asceterium, in quo plane omnia fidei catholicæ mysteria, & documenta ad salutem necessaria methodo facillima traduntur. Leopoli eodem loco, ut supra: quæ *Opuscula* prælo parata ipsemet memorat in præmisso *Laconico novellæ Provinciæ* &c. ex Jo: a S. Anton.

C L V I I.

ANDREAS BONFANTI Florentinus, vel Perusinus Tertii Ordinis S. Francisci Hetruriæ provinciæ Minister scripsit

Arborem, vel *Catalogum SS., & BB. Tertii Ord. S. Francisci*, quem vulgavit Florentiæ an. 1615.; &

Vitam B. Luchesii a Podiobonzi Tertii Ord. S. Francisci vulgatam itidem Florentiæ an. 1615.

Hunc memorat Antonius Terrincanus in Theatro geneal. Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4.; & ex eo Julius Niger S. J. in Scriptor. Florent. fol. 32. Ludovicus Jacobillus de SS. Umbriæ ad diem 23. Octobris hunc *Perusinum* dicit; & *Arborem de SS. & BB. Tertii Ord. S. Francisci* anno 1614. Florentiæ publicasse. Antonius etiam Melissanus in Supplem. Annal. Ord. Min. utitur hujus Catalogo ad an. 1492. n. 3., & alibi. Jo: a S. Anton. to. 1. sequitur Terrincam.

C L V I I I.

ANDREAS BOSCH Perpinianensis JC. Judexque primarum appellationum in Ruscinonen. comitatu, & secundarum in comitatu Ceritaniæ, *Tertiariorum* secularium Regulam professus edidit patriâ, catalanicaque lingua, teste Nicolao Anton. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 62.,

De titulis, seu appellationibus honorificis, quorum usus est in Catalonia, Ruscinone, & Ceritania: ac de privilegiis, & immunitatibus, quibus earum provinciarum incolæ secundum leges patrias gaudent. Perpiniani an. 1628. in fol. apud Petrum de Cavalleria.

C L I X.

ANDREAS CAMACHO Hispanus provinciæ Angelorum Regul. Observ. Lector emeritus, Pater,

& Apostolicus Visitator provinciarum Aragonum, & S. Michaelis anno 1623. scripsit

Comment. super bullam Gregorii XV., quæ incipit: Dilecti Filii: dat. Romæ 17. Sept. 1622., qui ms. in 4. extat Hispali in Biblioth. Conventus S. Antonii, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

89.

ANDREAS CAPPELLA = ut videtur, natione Hispanus, *Carthusianus* fuit, non Minorita.

Alius (si tamen alius fuit) *Andreas Capella* Valentinus primum in *Societate Iesu* Magister Novitiorum, mox an. 1569. ad Carthusianos transivit, & an. 1589. opera Philippi II. Regis Hispaniarum Episcopus Urgellensis electus est; obiitque an. 1610., cum edidisset, utpote vir doctus latina, græca, hebraicaque linguis,

Commentarium in Jeremiam Prophetam an. 1586. per Hubertum Gottardum in 4. apud Scalam Dei:

Meditationes breves, sed graves in Evangelia totius anni hispanice:

Comment. in passionem Domini: &

Lanspergii Carthusiani librum ad fidelem animam e latino in hispanicum idioma vertit: ut legimus apud Possevinum in Appar. sac., & Nicolaum Antonium in Biblioth. Hisp., necnon in Biblioth. Valentina, & Carthusiana apud Jo: a S. Antonio.

C L X. 90.

ANDREAS DE CASTELLANA = cognomento *Scalimolus* e Castellana oppido provinciæ S. Nicolai in Apulia, cujus & Minister fuit, nec non *Missionariorum* in Hungaria Præfectus Apostolicus, ac Generalis Visitator Russiæ, Lithuaniæque provinciæ. Hujus

Missionarius Apostolicus a sac. Congregatione de Propag. Fide instructus &c. editus anno 1642. cusus est Bononiæ an. 1644. per Jo: Baptistam Ferronium in 8., dicatusque Antonio Barberino S.R.E. Cardinali. De eo & Franchinus pag. 36. n. 26., & Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X I. 91.

ANDREAS A CASTRO = de quo etiam Gonzaga par. 3. & 4., Nicolaus Antonius, Torquemada, & Ventancurt apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X I I.

ANDREAS CIOLI Brixianus Conventualis sac. Theol. Magister concionator, & vitæ, ac morum integritate notus Ferrariense, ac Patavinum sui Ordinis Gymnasia moderatus est; inde anno 1607. provinciæ Dalmatiæ Visitator, mox & Minister ejusdem constitutus creditur vivendi finem fecisse circa annum 1630., cum scripsisset

Sermones academicos, & sacros italice typis quidem editos ex Cozzando in Bibliotheca Brixiana, quorum ille in laudem *S. Catharinæ Martyris* prodiit Brixiæ an. 1628. apud Sabbios.

Vitam Joannis Duns Scoti ab imposturis quorumdam Historicorum vindicatam, Parmæ vulgata ex Felice Ciatto apud Franchinum in Bibliosophia pag. 33. num. 23.

In Scotum doctas interpretationes scripserat, quas typis dare nequivit partim officiorum curis, partim vero oculorum ægritudine impeditus, teste P. Coronel. Biblioth. univer. to. 6. n. 4852.

C L X I I I. 92.

ANDREAS DE CORTILI = Italus dicitur a Waddingo in indice nationum; & quidem *Cortile* locus est, ac pagus inter Burgum S. Domnini, & Cremonam non longe a Pado. Extitit & familia *Cortili* olim Ferrariæ, teste Marco Antonio Guarini in Comp. Hist. Eccles. Ferrar. lib. 4. pag. 276. Rodulphius lib. 3. habet,

Concordantias, sive Tabulam ex Patribus collectam edidisse. Jo: a S. Antonio exscribit Waddingum.

C L X I V.

ANDREAS A COSTA Hispanus Cœnobii Aquileriani in Castellæ regno alumnus magni nominis vir scripsit

Summam casuum conscientiæ, &

Vitam B. Petri Regalati, quæ ms. asservatur in Cœnobio Aquileriano, uti legimus in Vita ejusdem B. Petri ab Antonio Daza composita apud Act. SS. Continuat. Bolland. to. 3. Martii die 30., ubi Daza insigniores Aquileriani loci viros recensens ait: *& Fr. Andreas a Costa, qui Vitam S. Regalati scripsit; prout illa manu exarata servatur in Archivio Conventus; quem notum est, fuisse Religiosum eximiæ sanctimoniæ, Theologum præterea, & Grammaticam insignem, & apostolici zeli concionatorem: qui, ut præterea scripto prodesset aliis, casus conscientiæ in Summam redegit.*

C L X V. 93.

ANDREAS COWREUR = Belga Regul. Observ.; de quo Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 63.

C L X V I.

ANDREAS DAVILA Hispanus Compostellanæ prov. Regul. Observ. scripsit ab anno 1599. usque ad 1610., teste Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.,

Volumen LXXXIX. quæstiones canonico regulares, ac morales complectens, quod ms. in 4. asservatur in Bibliotheca Cœnobii S. Francisci.

* ANDREAS DESTABAR Hispanus Episcopus primò Civitatensis, postea Ajacensis, & tandem Megarensis, Romanæ Ecclesiæ *Pœnitentiarius*, qui anno 1429. edidit

Lumen Confessorum:

De modo confitendi peccata Sacerdoti, al. *Speculum confitentis*:

Librum de decimis:

Tractatum de Gratia errantibus, & eorum erroribus: nec non

Gubernaculum Conciliorum ad Basileense Concilium; quique anno 1439. subscripsit Concilio Florentino, dicitur *Minorita* ex ms. codice Biblioth. Ottobonianæ Rom. a Constantino Rugerio in Disquisitione de Arnoldo, Petro Gomesii, & Bertrando Episcopis Albanen. S. R. E. Cardinalibus, quam anno 1736. attexuit Synodo Sabinensi eo anno ab Annibale Card. Albano habitæ pag. 324., & in to. 20. Collect. Opusculorum scient. P. Calogerà vulgatam, a qua accepit & Benedictus XIV. in sua *Synodo diœcesana* lib. 7. cap. 16.; sed fuit Ord. S. Benedicti, ut ipsemet scribit in *Speculo confitentis*, ubi ait: *Ego Magister Andreas Hispanus Romanæ Ecclesiæ Pœnitentiarius olim Civitaten., & Ajacensis, nunc vero Megarensis vocatus Episcopus Ordinis S. Benedicti requisitus* &c.: & ex Trithemio de Viris illustribus S. Benedicti lib. 2. cap. 136., & lib. 4. cap. 43.; nisi postea, & prope vitæ terminum ad Minoritas, Franciscanosque transierit, ut plures fecerunt.

C L X V I I.

ANDREAS FERRARIUS Comensis Tertii Ord. Claustr. S. Francisci provinciæ Mediolanen. Definitor, & Comensis Conventus Prior edidit italico sermone Bre-

Brevem Relationem Vitæ S. Gulielmæ filiæ Regis Hungariæ. Comi an. 1642. typis Nicolai Caprani.

Relationem Vitæ, progressus, & exitus B. Hieremiæ de Lamberteughis Comensis Tertii Ordinis S. Francisci. Ibidem an. 1649. per eumdem.

Octavum orbis mirum, hoc est Vita, & gesta gloriosi B. Miri Tertii Ord. S. Francisci. ibid. an. 1653.

De eo Franciscus Bordonus in Chronologio Tertii Ordinis S. Francisci cap. 28., & Act. SS. Continuat. Bollandii to. 2. Maji in Vita *B. Miri*; & Jo: a S. Antonio.

C L X V I I I.

ANDREAS A S. FRANCISCO Giennensis provinciæ Granaten. Regul. Observ. alumnus, & sanctis moribus, miraculisque a Deo illustratus Guardianum agens Conventus Dominæ nostræ *de Algaydas* appellatæ composuit

Opusculum de oratione, & contemplatione sub hispano titulo: *el Baxo*: teste Chronologo ejusdem provinciæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 64., qui addit, obiisse anno 1600.

C L X I X.

ANDREAS A S. GEMINO Umber Vicarius provinciæ S. Francisci Regul. Observ. ad ann. 1450.; interfuit anno 1449. Mugellanæ Congregationi ex Waddingo in Annal. ad eum an. n. 18., & vita, doctrina, ac concionibus inter celeberrimos recensetur. Robertus Liciensis Episcopus Aquinas, & eo seculo concionatorum princeps in serm. de S. Bernardino Senensi cap. 2. hunc inter *famosissimos* sui temporis verbi Dei præcones recensuit; quare liquet, composuisse eum

Conciones quadragesimales, annuasque, atque *sermones*. Scripsit quoque

Vitam B. Francisci Beccariæ Ticinensis, uti refert Waddingus in Annal. Minor. ad annum 1454. n. 63.

Orationem habuit in obitu ejusdem *B. Francisci Beccariæ* Regul. Observ, ex Ludovico Jacobillo de SS. Umbriæ ad diem 16. Augusti, ubi de eodem *Beato* anno 1454. Spoleti mortuo disserit.

Monumenta quadam, ut videtur, sui Ordinis, suæque provinciæ mss. citantur ab eodem Jacobillo ad dictam diem; & ad diem 19. Octobris, ubi de *B. Gregorio Perusino*.

C L X X.

ANDREAS GISLANTI Florentinus Conventualis vir bonarum literarum studiosus, & rerum agendarum peritus, fuit Senis Guardianus, Florentiæ, & Pisis; obiitque in Cœnobio Collis anno 1635. ex Monum. Conventus S. Crucis Florentiæ; cum aliquot *Orationes* edidisset, ac præ ceteris

Orationem de laudibus Senarum urbis cusam Florentiæ typis Michaelis Angeli Sermartelli an. 1600. in 4. Jugurthæ Thomasio dicatam; de qua & Franchinus in Biblios. n. 25.

C L X X I.

ANDREAS GRANATENSIS Hispanus prov. Bæticæ Min. Capuccinor. sac. Theol. Lector, & concionator edidit a se habitam ad Granatensem Ecclesiam

Panegyrim in exequiis Ferdinandi Catholici Hispan. Regis. Granatæ an. 1650. in 4. apud Franciscum Sanchez, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X X I I. 94.

ANDREAS GUERRERO = Regularis, ut putatur, Observantiæ provinciæ Aragoniæ edidit patrio idiomate

Explicationem Rubricarum Missalis, & Breviarii Romani cum modo recitandi divinum Officium typis Jo: de Lanaya ex Jo: a S. Anton.; de quo & Nicolaus Antonius.

C L X X I I I.

ANDREAS GUIMARNES Lusinatus Lector emeritus prov. Portugall. Regul. Observ. Minister, & Commissarius Generalis in Lusitaniæ regno typis dedit a se habitam

Orationem funebrem in exequiis Hispan. Reginæ Margaritæ Austriacæ. Ulyssipone anno 1611. in 4. teste Chronologo 11. laudatæ provinciæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X X I V.

ANDREAS HILDAGO Hispanus provinciæ S. Jacobi Compostel. Regul. Observ. concionator in Salmantino Conventu edidit

Exemplar punitionum. Malacæ an. 1650. in 8. ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan.

Concionem de sacris Stigmatibus S. P. Francisci vernacule. Salmanticæ an. 1668. in 4. per Joseph Gomez, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 65.

* ANDREAS HISPANUS = V. *Andreas Destabar* supra.

* ANDREAS KALISKI = V. *Andreas Bernardinus Kaliski*.

C L X X V. 95.

ANDREAS DE LAUGE = Regul. Observ. vixit initio seculi XVII. Prodiit Opus ejus Parisiis in 4. sine anno; & fol. 193. habet *Annotationes latinas*, teste Petro de Alva col. 1489. in Append. Militiæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X X V I.

ANDREAS A S. MARIA Lusitanus Discalceat. provinciæ Matris Dei in India Orientali, olim Custodiæ S. Thomæ Custos, virtutibus, literisque clarus an. 1588. ad Cocchinen. Episcopatum assumptus Gymnasium ibi generale fundavit, Ecclesiamque S. Thomæ Apostolo dicatam erexit; scripsit

Comment. super Regulam Seraphicam, teste Fr. Hyacintho a Deo in lib. tit. *Vis Fratrum Minorum* fol. 48.

Jacet Goæ in Ecclesia sui Ordinis, Capellaque S. Andreæ; ejusque Vitam descripsit Fr. Paulus a Trinitate lib. 1. Chron. prov. S. Thomæ cap. 43., & Georgius Cardosus to. 3. Agiologii Lusitani die 27. Maji, cujus sepulchro ait incisum esse breve epitaphium lusitano idiomate: *Hic jacet Fr. Andreas, qui fuit Episcopus Cochin.*; ut est apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X X V I I.

ANDREAS MEDIOLANENSIS canonici juris, Theologiæque moralis apprime studiosus edidit *Confessionale*, quod est de modo excipiendi, exercendique *Pœnitentiæ Sacramentum*; uti perhibet Paullus Morigia, qui obiit an. 1604., lib. 3. de Nobil. Mediolan. cap. 30.; & ex eo Philippus Piccinellus in Atheneo Liter. Mediolan.; sed quo tempore vixerit, non habent. Hunc tamen puto *Matthiam Mediolanensem*, de quo infra.

C L X X V I I I.

ANDREAS DE MURILLO Aragoniæ prov. Min. Observ. Regul. Lector emeritus, ac suæ provinciæ Vicarius, concionatorque publicavit hispano sermone

Conciones de Adventu an. 1640. in 4. ex Relatione dictæ provinciæ apud Jo: a S. Anton.

C L X X I X. *96.*

ANDREAS NICOLAI = P. Rodulphius lib. 3. Hist. Seraph. refert, hunc floruisse anno 1474. Petrus de Alva & Astorga in Indic. Bullar. Seraph. ad an. 1464. n. 20. adducit ex Vatic. Reges. Pauli II. literas, quibus *Fratri Andreæ in civitate Budæ indultum* confert; quem istum esse reor. Hujus *Expositionibus* utitur non raro Jo: de Haye in Genesim, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X X X. 97.

ANDREAS DE NOVOCASTRO = hunc etiam Rodulphius lib. 3. Lotharingum appellat; sed Miræus in Auct. Script. Eccles. existimat a Novocastro *Angliæ* ortum duxisse, atque alia *Opera* edidisse scribit testimonio Pitsei Angli, qui tamen hujus autoris non meminit.

Andreæ de Novo Castro de Conceptione B. Mariæ ms. extat in Biblioth. Vatic. n. 4272. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 116.

Commentarius in 1. librum Senten. extat ms. Parisiis in Bibliotheca Collegii Navar. membran. in fol., teste Echardo to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 740.; item ibidem in Biblioth. S. Germani impressus Paris. an. 1514. in fol. apud Jo: Grantion; non autem *in quatuor libros Sentent.*, inquit Oudinus contra Waddingum; qui & Henricum Warthonum in Append. ad Hist. liter. Gulielmi Cavi sub an. 1301. asserentem hunc *Andream* natione Anglum, & Ordinis Prædicatorum extitisse reprehendit; ante quem Baleus, & Simlerus, postea Dupinus, & Olearius errorem ebiberunt. Extat & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis tantum *in librum primum Sentent.* editum Paris. in fol. per Jo: Grantion, & dicitur *Doctor ingeniosissimus* de Castro novo *Custodiæ Lotharingiæ*, & *provinciæ Franciæ*.

Citatur a Jacobo Almaino in Opusc. *de voluntario*, & *de libertate voluntatis*. Laudat eum Morerus in magno Dictionario Gallico; deque eo Petrus de Alva col. 97. Militiæ habet:

„ Nonne vides Castrum insuperabile Marte?
„ quid ergo
„ Bella paras? Operam, Zoile, perdis:
„ abi.

C L X X X I. 98.

ANDREAS DE OCANNA = Strict. Observ., alumnus provinciæ S. Joseph Discalc., cujus

Prima pars discursuum Eucarist. prodiit ex Typographia Regia; *secunda* autem, & *tertia pars* extat ms. ex Jo: a S. Anton. to. 1., qui ait obiisse die 12. Septembris an. 1619. Marriti, in Conventu S. Ægidii non sine sanctitatis signo, ex Fr. Martino a S. Joseph par. 2. Chron. lib. 3. cap. 16.; de quo & Nicolaus Antonius.

C L X X X I I. *99.*

ANDREAS DE OLMOS = reliquit mss.

Antiquitates novæ Hispaniæ, teste Antonio de Leone tit. xvii.

Ars, & Vocabolarium Mexicanum ms., ac editum Marriti an. 1555. in 4. extat in Ecclesiæ Toletanæ Bibliotheca plut. 17. n. 7., teste Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

De eo Arturus ad diem 8. Augusti, Torquemada, Ventancurt, & alii apud cit. Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X X X I I I.

ANDREAS DE ORTEGA Hispanus provinciæ, ut videtur, Castellæ edidit idiomate vulgari Opusculum asceticum tit.

Via spiritus. Toleti an. 1550. in 8. apud Jo: Ferrer, teste Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan. p. 64. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C L X X X I V.

ANDREAS DE PACE Saccensis Siciliæ in regno nobilibus ortus parentibus, scientiarum, concionumque splendore nobilior evasit, ut & Martino Regi major Sacellanus, causarumque maximæ difficultatis Judex extiterit; & anno 1390. suæ provinciæ Minister a suis Fratribus effectus fuerit: sed & non multo post a prædicto Rege Martino Melitensis Episcopus est pronunciatus; de qua dignitate cum diu cum alio ejusdem Instituti ad eamdem assumpto contendisset, finem vivendi fecit; reliquitque, quod sciatur,

Viridarium Principum, qualiter Princeps debeat esse virtutibus decoratus, ex Aristotele, & aliis autoribus compilatum; quod ms. extat Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 19. cod. 29., ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 283. Agunt de hoc viro Roccus Pyrrhus in Not. Melit. Eccles., & Cagliola in prov. Siciliæ Min. Conv.; sed Opus hoc ignorarunt.

C L X X X V.

ANDREAS PERUSINUS Philosophiæ, ac Theologiæ studiis excultus adeo in Religione profecit, ut tandem meruerit creari Episcopus Gravinensis in Apulis anno 1343.; sed biennio post finem vivendi fecit; cum scripsisset

Postillam super Genesim.

Postillam super novem psalmos.

Quadragesimale super expositione Missæ.

Principia in Theologia.

Quæstiones plures determinatas: ut habetur ex ejus testamento condito anno 1343. die 23. Julii, quod lacerum in membrana servatur Ferrariæ in Tabulario S. Francisci a me summo labore, ut potui, lectum literis fere deletis; legiturque in meis ad Ughelli Italiam sacram Addit. & Correct. mss.

Andreæ de Perusio tractatus contra edictum Bavari ms. extat Romæ in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sueciæ, ex Catal. Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 15. & 72.; & inter libros mss. Alexan. Petavii n. 91. ex eodem pag. 72. *Fr. Andreæ de Perusio Ord. Min. contra edictum Bavari ad Joannem Papam* incip. prosæ: *Quum a Reverendo Patre, & Domino Domino Joanne S. Theodori Diacono Cardinali* &c. habetur Venetiis in Biblioth. S. Marci cod. 193. Bess. in 4. chartac. folior. 275. seculi xv. inter Miscell. cum aliis Opusculi ex Indice: habetur & ibidem in Biblioth. SS. Joannis & Pauli plut. 15. inter aliorum *Tractatus* de hac re ex Thomasino in Biblioth. Ven. mss. apud Echard. to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 568., qui ait, verisimile esse, ut sit Ordinis Prædicatorum. Bavari porro *edictum* in Jo: XXII. vulgatum fuit anno 1328.

C L X X X V I. 100.

ANDREAS PERUSINUS = non provinciæ Marchiæ, ut ait Jo: a S. Anton. to. 1., neque patria Perusinus, ut habet Oldoinus in Athenæo Perusino; sed provinciæ Brixiensis Theologus, de quo Petrus de Alva in Militia, & Dupinus seculo xvii., neque Perusinus de Uviano, sed cognomine *Peruzzinus* de *Orciano* in agro Brixiensi oppido Regul. Observ., ut ex ejus Operibus.

Ex Speculo de Conceptione B. Virginis epitomen effecit *Eugenius Martinellus* ejusdem Instituti,

pro-

provinciæque, emisitque Patavii an. 1628. typis Jo: Baptistæ de Martinis; ut legere est in *Eugenio Martinello*. De eo agit Ludovicus Schonleben lib. 3. *Orbis universi votorum pro Immacul. Concept. B. V.* cap. 3: §. 6. num. 2.

Explanationem in hymnum Mortuorum, dictum *Sequentia dies iræ dies illa*, edidit, ex qua Daniel Naydingherus de Filinga Germanus *Quæstiones* excerpsit, missasque ad Paulum V. vulgavit Perusii an. 1609. in 8. typis Vincentii Columbatii; qui codex extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci: eumdem vidit, citatque Jo: a S. Anton. to. 1. Composuit & Opusculum hoc titulo.

Ecclesiæ jubar omnes adversariorum tenebras immunitatem Clericorum, & potestatem Christi, ac Papæ offendentes procul abigens ad Paulum V. Pont. Max. Florentiæ an. 1617. in 8. typis Volemari Timani; quod extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis, & Asisii apud nostros.

Apologiam pro infirmis Confessorem petentibus. Patavii apud Jo: Baptistam de Martinis, & Livium Pasquatum an. 1626. in 4.

Orationem funebrem in morte Alexandri Farnesii Ducis exercitus Regis Catholici in Belgio habitam Pisauri.

Comment. in Philosophiam, Theologiam, & in Joannem edidisse, testatur idem Daniel Naydingherus in epistola ad Lectores supradictæ Explanationi præmissa, eosque quamprimum edendos promittit.

C L X X X V I I.

ANDREAS PLACUS Moguntinus Regul. Observ., Commissarius Ultramontanæ Familiæ, P. Nicolai Herbron discipulus, trium linguarum peritus edidit

Lexicon Biblicum iterum excusum Coloniæ an. 1543. in fol., teste Jo: a S. Anton. to. 1.

Difficiliorum & græcarum, & hebraicarum, omniumque peregrinarum dictionum in Geneseos libro interpretationem. Basileæ typis Henrici Petri, teste Carolo Joseph Imbonato Cistercien. in Biblioth. Latino-hebraica.

Institutiones Grammaticæ Hebrææ impress. Viennæ Austriæ una cum *Jona Propheta, ejusque versione latina* an. 1552. in 8. apud Ægidium Aquilam.

Tractatum de vocabulis, & accentibus, & his, quæ ad rationem legendi hebraice pertinent; ut ipse de se testatur.

Meminerunt hujus Aubertus Miræus de Scriptor. sec. XVI. cap. 45., Fridericus Nausea Orat. 10. de Libris, & Petrus a Jesu prov. S. Pauli Discalc. in sua *Dilucidatione judiciali* fol. 1. n. 1.

C L X X X V I I I. 101.

ANDREAS ROCHMARINUS = leg. *Rochmanius*; qui etiam perperam *Antonius* dicitur a Dupino sec. XVII.; cujus Opus impressum est Venetiis typis Marci Ginammi in fol. Scripsit etiam

In Logicam, & Metaphysicam juxta mentem Scoti, teste Simeone Starovolsco de Scriptor. Illustr. Poloniæ Auct. 74.

ANDREAS Scalimolus = V. *Andreas a Castellana*.

C L X X X I X. 102.

ANDREAS A SOTO =

Vita, & virtutes S. Joseph &c. Vallisoleti 1593. apud HH. Bernardini a S. Dominico in 16.

Contemplatio de Christo Crucifixo hispanice prodiit Antuerpiæ typis Plantin. per Jo: Morettum an. 1601. in 8.; an. 1600., inquit Jo: a S. Antonio. to. 1.

De excellentia pacis in 4.; archetypum extat ms. Vallosoleti ex eodem.

De Vita, & miraculis S. Eugenii primi Archiepiscopi Toletani. Bruxellis anno 1612. in 8. per Roggerium ex ms. cod. Broniensis Monasterii.

De Aquæ benedictæ principiis, & origine &c. Antuerpiæ an. 1607. in 12 apud HH. Belleri.

Historia Vitæ S. Alberti Leodiensis Episcopi, & Martyris &c. Bruxellis anno 1613. ex latino *Ægidii Leodiensis*, cui *additiones* fecit *Aubertus Miræus* Bruxellensis, ex eodem.

Paraphrasim in psal. 118., & 121. &c. Hispanice. Bruxellis an. 1615. in 8., teste Jacobo Le Long. to. 2. Biblioth. sac. pag. 968.

Vita S. Annæ. Bruxellis an. 1610. in 12. m. ex Petro de Alva col. 82. Militiæ univ.

Dialogus miraculorum. Ibidem an. 1612. in 8. apud Roggerium. Composuit &

Litanias de S. Cruce ex pluribus sac. Scripturæ, & SS. Patrum locis collectas, quæ publicatæ leguntur in libro gallico *Nodi salutaris Herculis Christiani* anno 1615. Insulæ in Belgio impresso prope finem.

De hoc viro agit Nicolaus Antonius, & alii.

C X C.

ANDREAS THEBITH Gallus secularibus vestibus ex indultu Summi Pontificis indutus, & Henrico II. Galliarum Regi obtemperans cunctas fere mundi regiones peragravit, circumactisque 23. annis suæ peregrinationis sermone patrio conscripsit, ac edidit Opus egregium hoc titulo:

Cosmographia magna Gallica: cujus tomi primi mentionem fecit Doctor Paulus Zamorensis in approbatione *Relationis Fr. Blasii de Baiza* Minoritæ Matriti an. 1622. impressæ; ut notavit Jo: a S. Anton. to. 3. in Appen.

C X C I.

ANDREAS VALENTINUS Hispanus prov. Valent. Capuccinorum concionator, ac Definitor edidit

Orationem funebrem in exequiis V. D. Jo: de Rivera Archiep. Valentini. Valentiæ an. 1628. in 4., teste Jo: a S. Anton. in Append.

C X C I I. 103.

ANDREAS DE VEGA = Segobiæ nobili familia natus, cum in Salmantino Gymnasio publice legeret, inter Fratres Minores Regul. Observ. adscriptus, ibidem multis annis Theologiam professus est una cum Alphonso de Castro &c. Ejus Opus

De Justificatione prodiit primum Venetiis ad signum spei apud Juntas an. 1546. in 4. a *Jo: Casa* Archiep. Beneventano apud Venetos Nuncio Apostolico, & a *Marino Mauro* Conventuali ibidem fidei Inquisitore approbatum: an 1548. cusum dicit Nicolaus Anton.; postea Compluti an. 1564. in fol. typis Andreæ Angulo dicatum Bernardo Frexeneda Episcopo Conchen.; Coloniæ iterum an. 1685. in fol. apud Jo: Willelmum ex Jo: a S. Anton. Laudatur a Petavio lib. de Tridentini Concilii, & S. Augustini doctrina cap. 15.

Expositionem in Regulam S. Francisci scripsisse tradit Ludovicus Miranda apud Nicolaum Antonium ex Jo: a S. Anton.

De eo cum laude præ ceteris agunt Henricus Sedulius, Gabriel Vasquez, Andreas Scotus, Didacus Colmenares in Catal. Scriptor. Segobiensium, aliique plures. Obiit Salmanticæ anno 1560.

CXCIII.

CXCIII.

ANDREAS DE VEGA alter in quodam oppido agri Toletani natus *Tertium Ordinem* Claustr. S. Francisci subiit, evasitque virtutibus, & miraculorum signis illustris; & annos fore 110. natus ad Deum migravit in Lusitania in Cœnobio S. Catbarinæ urbis Scalabitanæ ex Georgio Cardoso ad diem 1. Aprilis Agiol. Lusit., Nicolao Antonio, & Didaco Lequile apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 72. Scripsit autem carmine latino Opusculum, cui titulum indidit

Acetarium varias rerum materias continens. Ulysipone an. 1571. in 4. typis Francisci Corre.

ANDREAS VERNA = V. *Andreas Berna.*

CXCIV. 104.

ANDREAS ZANUS = sac. Theologiæ Doctor edidit etiam sequentia Opuscula italice, quorum titulus:

Immensitas pœnarum Filii Dei, dum nos redimeret, ex Evangelistis, aliisve collecta. Venetiis typis Andreæ Babæ an. 1624. in 8. Opusculum diversum a *Collecta pœnarum Christi* Augustini Superbi, non idem, ut putavit Franchinus.

Sermones tres de S. Francisco Asisiate. Ibidem an. 1625. in 4.

Soliloquia ad eumdem Sanctum. ibidem, & eodem anno in 4. Hæc extant in Bibliotheca Conventus S. Francisci Ferrariæ cum sequentibus italico idiomate:

Condimenta moralia pro concionibus quadragesimalibus cum tribus Soliloquiis. ibidem anno 1627. typis Francisci Babæ in 4.

Agunt de eo Dupinus sec. 17., Jacobus Le Long, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 72., sed ex Waddingo. Scribunt de ipso & Aug. Superbus in Triumpho glorioso Venet. lib. 3., & Franchinus in Biblios. n. 30., ajuntque fuisse Theologum præstantem, morum integritate clarum, Cœnobiorum Veneti, ac Patavini moderatorem, & suæ provinciæ Commissarium generalem; tandemque in patria obiisse anno 1646. Ex hac familia patritia paulo ante obierat *Matthæus* Patriarcha Venetiarum, & *Marcus* Episcopus Torcellanus paulo post.

CXCV. 105.

ANFREDUS GONTERIUS = ante Willotum Rodulphius lib. 3. hujus meminit, & *Aufredum Barchinonensem Lectorem* appellat; & lib. 2. fol. 151. scribit, sub Jo: XXII. interfuisse Avenione disputationi *de paupertate Christi, & discipulorum ejus* anno 1323. habitæ. Sed ante omnes clariorem nobis de eo notitiam reliquit Gulielmus Vorilongus, qui scribebat anno 1450., in 4. Sent. libro dist. 45. §. *Ad secundum*, ubi quot modis Deus cogitationes hominum cognoscat disserens, & opinionem Scoti exponens ait: *Hæc duo sunt Scoti: tertium, quod novit, antequam fiant; hoc tertium addit suus egregius discipulus Fr. Gaufredus, seu Anfredus Gauterii licentiatus in Theologia Parisiis Brito natione Conventus Carisopotensis in suis Quolibetis.* Scripsit igitur &

Quolibeta; forsan & *in 4. Senten. libros*; & *alia*. Ejus

Quæstio de paupertate Christi &c., quam *pulcherrimam* dicit Trithemius de Scriptor. Eccles., extat Romæ ms. in Biblioth. Vaticana cod. 3740. cum aliorum diversorum tractationibus de hac re, habetque: *Fr. Anfredus Lector Barcinonensis. Salvator noster* &c. teste Nicolao Antonio in Biblioth. veteri Hispana to. 2. lib. 9. cap. 4. n. 198. & 199., qui quod *Barcinonensis Lector* asseritur, Barcinonensem existimavit, & Hispanis suis accensuit; & num. 200. tradit ibidem legi:

Dicta Fr. Aufredi Gonteri Lectoris Barcinonensis ad informationem Minorum contra sequaces Magistri Guilielmi de Sanctoamore.

De eo & Jo: a S. Anton. to. 1., qui cum aliis errat provinciæ Aragonensis alumnum asserens; ut & Hebrera lib. 1. Chron. dictæ prov. cap. 37.

CXCVI. 106.

B. ANGELA FULGINAS = Vidua Tertii Ord. Sec. S. Francisci virtutibus, ac miraculis clara, divinis favoribus ditata obscura sac. Scripturæ loca, aliaque mysteria nostræ fidei clare explicavit. Ejus Opus tractat *de doctrina, & eruditione evangelica: de ejus conversione: de visionibus, & revelationibus a Deo sibi factis: de oratione: de SS. Sacramento Altaris: de vita Christi: de redemptione humana: de charitate: de fructu laborum, & tribulationum: de remediis illusionum: de paupertate spiritus: de raptis, & extasi: de abnegatione sui: de humilitate: de amore Dei: de paupertate Christi: de doloribus ejusdem: & de B. V. Mariæ visionibus*: prodiitque primum Toleti anno 1505. in 4. cura Card. Ximenii; deinde Senis an. 1531.; mox italice Romæ an. 1542. typis Balthassaris Chartularii, Genuæ ex ædibus Antonii de Bellonis, uti & Florentiæ, atque Valentiæ an. 1596. in 8.; iterumque latine Parisiis an. 1598. apud Gulielmum Chaudiere, ac Coloniæ an. 1601. per Jo: Gymnicum. Italicam aliam translationem adornavit Hieronymus a Capugnano Ord. Præd. sacri Palatii Magister, quæ prodiit Venetiis anno 1604. apud Sessas, & an. 1669. apud Cattaneos; postmodum anno 1707. typis Jo: Gabriel Hertz; & Lucæ anno 1709. per Peregrinum Fredianum cultiori etiam sermone: sed & Fulginei itidem italice antea prodierat an. 1628. apud Aug. Alterium. Hispanice vero a nobili femina D. Francisca de los Rios versum an. 1618. Matriti cusum est per Jo: de Cuesta. Theutonice quoque factum scribit Franc. Haroldus in Epitome Annal. Min. Waddingi ad an. 1309. n. 5. Demum *Vitam, & Opuscula B. Angelæ Fulginatis* catalanice versa ab Anonymo mss. extare Barcinone in Bibliotheca D. Raymundi Delmases scribit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 8. *Liber Sororis Lella de Fulgineo Ordinis Continentium* incip. *Vere fidelis experientia probat* &c.: & finit: *primum idolum faciunt de divino lumine. Deo gratias*: extabat olim ms. pergam. in 4. Asisii in Bibliotheca Conventus S. Francisci ex Inventario prædicti Conventus an. 1381. in 5. solario orient. Ejus nonnulla leguntur in to. 1. Biblioth. Virgin. Petri de Alva.

Vita di Suor Agnola da Foligno incip. *Questa fidele serva di Missier Iesu Xpô* &c. habetur in Bibliotheca Venet. S. Marci in 4. cod. XI. ms. cartac. seculi XVI. inter alia. *Vita Angela de Fulginea, quæ continet processum, per quem Dominus direxit gressus ejus in viam pœnitentiæ*: editio antiqua in 4. sine anno, & loco extat Matriti in Biblioth. Conventus Regul. Observ. sub NN. n. 13., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 8. Bollandus in Actis SS. to. 1. Januar. die 4. exhibet latinam Beatæ *Vitam* ab ejus Confessario Fr. Arnaldo scriptam, correctam, & illustratam ex variis mss., præsertim codice Cornelii Duynii; quæ deinde anno 1714. Fulginei vulgata est studio cl. V. Jo: Baptistæ Bucco-li-

lini Fulginatis typis Francisci Antonelli in 4. cum ejus *Opusculis*, ac *Appendice*, variisque lectionibus ex vetusto ms. Bibliothecæ sac. Conventus Asisiensis, ac nonnullorum illustrium virorum elogiis. Eam collaudat S. Franciscus e Sales par. 2. Introductionis ad vitam devotam cap. 17., aliisque locis.

C X C V. I.

ANGELICA PAULA Antonia de Nigris Mediolanensis Monasterii S. Claræ alumna vitæ devotissimæ scripsit latine

Epistolas spirituales, quæ tribus libris una cum ejus *Vita* exemplari a Jo: Baptista Fontana de Comicibus descripta prodierunt Romæ an. 1576. in 8. in Ædibus Populi Romani Petrus de Alva col. 83. Militiæ scribit ex Lezana hujus Angelicæ, vel Angelæ *Opera* in Concilio Trdent. approbata fuisse; a quo accepit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 73.

C X C V I I I.

ANGELICUS CALATANISSETENSIS Siculus sanguine clarus Strict. Obser. Reformat. provinciæ Vallis Mazariæ alumnus, Lector, ac Custos, Ministerve scripsit.

Commentarios in Regulam S. Francisci idiomate vulgari, qui mss. in 4. anno 1648. prope mortem ab eo traditi fuerunt Vicario tunc illius provinciæ Fr. Michaeli Angelo Bonadies postea Episcopo Cataniæ, teste Petro Tognoleto in Parad. Seraph. par. 1. lib. 5. cap. 1. apud Mongitorem in Biblioth. Sicula, & Jo: a S. Anton. to. 1.

C X C I X. 107.

ANGELICUS A CARPENEDULO = agri Brixiensis oppido concionator devotus; de quo Cozzandus in Biblioth. Brixiana par. 2., & Dionysius, Genuen. de Scriptor. Capuccin. Hunc Jo: a S. Anton. vocat *Angelum* to. 1. pag. 75. ex cit. Dionysio Genuensi. Hic forsan est ille Capuccinus, qui edi curavit

Sermones S. Bonaventuræ auctiores, cultioresque anno 1596. Brixiæ typis Polycrati Turlini, ex Waddingo infra in *S. Bonaventura*.

C C. 108.

ANGELICUS INSULENSIS = Gallus provinciæ S. Ludovici alumnus, & sac. Theologiæ professor, eruditione, zelo in proximos, & prudentia clarus edidit.

Controversiarum contra hæreticos præcipue Calvinistas lib. 1. Neumasii an. 1635. in 4.

Responsiones 7. apologeticas contra hæreses Ministri, Episcopo Allavalensi dicatas. Avenione 1648. in 4. typis Jacobi Bremereau.

De eo autor Biblioth. Capuccinor, & Dupinus in Supplem. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C C I.

ANGELICUS MINGOVENSIS, vulgo *Menguen*, Sabaudus provinciæ S. Ludovici Capuccinus familia illustri, vir pius, in Philosophia, & Theologia eruditus scripsit gallice

Librum institutionum, & exercitiorum spiritualium pro Novitiis, ut habet Jo: a S. Anton. to. 1.

Obiit Tarascone an. 1620., cum suæ provinciæ Minister esset; ejusque vita describitur a Marcellino Pisensi to. 3. Annal. Capuccinor. ad eum an. n. 64. De eo & Dionysius Genuensis.

ANGELICUS SPATAFORUS = Vide *Angelus Spataforus*.

C C I I.

ANGELICUS TUDELENSIS Hispanus provinciæ Valentiæ Capuccinus, Apostolicus concionator, angelicis moribus ornatus obiit an. 1633. sepultus apud Benedictinos in Monasterio vulgo *de Oliva* in Arragonia; cujus corpus post aliquot annos integrum & palpabile, oculisque stellarum instar micantibus repertum fuisse scribit Marcellinus Pisensis to. 3. Annal. Capuccinor. ad eum annum n. 51. Reliquit mss.

Sermones de tempore to. 1. in fol.

Sermones quadragesimales to. 2. in fol.

Sermones de virtutibus, & vitiis to. 1. in fol. ex eodem. De eo autor Biblioth. Capuccinor., a quo accepit Jo: a S. Antonio to. 1.

C C I I I.

ANGELUS ASTENSIS Pedemontanus Reg. Observ. primùm, ac Doctor Sorbonicus, deinde Capuccinus, cum Genuæ Cœnobii S. Barnabæ moderator esset, an. 1560. obiit; cum scripsisset italice

Tractatum de paupertate ms. ex Dionysio Genuen. Ejus virtutes descripsit Boverius ad eum annum, a quo accepit Jo: a S. Anton.

C C I V.

ANGELUS BADAJOZ Hispanus Discalc. prov. S. Joseph concionator, ac Definitor, postea provinciæ S. Pauli alumnus scripsit vernacule

Chronicon provinciæ S. Joseph, quod an. 1600. Fratribus legebatur in Cœnobiis Matriti, & Zamoræ; ejusque mentio habetur apud Arturum die 2. Aprilis in Martyrol. Francisc.

Carmina nonnulla ejus leguntur initio libri hispanice inscripti: *Triunfos del amor de Dios* Methymnæ Campi anno 1590. impressi; obiitque Salmanticæ in Conventu S. Joseph de Calvario ex Jo: a S. Anton. to. 1.

C C V.

ANGELUS DE BEAUTMONT e Montecalerio Pedemontanus Capuccinus concionator, Definitor, ac per sex annos Minister scripsit

Methodum pro judiciis Regularium ms.

Miscellaneum, 40. *resolutiones morales, civiles, & criminales continens* ms.

De recursu ad pecuniam, & de legatis perpetuis juxta Regulam S. Francisci, & Summorum Pontificum declarationes.

De jure Minorum Capuccinor. administrandi secularibus Pœnitentiæ Sacramentum.

Opus scenicum repræsentatum de gloria, & triumpho evangelicæ & seraphicæ paupertatis super miraculosa provisione FF. Capuccinis in Conventu S. Birgittæ Montiscalerii: ex Boverio in Annal. Capuccinor. ad an. 1569. apud Dionysium Genuen., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 75.

C C V I.

ANGELUS BREISONIUS Gallus Capuccinus, unusque ex fundatoribus provinciæ Aquitaniæ, suo ævo concionator insignis, de quo Boverius to. 2. ad an. 1591. Nonnulla sui ingenii monumenta reliquit; publicavit autem gallica lingua

Sermones duos de B. Virgine Maria, teste Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

ANGELUS A CARPENEDULO = vide *Angelicus a Carpenedulo*, de quo supra.

C C V I I.

ANGELUS A CATALONO Tertii Ord. S. Francisci Reformationis Gallicanæ vir gravis, & religiosæ solitudinis amicus scripsit

De timore Dei lib. 1., in quo pietatis, austeritatisque suæ elucet spiritus, inquit Franciscus Bor-

Bordonus in Chronologio Tertii Ord. S. Franc. cap. 32. num. 67., qui addit, Opus nondum in publicum prodiisse, etsi prælo dignum; & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 76.

C C V I I I. 109.

ANGELUS CŒLESTINUS = a Montecorvino: scripsit etiam

Super Ave Maria, &

Super Canticum Magnificat italice Neapoli 1609. in 4., ex Petro de Alva col. 84. Militiæ univ. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

* ANGELUS CICOLI Neapolitanus, vel Neapolitani regni Reg. Observ. recensetur a Nicolao Toppio in *indice* Scriptor. Neapolit., quamvis in libri eorpore ejus Opera non recenseat, ut notavit Jo: a S. Anton. to. 1., nisi sit sequens *Angelus a Cingulo*, quem dicunt regnum Neapolitanum incoluisse.

110.

ANGELUS DE CINGULO = al. *de Clareno*, vel *Clarenus*, de quo omnium antiquior, ac suppar autor Bartholomæus Pisanus Conformit. xi. par. 2. de Provincia Marchiæ Custodia Anconit., ac loco *Cinguli* habet: *de quo fuit ille prædicator insignis Fr. Angelus sanctitate, & paupertate præclarus; qui divinitus linguam græcam accepit; & Grammaticam græcam; & Joannem Climacum de græco transtulit in latinum, Dialogum Beati Macarii pulcherrimum, & quemdam librum devotissimum Beati Joannis Chrysostomi: qui qualis fuerit, eorumdem librorum stylus profundus evidenter declarat. Hic in prædicatione, & aliis magister fuit Fratris Simonis de Cassia Ordinis Eremitarum S. Augustini prædicatoris famosi; prout in quadam epistola lugubri de morte dicti Fratris Angeli asserit ipse Frater Simon.* Conformitate tamen VIII. par. 2. dicit *Fr. Gentilem de Cingulo*, eique attribuit tria illa *Opuscula* e græco in latinum translata tam in editis, quam in mss. codd., ut infra in *Gentili de Cingulo*; ita enim reipsa appellabatur.

Epistolæ B. Fratris Angeli de Clareno num. 16. mss. extant Florentiæ in Bibliotheca Senatoris Caroli Strozzæ, quarum in fine leguntur *miracula* collecta a quodam *Fr. Philippo* morienti B. Angelo assistente *feria sexta infra octavam Pentecostes, scilicet festo S. Antonii*, & missa a D. Roberto de Mileto *Fratri Gentili de Fulginio* paulo post obitum B. Angeli. Hæc una cum *Epistolis* exscripsisse Franciscum Haroldum Annalium Waddingi epitomatorem, memini me legisse; sed an typis adhuc tradita fuerint, ignoro. Harum certe *Compendium* cum integra decimaquarta exhibent Act. SS. Continuat. Bolland. to. 2. Junii die 15., quo obiit; & in Append. ad eum diem; qui non solum diem, sed & annum mortis Angeli Clareni ex illa miraculorum Appendice, sub dubie tamen, eruerunt, annum scilicet 1337., vel 1348.: cui plane firmitatem addo ex verbis Pisani suprarecitatis. Nam cum tradat Angelum extitisse magistrum *Fr. Simonis Cassiani*; hunc autem constet obiisse & anno 1348. die 2. Februarii, ex Gandulfo de Scriptor. Ord. S. Augustini in *B. Simone Fidato de Casala*, tempore magnæ pestilentiæ, & post obitum prædicti Angeli; consequitur, hunc *Fr. Angelum* obiisse *die 15. Junii* anno 1337. fere nonagenarium; siquidem eo anno Pascha incidit in diem 20. Aprilis, & *festum Pentecostes* in diem 8. Junii, currente lit. Dom. E.; dies 13. Junii *festum S. Antonii* incidit in *feriam 6.*, qua ærotabat B. Angelus, ac biduum post vivere desiit in Conventu *S. Mariæ de Aspro* ex cit. Appendice, quem Bollandii ajunt, esse locum diœcesis Maticen. in Lucania, nunc *Principatu*, al. *Basilicata*, & recte. Quare perperam Arturus Monasterien. in Martyrol. Francisc. hunc scribit occubuisse prope Neapolim die 16. Aprilis an. 1340. Rodulphius lib. 2. fol. 155. obiisse dicit in regno Neapolitano, & lib. 2. fol. 257. præceptorem fuisse B. Simonis Cassiani. *Conventus S. Mariæ de Valle aspera* in prov. S. Angeli, idest in Apulia, acquisiti a Fr. Niccolao Auximano Regul. Observ. meminit Gonzaga Conv. 4. illius prov. apud Waddingum ad an. 1430. num. 45., qui dicunt situm in medio saltus densissimi; sed alius est locus.

B. Macarii Dialogoi = Tres fuerunt *Macarii* eodem tempore, duo Ægyptii, tertius Ægyptius etiam ipse, sed Alexandrini titulo notus, & quidem omnes S. Antonii Abbatis discipuli; de quibus Petrus Possinus in prolegomenis ad Thesaurum asceticum, Gulielmus Caveus, & Casimirus Oudinus to. 1. Comment. de Script. Eccles. ad an. 1360. In Urbinate Ducali Bibliotheca olim, nunc in Vaticanam translata, extabat ms. *Liber Macarii de libero arbitrio, & epistolæ ad Cænobitas*, teste Antonio Possevino in Catalogo Biblioth. mss. in fine Appar. sac.

Historiam de septem tribulationibus Ordinis Minorum = brevem Historiam usque ad tempora Joannis XXII. perductam dicit Marcus Ulyssiponen. in epistola ad lectores præmissa 2. parti Chron. S. Franc.; & lib. 7. par. 2. cap. 23. illam attribuit *Joanni* (leg. *Gentili*) *Cingulano*; & Rodulphius pluribus in locis *Fr. Cæsario Spirensi*; sed uterque cum errore, incipit enim a Fr. Cæsario Spirensi primo reformationis autore, & desinit in Joannem XXII. Hæc *Historia* in italicum sermonem versa est a Fr. Joanne Albintimilliensi Capuccino, ut ibi dicetur.

Excerptum de Legenda antiqua B. Francisci cum persecutionibus, seu tribulationibus ejusdem Ordinis scriptum manu Fr. Matthæi anno Domini 1381. die 17. Februarii ms. extat Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medicea plut. 20. num. 7., in cujus fine legitur: *Expliciunt Chronicæ Ord. Min.*, ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 284. An *Matthæus Bononiensis*, qui anno 1401. factus est Episcopus Accienssis; vel *Matthæus de Aceclo*, de quo in *Francisco de Meyronis*? ignoro. Vide & *Matthæus Pedelarius*. Opus etiam cujus sit, me latet.

C C I X. 111.

B. ANGELUS A CLAVASIO = Jacobus Philippus Bergomas autor coævus in Supplem. Hist. Supplem. ad an. 1483. lib. 16. ejus ingenti cum laude meminit; aitque, præter *Summam*, & *Additionum* librum unum ad ipsam *Summam* scripsisse etiam quædam alia, &

Conciones doctas, quas puto non haberi; ac demum obiisse Cunei anno 1495. *magna sanctitatis opinione*.

Summa prodiit primum, quod legerim, Venetiis an. 1487. in 8. m. typis Georgii de Rivabenis, & ibidem eodem anno typis Nicolai Franckfort; Norimbergæ an. 1488. in fol.; iterum Venetiis an. 1489. in 4. per Georgium, non Gregorium, Arrivabeni Mantuanum; & Argentorati eodem anno; Venetiis, Brixiæ, & Alosti in Belg o an. 1490., inquit Fabritius in notis ad Trithemium; sed Orlan-

landus de Typograph. Orig. docet, prodiisse Brixiæ an. 1490. in fol. per Theodoricum Martinum Alostanum; iterum Venetiis an. 1495. per eumdem Gregorium ab autore correcta, & aucta; nec non & an. 1504. in 8.; deinde Hagenoæ an. 1505. in fol. typis Relman; Lugduni quoque an. 1513. per Jacobum Junctam cum *Additionibus* autoris; Venetiis iterum an. 1511. typis Alexandri de Paganinis in 12.; & ibidem an. 1525. in 8. cum *Additionibus Fr. Iacobi Ungarelli*, de quo infra, typis Bernardini Stagnini de Tridino emendata a Fr. Augustino Patavino ejusdem Ordinis., & anno 1569. in 4. per Sansovinum; mox ibidem an. 1578. in 4. per Ægidium Ragazolæ cum iisdem *Additionibus* curá Petri Vendramæni J. C.; tum prodiit Lugduni iterum an. 1592. per Jo: de Prato, teste Jo: a S. Antonio; & Venetiis an. 1593. italica a Fr. Hieronymo Mengo facta. Ex hac *de Summo Pontifice* cum notis *caput* in Bibliothecam Pontificiam Roccaberti to. 3. immissum legitur. In libro *Familiaris Clericorum* cuso Venetiis an. 1530., & 1561. typis Junctæ, & Bindoni prope finem legitur hujus Summæ titulus: *Interrogationes ad omnes confitentes*. Citatur crebro ab autoribus supparibus Jo: Majori in 4. dist. 20. q. 17., & Adriano VI. in 4. Sentent. *Subsidium in Summam Angel.* peregit Jo: Picardus. *Hymnus Angelicus*; sive *Summa Angelicæ rhythmica Synopsis Francisci Penon*, editus est Parisiis an. 1651. ex Indice Biblioth. Barber. *Lecturam in quosdam titulos Summæ Angelicæ* edidit Fr. Petrus Franciscus Vercellensis, testimonio Waddingi; & Fr. Mauritius Serraglia Subalpinas hanc ipsam *Summam in Compendium* redegit, ex cit. Rossotto de de Script. Pedemont., vulgavitque Cunei an. 1628.

Arcam fidei = hoc Opus excidit Waddingo, & eum secuto Jo: a S. Anton., ut huic autori, corrupta etiam voce, tribuerent; non enim *Arcam fidei*, sed *Arma fidei* composuit *Antonius Cordubensis* Minorita Hispanus, vulgavitque Compluti an. 1562.

De restitutione quoque Opus est *Antonii Cordubensis*: an autem & Angelus a Clavasio ediderit Opus simile ejusdem argumenti, non vidi. Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1481. num. 1. ei attribuit

Officium, & Missam de quinque Martyribus Ordinis Minorum Marochii tempore S. Francisci passis, & eo anno a Sixto IV. SS. Catalogo adscriptis.

Epistola responsiva Fratris de Clavasio Ordinis Minorum Epistolæ missivæ eidem per venerandum Fratrem Ioannem Ludovicum de Vivaldis Ord. Prædicatorum sacræ Theologiæ Baccalaureum cum alia ejusdem Vivaldi *super Immaculata Conceptione B. V.* habetur ms. in Albintimiliensi Bibliotheca Angeli Aprosii Eremitae. S. Augustini, teste Rossotto in in Syllabo Scriptor. Pedemont., qui & B. Angelum cognomento *Carletto* extitisse prodit; quod habetur & in epigrammate in fine *Summæ* ejus veterum editionum: & Paulum Britium Episcopum Albensem lib. 3. scripto tradidisse, permulta alia eum pietatis, & sapientiæ plena *Opuscula* edidisse, quæ mirabilem ejus ingenii felicitatem præseferunt: decessisse vero Cunei III. idus Aprilis anno 1495. in Cœnobio non S. Mariæ Angelorum, ut ait Waddingus, & Jo: à S. Antonio, sed *S. Antonii*, ubi olim morabantur Observantiæ Fratres; e quo 30. post annos iisdem ad S. Mariæ Angelorum transeuntibus, ejus corpus integrum repertum, ac suavissime fragrans illuc translatum; ubi ejus nomini sacello erecto honorifice coli perpetuis luminibus, cereis, votivis tabellis, aliisque miraculorum, & gratiarum monumentis ornatum: quæ Waddingum, & Bollandi Act. SS. Continuatores latuisse mirum est. Hanc *Epistolam* ad *Jo: Lodovicum Vivaldi* citat Petrus de Alva, non illam ad *Ludovicum de Verona* Summæ præfixam.

Ejus cultum approbavit Apostolica Sedes; celebraturque memoria ecclesiastico Officio a Franciscano Ordine die 12. Aprilis.

CCX. 112.

ANGELUS A COMITIBUS = Tiphernas provinciæ S. Francisci Umbriæque, vir pius, doctus, & nobilis edidit

Flores, non diversos, sed *venustos*, ac speciosos; cum titulus sit libri: *Fiori vaghi*; cujus vocis variam significationem Waddingus homo exterus non percepit, nec expressit hoc loco: editio est in 8. Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 77. vocat *Angelum Comto* ex Fr. Martino Torrecilla librum de *Mysteriis Missæ* ei tribuente, cujus Opusculi relati etiam a Waddingo titulus est

Consideratio mysteriorum Missæ. Scripsit etiam

Alia tam *historica* quam *chronologica*, quæ mss. reliquit morte præventus Romæ an. 1657., teste Ludovico Jacobillo in Scriptoribus Umbriæ, & Dionysio Genuen. in Biblioth. Capuccinor. V. *Angelus Tiphernas*.

CCXI. 113.

ANGELUS ELLI = Regul. Observ. Theologiæ scholasticæ, & moralis professor, cujus

Speculum spirituale impressum est antea Brixiæ, & Placentiæ an. 1608. in 8.; sed antea etiam alibi prodierat, ut dicitur in epistola Jo: Bazachi Typographi Placentini; postmodum vulgatum est an. 1613. & Venetiis per Imbertitos, & Mediolani an. 1646. per Ludovicum Monzam, nec non Brixiæ an. 1665. per Polycratem Turlinum; mox Roncilione an. 1690., quæ editio prohibetur ex Decr. sac. Congr. Indicis an. 1718.; tandem excusum est Venetiis an. 1715. typis Hieronymi Albrici in 8., cum antea prodiisset iterum Romæ typis Dominici Marciani an. 1643. in 8. parvo, Bassani & Tarvisii an. 1690. in 8. typis Jo: Molini.

Rosarium Confessorum edidit, & Cremonæ publicavit an. 1594. in 8., teste Picinello in Athenæo Mediolan.; qui addit, edidisse etiam

Rosarium magnum Sacerdotum, & Clericorum &c. in 4.; quod Waddingus attribuit *Angelo Hallensi* quasi diverso, cum sit idem; ut &

Comment. in prosam, seu sequentiam Mortuorum Dies iræ dies illa. Joannes a S. Antonio exscripsit Waddingum, Dupinum, & Lequilem.

CCXII. 114.

ANGELUS EUGENII = de quo & Franchinus agit in Bibliosoph. n. 31., aitque, præfecturas plures in suo Ordine obtinuisse; Genuensis provinciæ Commissarium Generalem fuisse, uti & alterius S. Angeli in Apulia Visitatorem, Commissariumque Generalem; Jacobillus in Scriptor. Umbriæ, Oldoinus in Athenæo Perusino; & ex his Jo: a S. Anton. to. 1.

CCXIII.

ANGELUS FEDUCCIUS e Bibiena Hetruriæ nobili oppido sac. Theol. Doctor, Orator insignis, & ad plures Italiæ Principes Nuncius Pontificius,

ac Ordinis Procurator, tandem anno 1377. creatus Episcopus Pisaurensis scripsit

Comment. in Cantica Canticorum, ut habet Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4. De hoc viro fuse agit Waddingus in Annal. Min., & Ughellus to. 2. Ital. sac. in Episc. Pisauren.

C C X I V.

ANGELUS FERINUS de Tusculo provinciæ Romanæ edidit patrio sermone

Opusculum de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Velitris an. 1639. in charta expansa, teste Petro de Alva col. 84. Militiæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

* ANGELUS FERNENSIS, cujus nonnullos *Sermones* suppresso nomine typis prodiisse scribit Dionysius Genuensis apud Jo: a S. Anton. to. 1., est *Joseph a Ferno*, quem puto vulgò dictum esse *Angelum* a vitæ puritate.

C C X V. 115.

ANGELUS A S. FRANCISCO = Bonaventura Bottus in Vita Jo: Scoti lib. 1. adducit ejus

Catalogum Scriptorum illustrium Angliæ Ordinis Seraphici.

Sacrarium privilegiorum quorumdam Seraphico P. Francisco a D. O. M. indultorum sine nomine autoris prodiit Duaci an. 1636. cum approbatione Doctorum Duacenorum, & omnium Ordinum sac. Theologiæ Professorum, ut apud Fr. Matthiam Growels pag. 221. suæ Hist. crit. de sac. Indulg. *Portiunculæ*, & ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 77., qui to. 2. pag. 6. num. 46. Operis autorem *Anonymum* putavit.

Cetera ejus Opera vide in Appendice Waddingi in fine. De eo agunt Petrus de Alva, Lequile, & Vernon.

C C X V I. 116.

ANGELUS GALLIOTTUS = cujus mentio extat apud Lassor to. . *Universi terrarum orbis* pag. 128. & 505.

De Monarchia mundi &c. prodiit non anno 1597., sed 1557. ex Jo: a S. Anton. to. 1. Scripsit etiam

Historiam Siciliæ, quam ms. habuit Dux Complutensis, vulgo *d'Alcalà*, tunc Siciliæ Prorex non sine magno Fratrum mærore, ex Relatione prov. Vallis Mazaræ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 78.

117.

ANGELUS HALLENSIS = idem ac *Angelus Elli* supra relatus

C C X V I I.

ANGELUS JOYOSA Gallus Cappuccinus Francisci Joyosæ Cardinalis Archiepiscopi Tolosani frater reliquit mss. Opera tit.

Flamma amoris divini.

Soliloquia: atque

Documenta varia spiritualia; quæ cum ejus *Vita* impressa sunt Parisiis an. 1612.

Obiit anno 1608. in oppido Ripoli prope Taurinum, & corpus Lutetiam translatum condigno honore tumulatum est, sequenti apposito *epitaphio*, quod refert & Jo: a S. Anton. 1. pag. 79.

„ Hoc tumulo condita sunt ossa R. P. An-
„ geli de Joyosa olim Ducis, Paris, Comestabilis,
„ Franciæ, & in Provincia Occitaniæ Pro-Regis;
„ qui ipso ætatis flore ut totum se Christo addi-
„ ceret, tot honores, & opes abjecit, & Or-
„ dinem Capuccinorum ingressus in eo reliquum
„ vitæ transegit singularis pietatis, & humilitatis
„ exemplo, in quo tandem obiit, cum pro secunda
„ vice esset Provincialis provinciæ Franciæ, & De-
„ finitor Capituli Generalis, anno Christi MDCVIII.
„ quarto kalendas Octobris. Henrica Catharina
„ Henrici Montispenserii Ducis vidua patri cha-
„ rissimo mærens posuit.

Gabriel Capejus Turonensis Regius Historicus anno 1587. ipsi dicavit versionem gallicam libri tit. *Methodus ad serviendum Deo*: & Jacobus Morisius Carthusianus Parisiensis anno 1588. versionem gallicam libri inscripti: *Commodum spirituale*. Ejus cum laude meminerunt Spondanus to. 2. Annal. ad an. 1599. num. 9.; Arturus ad diem 28. Septembris; & alii plurimi apud autorem Biblioth. Capuccinorum.

C C X V I I I. 118.

ANGELUS JUSTINIANUS = autor æqualis Petrus Rodulphus Hist. Seraph. lib. 3. & effigiem ejus exhibet, & præclarum elogium ipsi struxit inter Scriptores Ord. Minor.; inquit enim, eum *Regul. Observ.* alumnum in Comitiis Generalibus Aquilæ an. 1559. habitis, ubi Franciscus Zamora Hispanus electus est Generalis Minister, talem habuisse *Orationem*, ut & omnium animos flexerit, & maximum sibi nomen effecerit; inde ab Aloysio Puteo altero Ministro Generali *Commissarium* magni Conventus Parisiensis electum egregie illum administrasse, virum omnium disciplinarum genere conspicuum, sive *concionaretur*, sive *scholasticas disciplinas* tractaret; *musicæ* quoque non ignarum præter *latinarum*, *græcarum*que literarum peritiam. Quare a Pio IV. Lutetiam Parisiorum cum Hippolyto Card. Atestino missum in aula regia cum hæreticis publice congressum Theodorum Bezam ita confutasse, ut ille urbe se subduxerit, nec ultra coram disputare sit ausus: ibidemque Angelum quædam *S. Joannis capita* esse interpretatum adversus fidei refractarios magna omnium cum admiratione. Duci Sabaudiæ Philiberto a sacris Confessionibus, & ab eleemosynis secretis creatum Gebennensem Episcopum multos suis cohortationibus hæreticos ad catholicam fidem convertisse: tandem laboribus fessum dignitati nuncium remisisse jam sexagenarium, & morbo podagræ laborantem pluribus nihilominus adjumento fuisse. In Italiam mss. græca excellentissima, quorum meminit Sixtus Senensis autor coævus, multo ære, ac labore collecta advexit. De eo Sanmarthanus in Gallia Christ.; Franciscus Zazera de Nobilitate italica; & Jo: a S. Anton. to. 1.

C C X I X.

ANGELUS DE LEMPOSA sac. Theol. Magister edidit, nescio quo tempore,

Opus de concordia veteris & novi Testamenti, quod ms. extat Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. cod. 44. membran., ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 286. Biblioth. mss.

C C X X.

ANGELUS LUCIDUS Firmanus Picens Conventualis sac. Theol. Magister castigavit

Commentarios Richardi a Mediavilla Ord. Min. in 2. & 3. lib. Senten., dicatosque Mauritio Hibernico Archiep. Tuamensi præceptori suo typis tradidit Venetis an. 1509. per Lazarum Soardum in fol.

Quæstiones Antonii Andreæ in Metaphysicam Aristotelis itidem a se castigatas, & a mendis pluribus expurgatas edi curavit ibidem an. 1514. typis Georgii Arrivabeni, ut ipse Waddingus testatur in

An-

Antonio Andrea. Aliam ego hujus *Metaphysices* editionem ab eo factam vidi Bononiæ in nostra S. Francisci Bibliotheca expensis Octaviani Scoti curatam anno 1523. in fol.; quibus editor Angelus adjecit *textum Aristotelis*, *tabulas alphabeticas*, *margineasque notas*; & in epistola ad lectorem ipse fatetur, se *in plerisque locis plures integras lineas addidisse*, *literam inversam mutasse*, *depravataque infinita loca*, *ita ut nullus sensus elici posset*, *in pristinum candorem restituisse*: merito igitur inter Scriptores locum sibi comparavit. In laudem hujus viri condidit sequens exastichon Brandinus Poëta Venetus, quod & refert Blascus de Lanuza lib. 5. Histor. Aragonen. cap. 38., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 91. in *Antonio Andrea*:

„ Certa manent Firmo magnæ præconia laudis,
„ Nec minus ingenio, Lucide docte, tuo;
„ Qui prior Antonii cœlestia scripta polisti
„ Andreæ, quem mox Scotica turba colit.
„ Tantum docta cohors debet tibi, Lucide,
„ quantum
„ Utile divinum seculis extat Opus.

CCXXI. 119.

ANGELUS DE NERI = non Florentinus, sed *Reatinus*; confundit enim Waddingus hunc cum *Antonio Nerio*, de quo infra; ille *Aretinus* natione anno 1413. Florentiæ Theologorum Academiæ nomen dedit, cum jam Parisiis docuisset; inde a Conventualibus ad Observantes transiit, jacetque Aretii in Cœnobio S. Joannis: hic verò *Angelus Reatinus* anno 1425. lauream Doctoratus accepit in Theologorum Universitate, vel Academia Florentina, ex monumentis illius Universitatis apud Lucam Joseph Cerrachinum in *Fastis Theolog. Collegii Univers. Florent.* Waddingi errorem exscripserunt Anton. Terrinca, Julius Niger in Scriptor. Florent., & Jo: a S. Anton. to. 1.

* ANGELUS ORABONA, al. Horabona, quem hoc loco recenset Jo: a S. Anton. to. 1. ex uno Bibliothecæ Neapolitanæ Indice, fuit patrià Aversanus provinciæ Neapolit. Reg. Observ.; an. 1557. sui Ordinis Vicarius Generalis ex literis Pontificiis apud Rodericum in Bullar. Regul., & sub S. Pio V. Apostolicus Commissarius totius Belgii, creatus est primùm *Episcopus Catharen.* in Dalmatia an. 1570. ex Rodulphio lib. 2. in Episc. Ord. Min.; inde ad *Tranen. Archiepiscopatum* translatus est ex Gonzaga par. 3. de provincia Germaniæ inferior. Conv. 30., & Ughello to. 7. Ital. sac.; sed nemo, quod scripserit, indicat.

CCXXII. 120.

ANGELUS PALEA = Apulus; de quo Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

CCXXIII.

ANGELUS PARTHENOPEUS, seu Neapolitanus, sub Paulo III., qui ab anno 1534. usque ad 1549. Ecclesiam rexit;

De summo hominis bono sive *Orationem*, sive *librum* dedit ad sacratiss. Romanum Senatum, teste Toppio in Biblioth. Neapolit.; ex quo Jo: a S. Anton. to. 1.

CCXXIV. 121.

ANGELUS DEL PAS = de quo Justinus Miechoviensis Dominicanus super Litan. Lauret. disc. 392. pag. 536. ait: *cum ei Sixtus V. jussisset, ut scriberet Commentarium in 4. Evangelistas, apparuit ei B. Virgo Maria cohortans eum, ut ei commentationi initium daret*: idcirco tam facili vena, & stylo conceptus profudit, ut Angelorum ministerio hausisse complura existimari possit, adeoque limata erat sententia, quæ fluebat in calamum, ut censura, aut exlatura, longe minus cancellatura, limari non deberet; unde per sac. Palatii Magistrum, inquit Nicolaus Anton. to. 1. Biblioth. Hispanæ pag. 72., ei licuit, nulla illius nota, aut sigillo, quod moris est, munita prælo, & oculis omnium Opera sua committere. Ejus *Vita* fuse scripta legitur in 4. par. Chron. S. Franc. lib. 10. cap. 17., & seqq., & in Legendario Franciscano.

In Matthæum Comment. 28. libris; & *in Joannem 3. libris* mss. ex Jo: a S. Anton. to. 1.

In Evangelium Lucæ prodiit iterum Romæ an. 1642. ex eodem. Nisi sit ex Commentario in Lucam, scripsit etiam *

Commentarium super Missus est, & *super Magnificat*, qui habetur cusus Matriti anno 1648. in to. 1. Biblioth. Virgin. Petri de Alva & Astorga.

In Symbolum Apostolorum libris 14.; quorum 9. tomo 1. in fol. prodierunt Romæ an. 1596. paulo ante ejus mortem: reliqui quinque etiam to. 1. in fol. editi fuerunt, teste Ludovico Dupino sec. 16., certe post annum 1649., quo suam Waddingus terminavit Bibliothecam, eosque editurus pollicitus est.

Tractatus de restituenda disciplina vetusta Religionis S. Francisci prodiit Genuæ anno 1583. ex cit. Dupino.

Discursus spirituales super Regulam S. P. Francisci hispanice. Barcinone an. 1579. in 8. ex cit. Jo: a S. Auton. to. 1.

De amore, *& cognitione Dei*, italice fert titulum: *Breve trattato del cognoscere*, *& amare Iddio composto del R. P. F. Angelo del Pas &c. ad istanza dell' Illustris. Signora Claudia Ranzona l' anno* 1586. Romæ 1596. in 8. apud Cameram Apostolicam; cujus editionis meminit & Dupinus apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 82., & ipse Waddingus.

CCXXV.

ANGELUS DE PERONA Gallus Capuccinus provinciæ Parisien. Concionator fervidus, ac opinione sanctitatis insignitus edidit

Sermones 2. de SS. Eucharistiæ Sacramento Parisiis habitos, & ibidem impressos an. 1622. in 4., quo ibi obiit in Xenodochio S. Ludovici, dum peste laborantibus inserviret, ætatis suæ anno 27., teste autore Biblioth. Capuccinor. apud Jo: a S. Anton.

CCXXVI. 122.

ANGELUS A PETRICCA = *Petricca* cognomine a *Sonnino* Latii oppido factus est anno 1661. Romanæ provinciæ Minister, & anno 1665. Ordinis sui in Urbe Generalis Procurator; obiitque tandem Romæ an. 1673. die 10. Decembris. Vide Theulum in Triumpho Seraphico. Sequentia insuper edidit Opera:

De potestate Apostolorum adversus Gabrielem Metropolitam Philadelphiensem: &

De jure summæ potestatis: &

De autoritate plebis in Ecclesiam contra Blondellum. Romæ per Franciscum Felicem Mancinium an. 1656. in 4.

De nobilitate, *ejusque origine*, *& de recta formâ regnandi*. Ibidem typis Ignatii de Lazaris an. 1659. in 4.

De regno Christi contra Græcos schismaticos, *&*

quos-

quosdam hereticos. Pars 1. Romæ typis de Lazaris an. 1671. in 4.

Ejusdem pars secunda ibidem apud Angelum Bernabò an. 1671. in 4.: de quo Imbonatus in Bibliotheca latino-hebraica.

De triplici Philosophia Aristotelis rationali, naturali, & divina ad mentem Doctoris Scoti. Ibidem apud eumdem an. 1672. in 4. Extat hæc editio Bononiæ in Biblioth. S. Francisci; eamque citat Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 84., & Antonius Castel super 2. Senten. p. 14. 15. & 27. Hujus Opera quædam, scilicet

Turris David;

De appellationibus;

De potestate Apostolorum; &

Redargutio dissertationis, quam nuper David Blondellus pro jure plebis in regimine Ecclesiastico edidit, habentur etiam in Bibliotheca Pontificia Roccaberti to. 3.

Legendus est & Jo: Franchinus in Bibliosoph. n. 32., ubi plura habet de eo, refertque Urbani VIII. literas ad eum jam Vicarium Patriarch. Constantinopolitanum. De hoc & Jo: a S. Anton. to. 1.

C C X X V I I.

ANGELUS A PICITONO Conventualium alumnus, ac artis Musices suo tempore scriptor clarissimus præter quamplura a se *musice* facta composuit

Opus musicum, cui titulum fecit: *Florem angelicum musicæ*: vulgavitque Venetiis anno 1547. in 4. in duos libros divisum typis Augustini Bindoni; cujus Operis in laudem *epigramma* doctum cecinit Joannes Marius Tonsus Ferrariensis; citaturque a Possevino in Bibliotheca selecta lib. 15. cap. 5. de autoribus, qui scripserunt de *Musica practica*, & *speculativa*; a Mauritio Zapata in *Compendio regularum* cantus plani; a Bononcino in *Musico practico*; & ab Horatio Tegrino in *Musica compendio* lib. 1. cap. 16., & lib. 3. cap. 3.

Hunc Franciscus Arisius in Cremona Liter. to. 2. pag. 162. magno cum errore confundit cum *Angelo Picileone* Ord. Eremit. S. August. Generali Procuratore anno 1540. Eum habet Joannes a S. Antonio to. 1. pag. 81. tantum ex pag. 579. Operum Card. Bonæ in fine sub v. *Angelus Minorita*.

C C X X V I I I.

ANGELUS A PODIO S. Joannis prov. Romanæ Regul. Observ. scripsit

Vitam Ven. Fr. Thadæi a Toccò prov. S. Bernardini, seu Aprutii ejusdem Ordinis anno 1634. Romæ defuncti cum opinione sanctitatis; ex Benedicto Mazzara ad diem 13. Novembris.

C C X X I X.

ANGELUS DE RACONIS Capuccinus Gallus provinciæ Parisien. doctrina, & virtutibus clarus, magnique nominis vir, qui plurimis in tuenda catholica Religione, & conversione hæreticorum exantlatis laboribus septuagenarius ad Deum migravit Parisiis anno 1650., cum scripsisset, edidissetque

Exercitatorium catholicum, quo Ministri catholici dormientes expergefiunt. Cadomi anno 1624. in 4.

Duo emblemata, & figuræ symbolicæ hereticorum. Parisiis an. 1627. in 4.

Calvinismum absque larva, Opus bipartitum, & doctissimum: primus tomus prodiit ibidem an. 1627.; alter an. 1630. in 8.

Narrationem conversionis Ioannis Rocheta in urbe Trecensi judicialium causarum patroni. Trecis an. 1663.

De eo Dupinus in Supplem. to. 3., autor Biblioth. Capuccinor., Jacobus Le Long lib. 4. Bibliothecæ Gallicæ an. 1679., & ex his Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 84.

C C X X X. 123.

ANGELUS SALVETTUS = agunt de eo & Antonius Terrinca, & Julius Niger de Scriptor. Florentin.; sed nihil a Waddingo recedunt, a quo exscripserunt, ut & Jo: a S. Antonio. *Vir multa eloquentia, magnæque doctrina* dicitur ab Ænea Silvio lib. de Viris illustr. ms. in Biblioth. Vatic., cujus fragmentum editum est initio Operum S. Bernardini; & Petrus Rodulphius Hist. Seraph. lib. 2. fol. 190. scribit, extitisse eum antea Doctorem Collegii Theologorum Bononiæ, plurimumque eloquentia, ac doctrina valuisse; scripsisse vero etiam

Sermonum duo volumina, quæ anno 1430. (sed legendum an. 1480., vel 1530.) a PP. Cœnobii Senensis cum Venetias cudendi caussa essent transmissa, perierunt; uti scribit autor Pomparum Senensium par. 1. tit. 14. n. 48. ex lib. Consil. Conventus S. Francisci Senen.

Quadragesimale de legibus Magistri Angeli de Senis extabat olim ms. Asisii in Biblioth. sac. Conventus S. Francisci, ex Inventario veteri illius Bibliothecæ prope finem sub an. 1446.

C C X X X I.

ANGELUS SAN SEVER, al. Seber, Gallus Capuccinus scripsit ante annum 1626. patrio idiomate *Opusculum* inscriptum:

Chiomechic convatus unsent, ut ex Algezira refert Fr. Martinus a Torrecilla in libro de Scriptor. Capuccin. pag. 107.

C C X X X I I.

ANGELUS SANTINI Florentinus Regul. Observ. scripsit lingua vernacula

Tumbam Fratrum sui Ordinis defunctorum majorem; &

Tumbam eorumdem Fratrum minorem; in quibus & nomina, & gesta ipsorum Fratrum ab anno 1480. usque a annum 1612., quo die 4. Julii in patria decessit, fideliter enarrat; ut habet Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4.; quod Opus ait. ms. servari in Cœnobio Florent. Omnium Sanctorum, & a *Fr. Seraphino Pratensi* continuatum fuisse usque ad an. 1669. Exscripsit Terrineam Julius Niger in Scriptor. Florent., & Jo: a S. Anton. to. 1.

C C X X X I I I.

ANGELUS SAVONENSIS (forte *Savinianensis*) Provinciæ Bononiensis Capuccinus; Apostolicus concionator, non tam nomine, quam vultus venustate vere vir *Angelicus*, uti testantur Boverius in Annal., Arturus ad diem 25. Aprilis, aliique apud autorem Bibliothecæ Scriptor. Capuccinor.; scripsit eruditissimam

Concionem de laudibus S. Petronii Episcopi. Bononiea. Bononiæ an. 1569.

Sermones de tempore: quorum plures sine ejus nomine prodierunt ibidem, teste Dupino in Supplem. to. 3.

Obiit an. 1567. in Cœnobio Æsii in Marchia Anconit. miraculis a Deo illustratus ex Jo: S. Anton. to. 1.

C C X X X I V.

ANGELUS SERPETRI Perusinus vix infantiam ingressus Franciscanæ familiæ nomen dedit, in qua pietate, doctrina, ac prudentia in rebus agendis adeo pro-

profecit, ut in Umbria contra hæreticam pravitatem fidei Inquisitor fuerit, & Synodo Florentinæ sub Eugenio IV. interfuerit, & anno 1450. omnium consensu totius Ordinis Minister Generalis electus extiterit; quo in munere miro sanctitatis exemplo fere omnia sui Ordinis Cœnobia pedestri itinere perlustravit: parcissimæ mensæ assuetus continuò lucubrationibus incubuit, scripsitque

Commentarios doctissimos *in 4. libros Sententiarum*; & *alia*, ut alter Tostatus agnominaretur. A S. Antonino autore synchrono Hist. to. 3. tit. 24. *vir magnæ scientiæ* nuncupatur; agitquè de de eo Rodulphius lib. 2., Waddingus in Annal. Minor., Oldoinus in Athenæo Perusino, aliique plures apud eum; & ex his Jo: a S. Anton. to: 1. pag. 85.

Obiit in patria an. 1454. die 19. Augusti, sepultus in Æde S. Francisci ad Aram majorem cum hoc epitaphio

„ Angelus ut tenui nunc mortuus occubar ur-
„ na
„ Hic genitus, patriæ gloria magna fuit.
„ Cum Bernardini Templo celebratur, & Aræ
„ est
„ Francisci Custos, tunc Generalis eram.
„ Pontifice Eugenio, Græcos, hæresimque re-
„ felli;
Et tetigi fama sydera celsa mea.

CCXXXV.

ANGELUS A SIGESTRO provinciæ Genuen. Capuccinus italice scripsit ex Dion. Genuen. apud Jo: a S. Anton.

Statuta pro Societate Defunctorum ab ipso instituta in quibusdam Ecclesiis. Parmæ an. 1623., teste Martino Torrecilla in Scriptor. Capuccin.

Obiit Genuæ an. 1623.

CCXXXVI. 124.

ANGELUS SPATAFORUS = de quo legendus est Dionysius Genuensis de Scriptoribus Ord. Capuccinorum, qui vocat *Angelicum*, uti & Mongitor to. 1., ac Jo: a S. Anton., atque Carusius in Bibliotheca Regni Siciliæ to. 1. Fuit genere nobilis, provinciæ Siculæ Definitor, apostolicæque vitæ meritis præclarus, & edidit

Unigenitam gratiæ Mariam candore innocentiæ ornatam, ac divitem excellentiis repræsentatis duodecim luminosis candelabris. in fol.

CCXXXVII. 125.

B. ANGELUS TANCREDUS = de quo Arturus in Martyrol. Francisc. die 13. Februarii apud Jo: a S. Antonio.

Legenda trium Sociorum de Vita S. Francisci ms. extat Parisiis in Bibliotheca Regia; Lovanii, & Mechliniæ in Franciscana; atque in illa Canonicor. Regularium Tungren. ditionis Leodiensis. Sæpe citatur ejus Legenda a Bartholomæo Pisano Conformit. XII. par. 2., & alibi; a Marco Ulyssiponen. in Chron. S. Francisci par. 1., aliisque. Vide *B. Leo Assisias.*

Opusculum ejus de rebus a Sancto Francisco *in Valle Reatina* gestis citat Waddingus ad ann. 1209. num. 24., 1210. n. 3.

Processum Vitæ, & Actorum S. Claræ confecisse dicitur; ac obiisse anno 1258.

ANGELUS TIPHERNAS = V. *Angelus de Comitibus* supra.

CCXXXVIII. 126.

ANGELUS VULPES = cujus Theologia universa prohibetur, donec corrigatur, hoc modo:

Tomus 1. partis 1. probibetur ex Decr. sac. Congreg. Indicis 4. Decembr. 1725., donec corrigatur.

Tomus 2. partis 1. prohibetur ex Dec. ejusdem sac. Congr. 21. Januar. 1721.

Tomus 3. partis 1. prohibetur, ut supra, 7. Febr. 1718.

Tomus 1. partis 2. prohibetur 7. Febr. ejusdem anni.

Tomus 2. partis 2. prohibetur 15. Maji 1714.

Tomus 3. partis 2. prohibetur 7. Febr. 1718., & 4. Decembr. 1725.

Tomus 1. partis 3. prodiit Neapoli an 1637. apud Lazzarum Scorrigium.

Tomus 2. partis 3. editus ibidem per Cassettam.

Tomus 3. partis 3. cum duobus supradictis prohibetur ex Decr. 7. Febr. 1718.

Tomus 1. partis 4. prohibetur 15. Januar. 1714.

Tomus 2. partis 4. cusus anno 1644. prohibetur 2. Septem. 1727.

Tomus 3. partis 4. editus an. 1646. prohibetur ex Decr. an. 1681., donec corrigatur; quo tomo terminavit autor tractatum de *Incarnatione*, & Commentarios *in tres libros Sentent. Scoti*; reliquam Theologiæ partem continuavit, absolvitque felicius Card. Laurentius Brancatus ejusdem Instituti. In laudem Operis cecinit *Mauritius Pinarolieusis* Subalpinas sac. Theol. Professor ejusdem Instituti, versusque leguntur in principio partis 1.

Judicium de vera animæ rationalis immortalitate ex Scoto. Neapoli an. 1632., ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 567.

Vita, Martyrium, & miracula Sancti Georgii Martyris, Apostoli, & Primatis Armeniæ, nec non Protectoris urbis Neapolis, regnique ejusdem nominis italice. ibidem anno 1636. in 4. apud Laurentium Scorrigium; ex Toppio in Biblioth. Neapolit.; ac Franchino in Bibliosoph., qui addit, obiisse Neapoli an. 1647. apud S. Laurentium tumulatum cum epitaphio ab eo relato num. 33.; atque Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 86.

CCXXXIX.

ANNA A CHRISTO Hispana ex Jetafæ oppido juxta Matritum die 8. Septembris an. 1582. Monialibus Clarissis S. Elisabeth Toleti nomen dedit, divinitusque inspirata una cum V. Matre Hieronyma ab Assumptione ad Insulas Philippinas se transferens Manilense Monasterium Discalceatarum S. Claræ sacrum fundavit, ubi virtutibus inclarescens prima fuit Novitiarum Magistra; postea & Abbatissa novi Monasterii, quod cum verbo, & exemplo religiose rexisset, migravit ad cælestem Sponsum an. 1633., reliquitque ms.

Vitam Ven. Matris Hieronymæ ab Assumptione tomis 2. in fol., cum literas, & calamum nesciret, teste Fr. Luca Jangues pag. 97. Chron. prov. Castellæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 87.

CCXL.

ANNA A CRUCE Ponce de Leon Hispana genere clarissima Montillensis Monasterii Ord. S. Claræ alumna suorum Confessariorum jussu descripsit

Vitam suam, quam una cum relatione suarum virtutum publicavit Fr. Martinus de Roa Soc. Jesu Cordubæ an. 1604. in 4. typis Viduæ Andreæ Barreræ ex Fr. Alphonso de Torres tract. 5. Chron. Granaten. prov. Regul. Observ. cap. 19. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

Obiit

Obiit anno 1601. die 26. Aprilis

CCXLI.

ANNA A JESU Hispana Sanctimonialis Clarissa, & Abbatissa Monasterii Incarnationis urbis Granatæ vernacule scripsit

Vitam Ven. Elisabeth de Avalos, seu a Cruce prædicti Monasterii fundatricis, unà cum Vitis aliarum Monialium. Granatæ an. 1629. in 4. apud Franciscum Heylan.

De ea agunt Petrus de Alva col. 88. Militiæ, Nicolaus Anton. to. 1. pag. 74., & ex his Jo: a S. Anton. to. 1.

CCXLII.

ANNA MARIA a S. Joseph Hispana Villacastinensis territorii Segobiensis oppido anno 1581. nata, & 1602. in Monasterio Monialium Excalceatarum Salmanticæ Deo renata, charitate, corporis maceratione, elevatione mentis in Deum, ceterisque virtutibus mirum in modum celebrata, ex præcepto Fr. Joannettini Ninno sui Confessarii scripsit

Rerum suarum, & Vitæ narrationem epistolicam ad eumdem, qui eam cum aliis sanctitatis ejus testimoniis publici juris fecit Salmanticæ an. 1632. in 4.; quo quidem anno & ipsa ex hac vita migravit 3. idus Maji. *Narrationem* illam gallice reddidit *Fr. Bonaventura Chevrolier* Recollectus, teste Arturo in Martyrol. Franciscano pridie idus Maii.

Agunt de ea Nicolaus Anton. to. 1. Bibliothecæ Hispanæ, & autor Chron. prov. S. Pauli to. 1. lib. 2. num. 147. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

CCXLIII.

ANONYMA GALLA Monasterii Avemariani Parisiis alumna composuit gallice

Exercitium spirituale una cum Orationis mentalis habendæ methodo; vulgavitque Parisiis an. 1647. in 12. ex Ind. Biblioth. Barber.; cujus sane meminit ipse Waddingus in *Bernardo Coquo* Gallo, quem ait *Exercitio bonæ Monialis* Avemarianæ *Instructionem pro oratione mentali* adjecisse; de qua & Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 2.

CCXLIV.

ANONYMA GRANATENSIS Hispana Ordinis Capuccinarum Monialis ejusdem urbis exaravit Opus Religiosis valde utile vernacule tit.

Convento espiritual. Ulyssipone an. 1620., teste Georgio Cardoso in schedis mss. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 321. V. *Margarita de Noronha*; tum Matriti an. 1625. typis Viduæ Alphonsi Martin in 16., adjectis illustrationibus Hieronymi a Quintana Presbyteri Matritensis, locupletatum etiam a Joseph Stephano Noriega Salmanticensi Ord. Præmonstraten. postea Generali Præfecto. Ms. extat Matriti in 4. in Conventu S. Joachim, teste cit. Jo: a S. Anton. to. 3. l. Q. pag. 2. n. 2.

CCXLV.

ANONYMA HISPANA ex Discalceatis Cœnobii S. Antonii Truxilli in Extremadura scripsit vulgari sermone an. 16..

Vitam Ven. Matris Marianæ a Jesu ejusdem Monasterii alumnæ an. 1620. die 9. Julii defunctæ, quæ ms. asservatur in 4. in Regia Bibliotheca Matriten. ex cit. Jo: a S. Anton. pag. 2. n. 3.

CCXLVI.

ANONYMA HISPANA Ord. Capuccinarum Regalis Monasterii S. Margaritæ Barcinonensis, jussu Superiorum exaravit an. 1645.

Vitam una cum revelationibus Ven. Sororis Marthæ Boigas Capuccinæ lingua vernacula 4. tomis in 8. ms. in Archivo dicti Monasterii asservatam; laudaturque a Petro Serra in suo *de favoribus, & prodigiis Angelorum* libro num. 397., teste cit. Jo: a S. Anton. to. 3. p. 2. num. 4.

CCXLVII.

ANONYMA ITALA, quam quidam Bononiensem, & S. Catharinæ coævam existimant, Monialis S. Claræ de Observantia edidit sermone italico an. 1530.

Devotos rhythmos, atque colloquia Jesu Christo Redemptori. Bononiæ apud Bonardum primò, deinde apud Benedictum an. 1536. in 8., ex Orlando de Scriptor. Bononien. Non defuerunt, qui hoc Opusculum *S. Catharinæ* Vigriæ adjudicarent, sed imperite.

CCXLVIII.

ANONYMA IN LOTHARINGIA Monialis apud Mussipontem ex Reformatis B. Coletæ scripsit

Vitam Ven. Philippæ a Gueldesa Clarissæ Carolo III. Lotharingiæ Duci dicatam, quæ floruit an. 1547. ex Arturo in Martyrol. ad diem 26. Febr. §. 8., & ex Jo: a S. Antonio to. 3. l. Q. pag. 2. n. 1. Carolus autem III. cœpit regere an. 1624. usque ad 1645.

CCXLIX.

ANONYMA LUSITANA *Tertii Ord. S. Francisci* olim libellum edidit lingua vernacula, qui a professione religiosa nuncupatur

Ditos a Freira, in 24. ex Georgio Cardoso, Nicolao Antonio, & Jo: a S. Anton. num. 6.

CCL.

ANONYMUS ANGLUS, ut videtur, vel in Anglia commorans scripsit

Tractatum contra Judæos, ne libera tenementa in Anglia emere eis liceat: ex to. 1. Biblioth. Bodlej. fol. 93., & Jo: a S. Anton. to. 3. n. 11.

De Deo uno, & trino ad mentem Doctoris Scoti recensetur in to. 3. cit. Biblioth. cod. 761. num. 621.

CCLI. 127.

ANONYMUS DE ANGULO = Regul. Observ., &, ut puto, Cordubensis patriâ; ibi enim viguit familia *Angula*, ex qua anno 1550. extitit Andreas Jurisconsultus editis Operibus clarus.

CCLII.

ANONYMUS BELGA I. patria Gandavensis literis consignavit

Historiam belli, quod inter Philippum cognomento Pulchrum Galliarum Regem, & Guidonem XXIV. Flandriæ Comitem gestum est anno 1302., quo autor vivebat; quemadmodum habet Mejerus in Annal. Flandr. ad eum annum, & ex eo Vossius to. 4. Histor. Latin. lib. 3. cap. 9.

CCLIII.

ANONYMUS BELGA II. edidit sermone proprio, & vulgari

Vitam, seu *de Vita S. Francisci*. Extat cod. ms. membran. in 4. in Bibliotheca Consendoncana, teste Sandero to. 2. Biblioth. Belgicæ mss., & Jo: a S. Anton. to. 3. num. 84.

CCLIV.

ANONYMUS BELGA III., ut videtur, Regul. Observ. scripsit post annum 1420.

Chronica Belgica FF. Minorum, quæ citat Wadd. ad eum annum num. 12., & mss. penes se habuisse tradit.

CCLV.

ANONYMUS BELGA IV. e latino in Belgicum idioma transtulit *Opus*

Opus de proprietatibus rerum Bartholomaei Anglici Ordinis Minorum; proditque Harlemi an. 1485. in fol., teste Orlando de Ortu, & progressu Typographiae.

C C L V I.

ANONYMUS BELGA v. antiquus e latino in idioma suae nationis transtulit tempore incerto

Vitam S. P. Francisci a S. Bonaventura elaboratam, quae ms. asservatur in Bibliotheca Uffenbachiana cod. 79. in 4. ex ejusdem Catalogo par. 4. col. 40.

C C L V I I.

ANONYMUS BELGA vi. edidit sermone patrio sub initium seculi xvi.

Vitam S. Francisci Antuerpiae typis Henrici Eckert de Homberch an. 1518. 12. Decembris, in Notabilibus Regiae Bibliothecae Dresden. apud Freytag Analect. liter. de libris rarior. pag. 452. *Vitam S. Francisci* librum vetustum citant Arturus in Martyrol. Francisc. die 14. Julii §. 7.; Waddingus in Annal. ad an. 1274. n. 14., & Bolland. Act. SS. Continuat. to. 3. Julii in Vita S. Bonaventurae, & die 12. Augusti in Vita S. Clarae num. 13. Comment. praevii.

C C L V I I I.

ANONYMUS BELGA vii. Tornacensis an. 1534. edidit

De superbenedicto nomine Jesu contemplationis speculum, teste Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Januarii edit. Paris. an. 1653. apud Jo: a S. Anton. pag. 28. num. 357.

C C L I X.

ANONYMUS BELGA viii. Mechliniensis margineis notis illustravit, edique curavit

Sermonem pium, & eruditum Petri Comestoris Presbyteri Trecensis. Antuerpiae an. 1536. in 8. ex Petro de Alva col. 1320. suae Militiae.

C C L X.

ANONYMUS BELGA ix. edidit latine Opusculum titulo:

Judicium naturale Theologi naturalis Belgici de impossibili contemptu B. Virginis in originali incip. *Dignare me &c.*; &

Observationes in gratiam tituli immaculatae Conceptionis incip. *Concertationes hucusque* &c. ms. in 4. in Archivo Conventus Franciscanor. Gandavi; &

Apologeticum Marianum pro immaculatae Conceptionis Deiparae semper V. Mariae titulo ms. in 4. ibid., teste Petro de Alva col. 1259. 1261. 1271. suae Militiae.

C C L X I.

ANONYMI BELGAE Recollecti Provinciae S. Andreae una cum *Fr. Simone de Grincourt* Valentiae Guardiano anno 1616. effecerunt per aphorismos ordine alphabetico digestum

Compendium decisionum regularium, & canonicarum Emmanuelis Roderici, uti testatur ipse Waddingus in *Emmanuele Roderico*, & Petrus de Alva in Apparatu ad Indiculum Bullarii Seraph. V. *Compendium*. Prodiit Coloniae an 1618. in 4.; Venetiis an. 1619. in 12. apud Baretium cura Marci Antonii Brugnoli; postea Lugduni an. 1621. apud Antonium Pillehotte in 6., & Antuerpiae an. 1622. apud Belleros. Vide *Emmanuel Rodericus* infra. Nescio, an isti iidem sint *Anonymi Belgae* Regul. Observ., qui sub initium seculi xvii. verterunt ex hispano in theutonicum idioma

Opuscula fere omnia *Andreae a Soto* Minoritae, quae prostant Antuerpiae, ut habet Waddingus infra in *Andrea a Soto*.

C C L X I I.

ANONYMUS BELGA xi. Capuccinus, ut videtur, qui forsan est *Bonaventura Boslean*, edidit

Parochianum obedientem de auditione verbi Dei. Duaci an. 1633. in 8., quem citat Jacobus Marchantius: sed legendus est Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccinor.

C C L X I I I.

ANONYMUS BELGA xii. ex Recollectis Provinciae Flandriae scripsit librum tit.

L'Escole de la Vierge Marie, en la quelle enseigne l'art de l'aymer, servir, & imiter ses virtus. Montibus per Franciscum de Wadre an. 1636. in 4.; habetur Matriti in Biblioth. FF. Minorum Reg. Observ., teste Jo: a S. Anton. to. 3. num. 8., & in Append. num. 30. *Anonym*.

C C L X I V.

ANONYMUS BELGA xiii. vernaculo sermone vulgavit

Vitam, & Regulam Ordinis Immaculatae Conceptionis SS. Virginis Mariae. Leodii an. 1626. in 8. ex Petro de Alva col. 1530. Militiae in Append.

C C L X V.

ANONYMUS CYPRIUS antiquitus contra Graecos elucubravit, ut conjici potest, eorum idiomate egregium

Tractatum de Purgatorio, de quo agitur to. 2. Biblioth. Bodleianae in Anglia fol. 46. ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 3. num. 5. Num *Joannes CPolitanus*, qui an. 1288. factus est Episcopus Nicosiensis?

128.

ANONYMUS DE FRESNEDA = si conjecturis uti licet, hunc dixerim Fr. *Bernardum de Fresneda* Regul. Observ. Philippi II. Hispaniar. Regis a sacris Confessionibus, mox Episcopum *Conchensem* an. 1562. assumptum, inde *Cordubensem*, tandem *Caesaraugustanum* Antistitem, teste Gonzaga par. 3. de Provincia Burgen. Conv. 7.; cujus unius interesse videtur, cum esset Cordubensis Episcopus, suae Ecclesiae *Constitutiones*, & *Decreta* vulgare.

C C L X V I.

ANONYMUS GALLUS i. Parisiensis eleganti stylo scripsit

Elegias ad matrem S. Ludovici Regis Francorum; quae mss. asservantur Matriti in Generali Archivo num. 62. Familiae Cismont. teste Jo: a S. Anton. to. 3. num. 43. Forsan idem, qui seculo xiii. exeunte, cum extitisset 12. annis a sacris Confessionibus Margaritae Reginae Franciae, uxoris S. Ludovici Regis anno 1295. mortuae, nec non Blancae, ac Margaritae dictae Reginae filiarum, quae cum matre, defuncto S. Rege, in Monasterio Clarissarum suburbii S. Marcelli domicilium sibi elegerant, hortatu praefatae D. Blancae scripsit gallico idiomate post annum 1297., vel 1298. circiter

Vitam S. Ludovici Regis 24. capitibus conclusam, quam latine factam cum notis evulgarunt Antuerpiae Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 26. Augusti. An *Joannes Sanctius* Episcopus Lexoviensis an. 1299., & antea Redmensis an. 1298.? Habentur Florentiae in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus claustrum cod. 772. in 4. parvo

Sermones de Sanctis per annum incip. *Eleazarus gloriosam mortem* &c. ii. *Machab.* vi. de S. Andrea Apostolo, & finientes serm. *de una Sancta*: *Sicut di-*

dicitur in Evangelio: Rogemus &c.: ubi cum sermones habeat in Translatione S. Francisci, de S. Antonio Patavino, de S. Clara, sex de S. Francisco, & de S. Elisabeth Hungariæ Regis filia, prodit se *Franciscanum*; *Gallum* vero, cum in sermone 1. de S. Francisco ait: *quilibet vult vivere secundum formam, & modum patriæ suæ, Gallicum, ut Gallus, Anglicum, ut Anglicus*; & clarius initio serm. 11. de eodem S. Francisco illis verbis: *quilibet habet son corage; quod uni placet, alteri displicet*. Cum neque de *S. Ludovico Episcopo*, neque de *S. Ludovico Rege*, neque de *Conceptione B. Virginis* sermones habeat, conjicio scripsisse hunc ante annum 1297. Num *Joannes de Rupella*?

Sermones varios Anonymi *Galli* ineditos citat Petrus de Alva col. 2237. in *Radiis*.

C C L X V I I.

ANONYMUS fortasse GALLUS seculo xv. ineunte composuit latine

Meditationes Vitæ Jesu Christi, quæ S. Bonaventuræ adjudicari solent, & inter ejus Opuscula collocari. Extant mss. in 4. in Biblioth. Scorialis plut. iii. iv. iii., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 158., & in Bibliotheca Antonii Augustini Episcopi Tarraconen. cod. membr. ms. annorum 150. ex ejusdem Bibliothecæ Indice tit. *Liber Meditationum*: habentur etiam mss. cod. chart. antiquo in 8. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, sed valde interpolatæ præ impressis: incip. *Inter omnia alia virtutum, & laudum præconia* &c.: & desinunt: ad *cujus laudem totus est liber, & quæ in eo scripta sunt: qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat per infinita secula seculorum. Amen*. Prodierunt Augustæ an. 1468. in fol. per Gintherum de Reutlingen; Barcinone an. 1483. apud Petrum Michael in fol., teste Sixto Senen., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 158., ubi addit excusas etiam fuisse Parisiis an. 1547. in 4. apud Joannem de Paganis, & Lugduni an. 1593. in 16. apud Antonium Griphium. Extant etiam editæ Argentinæ an. 1495. inter Opuscula ejusdem; Brixiæ an. 1604. typis Marchetti in 8.; & an. 1606. typis Vaticanis capibus 103. al. 108. distinctæ. Hæ ipsæ *Meditationes* breviores quidem, sed capitibus 103. etiam conclusæ leguntur impressæ Papiæ an. 1490. in 8. per Jacobum de Burgofrancho; deinde Venetiis an. 1497. in 8. per Manfredum de Monteferrato, ad cujus exemplar bis cusæ sunt Mutinæ an. 1720. typis Antonii Capponi; & iterum Venetiis per Petrum de Quarengiis an. 1512. Habetur & altera editio facta Venetiis an. 1604. in 12. typis Petri M. Marchetti una cum Opusculis *Contemplationis*, & *de septem verbis Domini in Cruce* S. Bonaventuræ pariter adjudicatis. Porro primæ *Meditationes* auctiores pro *dilecta filia* Montali S. Claræ editæ sunt; secundæ vero breviores pro *dilecto filio*, atque ita Interpolatæ, variatæque, ut pene aliæ videantur: primis a cap. 46. usque ad 60. additus est *tractatus de Contemplatione* ex S. Bernardo, a quo in fine testatur autor fere omnia hausisse; & cap. 4. habentur aliqua ex *Revelationibus factis suæ devotæ* &c., & cap. 45. *de paupertate* inquit: *scio enim, quod in Monasterio constituta paupertatem professa es, & nihil habere potes*. Autorem autem *Minoritam* fuisse evincitur præcipue ex prologo, ubi meminit S. Francisci, ejusque Stigmatum, ac S. Claræ: *Gallum* autem ex stylo; cap. enim 2. & 3. legitur *ambasciata*; cap. 4. *comitiva camerariarum, vel damisellarum*; cap. 5. *baila*; cap. 8. *cussinum de lana, sive de borra*; est autem Gallice *borra*, *bourre* tomentum, ac stuppa rudis, & crassa; hinc italis *borracina*; cap. 74. nominat *rabaldos*, quam vocem gallicam esse testatur Henricus Card. Ostiensis Secusianus Allobrox Doctori Seraphico coævus in *Summa* lib. 4. tit. de Agricolis inquiens: *quos vulgo Itali spavalgos vocant, nos barlotos, sive ribaldos*. Similiter *Minorita* certe apparet, atque Gallus, qui auctiores effecit has *Meditationes* in edit. 1497., & 1504., sive idem fuerit, sive alius: nam cap. 8. commemorat *S. Franciscum*, ejusque de paupertate effatum; & cap. 74. affert *Legendam S. Martialis* Galliarum Apostoli, & *S. Francisci*; & cap. 78. ait: *ut habui a Fratre nostro, qui vidit, qui etiam dicit, quod mons Calvariæ, ubi fuit Christus crucifixus, distabat a porta civitatis, quantum locus noster a porta S. Germani*, nempe Parisiis. Vide *S. Bonaventura* infra (60).

Refert Orlandus de Orig., & progr. Typographiæ par. 2. pag. 422. extare hoc Opus: *Les Templations de l'ennemis avec le traité de Contemplation, e les Meditations de S. Bonaventure*: Parisiis sine anno editionis; tamen ex titulo *Sancti* Bonaventuræ apposito ducitur, editum post annum 1482. *Meditazioni della vita di Christo*, quarum prologus incipit: *Entra le altre virtude grande, che si legono di S. Cecilia Vergine, si è questa una grandissima, cioè che la portava sempre lo Vangelo di Cristo nel suo petto nascosto*; existunt in Biblioth. S. Marci Venet. cod. 8. in 4. membr. folior. 143. seculi xv. sine nomine autoris ex D. Marci lat. & ital. Biblioth. pag. 223.; prodieruntque italice Venet. an. 1489. in 4.; & antea Mediolani typis Pachel an. 1480. in 8. Pariter in italicum sermonem translatæ a Nicolao Bonfilio Carmelita una cum Meditationibus SS. Augustini, Bernardi, & Vincentii Ferrerii prodierunt Venetiis an. 1584. in 12. ex Bibliothecæ Italicæ autore pag. 234. & 235.; italice iterum prodierunt Romæ an. 1638. in 12. typis Congr. de Propag. Fide ex Philippo Labbe in nova Biblioth. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 138., qui addit, hispanice redditas prodiisse Valentiæ an. 1588. in 8. Demum in bulgarum idioma eas vertit, vulgavitque Romæ an. 1638. in 32. Petrus Deodatus Baxius, de quo infra.

Existimat Oudinus, has *Meditationes* pertinere ad *Bonaventuram Baduarium* Patavinum Heremit. S. August., & S. R. E. Cardin., easque Norimbergæ an. 1472. sub ejus nomine vulgatas enarrari; at cum ipse Oudinus ad an. 1380. de Baduario scribat, ejus *Breviloquium*, *seu Meditationes in Vitam Christi* prodiisse Norimbergæ dicto anno 1472., & Orlandus de Orig. & progr. Typographiæ tradat, *Breviloquium* cusum Norimbergæ anno 1472. *S. Bonaventuræ* titulum, ac nomen ferre; constat, ab eo confundi utrumque Bonaventuram. Possevinus in Appar. sac. & ipse dicit, *Meditationes* Bonaventuræ Baduarii in 95. capita distributas inveniri; at Jacobus Philippus Bergomas ejusdem Instituti eo tempore scribens nihil eum edidisse refert.

C C L X V I I I.

ANONYMUS e tribus illis provinciis Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ *Reformatis* anno 1414. edidit *tractatum* hoc titulo:

Querimonia proposita in Concilio Constantiensi, contra Fratres Communitatis Ordinis Minorum, in quatuor partes divisum incip. *Reverendissimis in Christo Patribus, & Dominis in sacro Concilio* &c.,

pro

pro separatione ab aliis, quam & obtinuerunt anno 1415. Extat excusus in Monumen. Ord. Min. tract. 2., & in Firmam. 3. Ord. par. 3.; adjudicarique potest *Nicolao Radulphi*, aut *Joanni Brixio*, de quibus infra.

CCLXIX.

ANONYMUS, ut videtur, Gallus scripsit

Postillam super Evangelia, & Epistolas totius Quadragesimæ. Rothomagi anno an. 1497. in 12. typis Martini Morin ex Maittaire *de Vitis Typographorum* fol. 39.

Sermones de Dominicis, & de Festis habitos Parisiis ab Anonymo Minorita Gallo Romam attulit Franciscus Maria Bagni S. R. E. Card., teste Francisco Macedo in Diatriba *de Adventu S. Jacobi in Hispan.* fol. 232.

Officium S. Bonaventuræ devotas, piasque preces continens, eleganter concinnatum ab Anonymo provinciæ ejusdem S. Doctoris ms. extat Matriti in Generali Ordinis Archivo n. 16. Cismont. Familiæ manip. 2. num. 70., teste Jo: a S. Anton. to. 3. num. 28.

CCLXX.

ANONYMUS GALLUS, ut videtur, exeunte seculo xv. elucubravit, vulgavitque

Minoricam elucidativam rationalis separationis Fratrum Minorum de Observantia ab aliis Fratribus ejusdem Ordinis, in qua aliquæ Bullæ adducuntur. Parisiis anno 1499. in 12., teste Petro de Alva & Astorga in Apparatu Indiculi Bullarii Seraph. v. *Minorica*: videtur tamen Opus *Alexandri Ariosti*; argumentum certe, & titulus idem est, ut lucet ex Operibus ejusdem Ariosti; nisi sit *Othonis Comendei*. Forsan de hac loquuntur *Constitutiones Alexandrinæ* anno 1500. pro Minoribus Conventualibus editæ, dum cap. 5. *Libellos famosos* prohibent, addentes: *sicut nuper quidam invectivam quamdam imprimi fecit non in parvum Religionis dedecus*.

Minorica alia dicta *magna*, vel *major*, *in qua sunt plures tractatus ad nostram Religionem spectantes cum explicatione Regulæ, & aliquibus Bullis* impressa est in 4. sine anno, & loco ex cit. Petro de Alva; etsi sub anno 1471. videtur asserere num. 3., impressam fuisse Mediolani an. 1488. Forsan eadem *Minorica* prodiit auctior, & interpolata.

CCLXXI.

ANONYMUS, vel ANONYMI GALLI Coletani ediderunt

Speculum Minorum, seu Firmamentum trium Ordinum S. P. Francisci cusum Venetiis an. 1513. in 4. per Lazarum Soardum, ut infra in *Bonifacio a Ceva*, & *Claudio Hugonis*.

Expositionem super Psalmum cxvIII. *Beati immaculati in via* sub nomine *S. Bonaventuræ*, quæ tamen est *Joannis Lemovicensis*, una cum tractatibus *de regimine conscientiæ*, & *de regimine animæ*, ejusdem *S. Bonaventuræ* Anonymus Gallus recognovit, & vulgavit Parisiis an. 1524. in 8. typis Claudii Chevallon; quæ editio extat Ferrariæ in Bibliotheca Conventus S. Francisci. Forsan idem, qui edi curavit

Sermones Dominicales, & festivales Jacobi de Lausanna Ordinis Prædicat. per totius anni circulum. Parisiis anno 1530. typis Ambrosii Girault, & iterum ibidem typis Jo: Marnef, teste Jacobo Echard to. 1. Biblioth. Ord. Præd. pag. 548., ubi legitur Jacobum de Losanna obiisse an. 1321.

CCLXXII.

ANONYMUS GALLUS vel. Regul. Observ. alumnus vulgari idiomate edidit

Historiam Ecclesiasticam de Martyrio Fratrum Ordinis S. Francisci dictorum de Observantia. Parisiis an. 1582.; cujus mentio invenitur num. 403. Bibliothecæ Marchionis a S. Philippo editæ Hayæ an. 1626., & apud Jo: a S. Anton. p. 3. num. 10.

Vita Reverendiss. P. Fr. Christophori a Capitefontium totius Ord. Minorum Ministri Generalis seculo, ut videtur, xvi. exeunte ab Anonymo Gallo scripta extat Matriti in Generali Archivo num. 20. Cismont. Famil. manip. 1. n. 12. teste cit. Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 5. num. 33.; quo etiam tempore idem, vel alius nescio ex hispano in gallicum idioma vertit

Opera Didaci a Vega Minoritæ, ut videre est in *Henrico Paludano*, qui eadem Opera e gallico in latinum transtulit.

CCLXXIII.

ANONYMUS GALLUS Stict. Observ. provinciæ Germaniæ inferioris Opus elaboravit Scholasticis utile, tit. indito:

Speculum theologicum, quod ms. habetur Matriti in Gen. Arhivo Ord. Minor. n. 30. Cismontanæ Famil. manip. 1. num. 9. ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 4. num. 22.

CCLXXIV.

ANONYMUS GALLUS, vel Belga edidit

Vitam S. Ludovici Ordinis Minorum. Antuerpiæ an 1602. in 8. ex Biblioth. Barber. to. 2. pag. 545., & Bibliograph. Anisson.

Vitam S. Ludovici Regis Francorum. Parisiis an. 1617. in 4. ex cit. Bibliograph. Anisson.

Defensorium Fratrum Minorum de Observantia elucubratum ab Anonymo Gallo, ut videtur, Regul. Observ. cusum est Parisiis an. 1617. in 8. apud Chaudierre ex Biblioth. Telleriana fol. 207., & Jo: a S. Anton. num. 179.

Illustrationes, declarationes, notæ, ac meditationes in Regulam S. Francisci, adjecto *Memoriali Ordinis*, editæ ab Anonymo Gallo Reg. Observ. Tolosani Conventus S. Francisci Guardiano Tolosæ impressæ an. 1610. in 8. habentur in Biblioth. Præmonstratensium de Retverta prope Vallisoletum teste Jo: a S. Anton. in Append. n. 18. *Anonym.*

Duplex Officium Doctoris Seraphici una cum *Elogio Christianissimæ Reginæ Annæ Austriacæ*, latine scripta ab Anonymo provinciæ S. Ludovici alumno extant Matriti in Gener. Arch. plut. 15. manip. 2. n. 21. & 22. ex Jo: a S. Anton. pag. 6. num. 53.

CCLXXV.

ANONYMUS GALLUS x. Recollectus edidit

Pro tuenda, atque augenda Reformatione Recollectorum Supplicationem ad Paulum V. Pont. Max. ex parte Custodiæ Recollectorum provinciæ *Aquitaniæ*. Burdigalæ an. 1613. in 4. apud Millanges ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 22. num. 256. De eo agit & Petrus de Alva in Appar. ad Indiculum Bullarii Seraph. v. *Tractatus*.

Recollectorum Minorum Constitutiones, & Statuta prodierunt Lugduni an. 1630. in 4. per Amatum Candy ex Indice Biblioth. Josephi Renati, teste Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 5.

Fructus spirituales funiculi Franciscani gallico idiomate prodierunt Parisiis anno 1615. in 12. apud Nicolaum Fosse.

CCLXXVI.

ANONYMUS GALLUS XI. magni Conventus Parisiensis alumnus scripsit, publicavitque

Tractatum pro Statutis Julii II. favore *Franciscanorum Conventualium* editis, seu pro Chordigeris Conventualibus in Gallia ea Statuta observantibus, de quibus dicetur in *Raynaldo Gratiana*: cui autori respondit Hugo Cavellus Observ. an. 1622., ut in *Hugone Cavella* tradit Waddingus.

Tractatum alium, cui titulus: *Sermo, ac narratia, qua asseruntur privilegia Patrum Cordigerorum quatnor magnarum Provinciarum Franciæ Ordinis S. Francisci* editum post annum 1626. memorat Franchinus in Biblios. pag. 70., ubi de *Gabriele Fabra* disserit

CCLXXVII.

ANONYMUS GALLUS XII. scriptis, typisque tradidit

Discursum brevem, quo ostendit, *provinciam Franciæ posse uti Statutis Julii II., teneri vera ad Statuta Barchinonensia*. Parisijs an. 1622. in 8. ex Biblioth. Telleriana pag. 207.; sed puto esse *Hugonis Cavelli*.

CCLXXVIII.

ANONYMI TRES CAPUCCINI Galli *Missionis Apostolicæ*, ut ajunt, provinciæ Turoniæ officium in Aleppo Syriæ civitate exercentes

Biblia sacra arabica ex græca, & latino adornarunt, miseruntque Romam anno 1633. ad sac. Congregationem de Propag. Fide, ut tradit Dionysius Genuen. in Append. Scriptor. Capuccinorum.

CCLXXIX. 129.

ANONYMUS CAPUCCINUS =

Vita, & miracula S. Francisci Fundatoris Ordinis Minorum carmine gallico mss. sunt in Biblioth. Monasterii Uticen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1271.

Aureolæ SS. Matris Dei vernacule, autore Anonymo Capuccino Gallo edit. Besieri an. 1612. in 4. apud Joannem Pech, ex Jo: a S. Anton. in Append. n. 28.

Sermo funebris in obitu Ludovica de Lorraine Abbatissæ Dominæ nostræ de Soissons gallice ab Anonymo Capuccino scriptus edit. Parisiis an. 1643. in 8. apud Bessin memoratur a Jacobo Le Long in sua Bibliotheca Historica Franciæ.

* ANONYMUS GALLUS, vel Belga relatus a Jo: a S. Anton. to. 3. num. 46., qui edidit

Sacrarium privilegiorum &c., est *Angelus a S. Francisco*, de quo supra.

CCLXXX.

ANONYMUS GALLUS XIV. provinciæ Franciæ Strict. Observ. elucubravit

Discursus duos elucidarios privilegiorum specialium almæ provinciæ Franciæ Strict. Observantiæ. Rethmis an. 1646. in 8. ex Petro de Alva in Apparatu ad Indiculum Bullarii Seraphici pag. 7., & ex Biblioth. Telleriana fol. 297.

CCLXXXI. 130.

ANONYMUS GALLUS = de quo Waddingus in Append.; Regul. Observantiæ. Duæ literæ *D. P.* facile innuere possunt *Doctorem Parisiensem*; Opus enim emisit Parisiis an. 1648.

CCLXXXII. 131.

ANONYMUS DE GALVAN = ut puto, Regul. Observ. concionator.

CCLXXXIII.

ANONYMUS, ut puto, Germanus composuit

Officium, seu *Cursum de compassione B. Mariæ Virginis* vulgatum inter Opuscula S. Bonaventuræ, cui perperam adscribitur, ut ostendam in S. Bonaventura (62.) Illud autem crediderim compositum circa annum 1423., quo Theodoricus Archiepiscopus Colonien. in Synodo contra Wiclefitas coacta inter alia decrevit, ut *festum Compassionis B. Virginis* solemniter deinceps celebraretur singulis annis feria VI. post Dominicam tertiam Paschatis; ut etiam observavit Spondanus in Continuat. Annal. ad eum an. num. 10.

CCLXXXIV.

ANONYMUS GERMANUS forsan Monachiensis scripsit, certe post annum 1505.,

Chronicon majus, ut videtur, *Bavariæ provinciæ*; &

Chronicon minus Conventus, ut conjicio, S. Francisci Monachii ex verbis ejus in Vita B. Bertoldi Ratisponensis apud Raderum in *Bavaria Sancta* to. 1. par. 2., ubi referens *Fr. Davidis* mortem Augustæ Vindelic. secutam, ejusque scripta, subjungit Anonymus: *ut clarius habetur in ejus Legenda, quam in majori Chronica posui*.

CCLXXXV.

ANONYMUS GERMANUS III. e latino in germanicum idioma vertit

Vitam S. P. Francisci a D. Bonaventura compositam, quæ prodiit Norimbergæ an. 1512. die 7. Aprilis per Gasp. Rosentaler, teste Carolo Christiano Hirschio in suo *Millenario* III. *Libror. sec.* XVI. p. 8. num. 62.

Vita S. P. N. Francisci theutonice ms. a multis citari solet, teste Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 26. num. 319.

CCLXXXVI.

ANONYMUS GERMANUS IV. Strict. Observ. in Palestina commorans prædicationi verbi Dei addictus, scholastico stylo erudite scripsit quamplures

Tractatus de omnimoda Theologia to. 10. in 4., qui mss. asservantur in Hospitio Minorum Nicosiæ in Cypro ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 4. num. 22.

CCLXXXVII.

ANONYMUS GERMANUS V. circa medium seculi XVII. scripsit

Chronologiam provinciæ Coloniæ Ordinis Minorum, quam sæpe citat Petrus de Alva in Indiculo Bullarii Seraph. sub an. 1466. num. 14., 1475. num. 15. & 81., 1477. num. 4., 1637. num. 48., & 1641. num. 36. ac 37., in quem annum videtur desinere; nisi sit *Jacobi Polii* Opus.

CCLXXXVIII.

ANONYMUS PROVINCIÆ S. Gregorii in Philippinis Insulis Strict. Observ. Discalc. scripsit, ediditque

Vocabolarium linguæ camarinensis, seu *bicol.* Manilæ in fol. ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 5. num. 27.; forsan idem Opus cum

Vocabolario linguæ tagalæ, quod excusum ibidem in fol. refert cit. Jo: a S. Anton. pag. 11. num. 134. elaboratum ab Anonymo ejusdem Instituti, & provinciæ.

CCLXXXIX.

ANONYMUS HIBERNUS scripsit, typisque dedit

Relationem de iis, quæ patiuntur Catholici in regnis Angliæ, quæ extat Matriti in Arch. Ordinis. Videtur idem Hibernus Strict. Observ., qui elucubravit

Me-

Memoriale quorumdam Martyrum provinciæ Hiberniæ ab an. 1641. ad an. 1658. ibidem asservatum num. 71. apud Jo: a S. Antonio citatum. Forsan est *Franciscus Magnesius Hibernus*, quem in laudem Joannis Merineri *plura* cecinisse scribit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 190. in *Ioanne Merinero*.

C C X C. 132.

ANONYMUS HISPANUS I. = Regul. Observ., cujus

Enchiridion, seu *Manuale* &c. dividitur in tres partes, quarum capita leguntur apud Jo: a S. Antonio to. 3. Biblioth. Francisc. pag. 4.: videtur primo impressum Salmanticæ.

C C X C I. 133.

ANONYMUS HISPANUS II. = & ipse Regul. Observan.

C C X C I I. 134.

ANONYMUS HISPANUS III. = vereor, ne sit ille *Anonymus Hispanus* Observantinus autor libri, qui in italicum sermonem versus prodiit Bononiæ an. 1535. in 8. per Vincentium Bonardum Parmensem, & Marcum Antonium Carpensem socios Typographos hoc titulo:

Speculum vitæ religiosæ, in duos tractatus divisum, in cujus fine admonent editores, Opus illud hispano-castello idiomate vocari *Ataja*, quod Italis sonat *breve camino*, seu latine *iter breve*, quo ad Deum assequendum mediis virtutibus cardinalibus, & theologicis progreditur; atque ex alio prolixiori breviatum, contractumque fuisse: habetur codex Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci. Opus tit. *Camino* &c. lingua vernacula Anonymo Hispano tribuitur etiam a Nicolao Antonio to. 2. Biblioth. Hisp. pag. 268.

135.

ANONYMUS HISPANUS IV. = est *Antonius de Carara* Lusitanus, non Hispanus, de quo infra.

136.

ANONYMUS HISPANUS V. = hic vocabatur *Fr. Massæus*, de quo Waddingus suo loco agit, ut liquet ex Opere.

C C X C I I I. 137.

ANONYMUS HISPANUS VI. = al. IV.

138.

ANONYMUS HISPANUS VII. = infra a Waddingo num. 160. dicuntur *Anonymi provinciæ Aragoniæ*; sed idem est, ac *Anonymus Hispanus* IX. infra num. 140. apud ipsum Waddingum; al. *Alphonsus a Casarubios*.

C C X C I V. 139.

ANONYMUS HISPANUS VIII. = al. V.

Speculum Minorum Fratrum per quemdam Revë Patrem Ministrum provinciæ S. Iacobi cusum Barcinone an. 1523. in 4. per Mag. Carolum extat Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum cum *Supplemento Privilegiorum* Ord. Minorum. *Speculum Minorum* prodierat antea Rothomagi an. 1509. in 4. per Martinum Morin jussu *Fr. Gerardi Loethelme Vicarii provinciæ Franciæ FF. de Observantia*, ut legitur in fine Operis; dividiturque in *tres tractatus*, quorum primus continet *privilegia Pontificia*, *& concessiones* vivæ vocis oraculo; *Summarium Pontificum* cum eorumdem concessionibus; & *Memoriale Ordinis* usque ad annum 1506. Secundus continet *Regulam S. Francisci* cum *declarationibus* Innocentii IV., & Nicolai III.; nec non *privilegia Pontificum autentica* cura & opera Fr. Jo: del Rio Vicarii provinciæ S. Jacobi Regul. Observantiæ. Tertius continet *utramque Regulam S. Francisci* cum *expositionibus*, & *declarationibus* Gregorii IX., Gregorii X., Clementis V., & Jo: XXII., quatuor Magistrorum, S. Bonaventuræ, Hugonis de Digna, Bartholomæi de Pisis, & Patrum Ordinis; *Epistolam* de ea re S. Bernardini; *de præceptis eminentibus* Gondisalvi; *tractatum* Fr. Jo: Philippi; *Serenam Conscientiam*; S. Bonaventuræ *quæstiones super Regulam*; *Minoricam elucidativam rationalis separationis* &c.; *Defensorium Observantium contra deviantes*; *Querimoniam propositam in Concilio Constantiensi*; *Dialogum inter zelatorem paupertatis, & inimicum*; *Constitutiones Martinianas*; & *generales antiquas* post annum 1379. editas in quodam Capitulo Generali; *Ordinationes divini Officii*; *Epistolas S. Bonaventuræ*; *Opuscula quædam S. Francisci*; *Ordinarium cæremoniarum divini Officii*; *Regulam 1. & 2. S. Claræ*; *Ordinem ad induendum, & benedicendum*; & *formulam diversarum literarum*. *Speculum Minorum cujusdam Provincialis Observantiæ editum an.* 1523. adducit Ven. Servus Dei Pr. Antonius Lucci Episcopus Bovinen. in libro, cui titulus: *Ragioni Storiche* &c. cap. 18. pag. 358.

Plura autem Opera titulum tulere *Speculi Fratrum Minorum*, uti illud Fr. Joannis Argamanes, Fr. Gondisalvi, aliorumque. Monet autor Anonymus in prologo, iterum, sed locupletatum, se in lucem dare latine factum *Speculum Fratrum Minorum* a semetipso prius hispane publicatum teste Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 12., idque jussu Fr. Francisci ab Angelis Ministri Gen. Ordinis; & Petrus de Alva in Appar. Indic. Bullarii Seraph. pag. 17. habet, *Speculum alterum antiquum parvum a quodam Provinciali Fratrum Minorum provinciæ S. Iacobi editum, & a Fratribus provinciæ impressum Barchinone* 1523. *in* 4.

140.

ANONYMUS HISPANUS IX. = Hic plane est *Alphonsus a Casarubias*, qui in epist. ad Fr. Franciscum de Angelis Ministrum Gener. *Compendio* præmissa, & in prologo ejusdem Compendii testatur, se fecisse *Supplementum privilegiorum*, & quorumdam diligentiâ *inauspicatum in publicum prodiisse*. Porro *Compendium* primo prodiit an. 1525.

Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum habetur aliud *Supplementum, seu nova compilatio multorum privilegiorum apostolicorum, præsertim spiritualium Fratribus Minoribus, ac aliis Mendicantibus concessorum studio Fr. Dimas Terræ Ministri provinciæ Aragoniæ, & Fr. Petri Terræ Custodis Cataloniæ Custodiæ* pro Supplemento libri *Manumentorum Ordinis Minorum*. Barcinone an. 1523. in 4. per Mag. Carolum, cujus in fine appositæ sunt

Determinationes quorumdam dubiorum in Universitate Salmantina factæ.

141.

ANONYMUS HISPANUS X. = hic quoque est *Alphonsus a Casarubias*, ut habetur in epistola libro præfixa.

142.

ANONYMUS HISPANUS XI. = videtur Regul. Observ., & provinciæ S. Jacobi, ac idem cum præcedenti *Anonymo*, seu cum *Alphonso a Casarubios*.

C C X C V. 143.

ANONYMUS HISPANUS XII. = al. VI.

144.

ANONYMUS HISPANUS XIII. = non unus, sed

sed plures fuerunt collectores *Monumentorum* Ordinis, uti testatur Alphonsus a Casarubios in prologo sui *Compendii privilegiorum* an. 1525. vulgati his verbis: *Sciendum est primùm in provincia S. Jacobi a viginti annis retro lapsis per quosdam Minores Regularis Observationis Fratres rerum dictorum Ordinum* (Mendicantium) *non parum eruditos ex eorumdem privilegiis duas compilationes editas fore, quarum quælibet Monumenta Ordinis Minorum intitulata est*. Hi autem fuerunt *Antonius del Rincon*, cujus fit mentio tract. 1. fol. 86., & 228.; *Antonius de Medina*, cujus est mentio ibidem fol. 255.; & *Franciscus de Ledesma*, de quo in tract. 2. fol. 256.: cura vero, ut ederentur, fuit *Joannis del Rio* Vicarii Provincialis S. Jacobi ex tract. 1. fol. 86., & 254. Divisum est Opus in duos tractatus, ac tomos, quorum primus continet *concessiones*, *indulta*, ac *privilegia* Summorum Pontificum; alter vero *Constitutiones*, & *declarationes Regulæ*, *Apologias* &c.; prodieruntque primò Salmanticæ per Jo: de Porras an. 1506. in 4., inquit Waddingus in *Francisco de Ledesma*; altera editio dicitur facta anno 1510., teste Petro de Alva in Appar. ad Indic. Bullarii Seraph. v. *Monumenta Ord. Minor.*, quam tamen editionem perperam appellat primam; alia porro editio, qua utor, facta est etiam Salmanticæ an. 1511. per eumdem Jo: de Porras in 4., quæ nonnihil a prima variat, cum aliqua sint resecata uti superflua, aliqua vero sint addita, quæ non habebantur in alia, inquiunt editores in prologo.

C C X L V I. 145.

ANONYMUS HISPANUS XIV. = al. VII. Regul. Observ., ut videtur, alumnus.

C C X C V I I.

ANONYMUS HISPANUS Elborensis provinciæ S. Jacobi postquam Parisiis studiis operam dedisset, Bononiam in Italia se contulit studiorum ipsorum causa, ibique anno 1416. composuit Opusculum hoc titulo:

Spiraculum Francisci de Mayronis, sive *Compendium* extractum præcipue ex Conflatu Theologico Mayroni, nec non Doctoris Subtilis Joannis Scoti, Boneti Metaphysici, aliorumque *scotizantium*, & alphabetice digestum, cujus prologus incipit: *Aperta sunt prata, & apparuere herbæ virentes* &c.; Opus vero: *A vel ab dicit habitudinem causæ materialis, vel formalis quandoque* &c.: ms. chart. in fol: extat Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci, donatumque fuit Mag. Salvatori Bartoluccio Asisiati in Patavino Gymnasio Metaphysicam publice profitenti an. 1581. a N. V. Stephano Theupulo, ut initio dicti codicis adnotatum legitur. Autor autem in prologo adducit Fratres Minores, qui eum ad hoc Opus incitarunt, videlicet *Fr. Petrum de Prato Iucundiæ* provinciæ S. Jacobi suum Parisiis, & Bononiæ in studio socium, *Fr. Antonium Ferentinensem* provinciæ Romanæ tunc Biblicum Bononiæ, hoc est sac. Scripturæ Lectorem, *Fr. Bartholomæum de Babuco* Magistrum Studii Venetiis, *Fr. Nardum Alatrinum* Bononiæ Studentem, *Fr. Johannem Turonensem*, & *Fr. Jo: Aquitanum* tempore vacationis in Collegio Card. Ægidii Albernotii, ubi cursum *Sententiarum* se consumasse scribit.

C C X C V I I I.

ANONYMUS HISPANUS cognomento *Escardo* provinciæ Cataluniæ, qui floruit anno 1425. tempore Martini V., scripsit

De Vitis Sanctorum, in quibus & *Vitam B. Deciani*, teste Angelo Vidal in Chronico ms. prædictæ provinciæ apud Generale Ordinis Archivum Matriti, & Jo: a S. Anton. to. 3. n. 308. ex Waddingo to. 5. Annal. edit. Lugdunen., qui tamen neque in 1. cit. editione, neque in 2. quidquam habet de hoc *Escardo*.

C C X C I X.

ANONYMUS HISPANUS X. Regul. Observ. exeunte seculo XV. adversus Strict. Observantiæ Fratres composuit

Defensorium Observantiam contra deviantes, seu *contra quosdam, qui sub umbra perfectionis a veritate declinaverunt*; nimirum cum *Fr. Joannes de Puebla* circa annum 1490. incæpit inter Observantes novam Reformationem, quæ dicta fuit *de S. Evangelio*. Incipit autem: *A nonnullis optantibus*: & habetur impressum in Monumentis Ordinis Minorum tract. 2., & in Firmamento trium Ordinum par. 3. Eadem ætate prodiit lingua vernacula

Historia Ordinis S. Francisci tit: *Floreto de S. Francisco*. Hispali an. 1492. in fol. apud Menardum Ungut, ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 3. num. 15.

C C C.

ANONYMUS HISPANUS XI. scripsit vernacula lingua

Conciones super Dominicas totius anni incip. *Supuesto que el intento de la Iglesia santa* &c. to. 2. in 4. &

Conciones de SS. præcipuis tertii Ordinis S. Francisci. Extant in Biblioth Conventus S. Isidori de Loriana provinciæ S. Gabrielis in Extremadura sub lit. B. num. 205., teste Jo: a S. Anton. to. 3.num. 39.

Sermocinationes spirituales ad FF. Minores per Anonymum Reg. Observ. provinciæ Compostellanæ ms. in 4.; &

Sanctorale, *adjectis Concionibus funeralibus*, *ac de Dominicis post Pentecosten* ms. in 4. habentur Salmanticæ in Conventu S. Francisci ex cit. Jo: a S. Anton. pag. 19. n. 225., & 223.

C C C I.

ANONYMUS HISPANUS XII. Custodiæ Angelorum in Cœnobio Pietatis Guadalcanalensis oppidi in Bætica scripsit librum tit.

Espejo de la conciencia, que trata de todos los estados, como raduno en el suyo debe haverse para vivir con limpiu, y pura conciencia. Juliobrigæ an. 1507. typis Arnaldi Guillen ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 21. ad Alphonsum Manrique Episcopum Pacensem; & Medinæ Campi an 1552. in fol. apud Alexium de Herrera ad D. Joannem de Cardenas ex Biblioth. Hispan. pag. 268.

Tractatus Considerationum 22. *super Indulgentiis* vernacula lingua scriptus an. 1506. in Cœnobio de Xarandilla provinciæ Angelorum prodiit Hispali an. 1545. in 8.

Tractatus de contemplatione, & *vita D. N. J. C. a Seraphico Doctore scriptas* hispanice factus prodiit Vallisoleti an. 1512. in fol. typis Didaci Gumiel ex cit. Jo: a S. Anton. to. 3. n. 378. & 16.

Horas de los dolores de la Passion de Iesu Christo, autore pio Anonymo Reg. Observ. Logroni 1512. in 8. ex Indice Biblioth. Barber. to. 1.

Cruz de Christo Opusculum. Medinæ apud Guillelmum de Milles ex Biblioth. Hispan. pag. 273., ubi dicitur apud ipsos prohibitum. Forsan est *Michaelis de Truxillo*.

CCCII.

C C C I I.

ANONYMUS HISPANUS XIII. e lingua limosina catalanaque in hispanam vertit

Libros 5. de natura Angelica Fr. Francisci Ximenii Episcopi Elnen., & Patriarchæ Ierosolimit. Burgis an. 1516. in fol. apud Fridericum Basileen. ex Jo: a S. Anton to. 3. pag. 27. num. 343.

Opus *de Feminis* ejusdem *Francisci* interpolavit, auxitque *Anonymus* provinciæ Conceptionis, compluribus immixtis, additoque quinto libro *de memoria æterna, seu de præparatione ad mortem*, misit ad Catharinam Portugalliæ Reginam tit.

El carro de las Donas. Pinciæ an. 1542. apud Jo: de Villaquiram.

De mysteriis devotionis ad eamdem prodiit Burgis an. 1537. apud Jo: Juntam in 4.

Vergel de la Virginitad, con el edificio espiritual de la caritad, y los mysterios de la Virgen sin par. Burgis an. 1539. in 4. ex Nicolao Anton. par. 1. to: 2. lib. 9. cap. 7. num. 363., & par. 2. to: 2. pag. 271., & 267., & Petro de Alva.

146.

ANONYMI PROVINCIÆ ARAGONIÆ = Hispani apud Wadd. pag. 28. col. 2. iidem sunt, ac *Anonymus Hispanus*, de quo supra num. 137. & 140., seu *Alphonsus a Casarubios*.

C C C I I I.

ANONYMUS HISPANUS XIV. Valentinus Regul. Observ. patrio sermone scripsit

Speculum vitæ religiosæ. Valentiæ an. 1529. in 8. per Jord. Castillam ex Biblioth. Valentina pag. 461.

De oratione, ejusque utilitate in 9. titulos distributum Opusculum in 16. sine loco & anno, ibid. pag. 465.

Thesaurus animæ hispanice. Vallisoleti anno 1527. in 8.; de quo fuse agit Petrus de Alva col. 1268. suæ Militiæ.

C C C I V.

ANONYMUS HISPANUS XV. provinciæ Pietatis scripsit

Occupaçion spiritual, y explicaçao do Pater noster. Conimbriæ 1549.

Preparaçõ pera a comunham. Ibidem an. 1545., uti &

Exercicios spirituales de Eschio ab Anonymo ejusdem provinciæ vernacule redditos. Ibidem an. 1554. ex Nic. Anton. in Biblioth. Hisp. to. 2. par. 2. pag. 273.

C C C V.

ANONYMUS HISPANUS XVI. Complutensis autor fuit *Apologetici* prænotati

Amica, fraternaque responsio ad quæstionem: an S. Virgo Catharina Senensis possit cum stigmatibus depingi? Valentiæ an. 1552. in 4. literis Claudii Massæi, & studio Jo: Seves Valentini Theologiæ Doctoris: incip. *Post innumeras* ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 3: num. 17.; qui & pag. 16. num. 178. scribit

Apologiam pro privilegio speciali sacrorum Stigmatum S. P. N. Francisci incip. similiter: *Post innumeras* latine, eruditeque elaboratam ab Anonymo provinciæ Castellæ Reg. Observ. cum aliis Complutensibus Theologis ms. in fol. haberi Matriti in Biblioth. Conventus FF. Min. Reg. Observ. sub E. num. 34.

C C C V I.

ANONYMUS HISPANUS XVII. Compostellanæ Sanctique Jacobi provinciæ Regul. Observ. scripsit Opus jam approbatum a Censoribus anno 1577. tit:

De Regina Esther, ac excellentiis Deiparæ in 4. ms. asservatum Salmanticæ in Biblioth. Conventus S. Francisci.

Catechismus FF. Minorum, in quo de potestate universorum, qui sunt in ministerio aliquo constituti, agitur; Opus egregium extat ms. in 4. ibidem ex Jo: a S. Anton. pag. 220. 228.

Excellentias de la fee scripsit Anonymus ejusdem provinciæ, nuncupavitque Jo: Martinez Siliceo Magistro Philippi filii Caroli Imp. Compluti an. 1537. in 4. apud Jo: Juntam ex Biblioth. Hisp. to. 2. pag. 267.

C C C V I I.

ANONYMUS HISPANUS XVIII. provinciæ S. Joseph Discalceatorum, forsan socius S. Petri de Alcantara scripsit

Chronica Discalceatæ Provinciæ S. Joseph ab ejus initio usque ad an. 1584., quæ mss. habentur Matriti in Regia Biblioth. ex Jo: a S. Anton. to. 3. num. 152.

Consultatio super validitate Matrimonii Spadonum tempore, ut videtur, Sixti V. extat Matriti in Generali Ordinis Minor. Arch. plut. 2. num. 29. ex eodem to. 3. pag. 3. num. 7.

Contemplatio Vitæ Christi ex latino S. Bonaventuræ in hispanicum idioma prodiit Valentiæ an. 1588. in 8. ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 9. num. 104., & pag. 28. num. 348., & ex Nicolao Anton. to. 2. Biblioth. Hisp. pag. 269.; qui & pag. 274. refert

Tractatum de passione Domini hispanice vulgatum, vel in hispanum idioma translatum tit. *Fasciculus myrrhæ*, cusum Antuerpiæ an. 1553. in 8. per Martinum Nutium unà cum Alphonsi a Transpinedo Hieronymiani libello ejusdem argumenti.

Instructio Novitiorum. Matriti an. 1595. in 4. per Petrum Madrigal; & iterum Vallisoleti an. 1645. in 4.; & 1670. in 4. apud Bernardum de Villadiego, teste cit. Jo: a S. Anton. pag. 8. 9. 10. num. 75. 103. & 117. Hoc Opus refert Waddingus pag. 28. col. 2.

C C C V I I I. 147.

ANONYMI 4. MINORITÆ = Regul. Observ. in Gallæcia, de quibus Wadd. pag. 28. col. 2.

C C C I X.

ANONYMUS HISPANUS XX. = provinciæ Angelorum Regul. Observ. edidit vernacule

Statuta peculiaria pro regimine laudatæ provinciæ. Salmanticæ an. 1592. in 4. apud Jo: Fernandez. *Ordinationes pro regimine ejusdem provinciæ* prodierunt Hispali anno 1627., & 1633. in 4. per Jo: de Cabrera.

148.

ANONYMI provinciæ S. Joseph = v. supra *Anonymum Hispanum XVIII.*

C C C X.

ANONYMUS HISPANUS XXI. provinciæ Mexici S. Evangelii reliquit ms.

Relationem historicam ejusdem *provinciæ S. Evangelii*, quæ asservatur Matriti in Gener. Archivo Ordinis num. 32. Cismontanæ Familiæ manip. 1. num. 5. ex Jo: a S. Anton. to. 3. num. 25. pag. 4.

C C C X I.

ANONYMUS HISPANUS XXII. provinciæ S. Gregorii in Insulis Philippinis alumnus scripsit

Com-

Comment. in Genesim, qui asservatur ms. in 4. in Conventu Dilai prædictæ provinciæ ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 3. num. 14.

Historia quorumdam Servorum Dei, qui virtutibus floruerunt in provinciis S. Gregorii Philippinarum, S. Evangelii Mexici, & Floridæ asservatur in Arch. Gener. Ord. plut. 1. num. 9. ex eodem pag. 4. num. 40.

CCCXII.

ANONYMUS HISPANUS XXIII. cognomento *Castorum* scripsit ad sac. Congregationem de Propag. Fide

Relationem, seu Epistolam de inventione cujusdam imaginis Jesu & Mariæ inventæ in Sinarum Imperii civitate Lim Ching Tcheu: de qua agit Jo: Baptista Du-Halde to. 16. suarum epistolarum in prologo, & ex eo Jo: a S. Anton. num. 168.

Methodus visitandi cum fructu Viam sacram typis edita; &

Notabilia desumpta ex diversis autoribus tam Christianis, quam ethnicis erudite incip. *Stans apud crucem*: extant ms. Matriti in Biblioth. Conventus Reg. Observ., teste eodem num. 65., & 20. to. 3.

CCCXIII.

ANONYMUS HISPANUS XXIV. Capuccinus e latino lusitanum fecit

Chronicon sui Ordinis, quod refertur ab autore *Magni Speculi exemplorum* anno 1608. editi dist. 9. exemp. 133. Sed consulendus est Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.

Apologia pro Statutis propriis Minorum Capuccinor. Hispaniæ vulgari sermone, scholastico stylo elaborata asservatur ms. in fol. Matriti in Biblioth. FF. Regul. Observ. sub A. num. 26. ex Jo: a S. Anton. num. 174.

Regula S. Claræ, & Constitutiones Capuccinarum SS. Crucifixi Romæ vernacule prodierunt typis Matriti an. 1619. in 8. typis Ludovici Sanchez, & Cæsaraugustæ an. 1629. in 8. typis Jo: de la Naja.

Praxis orationis mentalis P. Matthiæ Bellintani ejusdem Instituti libris 4. comprehensa ex italico hispanice versa cusa est Matriti an. 1625. teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 350. in *Matthia Bellintano*.

Opusculum tit: *Ocupacion continua, con que la alma se unè con Dios* &c.: typis edi curavit Thomas Vedel Belga Camerac an. 1621. ex autore Biblioth. Hispanæ to. 2. pag. 356.

CCCXIV.

ANONYMUS HISPANUS XXV. edidit vulgari sermone eruditum

Tractatum, in quo ostendit, minime posse Hispanos fossores efficere Peruvianos incip. *En la ciudad* &c. Prodiit in fol. an. 1607. ex Jo: a S. Anton. num. 180.

De educatione spirituali hominis virtuosi. Matriti an. 1623. in 4. Forsan est Opus, cui tit.

Instructio spiritualis ex Seraphico Doctore; quæ hispanice ibidem eodem anno prodiit.

Canones spirituales alphabetica methodo ex Operibus *Fr. Joannis ab Angelis* deprompti incip. *Adoracion* scripti hispanice an. 1630. ab *Anonymo* Regul. Observ. provinciæ Angelorum in Conventu Palmensi oppido diœc. Corduben. extant mss. in 4. in Biblioth. Hispalen. Conventus S. Antonii Patavini, ex cit. Joan. a S. Anton.

De regimine Monachorum volumina duo incip. *Abadesa* alphabetice ms. in 4. extant ibidem.

Jerusalem cautiva, y motivo para su destruction, sucesso, y entrega de los santos lugares de Palestina a la Religion de San Francisco; y el directo dominio, quo sobre ellos el Rey nuestro Sennor D. Felipe IV. *tiene. Discorsos de quan accepta a Dios la limosina, que fazen los fieles a su santo. Sepulcro*. Matriti an. 1642. ex Alphonso Lassor in Orbis terrarum universi Scriptor. v. *Hierusalem*.

Compendium Tertiariorum Franciscanorum vernacule. Hispali 1649. in 8. ex Petro de Alva col. 1269. Militiæ univ.

CCCXV. 149.

ANONYMI PROVINCIÆ S. Jo: Baptistæ = Hispani, de quibus Wadd. pag. 28. col. 2.

Manuale Chori cum intonationibus ad omnes horas, ac forma recipiendi Fratres ad professionem, variisque benedictionibus in 8. extat in Emeriten. Bibliotheca Conventus Dominæ Antiquæ prov. S. Gabrielis, in cujus fine leguntur versus haud inelegantes.

„ Qui summe capitis reddere debitas

„ Laudes in numeris dulce sonantibus &c.

ex Jo: a S. Anton. to. 3. num. 48.

CCCXVI.

ANONYMUS HISPANUS XXVII. provinciæ Conceptionis Regul. Observ. vernacule emisit

Instructionem Novitiorum. Vallisoleti an 1616. in 4. apud Petrum Lasso; & ibidem anno 1718. in 8. per Alphonsum del Riego.

CCCXVII.

ANONYMUS HISPANUS XXVIII. Regul. Observ. vernacule elucubravit

Tractatum juridico-regularem, in quo probat, minime congruentem esse divisionem Minorum Discalceatorum a Minoritis Observantibus. Matriti in fol. absque anno, sed, ut puto, circa annum 1618. Habetur Matriti in Biblioth. S. Franc. sub F. n. 38.

Tractatus contra Vicariatum Generalem Discalceatorum vulgari idiomate incip. *Ante todas cosas* circa initium, ut conjicitur, seculi XVII. per Anonymum Regul. Observ. editus in fol. asservatur in Gen. Archivo provinciæ. S. Gabrielis ex Jo: a S. Anton. to. 3. num. 186., & 38. Quo tempore & *Jo: de Plagis* Hispanus, & *Didacus a Conceptione* eamdem causam egit.

Summarium Pontificale privilegiorum Ordinis Minorum prodiit Barcinone an. 1610. in 4. ex Jo: a S. Anton. num. 34.

CCCXVIII.

ANONYMUS HISPANUS XXIX. provinciæ Limensis vernacula lingua hispana edidit

De privilegiis Religiosorum, & maxime Religiosorum doctrinantium. Limæ an. 1619. in fol. typis Francisci Lasso.

Apologia pro Regularibus Missionariis iisdem typis & anno cusa est scripta per *Anonymum Hispanum* Provinciæ XII. Apostolorum ex Jo: a S. Anton. num. 170. & 323. An unum Opus?

CCCXIX.

ANONYMUS HISPANUS XXX. provinciæ Aragoniæ Regul. Observ. vernacule edidit

Enarrationem cujusdam miraculi, quo Deus decoravit mysterium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ in oppido Zuera Cæsaraugustanæ diœcesis in regno Aragonum die 17. Martii 1621. Cæsaraugustæ eodem anno in fol. typis Jo: Lanaja ex Jo: a S. Anton. to. 3. n. 347.

Informatio pro *Immaculata Virg. Mariæ Conceptione* incip. *Doctores, quos Patres* &c. extat ms. Ma-

Matriti in Arch. S. Francisci cum aliis *Tractatibus* de hoc argumento, teste Petro de Alva col. 1270. Militiæ univer.

C C C X X.

ANONYMUS HISPANUS xxxi. Discalceat. nomine suæ provinciæ S. Joseph typis dedit

Historiam brevem miraculorum S. Petri de Alcantara cum iconibus. Romæ an. 1622. in fol. ex Jo: a S. Anton. in Append. n. 10. *Anonym.*

Exercitia spiritualia ad usum Discalceatorum. Antuerpiæ an. 1622. in 8. cum imaginibus.

De exercitiis Heremitarum S. Francisci. Barcinone an. 1625. ex Bibliographia Anisson pag. 460.

C C C X X I.

ANONYMUS HISPANUS xxxii. Strict. Observ. Discalceat. edidit vernacule

Enarrationem solemnitatum Matritensium pro Beatificatione Martyrum Japonensium Petri Baptistæ, & sociorum ejus. Matriti an. 1627. in 4.

Historia BB. Martyrum Japonensium Petri Baptistæ, & sociorum ex authenticis testimoniis ad Philippum III. Hispan. Regem ms. in 4. extat Matriti in Biblioth. Marchionis de Villena ex Jo: a S Anton. to. 3. pag. 26. num. 331.

Enarrationes Vitæ Ven. Fr. Matthiæ Hernandez Granizo Angelopolitani ad Comitia Generalia an. 1633., ex eodem pag. 27. num. 332.

C C C X X I I.

ANONYMUS HISPANUS xxxiii. provinciæ S. Pauli Ord. Discalceator. testis de visu scripsit

Historiam Beatificationis Martyrum Japonensium celebrata solemnissime Segoviæ anno 1628. tit. *Fama inferior a la verdad*. Segobiæ an. 1628. in 8. ex Petro de Alva col. 1270. suæ Militiæ, & Jo: a S. Anton. num. 125.

Relatio Martyrii B. Joannis de Prado. Hispali an. 1631. in fol. apud Ludovicum Estupinnan.

C C C X X I I I.

ANONYMUS HISPANUS xxxiv. provinciæ S. Gabrielis Discalceat. edidit

Tractatum de modo administrandi Sacramentum Eucharistiæ &c. Hispali an. 1640. in 4. typis Simonis Faxardo.

Apologeticum Opus pro debita multiplicatione Conventuum Reformatorum vernacula lingua incip. *Encoatreme* in 4. extat ms. in Gener. Arch. dictæ provinciæ ex Jo: a S. Anton. to. 3. n. 49.

Apologia pro FF. Discalceatis memoratur a Chronologo provinciæ S. Didaci in Bætica to. 1. lib. 3. cap. 4. num. 426. apud cit. Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 7. num. 64.

Apologetici Operis ms. *tractatus tertius contra novatores impugnantes Regulam nostram* asservatur Matriti in Arch. Ordinis plut. 2. n. 28. ex eodem pag. 3. num. 5.

C C C X X I V.

ANONYMUS HISPANUS xxxv. provinciæ Aragoniæ Capuccinus edidit

Vitam S. Felicis a Cantalicio Capuccini. Cæsaraugustæ an. 1649. ex Torrecilla in Catalogo.

C C C X X V.

ANONYMUS HUNGARUS exeunte seculo xv., & initio xvi. floruit Budæ inter FF. Regul. Observ. scribens

Sermones 124. *Dominicales* a Dominica 1. Adventus usque ad xxiv. Dominicam post Pentecosten, incipientes: *Tunc videbunt Filium hominis*: titulo *Bigæ Salutis* indito, quod binis sermonibus singulæ Dominicæ pene in triumphum trahantur, inquit autor in prologo; &

Sermones de Sanctis incip. *Venite post me*: num. 112. titulo etiam *Biga Salutis* in Conventu Pestiensi compositos. Prodierunt Hagenoæ an. 1497. primùm, mox 1499. in 4. per Henricum Gran, & an. 1502. per eumdem in 4.; & Argentorati an. 1501.; & an. 1506. per eumdem Gran.

Quæstiones in præcepta Decalogi, quas puto unum Opus esse cum sequenti.

De 10. *præceptis Quadragesimale*; cui adjunxit multa Sanctorum *miracula* ad confutandam hæreticorum impudentiam, qui magnorum virorum sanctitatem inficiantur, prodiit etiam Hagenoæ an. 1507. in 4. typis Jo: Rinman., & antea 1506. typis Gran; suntque *Sermones* 44., & *miracula* 89. tit. *Biga Salutis*.

Tractatum de Stigmatibus S. Francisci vulgatum an. 1515., qui a diversis citari solet. De hoc Waddingus v. *Biga Salutis*, & v. *Hugarius*, Rodulphius, aliique post eum mendose.

C C C X X V I.

ANONYMUS ILLYRICUS bonarum literarum, poësisque in primis amicus conscripsit carmine illyrico

Vitam Ven. Magdalenæ Budrisich Comitissæ Zironi Croatæ Tertii Instituti S. Francisci vitæ sanctitate insignis anno circiter 1535. defunctæ a Jos Tomeo Marnavitio Episcopo Bosnensi typis Romæ publicatam, teste Waddingo in Annal. Minor. ad an. 1535. num. 40.

C C C X X V I I.

ANONYMUS provinciæ S. Thomæ in India orientali scripsit

De directione Principis lusitanico idiomate cusum ibi in 4. teste Jo: a S. Anton. n. 42.

C C C X X V I I I. 150.

ANONYMUS ITALUS I. = seculo, ut putatur, xiv. vir vitæ spiritualis, de quo & Antonius Melissanus in Supplem. Annal. Minor. Waddingi ad an. 1400. num. 2. ex Waddingo in *Anonymo Italo* 1., qui tamen non docuit, ubinam duo, quos memorat, *tractatus* extent, typis ne, an vero mss., tantumque scribit, sermonem impolitum esse, & sapere modum loquendi vetustum, & crassum seculi xiv.; cum tamen eo seculo in Hetruria aureus loquendi modus haberetur. Num est *Cherubinus Senensis*? qui etiam edidit *Regulam vitæ matrimonialis*, & *Regulam vitæ spiritualis*.

C C C X X I X. 151.

ANONYMUS ITALUS alter = de quo Wadd. pag. 27. col. 2.

C C C X X X. 152.

ANONYMUS ITALUS III. = de quo Wadding. ibidem.

C C C X X X I. 153.

ANONYMUS ITALUS IV. = quem refert Wadd, ibidem.

C C C X X X I I. 154.

ANONYMUS ITALUS V. = quem refert Waddingus pag. 28. col. 1.

C C C X X X I I I.

ANONYMI ITALI provinciæ Flaminiæ, ac Bononiensis circa annum 1252. jussu Innocentii IV. confecerunt

Formulam vivendi, seu Regulam ex illa S. Benedicti extractam pro Monialibus S. Antonii prope mœnia urbis Ferrariæ, & in italicum sermonem conver-

verterunt, quam Alexander IV. an. 1256. approbavit, confirmavitque literis datis 5. idus Febr. an. 2. incip. *Solet annuere*, in quibus scribit, se illis confirmare *formulam vivendi ad mandatum fel. record. Innocentii prædecessoris nostri extractam ex Regula S. Benedicti per religiosos, ac doctos viros Ordinis Fratrum Minorum* &c.: quæ *Regula* cum literis apostolicis asservatur in Tabulario dicti Monasterii a FF. Minoribus S. Francisci usque ad annum circiter 1440. recti. Hos autem *Anonymos* verisimile est, fuisse quatuor illos Franciscanos *Fr. Rodulphum Ministrum FF. Minorum, Fr. Girardum Rangonum, Fr. Salimbenem Parmensem, & Fr. Hugolinum* (de Medicis) *Ferrariensem*, qui anno 1254. die 27. Martii Ferrariæ interfuerunt solemni votorum Religionis nuncupationi a B. Beatrice Atestina præfati Monasterii fundatrice coram Joanne Quirino illius urbis Episcopo, Azzone genitore, ac civitatis moderatore, pluribusque aliis magnatibus, ac Religiosis viris factæ. De *Salimbene* infra suo loco agetur.

CCCXXXIV.

ANONYMUS ITALUS VII. scripsit

Vitam, & miracula B. Petri a S. Andrea diœcesis Faventinæ *an.* 1264. die 15. Aprilis defuncti in Cœnobio Castrovillaris provinciæ Calabriæ; cujus liber ms. servatur in Sacrario ejusdem Conventus, teste Wadd. in addit. ad eum annum num. 10., & videtur scriptus paulo post an. 1264. ab aliquo Minorita illius provinciæ.

CCCXXXV.

ANONYMUS ITALUS VIII. scripsit

Chronicon Imperatorum, & Romanorum Pontificum ab Octaviano Imperatore usque ad Rodulphum Imp. annumque 1278.; extat ms. duplicatum charactere vario in Biblioth. S. Crucis Florentiæ codd. 624., & 626. in 4. incip. *Scripturi gesta Imperatorum sublimium, necnon & Pontificum Romanorum, breviatem, ac prolixitatem devitare concupimus* &c.: & desinit: *post fidem bis fractam misericorditer receptus*. Minoritam autórem fuisse, elicitur pluribus ex locis, præsertim cum versus finem, narrata Caroli Regis Siciliæ victoria de Corradino Theutonico secuta anno 1268. mense Augusto, refert, duos Fratres ad eumdem Regem se contulisse pro quodam negotio *per quemdam Provincialem Ordinis nostri, fratrem utique notum Regi*, cujus socium Aretinum interrogavit Rex: *quid est de Fr. Benedicto, qui B. Francisci fuit socius?* cui cum respondisset, recte se habere, & plurimam salutem ei dicere, aliaque apud eum: adjunxisse Regem: *carior mihi est hujus Fr. Benedicti promissio, quam si milites mihi mille in auxilium advenissent. Scio enim per Balduinum Imperatorem, qui mihi Fratrem hunc notum fecit, quod ipse in Romania ipsi Imperatori multa prædixit, quæ postea sibi, & Imperio integre evenerunt*: & in centenario 7. de Heraclio Imp. disserens plura habet de *B. Pacifico S. Francisci socio*, ac se vidisse eum deferentem ligneam tabulam, in qua non arte, sed natura cernebatur depicta ad vivum Crucifixi imago. Centenario 13. in Friderico II. Imp. narrat, Ravennæ repertum fuisse corpus *Elisei Prophetæ* in quodam Monasterio; cumque ad preces *Fr. Bonaventuræ Ministri Generalis Fratrum Minorum, postea Cardinalis, & Episcopi Albanensis* Philippus Archiepiscopus illius urbis corpus illud recognovisset, eidem *Fr. Bonaventuræ* unum *dentem* Prophetæ prædicti pro reliquia dono dedisse. In Rodulpho Imperatore ait, cum paulo antequam eligeretur Rex Germaniæ, disposuisse cum *Fr. Conrado Provinciali Ministro Ord. Minorum in Alemania*, se ad Gregorium X. conferre cum binis Fratribus *ejusdem Ordinis*; & antea in prædicto Rege Carolo memorat, se *Parisiis* fuisse, & dictum Carolum adhuc puerum cum matre, & patre Rege fuisse quondam ad *locum Fratrum Minorum*: & centen. 8. post Carolum M. disserens de Regibus Francorum usque ad Ludovicum VIII. inquit: *cujus frater Karolus usque nunc in Sicilia regnat s. M. CC. LXXIII. mense Novembris die mensis XX. in festo S. Helisabeth.* Centen. 12. post Henricum V. Imper. relatis Roberti Guiscardi, & Comitissæ Mathildis originibus, & factis, nec non incendio maximo an. 1115. Florentiæ secuto, tradit, se ea in urbe *Opusculum* istud elaborasse, & consumptis igne omnibus monumentis, non alio adjutum, nisi *Chronico Eustachii Diaconi Romani*, quod sæpesæpius citat: & in Friderico I. Imper. post ejus cum Alexandro III. reconciliationem descriptam, & translationem corporum trium Magorum scribit, se fuisse Coloniæ, & tumbam, corporaque illorum inspexisse: memorat & centen. 6. in Justino II. de Langobardis, se fuisse inter *Sclavos* populos. Centen. 13. prope finem describens Bohemos dicit, se quoque *Pragæ* fuisse, Fratresque sibi narrasse id, quod legitur: & in Friderico II. narrat, Mediolanenses eidem Friderico Imper. eorum urbem obsidenti (an. 1236.), & gravia minitanti legasse *Fr. Leonem Ord. Minorum postea* illius urbis *Archiepiscopum* pro venia impetranda, & per eum illos mitiora obtinuisse: antea vero in *Joanne* I. Papa scribit, se *in Alemannia* fuisse. Primus codex num. 624. post omnes Imperatores exhibet Pontifices Romanos usque ad *Leonem* III. solummodo; codex vero 626. quolibet centenario memorat primùm Imperatores, postea Pontifices, seu cuilibet Imperatori adjungit vitam Pontificis sub illo sedentis usque ad IX. seculum; subinde tamen interpolate, & mancus inveniter; & uterque fusior est a *Friderico* I. usque ad finem.

CCCXXXVI.

ANONYMUS ITALUS IX., forsan Romanus, scripsit circa annum 128..

. *Vitam B. Margaritæ Columnensis Romanæ Ord. S. Claræ* an. 1284. defunctæ, cui familiaris extitit; & ms. servatur apud Moniales S. Silvestri Romæ, teste Waddingo in Annal. Ord. Minor. ad eum annum num. 11.

CCCXXXVII.

ANONYMUS ITALUS X. patriâ Regiensis in Æmilia scripsit latine

Memoriale Potestatum Regiensium ab anno 1154. *ad annum* 1290.; quod legitur in to. 8. Rer. Italic. Scriptor.; unde creditur vixisse circa finem seculi XIII., quem sæpe citat Mansi in Addit. ad Annal. Eccles. Raynaldi, & diligentissimum appellat. Vivebat hoc tempore *Marchesinus* Lombardus, qui circa annum 1300. scripsit *Mamotrectum*, & alia.

CCCXXXVIII.

ANONYMUS ITALUS XI. seculo XIV. ineunte, ut videtur, literis mandavit

Chronicon aliquod, aut facta sui temporis; citatur enim a Jo: de Bazano in *Chronico Mutinensi* an. 1363. exarato, & in to. XV. Rer. Italic. Scriptor. evulgato, ubi ad annum 1312. *eclipsim lunæ*,

næ, & subsequentem aeris turbationem ingentem describens ait: *& ille Frater de Ordine Minorum, qui primo hæc scripsit, dixit, se vidisse*: vivebat igitur anno 1310. Muratorius in præfatione ad illud Chronicon existimat, hunc Minoritam fuisse etiam *Mutinensem*; sed an verba illa id satis significent, judicabunt alii.

CCCXXXIX.

ANONYMUS ITALUS XII. provinciæ Venetæ anno 1316. composuit

Vitam S. Antonii Patavini a Jacobo Sauri ejusdem provinciæ Ministro approbatam, nec non ab universis Patribus Ordinis Veronæ ob Comitia congregatis, ubi & cautum est, ut per totum Ordinem haberetur, & legeretur, inquit Petrus Rodulphius lib. 1. pag. 83. Porro *Jacobus Sauri* an. 1322. in Marchia Tarvisina Inquisitoris contra hæret. pravit. munere fungebatur ex Waddingo in Annal. Minor. ad eum annum num. 69., & an. 1348. *Veronæ* habita sunt Comitia Generalia, in quibus electus fuit Minister Generalis Gulielmus Farinerius. Forsan hæc est, quam Robertus Lyciensis Episcopus Aquinas circa an. 1470. in Quadragesimali de Pœnitentia serm. 8. cap. 1. vocat *Legendam magnam S. Antonii Patavini*. Extat quidem Patavina in Biblioth. S. Antonii hujus *Sancti Vita* antiqua ms. sine autoris nomine, sed mutila, quam anno 1730. supplendam, illustrandamque susceperat Paulus Antonius Agellus Foroliviens. sac. Theol. Doctor, tunc ibi S. Inquisitionis Vicarius, postea Florentiæ ejusdem S. Officii Inquisitor.

CCCXL.

ANONYMUS ITALUS XIII. e latino in vulgarem italicum sermonem convertit

Opuscula, & Vitam B. Angelæ Fulginatis; cujus exemplar valde vetustum testatur Waddingus supra in *Angela Fulginate* pag. 21. penes se habuisse. Nescio an sit illud, quod excusum prodiit Venetiis italice an. 1542.; neutrum enim videre licuit.

CCCXLI.

ANONYMUS ITALUS XIV., qui vixit cum B. Joanne Firmano seculo XIV., scripsit ejusdem

B. Joannis Firmani cognomento Alvernicolæ Vitam, quam ms. extasse Florentiæ in nostra S. Crucis Bibliotheca autor est Petrus Rodulphius in *B. Jo: Alvernicola*, & Waddingus ad an. 1322. num. 48., qui & illam eum compegisse scribit ex aliis Joannis Septimiani, & Hugolini de Monte S. Mariæ. Habetur autem illa ibi ms. scam. 26. versus Ecclesiam cod. n. 303. in 4. post Vitam B. Humilianæ de Circulis, incipitque: *In sacro loco, qui dicitur Mons Alverna* &c.

CCCXLII.

ANONYMUS ITALUS XV. Umber, &, ut conjicitur, Asisias circa tempora, ut videtur, Jo: XXII., & Benedicti XII. scripsit

Historiam temporum Ecclesiasticam a principio Christianæ Religionis usque ad Constantinum M.; inde a Constantino M. Imper., & Sapore Rege Persarum usque ad annum 1335., & Benedictum XII. Hujus Operis secunda pars tantum ms. membran. in 4. male scripta, pejusque asservata, asseribus ligneis, & corio cooperta habetur in Tabulario Asisiati sac. Conventus S. Francisci; cui præmittitur adnotatio hæc: *Liber iste historiarum sanctæ Ecclesiæ, & Religionis Christianæ, & Romani Imperii de diversis libris adsumptus, & legendis Sanctorum, & chronicis de multis gestis legitur alicubi plus, & alicubi minus de eadem materia, & propterea non intelligentibus est difficilis ad legendum & ad scribendum, quia plura sunt transposita, & reperiuntur aliquando ante, & aliquando post*. Ipsius vero 2. partis tit. *Memoriale Historiarum*: incip. prologus: *In præcedentibus libris Ecclesiasticæ Historiæ Beati Eusebii Episcopi Cæsariensis, & in historiis Martyrum declaratum est, quomodo sancta Ecclesia, & Christiana Religio in prioribus temporibus pugnavit contra leonem romanum* &c. (idest Imperatores Romanos idololatras, & paganos): posthac scripturum se profitetur, quomodo eadem Ecclesia, & Religio pugnaverit contra *draconem Cpolitanum* (idest Imperatores C P. schismaticos, & hæreticos); præmissoque Operis indice incipit: *Cum a Deo Patre luminum, a quo omne donum optimum* &c.: exorditurque ab obsidione civitatis *Antiochiæ* a Sapore Persarum Rege facta, ejusque mira liberatione ex Hist. Tripartita; postea sequitur: *Incipit liber secundæ partis Historiarum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Christianæ Religionis, & Imperii Romani, & Constantinpolitani, & Francorum & Alemannorum. Deus Pater omnipotens, a quo bona cuncta procedunt* &c.: ibique agit de Constantino M., S. Silvestro Papa, & hæresi Ariana. Opus divisit in 8. *rubricas*, seu libros, & finem facit in assumptione *Benedicti Papæ* XII. anno 1335., retulitque, Joannem XXII. obiisse *instante mense Decembri anno Domini* MCCCXXXIIII. Autor, ut dixi, videtur patria Asisias, vel natione Umber, cum fol. 111. pag. 2. de aggressione Monasterii *S. Damiani* prope Asisium per Vitalem Aversanum Friderici II. Ducem factam dicat: *sicut nobis Sorores*, quæ adstabant S. Claræ, *retulerunt*; igitur autor erat Asisii: & fol. 113. p. 2. de morte *Friderici II. Imp.* disserens ait: *& licet aliqui antiquiores Religiosi, qui de Apulia venerant ad Basilicam B. Francisci, dixerint, quod Fridericus in ultimis constitutus in doloribus multis amaricatus protulerit ista verba: Deus propitius esto mihi peccatori: tamen nos* &c.: & quidem fol. 78. p. 2. agit seorsum, & fuse cum laude de Asisio, raraque nonnulla profert dicens: *Invenimus autem in antiquis scripturis, quod civitas Assinata* &c.. De urbibus quoque, & castris Umbriæ tam antiquis, quam recentibus crebro, & multa disserit rubr. 2. & 3. fol. 21. 24. 30. 91. 92., & alibi; fol. vero 113. narrat factum Perusinorum, & Asisiatum cum Fulginatibus tempore Friderici II. Imp. Fulginium obsidentium, advenientibus nimirum Theutonicis Imp. Friderici in auxilium Fulginatum, *Perusinos* fugatos fuisse, & plurimos occisos, addens: *sicut nobis certitudinaliter retulerunt qui ibi præsentes fuerunt*: solosque *Perusinos* occisos scribens de *sociis Asisiatibus* tacet: & paulo post subjungit devastationem *Nuceriæ* civitatis a Fulginatibus cum Theutonicis factam circa illud tempus, inquiens: *omnia hæc ab illis audivimus, qui passi sunt, & interfuerunt*: unde ætatem autoris habemus. Rubr. ultima fol. 104. incipit agere de *S. Francisco*, ejusque Ordine; mox de *S. Clara*, & *S. Elisabetha Hungariæ*, de *S. Antonio Patavino*, de *B. Agnete Bohema*, de *Joanne* Imp. Cpolitano, quem ait divina revelatione Fratrem Minorem obiisse; de *S. Ludovico* Rege Franciæ, de *Bonifacio* VIII., *Benedicto* XI., *Clemente* V., de *S. Ludovico* Episc. Ord. Minorum, & suppressione *Templariorum* ex Operis indice; sed cum a fol. 126. usque ad fol. 140. de-

tracta sint Folia 13., nunc ista in Opere desiderantur. Fol. 131. agit de *Paterenis* hæreticis per B. Franciscum, ejusque Fratres destructis; inde de morte, & canonizatione *S. Francisci*, ac de *S. Elisabetha* Hungara. Fol. 107. plura habet de SS. Dominico, & Francisco, eorumque Institutis; de aliis Ordinum *Mendicantium* Sanctis ne verbum quidem. Fol. 8. de *B. Agnete* Bohema fuse disserit. Fol. 114. refert, Fratres Minores inter *Tartaros* Ecclesias plantasse, & quemdam *magnum Regem* Tartarorum baptismum Christi suscepisse cum aliis. Fol. 140. scribit de *Fr. Joanne* in habitu FF. Minorum Regnum Armeniæ strenue gubernante, & pro suis ovibus occiso. Postea subjungit de 4. *Martyribus* Ord. Minor. Thanæ in India passis, cum epistola *Fr. Bartholomæi* Custodis Thaurisii *Fratri Salon* Vicario Orientis, & *Fr. Joanni* Ord. Prædicat., diversa tamen ab illa per Waddingum vulgata num. 14. ad an. 1321. Affert insuper epistolas *Sanciæ* Reginæ Siciliæ, & *Joannis* Patriarchæ Alexandrini an. 1331. dat. Geraldo Ministro Gener., & Fratribus in Capitulo Generali Perpiniani congregatis, quas refert & Waddingus num. 8. & 9., primam ex Chronicis Ordinis, secundam ex Chronico *B. Odorici*; adjecit *narrationem veri Servi Dei Fr. Odorici de gratia a Deo data Fratribus Minoribus expellendi dæmones a corporibus obsessorum inter Tartaros, & magna conversione eorumdem Tartarorum ad fidem catholicam per Fratres nostros Minores in diversis provinciis, & regnis Tartarorum in Oriente, & Aquilone*: ibique finitur Opus fol. 143. Ex quibus videtur autor *Ordinis Fratrum Minorum*, nisi hoc ultimum sit additamentum; duplici enim charactere æque quidem antiquo exaratus est codex, majori pro *Opere*, minori pro *Supplemento* partibus Operis adjecto; quod plane *Supplementum* ab aliquo viro Ecclesiastico, seu Religioso editum esse conjicitur ex eo, quod facta, & relata in Opere ad mores revocat, seu, ut vulgo dicitur, *moralizat*, atque in Deum rejicit retributorem. Porro *Supplementum* parvo, minorique charactere exaratum incipit a fol. 140. usque ad finem; incertumque est, an eumdem autorem habuerit, a quo Opus conscriptum est.

C C C X L I I I.

ANONYMUS ITALUS XVI. autor fuit

Vita B. Francisci, vulgo *Cicchi Pisaurensis* Tertii Ord. S. Francisci anno 1350. defuncti, & in novem Lectiones distinctæ, quam evulgarunt Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 4. Augusti.

C C C X L I V.

ANONYMUS ITALUS XVII. Patavinus, ut conjicitur, aut provinciæ Venetæ ineunte seculo XV. scripsit

Chronicon, quod ms. extabat penes Laurentium Pignorium an. 1630. vita functum, ut ipsemet Pignorius testatur in notis ad rubric. 7. lib. 2. Hist. Augustæ Albertini Mussati in to. 10. Rer. Italic. Scriptor., ubi autor Anonymus inquit: *Anno Domini 1384. stabam Novitius in Conventu Paduæ, in quo anno populus Ferrariæ surrexit contra Marchionem Ferrariæ Nicolaum, & interfecit Dominum Thomam de Terdona: Eodem anno fuit captus Dominus Bernabos a Comite Virtutum: & in ipso anno & mense ego ivi pro socio cum Fr. Luca de Placentia Papiam ad Dominum Comitem Virtutum ex parte Domini Francisci de Carraria Paduæ Domini, Tarvisii, Feltrii, civitatis Belluni, Civitatis Austriæ, & majoris partis Forojulii* &c.

C C C X L V.

ANONYMUS ITALUS XVIII. forsan Salernitanus circa an. 1400. composuit

Vitam B. Luciæ Calatagironitanæ T. O. S. Francisci, seu S. Claræ alumnæ Salerni eo tempore defunctæ; quæ ms. cum *Officio* ad instar illius antiqui *S. Claræ* asservatur apud Moniales S. Mariæ Magdalenæ Ord. S. Benedicti, apud quas & corpus Beatæ colitur die 26. Septembris ex Wadd. in Annal. Minor. ad an. 1400. n. 8. in addit.

C C C X L V I. 155.

ANONYMUS DE MARCHIA =

Opus contra curiosos incip. *Cum solus in cella sederem* &c.: ms. extabat olim in Biblioth. S. Francisci Ferrariæ ex veteri catalogo librorum illius loci confecto anno 1437., qui legitur in *Repertorio* antiquo Conventus ejusdem in Archivo servato pag. 71.; unde autoris antiquitas eruitur. Dubitari posset, an hic fuerit ille *Antonius de Marchia*, qui & poëta fuit; de quo infra.

C C C X L V I I.

ANONYMUS ITALUS XX. Conventualis medio seculo XV. edidit latine

Breviarii Romani Rubricas per totum annum incip. *Incipiunt notabilia Rubricarum* &c. ms. membran. in 8. penes me, exaratum paulo post annum 1450.; nam Sanctorum, quorum meminit, recentior est *S. Bernardinus* Senensis a Nicolao V. an. 1450. inter Sanctos relatus. In fine habetur charactere diverso parva *additio* de festis vel institutis, vel variatis a Sixto IV. usque ad an. 1481.; suntque in hoc Opusculo multa, quæ latuerunt Gavantum, aliosque *Rubricarum* hujusmodi tractatores. *Franciscanum* autorem fuisse pluribus ex locis colligitur, præsertim de *festo Portiunculæ* ad diem 2. Augusti, ubi quædam enarrat etiam Minoritis recondita, & ignota. Non habet festum *Transfigurationis* D. N. J. C. a Calisto III. anno 1456. institutum.

C C C X L V I I I.

ANONYMUS ITALUS XXI. forsan Bononiensis, & ex familia Mezzavacca Regul. Observ. anno circiter 1463. edidit *descriptionem Terræ sanctæ* tit.

De locis, & oppidis ad plagam meridionalem (Jerosolymæ) *sitis*. Habetur ms. Bononiæ in Biblioth. S. Salvatoris ex Jo: Chrysost. Trombellio *de Vita, & gestis* B. M. V. to. 3. pag. 107.

C C C X L I X.

ANONYMUS ITALUS XXII., ut videtur, Florentinus scripsit

Chronica Ordinis Minorum.

Apospasmation de Vita Fr. Clementis Capponi Minoritæ Regul. Observ., qui obiit Fesulis prope Florentiam circa annum 147.., non sine sanctitatis opinione, de quo Marcus Ulyssiponen. to. 3. Chron. S. Francisci lib. 6. cap. 31. Extat Florentiæ in Biblioth. Riccardiana sub R. II. cod. chart. in fol. num. 4. ex Indice illius Biblioth. pag. 123.

C C C L.

ANONYMUS ITALUS XXIII. seculo XV. e latino italicam fecit

Vitam S. Francisci a S. Bonaventura elaboratam incip. *Noi potiamo ben dire* &c: quæ primùm prodiit Mediolani an. 1477. in fol. per Antonium Zarottum Parmensem; & ibidem 1480. per Philippum Lavaniam etiam in fol.; postea cum *Vita S. Claræ* adjudicata etiam S. Bonaventuræ, & italice facta cusa est Venetiis an. 1513. in 4. ex Ital. Biblioth.

pag.

pag. 81., & an. 1572. Venetiis per Dominicum Farram, iterumque ibidem an. 1582. in 4. parvo per Bernardinum Junti, & fratres impressa est eadem *Vita S. Francisci* una cum *Regula Fratrum Minorum*, & alia *Fratrum Tertii Ordinis* a Nicolao IV. confirmata; quibus additus legitur sermo super dicta Tertia Regula incipiens: *Quicumque hanc Regulam secuti fuerint* &c.; in quo cum adducatur S. Bonaventura, Baptista Taliacarne a Levante Vicarius Generalis Minor. Observ., & *Sixti IV. Bulla* pro Fratribus Tertii Ordinis *Romani Pontificis providentia*, quam suo tempore datam dicit, liquet autoris ætas, atque tempus. His omnibus adjunctæ etiam leguntur *Indulgentiæ Fratribus Minoribus concessæ usque ad Leonem* X. italice: an per eumdem autorem omnia, ignoro. Prodierunt autem Venetiis iterum anno 1607. in 8. typis Lucii Spinedæ noviter correcta; *Vita* vero memorata cum figuris cusa est ibidem an. 1608. in 4. per HH. Simonis Galignani, quæ editio habetur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci; postmodum cultiori stylo, & ad autoris sinceriorem fidem traducta vulgata est Romæ an. 1711. in 4. maj ex Officina Rochi Bernabovis cura & expensis Jo: Mariæ Salvioni Clementi XI. nuncupata cum additamento in fine nonnullorum S. Francisci *miraculorum* ex Chronicis, Annalibusque Waddingi desumptorum.

Regula S. Francisci italice translata vulgata est Venetiis an. 1589. in 8. ex autore Biblioth. Italicæ pag. 236.

CCCLI.

ANONYMUS ITALUS XXIV. edidit vulgari italico idiomate

Vitam S. Joannis a Capistrano vulgatam typis *Comacula* an. 1479., inquit Waddingus ad an. 1385. num. 7.

CCCLII.

ANONYMUS ITALUS XXV. forsan Reg. Observ. paulo post annum 1480. scripsit

Dialogum de Monte Alverna, quem sæpe adducit Augustinus Milius lib. 1. de Monte Alvernæ cap. 6., & alibi; nec non Salvator Vitalis in Chronico Seraphici Montis Alvernæ lib. 6. cap. 2. §. 5., & aliis in locis, vocantque *Dialogum antiquum*, nisi forte sit *Marinni Florentini*.

CCCLIII.

ANONYMUS ITALUS XXVI. sermone vernaculo edidit

Legendarium SS., & BB. Tertii Ordinis S. Francisci nempe

Legenda del Beato Roberto da Rimino del terzo Ordine de Sancto Francisco.

Legenda del B. Tomasuzio profeta de Dio del terzo Ordine de Sancto Francisco in Toscana nel M. CCC. L.

Legenda, & vita de la Beata Agnolella da Foligno del terzo Ordine de Sancto Francisco, la quale morì nel mille trecento deciaove a dì quattro de Janaurio.

Legenda de Sancto Lodovico Re de Franza del terzo Ordine de Sancto Francisco.

Legenda de Sancto Eleazaro del terzo Ordine de Sancto Francisco.

Legenda de Sancto Yvo del terzo Ordine de Sancto Francisco, el quale prima fo Doctore, e poi fo gloriosissimo Prete. Vicentiæ per Magistrum Rigum de Sancto Urso absque anno in 4. incip. *A te glorioso Dio per molti modi*. Hunc habet & Jo: a S. Anton. to. 3. num. 295., dicitque extare in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ; ubi etiam asservatur.

Vita S. Claræ Asisiatis incip. *O Clara d'ogni virtude spegio lumiaoso*: cusa Mediolani an. 1491. in 4. apud Philippum Casanum, teste eodem to. 3. pag. 23. num. 272.

CCCLIV.

ANONYMUS ITATUS XXVII. seculo XV. concinnavit lingua vernacula

Meditationes passionis D. N. Jesu Christi cap. 22. vel 23. restrictas incip. *Appropinquandosi*, al. *Avicinandosi il termine* ec. sine prologo; quæ leguntur impressæ primùm Venetiis an. 1487. in 4. per Hieronymum de Sanctis, & Cornelium socium, postea ibidem an. 1497. in 8. per Lazarum Soardum; & an. 1562. al. 1565. in 12. per Franciscum Lorenzini; iterumque an. 1609. per Jo: Baptistam Bonfad; & anno 1621. in 8. per Lucium Spinedam. Latine vero factæ, adjecto *prologo* incip. *Fideli cuique animæ* &c.: cusæ sunt primùm Pisauri per Petrum Capha an. 1510. apud Hieronymum Soncinum in 8.; deinde cum aliis *Meditationibus* S. Bonaventuræ adtributis, de quibus supra in *Anonymo* CCLXVII., prodierunt bis Mutinæ an. 1620. in 12. typis Antonii Capponi. Porro & harum *Meditationum* S. Bonaventura auctor asseritur, sed perperam; antiqua enim editio italica habet: *Devote Meditazioni sopra la passione del nostro Signore Jesu Christo ravate, & fundate originalmente sopra Sancto Bonaventura Cardinale dell' Ordine Minore, sopra Nicolò de Lira, etiandio sopra altri Dottori, & predicatori approbati*. Ex dialecto autem videntur, autorem habuisse aliquem ex provincia Veneta, vel translatas e latino ab aliquo ejusdem provinciæ fuisse. Vide *Anonymum* incer. reg. infra n. CCCXC.

CCCLV.

ANONYMUS ITALUS XXVIII. prope finem seculi XV. composuit latino idiomate

Sermones de septem peccatis mortalibus incip. *Annuncia populo meo scelera eorum* &c.; qui sine autoris nomine, & anno prodierunt Venetiis typis Bernardini Benalii in 8., extantque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. Autorem *Franciscanum* fuisse duco ex eo, quod autores *Ord. Minor.* crebro citare solet, & serm. 3. *Seraphicus noster Franciscus in Regula suæ cap. 9.*; serm. 2. & 7. *Durandum nostrum in Summa*; & serm. 1. *S. Bonaventuram*, qui anno 1482. Sanctorum Catalogo adscriptus est.

156.

ANONYMUS UMBER = Italus, de quo Waddingus pag. 28. vol. 2., est *Paulus a Gualdo*, de quo infra suo loco dicetur.

CCCLVI.

ANONYMUS ITALUS XXIX. exeunte seculo XV. edidit

Vitam, & Regulam S. Francisci Asisiatis cum expositione in eamdem ex Clementinis; vulgavitque Venetiis an. 1500., teste Orlando de Orig. Typographiæ par. 2. pag. 431.

CCCLVII.

ANONYMUS ITALUS XXX. incertæ civitatis an. 1506. composuit

Seriem provinciarum, Conventuumque Ord. Minor. Regul. Observ., quæ exhibita est Romæ in Comitiis Generalibus Ordinis: retulit illam Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 10., & seqq.

CCCLVIII.

ANONYMUS ITALUS xxxi. ineunte seculo xvi. vivebat, scripsitque latine

Quadragesimale, sive *Conciones* a Dominica Septuagesimæ usque ad Dominicam Palmarum, exponendo nonnulla Evangeliorum loca literaliter, moraliter, & mystice; incip. *Matth. xx. Simile est regnum calorum patrisfamilias. Sciendam est, quod istud Evangelium est parabolicum* &c. Extat ms. Bononiæ in Biblioth. S. Francisci in 8. editum paulo post annum 1512., cum in concione 1. Dominicæ Quadragesimæ citet *Georgium Benignum Archiep. Nazarenum*, qui anno 1512. eam dignitatem consecutus asseritur. Et cum ibi quoque adducat *Alexandrum de Ales super Lucam*, *Nicolaum de Lyra*, & *Petrum Joannem super Matthæum*; in concione vero feriæ 2. post Dominicam 1. Quadragesimæ *S. Bonaventuram*, & *Bartholomæum de Pisis* in *declaratione Regulæ Fratrum Minorum*, ac in *Conformit. S. Francisci*; & in concione feriæ 4. post Dominicam 4. *Ricardum nostrum in 4. dist.* 13., nempe Ricardum a Mediavilla; misceatque interdum pro more illorum temporum latinis *italica* verba, colligere est, fuisse eum & Minoritam, & Italum: sed & peritum in utroque jure, ac in libris Hebræorum versatum ex his, quæ autor ille producit, præsertim in concione feriæ 3. post Dominicam 2. Quadragesimæ. An *Albertus Fantinus*, vel *Laurentius Spata*?

CCCLIX.

ANONYMUS ITALUS xxxii. vulgari sermone edidit

Scalam Jacob pro contemplatione coronæ Reginæ Sanctorum omnium. Florentiæ 1512. in 4. ex Jo: a S. Anton. num. 100.

Corona della Vergine Maria, sive *sette Allegrezze*, Opus septem tractatibus conflatum, & impressum in 4. sine loco, & anno extat in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ num 118. teste eodem pag. 21. n. 44.

Corona Seraphica impressa Florentiæ in 4. habetur Matriti in Biblioth. FF. Regul. Observ., ibid. in Append. num. 32. *Anonym.*

Regula Fratrum de Pœnitentia una cum doctrina Christiana, ejusque expositione in 8. italice ms. pergam. in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ num. 121. ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 21. num. 243.

CCCLX.

ANONYMUS ITALUS xxxiii. Florentinus scripsit latine

Meditationes de B. Virgine typis editas an. 1517., quæ mss. asservantur Florentiæ cum aliis *Tractatibus de B. Virgine* in Bibliotheca Omnium Sanctor., teste Petro de Alva col. 1270. suæ Militiæ.

Familiaris Clericorum, liber tum divini cultus, & precum, tum musices documenta complectens prodiit Venetiis an. 1517. per Gregorium de Gregoriis, deinde alibi in 8. Autor in epistola ad *Fr. Antoninum Scaliotam* Minoritam scripta se Franciscanum prodit, dum ait: *verum nostra, ut nosti, Seraphica Religione, & institutis instructus* &c.; ex Jo: a S. Anton. pag. 21. num. 241.

CCCLXI.

ANONYMUS ITALUS xxxiv. Min. Conv. sac. Theol. Magister edidit italice

Trattatum de modo peragendi Confessionem generalem sacram ex Canonistis, & Theologis: incip. prolog. *Confessione generale*: Opus vero: *Dica el peccatore, se le saputo* &c. Venetiis per Gulielmum Fontanetum an. 1523. in 8.

Tractatus alius italice *Anonymi* Minoritæ super eadem re cusus ibidem per Melchiorem Sessam incip. *In prima consideri il peccatore*. Extat uterque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci cum diversorum *Tractatibus* de hoc argumento.

CCCLXII.

ANONYMUS ITALUS. xxxv. Reg. Observ. evulgavit librum hoc titulo:

Privilegiorum omnium Fratrum Minorum de Observantia, Monialiumque S. Claræ, nec non Fratrum de Pœnitentia confirmatio. Romæ an. 1535. in 4.; quem adducit Petrus de Alva & Astorga in Appar. Indic. Bullar. Seraph. v. *Privilegia*. Forsan est Opus *Francisci Zainonii*, al. *de Angelis*

CCCLXIII.

ANONYMUS ITALUS xxxvi. Capuccinus concionator provinciæ Genuen. italice, ac dialogetica methodo edidit

Instructionem vitæ christianæ juxta sacram Paginam, & Sanctos Patres. Genuæ an. 1538., & Astæ an. 1590. in 8. ex Dionysio Genuen., & Catalogo Torrecillæ; nisi sit *Bernardini Astensis*

CCCLXIV.

ANONYMUS ITALUS xxxvii. Picenus Ord. Capuccinorum edidit

Opusculum de passione D. N. Jesu Christi. Venetiis 1539. in 8. typis Nicolai Zoppini, teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Capuccinorum.

CCCLXV.

ANONYMUS ITALUS xxxviii. Observ. seculo xvi. scripsit

Vitam Paulli Pisotti Parmensis Reg. Observ. Ministri Generalis, qui obiit anno 1534., dicatam Augustino Card. Trivultio, quam ms. penes se habuisse Waddingus scribit in *Paullo Pisotto*, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 2.

CCCLXVI.

ANONYMUS ITALUS xxxix. natione Hetruscus, ac Regul. Observ. an. 1541. desiit scribere vulgari lingua

Vitas 11. *Sanctorum, ac Beatorum Franciscanorum* cum *Relatione corporis S. P. Francisci*; quæ mss. habentur in Conventu Jacherino Min. Observ. in Thuscia prope Pistorium, & olim extabant apud moniales S. Ursulæ Florentiæ, teste Silvano Razzio in Vita B. Vivaldi Tertii Ord. S. Francisci: eas etiam exscripsit Franciscus M. Novellus, uti memorat Antonius a Terrinca apud Act. SS. Continu. Bolland. to. 1. Maji. die 1., & in Append. ad eum diem, ubi ex præfato ms. codice *B. Vivaldi* Vitam exhibent. In principio codicis habentur literæ *F. P.*, forsan *Fr. Petrus*, vel *Paulus*; in fine vero sunt istæ *S. B. D. B. M. P. S. P.* forsan: *Sit benedictus Deus, Beata Maria, Patriarcha Sanctus Pater*.

Tractatus de usuris; &

Comment. in Logicam, & Physicam mss. extant in Biblioth. S. Michaelis Ducciæ prope Fesulas Reg. Observ. ex Anton. Terrinca par. 3. Theatri Hetrusco Minor. pag. 187.

CCCLXVII.

ANONYMUS ITALUS xl. Capuccinus provinciæ Marchiæ Italice vulgavit

Tractatum de vulneribus Salvatoris nostri.

Meditationes in hymnum: *Veni creator Spiritus*. Venetiis an. 1583. ex Biblioth. Capuccinor. Dionysii Genuensis.

CCCLXVIII.

ANONYMUS ITALUS xli. provinciæ, ut videtur

tur Flaminiæ, aut Piceni alumnus Minor. Convent. circa finem seculi XVI. concinnarat versu heroico latino

Poëma de Vita Christi Domini, cujus meminit Jo: Franciscus Bonus ejusdem Instituti, de quo infra, in *Tiresia* an. 1611. evulgato his verbis:

„ At tu docte senex, puero cui pulcher Apollo
„ Auratam citharam; plectrum donavit eburnum
„ Calliope . . . .
„ Divi Francisci tandem qui inductus amictum
„ . . . . . . quo perspicuum delabitur alveo
„ Crustumium irriguis undis, & gurgite leni
„ . . . .
„ At non facta Ducum; non pompas, sceptraque Regum
„ Cantasti; eversa aut horrendo Pergama bello;
„ Non spes femineas; vanosque Amarillidis ignes;
„ Ast illum ætherea perfusus Numinis aura
„ Altius, & merito longe graviore Camæna,
„ Cui mare, cui tellus, campisque patentibus aer
„ Obsequitur, nitidisque tremit plaga lucida cœli;
„ Quique opifex mundi, atque Dei indubitata propago
„ Rerum autor venit, nostri, veterumque parentum
„ Factus homo in pura prælectæ Virginis alvo
„ . . . .
„ Edere quæ heu prohibet crudelis egestas &c.

Est autem *Crustumium* flumen, nunc vulgo *Conca* inter Ariminum, & Pisaurum, cujus ad initium situm cernitur oppidum diœcesis Ariminensis, S. Leo, & non longe ad ripam *Mons Scatulus*, ubi Minores Conventuales vetus Cœnobium habent; ex quo loco autorem hunc ortum duxisse crediderim.

C C C L X I X.

ANONYMUS ITALUS XLII. dedit in lucem proprio vulgari idiomate

Expositionem Regulæ FF. Minorum S. Francisci. Florentie 1594. in 8. ex to. 1. Biblioth. Barber. pag. 429.; ubi & pag. 428. legitur

Regulam S. Francisci cum quibusdam Bullis pro Reformatione ejusdem Ordinis in 4., &

Litanias S. Francisci cusas Venetiis in 24., nec non

Bullam Sixti V. erectionis Chordigerorum S. Francisci, una cum Indulgentiis eis concessis. Romæ an. 1585. in 4.

De Mediolanensi Confraternitate Charitatis, & Conceptionis gloriosissimæ Virginis. Mediolani 159— in 8. apud Pandulphum Malatestam, lingua vulgari, teste Petro de Alva col. 1267. Militiæ Univ.

C C C L X X.

ANONYMUS, ut creditur, Italus ineditum reliquit tomum in 4., nempe

Comment. super tertium librum Sententiarum. Asservabatur Tornaci in Biblioth. FF. Minorum Recollector. ex Petro de Alva col. 1269. Militiæ Univer. Num *Antonius a S. Leone*?

C C C L X X I.

ANONYMUS ITALUS XLIV. Ord. Capuccinorum provinciæ, ut videtur, Neapolitanæ scripsit

De sacris ritibus juxta Romanam regulam usui Fratrum Minor. S. Francisci Capuccinorum accomodatis. Neapoli 1626. in 4. typis Scorigianis ex Jo: a S. Anton. to. 3. p. 3. n. 18.

C C C L X X I I.

ANONYMUS ITALUS XLV. idiomate vulgari edidit

Methodum efformandi conciones, adjecto tractatu de memoria locali. Romæ an. 1627. in 8. typis Mascardi.

C C C L X X I I I.

ANONYMUS ITALUS XLVI. forsan Tertii Ord. S. Francisci scripsit vulgari lingua

De origine, progressu, ordinationibus, & prærogativis 3. Ordinis de Pœnitentia S. Francisci. Genuæ an. 1635.; citatur a Francisco Cionaccio in Hist. B. Humilianæ de Cerchiis par. 3. cap. 2. n. 19.

C C C L X X I V. 157.

ANONYMUS NEAPOLITANUS = de quo Waddingus pag. 28. col. 1., Reg. Observantiæ ex argumento rei.

C C C L X X V.

ANONYMUS ITALUS XLV. patrio idiomate vulgavit

Relatione della controversia nata in Jerusalemme circa li Santuarii da Greci usurpati ai Latini. Leodii an. 1637. in 8. ex to. 2. Biblioth. Barberinæ pag. 281.

C C C L X X V I.

ANONYMUS ITALUS XLIX. Capuccinus prov. Romanæ latine elaboravit

Defensionem generalem Annalium PP. Capuccinorum R. P. Fr. Zachariæ Boverii cusum in fol., sed absque anno editionis ex Biblioth. Capuccinorum.

C C C L X X V I I.

ANONYMUS VENETUS forsan, aut Cretensis composuit

Libellum de Cretensi insula, ac civitatibus, quem non semel citat N. H. Flaminius Cornelius to. 2. Cretæ sacræ par. 2. pag. 14., par. 1. pag. 228. ec. Autorem ex circumstantiis scribendi deducit Minoritam fuisse.

C C C L X X V I I I.

ANONYMI ITALI provinciæ Mediolanensis Regul. Observ. auctiora fecerunt

Exercitia spiritualia Antonii Dazæ Minoritæ Hispani, vulgaruntque Mediolani an. 1643. per Philippum Ghisulfum, teste Waddingo in *Antonio Daza*.

C C C L X X I X. 158.

ANONYMUS DE LASARTE = videtur floruisse seculo XIV.; certe ante annum 1612.

C C C L X X X.

ANONYMUS LOTHARINGUS sac. Theol. Magister anno 1389. in urbe Castrinovi ad nonnullorum virorum hortatum e latino in gallicum sermonem transtulit

Horologium sapientiæ Fr. Henrici Susonis Ord. Præd. tempore Antipapæ Clementis VII. creati an. 1378., quæ versio ms. habetur Parisiis in Regia, & S. Germani, nec non Romæ in Vaticana Bibliothec. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 65. inter libros Bibliothecæ olim Alexandri Petavii. Hujus Anonymi meminit & Echard. to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. in *Henrico Susone*, ubi & ejusdem Anonymi nonnullos citat versus gallicos, ex quibus intelligitur tempus, locus, & autoris nonnullæ conditiones.

CCCLXXXI.

CCCLXXXI. 159.

ANONYMUS LUSITANUS = Reg. Observ., ut conjicitur, scripsit hispano idiomate, & in fine adjecit

Vitam Fr. Andreæ Spoletini an. 1532. martyrio coronati die 9. Januarii ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 10.

Como S. Francisco buscase a Pobreza. Ulyssipone an. 1529. ex Biblioth. Hispana p. 273.

Copiosus index, & resolutio rerum notabilium, in quo breviter referuntur Vitæ Romanor. Pontificum, Imperatorum, Regum Hispaniæ, & præsertim Portugalliæ, Opus historicum lingua lusitana incip. *Froybem notavel, e singular* to. 1. in fol. habetur Matriti in Biblioth. Conventus Regul. Observ. sub lit. A. num. 8. teste cit. Jo: a S. Anton. pag. 7, num. 66.

160.

ANONYMUS N. DEL BARCO = v. *Joannes de Barco*

161.

ANONYMUS OBSERVANTINUS = est *Joannes Meder*, quem vide infra.

CCCLXXXII.

ANONYMUS POLONUS scripsit

Vitam B. Joannis Lobedan Thoruanensis Minoritæ anno 1264. die 9. Octobris defuncti.

Vitam B. Simonis Thornuensis etiam *Minoritæ* an. 1363. Culmæ die 9. Novembris denati: quæ mss. asservari dicuntur in Ecclesia Collegiata Culmensi, teste Martino Baronio Jaroslavien. in Catalogo SS. Polonorum apud Biernaki in Speculo Minor. art. 22. num. 2. An autem unus, vel duo fuerint autores earum, non exponunt.

CCCLXXXIII.

ANONYMUS POLONUS alter circa an. 1510. floruit, scripsitque

Compendium Vitæ B. Ladislai Gielnovien. an. 1505. defuncti Varsaviæ; quod citat Benedictus XIV. in *Actis, & Decretis in causis Beatificat.*, & Canonizat. &c. decr. xiii. cap. 3.

CCCLXXXIV. 162.

ANONYMUS POLONUS =

Chronica S. Francisci a Marco Ulyssiponensi composita per Anonymum Regul. Observ. ex italico in polonicum idioma versa cusa sunt Cracoviæ an. 1610.; quæ citat Franciscus Cionaccius in Hist. B. Humilianæ par. 3. tit. 6. num. 2.

CCCLXXXV. 163.

ANONYMUS DE POZZA = seculi. xvi. autor.

* ANONYMUS SCOTUS Elginensis *Nennianus* nuncupatus = v. infra *Nennianus*.

CCCLXXXVI.

ANONYMUS, ut videtur, Siculus Heremita medio seculo xiv. scripsit Opus hoc titulo

Summula Concordiæ, & de Concordantia Joachim Abbatis; cujus prologus incipit versu leonino: *Exposita suat tempora prædicta Prophetarum*: Opus vero: *Cum non nostrum, nisi divina revelatione, seu inspiratione sit nosse tempora* &c.: & in fine legitur: *Iste liber est de septem ætatibus mundi, & de Prophetis. Hunc librum ordinavit, atque composuit quidam Frater Minor heremita & tractat de adventu Antichristi secundum concordiam novi, & veteris testamenti*: dividiturque in 14. distinctiones. Postea subditur *Opusculum genealogiæ, & chronologiæ veteris, ac novi testamenti*. Extat membranaceus codex perantiquus, &, ut mihi videtur, autographus, seu archetypus ms. in Bibliotheca S.Franc. Ferrariæ. Distinctio xiii. chronologice procedit usque ad an. 1357.; & dist. iv. meminit *Petri Regis Aragoniæ*, qui cæpit Majoricam (an. 1343.), & *Ludovici Siciliæ Regis* ex Regibus Aragonien., quos suo tempore regnasse scribit; & Ludovicum quidem usque ad annum 1355. regnum tenuisse, testatur Villanus, aliique. Memorat etiam *Jacobum Majoricarum* Regem *nuper* depositum, & capite plexum, quod patratum est an. 1349. Cumque multa vaticinetur de *Rege Siciliæ*, & plurimum illius rebus cupiat; elici potest, autorem fuisse aut natione Siculum, aut eo in regno commorantem, & ex *Heremitis Fr. Liberati Maceraten.*, vel *Angeli Clareni*, quorum aliquos in insulam Siciliæ an. 1313. transfretasse narrat Waddingus in Annal. Minor. ad eum annum num. 7., aliosque etiam in regni Neapolitani locis habitasse dictum est in *Angelo Cingulano*.

CCCLXXXVII.

ANONYMUS SICULUS ex testimonio Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 26. num. 319. literis mandavit

Vitam V. Fr. Benedicti de S. Fradelo sui Instituti, quæ ms. in 4. servatur Matriti in Ordinis Archivo.

CCCLXXXVIII.

ANONYMUS VASCO autor

Chronicorum xxiv. Generalium; quibus *additamentum* factum fuisse ab alio Anonymo colligi videtur ex eo, quod Waddingus *Chronica nostra antiqua* etiam multo post annum 1374., ubi hic Anonymus desinit, citat; ut ad an. 1376. num. 13., 1383 num. 2., 1399. num. 50., 1418. num. 5., 1429. n. 8.; & ad an. 1376. num. 9. ait, a nonnullis autorem existimari *Fr. Arnaldum de Serrano* Aquitanum. V. infra *Anonym.* incertæ regionis viii.

* ANONYMUS SOLANA. v. *Alfonsus Solana*.

CCCLXXXIX.

ANONYMUS MINORITA incertæ regionis circa annum 1268. contra Giraldum de Abbatisvilla scripsit

Tractatum pro Fratribus Mendicantibus Incip. *Manus, quæ contra omnipotentem* &c., in quo Giraldi 109. errores recensentur, & refelluntur. Huic respondit Giraldus scripto libello incip. *Tantum sibi præsumptionis quidam homines* &c.: adversus quem creditur editus alius *tractatus* hoc titulo. *Incipit liber praseps contra adversarium perfectionis Christianæ, maxime Prælatorum, facultatumque ecclesiasticarum inimicum*, in quo 133. errores adnotantur, confutanturque, a Franciscano, ne vel Dominicano fatetur P. Jacobus Echardus to. 1. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 335. se nescire; ubi docet, hos tractatus mss. extare Parisiis in cod. fol. membr. illius ætatis gymnasii *Magistri Gervasii* nuncupati; sed verisimile est esse hujus Anonymi, qui suum Scriptum defenderit. Porro Libellum illum incip. *Tantum sibi præsumptionis*: confutavit & S. Bonaventura in *Apologia pauperum*, ut liquet ex cap. 1. resp. 1. ejusdem Apologiæ; & perperam Bulæus in Catal. illustr. Academicor. in fine to. 3. Hist. Universit. Parisien. illum attribuit S. Bonaventuræ; ubi ipse confundit Gerardum Segarellum cum Gerardo de Abbatisvilla.

CCCXC.

ANONYMUS ii. incertæ regionis, ac temporis, antiquus tamen, quippe qui videtur floruisse circa annum 1270., edidit Opusculum hoc titulo:

Me-

Meditatio pauperis in solitudine: incip. *Ego vir videns paupertatem meam. Thren. 3. Ammirabilis nobis, & superammirabilis domina paupertas proponitur*: sicut *ut dicitur* 4. *Reg.* 4. &c.: totusque est in describenda, & per loca sac. Scripturæ extollenda *B. P. Francisci* paupertate. Extat ms. pergam. in 4. in Asisiati Conventus S. Francisci Tabulario; eique adjunctum legitur Opusculum *de regimine conscientiæ* (al. *Incendium amoris*) sine autoris nomine, sed quod S. Bonaventuræ adscribitur.

Tractatus de paupertate Franciscana incip. *Cum contra paupertatem evangelicam per Seraphicum Christi Confessorem Franciscum in novissimis temporibus* &c. ms. pergam. in 8. in citato Tabulario existens; cui adjunctus legitur alius *tractatus* de eadem, vel simili, ut videtur, materia incipiens: *primo queritur an status paupertatis altissimæ sit simpliciter melior omni statu divitiarum*; & divisus est in 4. partes: uterque sine nomine autoris.

Devota, & frequens meditatio virorum Religiosorum Ordinis FF. Minorum, Opusculum pium ms. in Anglia in Biblioth. Com. Carlioli Cumbriensis clas. 1. cod. 612. ex to. 2. Libror. mss. Angliæ pag. 14. apud Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 28. num. 359.

CCCXCI.

ANONYMI 40. Parisiis anno 1272. fecere

Sermones, de quibus vide infra in *Joanne de Montibus*, & *Odone de Roini*.

Sermones cordati, Opus Anonymi antiqui, ut creditur, mss. in fol. extabant Coloniæ in Monasterio S. Crucis Canonic. Regul. sub. F. num. 9. ex Petro de Alva col. 1271. Militiæ.

CCCXCII.

ANONYMUS iv. regionis incertæ primo Ordinis nostri seculo composuit tractatum, seu *libellum* inscriptum

Speculum perfectionis Fratris Minoris. Citat hoc Opusculum Fr. Bartholomæus Pisanus in Conform. fol. 120. col. 1. lin. 59. edit. Mediolanen. an. 1513.; sed ejus meminerat etiam Fr. Jacobus a Trisanto, qui scribebat circa annum 1300., in ms. serm. 2. secundi ternarii de S. Francisco his verbis: *Dicitur in libello, qui intitulatur Speculum perfectionis Fratris Minoris, quod priusquam* 2. *Regula, quam fecerat B. Franciscus, perdita fuit, ipse B. Pater ascendit quemdam montem cum Fr. Leone de Asisio, & Fr. Bonicio de Bononia, ut faceret aliam Regulam, quam, Christo docente, scribi fecit. Tunc congregati plures Ministri dixerunt Fr. Heliæ, qui erat Vicarius ejus: audivimus quod Pater noster Franciscus facit novam Regulam, timemus autem, quod non faciat eam nimis asperam: vade ergo ad eum, & dicas ex parte nostra, quod non faciat eam nimis asperam ita, quod Fratres eam servare non possint.*

CCCXCIII.

ANONYMI plures (seorsim, an conjunctim, incertum) autores agnoscuntur quorumdam Opusculorum, qui inter Opera S. Bonaventuræ habentur, & eidem S. Doctori attribuuntur; ejus tamen esse non probatur: uti

Sententiæ Sententiarum 4. *libris* carmine digestæ Incip. *O fons splendoris*, quæ *Minoritam* autorem habere ostendunt verbis illis in fine: *hinc rogo me signa Francisce per hæc tua Signa*

Luminaria Ecclesiæ, vel *Illuminationes Ecclesiæ* incip. *In medio Ecclesiæ*: cujus autor serm. 1. inquit: *hæc prudentia fuit præcipue in Apostolo Paulo, & B. Francisco*: & paulo post: *ut patet in contemplativo Fr. Ægidio, qui fuit socius, & discipulus S. Francisci*: & serm. 23. dicitur *B. Pater noster Franciscus*; de quo fit mentio etiam serm. 5. 18. 19. 20. & 22.: ex quibus eruitur, autorem hujus Opusculi Minoritam fuisse. Gallus natione videtur, cum serm. 16. utitur voce *guerra*; & de *Visigotis*, ac *Longobardis* ait: *qui illas partes Italiæ invaserunt*: & *Carolum Magnum* præ ceteris exaltat. Plura alia Opuscula in *S. Bonaventura* examini subjicientur.

CCCXCIV.

ANONYMI complures, soli ne, an uniti non dixerim, ediderunt seculo xiv.

Officium S. Claræ incipiens: *Jam S. Claræ claritas*: &

Vitam ejusdem Sanctæ incip. *Venerabilis Christi Sponsæ, Deoque dicatæ Virginis Claræ natalitiam diem*: in 18. lectiones divisam, nimirum 9. pro die festivitatis ipsius, & 9. pro die translationis ejusdem. Extat in antiquo Breviario Romano cuso Cremonæ an. 1499. in fol. per Carolum de Darleriis inter Officia *Proprii de Sanctis* fol. 128. & seqq. Hæc *Vita* S. Claræ usque ad ejus Canonizationem deducta habetur ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 19. cod. 214. in 8. charactere perantiquo post *Vitam* S. Francisci a S. Bonaventura compositam, & ibidem scam. 30. versus claustrum cod. 735. in 4. pariter post *Legendas majorem*, & *minorem* S. Francisci a *S. Bonaventura* concinnatas, & pulcherrime exaratas; nec non scam. 32. cod. 751. in fol. in Legendario SS. a Voragine composito, etsi codex nomen autoris taceat. Edita videntur post annum 1352., cum autor libri *Mammothrepti Marchesinus de Regio*, qui, ut suo loco videbitur, inter an. 1279., & 1312. scripsit, ista non commemoret; habeat autem illa S. Francisci, S. Antonii Patavini, & S. Elisabeth Reginæ Hungariæ. *Officium* cum sit conflatum versu leonino, intra seculum xiv. compositum arguitur: & *Vita* etsi styli elegantioris seculum idem olet. In *Memorabilibus* datis a Capitulo Generali anno 1292. die vii. kal. Junii Parisiis a Fr. Raymundo Gaufredi Ministro Generali celebrato omnibus provinciarum Ministris, quæ legi Romæ apud nostros, extat et. hujusmodi: *quod historia B. Claræ examinari debeat, & recipiatur, & cantetur per totum Ordinem; vel fiat alia per aliquem, cui Minister Generalis commiserit, si dicta historia inventa fuerit defectiva*: quibus intelligitur *Officium*, quod incipit, ut supra; nam *Vitam* illis temporibus dicebant *Legendam*.

Vitam S. Antonii Patavini incip. *In Hispaniis civitate Ulisbona*: & finien. *die transitus sui quinto sepelierunt*, in lectiones 45. distributam, nempe pro die festo, infra octavam, ac die translationis ejus, seu pro diebus quinque tantum, quando in more positum erat, ut 9. lectiones de Sancto singulis diebus recitarentur; habet supradictum Breviarium Cremonense vetus fol. 123. & seqq.; quæ postea contracta fuit, & in 24. lectiones divisa circa tempora Pii V., ut in sequioribus Breviariis; sapitque & ipsa seculum xv., sed forsan interpolata fuit, cum ea habeat, quæ citantur in Legenda relata a Fr. Jacobo de Trisanto, qui scribebat circa annum 1300., estque a Bollandiis publicata die 13. Junii incip. *In Hispaniis civitate Ulysbona, quæ ad occidentalem regni Portugalliæ plagam in extremis* ter-

terræ finibus sita est, quædam prægrandis Ecclesia &c. Alia *Vita* hujus Sancti antiquior cum multis *miraculis* incipiens: *Antonius in ea civitate Ulisbona natus soli Deo servire cupiens ab ipsa pueritia* &c.: & finiens: *plures convertit ad Christum*: habetur ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus claustrum cod. 773. in 8. pag. 8. inter alias Vitas SS., quarum prima est S. Alexandri Episcopi Fesulani. Alia *Vita* incipiens: *Benignitas, & humanitas Salvatoris nostri Dei apparuit* &c.: & finiens: *Fr. Bartholomæus de Tridento Ord. Predicatorum*, memoratur in veteri inventario Archivi sac. Conventus S. Francisci Asisii in 5. solario orient. Forsan est Jo: Peckam Angli discipuli S. Bonaventuræ.

Vitam S. Ludovici Episcopi Tulosani sub Joanne XXII. scriptam, nimirum cum anno 1317. ille inter Sanctos adscriptus fuit, quam interpolavit, & publicavit Henricus Sedulius an. 1602., vel 1613. in Hist. Seraph. Antuerpiæ ex Officina Plantin., & postea Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 19. Aug.; & forsan est Opus *Pontii Carbonelli* ejus magistri, & rectoris. Hujus Sancti Vita ms. in pergam. extat Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 520.; sed cujus sit, ignoro. *Legenda S. Ludovici Episcopi, & Confessoris* incip. *Scripturus Vitam S. Ludovici* &c. extabat olim Asisii in Biblioth. Conventus S. Franc. ex veteri illius inventario an. 1381. confecto, in 5. solario orient. una cum *Vita S. Ægidii de Asisio Laici Ord. Min.*, quæ finiebat his verbis: *cunctis retro diebus*. In memorato Breviario Cremonæ edito habetur &

Officium S. Ludovici Episcopi versu conflatum incipiens: *Omnia, Christe, mea vel jura, vel inclita regna*; & sapit tempora Sixti IV.

Vitam S. Elisabeth Reginæ Hungariæ incip. *Vas admirabile opus excelsi*, in 6. lectiones partitam legimus in eodem veteri Breviario pag. 85., sed quæ non totam Vitam exhibeant, editam tamen in XV. seculo; ex qua tres lectiones erutæ sunt, quæ in novis Breviariis habentur, sed interpolatæ. *Vita S. Elisabeth* habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 26. versus Eccles. cod. 303. in 4. post Vitas B. Humilianæ, & B. Jo: Alvernicolæ incipiens: *Elisabet illustris Regis Ungariæ filia genere nobilis, sed fide, ac religione nobilior* &c., incompleta tamen; completa vero in *Legendario* Voraginis ms. ibidem scam. 30. versus claustrum cod. 733. in fol.: hæc *Vita* citatur a supradicto Fr. Jacobo de Trisanto in 2. serm. ms. de *B. Elisabeth*. Alia *Vita* incipiens: *Beata Helisabeth filia Regis Hungarorum in palatio, & in purpura nobiliter educata* &c. legitur in dicto ms. *Legendario SS.* Voraginis ibidem scam. 32. cod. 751. in fol., ubi dicitur *de vestitis S. Francisci*, non quidem ab ipso Voragine; nam ejus *Legendarium* antiquius ejusdem Bibliothecæ scam. 29. cod. 730. in fol. continet tantum Vitas *SS. Dominici*, & *Petri Martyris* Ord. Præd. ex recentioribus, non SS. Francisci, aut Claræ, aut Antonii Patavini. Eadem *Vita* habetur etiam cod. 774. scam. 34. in 8. pag. 29. inter aliorum SS. Vitas. Anonymus Minorita scriptor *Vitæ* hujus Sanctæ citatur a Waddingo in Annal. ad an. 1226. num. 48. ms. ex Biblioth. Minorum Lovanien.; sed non ait, quomodo incipiat.

Vita S. Francisci extat ms. Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo illius apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 514.

Vita S. Francisci, S. Dominici, S. Claræ, S. Catharinæ, & S. Elisabeth ms. pergam. sine autore extat Viennæ Austriæ apud nostros ex Catalogo asservato Romæ in Archivo Ord. Minor. Convent. pag. 45.

Vita B. Agnetis Ordinis S. Claræ filiæ Premislai, seu Othocari Regis ms. pergam. extat apud Moniales S. Claræ Olomucenses ex cit. Catalogo pag. 57.

Vita S. Elzearii Sobrani, Arianique Comitis an. 1323. al. 1325. Parisiis defuncti, ex qua Surius, & Sedulius transcripserunt, videri possit esse illius *Fr. Joannis Juliani* Minoritæ a sacris Confessionibus ejusdem Sancti, Beatæque Delphinæ illius uxoris; de quo in Vita memorata, & in Annal. Minor. Waddingi ad an. 1323. num. 41.

Vitæ Sanctorum Ordinis Minorum sincere & ex fide mss. vetusto caractere asservabantur in Biblioth. S. Leonardi oppidi Montisfalci in Umbria ex Wadd. ad an. 1222. num. 32.

CCCXCV.

ANONYMUS VII. circa an. 1300. scripsit

Opusculum adversus doctrinam F. Petri Joannis Olivi an. 1297. mortui; quod ms. extabat penes Waddinguin, ut ipsemet fatetur ad eum annum num. 36. & 41., cui respondit Fr. Ubertinus Casalensis

CCCXCVI.

ANONYMUS VIII. regionis incertæ scripsit

Catalogum Generalium Ministrorum Ordinis FF. Minorum, eorumque gesta, & statuta usque ad Gonsalvum an. 1304. electum, & Clementis V. Summi Pontificis coronationem, annumque 1305., qui codex ms. extat in Bibliotheca Regia Taurinen.; ejusque fragmentum legi potest to. 1. pag. 105., & 141. *Sermonum S. Antonii Patavini in Psalmos* vulgatorum in nota 26. ad *Vitam* ejusdem Sancti dictis Sermonibus præmissam: & videri posset Opus *Fr. Peregrini Bononiensis*, vel *Fr. Bernardi a Bessa*; quod aliis excutiendum relinquo.

164.

ANONYMUS MINORITA = autor *Compendii sacræ Theologiæ pauperis Fratris Minoris* fuit *Joannes Rigaldi*, de quo infra suo loco.

CCCXCVII.

ANONYMUS IX. regionis incertæ ante annum, ut videtur, 1323. scripsit

Tractatum de præservatione gloriosissimæ V. Mariæ, qui ms. extat cum *tractatibus* de hac re *Francisci Mayronis, Petri de Candia, & Ludovici a Turre*, teste Petro de Alva col. 1279. Militiæ.

CCCXCVIII.

ANONYMUS X. regionis incertæ edidit

Acta de controversia paupertatis inter Jo: Papam XXII., & Michaelem de Cæsena Ministrum Generalem Ord. Minorum. Inscriptio est: *Incipit tribulatio, & tentatio, quam prædixit B. Pater noster Franciscus in morte sua suo Ordini appropinquare. Sed felices vocavit illos Fratres, qui perseverabunt in omnibus, quæ promiserunt Domino observare. Prædixit autem ipse B. Pater in infirmitate, de qua mortuus est anno Domini* MCC. &c. (lege MCCXXVI); *& tribulatio incepit anno Domini* MCCCXXI., *fratre Michaele de Cæsena existente Generali anno sui Generalatus* VI. In Biblioth. Veneta S. Marci cod. 169. Bess. in 4. chartac. folior 317. seculi XV. p. 102.

CCCXCIX.

ANONYMUS XI. regionis incertæ Transalpinus te-

tamen videri potest, seculo circiter medio XIV. interpolavit, vel interpolare volens depravavit

Reportata Parisiensia Joannis Scoti, quæ sub *Scoti* nomine primùm prodierunt Parisiis an. 1517., & 1518. in fol. typis Jo: Gravion cura Jo: Majoris Doctoris Parisiensis. Testatur editor in epist. Operi præmissa, & ad *Fr. Franciscum de Bellavalle* virtutibus, & genere clarum, sac. Theologiæ Doctorem, & magni Conventus Parisien. Ordinis Minorum *Guardianum* data, se *Reportata* ista ex duobus mss. Parisiis repertis, sed valde corruptis, in lucem edere; & initio ejusdem Operis carmine heroico cecinit *Fr. Bernardinus de Soria* Burgensis Minorita. Cusa postea sunt Venetiis an. 1597. typis Sessæ studio Guidi Bartolucci; demum Antuerpiæ an. 162—cum notis, & Comment. Hugonis Cavelli. Matthæus Ferchius Conventualis Theologus Patavinus scripto edito, vulgatoque an. 1638. docte probavit, *Reportata* hæc nequaquam esse Scoti; & quamquam erravit in autoris ætate consignanda, censuitque vixisse circa annum 1450., eo quod ille citet *Gerardum Cremonensem*, quem putat esse *Gerardum de Sabloneta* in agro Cremonensi post annum 1400. Astronomia clarum; cum sit *Gerardus Carmonensis* in Hispania, cujus meminere Rogerius Bacconus ex autore Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 128., & Guido Bonattus ex autoribus Diarii Veneti Ital. to. 10. art. 5., & to. 15. art. 7.; tamen evicit, illa non esse Scoti *Reportata*, cum antiqui plures usque ad initium seculi XVI. adducant vera Scoti Reportata valde ab istis diversa; etsi Anonymus fere omnia, & aliquando verba ipsa ex illis Scoti describat, ut videre est in to. 2. Operum Jo: Scoti edit. Lugdunen. an. 1639., ubi vera Scoti *Reportata*, vel eorum saltem tres libri leguntur. Ceterum Magister Thadæus Parmensis an. 1318. edidit Expositionem textus Theoricæ planetarum *Magistri Gerardi Cremonen.*, quæ ms. extat Venetiis in Biblioth. S. Marci cod. 340. ex Catalogo ejusdem Bibliothecæ pag. 144.

Porro hic Anonymus quæst. 6. prologi producit *S. Thomam*, qui anno 1323. Sanctorum albo adscriptus fuit; ergo post annum illum autor iste scribebat: & 1. dist. 33. quæst. 1. refert opinionem unius, quem dicit *Doctorem antiquum*, de distinctione inter essentiam, & relationem divinam: opinio autem illa fuit *Ægidii Romani*, teste Joanne Baccono 1. dist. 34. quæst. 1. art. 1. Ægidius vero ille obiisse dicitur an. 1316., & quidem temporibus illis titulus *antiqui* dabatur mortuis, *moderni* autem vivis. Affert itidem, probatque opinionem asserentium, essentiam divinam, & relationem distingui *realiter secundum quid*, quæ fuit opinio Durandi in 1. dist. 33. quæst. 1., & dist. 35. quæst. 2. Similiter admittit ibi distinctionem ex natura rei per rem relativam, seu essentiam divinam, & relationem distingui *re relativa*, non absoluta; quod impugnatur a Mayrone quæst. 3. Quolibet: tantum abest, ut illa Scoti sint.

Notare tamen est lapsum aut librarii, aut editoris, dum initio 1. dist. 1. habetur: *Circa distinctionem primam quæritur primo, utrum hæc scientia sit de omnibus: dicitur, quod sic, quantum ad duplicem relationem videlicet creaturæ ad Deum, & e contra*: nam totum hoc pertinet ad *prologum*, estque ultima ipsius prologi quæstio, incompleta tamen; & non ad *dist. 1.*, quæ incipere debet ibi: *Utrum objectum fruitionis sit finis ultimus*. Advertatur etiam in 4. dist. 13. quæst. 2. legi corrupte: *cavendum est, ne ante auroram celebretur Missa, ne forte Deus non possit videre celebrantem*: cum sit legendum: *ne forte GENS non possit videre* &c.: quod cum non animadvertissent alii, in posterioribus editionibus sublatum est, quod corrigendum erat.

C D.

ANONYMUS XII. incertæ regionis, & temporis

Summam Confessorum Fr. Durandi Minoritæ Campani secundum seriem alphabeti breviter ordinavit; ut habetur in fine ejusdem *Summæ* in Toletana Bibliotheca S. Jo: Regum, ut in *Durando* dicendum est. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 2. al. 3. versus claustrum num. 433. habetur Anonymi Minoritæ

Epitomes Directorii juris a Petro Quesvel compositi ms. in 4. magno cum insigni tabula hoc titulo: *Summa de Sacramentis abstracta de libro, qui vocatur Directorum juris: Si quis ignorat, ignorabitur* &c.

Vocabularium utriusque juris, quod absque autoris nomine circumfertur iterato impressum in 8., scripsit, primusque, ut opinatur Petrus de Alva principio x., emisit Anonymus Minorita incertæ regionis, ac temporis.

C D I.

ANONYMUS XIII. incertæ nationis, sed qui videri possit Gallus, seculo XIV. exeunte, vel sequentis initio scripsit tria *Opuscula* secundum doctrinam *Francisci Mayronis Doctoris Illuminati* Ord. Minorum, scilicet

Tractatum Formalitatum incip. *Solent communiter Doctores:*

De primo principio complexo incip. *Auditum audivi a Domino*: &

Declarationem aliquorum terminorum theologicorum incip. *Ut noviter ad facultatem*: qui potius est tractatus *de divinis nominibus*, in 5. capita divisum. Et hi tractatus simul prodierunt Ferrariæ an. 1490. typis Laurentii de Rubeis in fine librorum Physicorum *Francisci de Mayronis*, & postmodum in fine librorum 4. Senten., & Quolib. Venetiis an. 1507., 1517., 1519., & 1520. ejusdem Mayronis: sed tertius, nempe *declaratio terminorum Theologiæ* seorsim etiam legitur excusus in fine libri 4. Senten. *Nicolai de Orbellis* Paris. 1498., ac 1511., & alibi. Waddingus hos *tractatus* adjudicat Francisco Mayrono; sed cum in omnibus editionibus dicantur non Mayronis, sed *secundum doctrinam Francisci Mayroni*, seu *Doctoris Illuminati*; cumque in tractatu *Formalitatum* non semel citetur *Franciscus Mayronus*, apparet alterius autoris esse ab eo.

Comment. in Joannem Duns Scotum ms. extat Romæ in Biblioth. Vaticana ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 16. inter codices olim Reginæ Sueciæ.

Theologia Scotica incip. *De natura Angelica* cod. ms. pergam in fol. extat in Biblioth. Hispalensis Ecclesiæ sub num. 94. ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 21. num. 245.

C D I I.

ANONYMUS XIV., qui videtur floruisse seculo XV., scripsit

Chronica antiqua Ordinis, quæ citantur a Waddingo ad an. 1219. num. 43., distincta a *Chronicis XXIV. Generalium* scriptis an. 1374., vel ibi desinentibus, de quibus supra in *Anonymo Vascone*;

nam

nam *Chronica antiqua* etiam post dictum annum citantur a Waddingo, ut ibidem dixi. Index quidem mss., quibus P. Waddingus usus est in Annalium Opere, præmissus to. 1. ante Apparatum, habet *Chronica primarum provinciarum Religionis*; & *Compendium Chronicorum ante* 100. *annos scriptum*.

Compilatio privilegiorum Fratrum Minorum ms. pergam. extat Viennæ Austriæ apud nostros ex Catalogo asservato Romæ apud SS. Apostolos

C D I I I.

ANONYMUS xv. incertæ regionis scripsit

Vitam S. Bernardini Senensis incip. *Magnum nobis diebus istis novissimis*, & finien. *qui per omnia secula est benedictus. Amen*. in 54. lectiones distinctam pro die festo Sancti, infra octavam, ac die translationis ejus. Extat hæc in veteri Breviario edito Cremonæ an. 1499. in fol. per Carolum de Darleriis pag. 130. & seqq. sub Sixto IV. composita, ex qua sunt lectiones, quæ in hodiernis Breviariis recitantur. Hanc vulgarunt Bollandii ex ms. *Anonymo Aquilano Minorita*, quam ineditam existimarunt, eamque ego esse puto *B. Bernardini Aquilani*. Antiquior ejus *Vita* habetur in fine Legendarii Jacobi a Voragine Venetiis editi an. 1516. in 4. impensis Nicolai Francofordien. scripta ab autore *Anonymo*, sed synchrono, incipiens: *In civitate inclita Senarum, quæ civitas est Virginis nuncupata* &c.: & in ea autor ait: *Ego illo prædicante Senis de Beata Virgine anno* 1427. *in die sua Nativitatis ab ipso audivi hæc verba* &c. Vita vero scripta a Matthæo Vegio Laudensi incipit: *Bernardinus ex Senis clarissima Hetruriæ civitate* &c.

C D I V.

ANONYMUS XVI. regionis incertæ, incertique temporis scripsit

Quæstiones excerptas de Summa Alexandri de Ales super 4. Libros Sententiarum ex Catalogo Librorum mss. Angliæ, & Hiberniæ: nisi sit *Joannes de Lugo*.

C D V.

ANONYMUS XVII. primùm Conventualis, inde ad Regul. Observantes transiens, demum ad pristinos Conventuales reversus, & factus Episcopus *Suffraganeus*, seu *Titularis* in partibus infidelium, ut conjicitur, Transalpinus edidit sub Innocentio VIII.

Tractatum impugnativum status Fratrum Ordinis Minor. de Observantia incip. *Placet magnopere* &c.: legitur in Monumentis Ord. Minor. tract. 2., & in Firmamento trium Ordinum par. 3.; cui adjungitur

Apologia defens. status Fratrum Minor. Observ., quæ creditur Stephani Brulefer Galli.

Anonymus hic Doctor eruditus præ ceteris in Jure canonico mihi videtur esse *Libertus Belga*, de quo infra: & in eo tractatu non statum, Ordinemque Observantiæ oppugnare contendit, sed eorum separationem, ac nomen.

C D V I.

ANONYMUS incertæ regionis XVIII. Opus elaboravit concionatoribus perutile, cui titulus:

Anima fidelis; cujus antiqua editio in 8. habetur in Biblioth. Conventus S. Mariæ de Cardillejo Discalc. in veteri Castella, teste Jo: a S. Anton. pag. 30. num. 381., & Ferrariæ in nostra S. Francisci Bibliotheca. Forsan idem, qui fecit *Meditationes* S. Bonaventuræ attributas incipientes: *Fideli cuique animæ*, de quibus supra in *Anonymo Italo* XXVII.

Conciones de S. Francisco, & *de Gratia* seculo III. Ordinis Minorum exaratæ, quarum duas habuit mss. in membranis Antonius Augustinus Archiep. Tarraconensis, ut ipsemet testatur in sua Bibliotheca Tarraconen. an. 1586. impressa.

C D V I I.

ANONYMI Regul. Observantiæ, ut eruitur ex Opere, versus finem seculi XV. ediderunt quamdam brevem

Expositionem super Regula Fratrum Minorum, quæ habetur in Monumentis Ordinis Minorum tract. 2., & Firmamento trium Ordinum par. 3. hoc titulo: *Quædam brevis Expositio Regulæ edita a quibusdam Patribus Ordinis*, al. *a Sanctis Patribus Ordinis*; in qua tamen cum cap. 6. adducatur *S. Bonaventura*, liquet, post annum 1482 editam fuisse.

C D V I I I.

ANONYMUS XX. scripsit

Anti-disquisition. Francisan. ex Arturo, a quo citatur *liber* sss. in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Julii §. 5. in Vita S. Bonaventuræ edit. an. 1637. Forsan erat *Gallus* natione.

C D I X.

ANONYMUS XXI. incertæ regionis scripsit

Chronica primarum provinciarum Religionis Franciscanæ, quibus usus est Waddingus in conficiendis Annalibus Ord. Minorum, ut ex indice autorum præmisso to. 1. edit. 2. dictorum Annalium. Vide supra *Anony.* XIV. reg. incer.

Chronicorum, seu Annalium trium Ordinum S. Francisci autor citatur a Benedicto XIV. in *Actis, & decretis in causis Beatificationum, & Canonizationum* &c. edit. Romanæ 1751. decr. XIII. cap. sss. Vide *Bartholomæus Cimarellus*.

C D X.

ANONYMUS XXII., ut videtur, Regul. Observ. Theologus vir doctissimus, ac religiosissimus scripsit

Epistolam per modum libelli supplicis *ad S. Pium* V., rogans, ut quædam forma præscriberetur vivendi Franciscanis, per quam, si quidem una est, non esset tam multiformis eorum forma; inquit Emmanuel Rodericus to. 1. Quæst. Regul. quæst. 2. art. 3.

C D X I.

ANONYMUS XXIII. incertæ regionis collegit sub nomine *Fr. Hacha Ord. Minor.*

Sententias ex XIX. *tomis Bibliothecæ veterum Patrum selectas ordine alphabetico dispositas* in fol. ex Catalogo librorum Catholicorum edito Genuæ anno 1725. pag. 81.; idque quidem post annum 1577., quo Margarinus Parisiis publicavit *Bibliothecam veterum Patrum*.

C D X I I.

ANSELMUS ANDEGAVENSIS Gallus provinciæ Turoniæ Capuccinus concionator scripsit

De efficacia intercessionis Immaculatæ Virginis Mariæ.

Obiit ad Thermas Borbonii an. 1629., teste Marcellino Pisensi to. 3. Annal. Capuccinor., & Dionysio Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C D X I I I.

ANSELMUS FORARQUIVIO Gallus provinciæ Saliorum Minister Capuccin. vitæ meritis, ac doctrina illustris scripsit

Responsionem ad quemdam librum anonymum, & hæreticum, cui titulus est: *Manifestum conversio-*

sionis Gasparis Martini: Avenione an. 1649. in 4., teste autore Biblioth. Capuccinor. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

CDXIV.

ANSELMUS MARZANUS patritius Monopolitanus provinciæ Apuliæ Ordinem Capuccinorum ingressus maximos in eo doctrinæ, & religionis progressus fecit, & postquam novennium, vel decennium Apostolici Palatii Concionator primus sui Ordinis extitit, anno 1604. a Clemente VIII. S. R. E. Cardinalis Præsbyter tit. S. Petri in Monteaureo creatur, annoque 1607. Archiepiscopus Teatinus: sed post sex menses Tusculi ex hac vita migravit, Romamque translatus in Monteaureo tumulatus fuit. Scriptas post se reliquit, teste Georgio Josepho in Biblioth. Purpurat. apud autorem Biblioth. Capuccin., & Jo: a S. Anton. to. 1.

Conciones varias Romæ coram Summo Pontifice habitas.

Cursum integrum Theologiæ quoque reliquit ms. in Bibliotheca sui Ordinis Genuæ, ubi etiam extat *concio* eruditissima Romæ habita ad sacrum Cardinalium Collegium in Aula Constantiniana, ex cit. autore Biblioth. Capuccinor.

Cum esset sui Ordinis Procurator Generalis, & Concionator Palatii Apostolici anno 1602. fuit unus e Consultoribus Congregationis pro controversia de *Scientia media* a Clemente VIII. erectæ. De eo agit Ughellus to. 6. Ital. sac., Annalium Capuccinorum Continuator, aliique plures.

CDXV. 165.

ANSELMUS N. = creditur Polonus, & Cracoviensis patria, uti conjicere est ex ejus Scriptis. Anno 1505. in *Palæstinam* profectus ea loca ita lustravit, ut inde reversus publicam confecerit *Descriptionem*, quæ habetur apud Henricum Canisium to. 4. al. 6. Antiqu. Lection. edit. Ingolstadii an. 1604.; cum antea prodiisset Cracoviæ an. 1514. in 4., teste Aub. Miræo de Script. Eccles. sec. xvi. n. 21. De hoc agunt etiam Vossius de Histor. Latin. lib. 3. cap. 10., Morerus in magno Diction., Dupinus, Bossius, Le-Long, aliique apud Jo: a S. Anton. to. 1. p. 88.; sicut & Coronel. to. 3. Biblioth. univ. num. 2774. Incipit Opus: *Ut quisque facilius*.

CDXVI.

ANSELMUS DE VIENNA Germanus provinciæ Austriæ Minister, ac Ordinis Definitor Generalis, Ecclesiastes celeber composuit

Concionum variarum volumina egregia, quæ mss. asservantur Viennæ Austriæ in Bibliotheca Academica, teste Petro de Alva col. 1589. in Append. Militiæ univ. nonnulla ex illis exscribente, & Marraccio in Append. suæ Biblioth. Marianæ; a quibus accepit Jo: a S. Anton. to. 1.

Decessit autor apud S. Hippolytum diœcesis Passavien. an. 1535. ex eisdem.

* ANTONINUS PACTENSIS = vide *Antonius Pactensis*.

* ANTONINUS A RANDATIO = vide *Antoninus*.

CDXVII. 166.

ANTONIUS DE ABBATE = de quo P. Rodulphius lib. 3., Gonzaga apud autorem Chron. S. Franc. par. 4. lib. 5. cap. 15., & Waddingus ipse in indice Martyrum scribunt, *Gallum* fuisse, & *Guardianum* Conventus Montis Guiscardi, in Septimania, seu Occitania an. 1568. ab hæreticis constanter mortem pertulisse. Quare cum errore Waddingus hunc in indice nationum inter *Italos* collocavit. Benedictus Mazzara ad diem 9. Septembris hujus meminit; Joannes autem a S. Antonio exscribit Waddingum.

CDXVIII.

ANTONIUS DE ABULA Hispanus Discalceat. provinciæ S. Joseph Pater, Philippo III. Hispaniar. Regi piissimo dilectus, virtutibus, miraculisque clarus edidit

Vitam Ven. Fr. Philippi Barcinonensis Laici sui Instituti visionibus, & revelationibus illustris, an. 1616. defuncti; cujus conscientiæ, & spiritus moderator extitit in Abulensi S. Antonii Cœnobio. Hanc fere ad literam evulgarunt Jo: a S. Maria lib. 3. Chron. par. 2. cap. 35., & Martinus a S. Joseph par. 2. Chron. fol. 127., & seqq., nec non Jo: a S. Anton. to. 2. Chronic. prov. S. Pauli lib. 4. cap. 18., & seq., uti ipse scribit to. 1. Biblioth. Francisc. pag. 89.

CDXIX.

ANTONIUS ALBERTINI Cæsenas Conventualis sac. Theol. Magister, poëtices etiam, musicesque, nec non picturæ nequaquam expers in lucem edidit italice

Principem optimum, quia Philosophus, declamationem academicam, Faventiæ anno 1647. in Comitiis provinciæ habitam, eodemque anno Cæsenæ impressam typis Nerii in 4.

Orationum panegyr. to. 1. ibidem anno 1666. in 4.

Therapeutica, sive *Meditationes super annua Evangelia* extant ms. Cæsenæ in Bibliotheca S. Francisci, ex Franchino in Bibliosophia n. xxxv., qui addit, obiisse eum anno 1682. Ejus *carmina latina* leguntur in principio Opusculorum Theologicorum Modesti Gavatii anno 1650. Romæ editorum.

CDXX.

ANTONIUS DE ALCEGA Hispanus, qui postea Episcopus fuit, vivebatque anno 1608. scripsit

De propagatione fidei Epistolam vernacule; cujus fragmentum refert Antonius Daza 4. par. Chron. Ord. lib. 2. cap. 33., teste Jo: a S. Anton. in Append.

CDXXI. 167.

ANTONIUS ALVAREZ = Regul. Observ.; cujus Operis prodiit etiam primus tomus Matriti anno 1597., & secundus tomus Compluti an. 1597. in 4.; diciturque quinta editio.

Miscellanea pro concionatoribus impressa sunt Salmanticæ an. 1607. in 8. apud Artum Tabernier, teste Jo: a S. Anton.

De eo Petrus de Alva in Militia, & Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan.

* ANTONIUS AMICIUS, quem hic interserit Jo: a S. Anton. ex Arturo die 29. Novembris §. 2., fuit non Franciscanus, sed secularis J. V. D., nepos, vel pronepos B. Bernardini Aquilani, cujus *Funerale* vulgavit Venetiis 1572. ex Waddingo pag. 54. in *Bernardino Aquilano*; & anno 1580. ibidem edi curavit *tres tractatus S. Jo: Capistrani* ex cit. Wadd. pag. 197., cui addas & alterum de *Judicio universali*, & *Antichristo* ibidem an. 1578. *Epitaphium*, quod ipse Antonius *J. V. D. pronepos* Bernardino posuit, refert Bartholomæus Cimarella par. 4. Chron. S. Franc. lib. 9. cap. 45.

CDXXII. 168.

ANTONIUS ANDREAS = quem magis sectatorem

rem, quam discipnlum Scoti dixerim, & circa finem seculi XIV. florentem. Certe Bartholomæus Pisanus, qui scribebat circa an. 1390., hujus non meminit.

Commentarii in Artem veterem Aristotelis, scilicet in *prædicubiliu*, *prædicamentu*, *de sex principiis*, *perihermenias*, & *divisiones Boetii* cum *quæstionibus* prodierunt castigati per Jo: Mariam Mapellum Vicentinum Artium, ac Medicinæ Professorem etiam Venetiis an. 1492. in fol.; postea eosdem recognovit, castigavitque *Fr. Jo: Champagnu Cheriensis* Venetiis an. 1517. per Lucam Anton. Juntam publicatos in fol.: eum antea prodiissent Vicentiæ in fol., teste Maittaire Annal. Typograph. pag. 125.

Commentarios in reliquos Logicæ libros, nempe *priorum*, *posteriorum*, *topicorum*, & *elenchorum*, sive in novam Logicam eum etiam scripsisse, clare habetur ex ejus verbis in ea quæstione: *an Logica sit de syllogismo tamquam de subjecto*: excusa ibidem post librum *divisionum Boetii*, in qua ita incipit: *Quia favente Deo jam scripta, & expositiones librorum Logicæ veteris utcumque complevi; antequam ad expositionem novæ Logicæ manum ponam, unam communem toti Logicæ hic in medio movebo quæstionem*: *utrum* &c.: nomine porro *novæ Logicæ* intelligit Logicam de *syllogismo*, ut ex ejus proœmio libri Perihermenias elucet.

In octo libros Physicorum an scripserit, nec ne, in dubium vocare nolo; illud mihi constat, edidisse eum

De tribus principiis rerum naturalium materia, forma, & privatione, atque *composito*, præmissa quæstione de *subjecto Physices*, incip. *Cum secundum doctrinam Arist.* Hic *tractatus* de *tribus principiis naturæ* ms. chartac. in 4. extat Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Franc. exscriptus anno 1458. Perusii a *Fr. Juliano Volaterrano* de Maffeis, qui postea fuit Archiepiscopus Ragusinus, & Episcopus Bertinoriensis. Nec non

Tractatum formalitatum ad mentem Scoti incipientem: *Ens in quantum ens, manifestum est* &c. Utrumque Opus anno 1475. castigavit Fr. Thomas Penket Anglus Eremita S. Augustini, emisitque Patavii per Laurentium a Lendinaria in fol., quod extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci; mox anno 1477. Vicentiæ ex Orlando de Orig. & progres. Typographiæ par. 1. & 2. per Petrum de Harlem, & Hermanum de Levilapide: quod tamen Opus antiquitus prodiit sub nomine *Boneti*, ut in Nicolao Boneto dicetur. Iterum autem correxit Opus *de tribus principiis naturæ* Petrus a Malfeta Conventualis sac. Theol. Doctor *tempore suæ Lecturæ in Ferrarien. Universitate*, & Ferrariæ vulgavit anno 1490. in 4. per Laurentium de Rubeis a Valentia: sed *Quæstiones* 13. *de tribus principiis rerum naturalium* prodierant antea Venetiis an. 1489. in 4. apud Bernardinum de Choris Cremonen., & Simonem de Luere cum *Logica* Nicolai de Orbellis, & aliorum Opusculis; quæ editio extat Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonaventuræ Min. Conv. Tandem prodiit & Venetiis anno 1517. in fol. typis HH. Octaviani Scoti studio Hieronymi Nuciarelli Romani inter Opuscula diversorum. In fine dicti Opusculi, vel quæstionis habetur: *Attende igitur Lector, qui legis, quod si quid bene dictum est in quæstionibus supradictis, ub arte doctrinæ Scoticæ processit; cujus vestigia quantum potui, & quantum ipsum capio, sum secutus. Si autem aliquid male dictum, vel doctrinæ dictæ contrarium reperias, vel repugnans, meæ imperitiæ ascribatur. Quod si vero aliquid tale ibi continetur, nunc pro tunc revoco, tamquam dictum fuerit ignoranter, quia ignoraverim mentem Scoti*: quæ similis protestatio habetur etiam in fine suæ Expositionis in Metaphysicam; atque suadere videtur, eum non fuisse Scoti discipulum.

In duodecim libros Metaphysicæ Antonius Andreæ & *Quæstiones* edidit, & *Expositionem*, quas non secrevit Waddingus, cum tamen typis discretas, seorsimque datas legamus.

Quæstiones prodierunt primùm Vincentiæ an. 1477. a Fr. Thoma Penket Anglo Erem. S. Aug. castigatæ per Hermannum Lichtenstein Colonien., & Nicolaum Petri Harlemen. in fol.; postea Venetiis an. 1481. per Antonium de Strata Cremonen.; iterumque an. 1482. Venetiis per Gregorium, & Joannem Forolivienses castigatæ, correctæque a *Luca de Subereto* Franciscano Conventuali; & etiam anno 1487., & 1491. per Bonetum Locatellum sumptibus Octaviani Scoti; exin Parisiis an. 1495., teste Orlando de Orig. & progr. Typographiæ par. 1. & 2. pag. 316.; iterum ab *Angelo Lucido* Firmano Minorita Convent. emendatiores excusæ sunt Venetiis per Georgium Arrivabeni anno 1514.; postmodum ibidem etiam ipso anno 1514. a *Francisco Valentiano* Minorita provinciæ Genuensis typis Gregorii de Gregoriis; nec non anno 1523. in fol. per HH. Octaviani Scoti. Incipit autem prologus: *Cæli gyrum circuivi sola*: quo finito, incipit Opus: *Quia secundum doctrinam Arist.*: citatque has ejus quæstiones Gabriel Zerbius, qui tempore Sixti IV. scribebat, in sua Metaphysica præsertim lib. 1. q. 2. §. *propter tertium.* Antonii Andreæ *Metaphysicu*, nempe *Quæstiones* mss. chartac. in 4. habentur in Tabulario sac. Conventus S. Franc. Asisii sine prologo incipientes: *Quia secundum Aristotelem p. poster. notitia subjecti præsupponitur toti scientiæ* &c. *Utrum ens simpliciter sumptum, quod est commune Deo, & creaturæ, sit scientiæ Metaphysicæ subjectum.* Etiam Mediolani habetur *Antonii Andreæ Scoti auditoris Philosophia* ms. in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 507.

Expositio in 12. libros Metaphys. incip. prologus; *Cæli gyrum circuivi sola*: quo finito, incipit Opus: *Juxta consuetudinem in hoc libro* &c. prodiit primùm Venetiis an. 1482. per Ant. de Strata Cremonen. in fol. ex Orlando prox. cit., & Ferchio in *Scotica Discuss.* &c., extatque hæc editio etiam Bononiæ, & Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci sub nomine *Antonii Andreæ*: sed paulo post Mauritius Hybernicus perperam *Antonio Andreæ* adscriptam ratus sub nomine *Scoti* evulgavit anno 1497. Venetiis per Octavianum Scotum; iterumque anno 1501. per Bonetum Locatellum in fol.; quod videret, *Expositionem Scoti* non haberi. Verumtamen Matthæus Ferchius an. 1638. invictis rationibus ostendit, *Expositionem* hanc Antonii Andreæ esse, non Scoti in *Discuss. Scot.* Patavii impressa. Et quidem ipse initio *Quæstionum* in Metaphys. cum dicat, expleto prologo: *Quia secundum doctrinam Arist. 1.* &c.; *idcirco ad expositionem libri Metaphysices manum extendens, confidens de Domini bonitate de subjecto Metaphysices talem profero quæstionem* &c.: edocuit, & *expositionem*

su

se fecisse, & *quæstiones*; quinimo & has, & illam unum Opus conflasse; quemadmodum Metaphysica *Alexandri de Alexandria* expositionem unà, & quæstiones complectitur. Sane tam *quæstiones*, quam *expositio* Antonii Andreæ eumdem habent prologum: *Cæli gyrum circuivi*: & eumdem finem; nam Ferchius cit. cap. 4. n. 3. fatetur, protestationem illam: *Volo autem scire omnes* &c., quæ in fine *Expositionis Metaphys.* habetur, haberi etiam in fine *Quæstionum Metaphys.* juxta codicem ms. Patavinum. Sed etiam ex ipsa autoris citatione Quæstionum in Expositione, & Expositionis in Quæstionibus arguitur unum Opus fuisse. Porro *Franciscanum* antiquum, qui in hoc Opus *Commentarios* fecit, quos penes se mss. habuisse scribit Waddingus, fuisse *Joannem Foxal* Anglicum, qui exeunte seculo xv. florebat, ostendam infra suo loco. In hujus *Metaphysicam* scripserunt pro S. Thoma Dominicus Flandrensis in sua Metaphysices expositione Venetiis anno 1490. excusa, & Bartholomæus Spina Pisanus, uterque Ord. Præd., anno 1517. itidem in S. Thomæ Metaphysices expositione Venetiis impressa.

Quæstiones ordinarias etiam edidisse Antonium Andreæ demonstrat laudatus Ferchius in *Discuss. Scotic.* de Expos. Metaph.; easque citari ab ipso Antonio Andreæ in q. 4. Metaph. lib. 8., q. 18. lib. 7., q. ult. lib. 4., & alibi: & forsan eæ sunt, quæ ab Henrico Willoto dicuntur *Quolibeta*.

In quatuor libros Senten. Commentarius prodiit cura Card. Sarnani, castigatus quidem, & mendis expurgatus ab Angelo Rocca Ord. Erem. S. Aug., ut innuit ipsius Card. Sarnani epistola an. 1378. ad Felicem Card. Perettum Operi præmissa: sed Ferchius memoratus in 1. Discuss. Scot. cap. 1. dubitat, an sit Antonii Andreæ, nec temere; nam lib. 4. d. 49. q. 11. inquit: *dicitur tamen, quod Scotus fuit istius opinionis . . . . . sed oppositum hujus videtur expresse dicere in ista dist.*: & in 2. d. 2. q. 2. de Scoto ait: *& ideo solvit rationes Bonaventuræ; maxime quia Scotus dicit, eam esse probabilem*: verum hæc potius suadent, eum Scoti discipulum non fuisse, quam Opus non esse ipsius. Observandum est etiam, lib. 3. Sententiarum dist. 28. citari suppresso nomine *Expositionem Lyrani* in sac. Scripturam, quam anno 1330. expletam fuisse ostendit Waddingus in *Nicolao Lyrano*: scripsit ergo ille post annum 1330.

Compendiosum principium in libros Senten. incip. *Girum cæli circuivi sola*, quod inter Opera S. Bonaventuræ legimus S. Doctori adscriptum, prodiitque primùm Argentorati an. 1495., inde Venetiis an. 1504., & postea inter Opuscula S. Bonaventuræ, mea sententia est *Antonii Andreæ*, uti stylus insinuat, & initium, quo scriptor iste solet propria monumenta insignire: ita namque & *Logicam veterem*, & *Metaphysicam* inchoavit, nempe; *Gyrum cæli circuivi sola*: tractatum *de tribus principiis naturalibus* incæpit: *Cum secundum doctrinam Arist.*: & Quæstiones Metaphys.: *Quia secundum Doctrinam Arist.* Est enim *Principium* compendiosum istud *prologus* alicujus Doctoris in 4. libros Sententiarum; Opus autem Antonii Andreæ *in 4. libros Senten.* caret prologo; igitur optime aptari potest illi Operi, & ipsi autori adjudicari; cum, ut videbitur, S. Bonaventuræ esse non possit.

Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci habetur codex ms. in 4., in quo sunt *Sermones* a prima Dominica Adventus incipientes: *Solvite, & adducite mihi. Matt.* 22. Deinde *Sermones festivi* a S. Andrea incipientes: *Assumpsit me de aquis multis. Psal. A potenti manu debet attrahi* &c. Postea *Sermones de festivitatibus, & Dominicis totius anni editi per Fratrem Minorem* incipientes de S. Andrea: *Erat Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus* &c: & in fine *Sermonum de Sanctis* extat: *Expliciunt festivi* (Sermones) *totius anni, & communes plurimorum editi per fratrem Antonium de Yspania Ordinis Fratrum Minorum, & compilati per fratrem . . . . . qui Sermones juxta Scripturæ veritatem vocantur; quos compilavi Parisiis existens ibi a. ccc. xi.*: mox sequuntur *Sermones feriales totius anni ejusdem Doctoris* incipientes a prima Dominica Adventus; *Respicite, & levate capita vestra* &c. *Luca* 17. *Praeterea*: *Levavi oculos meos in montes* &c.: an omnes sint unius autoris, & hujus autoris? non satis scio.

CDXXIII. 169.

ANTONIUS ANGELORUM = al. *Andreas Angeli* Nicolao Antonio in Bibliotheca Hispana; de quo & Marracius in Bibliotheca Mariana, traditque vixisse an. 1610.; & ex eo Bordonus in Chronologio Tertii Ordinis cap. 38.

Triumphus gloriosæ Virginis Mariæ cusus est Ulyssipone an. 1600. in 4.; & ibidem anno 1638. in 4. apud Laurentium Craësbeeck ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 328.; qui monet; in fine libri extare *varia carmina* hispano idiomate, & initio 4. *hymnos* latinos in laudem Immaculatæ Conceptionis.

Historia universalis regnorum mundi idiomate patrio, sive lusitano. Conimbricæ anno 1651. in 4. per Emmanuelem Diaz, sub nomine *Andreæ Angeli* Lusitani Tertii Ord. S. Francisci ex Coronel. Biblioth. univer. to. 3. num. 2932. Scripsit etiam

Doctrinam moralem, & politicam prædicabilem pro mundi gubernio. Ulyssipone anno 1693. in fol. typis Michaelis Deslandes, teste cit. Jo: a S. Anton. v. *Emmanuel ab Angelis*.

CDXXIV.

ANTONIUS DE ANGELIS, quem aliqui cum superiori confundunt, Liciensis Regul. Observ. provinciæ S. Nicolai in Apulia an. 1579. institutus est Guardianus Conventus Jerusalem, & Commissarius Terræ Sanctæ in Comitiis Generalibus Parisiis habitis a Francisco Gonzaga Ministro Generali, ex Actis excusis: scripsitque

De Terra Sancta lib. 1. teste Adricomio in Catalogo autorum, quibus usus est in Theatro Terræ Sanctæ conficiendo, ubi ita habet: *Topographica delineatio civitatis Hierusalem Antonii de Angelis Minoritæ, qui diu Hierosolymæ habitavit, anno* 1578. *Romæ in Conventu B. Mariæ Aracæli ab eo in lucem edita*: a quo accepit Anton. Possevinus in Bibliotheca selecta lib. 2. cap. 21., & in Apparatu ad omnium gentium Historiam sect. 6. cap. 20., & in Appar. sac. to. 1. v. *Christianus Adrichomius*; nec non ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 91.

Coronellus Biblioth. univer. to. 3. num. 2932. refert, *Antonium Angeli Lusitanum Ord. SS. Trinit.* sac. Theol. Magistrum scripsisse *de transmigratione filiorum Israel*; & *Compendium Indulgentiarum SS. Trinitatis*: sed alius, ut puto, est.

CDXXV.

ANTONIUS AQUILANUS Strict. Observ. concionator; ac Theologus in Syria, ac Palæstina Missio-

sionarius Apostolicus, Romæ posthac linguæ arabicæ in Collegio S. Petri in Montemureo Lector typis mandavit

Arabicæ linguæ notas, & methodicas institutiones. Romæ an. 1650. apud Congreg. de Propag. Fide in 8.; quas vidi Bononiæ apud nostros. De eo & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 92.

C D X X V I. 170.

ANTONIUS DE ARANDA = Turrilacunensis prov. Castellæ Reg. Observ. Minister pietate, & eruditione clarissimus, a sacris Confessionibus Mariæ Reginæ Hungariæ, & Bohemiæ, ac Joannæ Lusitaniæ Principis, filiarum Caroli V. Imper., descripsit hispano idiomate

Informationem Terræsanctæ, ut ille an. 1530. vidit, impressam Compluti anno 1531. in 8., & an. 1533. in 4. apud Michaelem Egiam; deinde an. 1552. per Jo: Brocar in 4.; & 1563. in 8. typis Ludovici Gutierrez; extat & alia editio sine loco, & anno in 4., cui accessit

Vita S. Amari, & *S. Mariæ Magdalenæ*, teste Leone Pinello in sua Biblioth. Mariana ms. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 92.

De VII. verbis Deiparæ Virginis hispanice. Ibidem an. 1552. in 4.; & 1557. in 8., teste cit. Jo: a S. Anton.

De monte Calvariæ: Ibidem an. 1551. in 4. apud Jo: Brocar ex Dupino in Supplem. to. 3., & Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp.

Vitam D. Fr. Francisci Ximenez de Cisneros Cardinalis Archiep. Toletani hispane; quam sub nomine *Franciscani Turrilacunensis* citat, secutusque est Alvarus Gomez in rebus illius gestis, teste Nicolao Antonio cit.

171.

ANTONIUS ARETINUS = vide *Antonius Niger*; idem enim est.

* ANTONIUS ARIBANDI = vide *Antonius Valentinus*.

C D X X V I I.

ANTONIUS ARIMINENSIS Regul. Observ., ac provinciæ S. Francisci, Umbriæque Vicarius vir doctus, & in divinis literis eruditissimus, disciplinæ regularis fervidus promotor, totaque Italia verbi Dei celeberrimus prædicator floruit anno 1450., scripsitque

Conciones Quadragesimales, ac per omnes anni Dominicas.

Sermones varios, præsertim de Sanctis.

Super Canticum B. V. Mariæ; &

Tractatum de Virginitate: inquit August. Superbus in Catalogo ms. Scriptor. Ord. Min. fol. 13.

Robertus Caracciolus Liciensis autor suppar in sermone de *S. Bernardino* Senensi cap. 2. inter *famosissimos* verbi Dei concionatores Ordinis Minorum & hunc recenset; & Marianus Florentinus apud autorem Chronicor. S. Franc. par. 3. lib. 4. cap. 28. dicit virum profundæ doctrinæ, eximium concionatorem, ac toti Italiæ tum doctrina, & virtute, cum vitæ sanctitate notissimum. P. Rodulphius etiam lib. 2. Hist. Seraph. fol. 299. in prov. Bonon. Regul. Observ., ac loco Ariminensi S. Mariæ Gratiarum ait: *ibi floruit Fr. Antonius magnus prædicator in præclaris civitatibus Italiæ, fuitque Vicarius provinciæ S. Francisci*.

C D X X V I I I. 172.

ANTONIUS ASISIAS = Rodulphius Hist. Seraph. lib. 3. scribit, hunc edidisse

Tabulam Bibliæ, cujus initium est: *Abstinentia*; quod est ordine alphabetico; ac vixisse anno 1466. Waddingus, ut & Possevinus a Willoto acceperunt: Jacobus Le Long. pag. 611., ac Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 93. ab istis

C D X X I X. 173.

ANTONIUS ATRIENSIS = quæ civitas non in *Brutiis* est, idest in Calabria, sed in Aprutio, Vestinisque *Adria* a Plinio, antiquisque vocata, nunc vulgo *Atri*, cum Pennensi civitate conjuncta; uti Toppius, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

Tractatum edidit, seu *Meditationes de quatuor beneficiis Christi (creationis, redemptionis, gubernationis, & glorificationis* prosa & versu, ex Jo: a S. Anton. to. 1.) *lingua vernacula, & rudi*, inquit Rodulphius cit. lib. 3.; & Possevinus forsan ex Willoto addidit & *Exercitium spirituale*; sed cum errore, cum idem sit: etenim Regul. Observ. alumnus ad quinquennium est in Palæstina commoratus, ubi ex multis antiquis libris in loco Montis Sion extantibus extraxit

Exercitium spirituale, in quo agitur de quatuor præcipuis beneficiis a Deo humano generi concessis, creatione, gubernatione, redemptione, & glorificatione; vulgaritque Venetiis anno 1552. in 4. per Jo: Paduanum ex Coronel. Biblioth. univers. to. 4. n. 5672.; & antea ibidem an. 1514. in 4. m. per Jacobum de Penci, teste Jo: a S. Anton. to. 1. De eo legatur & Toppius Biblioth. Neapol.

C D X X X. 174.

ANTONIUS DE AUDICENA = Regul. Observ. Opus suum edidit Pampelonæ etiam anno 1601. in 4. per Martinum Mars, ex Jo: a S. Anton. to. 1.

C D X X X I.

ANTONIUS BACELAR, al. Barcellos, Lusitanus Regul. Observ. provinciæ S. Jacobi scripsit vernacule

Evangelicum Apologeticum pro consanguinitate S. Jacobi cum Christo Domino. Conimbricæ an. 1631. in 4., ex Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp., & Fr. Petro Pojares lib. de Apparitionib. Crucis cap. 16. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C D X X X I I. 175.

ANTONIUS DE BALOCHO = de *ItIa* ex Jo: a S. Anton., anno 1478. mense Decembri singulis diebus *conciones* habuit Parmæ in Ecclesia S. Francisci potissimum de pace, & restitutione, ex autore Diarii Parmensis apud to. 22. Rer. Italic. Scriptor.

Quadragesimale de 12. *excellentiis fidei* continet conciones num. 71.; incipit enim a Dominica Septuagesimæ, progrediturque continuis diebus etiam Sabbatis; castigatas a *Fr. Ludovico Brognolo* ejusdem Instituti concionatore, qui eas dicavit Fr. Ludovico a Turre sui Ordinis Apostolico prædicatori, postea Vicario Generali, vulgavitque Venetiis anno 1492., sed non sine mendis: castigatiores tandem una cum *Tractatu de virtutibus* legimus excusas itidem Venetiis an. 1505. per Albertinum de Lisona Vercellensem. Sed

Tractatus de virtutibus prodiit primùm Lugduni anno 1504. Edidit etiam italice

Tractatum de 12. excellentiis Sacramenti Confessionis, qui prodiit Mutinæ anno 1491. in 4.; nec non

Tractatum diffusum de 13. consiliis circa salutem peccatoris cusum ibidem an. 1492. in 4., & missum ab autore ad cives Burgi S. Sepulchri. Utrumque

quæ vidi in Bibliotheca Ferrarien. S. Jo: Baptistæ Canonic. Regul. S. Aug.; & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 94. dicit, se vidisse secundum in Bibliotheca Hispalen. Ecclesiæ, cusum per Dominicum Rochezolam.

Quadragesimale alterum de fructibus Spiritus Sancti, quod ipsemet in prologo *Quadragesimalis de 12. excellentiis fidei* promittit.

Obiit hic autor anno 1483. die x. kal. Octobris Urbeveteri non sine sanctitatis opinione, ex Supplem. Annal. Waddingi; & Robertus Liciensis scriptor æqualis in serm. de *S. Bernardino* cap. 2. eum inter *famosissimos* prædicatores enumerat. De eo Arturus ad diem 22. Septembris; Bail. par. 2. Biblioth. concionat. cap. 72.; Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont.; autor Supplem. Annal. Min. Waddin. ad an. 1483. n. 6.; & post hos omnes Jo: a S. Antonio.

* ANTONIUS BANALES = *Antonius Vanales*.

CDXXXIII.

ANTONIUS BARBERINUS patritius Florentinus Capuccinus, Urbani VIII. germanus frater, S. R. E. Cardinalis tit. S. Onuphrii, Senogallien. Episcopus anno 1623. Summus Pænitentiarius, & Bibliothecarius Sedis Apostolicæ, suique Ordinis Protector; de quo plura Ughellus Ital. sac. to. 2., nec non Catalogus S. R. E. Cardinalium: edidit

Constitutiones synodales, & decreta pro diœcesi Senogallien. Romæ an. 1627. in 4. typis R. Cameræ Apostolicæ, ex Ind. Biblioth. Barberinæ.

Decreta, & constitutiones pro Monialibus civitatis Senogallien. iisdem typis an. 1628. in 12., ex eodem Indice.

Decreta alia plura etiam publicavit, ut illud *circa Fratres divagantes* an. 1641.; *contra Heremitas portantes habitum Tertii Ordinis S. Francisci* an. 1639.; *de jure conferendi habitum in provinciis Portugalliæ* eodem anno, ut apud Petrum de Alva in Indic. Bullar. Seraph. ad eos annos.

Tractatum de antiquo modo eligendi in familia Capuccinorum. Ibidem an. 1628. in 4.

Ordinationes pro bono regimine Minorum Capuccinor. Ibidem an. 1640.

Testamentum, & codicillum ab ipso manu sua propria conscriptum ante obitum. Romæ anno 1646. in fol. ex Dionysio Genuen. Georgius Joseph in sua Biblioth. Purpur. scribit, eum edi curasse

Triumphum Crucis, & *Comment. in Psal. Miserere Hieronymi Savonarolæ* Dominicani Romæ an. 1646.

Obiit Romæ eodem anno 1646., humatus in Ecclesia Capuccinor. a se erecta, cum brevissimo, humilique epitaphio; quem Gravina Ord. Præd. in *Voce turturis* par. 2. pag. 247. miræ sanctitatis, sapientiæ, & prudentiæ exemplar appellat.

* ANTONIUS BARBERINUS alter = v. *Antonius Taurinensis*.

CDXXXIV.

ANTONIUS BARTHOLI Ficeclensis Hetruscus Min. Convent., moderator, seu, ut ajunt, *Guardianus* sui Coenobii, Custosque Custodiæ Lucanæ anno 1485. composuit

Manuale pro Fratribus Religiosis, quod ms. adhuc servari dicunt in dicto Coenobio cum insignils domus suæ; eratque adhuc in vivis an. 1492. ex illius loci monumentis.

CDXXXV. 176.

ANTONIUS BIRRIETIUS = Gallus, &, ut puto, Regul. Observ., de quo Jacobus Le Long to. 2. Biblioth. sac. pag. 640., & Jo: a S. Anton. to. 1.

CDXXXVI. 177.

ANTONIS BITUNTINUS = Regul. Observ., de quo Speculum Minorum, & Marianus apud autorem Chronic. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 43. scribunt, eximium verbi dei concionatorem extitisse; super 4. *libros Senten.* Opus composuisse, & Nicolao v. obtulisse, a quo propterea sac. Theol. *Doctor* fuerit declaratus, de qua re & Waddingus in Annal. ad an. 1426. num. 10.; plures *sermones* edidisse prædicabiles, & multas *quæstiones* super Epistolis, & Evangeliis; nec non *Summam conscientiæ*; quod habet & Rodulphius lib. 3.: sed Willotus hunc cum *Antonio Matelicano* confundens in errorem suum sequiores attraxit, ipsumque Waddingum, illi ea, quæ hujus sunt, attribuentes; quæ nos attente segregabimus; id quod vidit & Jo: a S. Antonio.

Sermones in omnes Epistolas quadragesimales = *Sermones quadragesimales de vitiis*, al. *de peccatis* num. 59. incipientes a Dominica Septuagesimæ usque ad Sabbatum s. Paschatis Guido Antonio Montis Feretri, Urbini, & Durantis Comiti inscripti ad modum dialogi incip. *Castigo corpus meum* &c.: prodierunt Venetiis an. 1499. in 8. typis Jo: Hertzog. impensis Nicolai Francofordien., recogniti, atque expurgati a *Fr. Philippo de Rothingo* Minorita. Extat Opus ms. Florentiæ in Biblioth. Conventus Omnium SS. Regul. Observ., ex Petro de Alva col. 94. Militiæ; quod Joannes a S. Antonio existimavit diversum a *Quadragesimali*.

Tractatum de causis, quare Deus fecit peccabile genus humanum = Est *epistola*, quæ stat loco prologi *Quadragesimalis de vitiis* supramemorati ita habens: *Ad illustrem, & religiosissimum Principem Dominum Guidantonium Montisferetri, Urbini, & Durantis præcellentiss. Comitem Fratris Antonii Bituntini Ordinis Minorum professoris digni proœmialis epistola incipit: ubi declaratur, quare Deus peccabile fecit genus humanum. Dubitari a quibusdam* &c. Postea subditur *Responsio Comitis Guidantonii epistolaris petentis scire notitiam omnium mortalium, & venialium peccatorum*: inde subsequitur prædictum *Quadragesimale de peccatis*, seu *vitiis*. Hunc *tractatum de causis, quare Deus fecit peccabile genus humanum scriptum anno* 1448. haberi ms. in Biblioth. Minor. Mirepic. ait Oudinus to 3. Comment. ad an. 1400.; sed hoc Waddingus dixit de *Speculo animæ*, non de tractatu illo.

Speculum animæ = Opus est *Joannis Peckam* Minoritæ Angli; & nescio, quomodo exciderit Waddingo huic attribuere, quod suppares autores tacuerunt: nisi *Summa conscientiæ* edita sit hoc titulo *Speculi animæ*; nam

Summam Conscientiæ scripsisse habetur ex antiquis scriptoribus Speculo Minorum, Mariano, Rodulphio, ac Marco Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 43.; nempe *Summam casuum conscientiæ*; quæ forsan idem est, ac *Speculum animæ* proxime memoratum.

Quæstiones in Epistolas, & Evangelia quadragesim. cusæ sunt primo Venetiis an. 1494. in 4. per Jo: Emericum Spirensem una cum *Postilla Lyrani* castigatæ a Magistro *Nicolao Mutinensi* Ord. Min. sac. Theol. Doctore; & postea ibidem anno 1500. in 8. per Jo: Tacuinum de Tridino; exin-

de

de anno 1516. per Jacobum Pentium de Leucho; mox ibidem seorsum an. 1538. ex officina S. Bernardini; tum Lugduni an. 1541., ac 1569. in 4. per Gulielmum Rovillium; & tandem Venetiis iterum anno 1588. cum annotationibus Jo: Verdelay in 8. ex Indice Biblioth. Barber. Nonnulla ejus *in Evangel. Domin.* extant mss. Florentiæ in Biblioth. Riccardiana unà cum nonnullis Gulielmi Lugdunen., & Ugonis Card. cod. chartac. in fol. n. 31. ex Indice illius Biblioth. pag. 142.

Expositio mystica Evangeliorum Dominicalium impressa fuit Bergomi anno 1496. in 8. magno, teste Petro de Alva col. 94. Militiæ.

Sermones Dominicales num. 52. a Dominica prima Adventus usque ad 24. Pentecostes Friderico Urbinatium Duci nuncupati incipientes: *Erunt signa in sole, & luna* &c. præmisso prologo: *Pro hujus sacri, & sancti Evangelii histor.* &c. prodierunt primùm Argentorati anno 1495., mox Venetiis 1499. per Bonetum Locatellum expensis Nicolai Francfordien. die VI. idus Octobris recogniti, & expurgati a *Fr. Philippo de Rothingo* Minorita.

Sermones sacri ejus mss. extant Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 507.

Summa Theologiæ F. Antonii de Betonto professoris Ordinis Minorum, qui docuit Ferrariæ, & Bononiæ anno 1448., *& Mantuæ anno* 1449., *scripta a Fratre Francisco Gallhard anno* 1460. *perfecit die* XI. *Augusti*. Incip. proœmium: *Multi fuere Scriptores* &c.: ms. extat Parisiis in Regia Gall. Bibliotheca cod. 4518. dedicata *A. Cardinali tit. S. Eusebii* teste Casim. Oudino to 3. Comment. cit.

Anno 1454. fuit unus e selectis a Calixto III. ad prædicandam *Cruciatam* contra Turcas, ut ait Rodulphius lib. 2. fol. 191.; obiitque anno 1459. die 25. Septembris Atellæ in Apulia in Cœnobio S. Mariæ de Angelis, ex Waddingo in Annal. Minor., cum jam provinciæ suæ Apulæ Vicarius extitisset. Robertus Liciensis Episcopus Aquinas autor, qui eodem tempore vixit, in sermone de S. Bernardino Senensi eum inter *famosissimos* concionatores Ord. Minor. recenset. Fr. Marcus de Bononia Vicarius Generalis citramontanus sui Ordinis ei misit epistolam hujus modi: *In Christo sibi R. P. Fr. Antonio Bitontino Ordinis Minorum provinciæ Apuliæ Vicario dignissimo, viro optimo, benignissimo, verbi Domini præconi mirifico Fr. Marcus de Bononia* &c. De eo Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ; Arturus ad diem 25. Septembris §. 2.; & Apostolus Zenus Dissert. Vossian. to. 1. pag. 155. in *Laurentio Valla*.

CDXXXVII.

ANTONIUS DE BOJEMBAL Gallus edidit

Tractatum de bono mortis, & præparatione ad momentum, a quo pendet æternitas. Parisiis an. 1638. in 8. teste Jo: a S. Anton., & ex Catalogo libror. catholicor. anno 1725. edito Genuæ a Gabriele de Torneus.

CDXXXVIII.

ANTONIUS A S. BONAVENTURA Hispanus Strict. Observ. Discalc. provinciæ S. Pauli in veteri Castella alumnus ad Philippinas Insulas, & inde ad Japoniæ regnum missionis apostolicæ causa pergens, post varias ærumnas in horrendo Vomuræ carcere perpessas pro Christi fide, tandem die 8. Septembris an. 1628. per ignem Nangasachi martyrium gloriose consumavit. In vinculis positus scripsit

Epistolam spiritu, & fidei ardore plenam, quam edidit Jo: a S. Anton. to. 2. Chron. provinciæ S. Pauli lib. 4. cap. 4. Antea vero composuerat

Librum variarum concionum vernacule incip. *Vem e proposito este Evangelio*, cujus archetypus extat in Archivo memoratæ provinciæ.

Ejus acta recensentur a Jo: a S. Anton. in cit. Chronicis, & par. 1. Biblioth. Minor. Discalc. pag. 7. & 18.; nec non in processibus pro ipsius Canonizatione ter confectis, & excusis Romæ an. 1675., 1685., & 1690.

* ANTONIUS BONFADINUS = vide *Antonius N. Ferrariensis*.

CDXXXIX. 178.

ANTONIUS BONITUS = Min. Conv. sac. Theol. Magister, de quo Marracius in Biblioth. Mariana, Rodulphius lib. 2. fol. 276., & lib. 3. fol. 308., Toppius in Biblioth. Neapol., Waddingus in Annal. ad an. 1493., Petrus de Alva, & alii. Corpus ejus decursis quampluribus annis corruptionem non viderat, teste Ughello Ital. sac. to. 6. & 8., & Coronel. to. 6. Biblioth. univer. num. 1829.

Elucidarium &c. prodiit primùm Parisiis anno 1506. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 96.

* ANTONIUS BRANDI hoc loco recensitus a Jo: a S. Anton. vocabatur *Jo: Antonius Brandi*; de quo Waddingus infra suo loco, & alii.

* ANTONIUS BRUGNATENSIS, quem habet Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 97., est *Antonius Palletinus* Conventualis Episcopus Brugnaten., de quo infra.

CDXL. 179.

ANTONIUS BRUICHI = al. de Braquey, & Broickvvy a Koningstein Regul. Observ. Noviomagensis *Guardianus*, quem Marracius *Ecclesiasten celeberrimum, atque in tractandis Scripturis absolutum* appellat. De eo Sixtus Senensis in Biblioth. sancta lib. 4., & post eum Rodulphius, Willotus, & Possevinus referunt collegisse

Monotessaron Evangeliorum ex 4. Evangelistis decentissimo ordine desumptum stylo fere scholastico, sed aliquantò elegantiore, concionatoribus, judice Possevino, memoriæ juvandæ gratia valde utile. Prodiit primùm Coloniæ an. 1539. per Eucharium; inde ann. 1542., & 1550. typis Petri Quintelli; mox Parisiis an. 1551. apud Jo: Mace in 8.; in cujus calce extat *Ordinarium Epistolarum, & Evangeliorum ab ipso compilatum*. Ex hoc *Monotessaron* dedit Acta D. N. J. C. Bail. par. 2. Biblioth. concion. cap. 95.

In quatuor Evangelia libros quatuor enarrationum scripsit, Opus a superiori distinctum juxta memoratos Sixtum Senensem, Rodulphium, & Possevinum. Vidi hujus autoris *Commentarios in 4. Evangelica* cusos Coloniæ an. 1539. typis Petri Quintel in 8. to. 2. Gulielmo Duci Juliacensi nuncupatos; Parisiis an. 1543. apud Jo: Foucherium; & Venetiis an. 1548. ad signum spei in 4. ex Indice Biblioth. Barberinæ.

In Epistolas S. Pauli Commentar. prodierunt Parisiis an. 1543. apud Carolum Guillard in 8.; & Coloniæ an. 1556. in 8.; quorum initium est: *Evangelicum munus*: facturus idipsum (subdit laudatus Sixtus) de reliquis Epistolis, si diutius vixisset; moritur enim ex laterum dolore an. 1541., cum etiam edidisset

Concordantias breviores omnium materiarum ex sacris Bibliorum libris. Coloniæ anno 1537. ex Offici-

ficina Novesiana; & Parisiis an. 1549. apud Audoënum Parvum in 8., & 1590. in 8.

Postillas in omnibus festivitatibus B. V. ex Indice Biblioth. Barber., & to. 2. Biblioth. Virgin. Petri de Alva fol. 734.

Passionem D. N. J. C. secundum 4. Evangelistas: Parisiis 1533. in 8. typis Petri Consin ex Jo: a S. Anton. to. 1.; &

Postillas in Epistolas, & Evangelia Dominicalia, & festivitates totius anni bipartitas in hyemalem, & æstivalem. Parisiis 1540., & 1550. in 8. typis Jo: de Roigni, & Coloniæ an. 1558. tomis 2. in 8. apud Maternum Cholinum ex eodem pag. 97., ubi perperam agnomen, & patriam in unam vocem conjungit, vocatque *Antonium Broickwykonigstein*. V. *Anton. a Koningstein.*

C D X L I.

ANTONIUS CAJETANUS provinciæ Terræ laboris Strict. Observ. edi curavit latine

Opuscula S. P. Francisci. Neapoli an. 1635. in 16. per Lazarum Scorigium; factusque Commissarius Apostolicus in Oriente, Custos locorum Terræsanctæ, & Montis Sion Guardianus edidit idiomate vulgari

Relationem infelicis status, in quo reperitur familia Minorum Reformat. S. Francisci in Terrasancta, seu Palæstina. Messanæ 1649. in 4. per HH. Petri Breæ ex Toppio in Biblioth. Neapolit., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 98.

180.

ANTONIUS CAPELLUS = leg. *Marcus Antonius Capellus*, de quo infra.

C D X L I I.

ANTONIUS CAPUTUS a Cryptaliis, vulgo *Grottaglie*, oppido Auliæ provinciæ Hydruntinæ Minor. Capuccinor. Definitor vulgavit italico idiomate

Vitam P. Fr. Archangeli Scoti Capuccini filii Comitis de Forbes, & Margaritæ Gordoniæ ex regia Stuartorum stirpe sub tit. *Alexius secundus*. Neapoli an. 1650., & Bononiæ an. 1656., al. 1659. in 12. apud HH. Petri Dozzæ; postea hispanice Valentiæ an. 1657.

Vitam S. Febroniæ Virg. & Martyr. Venetiis an. 1660. in 12. apud Franciscum Stortum, ex autore Biblioth. Capuccinor., Torecillo, Nicolao Toppio in Biblioth. Neapolit., atque ex his Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 98. & 105., qui ex uno duos facit, *Caputum*, & *de Grotallis*.

C D X L I I I.

ANTONIUS CARNOTENSIS Gallus provinciæ Parisien. Capuccinus scripsit

Commentaria in sac. Sripturam, prælo dignissima. Floruit autem Parisiis an. 1625. sanctitatis opinione, ejusque gesta recenset Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Capuccinor. §. 38., ex quo autor Biblioth. Capuccinor., & Jo: a S. Anton. to. 1.

C D X L I V.

ANTONIUS CASITIUS Bergomas, seu Venetus, & a Sorisili in agro Bergomen. loco originem trahens anno 1600. ab Instituto Eremitarum S. Augustini ad illud Reformat. S. Francisci transiit, obiitque anno 1644. die 8. Octobris, cum scripsisset italice

Comment. super Psalmum Beati immaculati in via: &

Tractatum super mysteriis Missæ: qui mss. asservantur; teste Calvo in Scæna Liter. Bergomen. Scriptor. par. 1.

C D X L V.

ANTONIUS CHACON Hispanus ex urbe Singyliensi sanguine clarus Tertii Ord. Claustr. provinciæ Bæticæ quater Minister, Theologus Jubilatus, & a censuris S. Officii, literis, & rerum agendarum prudentia ornatus scripsit circa annum 1640.

Concionum de Sanctis volumina 4. in 4.

Concionum de festivitatibus V. Mariæ to. 1. in 4.

Sermonum Adventualium to. 1. in 4.: quæ omnia mss. asservantur Hispali in Bibliotheca Dominæ nostræ de Consolatione, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 100.

C D X L V I. 181.

ANTONIUS CORDUBENSIS = *Episcopatum Placentinum* in Hispania humilitatis gratia recusasse ferunt.

De potestate Papæ = extat & in 4. parte *Quæstionarii Theologici* hujus autoris.

Doctissimos Commentarios in Regulam S. Francisci cusos legimus Lovanii anno 1554., & Matriti an. 1616. in 8.

Adnotationes ad compendium privilegiorum FF. Minorum factas an. 1539. vulgavit Hieronymus a Sorbo Capuccinus una cum *Compendio* etiam Venetiis anno 1609. in 4.

Quæstionarium Theologicum est Sylva casuum conscientiæ quinque partibus distributa; quarum in primo agit de *variis quæstionibus*, in 2. *de ignorantia*; in 3. *de conscientia*; in 4. *de fide, & Ecclesia, ac potestate Papæ*; & in 5. *de Indulgentiis*: quæ & seorsim ex partæ vulgatæ sunt.

Arma fidei est in 4. parte *Quæstionari Theologici*; excuditque Andreas de Angulo J. C.

De Indulgentiis conflat 5. partem dicti *Quæstionarii Theologici*.

Commentarii in 4. libros Mag. Sententiarum prodierunt Compluti.

Summam casuum conscientiæ legere est excusam primum Cæsaraugustæ an. 1561. in 8.; mox Toleti an. 1575., & 1584.; postea in italicum sermonem translata vulgata est Brixiæ an. 1599. in 8. ex Indice Biblioth. Barber. to. 1. pag. 304. Edidit insuper & sequentia Opuscula hispanice

Textum Iuris canonici, & de ejus divisione, cujus meminit Franciscus Haroldus in Supplem. ms. ad librum Waddingi de Scriptor. Ord. Minor. Latine vero

Expositionem casuum Prælatis reservatorum incipientem: *Quot, & qui sunt*. Extare ms. dicitur hispanice ex Francisco Haroldo apud Nicolaum Antonium

De Conceptione B. Virginis tractatum, quem laudat Jo: a Carthagena in *Arcanis Deiparæ* lib. 1. homil. 5., teste Marracio in sua Bibliothèca Mariana.

Obiit tandem Guadalaxaræ an. 1578. ætatis suæ 93., ut refert Nicolaus Antonius in sua Biblioth. Hispana. Autor coævus J. C. Hispalen. testatur, fuisse eum *tamquam Pythium quoddam Theologiæ oraculum, ad quem omnes auxilii, & consilii gratia ventitabant, & veluti inter Pithagoreos sic jactaretur: ipse dixit* &c. De eo P. Alava in Satisfactorio doctrinali punc. 2. cap. 5., & Jo: a S. Anton. to. 1.

* ANTONIUS CORSUS = v. *Antonius Cyrneus*.

182.

ANTONIUS CORTONENSIS = idem est, ac *Vitus Cortonensis*, de quo suo loco, dictus corrupte *Antonius* a Poccianti Ord. Servorum, qui anno 1566. obiit, in Catalogo Scriptor. Florent., ubi scripsit, *Hippolytum* Ord. Minor. collegisse miracula Vitæ *B. Humilianæ* de Circulis conscriptæ a *Ven. Patre Antonio de Cortona* ejusdem Ordinis, cum dicere debuisset a *Ven. Patre Vito de Cortona*: quem errorem quidam imbiberunt; quidam vero evitarunt. Joannes a S. Antonio secutus est errorem Waddingi.

C D X L V I I.

ANTONIUS COTTONIUS Siculus Nicosiensis Tertii Ord. Claustr. S. Francisci, de quo Waddingus infra in *Ausonio Noctinot*, quo nomine anagrammatico vulgavit *Summarium Summæ Dianæ*; de quo Franchinus in Bibliosoph. pag. 608. scribit, fuisse eum probitate vitæ, ac doctrina præstantissimum, sui Ordinis Romæ Generalem Procuratorem, plurium Cardinalium a sacris Confessionibus, in Patavino Gymnasio primarium Metaphysices Lectorem, & *Mariæ Veronicæ Malagutiæ* Regiensis Monialis Salesianæ variâ doctrinâ celebris præceptorem.

Summam Dianæ ab eo compositam tradit Bordonus in Chronologio Tertii Ordinis S. Francisci cap. 38. cusam fuisse Venetiis an. 1636. per Benedictum Malochum; postea ante annum 1649. Matriti quinquies prodiisse, quater Lugduni, & Valentiæ etiam in fol.; Venetiis vero anno 1649. apud Junctas, & Babam cum *Additione* suis locis 6. & 7. partis: aliam ego vidi editionem Venetiis factam a Nicolao Pezzana anno 1660. in 4. m. cum *Additione* 8. 9. 10. 11. & 12. partis Ferrariæ apud nostros. Quadragenarium numerum excedunt istæ editiones, ex Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ.

Pansophiam quoque scripsit, in qua nova, pia, & admirabili methodo philosophatur de omnibus scientiis: hoc est *Opus controversiarum celebrium ad statum, & mores christianæ reipublicæ pertinentium libris* 10., quos expectabant præla Veneta, ut autor est cit. Bordonus; eorumque jam editorum quoad primam partem meminit laudatus Franchinus. Celebrat hunc & Eques V. Georgius Marchesius in Memoriis Philergit. Academ. par. 3. pag. 200. & seqq., ubi refert & aliud *Opus* ejus hoc titulo:

Libri decem, in quibus repudiata Summa Dianæ, universa morum doctrina novo ordine traditur. Tomus primus quinque libros complectens de Legibus, de Sacramentis, de Sacrificiis, de Clericis, de Religiosis, de Laicis. Venetiis apud Christophorum Thomasinum anno 1665. Sed hæc est superius relata *Pansophia* hoc titulo: *Controversiarum celebrium* &c.: tomus 1. Venetiis an. 1661. in fol. apud Thomasinum, & Herte sub nomine *Antonii Cottonii* T. O. S. Francisci Patavini Metaphysici cura P. Bonaventuræ de Rubeis ejusdem Instituti. *Tomus secundus* extat ms. apud Reformatores Studii Patavini.

Theoremata moralia de augustiss. Sacramento P. Benedicti Fidelis ejusdem Instituti e latino in italicum idioma vertit, ac edidit Venetiis an. 1640. in 4. typis Jacobi Sarzinæ.

Orationem pro studiis Metaphysicæ habitam Patavii, quod studia literarum sint arces imperii. Patavii an. 1656. in 4.

Dialogum in regiminis monarchici favorem occasione libellorum Caroli Regis Angliæ italice. Neapoli an. 1668. suppresso nomine; ex lib. 4. Controversiar. ejusdem Cottonii controv. 9. num. 6. cap. 1.

Opusculum de opinione probabili, teste Bonaventura de Rubeis in præfatione Controversiar. celebrium paulo post initium.

In libros Metaphysices tomos 3. in fol. Romæ mss. in Biblioth. Collegii S. Pauli de Arenula.

Consilia varia, prolusiones, Orationes, aliaque Philosophica, & Theologica mss. ibidem.

Decessit Patavii die 14. Maji an. 1682. ætatis suæ 69. ex cit. Marchesio. De eo Mongitor in Append. ad Bibliothecam Siculam, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 153., qui ait obiisse Romæ, sepultum in Ecclesia memorati Collegii cum hac incriptione.

„ D. O. M. Venerabili Viro Antonio Cotonio
„ sac. Theolog. Mag. Siculo Nicosiensi Tertii Or-
„ dinis S. Francisci Ex-Procuratori, & Regenti
„ Generali perpetuo, excelsi, atque invicti animi
„ dotibus, divinique honoris zelo nulli secundo,
„ in scientiis fere omnibus singulari, oblatarum
„ insignium infularum contemptori, Apostolicæ
„ Sedis jurium propugnatori, Alexandro VII., Cle-
„ menti IX., & X., Innocentio X. caro, Patavii
„ olim per XVIII. annos publico Metaphysico,
„ Summa Dianæ, aliisque Operibus, præsertim
„ Pansophia novam philosophandi methodum con-
„ tinente conspicuo, Patres Conventus S. Pauli in
„ Arenula, quem ipse in Collegium erexit, rexit,
„ magnisque sumptibus auxit, hoc gratitudinis, &
„ venerationis monumentum posuere anno MDCXCV.

C D X L V I I I. 183.

ANTONIUS DE CREMONA = Regul. Observ. insignis verbi Dei prædicator, morumque sanctitate præclarus jacet Vercellis, ubi decessit non sine sanctitatis opinione anno 1575. in Conventu S. Mariæ Bethlem, ex Rodulphio lib. 2. fol. 299., Gonzaga par. 2. apud autorem Chron. S. Francisci par. 4. lib. 7. cap. 12., Arturo in Martyrol. Francisc. sub die 25. Januar., & Haroldo in Epitome Annal. Min. Waddingi ad an. 1540. n. 67. Arisius in Cremon. Liter. to. 2. pag. 159. perperam hunc dicit esse *Antonium de Mondenariis* a Clemente VII. creatum in Peloponneso Episcopum, & Benedicto Accolto S. R. E. Cardinali Episcopo Cremonen. Coadjutorem datum; cum autores æquales Rodulphius, & Gonzaga talem dignitatem non tacuissent. Jo: a S. Anton. to. 1. exscripsit Waddingum.

184.

ANTONIUS DE CRUCE = Jo: a S. Anton. to. 1. Biblioth. Francisc. pag. 101. ait, hunc eumdem esse ac *Alphonsum a Cruce*, de quo superius agit etiam Waddingus.

C D X L I X.

ANTONIUS A CRUCE Hispanus ex oppido Bear prov. S. Jacobi Compostel. Regul. Observ. composuit dialogetica methodo

De peregrinatione animæ.

Expositionem orationis dominicæ.

In psalmum Domine ne in furore tuo &c.

In psalmum Deus Deus meus &c.: teste Chronologo illius provinciæ to. 1. lib. 3. cap. 6. apud cit. Jo: a S. Anton. in *Appendicula*.

C D L.

ANTONIUS CRUCIUS Mutinensis Conventualis

da

ad plures annos Novitiorum Magister scripsit latine.

Instructionem Novitiorum cusam Faventiæ an. 1630. per Georgium Zafarallium: italice vero

Sermonem brevem de perfectione numeri ternarii. Mutinæ an. 1632. in 4. apud Julianum Cassiani.

Geminatum compendium cantus plani cum rubricarum explicatione &c. Venetiis an. 1642. typis Ginammi in 4.

Fructus musicos Opus 4. Francisco I. Mutinensium Duci dicatos. Ibidem eodem anno per Alex. Vincenti. Alia musice fecit, qua artu valde tenebatur ex Franchino in Bibliosoph. n. 37. Obiit autem in patria anno 1663.

C D L I.

ANTONIUS A CUBALO Feltrensis sac. Theol. Magister, qui interfuit Tridentino Concilio, scripsit

Lectiones in Porphyrii prædicamenta incip. *Institutum Porphyrii in hoc libro* &c.; quæ mss. in 8. chartac. extant Asisii in nostro S. Francisci Tabulario.

Anno 1563. factus est Inquisitor contra hæret. pravit. civitatis Vicentiæ, ex Continuatore Annal. Min. Waddingi to. 19. ad eum an. n. 14. Viridarium Antonii Mariæ Veneti excribente.

* ANTONIUS CUCCARUS, quem Jo: a S. Anton. hoc loco ex Arturo recenset, fateturque sibi ignotum, est *Fr. Antonius Bonitus a Cuccaro* Episcopus Acernensis, de quo supra.

C D L I I.

ANTONIUS DE CURARA Lusitanus provinciæ Pietatis Regul. Observ. alumnus composuit

Manuale Confessorum, & Pœnitentium pluries diligenter recognitum, & auctum a Martino Azpilqueta Navarro Canonici Juris lumine fulgentissimo, quod primò prodiit lusitanice anno 1552., deinde Toleti anno 1554. typis Jo: Ferrer Joannæ Infanti Principique Portugalliæ dicatam; eodemque anno Methymnæ Campi; Antuerpiæ vero anno 1555. in 4. teste Waddingo pag. 27. in *Anonymo Hispano* IV.; mox Salmanticæ anno 1556.; & iterum ibidem anno 1572. in 8. typis Alexandri de Canova industria *Fr. Massæi* Guardiani Conventus S. Antonii Conimbricen. hoc titulo: *Compendio, e Sumario de Confessores . . . . abbreviado por hum Religioso Frate Menor da Ordem de S. Francisco de provincia de Piedade* ex Jo: a S. Anton. pag. 9. n. 98.; de eo ipse Waddingus agit v. *Massæus ignoti cognominis*, quem immerito Georgius Cardosus to. 4. Agiologii Lusitani hujus *Summæ* facit autorem, teste Nicolao Anton. Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 273. Ex castellana lingua in italicam vertit Fr. Cola Guglinisi Ord. Minimorum, additis x. præludiis, vulgavitque Neapoli an. 1568.; inde Venetiis an. 1574., & 1582. per Jolitos. Aliam translationem italicam fecit, & elegantiorem ex latino Camillus Camilli, editam Venetiis an. 1607. per Petrum Bertanum; & postea anno 1616. per Jo: Guerilium in 4., sed autor versionis ignoratur.

Hujus autoris nomen, & cognomen nobis indicavit Ludovicus Rebolledo in suo Scriptorum Catalogo apud Jo: a S. Anton. to. t. pag. 101., qui de eo agit & par. 1. Biblioth. Minor. Discalceat. pag. 20.

C D L I I I.

ANTONIUS CYRNEUS ex insula Corsicæ oriundus primo Clericus Regul. Theatinus, deinde Capuccinus prov. S. Francisci, sanctis moribus ornatus claruit in Cœnobio Montis Casalis an. 1548., ante, & post obitum miraculis illustratus, de quo legi possunt Boverius in Annal. ad eum annum, & Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 11. Augusti. Scripsit

Historiam de exordio, & progressu Minor. Capuccinor., & præcipue provinciæ S. Francisci, teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor. apud Jo: a S. Anton. to. t. pag. 100.

C D L I V. 185.

ANTONIUS DAZA = Vallisoletanus, cujus

Historiam de Stigmatibus S. Francisci eam dixerim, quam ex hispano in italicum transtulit *Fr. Daniel de Ractis*, vulgavitque Florentiæ an. 1621.; prodierat jam & Matriti an. 1617. typis Ludovici Sanchez ex Jo: a S. Anton. to. 1.

Discursus de Conceptione B. V. Mariæ habet Bibliotheca Virginea Petri de Alva.

Vitam B. Petri Regalati Vallisoleti impressam titulo *Excellentias Vallisoletana* ex hispano latinam reddiderunt Act. SS. Bollandi Continuatores to. 3. Martii die 30. Antuerpiæ anno 1668.

Vita B. Joannæ a Cruce prodiit Cæsaraugustæ anno 1611. in 4. typis Lucæ Sanchez ex cit. Jo: a S. Anton.

Exercitia spiritualia pro Eremitoriis impressa sunt Barcinone an. 1625. per Sebastianum Jaimum ex eodem. Edidit quoque

Exercitia spiritualia S. P. Francisci. Romæ an. 1625. in 16, teste Petro de Alva col. 99. Militiæ; eaque hispanice.

Vitam Doctoris subtilis Jo: Scoti, quam penes se habuit cit. Petrus de Alva apud Nicolaum Anton. to. t. Biblioth. Hispan. pag. 90.

* *Thesaurum Immaculatæ Conceptionis Reginæ Angelorum* in fol. ex variis Opusculis mss., & impressis collectum apud eumdem Petrum de Alva col. 99.

* *Vitam Ven. Patris Fr. Petri de Villa Crezes* Minoritæ sermone hispano, teste Thoma Tamayo in Collect. Libror. Hispanor. apud Nicolaum Anton.

De præstantia Pincianæ urbis eodem idiomate ex cit. Tamayo apud Nicol. Ant., & ex his Jo: a S. Anton. to. 1.

C D L V. 186.

ANTONIUS DELGADUS = Regul. Obser. prov. Castellæ Guardianus aliquoties, & a Secretis Commissarii Generalis Indiarum.

Victoria sui ipsius. Matriti 1595. in 8. ex Officina Thomæ Junti.

Regulæ, seu admonitiones &c. hispano sermone Toleti 1597. apud Thomam de Guzman, & an. 1598. in 8. ex Jo: a S. Anton. to. t. pag. 102.; qui monet, se vidisse idem Opus sub duobus titulis distinctis.

Tractatus de milite Christiano latine, teste Nicolao Anton. apud cit. Jo: a S. Anton.

187.

ANTONIUS DELFINI = secutus est Waddingus Possevinum, qui eumdem Delfinum bis exponit, & sub Antonio, & sub *Joanne Antonio*; revera autem *Joannes Antonius* vocabatur; ideoque quæ hic referuntur, eo retrahantur. Etiam Jo: a S. Anton. secutus est Waddingum.

* ANTONIUS DE S. ELPIDIO = v. *Antonius de Marchia*.

CDLVI. 188.

ANTONIUS FABER = obiit Avenione in Cœnobio S. Crucis Regul. Observ. ex Chron. S. Francisci par. 4. lib. 5. cap. 9., atque Gonzaga par. 3. circa annum 1570. Rossotus in Syllabo Script. Pedemont. confundit hunc cum *Claudio Fabro*, qui anno 1575. ab hæreticis Nemausi necatus est, de quo inter Martyres agit Waddingus. Lequile, & Jo: a S. Anton. exscribunt Waddingum.

189.

ANTONIUS E FANTIS = Philosophiæ, ac *Medicinæ Doctor* fuit, non Minorita, aut alteri Regulari Instituto addictus, studiosus quidem Operum Scoti maximopere; ut primus excogitaverit, ediderítque *Maremagnum Scoticum*, uti autor æqualis Jac. Philippus Bergomas; ejusque Opera typis evulgata testantur. Willotus Belga primus nostris accensuit, a quo accepit Possevinus, & Waddingus oscitanter: nisi velint, extitisse Tertii Ordinis secularis; quod tamen ostendendum restat. Jo: a S. Anton. to. 1. accepit a Waddingo, addens, *Minoritam* fuisse.

CDLVII.

ANTONIUS FARINERIUS Gallus Regul. Observ. concionatoris munere, & morum sanctitate famosus claruit circa finem seculi XV., & ab autore coævo *Memorialis Ord. Minor. in Firmamento trium Ordinum* in 20. Vicario Gener. Fr. Martiali Boulier recensetur inter eos, qui scientia, pietate, & scriptis claruerunt. Scripsit igitur.

Conciones varias, quod certo sciatur; reliqua, si qua condidit, in obscuro latent.

CDLVIII.

ANTONIUS FERRARA Italus scripsit

Chronicon mundi, quod ms. in 4. habetur in Bibliotheca Hispalen. Ecclesiæ ex Jo: a S. Anton., qui se vidisse testatur, sed quo tempore autor vixerit, reticet. Forsan est, de quo Waddingus ad an. 1480. num. 10.

* ANTONIUS FERRARIENSIS = v. *Antonius N. Ferrariensis*.

CDLIX. 190.

ANTONIUS FERRER = Valentinus, forsan ex domo S. Vincentii Ferrerii, & alumnus prov. S. Jo: Baptistæ Excalceat.; cujus pater *Joannes*, dum captivus esset Algerii, fustibus occisus est jussu heræ, cujus illicitos complexus recusaverat: cjus vero mater gravida sibi visa est in quiete audire catulum in alvo latrantem; quo somnio eximiam ejus prædicationem prænuntiatam existimant, quippe qui concionibus, & Sacramentis innumeris mortalibus viam salutis munivit, christiana humilitate, prophetiæ spiritu, & miraculorum signis doctrinam ejus mire commendantibus. Obiit anno 1644. die 22. Junii Valentiæ in Cænobio S. Jo: de Riberà, ex Jo: a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca, & autore Bibliothecæ Valentinæ pag. 62.

Ars confitendi Jesum Christum, eique placendi complectitur 27. tractatus varios, & diffusos, quorum seriem legere est apud Jo: a S. Anton.

Tractatum de virginitate pulcherrimum scripsit, sed morte præventus edere non potuit ex Chronologo provinciæ Valentinæ S. Jo: Baptistæ to. 2. lib. 2. cap. 5. pag. 479.

CDLX. 191.

ANTONIUS A FRANCAVILLA =

Circulus Seraphicus prodiit ibidem etiam anno 1631. in 12. ex Indice Biblioth. Barber. to. 1. pag. 424.

Poëmata nonnulla de B. Virgine edidit ibidem, teste Petro de Alva col. 102. Militiæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 104.

CDLXI.

ANTONIUS A S. FRANCISCO Lusitanus Tertii Ordinis secular. scripsit vernacule

Compendium exercitiorum Tertii Ordinis Pœnitentium. Ulyssipone an. 1628. in 16. typis Antonii Alvarez, ex Jo: a S. Anton. to. 1.

CDLXII. 192.

ANTONIUS GALLICANUS = de quo quum apud Minores Conventuales nulla extet notitia, neque ejus patria prodatur; quantum conjicere valeo, socius censendus est *Boniti Combassonis*, *Andreæ de Aleret*, & *Petri Bergeri* suppositititiis nominibus, de quibus suo loco. *Gregorius* quidem *Gallicanus* Regul. Observ. eodem tempore florebat, de quo infra. Jo: a S. Anton. secutus est Waddingum, ut & in sequenti

CDLXIII. 193.

ANTONIUS GAMBIER = Strict. Observ. Orator floruit initio seculi XVII.; forsan Herbipolensis.

CDLXIV. 194.

ANTONIUS GEARNONIUS = de quo & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

CDLXV.

ANTONIUS GONZALEZ Hispanus Salmantinus Compostel. prov. Regul. Observ. Lector emeritus, Definitor, & in Ovetensi Academia Doctor Theologus morte præventus reliquit prælo maturum anno 1628., quo obiit,

Manuale Religiosorum in 4. tractatus distributum, quorum 1. ostendit *statum Religiosorum in communi*: 2. agit *de varietate Religiosorum*; 3. *de voto suscipiendi Religionem*; 4. *de impedimentis religiosi status*. Ms. servatur in Salmantino S. Francisci Regio Conventu, cujus Guardianum egerat, ex Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

CDLXVI.

ANTONIUS LE GRAND Duacensis in Artesia, Beligioque natus, ex Recollectis provinciæ Flandriæ edidit latine

Encomium sapientiæ humilis, seu Scotus humilis elucidatus. Duaci an. 1650. in 24., teste Petro de Alva col. 104. Militiæ.

Historiam sacram ab orbe condito ad Constantinum Magnum deductam. Londini an. 1685. in 8., teste Jacobo Le Long to. 2. Biblioth. sacræ pag. 749. De eo & Jo: a S. Anton. to. 1.

CDLXVII. 195.

ANTONIUS GRANDAT = vide Appendicem Waddingi in fine libri de Scriptoribus. Rossotus, & Jo: a S. Antonio ex Waddingo.

CDLXVIII.

ANTONIUS GRATIA DEI vulgo nuncupatus, Venetus claruit circa annum 1540., scripsit Opus tit.

Subtilis exhortatio ad subditos Maximiliani, Mariæque Principum in suis tutandis finibus, hostibusque propulsandis desides, atque torpentes: quod ms. extat in Biblioth. Ecclesiæ Cathedralis Tornacen. Juxta ejus catalogum an. 1629. Duaci impressum apud Jo: a S. Anton. to. 1.

CDLXIX.

ANTONIUS A S. GREGORIO Hispanus ex oppido Saelizes Civitaten. diœcesis sanguine clarus Discalc. prov. S. Pauli an. 1611. Ordinem S. Francisci Salmanticæ in Conventu Calvarii professus est;

est; inde animarum zelo ductus ad provinciam S. Gregorii Philippinarum Insularum se transtulit, ubi populos illos viam Dei, veritatisque docuit, provinciæ ministerio functus est, & tandem ad *Novæ Caceres* Episcopatum assumptus asseritur anno 1659., cum scripsisset egregium

Tractatum de principalibus mysteriis nostræ sanctæ fidei sermone tagalo post alias editiones impressum Manilæ an. 1648. in 8. per Simonem Pimpin.

Obiit in sua sede an. 1666. plenus dierum, & virtutum, inquit Jo: a S. Anton. to. 1., qui & de eo agit to. 1. Chron. prov. S. Pauli lib. 4. cap. 4. n. 73., & alibi.

C D L X X. 196.

ANTONIUS GUERESCUS = Min. Conv. sac. Theol. Doctor Bononiæ docuit primam Philosophiam, & publice Theologiam moralem, quo tempore suum edidit librum ad modum dialogi docte, & eleganter dicatum Alexandro Sfortiæ Bonon. Card. Legato hoc titulo

Summa totius Sacramenti Pœnitentiæ super articulis Bononiæ propositis pro examinandis ad Parochias, Confessiones, & Ordines. Bononiæ typis Alexandri Benatii an. 1573. in 8.; cujus in Operis laudem edidit epigramma doctum *Chrysostomus Coriolus* Mediolanensis Ord. Minor. Convent. Deinde factus Senarum contra hæret. pravit. Inquisitor, tandem ad Signinam in Latio Ecclesiam promotus est a Clemente VIII. an. 1603., quam ad biennium administratam mors derelinquere coegit. Sepultus est in patria, quo se contulerat valetudinis causa, anno 1605. mense Octobri in sui Ordinis Ecclesia cum epitaphio apud Ughellum to. 1. Ital. sac. in Signin. legendo; qui & addit, præter *Casuum conscientiæ nobile Opusculum*, alia sui ingenii monumenta reliquisse. Cum enim fuisset orator, & concionator insignis,

Orationes varias scripsit, habuitque; quarum illam in funere *Lactantii de Lactantiis Urbevetani* Episcopi Pistoriensis anno 1596. memorat laudatus Ughellus to. 3. Ital. sac. in Pistorien. n. 48. Plura de eo habet Bonaventura Theulus in Appar. Minor. lib. 3. cap. 4.; Rodulphius Hist. Seraph. lib. 2. & 3.; Garavinus de Viris illustrib. Castri Bononien. pag. 14.; & Franchinus in Bibliosoph. n. 39. Jo: autem a S. Anton. secutus est Waddingum.

C D L X X I. 197.

ANTONIUS A GUEVARA = fuit & Inquisitor Generalis in Regno Valentiæ; & anno 1528. factus est Episcopus Guadicensis, anno 1537. ad Mindoniensem translatus est Ecclesiam, ex Alphonso Ulloa in ejus Vita; qui & illud præ ceteris addit, eum inter Hispanos ea fuisse elegantia dicendi, qua Cicero inter Latinos: ipse vero in Epistolis suis enarrat, se in Valentiæ Regno baptizasse 27000. domus, seu familias Maurorum.

Horologium Principum, seu *Vita Marci Aurelii Imp.*, ea ratione, qua Xenophon Cyri majoris Vitam descripsit, efformatum est; in quod Aub. Miræus in Script. Eccles. sec. 16. n. 92. paulo severius protulit judicium; cum tamen Romani censores nihil adhuc hujus autoris notandum mandaverint. Prodiit hispanice primò Vallisoleti an. 1529. apud Nicolaum Thierri; mox Hispali an. 1532., & 1534. in 4. apud Jacobum Comberger; Antuerpiæ per Martinum Nucium in 8. absque anno, sed credo an. 1539.; & alibi cum additione *quarti libri*. Italice factum a Mambrino Rosseo prodiit Venetiis an. 1548. in 8., 1556. in 4., 1560. apud Franciscum Portinarium, & 1575. in 4., ac 1591. in 8. Germanice cum aliis ejus Operibus versum est, quæ edita sunt Francofurti an. 1574. in 4.; deinde 1624. in 4. per Ægidium Albertinum; 1660. in 4.; & Monachii an. 1665. in 4. Gallice Parisiis an. 1588. in 8. teste Nicolao Antonio. Latine quoque ex hispano redditum a Joanne Wankelio cum adnotationibus exiit Torgæ 1601. in fol.; & 1611. in fol.; Lipsiæ 1624., & 1632. in 4. ex Alphonso Lassor pag. 398. Univer. terrar. orbis; & Francofurti an. 1664. in 4., ac 1671. in fol.; Cracoviæ quoque an. 1615. ex Indice Biblioth. Barber. Extat autem ms. in Regia Biblioth. Escorialis ii. n. 14.; ubi habetur &

Decas Vitarum Trajani, Antonini Pii, Commodi, Pertinacis, Iuliani, Severi, Heliogabali, Alexandri Impp. ii. g. 18.; prodiitque Pinciæ 1539. in fol. typis Jo: de Villaguiran,

Commentarium in Habacuch Prophetam non esse hujus autoris, sed alterius Antonii Guevaræ Philippi II. Aulici, scripserunt Possevinus, & alii apud Morerum in Magno Diction., Nicolaus Anton., & Jo: a S. Antonio.

Monita Gratiosorum, & instructio Aulicorum ad Franciscum de los Cobos militiæ S. Jacobi in ditione Legionen. Commendatarium prodierunt italice Venetiis an. 1562. apud Cominum. Tridinensem; hispanice Compluti 1592.; Antuerpiæ 1603. typis Plantin.; & Matriti 1658. in 4. apud Gabrielem de Leon.

De contemnenda vita aulica, & præferenda rurali ex hispano italicum fecit Cosmus Baroncellus, emisitque Florentiæ anno 1601. in 8. typis Bartholomæi Ruoti. *Vitæ rusticæ encomium* prodiit & Stetini an. 1633. in 12. ex to. 1. Biblioth. Barber. pag. 508., & in Amph. Sap. Socr.; Compluti an. 1592. in 8.; & Barcinone 1613. in 12. typis Hieronymi Margarit, teste Jo: a S. Antonio.

De inventoribus artis nauticæ, atque incommodis, & privilegiis triremium ad eumdem Franciscum de los Cobos, *tractatus veridicus, & admodum facetus*, inquit Gaspar Barthius ad ver. 438. lib. 9. Gulielmi Britonis Philippidos apud Nicolaum Antonium, gallice versus ab Antonio Pineto cum *Epistolis* ejus prodiit Lugduni an. 1560. in 4. apud Bartholomæum Molin; & Parisiis an. 1570. in 8. ex cit. Alphonso Lassor.

Epistolæ familiares cusæ sunt primo Pinciæ 1539. typis Jo: de Villaquiran; Vallisoleti anno 1542. in fol.; Antuerpiæ 1593.; & 1603. in 8. typis Martini Nutio; Salmanticæ 1568. in 8. apud Petrum Lasso; & post alias editiones Compluti 1600. in 4. apud Jo: Gratianum. *Epistolarum selectarum* primum, & secundum librum gallice vertit *Joannes de Guterry*; & tertium *Antonius Pinetus*, Lugduni an. 1560. edit. apud Bartholomæum Molin in 4.; quartum vero, & quintum *Fr. Jo: Barrand*, al. *Battandus* Minorita, ediditque Parisiis an. 1584. in 8. apud Robertum Fiaalier, uti refert Antonius Verdier in Bibliotheca; & an. 1585. italicas etiam eas fecit *Dominicus de Catzela* Hispanus, primumque librum excudi fecit Venetiis, ubi cum regis Hispaniæ Nuncio commorabatur, an. 1545., & 1547.; secundum vero ann. 1546., & 1548. per Jolitum. Aliam ex hispano versionem in italicum idioma peregit Alphonsus Ulloa itidem Hispanus, sal-

saltem 3. librum, vulgavitque Venetiis an. 1565. apud Vincentium Valgrisium in 4. Postea latine Antuerpiæ an. 1603. in 8.; & Coloniæ an. 1641. in 8. Germanice quoque cusum est hoc opusculum Genuæ an. 1591. ex autore Biblioth. Hispan. pag. 655. to. 2. in adden. & corrigen.

Mons Calvariæ; sive *de mysteriis Dominicæ passionis*, ac *de verbis Domini in Cruce pendentis* bipartite, opus eruditissimum, judice Sixto Senen. Ord. Prædicat., prodiit primum Vallisoleti anno 1529. in fol. typis Nicolai Thyerri; postea Salmanticæ an. 1542., 1545., & 1582. apud Jo: Perierum; Compluti etiam cum *adnotationibus* Alphonsi de Aurazo, al. Arazo, an. 1563. ex Valerio Andrea. Et prima pars italice versa cusa est Venetiis an. 1556. castigata, & recognita a Remigio Florentino; 2. vero pars an. 1558. a Petro Lauro translata. Item ibidem an. 1563.; & correctius 1567. in 4., vel in 8. apud Vincentium Valgrisium, & 1568.; 1570. 1571. in 4. & in 8.; & an. 1575. apud ejus hæredes. Sed aliam versionem fecit Alphonsus Ulloa an. 1555., & 1569. cusam Venetiis per Gabrielem Jolitum, & an. 1575. typis Ægidii Ragazolæ in 8., cui ab ipso Ulloa autoris *Vita* præmittitur; Venetiis prodiit quoque an. 1570. typis Zaltieri; tandem ibidem excusus est an. 1605. in 8. per Sebastianum Combi castigatus a Hieronymo Joannino a Capugnano Ord. Præd. Vicentino Inquisitore. Gallice quoque Parisiis an. 1571. & 1576. in 8. typis Gervasii Mallot; nec non Lugduni in 12. ex versione Francisci Belleforesti. Hujus Operis extat mentio cum laude apud Sanderum par. 2. Bibliothecæ Belgicæ mss. ad calcem Syllabi AA.

Oratorium Religiosorum subiit Theologorum Hispanorum censuram ex Indice Hispano libror. prohib. Annotationes fecit in hunc librum Fr. Franciscus Ortiz Lucius Hispanus Minorita. In Hispania prodiit hispanice Vallisoleti an. 1542. apud Jo: de Villaquiran; & Salmanticæ an. 1570., & 1574. in 8. per Jo: Perierum. Italicum vero a Petro Lauro factum Venetiis impressum est annis 1558., & 1565. in 8. per Jolitum; & iterum conversum a Lucio Mauro cusum est ibidem an. 1560. per Vincentium Valgrisium in 8.; iterum Venetiis an. 1567. per Jacobum Jolitum; & 1570. in 8. apud Ægidium Regazolam, & Dominicum Cavalcalupum; & 1605. typis Sebastiani Combi; postea an. 1611. per Anton. Torinum a Nicolao Aurifico Carmelita recognitum. Gallice vero factum a Nicolao Dani excudit Parisiis an. 1578. in 8. Guillelmus Chaudiere: & ex hispano in belgicum quoque convertit sermonem Fr. Arnandus Gandavensis Capuccinus, excudique fecit an. 1626. ex Miræo, & Waddingo.

Disputatio contra Judæos citatur a Fr. Antonio Castel in 3. lib. Sentent. q. 8. pag. 361. apud Jo. a S. Anton. to. 1. pag. 107.

Sermones duo, quibus defenditur adventus, & Evangelii enunciatio S. Jacobi Apostoli in Hispanias, extracti ex Biblioth. Jo: de Velasco lingua vernacula; & impressi Antuerpiæ an. 1608. in 8., ex Indice Biblioth. Barber. to. 1. pag. 508. Scripsit enim *Orationes*, & *Conciones*, quas habuit multas coram Imp. Carolo V., quasque ipse memorat in suis *Epistolis*. Sixtus Senensis autor suppar in Bibliotheca sancta lib. 4. edocet, ejus Opera etiam germanicum in idioma fuisse translata *ob sermonis elegantiam, & argutam sententiarum gravitatem*

Obiit anno 1544. Pincis apud Ædem S. Francisci humatus, ex Gonzaga par. 2. & 3. apud Chron. S. Franc. par. 4. lib. 3. cap. 50.; inde translatus Vallisoletum in Templo sui Ordinis, ac in sacello nobilissimo a se constructo conditur cum epitaphio, quod refert Alphonsus Ulloa supramemoratus, hujusmodi:

CAROLO V. HISPANIARUM REGE IMPERANTE,
ILLUSTRIS DOMINUS DOMINUS FRATER ANTONIUS DE GUEVARA
FIDE CHRISTIANUS, NATIONE HISPANUS, PATRIA ALAVENSIS, GENERE DE GUEVARA,
RELIGIONE S. FRANCISCI, HABITU HUJUS CONVENTUS, PROFESSIONE THEOLOGUS,
OFFICIO PRÆDICATOR, ET CHRONISTA CÆSARIS, DIGNITATE EPISCOPUS MONDONENSIS
FECIT ANNO DOMINI MDXLII. (al. MDXL.)
POSUI FINEM CURIS: SPES, ET FORTUNA VALETE.

Orate Deum pro omnia hujus dignissimi Episcopi. His verbis omissis, additum est: *Obiit anno MDXLIV. x. Aprilis ipso Cœnæ Domini die, & sepultus est apud Franciscanos in suo Episcopatu*: ex Jo: a S. Anton. to. 1.; consentit in anno & die mortis cit. Ulloa, additque, ætatis an. 64. Sed Miræus jam laudatus asserit, se ex Annalibus mss. Caroli V. a Francisco Lopezio Gomara concinnatis eruisse, eum anno 1545. vivendi finem fecisse. De eo Arturus die 24. Octobris, & Haroldus ad an. 1523. num. 4.

CDLXXII. 198.

ANTONIUS HIQUÆUS =

Commentarii super Senten. libros prodierunt Lugduni an. 1657. in fol.

De Conceptione Immaculata B. Mariæ Virginis Opus insigne, & absolutum, prælo paratum extat ms. Romæ in Bibliotheca Conventus S. Isidori, teste Marracio in Bibliotheca Mariana, & Petro de Alva col. 104. Militiæ; & mirùm, a Waddingo omissum esse; nisi ait tractatus in 3. Sentent. ms.

CDLXXIII. 199.

ANTONIUS ILERDENSIS = censeri potest, vixisse seculo XIV. Jo: a S. Anton. to. 1. exscribit Waddingum.

Concionum multiplicium incip. *Vidi per somnium*: to. in fol. ms. extat in Biblioth. Toletana sub FF. n. 17., teste cit. Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

CDLXXIV.

ANTONIUS INTERAMNENSIS prov. S. Francisci, Umbriæque Capuccinor. concionator an. 1629. elaboravit

Tractatum de habitus forma, quem gestant FF. Minores Capuccini; qui ms. asservatur Genuæ in Biblioth. sui Ordinis, teste Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Anton. to. 1.; quemque ego cum suo autore libens omisissem, nisi alii antea retulissent.

CDLXXV. 200.

ANTONIUS JOANNIS ANDREÆ = Hispanus Valentinus patriâ in seculo vocatus *Joannes Andreu*, ex Doctore theologo, & Professore 22. annorum in gymnasio ejusdem urbis Minorita Excalceatus prov. S. Jo: Baptistæ, in seminando Dei verbo apostolici fervoris concionator evasit, ediditque

Historiam imaginis Christi Crucifixi &c., quæ prodiit etiam ibidem an. 1631. in 4. apud Viduam Jo: Chrysostomi Garriz ex Jo: a S. Anton. to. 1.

Salutationes duas in honorem S. Joseph, & S. P. Francisci jussu Joannis de Ribera Archiep. Valentini typis datas commemorat Fr. Antonius Panes

nes in Hist. prædictæ provinciæ par. 1. lib. 11. c. 13.

Obiit die 24. Octobris an. 1603. magnum sui desiderium relinquens; de quo Nicolaus Antonius, Martinus a S. Joseph, Medina, & autores Biblioth. Valentinæ, & Hist. Valent. Academiæ sec. 17. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 100.

201.

ANTONIUS A KONINGSTEIN = idem est ac *Antonius Bruichi*, de quo supra; & quem Waddingus, nemine forsan præeunte, duplicavit.

CDLXXVI.

ANTONIUS DE S. LEONE Picenus sac. Theol. Mag. Minor. Convent.

Tertium librum Sententiarum concinnavit ex Oxoniensi scripto, & Reportatis Jo: Scoti, cujus autographum extabat penes Matthæum Ferchium, ut ipsemet Ferchius testatur in *Vita Scoti* edita an. 1622. cap. 12. num. 43.; sed quo tempore floruerit, non indicat. Idem asserit Fr. Hieronymus Lorte & Escartin pag. 546. suæ *Mappe subtilis* apud Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

CDLXXVII.

ANTONIUS LITTERIUS a Castelluccia regni Neapolitani oppido edidit

Theoremata plura super Orationem Dominicam. Neapoli an. 1580. in 8. teste Petro de Alva col. 107. Militiæ apud Jo: a S. Antonio.

CDLXXVIII.

ANTONIUS DE LA LLAVE Hispanus prov. Discalc. S. Gregorii in Philippinis Insulis Definitor composuit

Chronica provinciæ Strictioris Observantiæ S. Gregorii, & Insularum Philippinen. ab anno 1522. ad usque 1623. ad Philippum IV. Hispan. Regem: Opus magnum, quantitate, & qualitate conspicuum asservatur ms. Matriti in Conventu Sancti Ægidii ex Jo: a S. Anton.

Chronicorum ejusdem provinciæ ab an. 1623. usque ad an. 1652. partem 2., quæ ms. asservatur Manilæ in Archivo Conventus S. Franc., & Matriti in illa Novitiatus Soc. Jesu cum approbatione sui Ministri provincialis; ex eodem to. 3. in Append.

Relationem virtutum V. M. Hieronymæ ab Assumptione Clarissæ Discalc. ms., quam citat P. Bartholomæus de Latona in libro: *Perfetta Religiosa* prolog. lib. 1. n. 2., teste eodem, qui hujus meminit in utraque sua Bibliotheca.

CDLXXIX. 202.

ANTONIUS LUCENSIS = de quo Bartholomæus Pisanus Conform. xi. par. 2. de Cœnobio Lucensi, provinciaque Tusciæ verba faciens ait: *habuit unum fratrem inter alios magnum prædicatorem, videlicet Fratrem Antonium, qui multa Quadragesimalia fecit, quibus claret sua subtilitas ingenii, & scientia.*

Quadragesimale quidem unum incipere: *Cum jejunatis*: & ms. asservari in Sacrario S. Francisci Fulginei, autor est P. Rodulphius lib. 3. Hist. Seraph.

Quadragesimale vero alterum incipere: *Frater Gonzaga*: (prologum, ut puto) tradit Possevinus in Appar. sac.; forsan illud dicaverat *Fr. Alberto Gonzagæ* Minoritæ Apostolicis Legationibus claro, & demum Eporedien. Episcopo anno 1288.

De hoc Scriptore agit Waddingus in Annal. ad an. 1299., quo tempore floruisse scribit. Sunt, qui tradant, eum fuisse *Antiochenum Patriarcham*; sed quo autore id astruant, non apparet, cum ipsi novi sint, atque recentes. Joannes a S. Anton. exscribit Waddingum.

CDLXXX. 203.

S. ANTONIUS LUSITANUS = cujus *Vita*, *miracula*, & *Officium* mss. habentur in Bibliotheca Vatic. inter libros Alexandri Petavii n. 776. ex Biblioth. mss. Montfaucon to. 1. pag. 75.; & Ravennæ ejusdem *Vita* a Siccone Polentoni scripta anno 1433. cum præfatione ad Modestum filium incip. *Lege felix*. *Desideranti mihi* &c. Vita vero incip. *Antonio igitur venerabili Confessori* &c.: & finit: *ex ordine reducantur*: ms. pergam. in 4. in Bibliotheca Conventus S. Francisci; quam annotationibus critico-historicis illustratam Fr. Antonius Maria Azzoguidius præmisit editioni Expositionis in Psalmos to. 1., de qua infra. Bartholomæus Pisanus Conformit. VIII. par. 2. ejus *Sermones Dominicales, & festivales subtilissimos* laudat; & Conformit. xi. par. 2. in prov. S. Antonii tradit, extasse ejus Opera *quadragesimalia*, *Dominicalia*, & *festiva*. Porro *Sermones Dominicales*, & *de Sanctis* Patavii scriptos affirmat antiquus autor Vitæ S. Antonii apud Bollandios cap. 3.

Sermones quadragesimales incipiunt a Dominica Quinquages.: *Assumpsit Iesus duodecim*: quos solos castigavit Maffæus non *Minorita*, ut Waddingus scribit, eumque secutus Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 7., sed Ordinis Servorum, auctos *sermonibus fer. 2. & 3.* post Pascha, qui in editione Badii desiderabantur; integro etiam exhibito sermone *de Passione Domini*, qui apud Badium imperfectus est, ac perperam locatus; sermoni quoque *de Transfiguratione Domini* additionem in *Beatissima Virgine* fecit pag. 117. 118., & 119.; ediditque Venetiis ann. 1574. & 1575. in 8.; anno autem 1649. aliam editionem fieri curavit Franciscus Martius Conventualis sac. Theol. Magister Bononiæ typis Jacobi Montii in 8. In *serm.* 3. Dominicæ 1. in *Quadragesima* adducit *B. Franciscum*; quare videntur scripti post annum 1228., quo anno Sanctis B. P. Franciscus adscriptus fuit.

Sermones Dominicales a prima Dominica Adventus usque ad 24. post Trinitatem incip. *Erunt signa in sole, & luna* &c. *Ubi quatuor notantur* &c.: repertos mss. in Cœnobio Fratrum Minorum apud Montes Annoniæ publicavit memoratus Raphael Maffæus anno 1574. Venetiis per Jo: Antonium Bertanum in 8.; quibus ille alios *tres sermones* pro Dominicis 5. & 6. post Epiphaniam, & 25. post Trinitatem, qui non extabant, a se compositos adjecit: sed jam illi prodierant Parisiis an. 1528. in 8. typis Jodoci Badii. *Sermones Dominicales* hujus Sancti incipientes: *In principio creavit Deus*: nempe a Dominica Septuagesimæ, & finientes: *Christus facit, sicut mater filio* &c.: extabant olim in Asisiati Bibliotheca S. Francisci ex veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto in 3. solario occident.

Sermones de Sanctis, quos excudit Badius, sunt *de Sanctis in communi*, scilicet *de Cœna Domini*, *de Apostolis*, *Evangelistis*, *Martyribus*, *Confessoribus*, *Virginibus*, & *Defunctis* ab impressore dicati Bernardino Pinerolien. sac. Theol. Magistro provinciæ Turoniæ Ministro, & Galliarum Reginæ a sac. Confessionibus incip. *Scitis, quid fecerim vobis.*

Concordantiæ Bibliæ, in 5. libros divisæ, ut a Wad-

Waddingo sunt vulgatæ typis, extant & Asisii apud nostros mss. sine nomine autoris in duplici codice pergameno valde antiquo, quorum alter seorsum in 4., alter in fol. post similitudines, distinctiones &c. sac. Scripturæ diversorum autorum extat; uterque tamen desinit in 6. parte libri 5., al. in editis num. 505. partis 7. ab *extravagantibus rubricis: contra eos, qui fortiores sunt ad malum, quam ad bonum*: juxta quidem indicem Operis initio *expositam*; unde in cod. in 4. eo capite expleto legitur: *Explicit. Deo gratias*. Sed in codice in fol. habentur omnia, quæ leguntur in editis a Waddingo, etsi interdum ordine inverso: & in fine extat: *Expliciunt Concordantiæ Minorum*: literis rubris. Cum autem in istis, editisque agatur de *S. Eadmundo* Angliæ Rege; videant, ne quod de Sanctis propriis, communibusque legitur par. 7. & 8. libri 5., sit alterius autoris additamentum.

Incendium amoris incipiens: *Noverint universi* &c.: cujus prologi titulus est: *Incipit prologus libri, qui vocatur Incendium amoris editum a Divo Antonio Confessore de Padua*: extat ms. Hispali in Bibliotheca majoris Ecclesiæ, teste Jo: a S. Antonio tó. 1. pag. 7., ubi & advertit, ex calce Operis constare, dictum Opusculum anno 1521. e Padua Hispalim translatum fuisse. De S. Antonio, ejusque *mysticæ Theologiæ* testimonium perhibet Thomas Abbas Vercellen. cap. 3. Comment. in Theologiam mysticam Dionysii Areopagitæ apud Wadd. in Annal., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 6.

Opera ejus una cum illis *S. Francisci* prodierunt Lugduni 1653. in fol. sumptibus Petri Rigaud; & Pedeponti prope Ratisbonam an. 1739. volum. 2. in fol. per Jo: Gasth juxta editionem Parisiensem 1641.

Sacra Biblia cum scholiis ejusdem S. Antonii extare mss. Forolivii penes patritiam familiam Corbiceam scribit v. cl. Eques Viv. Georgius Marchesius lib. 1. de Vir. illustr. Foroliv. pag. 36.

Sermones de Sanctis propriis, & de diversis a Nativitate Domini usque ad S. Petrum hactenus ineditos ex antiquo ms., imperfecto tamen, anni 1276. primus vulgavit Antonius Pagi Conventualis sac. Theol. Doctor Avenione an. 1684. typis Petri Offrai in 8. Incipiunt: *In illo tempore exiit edictum a Cæsare Aug.* &c. *In hoc Evangelio tria notantur*. In morali sermone *de Purificatione B. V.* ait de apibus: *si introitus alvearis fuerit ampli, strictificant ipsos*: quam vocem, seu verbum *strictificare* fugit Carolum Fresnium Dom. de Change adnotare in suo Glossario, sicut & *tortitudo*, etsi hanc habeat ex aliis, ejusque adnotatores Maurinos. Sunt qui dubitant, & sunt qui negant, hos esse S. Antonii: eos tamen citat Bartholomæus Pisanus Conformit. XXI. par. 1., nempe verba sermonis *de Circumcisione Domini*, & de nomine JESUS ex duplici syllaba conflato, uti ex duplici ejus natura *suppositum*; item ex quinque literis, tribus vocalibus, & duabus consonantibus &c. Oudinus autem, & eum secuti, qui hujus Sancti non esse senserunt, parum perspectam sibi fuisse illius phrasim, scribendique rationem ostenderunt; cum nihil similius, & nihil tam uniforme sit, quam hi Sermones cum aliis Sermonibus Sancto adjudicatis. v. gr. sermo Dominicæ 4. in Quadragesima finit: *ipso præstante &c. Amen*: alter Dominicæ 3. post Pascha finit: *ad quod gaudium nos perducat Dominus* &c. alii Dominicarum 5. & 8. post Trinitatem terminant: *quod nobis præstare* &c: & ille Dominicæ 19. post Trinitatem finiens: *ad quam* &c. Ita Sermones per Pagium editi, ut primus in Nativitate Domini terminat: *quod nobis præstare dignetur* &c.: alter de S. Stephano Protomartyre: *ad quam solam percipiendam ipse nos perducat, qui* &c.: alter de S. Joanne Evangelista: *ipso præstante, qui est* &c. Similiter sermo in festis SS. Stephani M., & Innocentium incipit: *In hoc Evangelio duo notantur*: item ille Paschatis: *In hoc Evangelio notantur quatuor*: & in nonnullis aliis: Eodem modo in sermone Dominicæ 3. post Epiphaniam dicitur: *In hoc Evangelio duo notantur*. In supradicto Innocentium legimus: *quid Ægyptus, quid Herodes significent, videamus*: & in illo Dominicæ 16. post Trinitatem: *quid vestes regiæ, diadema regni, primus de regiis, & Principibus significent, videamus*: in alio Dominicæ infra Octavam Nativitatis Domini: *ideo quid moraliter significent, videamus*; sic & in illo Dominicæ 3. Quadragesimæ; in illo itidem Dominicæ 3. post Epiphaniam: *quid mons, quid Jesus, quid descensio significent, videamus*: ille Dominicæ 3. Quadragesimæ circa medium habet: *istam secundam partem allegorice, deinde moraliter exponamus*: Et ita sane agit in Sermonibus *de Sanctis* a Pagio vulgatis, & in omnibus aliis Sermonibus suis, atque etiam in Expositione Psalmorum David. Sermo *de Circumcisione Christi* a Pagio vulgatus §. *Sequitur de 2.* habet: *Nota, quod oleum quinque facit; omni liquori supernatat* &c.: sic in serm. feriæ 5. in capite jejunii, seu initii Quadragesimæ, extat: *tria facit inter alia divina gratia* &c.: & in sequenti feriæ 5.: *Gratia divina tria habet facere in anima, culpam expiare* &c. In sermone de Nativitate Domini legimus: *in hac prima clausula notatur moraliter*: sic & in sermone Dominicæ 4. post Trinitatem: *in hac prima clausula notatur moraliter*: sic & in serm. Domin. 4. post Trinitatem: *in hac prima clausula quinque notabilia ponuntur*. In eodem sermone Nativitatis Domini: *unde sequitur: & dixit illis Angelus* &c.: *super hoc habes concordiam in Genesi* 21.: ita & in serm. allegorico, & in sequenti sermone de S. Stephano allegorico: *super hoc concordat intentio libri Reg.* 21.: sic & in serm. Domin. 3. post Pentecosten: *Sequitur: at audirent illum: super hoc concordat Reg.* &c.: & in illo Dominicæ 3. post Trinitatem: *Sequitur tertium: & quæ mulier habens drachmas* &c.: *de quo concordat* 2. *Reg.*: & in altero Dominicæ 4. post Trinitatem: *Sequitur quartum: dimittite, & dimittemini* &c.: *super hoc concordat* 2. *Reg.*: ut plura alia omittam; cum hæc sufficere queant.

Sermones ejus 278., seu *brevis expositio, in Psalmos* asservatur autograph. Bononiæ in Templo S. Franc. Minor. Convent., Ædæque sac. *Lipsanorum* ornatissima, titulumque præfert: *Expositio S. Antonii Patavini in Psalmos ipsius etiam manu exarata*. Prodierunt nuperrime Bononiæ an. 1757. typis Lælii a Vulpe in. fol. cum annotatiunculis, & Indicibus Fr. Antonii Mariæ Azzoguidii sac. Theolog. Mag. Min. Convent. in patrio Bononiensi Cœnobio Bibliothecæ Præfecti. Hujus *Expositionis* meminit vetus autor Legendæ, seu *Vita* S. Antonii apud Bolland. die 13. Junii tit. *Miracula S. Antonii* cap. 3. num. 21., aliique plures, qui de hoc Sancto scripserunt, nec non Waddingus ad an. 1231. num. 14.; a quibus narratur, quomodo ei apud

apud Montempessulanum furtò sublata a tyrone fuerat, & mire restituta. Hujus tamen autographi, atque editionis desunt primi duo *sermones*.

Sermonum hujus Sancti aliud exemplar autographum servatur Patavii in sac. *Reliquiarum* loco sui celeberrimi Templi holoserico opertum, argentoque ornatum cum *postillis* marginalibus ejusdem Sancti, ut habetur ex Catalogo Reliquiarum illius Sanctuarii cura Comitis Anton. Mariæ Bonromæi edito an. 1687. Tabern. 63.

C D L X X X I.

ANTONIUS MAFFÆI Saccensis Siciliæ oppido Regul. Observ. Historicus eruditus composuit ante annum 1613., quo obiisse ferunt,

Historiam Siculam, teste Roccho Pyrrho apud Antoninum Mongitorem in Bibliotheca Sicula, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

C D L X X X I I.

ANTONIUS A MAGDALENA Hispanus Discalceat. provin. S. Pauli sac. Theol. Lector, & in Salmanticensi Conventu Calvariæ concionator inter alia edidit

Concionem de Immacul. Conceptione Virg. Mariæ. Salmanticæ an. 1619. in 4. cum aliis apud Didacum Cussium, ex Petro de Alva col. 108. Militiæ, & Marracio in Biblioth. Mariana apud Jo: a S. Anton.

C D L X X X I I I.

ANTONIUS MARCELLUS Chersensis Dalmata sac. Theol. Doctor, & concionator illustris anno 1517. factus est sui Ordinis Minor. Conv. supremus moderator, ediditque eo anno

Constitutiones, & ordinationes Ordinis Minorum Conventualium 19. al. 20. capitibus conclusas, & Romæ impressas eodem anno die 8. idus Julii in 4., quarum in fine leguntur versus, seu *epigramma* P. M. Tiberii Carleni e Montenovo Conventus SS. Apostolorum de Urbe Regentis Studii; habenturque in nostra Asisiati Bibliotheca: eusæ sunt etiam Barcinone anno 1540. in 4. typis Caroli Amorosi Provensalis post *Constitutiones Alexandrinas* ejusdem Ord. Minor. Conventualium; quibus adjuncta est *epistola* ejusdem Generalis ad provinciarum præfectos dat. Romæ die 25. Junii ejusdem anni 1517. eos hortantis ad religiosam vitam, & ad pacem cum Fratribus Regul. Observ.

Factus est postmodum ipse Ant. Marcellus Episcopus Pataræ in Lycia an. 1519.; & anno 1521. translatus est ad Ecclesiam Civitatis novæ in Histria, ex Ughel. Ital. sac. to. 5., ubi ait, decessisse anno 1526. in Ecclesia sui Ordinis Chersi humatus eum hoc epitaphio:

„ Seraphico cætui prudens qui præfuit olim,
„ Dogmate qui Latio claruit ore potens,
„ Marcellæ gentis jacet hac Antonius urna,
„ Qui fuit & Pataræ Præsul, & Æmoniæ
„ Proh dolor! heu facinus! nostris mors invida terris!
„ Cur potuit Chersi gloria tanta mori?

C D L X X X I V. 204.

ANTONIUS DE MARCHIA = forsan hic est ille *Fr. Antonius de S. Lupidio* (al. Elpidio) diœcesis Firmanæ *Picenus*, qui *Librum Ioannis Boccacci de fœminis illustribus* e latino in italicum sermonem transtulit, uti scribit Julius Niger S. J. de Scriptor. Florent. in *Ioanne Boccaccio* f. 270.: quæ translatio habetur Florentiæ ms. in Biblioth. Laurent. Medic. plut 62. cod. 20. menbran., ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 365.: Aut etiam hic est *Anonymus de Marchia* supramemoratus num. 155. Joannes a S. Anton. to. 1. exscribit Waddingum.

C D L X X X V. 205.

ANTONIUS A MARE = sac. Theol. Magister floruit sub initium seculi XIV., ejusque meminit cum laude Bartholomæus Pisanus scriptor illius seculi Confor. XI. par. 2. in provincia Custodiaque Genuensi; & Rodulphius lib. 3. *Belengarium a Mari Genuensem Ord. Min.* in schismate Corbarii an. 1328. creatum fuisse *Archiepiscopum Genuensem* scribit Georgius Stella in Annal. Genuen. to. 17. Rer. Italic. Script. *Berengarium de Mari* Waddingus in Annal. ad an. 1330. n. 12. recenset.

Figuræ totius Bibliæ Fr. Antonii de Iauua mss. olim extabant Utini in Bibliotheca Conventus S. Francisci, ex Regesto illius loci anno 1397. edito.

C D L X X X V I. 206.

ANTONIUS A S. MARIA = Discalceat. prov. S. Joseph composuit lingua vernacula, & versu hispano

Vitam S. Francisci, & S. Antonii Patavini, excudique fecit Salmanticæ apud Gulielmum Toquel an. 1588. in 8. ex Annal. Parent. Alphonsi Fernandez lib. 3. cap. 28., & autore Biblioth. Hispa. to. 2. pag. 282., & to. 1. pag. 112., ac Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 112.; una cum *Carmine latino in laudem ejusdem S. Antonii* ex cit. Jo: a S. Anton.; & *Dialogo adversus otiositatem*, interlocutoribus Antonio, & Bernardo.

Expositionem brevem super Regulam S. Francisci hispanice vulgavit Matriti an. 1592. apud Ludovicum Sanchez, postea Valentiæ an. 1603. in 16., jam anno 1589. abbrobatam a censoribus; cui autor doctum, longumque *epigramma* latinum de libello, ac Regula S Francisci præfixit.

Speculo spirituali adjecit *duos tractatus*, quorum alter continet *consolationem*, quam impartitur D. N. Jesus Christus animæ afflictæ; alter compendiosam *Instructionem vitæ spiritualis*, cusos Compluti an. 1584., & 1589. apud Jo: Inniguez; mox Matriti an. 1596. in 8.

Alphabetum spirituale Io: Tauleri; &

Instructionem fidelis Christiani hispanice vertit, & cum *aliis piis Opusculis* edidit Matriti an. 1591.; Cordubæ 1593.; iterum Matriti 1598. in 32. apud Ludovicum Sanchez; & Valentiæ 1603.

Statuta generalia Barchinonensia Ordinis cum aliis Patribus compilavit, quæ publicata fuerunt Toleti in Congregatione generali an. 1583. ex Jo: a S. Anton.

Caremoniale ad usum provinciarum SS. Ioseph, & Pauli suppresso nomine edidit Matriti anno 1595. in 4.

Doctrina pro instructione Novitiorum prodiit secundò Vallisoleti an 1645. in typis Regiis ex cit. Jo: a S. Anton.; qui & to. 1. Chronic. provinciæ S. Pauli lib. 1. cap. 10., & seqq. fuse de eo agit, & Corunel. to. 3. Biblioth. univer. num. 4543. Joannes Marangonus par. 1. Thesauri Paroch. lib. 2. cap. 1. titulo *Beati* eum cohonestavit.

C D L X X X V I I.

ANTONIUS A S. MARIA alter Hispanus in Vallæ Tannis, vulgo *Valtanas*, Palentinæ diœcesis natus prov. S. Pauli Discalceat., Conventusque Salmanticen. Calvarii alumnus incredibili zelo ad Philippinas Insulas, Sanctique Gregorii provinciam

L tran-

transiit, ubi Theologiam una cum Ven. Martyre Genesio de Quesada dictavit: inde ad opus conversionis gentium segregatus anno 1633. ad Sinas ingressus est, & in sanctis operibus exercitus anno 1643. sui Instituti Missionariorum Præfectus efficitur ad annum usque 1670. in apostolico munere indefessus infideles innumeros Ecclesiæ Christi aggregavit; Oratoria, & domicilia suis, Cœnobiaque constituit; carceres, exilium, durasque persecutiones pro Jesu Christo lætissime toleravit; scripsitque

Defensoriam duplex Fr. Benedicti a Christo gubernatoris cujusdam diœcesis in fol. ad S. Officium Goanum anno 1641. die 6. Julii.

Expositionem Constitutionis S. Pii V. adversus eos, qui Ministros S. Inquisitionis offendunt scriptam Macai 15. Februarii 1642. in fol.

Apologias duas pro S. Inquisitionis tribunali scriptas die 3. Febr. an. 1642.

Tribunal conscientiæ, ubi *de jurisdictionibus*, scriptum hispanice 20. Julii an. 1644.

Apologiam doctrinæ Subtilis Doctoris ad Goanos nostræ fidei vindices an. 1644. in fol.

Catechismum ordinarium idiomate, & characteribus sinicis. Cantoni anno 1660.

Tractatum de Sinarum conversione a P. Nicolao Longobardo Soc. Jesu compositum latine vertit, misitque Romam an. 1664. ad sac. Congreg. de Propag. Fide.

De prophetiis spectantibus ad communem utilitatem, statumque futurum S. R. Ecclesiæ asservabatur Romæ an. 1662. in Arch. ejusdem sac. Congreg.

Commentarios super Philosophiam Ethicam Confucii Sinarum Magistri in 3. partes distributos prælo dignos judicavit anno 1678. P. Salizanes Minister Generalis.

Compendium legis divinæ una cum quibusdam *devotis Opusculis* ab ipso elaboratis. Cantoni an. 1680.

Apologiam pro Dominicanis, & Franciscanis Missionariis in Sinarum Imperio. Matriti in fol. typis Jo: Garciæ Infanzon.

De congruentiis legis divinæ, ac sectis doctorum Sinensium impres. cum approbationibus P. Jo: Adami, aliorumque Missionarior. Soc. Jesu.

Bina de christiana lege Opuscula sinice, prælo data.

Opus de ritibus sinensibus hispano idiomate in fol., quod gallice factum studio Seminarii Gallici Missionariorum prodiit Parisiis an. 1701. in 12. typis Ludovici Guerin.

Apologiam pro fide christiana in ejusdem acerrimum insectatorem Sinam.

De modo evangelizandi Missionariorum Franciscanorum ad Ludovicum Gomez Soc. Jesu.

De modo evangelizandi Regnum Dei in Sinico Imperio latine ad Philippum IV. Hispan. Regem.

De prædicatione evangelica in eodem Imperio latine ad S. Inquisit. supremum tribunal Hispan., & ad sac. Congreg. de Propag. Fide.

De modo prædicandi regnum Dei ibidem latine ad Card. Franc. Barberinum sui Ord. Protectorem.

Historiam Ven. Fr. Gabrielis a Magdalena, aliorumque 7. FF. Minorum Discalceat. Martyrum Japonensium: ad sac. Congregat. de Propag. Fide missam; ex qua *Vitas dictorum MM.* deprompsit Fr. Martinus a S. Joseph, edidítque par. 2. Chron. lib. 4.

Relationes 5. de conversione, progressibus, ac fructibus Missionariorum Discalceator. in Sinensium Imperio; quas Fr. Jo: a S. Anton. to. 1. Biblioth. Francisc. pag. 115. editurum promisit to. 3. Chron. prov. S. Pauli.

Epilogum Vitæ Ven. Matris Mariæ Magdaleaæ a Cruce fundatricis Monasterii Clariss. Discalceat. in civitate Macaensi hispanice in fol.

Tractatum de paupertate Monialium S. Claræ, quæ Discalceatæ appellantur.

Discursus theologicos, in quibus *de visione divinæ essentiæ*, quam habuit in vita *B. Virgo Maria*; cujus Operis meminit Fr. Bartholomæus de Latona in sua *perfecta Religiosa* lib. 1. cap. 27. num. 39.

Adnotationes dogmaticas, ac mysticas super Opus hispanice inscriptum: *Floresta Franciscana* V. M. Mariæ Magdalenæ a Cruce.

Brevem declarationem principii, & finis rerum.

Relationem Sinensium sectarum latina lingua.

De controversiis primogenitorum defunctorum.

Confucii cultum cum variis tractatibus aliorum Sinensium rituum; ex Fr. Petro Piñvela in Catalogo Sinensium Missionariorum p. 3.

De magæ cujusdam reductione narrationem gallice; quam & justo volumine comprehensam hispano idiomate donavit: Quæ Opera fere cuncta mss. asservantur in Archivis Generalibus provinciar. S. Pauli in Castella veteri, & S. Gregorii in Philipp. Insulis, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 114., qui fusius de eo agit in Biblioth. Minor. Discalc. par. 1. & 2., & to. 1. Chronic. prov. S. Pauli lib. 1. num. 292.

C D L X X X V I I I.

ANTONIUS MARIA Ariacini Ferrarien. sac. Theol. Magister, & concionator egregius conscripsit

Quadragesimales conciones, &

Homiliarum librum, atque *alia*; ut ex Marco Anton. Guarino in Memor. Histor. habet Ferrantes Borsetti Histor. Gymnasii Ferrarien. par. 2. lib. 4. p. 320. Et quidem *Gaspar Ariacini* Ferrarien. an. 1315. legitur fuisse *Sapientum Judex* ex Catalogo Judicum Sapientum ab eodem Borsetto publicato. Attamen Aug. Superbus in ms. Historia Conventus S. Francisci Ferrar. habet quemdam *Antonium Mariam a Rasuris* Ministrum provinciæ Orientis, Commissarium provinciæ Poloniæ, & Lithaniæ, & præceptorem Nicolai II. al. III. Marchionis Estensis, qui ab anno 1361. usque ad 1386. rexit; sed nec ista ullo monumento firmat, nec quidquam scripsisse dicit: hinc neque hunc, neque illum in Catalogo, seu *Apparatu Viror. Illustr. Ferrarien.* typis edito recenset.

C D L X X X I X. 207.

ANTONIUS MARIA SCHIRLEUS = meminit hujus Petrus Gassendus to. 4. in ea *Epistola*, in qua *de 5. novis stellis a P. Rheita deprehensis* Medicearum sociis, quæ anno 1643. apparuerunt, disserit; & Wolfius par. 2. Element. Astronom. cap. 2. P. Vitalis in Lexico Mathematico testatur, scripsisse *Opera optica, & mechanica*; ita & P. Cherubinus Aurelianensis lib. *de visione perfecta*, nec non P. Aurelius Richerius in tract. chronol. lib. 2. ad an. Æ. C. 1609. inter Opticæ illustratores enumerat; ac D. Caramuel cum laude par. 2. Metremetricæ Apoll. circularis musa 2. cæl. n. 348.; & Jo:

& Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 115., ubi cum errore dicit de *Retia*.

Oculus Enoch, & Eliæ: pars 2. titulum fert: *Therastronomia*; qua consideratione visibilium, per novos, & jucundos conceptus prædicabiles ab astris desumptos mens humana ad invisibilia Dei introducitur. Scripsit etiam

Expositionem visionis Ezechielis cap. 1. & 10. adumbrata, & 7. planetis accomodata. Antuerpiæ apud eumdem Verdussium.

Comment. in Genesim, & Apocalypsim mss. reliquit morte præventus Ravennæ anno 1660. ex autore Biblioth. Capuccinor.

C D X C. 208.

ANTONIUS A MARTYRIBUS = Strict. Observ. Discalceat. alumnus, concionator, & Definitor provinciæ S. Joseph, ex autore Biblioth. Hispan., & Jo: a S. Anton., vulgo dictus *de los Martyres*, edidit

Vida, y obras maravillosas de la Virgen, y Esposa de Iesu Christo Agueda de la Cruz Beata del Orden de Santo Domingo: ad Ferdinandum Hispan. Infantem Toletanum Archiepiscopum. Matriti 1622. in 4. apud Didacum Flamenco ex cit. Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 318., & Jo: a S. Anton. to. 1., qui Opusculi a Waddingo relati non meminit.

C D X C I. 209.

ANTONIUS MASSANUS = de quo, ejusque in concionibus vigore, atque præstantia Æneas Silvius, Pius postea II., epist. 79. ad Joannem Aich Electum Eystetten. scripsit *apud Italos Antonius Massetanus ex Ordine Minorum magnus verbi Dei prædicator fuit; ejus sermo tam populo acceptus erat, ut ad magnam diei partem absque cibo audiretur: vallebatque homo & in græcis, & in latinis literis. Hunc sua virtus Generalem Ordinis Magistrum fecit, post Episcopum Massetanum; non tamen tot dignitatibus auctus sermonem deseruit. Me præsente Senis prædicare de paupertate cœpit* &c.: eumdem celebrat & in libello *de Viris illustr.* ms. Vatic. Scripsit igitur Antonius

Conciones, & *sermones varios*, qui forsan perierunt, vel adhuc latent.

Relatio legationis Constantinopolitanæ anno 1422. obitæ prodiit primum Parisiis an. 1612.; postea in Conciliorum editionibus inter Acta Concilii Senen. anni 1423., quo anno m. Martio erat Venetiis ut *Legatus Imperatoris Græcorum* pro auxilio adversus Turcas impetrando, teste Marino Sanuto in Vita Thomæ Mocenigi Venet. Ducis LVIII. ex to. 22. Rer. Ital. Script., qui in Oratione, quam paulo ante obitum, qui contigit die 15. Aprilis ejusdem anni 1423., lecto decumbens habuit, *Fr. Antonium de Massa nostrum concionatorem* appellat, ejusque doctrinam valde commendat: ex quibus conjicere est, cum ea occasione quadragesimales conciones dicto anno habuisse. Sed & idem Sanutus ibi in Vita Francisci Fuscari Ducis sub anno 1424. memorat, eumdem Antonium fuisse Martini V. *Nuncium* de rebus Forojulii. Obiit in patria anno 1435., & in Ecclesia sua tumulatus est cum epitaphio apud Ughellum to. 3. Ital. sac. legendo, & Jo: a S. Antonio to. 1. pag. 117. ex Terrinca par. 3. Theatri.

C D X C I I. 210.

ANTONIUS A MATELICA = Ord. Minor. Conventualium; de quo P. Rodulphius lib. 2. fol. 257. in Custodia Æsina, & lib. 3. fol. 308., ait scripsisse latine.

Expositionem pulchram in Orationem Dominicam stylo medio inter scholasticos, & spirituales; cui assentitur & Gonzaga. Ea impressa Parmæ anno 1535. per Franciscum de Prato in 4. cum *Commentariis* ad majorem Operis notitiam, & *Oratione contra novam pessimam hæresim noviter repertam*, ac longa *epistola ad Paulum III.* Sum. Pont. extat Ravennæ in nostra Bibliotheca; cujus titulus: *Expositio Orationis Dominicæ Fr. Antonii Ord. Minorum S. Francisci ex oppido Mathelica nuncupato agri Piceni oriundi*; dicata Doctori, ac Equiti, Regioque Senatori Antonio Bernerio. Ejus in laudem scripsit prosa Hieronymus Zunta J. C., & versu Fridericus a Prato Jurisconsultus & ipse, ut in fine Operis. Scripsit etiam

Opus de triplici mundo, quod *divinum* appellat laudatus Hieronymus Zunta in Oratione, seu *Sermone* ad Lectorem in fine Operis prædicti impresso his verbis: *est postremo hortandus Fr. Antonius, immo cogendus, ut divinum Opus de triplici mundo edat in lucem; quod si faciat (ut puto, & spero) fidem nostram labantem, & semimortem a mortuis ad superos revocabit*. Item

Sermones de B. M. Virginis festivitatibus, qui habentur in Bibliotheca Virginea Petri de Alva.

Cetera, quæ huic adscribit Waddingus, spectant ad *Antonium Bituntinum*, ut supra est visum. Idem Waddingus, qui Willotum carpit, in eumdem errorem & ipse lapsus est; a quo nec se extricare scivit Jo: a S. Anton. to. 1.

C D X C I I I.

ANTONIUS A MATRE DEI Lusitanus Reg. Observ. Lector emeritus edidit

Concionem gratulatoriam in acclamatione publica Joannis IV. Lusitaniæ Regis vernacule. Ulyssipone an. 1642. in 4. typis Dominici Lopez Rosa, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 118.

C D X C I V. 211.

ANTONIUS MEDICES = Minorum Conventualium alumnus anno 1460. Florentiæ Theologorum Academiæ nomen dedit, ex Badio in Catalogo Theologor. Universitatis Florentinæ, & anno 1573. Sixtus IV. contulit ei quoddam Beneficium ex Reg. Vatic. Bullarii Seraph. Petri de Alva & Astorga. Suæ provinciæ Minister cum extitisset, postmodum creatur Episcopus Marsicensis in Lucania, non Marsicanus in Aprutio, ut arbitratus est Waddingus in Annal. Minor., eumque secutus Jo: a S. Anton. to. 1.; de eoque agit Ughellus in to. 7. Ital. sac.; erratque Julius Niger in Scriptor. Florent., dum ait, hujus non haberi mentionem apud cit. Ughellum, & extitisse Ordinis Minor. Observ.

Commentarios super Magistrum Senten. scripsit, uti testatur Antonius Possevinus in Biblioth. select. lib. 3., & Aug. Superbus in Append. ad Catalogum ms. Scriptorum Ord. Minorum.

De ornamentis mulierum librum ei adscribit Josias Simlerus in Epitome, suppresso tamen cognomine.

Autoritates allegabiles totius Philosophiæ ex Aristotele Philosophorum principe, Platone, Boëthio, Seneca, & Apulejo collectæ per Fr. Antonium Medicem juxta ordinem alphabeti ad utilitatem studentium extat ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. cod. 35. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 285. Et forsan ejusdem sunt, quæ ibidem habentur cod. 34. ejusdem plutei sine autoris nomine.

Conciones item, & *Orationes plures*, ut erat Ecclesiastes egregius ex memorato Superbo. *Sermo pro sancta Cruce Magistri Antonii de Medicis* 1472. ms. extat Florentiæ ibidem cod. 30. ex eodem pag. 284. *Sermones varii*, quorum primus sic inscribitur: *de B. Francisco sermo bonus, & nobilis scriptus Florentiæ* cum *concione de passione Domini*, ac duobus aliis *tractatibus*, *seu sermonibus de Conceptione*, *& Annunciatione B. V.*, aliaque de *Missa nova* ex cit. Catalogo pag. 284. to. 1. Errat itaque Joannes a S. Antonio, dum ait, alia, quæ scripsit, deperdita esse, ex Terrinca.

CDXCV. 212.

ANTONIUS DE MEDINA = Regul. Observ. unus fuit e tribus autoribus, qui ediderunt

Monumenta Ordinis Minorum excusa primum Salmanticæ anno 1506. in 4. per Jo: Porras; exinde anno 1510.; tandem anno 1511. itidem Salmanticæ, ut dictum est supra numero 144. in *Anonymo Hispano* XIII.

CDXCVI.

ANTONIUS DE MEDINA alter Hispanus Minor. Discalceat. alumnus scripsit, vulgavitque

Tractatum mysteriorum Terræsanctæ patrio sermone. Salmanticæ an. 1573. in 8. typis Hæ. Joannis de Canova, teste Leone Pinello in ms. Biblioth. Mariana.

Traduzione de' viaggi d' Antonio Medina italice typis dari curavit Florentiæ anno 1590. in 4. Petrus Bonianti *Plebanus* Bibienæ in Tuscia.

CDXCVII.

ANTONIUS MENNA Cremonen. Capuccinus dicitur scripsisse

Modulum perfectionis Christianæ gallico idiomate cusum Parisiis an. 1606., teste Dupino sec. 17. apud Jo: a S. Anton. to. 1., & silente Biblioth. Capuccinor.

CDXCVIII.

ANTONIUS A S. MICHAELE Gallus Arelatensis provinciæ S. Dionysii Recollector. alumnus, concionator eximius, & fundator Confraternitatum *Angeli Custodis*, cujus cultum multis in locis mirifice propagavit & verbis, & scriptis; edidit

Constitutiones prædictæ *Confraternitatis Angeli Custodis*.

De militia Angelorum libros duos.

Extases vitæ extaticæ cusas cum aliis *Opusculis* pro Christi passionis meditatione.

Historiam passionis Domini a 4. Evangelistis deprompiam latine, & gallice vulgatam una cum piis *orationibus*

Collationes spirituales ex Regula S. P. Francisci to. 3. mss.

Cantica spiritualia, quæ ipse ad devotionem fovendam præcinere solebat.

Catechesim theologicam in Apocalypsim Joannis; mysticis, & tropologicis exculptam conceptibus. Parisiis an. 1625. in 8., teste Jacobo Le Long to. 2. Biblioth. sacræ apud Jo: a S. Anton.

Expositionem in Psalmos longo studio elaboravit, sed absolvere non potuit morte præventus die 13. Julii an. 1650., ut refert Fr. Chrysostomus Gaufridus in ejus Vita his verbis: *Scriptor insignis fuit: libri quamplurimi, & quos prælo mandavit, & qui in lucem prodire manu benefica expostulant (quorum prolixum catalogum texemus, dum de Scriptoribus Ecclesiasticis) testantur viri eruditionem, pietatem, zelum ardentissimum, & (quod fuit præcipuum ejus donum) acumen ingenii in exponendis allegoriis sacræ Scripturæ, unde concionatores in promptu habeant, quæ possint & suas conciones instruere, & eas præclaris ex sacris literis conceptibus exornare; quod ex sua catechesi in Apocalypsim licet judicare. Dolemus, Opus in Psalmos longo studio elaboratum morte præventum non absolvisse, & partus adeo nobiles luci non editos*: quod & exscripsit citat. Jo: a S. Antonio.

CDXCIX. 213.

ANTONIUS A MODOETIA = in diœcesi Mediolanen. Regul. Observ. floruit sec. XV., & anno 1482. sub Sixto IV. Præfectus fuit Missionum Apostolicarum Ethiopiæ, Indiæque orientalis: inde reversus in Italiam obiit Maleti in Insubria, ubi clarus signis, & virtutibus jacet; inquit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1495. n. 63.; & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

* ANTONIUS MOLLOY, quem hoc loco Jo: a S. Anton. refert ex Petro de Alva col. 110. Militiæ scripsisse *Quæstiones Theologicas* Græci cusas an. 1645., vocabatur *Franciscus* ex eodem Petro de Alva col. 441. Militiæ ex citato Jo: a S. Anton. infra pag. 409., ubi cum testetur, se vidisse aliud ejus Opus sub nomine *Francisci*, aut erravit primo loco de Alva, aut dicebatur *Franciscus Antonius*.

D.

ANTONIUS A MONDULPHO diœces. Senogallien. Capuccinus provinciæ Marchiæ eruditione, multarumque virtutum merito conspicuus

Multa scripsisse fertur ab autore Bibliothecæ Capuccinor. commemorata; obiitque Romæ in Coenobio S. Bonaventuræ an. 1590., de quo Boverius to. 2. Annal. Capuccinor. ex Jo: a S. Anton. to. 1., pag. 119.

DI. 214.

ANTONIUS MONELIANUS = Regul. Observ. alumnus, vir magnus inter Mysticos dicitur a Card. Bona in *Via compendii ad Deum* cap. 4. De eo & Paulus Britius lib. 3. Monumentor. Subalpinæ provinciæ S. Thomæ pag. 280. Edidit quatuor libris

Sursum corda, hoc est *Directorium inflammandi mentem in abyssum divini luminis per sacrarum Scripturarum sensus reseratos & ad unguem materiæ applicatos*, ac veluti *Commentarium in Theologiam mysticam S. Dionysii*; ideoque non est Opus diversum, ut putavit Waddingus, & Jo: a S. Anton., sed unum in 4. approbatum a *Fr. Raynaldo Gratiano* Cotiniolano olim Ord. Minor. *Generali Ministro*, tunc vero *Archiepiscopo Ragusino*, & Achillis de Grassis S. R. Ecclesiæ Cardinalis & Episcopi Bononiensis *Vicario Generali*, *Suffraganeo*, *& locum tenente* literis datis Bononiæ in Episcopali Palatio 12. Julii an. 1522. Alia editio in 8. antiquior præcesserat, quam in Bibliotheca Conventus S. Martyrum Marochien. provinciæ Angelorum se vidisse testatur Jo: a S. Anton. to. 1., pag. 129.; insequens autem editio auctior fuit cum his versibus:

„ Deserit Ægyptum quatenus cælestia *primus*:
„ Per mare scindit iter, lustratque creata
„ *secundus*:
„ Deserta, & mentis penetralia *tertius* intrat:
„ *Quartus* habet cultus superûm, & virtutis
„ honores.

Item: *Sursum corda: Trophæum Israeliticum triregium mysticam vitiorum stragem significans* 4. libris. Bononiæ per Justinianum Rubierien. (forsan

Ru-

Rubeum) anno 1529. in 4. m. cum his versibus cujusque libri materiam exhibentibus:

„ Crimina namque refert, & mystica prælia
„ *primus*:
„ Dura superborum, & Pharaonis bella *secun-*
„ *dus*:
„ Luxuriæ, atque Malech movet horrida *ter-*
„ *tius* arma:
„ Accidiæ, atque Ædom certamina *quartus*
„ adaptat:

teste Jo: a S. Anton. to. 1., qui observat ex Lassor pag. 45. univ. terrar. Orbis, hoc Opus prodiisse etiam Bononiæ an. 1527. in 4., & nonnulla hujus tomi 2. haberi to. 3. Biblioth. Virgin. Petri de Alva pag. 333. Scripsit etiam

Sermones de Mortuis incip. *Expositio Epistolæ* to. 1. in fol. ms. membran. extat Hispali in Biblioth. Cathedr. Eccl., teste cit. Jo: a S. Anton.

ANTONIUS MONELIANUS ALTER = v. *Antonius Palietinus*

D I I. 215.

ANTONIUS A MONTEFALCONE = prædicator insignis, & Vicarius Generalis Cismontanus sui Ordinis.

Vitam B. Claræ a Montefalcone a quodam Anonymo ad formam dialogi exaratam e latino in italicum sermonem transtulit, teste ipso Waddingo ad an. 1308. n. 77. Annal. Min.; idque anno 1457., non 1475., ut per errorem habet cit. Waddingus num. 69. Obiit enim hic autor Romæ an. 1457. apud Aramcæli tumulatus, ut legitur in Chronicis S. Franc. par. 3. lib. 4. cap. 25.; cum præcedenti anno 1456. extitisset Nuncius Apostolicus in Ducatu Spoletino ex Indic. Bullarii Seraph. Petri de Alva & Astorga; & laudatus Waddingus in Annal. Min. tradit, autographum ejus *Vitæ* servari in Monasterio Montis Lucis apud Perusium. Agit de eo & Jacobillus in Scriptor. Umbriæ. Refert Haroldus ad an. 1455. num. 2.; mortuo Nicolao V., in secundo scrutinio Cardinalium præter opinionem suffragiis in eum concurrentibus in Romanum Pontificem electum fuisse; sed ad nova vota progressi electores Alphonsum Borgiam postea *Callistum III.* Summum Pontificem denunciarunt.

D I I I.

ANTONIUS MORTARI Brixianus Min. Conventualium Constantii Portæ Musici celebratissimi discipulus, cujus in arte magnos cum fecisset progressus, pluribus odæis, Ecclesiarumque cantoribus præfectus extitit; scripsitque plurima musicis notis decantanda, potissimum autem

Sacra ea, quæ in Ecclesiis cani solent, vulgavit Mediolani an. 1598. per Bisutium; & Venetiis typis Vincenti ab anno 1595. usque ad annum 1608., quo *XIII.* ejus Opus prodiisse vidi.

Decessit ipse Veronæ, uti scriptum reliquit autor æqualis Aug. Superbus in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Minor. to. 2.

D I V.

ANTONIUS MUTII a Fractis Picens Conventualis sac. Theol. Magister edidit sermone vernaculo, italicoque

Solamen agonizantium, hoc est regulam bene vivendi, atque moriendi; cui adjecit

Documenta pro fæminis claustralibus ad pie vitam transigendam; Venetiis anno 1588. per Joachinum Brognolum in 8., teste Jo: Franchino in Bibliosoph. num. 48.; & antea Urbini; tandem Patavii typis Petri Marinelli an. 1611. in 12.

216.

ANTONIUS N. = hic est *Antonius Trombetta*, de quo infra agitur, qui 12. annos quæ provinciæ S. Antonii, seu Venetæ fuit Minister, quemadmodum suo loco videbitur. Joannes a S. Anton. to. 1. exscribit Waddingum.

D V.

ANTONIUS N. Ferrariensis seculo xv. ineunte floruit doctrina, ac pietate, scripsitque patrio sermone

Conciones sacras per annum; &

Vitas SS. Gulielmæ Angla Reginæ Hungariæ, & Euphrasiæ Virginis Romanæ; quæ mss. extant Ferrariæ in Bibliotheca S. Franc. in fol. absque autoris nomine, & tempore; quæ tamen facile ex earum lectione eruuntur. Habitæ sunt enim *conciones* num. 52. (nam harum codex mutilus est tam in principio, quam in fine) Ferrariæ anno 1425., & quantum conjectura ducor, autor obiit anno 1428., estque ille *Antonius Bonfadini* Ferrarien., qui sanctitatis opinione, ac fama colitur, tituloque *Beati* decoratur *Cotiniolæ* in Flaminia olim in majori Ecclesia Presbyterorum, nunc in Æde S. Franc. Ord. Minor. Observ. tumulatus. Nam codex ms. in fol. ante tria secula exaratus incipiens a Dominica Passionis, & finiens post dies festos Pentecostes, ultimamque Maji, utrinque tamen, ut dixi, mutilus, *autoris nomen* prodit in concionibus Dominicæ Palmarum pag. 29. 34. 62., feriæ 4. hebdomadis majoris, seu sanctæ, & Dominicæ 2. post Pascha, ubi semet *Fr. Antonium* appellat. *Franciscanum* vero *Institutum* eruitur pluribus ex locis, in quibus *S. Franciscum* crebro, ejusque *socios* adducit; & fere semper dubia, quæstionesque resolvit ex scriptoribus Franciscanis B. Bonaventura, Alex: Alensi, Jo: Scoto, Riccardo Mediavilla, Jo: Peckam, Asterano, & Francisco Mayrono; clariusque ex concione Dominicæ 4. post Pascha pag. 75., in qua præ ceteris exaltat *Indulgentiam Assisiatem*; & in sequentibus duabus concionibus, ubi agit, tutius esse *Religionem ingredi*, quam in seculo commorari. Porro *Ferrariensem* patriâ fuisse perspicue dueitur ex dialecto, quo scribit, utiturque præsertim in *Vitis*, quas dixi, SS. Gulielmæ, & Euphrasiæ; *cossa* pro *cosa*; *Chiesia* pro *Chiesa*; *vivesto* pro *vivuto*; *grandinissima* pro *grandissima*; *odendo* pro *udendo*; quod legimus ea ætate usurpatum & a S. Catharina Ferrariensi, al. Bononiensi in lib. de 7. armis spirit. Conciones certe habitæ sunt *Ferrariæ*, ut liquet ex concionibus Sabbati Dominicæ primæ post Pascha, Dominicæ 2. post Pascha, feriæ 4. Dominicæ 4. post Pascha, & feriæ 3. post Dominicam 5. Paschatis in die *S. Maurelii Episcopi & Mart.*; idque paulo post initium anni 1425. Nam in concione feriæ 4. hebdomadis sanctæ pag. 34. nominat *Marchesanam*, nimirum uxorem Marchionis Estensis Vicarii Ferrariæ pro Rom. Pontifice, qui anno tandem 1452. a Friderico III. Imp. creatus est Dux Mutinæ, Regiique; & in concione feriæ 4. Dominicæ 4. post Pascha pag. 77. dicit, eo die Ecclesiam celebrare festum *S. Gregorii*, nimirum Nazianzeni, qui die 9. *Maji* coli consuevit; ex quo colligitur, *Pascha* eo anno incidisse in diem 8. Aprilis; anno scilicet 1425., quo atrox bellum ardebat in Italia, magnumque fœdus Venetorum, Genuensium, Florentinorum, Senensium, Ferrariensium, Mantuanorum, Sabaudorum, & Aragonensium ictum est contra Mediolani Ducem. Scribit enim con-

concione 2. festi Paschalis, seu diei lunæ pag. 44., eo tempore Italiam a militibus pessumdari; oppida depopulari; domos comburi; fœminas, & virgines, Monialesque violari; Ecclesias, & Monasteria deprædari, aliaque mala perpetrari; contra vero Templa, & Xenodochia fundari; viros, & mulieres, relicto seculo, Religionem, Claustraque petere; & alia bona multa fieri; quæ sane non abludunt ab anno 1425., quo *S. Bernardinus*, & *B. Coleta*, & *B. Angelina Fulginas*, ille primi, & secundi, istæ primi, secundi, & tertii Ordinis S. Francisci reformationi operam dabant: florebat & reformatio Ordinis S. Dominici; Congregatio S. Salvatoris Scoperinæ; S. Justinæ Patavii; aliæque plures.

Videtur hic autor concionari cæpisse ab *Adventu Domini*; siquidem concione feriæ 2. Dominicæ 1. post Pascha pag. 55. inquit, se in die *Purificationis B. M. V.*, hoc est die 2. Februarii, & biduo ante Septuagesimam egisse *de laudibus B. M.*; in concione vero 2. post Dominicam 5. Paschatis pag. 82. ait, *se plures hebdomadas*, *& menses Ferrariæ* concionatum esse, & quamprimum discessurum, &, ut puto, loca Terræsanctæ lustraturum, exculturumque. Non igitur *B. Antonius Bonfadinus* diem obiit anno 1282., ut suo arbitratu tradit Aug. Superbus in Appar.; neque an. 1482., ut Gonzaga; sed ex dictis, & quantum ex ejus Vita eliciturs, numeris inversis anno 1428.

D V I.

ANTONIUS A NATIVITATE Lusitanus provinciæ S. Antonii Strict. Observ. Discalceat. concionator, & Lector elaboravit sub initium seculi XVI.

Commentaria in Evangelia festorum priorum sex anni mensium, quæ mss. extant in fol. Ulyssipone, in Conventu S. Antonii, typisque edenda ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan. to. 1., & Coronel. Biblioth. univ. to. 3. col. 1312.; nec non Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 120. ex Balthassarre Medina, & Nicolao Antonio.

D V I I.

ANTONIUS NAVARRO Hispanus prov. Castellæ Regul. Observ. Curiæ Catholicæ Commissarium agens edidit

Defensionem Sacelli Dominæ nostræ de Loreto Gadicensis Conventus, quæ Matriti habetur in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. sub E. n. 42. fol. 278.; teste Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.; qui & ibidem refert

Orationem funebrem in exequiis Fr. Francisci a Cruce primogeniti Ducis Marciensis Hispali an. 1611. in 4. apud Alphonsum Rodriguez editam per *Antonium Navarro* prov. Bæticæ Regul. Observ. concionatorem, & Definitorem; alterum a superiore, si tamen alter est.

D V I I I. 217.

ANTONIUS NIGER = al. *Nerius* Aretinus Min. Conv. sac. Theol. Magister, & Doctor Parisiensis anno 1413. Florentinæ Theologorum Academiæ adscriptus fuit ex monumentis illius Universitatis apud Cerrachinum in Fastis Collegii Theolog. Univers. Florent.; pauloque post ad Minores Regul. Observ. sub S. Bernardini regimine florentes transiit; apud quos vivendi finem fecit in patria, sive Aretii in Conventu S. Joannis cum opinione sanctitatis; postquam scripsisset

Comment. super Magistrum Sententiarum.

Tractatus plures, *seu Opuscula theologica*; & *Sermones prædicabiles*, juxta Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 43. Marci Ulyssip., ubi dicitur *Fr. Antonius Aretinus*, uti & Rodulphius habet lib. 3.; sed Gonzaga par. 2. vocat *Fr. Antonium de Neri* apud Baretii Chron. S. Franc. par. 4. lib. 1. cap. 50. Waddingus Willotum, & Possevinum secutus hunc cum *Angelo Reatino* confundit; & modo Antonium Aretinum, modo Antonium Nigrum veluti duos secernit, describitque. Joannes autem a S. Anton. hunc confundit cum *Antonio de Oculis nigris* provinciæ Aragoniæ Ministro anno 1438. apud Haroldum ad eum annum.

Vitam S. Bernardini scripsisse a Surio postmodum exscriptam, & evulgatam prodit Franciscus Haroldus in Supplem., seu Epitome Annal. Waddingi; & anno 1424. fuisse *Decanum* Universitatis Theologiæ Florentinæ legimus apud cit. Cerrachinum: Antonius vero Terrincanus subdit, ex hac vita migrasse anno 1450., ac annos 50. Concionatoris munus exercuisse. Cum autem Haroldus adjungit obiisse eum Sergiani bis mille passuum distantis ab urbe Senarum tunc recens pro Observantibus conditi, non convenit cum Gonzaga supramemorato.

D I X.

ANTONIUS OLANO Lusitanus fertur scripsisse

Relationem martyrii Fr. Andreæ Spoletini Minoritæ anno 1532. secuti, editam anno 1574. in 8., teste Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 24. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 120.

D X. 218.

ANTONIUS PACTENSIS = VIII. Custos, seu Prefectus ac Minister provinciæ Reform. Vallis Mazariæ in Sicilia, vir reipsa apostolicus, & singularium nota virtutum insignis acerbissimas persecutiones perpessus obiit Romæ, sepultus ad S. Franciscum trans Tyberim an. 1617.; de quo Pyrrhus in Siciliæ sac.; Antonius Randatius aliquando suus Confessarius in Vita Fr. Cherubini a S. Lucia, & Mongitor in Bibliotheca Sicula apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 121. *Antoninus*, Visitator, & Commissarius Apostolicus Reformatorum provinciæ Terræ laboris anno 1596. vocatur in suo *Viridario concionatorum* edito an. 1617. typis Jo: Guerilli; & etiam in *Expositione Regulæ* in duas partes divisa, & ibidem impressa eodem anno.

Opusculum *Ingressus facilis*, *& securi ad Paradisum* non est *Antonii Pactensis* Siculi, uti hoc loco Waddingus scribit; sed *Antonii Padet* Galli, ut recte idem dicit in Indice Materiarum §. *Œconomica*, *& Instructoria*. Itaque

D X I.

ANTONIUS PADET edidit memoratum Opusculum hoc titulo:

Ingressus facilis, *& securus ad Paradisum*: Lugduni an. 1644. in 12., ut Waddingus habet loco proxime citato; qui & in *Indicibus* Cognominum, Nationum, & Materiarum hunc, & præcedentem distinctos Scriptores fecit. Hunc omisit Jo: a S. Anton. secutus Opus Waddingi.

D X I I. 219.

ANTONIUS PAGANUS = patriâ *Venetus*, non Foroliviensis, & *Regularis Observantiæ*, non Conventualis, ut perperam Willotus, Waddingus, & Franchinus, nec non Jo: a S. Antonio hunc cum *Marco Antonio Pagano* Foroliviensi eodem tempore florente confundentes tradiderunt. Petrus Rodulphius utrique coævus, & horum alteri amicitia conjunctissimus, rem clare scripto reliquit; dum

[illegible] lib.

lib. 2. fol. 268. in provincia Bonon. de Custodia ac loco Foroliviensi meminit *Marci Antonii Pagani* Foroliviensis, cui ipse mortuo Fulginei anno 1585. epitaphium posuit, quod & ibi refert; mox fol. 271. in prov. S. Antonii de Custodia Patavina, ac loco Vicentino scribit, ibi floruisse *Antonium Paganum* illius loci alumnum pietate, doctrina, & scriptis clarum; ac vixisse adhuc, dum Opus suum imprimeretur, scilicet anno 1586.; tandem fol. 299. in prov. S. Antonii Regul. Observ. de loco Vicentiæ agens ait: *ubi viget Fr. Antonius Paganus, qui supra falso relatus est inter antecedentes*, idest inter Conventuales; & lib. 2. fol. 308. *Antonio Pagano Veneto* attribuit nonnulla Opera, & adhuc anno 1586. vivere repetit: quod habet & Possevinus in Appar. sac., & Thomas Garzonius in Platea univ. serm. 18.: sed & Opera ejus typis edita manifeste eum dicunt *Antonium Paganum Venetum Regul. Observ.*; ut mirum sit, Franchinum in hoc errare quivisse. Delendum est igitur *epitaphium* apud Waddingum, & Joannem a S. Antonio Waddingum exscribentem, quod ad *Marcum Antonium Paganum* Foroliviensem anno 1585. Fulginei vita functum, non autem ad Antonium Paganum Venetum, qui post annum 1587. obiit Vicentiæ, spectat. Hujus igitur sunt

Oratio pro Ecclesiæ reformatione habita in Concilio Tridentino, quæ extat in Actis dicti Concilii in append. edit. Labb., prodiitque etiam anno 1570. in 4. apud Bologn. Zalterium Venetiis, & in lib. de jurisd., & residentia Episcoporum.

Sermo de salutifera, & fructuosa pœnitentia italice, in quo agit de contritione, confessione, & satisfactione. Venetiis typis Bolognini Zaltieri an. 1570. in 4.

Pia carmina continent 4. *triumphos Redemptoris mundi, crucis, Beatorum, & castitatis*; itemque *laudes B. Virginis*, & hortum, seu *viridarium morale* vario metro italico; quæ Marracius in Bibliotheca Mariana vocat *epitalamj, trofei* &c. Extat typis Venetis Dominici Fani anno 1557. in 8. a me lectus *liber primus* hoc titulo: *Delle Rime del Reverendo, & eccellente M. Marco Pagani* dicatus Cardinali Aracælitano (Clementi Dolera) Ordinis Minor. Observ.; continetque *triumphum Christi, & crucis*: Liber vero secundus complectitur *triumphos Beatorum, & castitatis*; nec non *laudes B. Virginis* italice; & in Beatorum triumpho canit præ ceteris laudes SS. Francisci, Claræ, Antonii Patavini, Bonaventuræ, Bernardini Senensis, atque Immaculatæ Conceptionis B. Virginis Mariæ; sed & in Indice libror. prohibit. legitur proscriptus *Marci Pagani carminum liber, cui titulus est: Triunfo angelico: & alter, qui dicitur: Sonetti diversi di Marco Pagani*: ex quibus elicere est, hunc in seculo *Marci* nomen tulisse, illudque in *Antonii* nomen factus Minorita commutasse; & forsan antea Presbyterum secularem extitisse; & post annum 1557. Institutum S. Francisci amplexum esse.

Oratio de miseriis sui temporis ab hæresi, bellis, devastationibus &c. Francisco Gonzagæ Minorum Observ. Generali Ministro. Venetiis per Bologninum Zalterium.

Regulæ Sodalitatis S. Crucis. Ibidem an. 1587., inquit Possevinus in Appar. sac., ut & Jo: a S. Antonio; non anno 1597.

Speculum veri Christiani. Ibidem anno 1589.; non 1539.

Brevis Summa triumphorum militantium &c. Ibidem an. 1587. ex Possevino. Liberque italicus hunc titulum fert: *La breve Somma delli esercizii de' penitenti per la profittevole riforma dell' uomo interiore di Fra Antonio Pagani Minor Osservante*. Venetiis an. 1587. in 4. apud Jo: Varisium, & Paganinum Paganini ab autore Fr. Francisco Gonzagæ Ord. Minor. Observ. Ministro Generali dicatus, datusque e *Colle S. Pancratii die 19. Junii an.* 1587. Atque in epistola ad eumdem præfixa libro scribit, se etiam confecisse

Compendium, quo modo Confessarius, & Pœnitens debeant se continere in peccatorum confessione.

Sponsalia animæ cum Christo italice. Ibidem an. 1585. per Franciscum Ziletum, ex Possevino in 2. Appendice.

De Purgatorio, & Indulgentiis lib. 1. typis editus ex Aug. Superbo in Triumpho Glor. Venetorum lib. 3. cap. 11., ex Felice Ciatto apud Franchinum in Bibliosoph. num. 259.

Tuba militiæ Christianæ lingua vernacula Venetiis eusa an. 1585. in 8. ex Indice Biblioth. Barberinæ

Sermones italico idiomate. Ibidem an. 1587. ex eodem Indice Biblioth. Barber.

Opuscula S. Bonaventuræ correcta, & auctiori numero adornata edi curavit Venetiis anno 1564. in fol. apud Dominicum Nicolinum una cum *Francisco Zamora* Ord. Generali Ministro, ut ex literis Zamoræ ad eum datis Tridenti an. 1563. die 27. Martii Vicentiæ in Conventu S. Blasii asservatis, quibus eum rogat, & enixe postulat, ut postremam ei editioni manum admoveat; etsi vulgo tota hæc editio tribuitur Francisco Zamoræ.

Fuit in seculo J. V. Doctor, nomine *Marcus*, Utini anno 1567. ætatis suæ anno 31. Ordinem S. Francisci Min. Observ. ingressus (forte error est in annis), qui obiit Vicentiæ die 4. Januarii an. 1589. in Ecclesia S. Blasii humatus cum opinione sanctitatis; de quo Benedictus Mazzara in Legendario Franciscano to. 1.

D X I I I.

ANTONIUS PALIETINUS Monelianus prov. Genuensis Min. Convent. sac. Theol. Magister doctissimus, cum diu Romæ sui Ordinis Generalis Procuratoris munere functus esset, an. 1570. die 16. Julii a S. Pio V. promotus est ad Episcopatum *Brugnaten*. Genuensis ditionis, & ab eodem in publico Patrum consistorio laudatus, quo loci auditum, *nec præconizatione, nec processu opus esse* (sunt verba Card. S. Severinæ in suis Diariis) *jam notus in Urbe: ita aliis audientibus viri nomen, omnes Cardinales cucurrerunt per idem, vel per placet*; ut est apud Ughellum to. 4. Ital. sac. in Episcop. Brugnaten. num. 30., ubi addit, postquam laudabiliter 9. annos sedisset, obiisse 1579. Hunc Petrus Rodulphius Hist. Seraph. lib. 2. de *Episcopis* cum errore dicit *Aurelium Monelianum* Episcopum Brugnaten. sub an. 1571. Scripsit

Methodum, & grammaticam speculativam V. Doctoris Subtilis editam Parisiis per Jo: le Bouc an. 1604. in 8., adjectis marginibus a *Fr. Augustino Gothutio*, inquit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 97. in *Antonio Brugnatensi*.

D X I V. 220.

ANTONIUS PASCHALIS = Regul, Observ. Theologus, & suæ provinciæ Pater, cujus

Philocomia spiritualis prodiit etiam an. 1644. in

in 4. hispano sermone typis Jo: Vincentii Franco, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

* S. ANTONIUS PATAVINUS = V. *Antonius Lusitanus*.

221.

ANTONIUS PATAVINUS = Waddingus a Rodulphio lib. 3., aliisque post eum accepit; sed hic est *Antonius Trombetta*, de quo paulopost agetur; quemque Waddingus in plures distraxit; ut & Jo: a S. Antonio Waddingum secutus.

D X V.

ANTONIUS PLACENTINUS Italus Strict. Observ. Reformator. scripsit

Vitam Ven. Fr. Pauli Siculi magnæ sanctitatis viri, ejusdem Instituti alumni, una cum aliis *memorabilibus* ex Arturo ad diem 7. Febr. §. 5., & Jo: a S. Anton. to. 1.

D X V I.

ANTONIUS A PLAGIS Lusitanus prov. Portugalliæ Regul. Observ. Lector Jubilatus, Pater, & S. Officii Censor evulgavit

Concionem de Septuagesima. Ulyssipone an. 1641. in 4. typis Georgii Rodriguez.

De actu solemni fidei ad Reges Lusitaniæ. Ibidem an. 1646. in 4. typis Craesbeeckianis. In dedicationis epistola memoriam ingerens *concionis* alterius jam publici juris factæ pollicitus est alias *lucubrationes*, quæ an prodierint, vel factæ fuerint, incompertum est etiam Joanni a S. Anton. to. 1.

D X V I I.

ANTONIUS DE PORTALEGRE Lusitanus Strict. Observ. Discalc. provinciæ Pietatis alumnus, & Mariæ Portugalliæ Principis Confessarius vulgavit nomine suppresso

Passionem D. N. Jesu Christi tam lusitane, quam castellane an. 1548., & postea Conimbricæ an. 1581., testibus Nicolao Anton., Medina, & Raphaele Pluteau in Catalogo AA. præfixo to. 1. Dictionarii Lusitani apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 123.

D X V I I I. 222.

ANTONIUS POSIUS = *Regens in Conventu SS. XII. Apostolorum Romæ* interfuit Concilio Tridentino, ex Catalogo; postea Lector primarius, publicusque Theologiæ in Sapientia, ac Universitate Romana

Conciones, ac Orationes plures edidit, quarum unam in Tridentino Concilio dixit anno 1562. die 3. Maji, ex Catalogo concionum, Orationumque dicti Concilii excuso Brixiæ eodem anno 1562.

Thesaurum in omnia Aristotelis, & Averrois Opera copiosissimum indicem vulgari curavit Venetiis 1560., & postea an. 1562. per Cominum Tridinensem; cum jam insuper una cum præceptore, forsan *Felice Peretto*, omnia *Aristotelis Opera* ordinasset, ut ipse in præfatione *Thesauri*, vel indicis significat; illaque tomis XI. distributa, & iisdem typis vulgata.

Scriptum S. Bonaventuræ in 4. libros Senten. emendavit, singulis quæstionibus argumentis additis, collatione locorum, atque controversiarum SS. Thomæ, & Bonaventuræ, ac Scoti hortatu PP. Ordinis Capuccinorum excusum Romæ per HH. Antonii Bladi Typographi Cameralis anno 1569. tomis 4. in 4. S. Pio V., cujus munificentia prodiit, dicatum.

Disputationes de rebus theologicis; &

De motibus animi obscuris scripsit, ex Pomp. Senen. par. 1. tit. 14. num. 51., Horatio Lombardello lib. de Temperantia, & Jo: Franchino in Bibliosoph. num. 43., qui & ms. servari dicit in patria, ubi obiit epitaphio decoratus hujuscemodi:

„ Antonio Posio Ileinensi Franciscanorum
„ Conventualium Procuratori, Philosopho, ac sa-
„ crosanctæ Tridentinæ Synodi Theologo illustri,
„ Hispanorum Sacerdotum promotori, librorumque
„ prohibitorum a Pontifice Maximo Secretario con-
„ stituto, qui plurimis ingenii sui editis monu-
„ mentis obiit anno a nativitate quinquagesimo se-
„ cundo, a Nativitate Domini millesimo, & quin-
„ gentesimo supra octogesimum IV. nonas Novem-
„ bris. Fr. Pamphilius Posius fratris filius mœstis-
„ simus posuit an. D. 1582.

De eo & Jo: a S. Anton. to. 1.

D X I X. 223.

ANTONIUS RADUNSCHIC = legendum *Radomski*, quæ civitas est Poloniæ superioris, ubi Franciscani jam ab anno 1288. locum obtinere noscuntur. Hic cum esset Canonicus Regul. S. Augustini Parisiis docuit Philosophiam, & Cracoviensi in Academia *Artem reminiscentiæ*, & *libros de Anima*. Inde ad Fratres Minores Regul. Observan. transiit, inter quos prædicationis Evangelicæ ministerium exercuit, nec non apud Sbigneum Archiep. Gnesnensem; tandem plenus dierum obiit Cracoviæ in Cœnobio S. Bernardini humatus anno 1487., ex Bartholomæo Cimarella in 4. par. Chronic. S. Franc. lib. 4. cap. 37.; de quo & Waddingus ad eum annum, & Mazzara ad diem 22. Octobris. Ejus tamen neque Rodulphius, Willotus, Possevinus, ac Superbus, neque alius, quod sciam, mentionem facit; *Antonius* quidem *Randescius* citatur ab Arturo in Indice autorum Martyrol. Francisc.; at Jo: a S. Antonio exscripsit Waddingum.

D X X.

ANTONIUS RAMIREZ de Mendoza Hispanus provinciæ, ut creditur, S. Jacobi edidit tempore incerto

Tractatum de rebus provinciæ S. Iacobi Compostel. a Fr. Francisco de Roxas citatum to. 2. Annal. Ordinis pag. 511., & a Fr. Hieronymo Lorte pag. 221. suæ *Mappæ subtilis*, teste, Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

D X X I. 224.

ANTONIUS A RANDATIO = cognomento *Tetti*, alumnus provinciæ Vallis Mazariæ, illiusque primus Chronologus, in evolvendis antiquis monumentis suæ patriæ, ac Ordinis assiduus, procurator canonizationis B. Benedicti a S. Philadelphio ejusdem provinciæ; obiit Tropeæ in Brutiis fama sanctitatis de 13. Junii an. 1632.; de quo Michael Rodriguez, Benedictus Passafiume, Arturus in Martyrol. Franc., & Coronel. Biblioth. univer. to. 3. scribunt; de hoc & Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 26. Julii in Vita S. Annæ cap. 2., ubi ajunt, scripsisse &

Vitam Ven. Fr. Innocentii a Clusa; eam forsan, quæ dicitur extare ms. Romæ in Bibliotheca S. Isidori Hibernen. Scripsit italico sermone

Vitas Fratrum, & Sororum trium Ordinum S. Francisci &c. tomis 3. in fol., quorum primi & tertii autographum erat apud Waddingum, inde apud Tognoletum, ex quibus multa ipse excerpsit pro *Paradiso seraphico*. Tomus 2. ms. servatur in Cœnobio S. Mariæ Portussilvi Messanæ.

Chronica Beatorum Siculorum Regul. Observ. mss. in fol. servantur in eodem Cœnobio Messanen.

Chro-

Chronica Beatorum Siculorum Observ. Reformatorum mss. in fol. extabant penes laudatum Petrum Tognoletum: & anno 1611. nonnullas *Icones Ven. Fratrum Strictioris Observ. Reformatorum, qui sanctitatis fama claruerunt*, ære incisas edi curavit, suumque unicuique *elogium* adjunxit, teste Anton. Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. Hunc unum puto cum *Antonio Randescio* Siculo Strict. Observ. Reform., qui refertur a cit. Jo: a S. Anton., & Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 9. & 16. Januar. §. 7., & alibi, scripsitque

Historiam virtutum Ven. Catharinæ Cianlinæ Tertiariæ Franciscanæ; &

Expositionem Regulæ Tertii Ordinis S. P. Francisci.

DXXII. 225.

ANTONIUS RAUDENSIS = ab oppido in agro Mediolanensi *Rando*, *Rodo*, vulgò *Rò*, dicto; non a vetusta familia Mediolanensi, ut aliis placet. Laurentius Valla in præfatione ad suum librum *de bono vero* per modum dialogi vocat *Antonium Haraenam*, & summopere laudat, etsi alibi *Raudensem* appellet, & contumelia afficiat. Hic Ordinis Minor. Conv. primus, qui *criticam* in antiquorum libros exercens, & latini sermonis candori, ac puritati studens

Opera Lactantii ad mss. codd. fidem diligenti collatione facta emendavit, præfixa locorum notatione, quæ minus cum veritate conveniebant, quem evulgandi morem, rationemque ceteri postea, in primisque Erasmus Rotterdam, imitati, purgandis, castigandisque veterum Patrum præcipue corruptis cursu temporum, librariorumque negligentia Opusculis adhibuerunt. Lactantius ita castigatus prodiit primum anno 1465. in Monasterio Sublacensi; postea Romæ anno 1468., 1470., & 1474. per Conradum Sweinheim, & Arnoldum Pannartz in Maximorum ædibus; deinde Venetiis anno 1472. 1478. 1483. 1490., & 1497. apud Bevilaquam; mox Lugduni eodem anno, & 1532. per Gryphium; Basileæ quoque apud Cratrandum, & Coloniæ apud Petrum Quentelium an. 1544.; iterumque Lugduni an. 1553. per Tornæsium, & Gazejum variis in formis; quorum in fine leguntur errores nonnulli ejusdem Lactantii ab eodem Antonio Raudensi collecti.

Antonii Raudensis Ordinis fratrum Minorum Theologi Dialogorum libri tres in errata Lactantii Firmiani ad Eugenium Papam IV. extant mss. in Regia Galliarum Bibliotheca cod. 3980. in fol. scripti sub eodem Eugenio, & autographus videtur, teste Casimiro Oudino to. 3. Comment. de Script. Eccles. *Dialogus in errota Lactantii Firmiani* extat & Romæ ms. in Vaticana Biblioth. inter libros olim Alex. Petavii ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. pag. 62. num. 1224., & in eadem Biblioth. Vatic. ex cit. Catalogo pag. 98. n. 196. & 322., nec non in ea Ottoboni Cardinalis ex eodem pag. 186.; atque Parisiis in Colbertina cod. 1821. ex cit. Catalogo to. 2. pag. 953. *De erroribus Lactantii* ms. Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex cit. Montfaucon to. 1. pag. 507., ubi mendose legitur *Antonius Rachidensis* pro Ravidensis, al. Raudensis. Ejus porro in Lactantium censuram reprehendit Franciscus Philelphus Epist. lib. 4., al. lib. 5. an. 1443.; vir alioquin doctus & eruditus, sed hac in re parum consultus. Quapropter Jacobus Philippus Bergomas lib. 15. Supplem. Hist. ad annum 1430. de isto viro inquit: *qui, ut omnibus se doctum ostenderet, singulorum quorumcumque tam Oratorum paganorum, quam Theologorum Opera explanare præsumpsit; & quam maxime Lactantium Firmianum virum doctissimum emendare tentavit . . . . eam ob rem & quasdam invectivas in se provocavit*. Hic autem, qui hoc ipsum Opus Bergomatis latinum convertit in italicum, interpolavitque, ad an. 1428. habet, eum in *plura Opera commentarios* edidisse; notatum tamen, quod & Lactantium emendare tentasset, plusque *poëtica* arti operam daret, quam sacris Literis. Fl. vero Blondus autor æqualis in Italia illustr. de urbe Mediolanen. agens eum valde laudat a doctrina, & ex ejus Operibus ait intelligi, quantum iste sciret.

De imitatione eloquentiæ, sive *latinitate*, ac elegantia sermonis librum composuit, in quem solitos maledicentiæ aculeos exeruit Laurentius Valla Opusculo *in Raudensem* edito, & ad Joannem Lucinam Alphonsi Regis Secretarium misso; cum tamen antea summa ei amicitia conjunctus esset, ut ipsemet initio prædicti Opusculi testificatur his verbis: *Etenim, ut alia necessitudinis signa præteream inter me, & Antonium Raudensem, quid magis ostendi potuit, quam quod in libris de vero bono partes ei (ut ita dicam) censorias tribui, defensionemque Religionis: ut non plus in libris de Republica tribuerit aut Scipioni Cicero, aut Socrati Plato? Eum nunc quibusdam in locis Operis sui cogor refellere, & carpere, quem laudavi*: & causam reddit, paucis interjectis, inquiens: *cum autem ad vocabulum omnis pervenissem; neque illic, etsi non nominatim, tamen aperte reprehendi animadvertissem; non exiguam sane bilem vel criminis, vel accusatoris indignitate contraxi* &c. Siquidem *Laurentius Valla*, judice Paullo Cortesio in suo de hominibus doctis Dialogo, *fuit scriptor egregie doctus; sed erat acer, & maledicus, & toto genere paulo asperior . . . . molestus erat, & stomachosus nihil admodum alienum laudabat*. Videtur autem & titulum Operis *de imitatione* Valla carpere; cum tamen Angelus Rocca Camers vir doctissimus ediderit librum *de imitatione linguæ latinæ*. *De imitatione eloquentiæ* ms. in fol. ad Card. Comensem incip. *Sæpius videbam &c.*, extat Mediolani in Biblioth. Ambrosiana sub H. num. 49., de quo Montfaucon to. 1. pag. 507. *De imitatione* habetur & Patavii in Bibliothe. Cathedralis Ecclesiæ plut. 76. ex Thomasino de Biblioth. mss. Patav.

De numero oratorio libellus ms. extat in Biblioth. Ambros. ex Philippo Argelato to. 2. Bibliothecæ Scriptor. Mediolanen.

In Antonium Siculum Panormitam Hermaphroditi autorem carmina satirica: habetur ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 28. cod. 49. apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 311., al. plut. 34. n. 50. scriptum a Petro Crinito, ubi corrupte dicitur *Antonius Pavidensis s. Th. D.*, cum sit legendum: *Antonius Raudensis*: extat & ibi in Bibliotheca Riccardiana cod. chartac. in fol. num. 20. sine autoris nomine, ex Indice ejusdem Biblioth. pag. 120. v. *carmina*. Joannis Francigenæ *carmina de Antonio Rhaudensi* habentur Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, ex Catalogo Montfaucon pag. 518.: est *Antonius Panormita* contra Rhaudonum, qui ei reponit. In hunc porro calamum strinxisse Antonium *Bononia* dictum *Panormi-*

M ta-

tuum elegiaco versu, quem *Rhodum* inscripsit, testatur Thomas Fazellus de rebus Siculis.

Genealogia Scipionum, & Catonum ab eo composita servatur ms. Romæ in Biblioth. Card. Ottoboni ex Catalogo apud Montfaucon tomo 1. pag. 186.; & in Slusiana, ex eodem pag. 62.

Apologia adversus Archidinconum quemdam, compliceesque sycophantas teterrimos ad Antonium Massam Ministrum Generalem ms. in pergameno cum minio & auro in Biblioth. Ambros. ex cit. Argelato to. 2. Biblioth. Script. Mediolan. col. 1213. & seq., & ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 507. *Antonius Massa* rexit Ordinem ab anno 1424. ad 1430.

Commentarium in libros de fortuna quoque scripsit ad Galeatium Mariam Ducem Mediolanen.; &

De bonis, & malis fœminis ad Bonam ejusdem Ducis uxorem, ex cit Argelato.

Metricam commendationem Martini V. *ad Bartholomæum Capram* ms. ibidem. *Capra* autem Archiepiscopus Mediolanensis obiit anno 1433.

Carmen in laudem Philippi Mariæ Ducis Mediolanen. ms. in Biblioth. Mediolanen. S. Antonii PP. Theatinorum; qui Dux obiit anno 1447.

Historiam Philippi Mariæ ejusdem ms. extantem Laudæ citat P. D. Gaspar Beretta ex eodem Argelato ad an. 1433.

Orationem de laudibus armorum Principis Nicolai Pitinini ex eodem. *Orationes* ejusdem habentur in Biblioth. Ambros. *Oratio pro Philippo Maria Mediolani Duce* ibid. ex Montfaucon to. 1. p. 507. *Epistolas nonnullas*, quæ mss. servantur ibidem ex cit. Montfaucon to. 1. pag. 507.

Homeri Vitam in latinum transtulit, teste Petro Candido apud Philippum Argelatum loco cit., ubi plura de eo disserit.

Opera plura in italicum sermonem e latino vertit, Philippo Vicecomite hortante, quemadmodum prodit Petrus Candidus Decembrius illorum temporum scriptor in *Vita Philippi Mariæ Ducis* Mediolanensis apud Scriptor. Rer. Italic. to. 20. cap. 43. de eodem Duce scribens: *Humanitatis, ac literarum studiis imbutos neque contempsit, neque in honore, pretioque habuit; magisque admiratus est eorum doctrinam, quam coluit. Antonium Raudensem Ordinis Minorum virum præclari ingenii, magnæque virtutis, & a quo pleraque in maternum sermonem traducta habuit, nulla ferme gratia dignatus est.* Refert Jo: Mabillonius in Museo Italico pag. 197., Bononiæ haberi in Bibliotheca S. Salvatoris Canonic. Regul. S. Augustini ms. codicem *P. Candidi Decembrii Epistolarum* libros octo continentem, quorum ultimus totus est *ad Fr. Antonium Raudensem* (quem perperam Mabillonius putat dictum *al. Panormitanum*) *Ordinis Minorum*, quem petulanter P. Candidus irridet ob *Philippicam* ab eo nuper editam: sed ad *Candidi* invectivas respondit *Jacobus Modoëtiensis*: videntur tamen hi libri editi post mortem & Antonii Raudensis, & Philippi Ducis Mediolanensis: vixit enim Candidus multis annis post Raudanum, finemque vivendi fecit anno 1477.; & Antonius Raudensis circa annum 1450., & anno 1455. jam inter vivos esse desierat ex monumentis Cœnobii Mediolanensis

Extiterat Mediolani publicus, ac primarius Lector eloquentiæ a Philippo Maria Duce constitutus. Quiniforus Barzizius Bergomas filius Gasparini Oratoris celebris, qui Antonio Raudensi coævus, & æqualis fuit, in *Libello supplici* ad eumdem Philippum Mariam porrecto, & nuper inter ejus Orationes, & Epistolas latinas anno 1723. vulgato scribit: *Neque vero, princeps magnificentissime, satis huic rei per te consultum putes, quod totam hanc provinciam Magistro Antonio Raudensi homini eloquentissimo, ac Theologo insigni commiseris; nam huiusce artis tanta, tamque immensa magnitudo, ut quemadmodum &c.*

In eum Adami Monachi Genuensis *epigramma* 8. versuum impressum legitur inter Lactantii Opera Romæ an. 1468., quod exscripsit Albertus Fabritius in Supplemento Bibliothecæ latinæ pag. 395., & nuper Langlet Dufresnoy in novissima ejusdem Lactantii Operum editione Parisiis anno 1748. facta to. 1. in præfatione pag. VII. Sed vereor lapsum Dufresnii, & legendum *de vero bono*, quod Opus est Laurentii Vallæ ab eo memoratum in epistola ad Joannem &c. præmissa suo Opusculo *contra Raudensem*, in quo dialogo *Raudensis* partem *Theologi* agit. Sed de his videatur nuperus Libellus P. M. Matthæi. Joannes a S. Antonio to. 1. nihil addidit Waddingo.

D X X I I I.

ANTONIUS DE RIBERA Hispanus provinciæ Castellæ Regul. Observ. Lector Jubilatus, supremæ Inquisitionis Qualificator, & in Curia Rom. Ordinis Commissarius anno 1647. composuit

Tractatum de purissima Conceptione Deiparæ semper Virginis memoratum a Marracio, Pistoja apud Petrum de Alva col. 124. Militiæ, habeturque ms. Matriti in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. sub F. num. 41. fol. 245.

Tractatum de præcedentia Procuratorum Generalium. Ibidem ms. fol. 372.

Apologias plures pro Ordinis decore, & innocentium defensione. Ibidem n. 43. fol. 126. 179. 309. & 330., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 124., & to. 3. in Append.

D X X I V. 226.

ANTONIUS DEL RINCON = Regul. Observ. unus e tribus fuit, nempe cum Antonio Medina, & Francisco Ledesma, qui

Monumenta Ordinis conpilarunt; quorum prima editio facta est an. 1506. Salmanticæ per Jo: de Porras; altera anno 1510.; & tertia ibidem anno 1511., ut dictum est supra n. 144. in *Anonymo Hispano* XIII. Etiam Marcus Ulyssiponicus in Chron. S. Franc. par. 2. lib. 9. cap. 35. hoc Opus ipsi attribuit; erat enim suæ provinciæ Procurator in urbe Roma an. 1509., ut habetur in dictis Monumentis fol. 86., & 228. edit. an. 1511., ubi in fine legitur: *industria Fratrum Minorum de Observ. Prov. S. Jacobi maximis quidem laboribus compilatum.*

Cum initio *Monumentorum Ordinis* extet *Memoriale Ordinis* de nonnullis *viris illustribus Ordinis Minorum* pertractans; conjicio eumdem esse, quem Antonius Theisserius to. 2. Catalogi pag. 19. apud Jo: a S. Anton. to. 1. dicit *Antonium Rimon*, ac edidisse *de Viris illustribus Ordinis Seraphici* Salmanticæ anno 1511.

D X X V.

ANTONIUS RUBEUS Fossanensis in Insubria, nunc Pedemontana, Subalpinaque regione genitus, ac provinciæ Genuensis alumnus illustri stirpe satus, evulgavit

Tractatum de sacris Missæ mysteriis sermone vul-

vulgari, italicoque ad Hippolytum de Rubeis S. R. E. Cardinalem. Alexandriæ an. 1589. ex Rossotto In Append. ad Syllabum Scriptor. Pedemont.; & ex Jo: a S. Anton. to. 1.

D X X V I.

ANTONIUS RUSCONUS Novocomensis illustri genere natus Min. Conv. sac. Theol. Magister, suæ provinciæ Præfecturam cum gereret, factus est totius Ordinis Generalis Minister operâ etiam S. Bernardini Senensis anno 1443. Patavii; edidítque *nonnulla Opera*, quæ suæ doctrinæ perhibent testimonium, & quæ mss. asservari significat Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 3. cap. 32. ex Mariano, ac Monumentis Ordinis Minorum. Obiit anno 1449. Prati in Hetruria apud Ædem S. Francisci tumulatus cum *epitaphio*, quod refertur a Rodulphio lib. 2. fol. 191., & a Waddingo ad an. 1449. num. 29., estque hujusmodi:
» Qui contempto Rusconæ domus splendore, &
» quidquid humana gloria afferre potest, ad pau-
» pertatem in Ordine Minorum colendam se con-
» tulit, & ob ejus probitatem, prudentiamque an-
» nos xxxv. Generalis optatus est, Antonius sacræ
» Theologiæ doctissimus, Florentiæ, celebrata fre-
» quenti, ac generali Synodo, paulo post 1131. idus
» Augusti Prati ad superos evolavit anno MCCCCXLIX.

Waddingus cit. ei adjunxit nobile encomium præsertim de doctrína, ac re literaria.

D X X V I I.

ANTONIUS RUSSUS, vel Rubeus a Tofaria diœcesis Compsanæ provinciæ Terræ laboris Min. Convent. sac. Theol. Mag., in utroque Jure peritus, ceterisque artibus eruditus, vita insuper, ac morum suavitate spectabilis singulari diligentia conscripsit

Enchiridion, sive *Manuale locupletissimam descriptionum, definitionum, ac vocabulorum casuum conscientiæ*, teste Aug. Superbo autore synchrono in Append. ad Catalogum ms. Scriptor. Ord. Minor. fol. 130.; cujus titulum exhibet Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 126. ita

Manuale locupletissimum fere omnium tum definitionum, tum & descriptionum eorum, quæ in quibuscumque conscientiæ casuum materiis, atque solutionibus occurrere solent, a cunctis jam professoribus desideratum, demum non vulgari diligentia nunc collectum, & ordine alphabetico digestum. Venetiis an. 1623. in 12. apud Jo: Julianum.

D X X V I I I. 227.

ANTONIUS RUVIUS = Reg. Observ. sac. Theol. Lector

Assertiones catholicas &c. misit ad Philippum II. Hispan. Regem. Scripsit etiam

Assertiones de B. Virgine, quæ leguntur to. 3. Biblioth. Virgin. Petri de Alva.

Comment. in Logicam Aristotelis tit. *Logica Mexicana*, forsan quia in Mexico elaborata, & dictata, per *Ant: Rubeum*, al. Ruvionis Coloniæ edita an. 1605. in 4. exhibetur to. 2. Ind. Biblioth. Barber. pag. 323., cujus autoris meminit Alphonsus Lassor to. 2. Univ. terrar. orbis pag. 187. An hic *Antonius Ruvias*?

D X X I X.

ANTONIUS SABLONDIUS Flander nonnulla scripsit, vel egit *pro mysterio Immaculatæ Conceptionis*, ut elicitur ex epistola Jo: Helgscis Lovaniensis apud Cornelium Schultingium pag. 46., ut notavit Petrus de Alva col. 122. Militiæ univ., et ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

D X X X. 228.

ANTONIUS SANFELICIUS = de quo & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

Chorographia Campaniæ prodiit primum Neapoli an. 1562. in 4. ex Indice Biblioth. Barber.: eamque sexto in lucem prodituram cum eruditissimis *annotationibus* Canonici Sanfelicii nos docet Dominicus de Angelis in sua de Ennii patria dissertatione eusa Romæ anno 1701.; prodiit autem ultimo an. 1723. Lugduni Batav. in fol. per Petrum Vander in to. 9. Thesauri Antiquit. Ital. Collect. Grævii.

D X X X I.

ANTONIUS SANMINIATENSIS provinciæ Tusciæ, Doctor Parisiensis, & Ecclesiastes suo tempore clarus floruit seculo XIV.. de quo vetus autor Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. de provin. Tusciæ, locoque S. Miniatis scribit, habuisse *specialiter Magistrum Antonium, qui Parisiis, & in Tuscia fuit notabilis homo, & prædicator*: quare scripsit

Conciones, & alia, quæ temporum excursu perierunt.

Hic Antonius filius Landi *Portigiani* inter familias patritias etiam Florentiæ, & apud Collem cooptati memoratur ab anno 1349. usque ad 1364. die 18. Maji in quorumdam testamentis quatuor, quorum in primo an. 1349. 23. Julii nondum dicitur *Magister*; sed in aliis tribus ann. 1357. 1363. 1364. eo titulo insignitur; ex Arch. Conventus S. Miniatis.

D X X X I I. 229.

ANTONIUS SAXOLINUS = libro suo titulum indidit:

Illuminata conscientia ad Sacramenti Pœnitentiæ cognitionem valde conducens pro *Maria* nobili Virgine Jacobi *Salviati* Florentini filia, & ad modum *dialogi* confectum Opus misit ad patrem, & filiam, vulgavitque Florentiæ an. 1512. in 4. typis Tubini, & Ghirlandi, cum esset annorum 37.; in cujus capite 11. tract. 2. dicit se discipulum, & alumnum *Geórgii Benigni Salviati* Minoritæ Episcopi Calliensis, postea Archiepiscopi Nazareni; fateturque, se cuncta ea, quæ scribit, ab illo habuisse, ac didicisse, ac 20. annos sub ejus cura, & protectione degisse. Anno 1525. factus est *Episcopus Minerbini* in Apulia, non in Calabria; & an. 1528. vitæ finem posuit: de quo Rodulphius lib. 2. & 3.; Waddingus in Annal. Minor.; Ughellus to. 7. Ital. sac.; Antonius a Terrinca; Julius Niger in Scriptor. Florent., & Jo: a S. Anton. post omnes to. 1. pag. 126. ex Waddingo, & Terrinca.

D X X X I I I.

ANTONIUS SCARAGIUS ab Altamura nobili oppido Apuliæ prov. S. Nicolai Regul. Observ. XII. Minister condidit Opus inscriptum

Ornamentum animæ civibus suis nuncupatum. Neapoli an. 1557. & 1558. teste Petro de Alva col. 123. Militiæ univ., & Fr. Bonaventura a Fasano in Memorabil. prædictæ provinciæ par. 2. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D X X X I V.

ANTONIUS SERINNENA Hispanus Valentinæ provinciæ Capuccin. vir in Historiis Ecclesiasticis, & prophanis non vulgariter versatus elaboravit

Compendium Historiarum, in quo continentur omnes res notabiles, quæ amplissime tractantur in Historiis, & Annalibus tam Ecclesiasticis, quam prophanis ab Adam usque ad hæc tempora hispano

idio-

idiomate in fol., teste autore Bibliothecæ Capuccinor., & Jo: a S. Anton. in Append.

D X X X V. 230.

ANTONIUS SERPENSIS = Confessarii munus egit in Legatione ad Regem Galliæ Nisensis Marchionis Architalassi maris Indici Legati; electusque dicitur Episcopus Cochinen. in India orient. a Georgio Cardoso apud autorem Biblioth. Hispan. to. 1. pag. 126., & to. 2. pag. 283. De eo Balthassar Medina, Petrus de Alva, & Jo: a S. Antonio.

D X X X V I.

ANTONIUS SETUVAL Lusitanus prov. Portugalliæ Reg. Observ., & concionator edidit sermone patrio, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 127.,

Coronam XII. *stellarum Virginis Mariæ*. Ulyssipone an. 1632. in 4. per Petrum Craesbeeck, ex Petro de Alva col. 123. Militiæ univ., & Nicolao Antonio.

D X X X V I I. 231.

ANTONIUS DE SILLIS = aggregatur an. 1593. Collegio Theologorum Universitatis Ferrarien., ex albo Theologor. illius Collegii; obiitque Romæ Procurator Generalis sui Ordinis circa annum 1630., cum scripsisset

De institutione Tertii Ordinis S. Francisci; *& de modo recipiendi ab habitum Fratres Tertii Ordinis habitantes in propriis domibus*. Regii apud Bartolos anno 1605.

Regulam Tertii Ordinis a se commentariis auctam transtulit in italicum sermonem; excudique fecit anno 1621. Neapoli per Lazarum Scorrigium in 16., ex Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 13. n. 50.

Collationes, & *Annotationes varias* adhibuit ad omnia *decreta generalia sui Instituti a Bonaventura de Vicentia* ejusdem Ord. Visitatore Generali collecta, annoque 1551. publicata, teste Waddingo infra in *Bonaventura de Vicentia*; sed forsan est in lib., seu to. 1. *de studiis*, *origine*, *proventu*, *& complemento Tertii Ordinis* &c. De eo agunt & Donatus Calvi in Scæna Liter. Bergom. par. 1., & Jo: a S. Anton. to. 1.

D X X X V I I I. 232.

ANTONIUS SOBRINUS = honestissima, nobilique familia Salmanticæ natus cum primò in provincia S. Joseph Strict. Observ. Minorum Ordini se mancipasset; deinde provinciæ S. Jo: Baptistæ Discalceat. in Valentino regno Commissarius Visitator institutus, illiusque Capituli Præses, in eo permanendi facultatem a Superioribus obtinuit, ubi ob eximiam probitatem pluribus Ordinis muneribus functis, obiit Valentiæ die 10. Julii an. 1622. ætatis suæ 68. De eo Benedictus Mazzara in Legendario Franciscano. Scripsit etiam hispanice

In Apocalypsim notationes tomis 2. in 8. in Gener. Archivo prædictæ provinciæ S. Jo: Baptistæ mss. asservatas.

Comment. in Apocalypsim ibidem mss. in 8.

Expositionem aliam in Apocalypsim latine confecit cum

Elucidatione in commentaria super eamdem Apocalypsim Benedicti Arias Montani ms. ibidem.

De singulari privilegio, *ac mysterio Immaculatæ Deiparæ Virginis* hispano sermone x. *dialogis* librum ad Paulum V. missum, cujus meminit Marracius in Append. ad Bibliothecam Marianam.

Dominicale a prima Dominica Adventus usque ad sextam Dominicam post Epiphaniam cum concionibus SS. occurrentium ms. in 8. in cit. Archivo.

Quadragesimale a Septuagesima usque ad 2. diem Resurrectionis tomis 2. in 8. ms. ibid.

Conciones miscellaneas mss. in 4. ibidem.

Materias prædicabiles latine ms. in 8. ibidem.

Viridarium hispano idiomate continens *fabulas gentilium moralizatas*: *emblemata moralizata*: *exempla varia*: *de virtutibus*, *& vitiis*: *adnotationes morales in Apocalypsim*: *de aphorismis Hyppocratis ad mores*: & *locos communes de virtutibus* ms. in 8. ibidem.

Thesaurum Dei Ven. Tertiariæ Franciscæ Lopez revelatum vernacule tomis 3. contentum manu propria Sobrini an. 1609. exaratum, & thesauri instar ibidem reconditum.

Epistolas plures tanto spiritus magistro dignas, quarum aliquas vulgavit autor Chronicor. provinciæ memoratæ S. Jo: Baptistæ par. 1. lib. 6. Fr. Antonius Pañes, ubi ejus Vitam descripsit a pag. 676. usque ad 830.; uti & Jo: a S. Anton. to. 2. Chron. prov. S. Pauli lib. 3., nec non in utraque sua Bibliotheca strictius. Romæ agitur de ejus Canonizatione, teste Fortunato Huebero in Menologio Fracisc. §. 8. Histor. præloqu.

D X X X I X.

ANTONIUS SOLIS Peruviensis in urbe Pacæ natus prov. Limensis Reg. Observ. concionator, Magister Novitiorum, & Conventus Trugillen. Guardianus scripsit vernacule

Viridarium cæleste, *& divinum Indulgentiarum*, *& suffragiorum Ecclesiæ pro animabus Purgatorii*. Limæ an. 1649.

Thesaurum Ecclesiæ catholicæ pro ministris Ecclesiæ. Ibidem an. 1650.

Devotionarium sacerdotale. Ibidem, & eodem anno.

Circulum solarem. ibidem impressum ex Relatione illius provinciæ.

Devotionarium Scalæ sanctæ etiam impressum hispanice.

Cæremoniale, *& kalendarium perpetuum* eodem idiomate prælo parata habebat eo tempore

Præparatio Sacerdotum ante celebrationem Missæ, *& gratiarum actio post ipsam celebratam*, *cum variis orationibus*, *litaniis*, *& meditationibus* &c. latine ms. extat Hispali in Conventu S. Antonii in peculiari Bibliotheca Ministri Generalis.

Obiit anno 1662. Limæ, ejusque mentio honorifica extat apud Fr. Didacum de Corduba & Salinas in Chron. præfatæ provinciæ, teste Jo: a S. Antonio.

D X L. 233.

ANTONIUS STELLA =

De Grammaticæ rudimentis liber excusus est Mediolani an. 1517., teste Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemontanor.

Tractatus de certitudine futuræ vitæ, *beatitudinis*, *& felicitatis* ms. servatur Venetiis in Bibliotheca S. Franc. a Vinea, ex Thomassino in sua Biblioth. Venet. mss. pag. 108. Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 130. scribit ex Rossotto

Alter *Antonius Stella Venetus* Sacerdos vivebat an. 1568., quo inter alia vulgavit *Elogia Venetorum navali pugna illustrium*.

D X L I. 234.

ANTONIUS SYRRETUS = Min. Conv. Paris. Theologus floruit prope finem seculi XV., cujus Opus inscribitur Hebdo-

2 *Hebdomades Formalitatum recentiores secundum Doctorem subtilem ad usum Parisiensem* &c.: mox ita: *Formalitates moderniores de mente clarissimi Doctoris Subtilis Scoti in florentissimo Parisino Gymnasio compilatæ per excellentem sacræ Theologiæ Professorem Magistrum Antonium Sirecti provinciæ Turoniæ Ordinis Minorum*. Incipiunt: *Circa Formalitates Doct. Subtilis Scoti* &c. Prodierunt Ferrariæ an. 1490. per Laurentium de Rubeis Valentinum in 4.; primùm autem, quod sciam, Venetiis an. 1489. in 4. per Bernardinum de Choris Cremonen., & Simonem de Luere, cum *Logica Nicolai de Orbellis*, aliisque Opusculis: extat editio hæc Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonav. Min. Conv.; alia editio antiqua in fol. habetur in Bibliotheca Emeritensis Conventus Regul. Observ. sub C. n. 9., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 128. nec annum, nec locum indicante: postea Venetiis an. 1493. in fol. ad calcem *tractatus Formalitatum* Antonii Trombettæ in easdem Sirecti Formalitates editi typis Hieronymi Paganini Brixiensis: iterumque ibidem an. 1501. in 4. per Simonem de Luere cum *epitomatibus* Stephani Bruliferi, & additionibus, concordantiisque Mauritii Hibernici; & anno 1518. cum expositione Antonii Trombettæ: sed & an. 1511. & 1525. in fol. typis Lucæ Antonii Juntæ cum Brulifero, Mauritio, Trombetta supradictis, & glossis Antonii de Fantis cura Lucæ Panetii Canonici Olchinensis: tandem Parisiis anno 1605. in *Gymnasio speculativo* Fr. Augustini Gothutii clas. 4. typis Michaelis Sonnii in 8. In has Formalitates *Isagogicas Expositiones* emisit etiam Laurentius Brixianus anno 1537., de quo suo loco; & Franciscus de Pitigianis Aretinus an. 1606.; & antea Hieronymus Pistoriensis anno 1570.

Forsan hic etiam castigavit *Sermones casuum conscientiæ Fr. Bartholomæi Pisani Ordinis Minorum*, qui anno 1519. die 3. Februarii prodierunt Parisiis in 8. typis Romani Morini, dicunturque in titulo *revisi, visitati, & correcti per certum Fratrem in alma Parisiensi Universitate famosum Religiosum Ordinis ejusdem*. Item

Sermones de Sanctis sub nomine *S. Bonaventuræ*, sed qui sunt *Conradi Saxonis* Minoritæ, quos ex variis Bibliothecis collegerat *Fr. Stephanus Atrebatensis*, castigatos a se, correctosque edi curavit Parisiis an. 1501. typis Jod. Badii Ascensii; & iterum anno 1501. in 8.; uti testatur Waddingus infra in *S. Bonaventura*.

DXLII. 235.

ANTONIUS TAURINENSIS = de quo & Paulus Britius lib. 3. de Scriptor. provinciæ S. Thomæ in Subalpinis pag. 283., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 131., sed ex Waddingo.

ANTONIUS TETTI = v. *Antonius a Randatio*.

DXLIII.

ANTONIUS DE THOMAR Lusitanus Regul. Observ. prov. Portugalliæ edidit vernacule

Orationem eucharisticam in laudem S. Antonii Patavini. Ulyssipone an. 1628. in 4. ex Chronologo secundo prædictæ provinciæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 131.

DXLIV. 236.

ANTONIUS THOMASINUS = hunc omisit Jo: a S. Anton. to. 1.

DXLV.

ANTONIUS A TREJO Hispanus Gabrielis de Trejo S. R. E. Cardinalis germanus frater, & Regi Catholico inter paucos acceptissimus, provinciæ S. Jacobi Compostel. Regul. Observ., Ordinis sui Vicarius Generalis, ac demum *Carthaginen.* in Hispania Episcopus, vir doctrina, & virtutibus eximius an. 1618. Romæ apud Paulum V. pro definienda controversia de Immacul. Conceptione B. Virginis Philippi III. Hispan. Regis nomine adfuit Orator, ediditque latine

Orationes XII. *pro Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis Mariæ*; quas evulgavit Lucas Waddingus in sua *Legatione* per eadem Conceptione Lovanii an. 1625.; &

Apologiam pro Rege Catholico Philippo III. Romæ confectam, qua quod recte Rex se gesserit in iis, quas apud Sedem Apostolicam pro dicta controversia adhibuit, diligentiis Pontificum decretis, Conciliorum autoritate, utriusque Juris contextu, firmisque demum rationibus luculenter ostendit. Vivebat adhuc anno 1619., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 132.

DXLVI.

ANTONIUS TRIGONA Narensis Siculus Min. Conv. vir doctus emisit idiomate italico

Sermonem de Vita S. P. N. Francisci, *adjecto dialogo*. Panormi an. 1599. in 8. typis Jo: Francisci Carrad, ex Mongitore in Append. ad to. 1. Biblioth. Siculæ; & post eum ex Joanne a S. Anton. to. 3. in Append.

DXLVII.

ANTONIUS A TRINITATE Lusitanus prov. S. Thomæ in India orient. Strict. Observ. edidit

Panegyrim de laudibus S. P. Francisci. Ulyssipone an. 1645. in 4. apud Paulum Craesbeech; &

Relationem provinciæ Goensis almæ Matris Dei, quam ms. ante annum 1663. memorat Petrus de Alva col. 125. Militiæ apud Jo: a S. Anton., qui duos autores facit duorum Operum, nescio quo monumento; cum uterque esset in India orientali, & circa idem tempus.

DXLVIII. 237.

ANTONIUS TROMBETTA = Min. Conventual. sac. Theol. Doctor in primis edi curavit

Commentarium Scoti in 1. Sententiar. a se castigatum, Venetiis an. M. CCCC. LXXII. XIII. kal. Decembris in fol. jussu, & sumptibus Antonii Bartholomæi Bononien., de qua editione & Orlandus de Orig. & progr. Typograph.; ediditque primum

Quæstiones Quolibetales Metaphysicæ num. 46. incipientes: *Insistenda circa subjectum primum* &c.: lectas, & disputatas Patavii *ad concurrentiam M. Francisci Neritonensis* Ord. Prædicat., annoque 1493. vulgatas ab ejus discipulo Mag. *Jo: Antonio* Patavino cum nonnullis aliis ipsius Trombettæ *tractatibus* in fol., quas Waddingus supra num. 221. attribuit *Antonio Patavino* veluti diverso. Extant Romæ in Bibliotheca Barberina, & Ferrariæ in Biblioth. Conventus S. Francisci. Harum meminit ipse Trombetta in epistola ad Dominicum Card. Grimanum aliis *Metaphysicæ quæstionibus* præmissa anno 1502. his verbis: *Cum pluribus jam annis elapsis ex communi decreto Scholarium in hoc Gymnasio Patavino me ad traditionem Metaphysicæ contulissem, inter legendo difficultates locis congruentibus multas exagitandas edideram, quas Scholares satis confuse collectas in volumen redegerunt, & studiosi doctrinæ Subtili Doctoris, ut commode his intendere possent, eas imprimendas tradiderunt* &c.: easque citat interdum, & confutat Thomas de Vio Cajetanus in Comment. super tract.

tract. S. Thomæ *de esse*, *&* *essentia* edito anno 1495. Post *quæstiones Quolibetales* habentur *tractatus de futuris contigentibus*, *tractatus Formalitatum Scoti* cum *quæstione super articulis Gabrieli Biundo Sacerdoti Veneto impositis* impressi Venetiis an. 1493. in fol. per Hieronymum de Paganinis Brixien. ad Antonium Leonardum N. V. missi a Magistro Jo: Antonio Patavino ejusdem Instituti, ejusdemque Trombettæ discipulo, ut dictum est supra. Postmodum Trombetta scripsit

Quæstiones in libros 12. *Metaphysices Arist.* incipientes: *Quoniam teste Aristotele*: cum jam esset Minister provinciæ S. Antonii; quas Waddingus supra num. 216. dicit *Quæstiones naturales*, attribuitque *Antonio N.* quasi diverso; dicavit eas autor Dominico Card. Grimano Patriarchæ Aquilejensi, & Ordinis Minorum Protectori anno 1502. inquiens in epistola ad eum data: *quasdam nostras disputationes Quæstionibus supradictis adjectas, eas præsertim, quas ad D. tuam Reverendissimam scripsimus, dum se apud nos contineret, & suum Patriarchatum Aquilejensem adiret*: quod est an. 1498., vel paulo post: prodieruntque anno 1502. Venetiis per Bonetum de Locatellis in fol. ab autore recognitæ; & mox anno 1504. in fol., ex Jo: a S. Anton. to. 1.

Tractatum de divina futurorum contingentium præscientia ad Augustinum Barbadicum legimus vulgatum post *quæstiones Quolibetales* suprarelatas, excusasque an. 1493. Venetiis; & etiam post *quæstiones in* 12. *libros Metaphysices* impressas Venetiis anno 1502.

Expositiones ad Formalitates Scoti ab Anton. Syrrecto editas, ut supra in *Antonio Syrrecto*.

Quæstionem super articulis Gabrieli Biundo Sacerdoti Veneto impositis scripsit, quæ impressa habetur post tractatum *de divina futurorum contingentium præscientia* anno 1493.

Tractatum de humanarum animarum plurificatione contra Averroistas ad Julianum de Ruvere Card. S. Petri ad Vincula vulgavit Venetiis an. 1498. in fol. per Bonetum Locatellum; in quem luserunt nobiles Poëtæ Quinctius Æmilianus Cimbicus, & Paullus Amaltheus; Opusque laudat Nicoletus Vernias Theat. Vicentinus in sua quæstione *de intellectus multiplic.* contra Averroem edita Venetiis anno 1516., & Mastrius de genér. & corrupt. disput. 5. q. 7. art. 2. n. 172.; extatque Opusculum Bononiæ in Biblioth. S. Francisci.

Tractatum de efficientia primi principii ad mentem Aristotelis (perperam *de efficientia primi motus* ait Fr. Bonaventura Baro to. 1. Opusculor. de Commentator. Doctor. Subtil.): cum quæstione: *an adultus non baptizatus salvari possit secundum Scoti doctrinam*: ad Leonem X. Venetiis anno 1513. per Georgium Arrivabeni in fol. Exaravit autem Opusculum Romæ jam Episcopus Urbinas eo ad Lateranen. Concilium evocatus, ut ipsemet in epistola ad ipsum Leonem scribit; habeturque Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci, & Florentiæ in Biblioth. Laurentiana Medic. plut. 84. num. 6.

Rerum musicarum Opusculum sub ejus nomine vulgatum Argent. an. 1535. in fol. legimus in Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 479.; sed ex Librarii errore.

In autoris hujus laudem cecinit Franciscus Savonarola Patavinus sequenti epigrammate apud Nicolaum Comninum to. 1. Hist. Gymnasii Patavini lib. 3. sect. 2. cap. 7., & ex eo apud Jo: a S. Anton.

» Orphea fama refert, pisces, volucresque,
» ferasque,
» Infernumque canem conciliasse lyra.
» Prisca fides taceat: raptus super æthera
» Præsul
» Id tulit eloquio, quod tulit ille lyra.
» Expulit hic Sophiæ sordes, tenebrasque fu-
» gavit;
» Extant ingenii plurima scripta sui.
» Unica ceu phœnix vitam sibi morte nova-
» vit:
» Dic, rogo, perpetuum, qui legis ista,
» vale.

Non fuit autem designatus primo Archiepiscopus *Athenarum*, deinde Episcopus *Urbinas*, ut ait Waddingus, aut *Viterbiensis*, ut Jo: a S. Anton.; sed primum constitutus est Episcopus Urbinas anno 1510. m. Novembri; & post laboribus, senioque fractus Ecclesiam dimisit Dominico Card. Grimano anno 1515. m. Majo; factusque Athenarum Antistes Patavium se recepit, ubi triennio elapso diem extremum obiit; de quo & Portenarius agit in Hist. Patav. lib. 9., Rodulphius lib. 2. & 3., aliique.

D X L I X.

ANTONIUS TUDANCA Toletanus Strict. Observ. Discalceat. provinciæ S. Joseph sac. Theologiæ Lector supra 24. annos, Definitor, & suæ provinciæ Minister edidit

Tractatus multiplices discursuum prædicabilium. Matriti an. 1604. in 4.; & iterum anno 1656. apud Gregorium Rodriguez; fecitque spem aliorum *tractatuum*, & latinæ *expositionis libri Actuum Apostolorum*.

Compendium Vitæ Ven. Matris Emerentianæ Copones fundatricis Conventus Capuccinarum Toleti una cum

Funebri Oratione ad D. Paschalem de Aragona Card. Archiepiscopum ms. reliquit ex Nicol. Anton., Balthassar Medina, & Relatione prædictæ prov. apud Jo: a S. Anton.

D L. 238.

ANTONIUS TUMBA = Regul. Observ., cujus Opus prodiit iterum Venetiis an. 1629. in 8. per Juntas Francisco Card. Barberino dicatum; extatque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci; ibidemque excusum fuerat an. 1620. in 4. ex Petro de Alva col. 125. Militiæ apud Jo: a S. Anton.

D L I.

ANTONIUS TURNONENSIS Gallus prov. Lugdunen. Capuccinorum Definitor, ac Minister, & concionator insignis, doctus, & eruditus, omnibusque charus scripsit

Conciones tres de SS. Eucharistiæ Sacramento. Lugduni an. 1609.

Podagræ laboribus diu excruciatus obiit an. 1614.; de quo Marcellinus Pisensis to. 3. Annal. Capuccin. ad eum annum §. 291. apud autorem Biblioth. Capuccin. & Jo: a S. Anton.

D L I I. 239.

ANTONIUS VALENTINUS = *Aribandi* cognomento nobili familia natus sac. Theol. Magister, cujus meminit autor suppar Bartholomæus Pisanus Conform. 11. par. 2. in provincia Genuæ, & Rodulphius lib. 3., aliique post istos; scripsit autem

Commentarios in 4. libros Senten., quorum cum

in

in primum dumtaxat illum adducat Joannes Picardus; existimavit Rodulphius, & post hunc alii, eum tantùm *in librum primum Sentea.* scripsisse.

Anno 1343. una cum Jo: Pisano Archiepiscopo functus est Apostolica legatione ad Regem Armeniæ ex Reges. Vatic. apud Waddingum in Annal. Minor. ad eum annum n. 17.; obiitque anno 1348. ex Ughel. Ital. sac. to. 1. in Cajet. Episc. n. 39. Jo: a S. Anton. to. 1. excepit Waddingum.

D L I I I. 240.

ANTONIUS VANNALES = Regul. Observ., de quo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 94. v. *Antonius Banales* ex Waddingo, Nicolao Anton., & autore Chronic. illius provinciæ to. 1.

D L I V. 241.

ANTONIUS VASQUEZ = Regul. forsan Observ. Jo: a S. Anton. nihil addidit Waddingo.

D L V.

ANTONIUS VELASCO Hispanus scripsit

Nonnulla pro Immacul. Conceptione B. V., teste Anton. Daza apud Petrum de Alva col. 126. Militiæ Univ., & Jo: a S. Anton. to. 1.

D L V I.

ANTONIUS DE VERA Hispanus publicavit vulgari, hispanoque versu

Laudes SS. Jo: Baptistæ, & Evangelistæ. Compluti anno 1548. in 4., teste Jo: a S. Anton. to. 1.

* ANTONIUS VERCELLENSIS = v. *Antonius de Balocho*.

D L V I I.

ANTONIUS VISALLI Messanensis Min. Convent. sac. Theol. Magister, & Siculæ provinciæ Minister electus an. 1417., vir & doctrina, & probitate morum insignis, cum ad martyrium bis adire tentasset, incidente languore redire compulsus est; cum autem in Theologicis disciplinis subtilis, & acutus haberetur, scripsit

Commentarium in libros Magistri Sententiarum; cetera vero, si quæ scripsit, injuria temporum perierunt. Mentionem hujus viri facit Philippus Cagliola in Siculæ provinciæ Minor. Convent. manifest. 1. explor. 2. & 3. pag. 32. & 58.; Mongitor in Biblioth. Sicula to. 1., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 134.

D L V I I I.

ANTONIUS ULLOA Hispanus prov. Immacul. Conceptionis Regul. Observ. scripsit una cum nonnullis aliis ejusdem provinciæ

Epistolam ad Paulum V. circa definitionem mysterii prædictæ Conceptionis; quam exhibet Antonius Daza in tract. *de Conceptione* fol. 189., teste Jo: a S. Anton. to. 1.

D L I X.

APOLLINARIS FRANCUS Martyr, cui Jo: a S. Anton. in utraque Bibliotheca

Epistolas varias in carcere scriptas attribuit, quarum aliquæ vulgatæ sunt a Chronologo provinciæ S. Jacobi Salmanticæ anno 1722. lib. 5. cap. 3., & a Fr. Martino a S. Joseph par. 2. Chron. lib. 4. cap. 15.

D L X. 242.

APOLLINARIS DE VALLOIGNE = de quo & Bordonus in Chronolog. 3. Ordinis, & Jo: a S. Anton. to. 1.

Regula, & Constitutiones tertii Ordinis S. Francisci iterum gallice prodierunt Parisiis anno 1658., & 1672., teste Francisco Cionaccio Florentino in Hist. B. Humilianæ par. 3. cap. 5. n. 5.

Vita B. Elisabethæ Tertii Ordinis prodiit ibidem an. 1665. in 32. ex Jo: a S. Anton. cit.

D L X I.

APOLLONIUS BLANCUS Placentinus Regul. Observ. concionator illustris, ac sanctimoniæ vitæ eximius floruit XV. seculo; de eoque scribit autor æqualis Antonius Ripalta in Annal. Placentin. apud Scriptor. Rer. Italic. to. 20. ad an. 1448., eo anno, cum diu absens fuisset, Placentiam die 3. Augusti a Deo missum fuisse, *ut cives suos bello, & tempestate afflictos aliquantisper consolaretur*: & mox subjungit: *anno sequenti apud Bobium suum prædicens diem extremum accepturus laborum suarum mercedem migravit ad superos*. Hunc autem *plures libros* composuisse testatur Albertus Ripalta autor suppar in prædictor. Annal. Placent. Continuatione ad an. 1471., ubi recensens viros illustres Placentinæ civitatis habet & *Apollonium Blancum nostris temporibus prædicatorem observandissimum, & ornatissimum, pluribus ab eo libris confectis coruscantem*: sed qui fuerint, nec ipse, nec alii, quod legerim, enarrant: possumus quidem conjicere *conciones, & Orationes*. De hoc & Melissanus ad an. 1450. n. 5.; ubi ait, eum Bobii in Liguria ut *Beatum* coli.

D L X I I.

APPARITIUS A S. ANTONIO Lusitanus Discalc. prov. S. Mariæ Arrabiden. Definitor edidit

Cæremoniale chori, & altaris ex Historiographo ejusdem provinciæ to. 1. pag. 184. num. 1120. apud Jo: a S. Antonio to. 1., qui addit, obiisse Ulyssipone an. 1613. die 20. Octobris in Cœnobio S. Francisci vulgo *de Cidade*.

* AQUILA, quem hoc loco refert Jo: a S. Anton. ex Fr. Matthæo de Sossa to. 1. in 1. Senten. §. 8., non alius est, quam *Petrus de Aquila*, etsi Sossa videatur secernere hunc ab illo. Daniel Agricola in decis. ad quæst. 183. ex Magistralibus QQ. Jo: Scoti a Joanne Colonien. breviatis ait: *habetur a Scotello, qui dicitur Aquila, vel Petrus de Aquila*.

D L X I I I. 243.

ARCHANGELUS ALARCON = Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin. dicit, Opus cusum anno 1590. De eo Marracius, & Jo: a S. Anton. to. 1.

* ARCHANGELUS ANICIENSIS = vide *Archangelus de Puy*, seu *Podiensis*.

D L X I V. 244.

ARCHANGELUS BACCARETUS = de quo Marracius, & Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

D L X V.

ARCHANGELUS BRIXIANUS Capuccinorum alumnus verbi Dei prædicator egregius, suæque provinciæ Minister obiit in patria anno 1620. funebri Oratione a Theodoro Foresto ejusdem Instituti viro celebratus; scripsitque

Annotationes in Regulam Fratrum Minorum impressas Brixiæ an. 1615., ex Cozzando in Biblioth. Brixiana; de quo Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Capuccin. ad eum annum §. 33., & Jo: a S. Anton. to. 1.

* ARCHANGELUS BURGONOVENSIS apud Jo: a S. Anton. = v. *Archangelus Puteus*.

D L X V I.

ARCHANGELUS BURSARIUS Regiensis prov. Bononien. *Tertii Ord. Claustr.* alumnus, arteque musica instructus multa *musice* fecit, quæ typis data

cer-

cernuntur ab anno 1591. usque ad an. 1615., teste Francisco Bordono in suo Chronologio 3. Ord. cap. 38., & ex eo Jo: a S. Anton., apud quem perperam dicitur *Borlarius*. v. *Ludovicus Balbus*.

D L X V I I.

ARCHANGELUS CARRADORIUS Pistoriensis Regul. Observ. Apostolicus in Oriente Missionarius, qui septem annis Orientem, & Aquilonem circuivit sub Urbano VIII.; scripsit

Dictionarium arabice, latine, & italice, quod ms. remansit penes quemdam Doctorem Arabum Liburnensem, quodque morte præventus in patria anno 1652. edere in lucem non potuit; uti memoriæ tradidit Antonius Terrineanus in Theatro Hetrusco Minorum par. 3. tit. 1. serm. 4., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 137.

D L X V I I I. 245.

ARCHANGELUS A FORESTO = videtur fuisse patria Bergomensis ex vetusta familia *Foretta*, ex qua extitit & *Theodorus Forestius* Ordinis Capuccinorum, cujus Instituti & hunc fuisse crediderim. Dionysius, Genuen. hunc non habet in Biblioth. Scriptor. Capuccin.: de eo & Jo: a S. Anton. to. 1., sed ex Waddingo tantum.

D L X I X.

ARCHANGELUS GUALTERIUS Messanensis prov. Siculæ Regul. Observ. Minister, postea anno 1606. totius Ordinis sui Minister Generalis electus scripsit

Statuta pro Regulari Observantia, quæ vulgata leguntur in Chronologia Fratr. Minor. to. 1. a pag. 525. ad 532. P. Michaelis Angeli Neapolit.

Decreta pro Fratribus Tertii Ord. Claustr. Reformatis anno 1609. & 1610. edita, quorum unis an. 1609. confirmat prima statuta pro ejusdem Ordinis reformatione, alteris an. 1610. præcipit, Tertiarios Reformatos hospitio recipiendos Romæ apud Cœnobium Aræceli, donec in Urbe proprium haberent Cœnobium: referuntur to. 2. Orbis Seraph. de Gubernatis lib. 12. cap. 10. ex Vernon to. 3. Hist. 3. Ord. art. 21.

Epistolas diversas, quarum *altera ad Fratres provinciarum Italiæ* dat. Genuæ 1608. in cit. Chronologia FF. Minor. pag. 533. ad 537.; altera *pro concordia inter FF. de Observantia, Conventuales, & Minimos* refertur to. 2. Orbis Seraph. lib. 12. cap. 11.

Anno 1611. *Montis Regalis Archiepiscopus* electus, ea in dignitate maxima in pauperes charitate resplenduit, omnia in eorum beneficium erogans; regularique paupertate contentus Panormi in Cœnobio S. Mariæ Angelorum sui Ordinis sancte decessit die 9. Decembris an. 1617., sepultus in Sacrario cum hoc *epitaphio*:

„ Illustriss. & Reverendiss. Fr. Archangelo Gualte-
„ rio Messanensi Ordinis Minor. Regul. Observ.
„ S. Francisci per omnes fere Religionis gradus ad
„ summum Generalatus apicem assumpto, & Eccle-
„ siæ Montis Regalis Archiepiscopo creato omnium
„ virtutum cumulo insignito, religiosissime etiam
„ mortuo Rever. Fr. Ægidius a Nicosia hujus
„ provinciæ Minister ob maximam in eum obser-
„ vantiam hoc sepulcrum construi curavit..
„ Obijt anno salutis M. DCXVII. die vero IX. De-
„ cembris.

De eo Baretius par. 4. lib. 8. cap. 83. Chronic. S. Franc., Mongitor, & Jo: a S. Anton.

D L X X. 246.

ARCHANGELUS A LAUDE = & hunc Ordinis Capuccinorum extitisse reor: de quo Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

D L X X I.

ARCHANGELUS LESLÆUS nobilissima familia genitus in Scotia, *Georgius* dictus in seculo, Capuccinorum Institutum amplexus celeber factus est verbi Dei concionator, florebatque anno 1620.; in patria laborans, ut eam ab hæresi liberaret, matrem post multos strenuos labores ad catholicam attraxit fidem, scripsitque per modum colloquii

De vocatione sua ad fidem catholicam, & familiam Capuccinorum, teste Jo: a S. Antonio to. 1. pag. 139. v. *Archangelus Scotus* ex Biblioth. Capuccinor.

De potestate Papæ in Principes seculares tractatus duos, ut Waddingus infra in *Gregorio Archangelo Leslæo*:

De eo Thomas Dempsterus eo tempore vivens Hist. Eccles. Scot. lib. 11. n. 825., qui ejus *literas* citat lib. 3. num. 278. in S. Cataldo, & lib. 1. n. 43. in S. Anatholio dicit disertissimum concionatorem, & Socium sui Generalis. Ejus vitam, & gesta descripsit *Fr. Franciscus Diestensis* Belga ejusdem Instituti eusam Coloniæ an. 1620. in 12.; deinde italice conscripsit Jo: Baptista Rinuccinus Firmanus Archiep. non semel typis excusam hoc titulo: *Il Capuccino Scozzese*: quæ & hispanice facta prodiit Matriti an. 1647. in 8. ex Biblioth. Hisp. v. *Anonymo*; deque ipso agit & Antonius Vasquez in Append.; omnesque conveniunt, eum in seculo non Gregorii, sed *Georgii* nomen tulisse, in Religione vero illud *Archangeli*

D L X X I I. 247.

ARCHANGELUS MESSANA = Mongitor in Biblioth. Sicula de isto agit; & ex Waddingo Jo: a S. Anton. to. 1. Biblioth. Francisc., ubi corrupte legitur annus 1650. loco 1560. numeris inversis.

ARCHANGELUS MESSANENSIS = v. *Archangelus Gualterius*.

D L X X I I I.

ARCHANGELUS PANORMITANUS Capuccinus cœlestem vivendi formam arripiens nullos unquam pro animarum salute labores subire renuit, ac mirabiles in omni virtutum genere profectus edidit. Ejus sunt

Statuta, & documenta pro Confraternitatibus domus Hospitalis, Montispietatis, & Misericordiæ erectis ab ipso in civitate Drepanensi. Panormi anno 1573.

Obiit anno 1577. Drepani ex Dionysio Genuen. pag. 39. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D L X X I V. 248.

ARCHANGELUS PUTEUS = diœcesis Placentinæ Regul. Observ. scripsit

Declarationem super nomine Jesu juxta Hebræos, Cabalisticos, Græcos, Chaldæos, ac Latinos lingua vulgari ad D. Thaddæam Malaspinam; vulgavitque Ferrariæ an. 1557. in 8. per Franciscum Rubeum titulo indito: *Speculum salutis de nomine Jesu*: libris 3. ad formam dialogi; de quo in fine Operum Card. Bonæ pag. 580.

Apologiam pro defensione doctrinæ cabalæ contra Petrum Garziam, & ejusdem conclusiones cabalisticas Pici impressas Basileæ an. 1600. in 8., & antea Bononiæ an. 1564. typis Alex. Benacci. *Apologia pro Illmo D. Jo: Pico Mirandulæ contra Rev. D. Petrum Garsiam Episcopum Vercellensem* (leg. Us-

Ussellensem) *a Fr. Archangelo consecrata, & edita ad Cosmum Medicem cum expositione conclusionum Cabalistarum Pici Mirandulani* extat ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 54. cod. 16. ex Catalogo Montfaucon pag. 343.

Interpretationes in Cabalistarum selectiora dogmata Jo: Pici. Venetiis an. 1569. in 8. ex Indice Biblioth. Barberinæ, ubi dicitur editio secunda. *Cabalistarum selectiora, obscurioraque dogmata a Jo: Pico selecta, excerptaque, & ab Archangelo a Burgonovo Minoritano interpretationibus illustrata*, & ab autore Bernardino a Janno Patrio Parmensi viro literato missa prodierunt in to. 1. *Artis cabalisticæ*, hoc est reconditæ Theologiæ, & Philosophiæ diversorum autorum, Basileæ an. 1587. in fol. per Sebastianum Henrici Petri a Bernardino Ajano dicata Aloysio a Burgonovo autoris fratri germano, & Ordinis Min. Observ. Ministro Generali. Ejus *Enarrationes in obscuriora secretorum Theologorum, & Cabalistarum dogmata, & præcipue Pici Mirandulani theses* extant mss. in Basileensi Bibliotheca, ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 609. Hæc omnia citantur ab Antonio Ricciardo in Comment. Symbol. to. 1. fol. 50. 113. 195., & to. 2. fol. 14. & 122. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 139. agit ex Waddingo, Rodulphio, Remigio, & Lassor to. 2. Univ. terrar. Orbis pag. 63.

D L X X V. 249.

ARCHANGELUS DE PUY = de quo legenda Bibliotheca Capuccin. Dionysii Genuensis. Joannes á S. Antonio to. 1. pag. 136. de eo agit v. *Archangelus Aniciensis* ex Waddingo, & Genuensi.

D L X X V I. 250.

ARCHANGELUS DE RIPAUT = Parisiensis, cujus tertius liber, vel totum Opus prodiit etiam ibidem anno 1640., & locupletior anno 1643., ex Jo: a S. Anton. to. 1., Marracio, Dupino, & Bibliotheca Capuccinorum.

D L X X V I I.

ARCHANGELUS A ROMANENGO oppido diœces. Brixien. Strict. Observ. Reformat. provinciæ Mediolanen. restituit, & correxit, vulgavitque

Statuta Confraternitatis Charitatis, & Conceptionis Virginis Mariæ an. 1595. in 8., teste Petro de Alva col. 128. Militiæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D L X X V I I I.

ARCHANGELUS ROMANUS Regular. Observ. circa finem seculi XVI. vixit, & bonarum literarum cultor scripsit præ ceteris, quod sciatur, materno idiomate, sive italice

Carmen de Francisco Assisiate excusum primo Maciti an. 1586., postea Romæ an. 1648. typis Ludovici Gragnani, teste Ludovico Jacobillo de SS. Umbriæ sub die 4. Octobris in proœmio Vitæ S. Francisci.

* ARCHANGELUS SCOTUS = v. *Archangelus Leslaus*.

* ARCHANGELUS A TURRE SILANA = v. *Archangelus Alarcon*.

D L X X I X. 251

ARCHANGELUS VALESIENSIS = al. *Vallonien-sis* Gallus prov. Normanniæ Capuccinus, concionator, sacræque Theologiæ professor salutis animarum zelo incensus, ementito habitu viri laici non sine fructu Missionarii Apostolici munus exercuit in insula Gresay apud Anglos, scripsitque Opus omnibus Missionariis utillimum gallica lingua tit.

Director fidelis &c. in 6. tomos in 8. distributum, teste autore Biblioth. Capuccin. apud Jo: a S. Antonio.

D L X X X. 252.

ARLOTTUS DE PRATO = fuit *Doctor Parisiensis* ex Bartholom. Pisano Conformit. XI. par. 2. de provincia Franciæ, Parisiensique Cœnobio verba texente; additque Jacobus Philippus Bergomas in Supplem. Histor. lib. 13. ad an. 1291., fuisse eum Philosophum, ac Theologum præstantissimum, *qui Dialecticos omnes sui temporis vicerit*, & præter *Concordantias Scripturarum* scripsisse *quædam digna super sacram Scripturam*: quod & valde verisimile est, ut ob idipsum ad Opus *Concordantiarum Scripturar.* se contulerit. De eo & Sixtus Senen. in Biblioth. sancta lib. 4.

Concordantiæ Scripturarum extant Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 4. versus Ecclesiam num. 35. cod. in fol. magno, ac molis maximæ ms. valde antiquo, quarum brevis prologus est: *Cuilibet volenti requirere Concordantias in hoc libro unum est primitus attendendum, videlicet quod cum in primis Concordantiis, quæ dicuntur Concordantiæ S. Jacobi, quodlibet capitulum in* VII. *partes, al. particulas distinguatur secundum* VII. *primas literas alphabeti, videlicet a. b. c. d. e. f. g., in isto Opere per eumdem modum, & in totidem particulas distinguuntur, videlicet in a. b. c. d.* &c.: incipiuntque: *A a a Domine Deus ecce nescio loqui* &c.: & finiunt c. *Zelpha* vocibus: *ancillam marito tradidit*. Cum autem *Hugo de S. Caro* Card. dictus sit etiam *Hugo de S. Jacobo*, uti produnt ejus Opera in dicta Bibliotheca ms. extantia, & Bernardus Lucemburg. in suo Chronico; liquet post eum alias *Concordantias* sacræ Scripturæ *Arlottum* concinnasse, sed sine nomine autoris: quæ quidem habentur ibidem & scam. 1. num. 4. mss. cod. in fol. magno, & antiquiori in quatuor partes divisæ ab A usque ad D, ab E usque ad L, ab M usque ad Q, & ab R usque ad Z; quarum ad finem 3. partis legitur: *Fratres cordarum sunt solatia animarum*: in fine quartæ partis vero extat: *Expliciunt Concordantiæ. Esse poli flores Fratres ego credo Minores. Fratres cordarum sunt solatia animarum*. Ex quibus perspicuum est, has esse Concordantias a Fratribus Minoribus jussu Arlotti Pratensis Ministri Generalis concinnatas; quæ postmodum auctiores factæ, binisque tomis bene magnis in fol. comprehensæ leguntur mss. in cit. Biblioth. scam. 3. codd. 23. & 24. hoc prologo: *Ad habendam notitiam, & facilitatem requirendi Concordantias vocabulorum, seu dictionum, vel orationum, sive autoritatum in hoc libro contentarum, & etiam in libris Concordantiarum S. Jacobi, & illarum, quæ dicuntur Fratrum Prædicatorum: & ut quis possit melius habere istius libri utilitatem, & clare videre ordinem . . . . hujus libri ad prædictas Concordantias sive antiquas, sive numerales, quæ dicuntur S. Jacobi; & ad illas, quæ dicuntur fuisse abbreviata, sive in multis resecatæ per Fratres Prædicatores* &c.: additoque, capita majora in VII., minora vero in IV. partes dividi, incipit Opus: *A. præpositio. Gen. 2. Plantaverat autem Dominus* &c.: & desinit cap. *Zorobabel*, ac voce *subregulo*. Extant *Concordantiæ sacræ Scripturæ* mss. pergam. in fol. Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci incip. *Cuilibet volenti requirere* &c.: & ibidem in Bibliotheca *Concordantiæ sac. Script.* 4. tomis in fol. mss. pergam. incip. sine prologo: *A a a. Jerem. 1. b. a a a Domine Deus*

ecce nescio loqui &c. : finiuntque in themate *Zorobabel*, ac vocibus *Luc.* III. *etc.*: utrobique sine autoris nomine. *Concordantiæ Script.* sine autoris nomine incipientes: *Cuilibet volenti inquirere Concordantias*: finientes vero: *ancillam marito tradidit*: extabant olim mss. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci ex veteri Indice ejusdem Bibliothecæ anno 1437. confecto, & in antiquo *Repertorio* rerum illius Conventus descripto fol. 14. *Concordantiæ* &c. mss. pergam. dupl. etiam Viennæ Austriæ apud nostros S. Crucis, ex Catalogo illius Bibliothecæ an. 1593. exscripto. *Concordantiæ Bibliorum sacrorum breviores* incip. *Cuilibet volenti requirere Concordantias* &c.: extant mss. Venetiis in Biblioth. S. Marci cod. XI. Bess. in fol. membran. folior. 405. seculi circiter XIV., ex D. Marci latina & italica Bibliotheca codd. mss. anno 1741. vulgata pag. 9.: has ne, vel alias interpolatas, ignoro.

Sine autoris nomine eas semper prodiisse scimus in lucem, & primum Norimbergæ an. 1485. in fol.; mox Bononiæ an. 1486.; Basileæ 1496. typis Jo: Petri de Langendorff & Jo: Froben de Hamelburg castigatas a viro doctissimo Sebastiano Brant V. J. D., & finiunt *Zorobabel*; correctiores etiam tit. *Concordantiæ majores sacræ paginæ, quam Bibliam vocant*, prodierunt Argentorati anno 1530. in fol. una cum *Catalogo insignium factorum utriusque Testamenti* non antea impresso; & postea Venetiis ad signum spei an. 1549. in 4. incip. *Cuilibet volenti requirere Concordantias* &c.: & finiunt in thema *Zorobabel*, ac vocibus *Salathiel autem genuit Zorobabel*: uti excusæ Basileæ an. 1496.; quia in mss. thema *Zelpha* post *Zorobabel* fuit transpositum, ideo in mss. videntur terminare diverse. Prodierunt quoque Antuerpiæ an. 1572., & 1585. ex Officina Plantiniana; Hannoniæ an. 1618.; Francofurti an. 1620.; Antuerpiæ 1625.; aliisque multis in locis.

Concordantiæ vero *Hugonis Cardinalis* ultimo prodierunt Lugduni an. 1649. in 4. a Francisco Luca Theologo & Decano Audomaropolit., aliisque auctæ, & castigatæ incipientes: A. *&* Ω. *Apoc.* I. *Ego sum alpha & omega*: finiunt vero themate *Zuzim*, ac vocibus: *& Zuzim cum eo*. Primus eas S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 23. cap. 5. §. 2. *Hugoni de S. Caro* Card. sui Ordinis adscripsit, teste Casim. Oudino in Comment. Script. Eccles. to. 3. ad an. 1280.; sed ante S. Antoninum Salimbene Parmen. autor illius seculi in Chron. ms. pag. 281. Hugonem Card. Ord. Prædicator. *Concordantiarum primum autorem* fuisse scribit: *sed*, subdit, *processu temporis factæ sunt Concordantiæ meliores*; fidesque præstanda est & Bartholomæo Pisano antiquo scriptori.

Opus hoc postmodum imitati sunt Græci, & Hebræi Bibliorum *Concordantias* græcas, hebraicasque colligendo, ut legere est apud cit. Sixtum Senensem.

D L X X X I. 253.

ARNALDUS ALOSTANUS = Regul. Observ. Teutonicus edidit

Querimonias de morum, temporumque nostrorum inclementia, quod Opus ms. habetur in Bibliotheca Vatic. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 140.

Theatrum conversionis gentium &c. cum *Appendice Fulgentii de Brabantia, & Lucana parænesi de triumphalibus Evangelii*.

De Rogationibus, peregrinationibus &c. etiam Lugduni an. 1566. in 8.

De pœnitentia publica, & solemni. Lovanii in 8.

De Exomologesi Sacerdoti facienda. Ibidem in 8., quod puto idem, ac *tractatus Confessionis* Lovanii an. 1564. impressus ex Dupino sec. 16.

Catechismus pœnitentium instar dialogi, quo ratio pœnitentiæ ineundæ declaratur. Typis Jo: Bogardi in 8. an. 1564.

De 4. plaustris hæreticarum fabularum, quas Lutherani evangelistæ adversus Ecclesiam Christi passim agunt. Antuerpiæ 1563. in 8. apud Libertum Malutium.

De fugienda consuetudine hæreticorum Oratio parænetica ad Catholicos. Lovanii 1564. in 8. typis Jo: Bogardi.

De hæreticis deferendis, & accusandis Oratio parænetica ad Franciscum Zamoram Ministrum Generalem. iisdem typis an. 1564., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 140.

D L X X X I I. 254.

ARNALDUS A BASACCIO = floruit seculo elapso XVI. in provincia S. Evangelii Mexicana Strict. Observ.; de quo Gonzaga par. 4.; & Chron. S. Franc. par. 4. lib. 3. cap. 30.; Arturus die 20. Augu.; Torquemada to. 3. lib. 19. cap. 33.; Waddingus ad an. 1536. n. 5. & 6.; & Jo: a S. Anton. to. 1.

D L X X X I I I.

ARNALDUS CLAROMONTANUS in Academia Parisien. sacræ Theologiæ Baccalaureus anno 1333. factus est secundus Episcopus Tutelensis in Gallia, decessitque circa annum 1340., postquam edidisset anno 1339.

Constitutiones pro bono suæ Ecclesiæ regimine; nec non antea

Tractatum de visione beatifica animarum sanctarum ante resurretionem a Jo: XXII. denegata, teste Baluzio in Vitis Papar. Avenionen., & Dionysio Sammarth. to. 2. novæ Galliæ Christianæ in Episc. Tutelen.

D L X X X I V.

ARNALDUS FULGINAS consanguineus, & a sacris Confessionibus B. Angelæ Fulginatis, ut habetur ex Opusculis ejusdem Beatæ a Buccolino nuper editis in Append. pag. 249., scripsit

Vitam dictæ *B. Angelæ Fulginatis* una cum ejusdem *Opusculis* ab ipsa dictatis, quæ vulgata leguntur a Bollando to. 1. Januar. sub die 4. ex ms. cod. Cornelii Duynii cum aliis mss. collata, notis illustrata. Parisiis etiam, aliisque in locis publicata fuisse, diximus supra in *B. Angela*; sed pressiora, & simpliciora: novissime vero hæc ipsa cum duplici *prologo Ven. Arnaldi* vulgavit Jo: Baptista Buccolinus Fulginei an. 1714. in 4. typis Francisci Antonelli ex ms. sacri Conventus Assisiatis; & in epist. ad Lectorem, nec non pag. 279. existimat, Arnaldum hunc esse *Reginaldum Umbrum*, qui anno 1298. factus fuit *Lector sacri Palatii* ex Annal. Minor.; sed immani laborat errore; nam Reginaldus & nomen diversum est, & ipse anno 1300. vivere desierat. *Arnaldus* vero certe vivebat anno 1309. ex Waddingo in Annal. Minor. ad eum an. n. 21.; quinimo eum crediderim esse *Arnandum de Fulgineo*, qui anno 1317. inter zelatores Regulæ Minoriticæ apud Jo: XXII. hæreseos insimulatus est ex literis Pontificiis apud cit. Waddingum

gum ad eum annum num. 15., ac origine *Gallum*; nam & nomen gallicum, & verba, quæ in 2. prologo Vitæ n. 6. profert: *fuit igitur hæc sancta mulier de quodam loco, qui vocatur Fulg'neum juxta Asisium ad tres leucas*: istud suadent; utitur enim leucis gallicis pro milliaribus italicis. De isto agunt Arturus in Martyrol. Francisc. sub die 17. Junii al. Julii §. 1.; Oudin in Comment. Script. Eccles. to. 3.; nec non Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 141. v. *Arnaldus N.*, qui addit, nonnulla alia scripta reliquisse.

255.

ARNALDUS GULIELMUS = hic erat typographus, non Franciscanus; annisque 1514. 1515. 1517. Compluti excudit *Biblia polyglotta*, sive vetus, novumque Testamentum jussu, ac studio, impensisque Card. Francisci Ximenii Ord. Minorum. Autor vero *Dietæ salutis* fuit *Gulielmus a Canitia*, ut suo loco dicetur. Jo: a S. Anton. to. 1. exscripsit Waddingum.

D L X X X V.

ARNALDUS DE SERANO Aquitanus sac. Theol. Doctor, diuque suæ provinciæ Minister, *homo vitæ laudabilis, ac sufficientiæ; qui omnia, quæ potuit de B. Fanciseo invenire, transcripsit*: inquit Bartholomæus Pisanus autor illius seculi Conformit. 11. par. 2. in provincia Aquitaniæ; & Rodulphius etiam lib. 2. fol. 281. de provincia Aquitaniæ vocat *multæ lectionis virum*. Scripsit igitur, quod sciatur,

De B. Francisco Cellertanea.

Arnaldus Aquitaniæ provinciæ *Minister*, & *sac. Theologiæ Doctor* anno 1322. in Generalibus Comitiis Perusinis Ordinis subscripsit *determinationi* PP. super quæstione de paupertate Christi, & Apostolorum apud Waddingi Annal. Min. ad eum an. num. 51. Fuit & alter *Arnaldus* dictus tamen *de Serrano* in literis Gregorii XI., quem ipse Waddingus ostendit, fuisse similiter Aquitaniæ Ministrum an. 1376. num. 25. & seqq. ex Reg. Pontif.; & a quibusdam judicatur autor *Chronicorum* XXIV. *Generalium*: sed Rodulphius hunc dicit *Vaseum* Hispanum.

D L X X X V I. 256.

ARNANDUS GANDENSIS = *Arnandus Gandavensis* Belga dicitur ab Auberto Miræo de Script. Eccles. seculo 17. n. 244. in *Cypriano Croësels*, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 56., qui & pag. 141. ex Biblioth. Capuccin., & Waddingo vocat *Arnaldum* provinciæ Flandriæ Theologum, & concionatorem.

D L X X X V I I. 257.

ARNOLDUS CÆSARIUS = Regul. Observ. edidit &

Meditationes de Vita SS. Virginis Mariæ, & S. Joseph. Coloniæ an. 1666. in 12. apud Jo: Busæum, ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 142.

D L X X X V I I I. 258.

ARNOLDUS AB ISCA = Regul. Observ. laudatur a Valerio Andrea, Marracio, Dupino, Augustino Wichmans in Brabantia apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D L X X X I X.

ARNOLDUS LAZZERK provinciæ Coloniensis anno 1648. ad instantiam Fratrum, ut ipse scribit, elucubravit

Vitas Sanctorum in Germania celebriorum, easque *moralibus adnotationibus illustravit*. Servantur hæ mss. Susati in nostra Bibliotheca ex Hist. prov. Colonien. Min. Conv. fol. 150.

* ARNOLDUS MERMANNUS = vide *Arnaldus Alostanus*.

D X C. 259.

ARNOLDUS PALUDANUS = de quo Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, & Jo: a S. Anton. to. 1.

D X C I. 260.

ARNOLDUS ROYARDUS = Arnaldus, & sac. Theologiæ Magister dicitur in literis Pontificiis, quibus anno 1321. eligitur Archiepiscopus Salernitanus, & in iis, quibus ad Sarlatensem Ecclesiam transfertur; *Petragoricensis* patriâ fuit, cognomine *Royardi*, vitæ secretioris amans in castello Boucheyral fere semper deguit, obiitque anno 1334.; concedente Pontifice, idem *pallium*, quo usus fuerat in Metropoli Salernitana, adhibuit in Sarlatensi urbe, ex Gallia Christ. Sanmarth. to. 1. Anno 1323. interfuit Avenione disputationi molestæ *de paupertate Christi, & Apostolorum* coram Jo: XXII. habitæ, ut refert Rodulphius lib. 2. fol. 151., & Waddingus in Annal. Minorum ad eum annum num. 3., ubi tamen mendose dicitur *Arnaldus Turrianus*. De eo & Nicolaus Minorita autor coævus.

Opus Theologicum moral. distinct. ms. asservari Regii in Bibliotheca cujusdam Fr. Ordinis Prædicat. prodidit Possevinus in catalogo Biblioth. mss. ad calcem Apparatus sacri; citaturque a Gabriele Barletta in serm. de Conceptione B. V. c. *de Arch.*

Distinctiones super sacram Scripturam hujus Arnaldi incipientes: *Excellentissimo Domino R. Dei gratia Jerusalem & Siciliæ illustri Regi devotus ejus* &c. Opus vero alphabetice dispositum incipiens: *Abjectio est bona tripliciter* &c.; habentur mss. pergam. in 4. in Chartulario Asisiati sacri Conventus S. Francisci; & dicatæ sunt *Roberto* Regi fratri germano S. Ludovici Episcopi Ord. Min.

Directorium Arnaldi producitur ab Alexandro Areosto, qui scribebat anno 1470., in *Enchiridio Confess.* par. 3.; sed non ausim affirmare, an hujus Arnaldi sit.

Tractatus de paupertate Christi, & Apostolorum ejus editus anno 1323. extat ms. in Biblioth. Vatic. cod. n. 3740. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 111., incipitque: *Utrum asserere* &c.; teste Nicolao Antonio in veteri Biblioth. Hispana to. 2. lib. 9. cap. 4. n. 199., & Raynaldo ad annum 1323. num. 65.

* De eo agit Jacobus Le Long pag. 934. Bibliothecæ sac.; Jo: Bundenus in Biblioth. mss. pag. 57.; & Jo: a S. Anton. to. 1.

* ARNOLDUS DE VALLE = v. *Amantius de Valle*.

D X C I I.

ARTALUS DE ALAGON Comes de Sostago, & Aragoniæ Pro-rex a Philippo II. Hispaniar. Rege nominatus, & electus Cæsaraugustanus *Tertii* Ord. secul. S. Francisci cinereo rudi habitu indutus, ac fune cinctus a 24. ætatis anno, quoad vixit, excepto solo tempore, quo Pro-regis munus exercuit, publice incessit; docte, ac devote scripsit lingua patria

Catechismum una cum *expositione totius doctrinæ christianæ*. Cæsaraugustæ an. 1584. in 8. apud Laurentium de Robles ex Nicolao Anton.

Concordiam utriusque legis, divinæ, & humanæ cum

Tractatu adversus eos, qui sese vindicari volunt. Matriti 1593. in 8. ex eodem.

Super præcepta Decalogi : &

Super Psalmum : *Domine exaudi orationem meam.*

Paradisum animæ ; &

Practicum virtutum : quorum nonnulla edita dicuntur ; alia vero morte præventus Cæsaraugustæ anno 1593. mss. reliquit, teste Fr. Jo: Camillo par. 2. Hist. SS. 3. Ordinis fol. 49., & seqq. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D X C I I I. 261.

ARTURUS A MONASTERIO =

Martyrologium Franciscanum prodiit etiam iterum Parisiis auctum, & castigatum ab autore an. 1653. in fol. ; cujus Operis compendium fecit Balthassar Messanensis Regul. Observ. cusum Venetiis in 4., & Mutinæ anno 1679. per Demetrium Dignum

Martyrologium Sanctarum, ac Beatarum Ordinis S. Francisci titulo : *Gynecæum*. Parisiis an. 1657. in fol. apud Edmundum Couterot.

Neustria pia, sive *Normannia pia* vulgata est Rothomagi an. 1663. in fol. magno, teste Langlet de Fresnoy in Methodo stud. Hist. apud Jo: Berthelin, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 143. ; eamque puto, quam describit Waddingus in quinque tomos divisam, & plures libros.

De sanctitate Monarchiæ Regis Christianissimi, ac Infantium Galliæ. Parisiis an. 1638. in 8., teste Jacobo Le Long lib. 2. Biblioth. Gallicæ num. 11034.

Artifices hæreticorum gallico idiomate. Ibidem an. 1681. in 8., teste cit. Jo: a S. Anton., qui addit, obiisse anno 1662.

* ASCELINUS hoc loco a Jo: a S. Anton. intrusus ex Actis Lipsien. Erudit. an. 1708. m. Martio pag. 102. & 103., non Franciscanus fuit, sed Ordinis Prædicat. Legi potest Waddingus in Annal. Minor., & Bibliothecæ Ordinis Prædicat. Scriptores.

D X C I V. 262.

ASCENSIUS AQUITANUS = floruit medio seculo XIV., ejusque cum laude meminit autor illius seculi Bartholomæus Pisanus in Conformit. VIII. inter viros doctos, & Scriptores Ord. Minor. ; & Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ. Hunc illum crediderim, qui apud Waddingum in Annal. modo *Austerius*, modo *Ostensius* appellatur ; sed in literis Clementis VI. vocatur *Austentius de S. Columba* ; qui cum Parisiis *longis temporibus* sacræ Theologiæ studiis insudasset, & librum Sententiarum perlegisset, jussu ejusdem Pontificis anno 1352. ad Doctoratus, Magisteriique lauream dimissus est ; annoque 1361. ad Sarlatensem Ecclesiam evectus usque ad annum 1368. eam rexit. Ab Abbate Moissacensi Vitæ Urbani V. scriptore dicitur *maximus, & famosus Theologus* : Orator etiam cum esset haud vulgaris, in frequentissimo Episcoporum cœtu Petrocorii habito delectus fuit ad concionem habendam præsente etiam Eduardo Walliæ, & Aquitaniæ Principe. De eo Sanmarthani in Gallia Christiana to. 1.

D X C V. 263.

ASTESANUS AB ASTA = Opus composuit hortatu non Theodori Card. Cajetani, ut Waddingus, eumque secutus Jo: a S. Anton. ; neque Jacobi Card. Stephanesii, ut Morerus affirmat ; sed *Joannis Cajetani Card. S. Theodori*, qui anno 1316. a Joanne XXII. dignitatem eam est assecutus, ex literis Cardinalis ad autorem, & autoris ad Cardinalem Operi præmissis anno 1317.

Summa Astesana prodiit primum non Venetiis, sed Lugduni an. 1468. per Jo: de Losania ; deinde absque anno, & loco impressionis, extatque exemplar Argentinæ in Biblioth. Capitul. Equitum Melitensium, & in fine atramento rubeo calamo exaratum legitur : *explicit Summa Fr. Astexani arte impressoria formata per Ven. Virum Johannem Mentel A. D. 1469.* ; inde Venetiis anno 1478. per Jo: Agrippinen., seu de Colonia, & Jo: Manthen de Gerethzen socios in fol. castigata a Bartholomæo Bellato Feltrensi sac. Theol. Magistro, & Gometio Hispano sac. Theologiæ Baccalaureo ; mox Coloniæ in fol. an. 1479. ; iterumque Venetiis an. 1480. per Leonardum Wild Ratisponen. in fol. ; postea Norimbergæ an. 1482. ex Orlando de Orig. & progr. Typographiæ ; & iterum etiam non Venetiis, ut cum Possevino habet Waddingus, sed Lugduni an. 1519. per Gulielmum Huyon in 4., qua utor ; & alias ibidem per Stephanum Gueynard, al. Pinet ; sed & iterum Norimbergæ cusa est anno 1528. teste Boëclero de Script. Sec. P. C. XIII. ; & forsan in Hispania etiam impressa fuit, revisa, & castigata a *Fr. Francisco Lucio Ortiz* Hispano, qui vivebat an. 1550., ut ipse Waddingus habet infra in *Francisco Ortisio Lucio* ; aliud exemplar absque loco & impressore manu exaratum habens char. rubr. 1473. habetur Viennæ in Garelliana ; & in alio Biblioth. Ingolstad. extat adnotatum 1474. : quare immerito Mastrius in fine libri 4. Sentent. conqueritur, post editionem anni 1490. nunquam postea hanc *Summam* impressam fuisse. Tandem vero nostris temporibus cura P. M. Jo: Baptistæ Lamberti Astensis Min. Convent. recusa est Romæ an. 1728. & 1730. in fol. 2. tomis typis Hieronymi Mainardi. Extat ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 11. n. 523. in fol. post Logicam *Ocham*.

Opus aliud majoris molis composuit hoc titulo : *Summa quæstionum sacræ Scripturæ de omni materia libris octo* : ut ipsemet significat in prooemio *Summæ* vulgatæ illis verbis : *per plures annos ex ipsis* (Doctorum scriptis) *quasi spicas aliquas megis utilia de omni materia quæstionum sacræ Scripturæ, prout Deus mihi dedit, & exiguitas mea valuit, collecta in unius Summæ per octo libros distinctæ breviando seriem ordinavi. Postmodum vero exhortatione Venerabilis Patris, & Domini supramemorati* (Johannis Card. S. Theodori), *& etiam plurium bonorum Fratrum admodum incitatus ex supradicta collectione illa tantum quæ pertinebant ad consilium in foro conscientiæ tribuendum extraxi : & si qua alia puta de virtutibus, vel aliis inserui ; illa gratia continuandæ materiæ, vel majoris evidentiæ breviter annotavi : atque in hunc modum Summam de Casibus Deo auxiliante compilavi.*

Canones pœnitentiales Astensis cum notis Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconen. prodierunt Venetiis an. 1584., ut refert Possevinus in Apparatu sac. v. *Canones pœnitential.* to. 1., & lib. 3. Biblioth. select. cap. 22., & antea etiam ad calcem *Supplementi* Summæ Pisanellæ Nicolai Auximani Venetiis anno 1476., & iterum ibidem typis Leonardi Wild an. 1489., & in fine Decreti Gratiani emendati Romæ an. 1578., & Venetiis 1595. sine autoris nomine. Sed *Canones* hujusmodi *pœnitentiales* sunt ad verbum desumpti ex libro 5. tit. 32. memoratæ Summæ ; quare non est Opus diversum, ut putavit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 144., & Andreas Rossottus.

Tractatum de significationibus verborum scripsit, qui excusus est in fine *Summæ*. Sup-

Supplementum datum Romæ, & impressum Venetiis an. 1485. per Paganinum in 4. adducit cit. Orlandus de Orig. & progr. Typographiæ par. 2. pag. 882. An *Summæ* Supplementum sit, vel aliud, ignoro.

Commentarios in libros Sententiarum scripsit, etiam, cum fuerit sac. Theol. Doctor; nec non

Commentarios in Apocalypsim, quos Waddingus affingit *Astesano alteri*, quem, ut suo loco videbitur, non constat scripsisse nisi *sermones*, & *quadragesimale*; cum hic quidem præter *Summam* scripserit quoque *quædam alia*, ut inquit P. Rodulphius lib. 3. Audiendus autem non est Alphonsus a Spina Minorita in suo *Fortalitio fidei* lib. 4. consid. 5. art. 1., ubi hunc appellat *Joannem Astensem*; cum ipsemet autor in literis ad Card. Joannem Cajetanum se dicat *Astesanum de Asta*. De hoc Paulus Britius Episcopus Albensis in Monumentis Subalpinæ provinciæ p. 386. ait, scripsisse *innumera, quæ desiderantur, volumina*.

In Toletana Bibliotheca S. Jo: Regum sub Z. num. 65. extat codex ms. hoc titulo: *Distinctiones Astensis*: incipientes: *AAA significat gemitum, & metum*: aptæ multum ad componendos sermones; inquit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 144., qui existimat, esse Opus alterius Artesani; sed suo arbitratu: ego rem dubiam reputo.

264.

ASTESANUS alter = sumptus est hic ex Bartholomæo Pisano Conformit. xi. parte 2. in provincia Genuæ, locoque Astensi, ubi postquam dixit floruisse ibi *Fr. Astesanum* autorem Summæ, subdit, alterum quoque extitisse ibi, qui *fecit postillam pulcram super omnia Evangelia Dominicalia, & quadragesimalia, & vocatur Postilla*. Sed iste vocabatur *Franciscus de Abbate Astensis*, de quo infra agitur; quem Waddingi errorem secutus est Jo: a S. Anton. to. 1., qui to. 3. in Append. ait, ejus *Concordantias biblicas* mss. asservari Toleti in Biblioth. Conventus S. Joannis Regum sub GG. n. 34., ubi se illas vidisse scribit: sed utinam illarum initium, & finem indicasset.

* ASTULFUS SERVANTIUS = v. *Valentinus Servantius*.

* AUBERTUS = v. *Albertus*.

* AUFREDUS BARCINONENSIS Lector = v. *Aufredus Gonterius*.

D X C V I. 265.

AUGUSTINUS ALVELDENSIS = sac. Theologiæ Professor provinciæ Germaniæ inferioris.

Malagma adversus Jo: Ludov., & Martinum Lutherum, atque *alia* prodiisse Lipsiæ anno 1527. scripto tradidit Miræus de Script. Eccles. sec. 16. n. 34.

De Matrimonio contra sui seculi hæreticos librum edidisse scribit Henricus Willot, & Possevinus in Appar. sac.

Hujus meminit Simon Fontanus in Historia Catholica sui temporis adversus Joannem Sleidanum lib. 3., atque Regul. Observ. alumnum in disputatione Lipsiensi multum exagitasse Lutherum, qui ob id in eum solitis calumniis calamum strinxit, & *Alcoranum Franciscanum* emisit, vel emitti curavit. Laudant autorem Rodulphius lib. 3., & Konig. in Biblioth., Willot, Marracius, & Lassor to. 2. pag. 431. Univ. terrar. Orbis.

D X C V I I.

AUGUSTINUS BISIGNANO Italus composuit sermone vulgari

Lectiones spirituales impressas Florentiæ an. 1612. in 4., teste Jo: a S. Anton. to. 1., qui dicit, se illas vidisse, nec tamen aliud de eo conscribit; num agnomen, vel patria sit *Bisignano*: est enim hujus nominis urbs in Calabria: cujusnam Congregationis extiterit; quod munus exercuit?

D X C V I I I. 266.

AUGUSTINUS BRUNUS = floruit seculo xvii. Obiit 1623., &

Peregrinationem Terræ sanctæ italice vulgavit Panormi 1622. in 8. per Jo: Maringum, cum e Terra sancta regressus esset, ubi fuerat Custos, ex Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ.

D X C I X.

AUGUSTINUS A CASALE MAJORI Cremonen. diœcesis Min. Convent. sac. Theologiæ Baccalaureus, & humanarum literarum studiosus edidit

Orationes varias, &

Librum Jac. Philippi Bergomensis de claris mulieribus castigavit, ac recudi curavit Ferrariæ an. 1497. typis Laurentii de Rubeis, ex Francisco Arisio in Cremon. Liter. to. 1. pag. 385.

D C.

AUGUSTINUS CASSANDER a Castrofidardo Lauretanæ diœcesis in Piceno Min. Conv. sac. Theolog. Magister suæ provinciæ cum præfecturam gessisset, factus est Ordinis sui Generalis Procurator in Curia Romana; demum quod insignis Theologus, ac verbi Dei ecclesiastes tota Italia celeberrimus haberetur, ex sacræ Rom. Inquisitionis Consultore Gravinen. Episcopus assumitur anno 1614. a Paulo V., cujus in Aula concionator fuerat, & in Gymnasio Sapientiæ Romanæ sac. Theologiæ Lector. Scripsit latine

Opuscula theologica.

In Cantica Canticorum expositionem.

Conciones super Psalmum 109. *Dixit Dominus Domino meo* italice. Extant mss. Ravennæ apud nostros hoc titulo: *La Monarchia di Dio humanato descritta con 31. Lezioni dalla Festa della SS. Trinità sino all' Avvento*: cum *tribus indicibus* de rebus notabilibus, de Dominicis, festisque occurrentibus P. Magistri *Antonii Terrusii Neapolitani* ejusdem Ordinis, & *epigrammate* Domini Andreæ Russii Abellinatis in laudem autoris.

Conciones annuas super Evangeliis Dominicarum, festisque annuis.

Quadragesimalia quatuor diversa linguâ itidem vernacula.

Institutiones, regulasque ad conciones componendas. Quæ omnia mss. in ejus obitu, qui contigit an. 1624. die 17. Septembris ætatis suæ anno 58., intercidisse credebantur, uti scribit Bonav. Theulus in Triumpho Seraph. apud Franchinum in Bibliosophia num. 4., qui de eo plura narrat; videturque sentire, superasse eum quodammodo arte dicendi Cornelium Mussum, & Panigarolam. Certe Franciscus Bocchius Florentinus in Epist. Florentiæ an. 1599. impress. una ad Cosmum Manuccium ita de isto scribit: *iisdem artificiis dicendi, eodemque ex Collegio, quo* (Hieronymus) *Rocca prodiit, Fidardus duos ab hinc annos hoc eodem in Templo* (S. Crucis) *admirabili eloquentiæ laude sese extulit. His profecto duobus, ut est omnium opinio, cedit nostra ætas dicendi virtute, faceque eloquentiæ submittit*. Celebrat hunc impense Eques Jo: Baptista Marinus versibus italicis, quibus est titulus *Galleria*.

DCI.

D C I. 267.

AUGUSTINUS CASTELLUS = Regul. Observ. italicum fecit

S. Bonaventuræ tractatum hominis interioris; ediditque Neapoli an. 1590. in 8. typis Horatii Salviani, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

D C I I.

AUGUSTINUS A CONCEPTIONE Matritensis Discalceat. provinciæ S. Joseph conscripsit

Doctrinam Novitiorum; & *Manuale*.

Cæremoniale Missale. Conchæ an. 1647. in 4. ex Officina Salvatoris Viader, teste Jo: a S. Anton.

D C I I I.

AUGUSTINUS A CRUCE Lusitanus e Ponte Barcæ Bracaren. diœcesis oppido Strict. Observ. Discalceat. provinciæ Arrabidensis alumnus vernacule vulgavit

Carmina sacra diversi generis; quorum nonnulla, præsertim duas egregias *elegias* legimus to. 1. Chron. prædictæ provinciæ ex Jo: a S. Anton., qui ait obiisse an. 1619. die 14. Martii.

D C I V. 268.

AUGUSTINUS DE CUPITIS = Regul. Observ. Neapolitanæ provinciæ Principatus.

Le rime spirituali. Vicoæquensi, non *in vico Aquensi*, an. 1592. in 4. apud Julium Cacchium ex Toppio.

Poëma in laudem S. Catharinæ Martyris, teste Fr. Blasio a S. Gregorio in Relatione dictæ provinciæ.

Poëma aliud versu item italico sub tit. *Poëta illuminatus*, incip. *Canto, o cigni* &c. ad Comitem de Olivares Pro-regem Neapolitanum, quod ms. asservatur in 4. in Bibliotheca Scorialis iii. K. 23., ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 146.

Sermones XII. *loco* XII. *stellarum*, *quas S. Jo: Evangelista vidit*, *de Sanctis ad Paulum V.* Neapoli 1608. in 4. typis Jo: Dominici Roncalioli, ex Toppio in Biblioth. Neapol., & Jo: a S. Anton.

D C V.

AUGUSTINUS A S. FRANCISCO Hispanus Discalc. prov. S. Pauli alumnus, Definitor, ac Pater, nec non provinciarum S. Gabrielis in Extremadura, & S. Didaci in Bætica Commiss. Visitator edidit sermone vernaculo

Orationem funebrem in exequiis Mariæ de Mendoza Ducissæ de Bejar. Matriti an. 1631. in 4. typis Jo: Gonzalez ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 147.

269.

AUGUSTINUS GALETUS = leg. *Galluccius*, ut mox dicitur, concionator, & sacrorum Canonum Lector. Joannes a S. Anton. to. 1. una cum Terrinca secutus est errorem Waddingi.

D C V I. 270.

AUGUSTINUS GALLUCIUS = edidit *Vitam S. Francisci* versu italico titulo indito:

S. Franciscus, seu Jerusalem cœlestis acquisita. *Poema sacrum* libris, seu cantis 25. comprehensum cum autoris argumentis, annotationibus, & allegoriis italico idiomate ad Franciscum Mariam Urbinatum Ducem missum; excusumque Venetiis an. 1618. in 4. per Baretium Baretii. In laudem hujus Operis autores plures cecinerunt, quos inter *Fr. Joseph Hypponiates* Min. Observ. provinciæ SS. septem Martyrum Calabriæ latine; italice vero *Fr. Augustinus a Flebesacci* Lector theologus, concionator, ac Definitor provinciæ S. Antonii; *Fr. Jo: Antonius Zancaroli* Min. Observ.; & *Fr. Ludovicus Vercellensis*. Curavit etiam in lucem edi

Speculum disciplinæ Joannis Peckami, sed *S. Bonaventuræ* attributum, italice jam anno 1580. factum, Venetiis anno 1621. in 12., ex ejus Epistola Fr. Hieronymo a Roccacontrada Strict. Observ. Piceni Custodi data Venetiis die 25. Martii anno 1621.

D C V I I.

AUGUSTINUS GAMBER Herbipolensis Min. Conv. provinciæ Argentinæ alumnus scripsit

Speculum Seraphicæ Religionis impressum anno 1644., teste Jo: Franchino in Biblioseph. num. 5., qui ex monumentis sui Ordinis scribit inveniri, hunc diu Lectoris munere functum.

D C V I I I. 271.

AUGUSTINUS GARAVINUS = Min. Conv. sac. Theol. Magister, & anno 1590. Ministri provinciæ suæ a Secretis librum

De viris illustribus Castri Bononiensis elaborata phrasi Dominico Card. Gymnasio dicatum vulgavit Bononiæ anno 1608. in 4. per Jo: Baptistam Bellagamba. De quo Franchinus cit. n. 6., & Jo: a S. Antonio ex Teisserio to. 5. Catalogi AA.

D C I X.

AUGUSTINUS GENUENSIS Capuccinus concionator composuit

Historiam B. Mariæ Virginis, quæ die 15. kal. Aprilis an. 1570. apparuit, populoque Savonensi e vicino colle bene precata est: de quo plura Boverius to. 2. Annal. Capuccinor. ad an. 1606.; Oldoinus in Athenæo Ligust., & Jo: a S. Anton. to. 1. ex autore Biblioth. Capuccin.

D C X.

AUGUSTINUS GENUENSIS alter italice descripsit

Historiam provinciæ Genuensis Min. Capuccinor.; &

Vitam Ven. Fr. Thomæ Trebianensis Capuccini sanctitate conspicui; quæ mss. extare dicuntur. Mortuus est in patria anno 1650. ex Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Antonio.

D C X I. 272.

AUGUSTINUS GOTHUTIUS = de ejus

Gymnasio agit Petrus de Alva col. 143. Militiæ. Edidit & brevem

Tractatum de 5. universalibus Porphyrii in secundis intentionibus, qui legitur in suo *Gymnasio speculativo* clas. 1. tract. 1.: cetera enim in ipso *Gymnasio* sunt diversorum autorum maxime Ordinis Minorum Opera. Edidit quoque, recuditque castigata, & notis margineis a se illustrata sequentia:

Aureas explanationes Francisci Mayroni Minoritæ

Tractatum de definitionibus theologicis S. Athanasii Magni Alexandrini Antistitis.

Philippi Fabri Faventini tractatum de formalitatibus brevem in formalitates Scoti.

Antonii Brugnatensis Ordinis Minorum Philosophi, & Theologi doctissimi methodum in Grammaticam speculativam Doctoris Subtilis.

Tractationem subtilissimam de primis, & secundis intentionibus secundum mentem Doctoris Subtilis una cum modulo conficiendi syllogismos: typis data Parisiis anno 1604. in 8. per Jo: Le Bouc teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 97., & Joanne Roenno a Consiliis, & Eleemosynis Regis Galliarum in epistola ad eumdem Gothutium *Gymnasio* præmissa, ubi plura alia *Opuscula* nempe *Simonis Fontani*, *Fran-*

Francisci Titelmani, *Constantii Sarnani*, *Joannis Radæ* per eum recognita, & expurgata refert; ejus verba sunt: *in hac mihi nunc es*, *Augustine Gothuti Franciscane*, *cui non satis fuit anno superiore lucem reddidisse tot Franciscanis tuis Fontano*, *Titelmanno*, *Sarnano*, *Brugnato*, *Fabro*, *Radæ*. *Maronio*; *atque ut melius etiam*, *quam antea*, *lucerent*, *effecisse*: *sed ecce hircce novus annus* 1605. &c. Scripsit & librum pro iis, qui sacras Confessiones excipiunt, cui titulus est:

Le cinque giornate della penitenza fatte tra il Penitente, *e il suo Padre Confessore* ad modum dialogi Mariæ Mediceæ Reginæ Galliarum dicatum, & Venetiis anno 1611. in 8. excusum per Floravantum Prati; extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

DCXII.

AUGUSTINUS DE HINOJOSA prov. Bæticæ Regul. Observ. edidit

Concionem de Beatificatione S. Teresiæ a Jesu, impressam in Opere de ejusdem Beatificatione cuso Matriti anno 1615. in fol. pag. 208.

DCXIII.

AUGUSTINUS MANDRIOLA a Castrofidardo Picenus Min. Conv. concionator, & sac. Theol. Doctor edidit italice

De cultura, *&* *varietate fructuum acidorum*, vulgo *agrumi*. Liber tertius Maceratæ an. 1649. typis Augustini Grisei; postea Vicentiæ an. 1661. apud Jovitam Botelli; & Venetiis per Jacobum Zattoni, atque alibi.

Manuale Olitorum, vel *Viridariorum*, vulgo *Giardinieri*, seu *de cultura florum*, *eorumque cognitione*. Primi duo libri Venetiis an. 1713. in 12. typis Jo: de Paulis editio altera cum Opere

De florum medicis virtutibus. Tria hæc Opuscula quatuor libris comprehensa prodierunt Venetiis an. 1713. in 12. typis memorati Jo: de Paulis. De hoc agit Theulus in Triumpho Seraph., & Franchinus in Bibliosoph. num. 7.

DCXIV. 273.

AUGUSTINUS DE MATRICE = Regul. Observ., ac provinciæ Piceni Theologiæ Professor factus est Minister provinciæ S. Angeli; misitque suum *Librum* in formam dialogi ad Thomam Missanum Cismontanæ familiæ Commissarium Generalem an. 1586.; postea excusum Venetiis an. 1595. per Bartholomæum Carampellum in 8.; inde ibidem an. 1602. per Nicolaum Tebaldinum, an. 1612. per Jo: Baptistam Bonfadinum, & an. 1630. per Ghirardum Imberti. Jo: a S. Anton. to. 1. nihil addit Waddingo.

DCXV.

AUGUSTINUS MEDIOLANENSIS Capuccinus, an. 1592. illud Institutum amplexus, vitæ innocentia conspicuus scripsit

Multa Opera typis digna, & alia imprimi permisit tacito nomine, ut ex Atheneo Mediolanen. Picinelli refert Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin. pag. 43., teste Jo: a S. Antonio.

DCXVI. 274.

AUGUSTINUS MILIUS = a Calimola in agro Cetico Casentinæ regionis villa, ut ipse fatetur lib. 3. cap. 2., Guardianus Montis Alvernæ Regul. Observ. scripsit

Dialogum italice an. 1567., & in proœmio pollicetur, se illum in latinum idioma translaturum; emisit autem tribus libris constatum Florentiæ an. 1568. typis Torrentini, & Pectenarii in 8. Fuit autem & *poëta* non inelegans, uti testantur versus ejus, qui leguntur lib. 1. cap. 7. 8. & 16.; nec non *Epigramma* ad B. Virginem; & in fine libri *latini versus* cujusdam *Nicolai Siculi* a se castigati, interpolatique. De eo & Lassor to. 1. Univ. terr. Orbis pag. 39. Exscripsit Waddingum, & Terrincam Jo: a S. Anton.

* AUGUSTINUS A MONDULPHO = v. *Augustinus Gallucius*.

DCXVII.

AUGUSTINUS NARDUS Fanensis Picenus Conventualium sac. Theologiæ Magister, Orator, & poëtices artis excultor, nec non nepos *Cæsaris Nardi* ejusdem Instituti, & Cariaten. Episcopi scripsit

Variarum rerum rhytmo italico tomum 1. typis excusum an. 1613., teste Felice Ciatto apud Franchinum in Bibliosoph. num. 8.; ejusque *versus vulgares* leguntur initio vol. 1. Historiæ Perusinæ ejusdem Ciatti an. 1638. excusæ.

Ex eadem familia eodem tempore floruit & *Jo: Franciscus*, de quo infra in *Jacobo Florentino*.

DCXVIII. 275.

AUGUSTINUS RIGHINI = Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, & concionator egregius anno 1521. Bononiæ in Ecclesia S. Petronii quadragesimales conciones habuit, ex lib. Fabricæ illius Templi.

Sermones quadragesimales a Septuagesima incipientes: *Voca operarios* &c.: vulgavit autor Patavii an. 1574. in 4. per Laurentium Pasquatum; dicavitque Aloysio Card. Atestino, cui a sacris Confessionibus erat; quorum in fine adjecit

Tractatum contra asserentes, *malos Sacerdotes non posse administrare Sacramenta*.

Sermones de Adventu Domini una cum *Sermonibus quadragesimalibus* prædictis publicavit Venetiis *Fr. Aloysius Finardus* Patavinus ejusdem Instituti typis Horatii Gobbi an. 1581. in 4. una cum memorato *tractatu contra asserentes*, *malos Sacerdotes* &c.

De Indulgentiis; *de numero salvandorum*; & *de suffragiis mortuorum* non sunt Opuscula diversa, sed argumenta concionum in Sermonibus prædictis tractata: uti & alia *de peccato*; *de judicio temerario* &c. a Franchino recitata.

Tractatum de terræmotu scripsit ex Aristotele anno 1570. jam octogenarius incipientem: *Magna est*, *&* *admiranda*: qui ms. habetur in fine libri, tractatusque *Jacobi Antonii Boni* Medici *de terræmotu Ferrariensi anno* 1570. vulgati Mutinæ an. 1571., habeturque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci; in quo Boni *tractatu*, seu dialogo unus ex Interlocutoribus extat *Righinus* tamquam Theologus. Delectabatur autem & *poësi*, uti produnt versus ejus latini, qui leguntur in sermone feriæ 6. Parasc. *de Passione Domini*.

Obiit autem hic autor ætatis suæ anno non 96., sed 94., ut & lapis sepulcralis testatur, & inscriptio lapidea, quæ post obitum ei posita est ad aram majorem: natus enim erat anno non 1487., ut ait Franchinus, sed 1489., vel initio anni 1490., ut eruitur etiam ex autoris literis, quas anno 1572. ad Aloysium Card. Atestinum dedit, legunturque præmissæ *Sermonibus* commemoratis, in quibus scribit, se annum 83. agere. Extant plures Gasparis Sardi ad eum epistolæ editæ, & mss.; memoratque eumdem & Alexander Sardus in epistola ad Peregrinum Riccardum suo de Christi Salvatoris humanitate libro præfixa, qua *senem optimum*, *&* *omni doctrina*, *&* *elegantia ornatissimum* appellat. Torqua-

quatus Tassus non semel laudes ejus in carminibus ital. cecinit par. 3., & in lib. 6. Epistolarum Petri Aretini una legitur ad eum data Venet. anno 1553.; nec non in Fpist. Roberti Pucci extat memoria ejus. Sed plura etiam habet Marracius, Superbus, & Franchinus in Bibliosoph. n. 9. Joannes Baptista Pigna huic *epitaphium* struxit carmine, quod habetur lib. 4. Carminum ejusdem; referturque etiam a Ferrante Borsetto par. 2. Hist. Gymnasii Ferrariensis lib. 4. pag. 395.

D C X I X.

AUGUSTINUS RUFFI e Roccacontrada provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theol. Magister Card. Marci Vigerii contubernalis scripsit

Sermones diversos lib. 1., qui mss. servantur in Bibliotheca Conventus sui Ordinis Roccæcontradæ, ex Francisco Abundantierio in libro, cui titulus: *Le scienze, ed arti nobili ravvivate in Arcevia, o sia Roccacontrada* anno 1752. vulgato.

D C X X. 276.

AUGUSTINUS SUPERBI = ex veteri, nobilique familia, de qua Sardus agit lib. 2. fol. 42.; sed quæ jam extincta est.

De origine, & antiquitate Carraræ. Patavii anno 1598. in 4. typis Laurentii Pasquati: in qua tamen texenda usus est figmentis Annii Viterbiensis; juvenis enim erat, & adhuc Baccalaureus studiis ibi operam dabat.

Idea Angelica italice. Ferrariæ an. 1601. in 4. per Victorium Baldinum.

Decachordum Scripturale super Magnificat etiam italice. ibidem an. 1620. in 4. typis Francisci Suzzi.

Apparatus illustrium virorum Ferrariensium dicitur liber valde rarus in Analectis literariis de Libris rarior. Friderici Gotthilf. Treytag. pag. 924.

Theatrum immortalitatis Historia Ferrariensis in 4. partes divisa extat Mutinæ in Ducis Bibliotheca.

Certamen spirituale italice. Ferrariæ typis Suzzi an. 1624. in 4. tit. *Battaglie spirituali, overo trattato delle sciocchezze, che si commettono nelle battaglie spirituali*.

Genealogiam Domus Bevilaquæ a Valerio Seta Veronensi Ord. Servorum postea Episcopo Alifien. editam supplevit, continuavitque; atque ut imprimeretur Ferrariæ an. 1626. in 4. per Franciscum Suzzi curavit Bonifacio Card. Bevilaquæ, cujus ipse Theologus erat, missam; quam Franchinus perperam dicit ms., & incompletam.

Triumphus gloriosus Virorum illustrium Venetorum libris tribus italico sermone prodiit Venetiis an. 1629. in 4. per Evangelistam Deuchinum; citatur in Indice Biblioth. Barber., estque apud Jo: a S. Anton. to. 1.

Mortalium immortale simulacrum præclariss. Heroas repræsentans; seu Monumenta sepulcralia, & inscriptiones urbis Venetiarum mss. in fol. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Thesauri spirituales, & temporales urbis Venetiarum italice; quod Opusculum, ut & aliud proxime memoratum citat ipse in epistola ad lectorem, quam *Triumpho glorioso* Viror. Illust. Venet. an. 1628. præmisit.

Præcepta aurea latine scripsit, edidítque Venetiis apud cit. Deuchinum an. 1630. in 8.

Catalogus Scriptorum Ordinis Minorum usque ad annum 1634. extat ms. Ferrariæ in fol.; sed parum accuratus.

Collecta pœnarum Christi commemorat ipse in dicto suo *Catalogo* Scriptor. Ord. Min. ms.

Historiam originis, & incrementi Ecclesiæ, & Conventus S. Francisci Ferrariæ cum notitia Patrum, qui in eo floruerunt; quæ ms. in fol. asservatur in Bibliotheca ejusdem Conventus; sed parum accurata est. Scripta est lingua italica.

De Viris illustribus Patavinis etiam scripsisse docet nos Ferdinandus Ughellus to. 5. Ital. sac. in Episcopis Clugien. num. 14.

Obiit in patria an. 1634. die 9. Julii ex Necrologio Conventus S. Francisci. Agunt de eo Marracius, Franchinus cit. n. 10., nec non alii.

* AUGUSTINUS TASSUS, quem ex Petro de Alva hic interponit Jo: a S. Anton., est *Faustinus Tassus* dictus per errorem *Augustinus*.

D C X X I.

AUGUSTINUS TERTIUS patritius Bergomensis Min. Convent. sac. Theologiæ Magister, ac concionator illustris edidit

Orationem ad Reverendiss. Patrem Generalem Dominum Magistrum Bonaventuram Costacciarum præceptorem suum, & patronum observandissimum habitam in Templo D. Francisci Bergomi in adventu ejusdem Reverendiss. Generalis die 20. Januarii an. 1544. incipientem: *Si quantum sinceri erga te amoris, veræque observantiæ nominis, honoris, ac dignitatis tuæ in me est* &c. Brixiæ per Damianum Turlinum in 4. Extat Ravennæ in Biblioth. Conventus S. Francisci.

Ejus meminit & Marius Mutius, qui obiit an. 1623. die 12. Januarii, magna cum laude, eumque dicit suæ provinciæ *Ministrum*, seu Præfectum anno 1561.; obiitque post annum 1573. De eo infra in *Jo: Tertio* ejus germano fratre.

D C X X I I.

AUGUSTINUS TINASSI Pinnensis provinciæ Aprutinæ, sive S. Bernardini Minister Min. Conv. sac. Theol. Magister, & concionator egregius scripsit præter *conciones* italico sermone

Dialogum linguæ detrahentis, qui impressus fuit Theate an. 1625. in 4. per Octavium Terzani, ex Superbo, Toppio, & Franchino in Biblios. n. 11., atque Joanne a S. Anton., qui perperam eum dicit *Ministrum Neapolitanæ provinciæ* cognomine *Tynaus*.

D C X X I I I.

AUGUSTINUS A TORDESIGLIAS Hispanus primo provinciæ Conceptionis, deinde S. Joseph alumnus Discalceat. unus fuit e fundatoribus provinciæ S. Gregorii in Insulis Philippinis, postmodum in Sinas profectus Evangelii disseminandi gratia, ubi multa, & gravia pro Christi fide perpessus est, tandem in Philippinas Insulas reversus scripsit

Tractatum de laboriosa expeditione Missionariorum primorum in Sinas, inquit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 151., & par. 1. Biblioth. Minorum Discalceat. pag. 41. Ejus

Iter in Cinam an. 1581. habitum a Fr. Petro Alfaro provinciæ S. Joseph Ministro in Insulis Philippinis cum tribus sociis ejusdem Instituti, quorum unus extitit auctor, alii duo Jo: Baptista Pisanus, & Sebastianus Baeza a S. Francisco, Opus lingua materna scriptum, & a Fr. Joanne Gonzalea de Mendoza Ord. Eremit. S. Augustini in *compendium* redactum, & a Francisco Avanzo Veneto in italicum idioma conversum prodiit Venetiis an. 1586. in 8. per Andream Muschium cum reliqua Chinen-

si

si Historia laudati Jo: Gonzalez; ut ex cap. 1. dicti Compendii habetur.

Hujus Augustini, ejusque cum Petro Alfaro in Chinam itineris meminit P. Rodulphius Hist. Seraph. lib. 2. fol. 296., Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan. to. 1., & Petrus de Piñvela in Catalogo Missionarior. Sinen. Minor. pag. 1. n. 4.

DCXXIV.

AUGUSTINUS VELASCO a Corduba Tertii Ord. Clausc. prov. Bæticæ Lector Jubilatus, Qualificator S. Officii, & Minister Granaten. Conventus S. Antonii edidit, teste Jo: a S. Anton.,

Panegyrim de S. Rocho. Granatæ anno. 1620. in 4. typis Bartholomæi Lorenzana.

Concionem in Canonizatione S. Andreæ Corsini Episcopi Fesulani habitam Granatæ; ibique cusam an. 1629. in 4. typis Francisci Heylan.

DCXXV.

AUGUSTINUS A VIGUERIA prov. Genuen. Minor. Capuccinor. vir doctus, & pius scripsit

Lectiones 37. super visionem scalæ Jacob Gen. 28.

Commentaria scripturalia, & moralia in Threnos Jeremiæ. to. 1. in 4.

Conceptus scripturales, & morales super Missus est. to 1. in 4.

Conciones ab Adventu usque ad Septuagesimam. to. 1. in 4. Quæ omnia mss. servantur apud Capuccinos in Cœnobio Immacul. Concept. Genuæ, teste Diony. Genuen. apud Jo: a S. Anton. to. 1. Obiit anno 1617.

DCXXVI. 277.

AUGUSTINUS de Witte = Regul. Observ., de quo & Dupinus sec. XVII., & Jacobus Le Long in Bibliotheca Gallica, & Jo: a S. Anton. to. 1.

DCXXVII. 278.

AURELIUS SABELLIUS = a Stia Clusentini tractus oppido, Theologus, & concionator, ac Guardianus Conventus Montis Alverniæ; de quo Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minorum a quo Jo: a S. Anton. to. 1.

279.

AUSONIUS NOCTINOT = nomen anagrammaticum, quod est *Antonius Cotonius*, de quo supra.

B

DCXXVIII.

BALDUINUS BRANSWIKENSIS Germanus, quo tempore vixerit, non reperi, composuit

Historiam provinciæ Saxoniæ, quam adducit Antonius Melissanus in Supplem. ad Annales Minorum Waddingi sub an. 1230., aitque ms. asservari; & Waddingus ipse in Annal. Minor. an. 1219. num. 42., & 1225. num. 21.; & Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 7. Novembr. §. 2.; atque Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 173. hujus meminerunt. Et Waddingus quidem ad annum 1219. n. 42. ait: *ut refert Balduinus de Branswich in Historia ms. provinciæ Saxoniæ, quæ penes me est, quam ille partim concinnavit ex iis, quæ praesens vidit, partim ex iis, quæ accepit a Jordane de Yano, qui cum primis Fratribus ad Saxones fuerat destinatus*: sed & ad annum 1318. num. 36. hic dicitur *continuator* Jordanis de Yano, qui adhuc in vivis erat anno 1262.; unde videtur scripsisse circa annum 1300. *Chronicon Saxoniæ*; cujus ms. in Archivo provinciæ Bavariæ a *P. Nicolao Glasperger* exaratum extat, qui vivebat anno 1480., ut in addit. ad Waddingum ad an. 1245. num. 31.

DCXXIX. 280.

BALDUINUS JUNIUS = de quo Petrus de Alva tab. 1., Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 173., & seqq., Valerius Andreas, Dupinus, Lequile, aliique.

Sermones super Evangelia Dominicalia annua a festo Pentecostes incipientes, & in duas partes divisi Antuerpiæ an. 1610., & 1611. in 8. ex Bibliograph. Anisson pag. 133.; & ibidem anno 1619. in 8. apud HH. Nutii.

Manuale theologicum. Coloniæ in 4. per Bernardum Gualterium, & Majencæ an. 1615. Ejus *de Romano Pontifice* liber 3., & *de Ecclesia militante* liber 4. habentur in Pontificia Bibliotheca P. Roccaberti to. 5.

Theatrum SS. Principum veteris, & novi Testamenti. Antuerpiæ 1631. in 8., & Coloniæ antea 1622. in 4., quod Waddingo est: *Vitæ SS. Principum*.

Collationes igneæ in festa B. Virginis. Cent. 9. Duaci an. 1601., de quibus Marracius in Biblioth. Mariana.

In Dominicas, & festa totius anni. Centuria 1. Duaci 1631.

Scutum catholicæ fidei in XI. tractatus distributum; quo agit de vocatione Ministrorum Ecclesiæ Dei; de præsentia Christi in Eucharistia; de Purgatorio; de observatione legis, & Ministrorum Ecclesiæ; de gratia, & libero arbitrio, & autore peccati; de peccato originali, mortali, & veniali; de Justificatione, & merito bonorum operum; de Antichristo; de Ecclesia; de prædestinatione; & de invocatione Sanctorum. Antuerpiæ an. 1622. apud Trognesium.

Lilium inter spinas &c.: *de B. Virgine* sermone patrio.

Fasciculus mirrhæ dilectus; seu *Vita Jesu Christi Domini nostri*.

Canticum Canticorum Ecclesiæ Dei, & animæ sanctæ applicatum. in 8.

Iter quadrimestre Comitis Buquoi, progressus, quo Austria est conservata, Bohemia subjugata &c. Viennæ Austriæ an. 1612. in 8.; cui Bertholdus Rauchenstein reposuit *Constantium peregrinum castigatum*. 1612. in 4.

Chronicorum Ordinis Minorum partem 4. vulgavit Coloniæ an. 1622.

Mons spiritualis Confessariorum. Antuerpiæ an. 1622. in 8. apud Trognesium.

De Sacramento Pœnitentiæ Centuria 1. Bruxellis 1628. typis Pepperman.

De SS. Vincentio, Valentino, Catharina Senensi, & Antonino Archiep. Florentino. Centuria 1. Bruxellis 1628. apud Murbetium.

De B. Raymundo, Alberto Magno, Martyribus Japonensibus. Centuria 1. ibid. an. 1629.

De cognoscendo, & amando Deum. Cent. 1. Lovanii an. 1629.

De vita civili. Centuria 1. Lovanii 1629.; & Centuria altera ibidem 1631.

De novo Testamento. Centuria 1. Duaci 1629.

Historiale ab origine mundi usque ad annum LVII. Ceturia 1. ibidem 1629.; & *ab anno mundi LVII. usque ad annum* CC. Bruxellis 1630.

De doctrina civili. Centuria 1. Lovanii an. 1630. O De

De Sanctis. Centuria 1. Duaci anno 1630. apud Hurroy.

De Ven. Sacramento Eucharistiæ, & de Sacrificio Missæ. Centuria 1. an. 1630. Lovanii

De Sacramentis Extremæ Unctionis, Ordinis, & Matrimonii. Centuria 1. ibidem an. 1630.

De tota Aristotelis Logica, & Physica; de Theologia; præceptis decalogi, & Ecclesiæ. Centuria 1. ibidem an. 1630.

De S. Angelo Custode. Centuria 1. ibid. an. 1631.

Historia a Christo nato ad Fridericum II. Imper. Ibidem 1631.

Caput Sponsæ, seu Speculum Prælatorum. Duaci an. 1631. in 8. apud Hurroy.

Hortus conclusus, sive Instructio status Religiosi. Ibidem.

Viridarium Ecclesiasticum; sive *de benedictionibus variis in Ecclesia*; *de Episcoporum dignitate* &c. Ibidem.

Pharetra quadruplex divini amoris. Antuerpiæ an. 1632. in 8. typis Trognesii: agit primo de mundo, & cælo; 2. de metheoris, gemmis, & metallis; 3. de Purgatorio; 4. de homine, & Angelo.

Principes Hollandiæ, & Zellandiæ &c. Ibidem 1632. in 8.

Lamentationes Jeremiæ triplici sensu exposita. Ibidem in 8.

Speculum animæ de cognitione sui. Ibidem 1633.

De Sacramentis in genere. De Baptismo, & Confirmatione. Centuria 1. Lovanii an. 1648. in 8. apud Henricum Hastemium.

De SS. Dominico, Petro Martyre, & Thoma Aquinate. Centuria 1. Bruxellis 1648. apud Murbetium.

D C X X X.

BALDUS DE MONTENOVO Piceni, Senogalliensisque diœcesis oppido Min. Conv. sac. Theol. Magister, & concionator egregius anno 1440. Bononiæ conciones quadragesimales habuit in celeberrimo S. Petronii Templo, ex monumentis illius Basilicæ; postea suæ provinciæ Minister extitit, Ordinisque Vicarius Generalis, ut legitur in Chronico Eugubino to. 21. Rer. Italic. Scriptor. sub an. 1462., floruitque sub Pio II., teste Rodulphio lib. 2. fol. 257. in provincia Marchiæ Custodiaque Æsina; & scripsit

Conciones quadragesimales, ac per anni circulum; & si quæ alia, quæ ad nos non pervenerunt.

Anno autem 1462. factus est suæ provinciæ Minister, & dicitur *Ubaldus* ex Catalogo apud Waddingum in Annal. Minor. ad an. 1399. num. 22.; eratque & antea anno 1455. ex eodem Waddingo ibidem num. 51.

D C X X X I. 281.

BALDUS PERUSINUS = etiam Antonius Possevinus in Appar. sac. scribit, hunc sub finem vitæ *in familiam S. Francisci ingressum esse*. Ejus *Opera omnia* volum. 6. in fol. m. prodierunt Venetiis an. 1577. apud Juntas.

Super Codice, Feudo, Digesto novo, & veteri, Instructione Justiniani, & *Infortiato* cum *additionibus* Jurisconsultorum variorum Lugduni an. 1545.

In volumen Decretalium cum pluribus *additionibus*. Lugduni 1547. in fol., & Venetiis 1595. cum *annotationibus Farona, & Godemini*.

Consiliorum volumina 4. Venetiis 1575., & 1643.; cum *additionibus* vero *Flavii Torti* volum. 6. an. 1600.; & antea Francofurti volum. 5. an. 1585.

Repetitio in legem 2. c. de rescindenda venditione. Lugduni an. 1533.

Repetitio in legem, si filius hæres de liberis, & posthumis. Ibidem an. 1538. Extat & to. 8. *tract. juris* edit. Ven. an. 1584. par. 1. fol. 225.

Syndicatu Officialium extant ibidem tomo 7. fol. 224.

De Substitutionibus. Ibidem to. 8. par. 1. fol. 201.

De quæstionibus, & tormentis sine tortura. Ibid. to. 11.

De exceptionibus; & *de feudis additiones*. Ibidem to. 12. fol. 195.

De Tabellionibus. Venetiis 1546. & 1584.

De carceribus. Coloniæ an. 1569., & Lugduni 1603.

De constituto. Coloniæ 1575.; & Lugduni an. 1603.

De cautelis, & remediis. Lugduni an. 1577.

De pactis; & *de regulis Statutorum*. Venetiis 1584. *De Statutis*. Francofurti 1606.

De jure Protimiseos. Francofurti an. 1588. in 8.

De additione cum inventario. Coloniæ 1590. in 8.

Singularia cum additionibus. to. 2. Francofurti an. 1596.

De testibus. Coloniæ Agrippinæ 1596.

Baldus accusatus de vi turbativa disputatio. Augustæ Vindelic. 1597. in 4. Scripsit etiam

Commentum de pace Constantiæ, & de jure congruo.

Librum tit. *Peculium*.

Tractatum de commemorationibus; nec non

De illustribus Doctoribus utriusque Juris lib. 1. ex Oldoino in Athenæo Perusino.

Repertorium; *super sextum Codicis, super* 10. *Collect.* extare mss. in Biblioth. Warmiensi in Prussia refert Possevinus in Catal. Biblioth. mss. in fine Apparatus sacri. Hujus Operibus addas &

Tractatum celebrem *de schismate Ecclesiæ* sui temporis pro Urbano VI., quem nuper vulgavit Mansi in fine tomi 7. Annal. Eccles. Raynaldi edit. Lucen. ex ms. Vatic. *Tractatum* hunc editum *contra Clementem VII.* Italum, qui ab anno 1523. sedere cœpit, falso putavit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 179.; est enim contra Clementem VII. Gallum, qui ab an. 1378. in schismate contra Urbanum sedit.

De eo satis apposite cecinit Latomus.

„ Qui Baldum Juri negat accendisse lucernam,
„ Ille potest medio sole negare diem.

D C X X X I I. 282.

BALDUS DE STRONCONIO = provinciæ S. Francisci, seu Umbriæ Regul. Observ.; eum esse puto, quem Augustinus Superbus autor synchronos in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. fol. 20. dicit *Baldum Novellum*, provinciæ S. Francisci alumnum, Lectorem, & verbi Dei prædicatorem illustrem, doctrina, vitæque probitate insignem scripsisse

De Adventu Christi, & alia.

Conciones de Adventu Fr. Baldi Novelli italico sermone prodierunt Venetiis an. 1627. ex Officina Jacobi Sarzinæ in 4. Jo: a S. Anton. exscribit Waddingum.

D C X X X I I I. 283.

BALTHASSAR BASSELIERS = Strict. Observ. Reformat. adscriptus obiit an. 1638., ex Dupino sec. 17. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D C X X X I V.

BALTHASSAR A BUSTAMANTE Peruvianus Limæ natus, provinciæ XII. Apostolorum Regul. Observ. alumnus fuit, ac Definitor, & in declamandis sermonibus ad populum excellentis opinionis: publicavit librum hispanice hoc titulo:

Primitiæ Peruviani regni; ut Ægidius ait to. 2. Theatri Ecclesiastici Indiarum.

Concionem de patrocinio, & pro patrocinio Virginis habitam in solemni novendiali Cathedralis Ecclesiæ Limæ an. 1644. in 4.

Concionem ad Fratres congregatos in Capitulo prædictæ provinciæ. Ibidem an. 1650. teste Petro de Alva col. 153. Militiæ univ.

De correctione fraterna tractatum anno 1650. prælo paratum habebat ex Fr. Didaco Cordubensi Salinas in Chron. memoratæ provinciæ lib. 6. cap. 7. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 176.

D C X X X V.

BALTHASSAR DE CANIZAL Palentinus Hispanus transtulit ex hispano in latinum

Summam casuum conscientiæ Fr. Emmanuel Rodriguez Minoritæ. Duaci an. 1614.; Coloniæ an. 1620. in 4. apud Hierat; Venetiis 1622. in 4. typis Varisci ex Indice Bibliothecæ Tellerianæ. Hujus meminit Nicolaus Anton. to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 271.; qui *Palentinum* appellat, sed familiam reticet, inquit Jo: a Anton. to. 1.

D C X X X V I.

BALTHASSAR CULTRARA Politiensis Siculus Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, & concionator haud vulgaris notæ decessit immatura morte Catanæ anno 1624., teste Philippo Cagliola in prov. Siciliæ explor. 3. manifest. 2., ubi eum per errorem vocat *Cutrana* ex Pyrrho in Not. Cephalud. Eccles. Scripsit autem

Orationes plures; & italice

Orationem in obitu Philippi III. Regis Hispaniarum Politii habitam die 12. Julii an. 1621., cusamque Panormi eodem anno per Jo: Baptistam Marignum in 4.

Theologica, & concionatoria plura alia composuit, & mss. reliquit, in patrio suorum Cœnobio asservata. Obiit, dum in majori Templo Catanæ quadragesimales conciones haberet, ex Mongitore in Biblioth. Sicula apud Jo: a S. Anton. to. 1., qui *Cultranam*, vel *Cutranam* appellat.

D C X X X V I I.

BALTHASSAR FLORENTINUS Laicus, seu Conversus Regul. Observ. vir miræ pænitentiæ, & spiritu prophetiæ clarus obiit in patria an. 1493. prope finem mensis Maji in Cœnobio S. Salvatoris humatus, cum scripsisset, seu congessisset a suis neglectas

Glossulas ad præcipua quæque, & obscuriora Apocalypsis loca, teste Wadd. in Annal. ad eum annum num. 15.

D C X X X V I I I. 284.

BALTHASSAR A MYRIACA = Regul. Observ. edidit etiam

In Psalmum 83. *conciones octo*; *in Psalmum* 90. *conciones septem*; *in Psalmum* 102. *conciones decem*; ait Sedulius apud Fr. Carolum de Coudhenove apud Jo: a S. Anton. to. 1.

Sermones decem super Psalmum 90. *Qui habitat*; ex Francisco Gonzaga par. 3. apud Baretium autorem Chronic. S. Franc. par. 4. lib. 7. cap. 7.

De eo etiam Arturus agit ad diem 14. Julii §. 17., & Dupinus sec. 16.

D C X X X I X. 285.

BALTHASSAR OLYMPIUS = Min. Conv. sac. Theol. Baccalaureus, & concionator non ignobilis

Parthenia Opus suum spirituale inscripsit metro italico, dicavitque Elisabethæ Gonzagæ Urbinatum Ducis uxori excusum Venetiis 1625. in 8. typis Bindoni; cujus in honorem cecinit Benettus Ramperti poëta.

Sermones funebres vernacula simul, & latina lingua impressi sunt Venetiis an. 1525. in 8. per Nicolaum Zopinum; diciturque 2. editio. Extant Bononiæ in Biblioth. S. Francisci. Ibidem recusi fuerunt anno 1541. per Franciscum Bindoni, & Pasinum cum *methodo peragendi Confessionem Sacramentalem generalem*: extantque Asisii apud nostros.

Conciones quadragesimales etiam composuit, quas se habuisse in majori Ecclesia Forosemproniensi ipsemet enarrat in sua *Parthenia*. De eo P. Rodulphius lib. 3., aliique post eum, nuperque Jo: a S. Anton. to. 1.

D C X L. 286.

BALTHASSAR PACHECUS = Regul. Observ. Salmanticen. diœcesis.

Tractatus, seu discursus 14. prodierunt anno 1596. ex Officina Jo: Fernandez, non an. 1546., ut habet Waddingus.

In 2. Decalogi præceptum &c. 1600. apud Andream Renat.

Sermones de Sanctis. Ibidem 1605. in 4. apud Artum Taberniel.

Concionem in sacro die Pentecostes Romæ habitam apud Aracæli ad Capitulum Generale Ordinis an. 1600. celebratum. Romæ an. 1600. in 4. apud Nicolaum Mutium ex Jo: a S. Anton. to. 1.

Exhortationem ad Theologos ad studium Juris canonici, & methodum cognoscendi Rubricas latine. Salmanticæ an. 1614. in 4. ex eodem.

De eo Nicolaus Anton. to. 1. Biblioth. Hisp., & Philippus Labbè in Bibliotheca Bibliothecar.

D C X L I. 287.

BALTHASSAR DE VICTORIA = Regul. Observ. concionator

Theatrum Deorum gentilium prodiit etiam Matriti an. 1676. in 4. typis Regiis. Scripsit etiam Opus rethoricum

Emblematum tit., quod ms. extabat penes Fr. Jacobum de Castro, ipso teste to. 1. Chronic. prædictæ provinciæ pag. 115. apud Jo: a S. Anton. to. 1. Agunt de eo Nicolaus Anton., & Kenigius in suis Syllabis.

D C X L I I.

BALTHASSAR A VILLAFRANCA Hispanus provinciæ Conceptionis Regul. Observ. anno 1582., quo a Confessionibus erat Clarissarum Regii Conventus Tordesillen. oppidi, erudite composuit hispane.

Methodum confitendi: quo titulo exponit *Decalogi, & Ecclesiæ præcepta*: *opera misericordiæ*: *Sacramenta*: *virtutes Theologales, & morales*: *dona, & fructus Spiritus Sancti*: & *beatitudines Evangelicas*; adjecto *tractatu de Indulgentiis*: incip. *Sententia es de muchos* &c. Extant ms. in Bibliotheca S. Franc. prædicti loci sub M. num. 189. in 8., teste Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

DCXLIII.

BAPTISTA DONOLINUS Vicentinus Min. Conv. sac. Theol. Baccalaureus, & verbi Dei prædicator non contemnendus castigavit, mendisque expurgatos imprimi curavit

Sermones quadragesimales Ioannis Aquilani Ord. Præd. Regal. Observ. Venetiis anno 1522. in 8. per Jacobum Pentium de Leucho; postea ibidem an. 1576. impressos per Ægidium Regazolæ: quas editiones non vidit Jacobus Echard in to. 1. Biblioth. Ord. Prædicat. pag. 856.

DCXLIV. 288.

BAPTISTA FERNANDEZ = Regul. Observ. De eo Dupinus in Supplem. to. 3., Lequile, & Jo: a S. Antonio to. 1.

DCXLV.

BAPTISTA DE FERRARA Italus ante annum 1620. elucubravit

Commentarium in 3. Sententiarum, ut ex Salazario Leone, Jo; Eusebio, & Pistoja refert Petrus de Alva col. 159. Militiæ, & Fr. Ludovicus Miranda in tract. *de Conceptione V. M.* quæst. 19. apud Jo: a S Anton. to. 1. pag. 179.

DCXLVI. 289.

BAPTISTA MONSFELTRIA = Sansovinus in Familiis illustr. Italiæ de Familia *Monsfeltria* sub an. 1392. hanc dicit filiam *Antonii*, & sororem *Guidonis*, Galeatio Malatestæ anno 1404. desponsatam; quod ipsum asserit & Jacobillus de SS. Umbriæ to. 2., qui addit defuncto marito anno 1447., Ordinem S. Claræ ingressam esse anno 1448. die 9. Junii, & sancte obiisse post biennium anno 1450. die 3. Junii Fulginei in Monasterio S. Luciæ; filiamque habuisse nomine *Elisabetham* Petri Gentilis Varani Camerini Domini uxorem, quæ, defuncto marito, Institutum S. Claræ cum matre amplexa, & Urbini an. 1477. in Monasterio S. Claræ, quod reformarat, diem obiisse narratur. Errat itaque Bergomensis, dum tradit, *a doctissimo, & religiosissimo Presbytero Francisco Petrarcha*, qui obiit anno 1374., ad capessenda bonarum literarum studia hanc adhortatam esse, cum eo anno nondum Baptista lucem aspexerit. Turpius etiam erravit Baptista Fulgosius lib. 8. cap. 3., & post eum Possevinus in Appar. sac., & si quis alius, asserentes, hanc Galeatii Malatestæ fuisse filiam, & Guidoni Montefeltrano nuptam. Leonardus autem Brunus Aretinus ad hanc misit *Opusculum de studiis, & literis*; non Franciscus Petrarcha. De hac agens Jo: a S. Anton. to. 1. exscripsit Waddingum.

290.

BAPTISTA SALVIS = idem est ac sequens *Baptista Trovamala*, hic enim patria, ibi cognomen exprimitur; mirorque Waddingum, Joannem a S. Anton., aliosque, qui aut ejusdem Instituti, aut Opera revolverunt, scopulumque evidens non viderint.

DCXLVII. 291.

BAPTISTA TROVAMALA = non *Navamala*, Salensis dictus a *Salis*, vel *Salo* oppido in finibus Liguriæ, Æmiliæ, Insubriæque diœcesis Derthonensis, Genuensis, & Papiensis, qui primum *Summam* condidit, vulgavitque titulo *Baptistinianæ*, postea titulum mutavit in *Rosellam*; hinc creditus est diversus autor, & modo dictus *Baptista a Salis* a loco; modo *Baptista Trovamala* a cognomine; modo Summa *Baptistiniana* vocatur; modo Summa *Rosella*. Familia *Trovamala* nobilis est in civitate Papiensi, ex Stephano Breventano in Historia Papien. anno 1570. vulgata lib. 1.

Summa Baptistiniana prodiit primum Novis an. 1484. in 4. per Nicolaum Girardengum, in cujus fine legitur: *a Fr. Baptista de Salis Ordinis Minorum de Observantia provinciæ Genuæ compilata anno* 1483. *apud Levantum in loco S. Mariæ Nunciatæ*: non apud *Lovanium*, ut habent Rodulphius, Possevinus, ac Jo: a S. Antonio. Postea impressa est eodem anno 1484., & 1488. in fol. per Antonium Koberger Norimbergæ; Venetiis an. 1485. per Georgium Arrivabene; Lugduni an. 1488., nec non Papiæ an. 1489. per Jo: Anton. Birretum, & Franciscum de Girardenghis in fol. ex Orlando de Orig. & progr. Typographiæ; Parisiis etiam an. 1499. Autor autem anno 1495. aliam editionem fieri curavit Venetiis in 4. per eumdem Georgium Arrivabeni hoc titulo:

Summa Rosella per Fr. Baptistam Trovamalam Ordinis Minorum Observantiæ professorem edita: cujus mutationis tituli rationem dat autor in prologo, inquiens: *Rosella hæc casuum dudum Baptistiniana nuncupata non per libros, aut rubricas, sed per materias distincta, ideo Rosellæ nomen nunc sortita est, non quod in novum evaserit Opus; sed quia quamplurium, quæ primæ deerant editioni, subtilissimorum casuum ati sertum quoddam obtinuit coacervationem*: Hæc postmodum excusa est item Venetiis an. 1498. in 4., 1499., & 1549. in 8. ex Indice Biblioth. Barber., atque Argentinæ an. 1516.

Citat hunc autor æqualis Bernardinus Busti in Rosario par. 2. serm. 13.; Adrianus VI. in 4. Sentent. lib. de Sacramento *Confessionis* q. 2.; & Jo: Major in 4. Senten. dist. 20. q. 17. Trithemius vero in Script. Eccles. *Baptistam de Salis* ait scripsisse *quædam alia*; vocatque virum in divinis Scripturis studiosum, & eruditum; tamque in utroque Jure, quam in seculari Philosophia egregie doctum; ingenio subtilem, sermone scholasticum, vita, & conversatione devotum, ac regularis disciplinæ observantia præclarum. In Papiensi editione memorata an. 1489. & die 15. Aprilis facta legitur initio *epistola*, quam exscripsit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 180.

„ Ascanius Maria Sforcia Vicecomes S. Viti
„ ac Diaconus Cardinalis Baptistæ Trovama-
„ la S.

„ Si mihi divitias Arabum; si Libica rura
„ Præstiteris: munus gratius esse nequit.
„ Est Opus eximium; toto celebrabitur orbe:
„ Fama, tuæ laudes ethera, & astra petent.
A me si cupias aliquid, non poscere differ:
„ Hoc tibi devinctus munere semper ero.
„ Vale.

DCXLVIII. 292.

BAPTISTA VARANA = in seculo vocabatur *Camilla*; de qua agit etiam autor Camerini sacri pag. 297., & ante eum Camillus Lilius Histor. Camerin. par. 2. lib. 6. pag. 209., lib. 7. pag. 230., & seqq., pag. 236., & seq., & lib. 9. pag. 298., qui addit obiisse die 31. Maji an. 1524. ætatis suæ an. 67.; quippe orta est an. 1458. die 9. Aprilis.

Recordationes, & *Instructiones spirituales* sunt duo *tractatus*, inquiunt Act. SS. Bolland. Continuat. mensis Maji die 31.; quorum brevior alter *recordationes*, seu monita quædam complectitur Baptistæ adhuc in seculo degenti data: alter longior continet *instructionem* ad perfectionem assequendam ad Sacerdotem Religiosum filium suum spiritualem missam.

Opus

Opus *de doloribus mentalibus D. N. I. C.* scriptum an. 1488., auctumque tribus capitibus anno 1491. edi curavit Matthæus Pascuccius Camers an. 1630.; evulgarunt etiam laudati Bolland. Continuatores loco cit.; legiturque & inter Opuscula Laurentii Scupoli par. 2.

Conversionis suæ librum scriptum *in Monasterio S. Mariæ novæ Camerini die* 20. *Martii anno Dom.* 1491. jussu Fr. Petri de Molleano sui Confessarii, cujus suasione ad perfectionem cœpit accendi, aliusque est a B. *Petro* ejusdem Instituti & loci jam defuncto, sanctitate, & miraculis illustri quem ipsa memorat cap.9. & 13., Soror Eufrosina de Cornia ejusdem Monasterii an. 1557. una cum superioribus *tractatibus* exscripserat, teste Waddingo in Annal. ad an. 1509. n. 25. ex Bartholomæo Cimarella, qui eos vulgavit par. 4. Chron. S. Franc. lib. 7. a cap. 1. usque ad 33., ubi sunt & ejus *Versus* italici, de quibus Marius Crescimbeni vol. 1. lib. 2. cap. 13. pag. 80. de vulgari Poësi, ubi eam vocat *Camillam Varani*. Eumdem librum in 19. capita divisum publicavit Maceratæ an. 1624. Dominicus Pasinus Camers & ipse Congregationis Oratorii Presbyter; postea an. 1688. Antuerpiæ cit. Act. SS. Continuat. Bolland. latine factum, & notis illustratum cum supplemento ad eamdem *Vitam*, & epistolis aliquot.

Epistolæ ejus extant mss. in Biblioth. Vatic. cod. 4658. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 116. Jo: a S. Anton. exscripsit Waddingum.

Pia documenta, quæ Waddingus in *Indice materiarum* Scriptorum Theologiæ asceticæ, & mysticæ dicit esse *Catharinæ Camertis*, cujus meminit & in *Indice nationum* inter Italos, sunt hujus *Baptistæ*, quæ in seculo dicebatur Camilla, non Catharina.

DCXLIX.

BARNABAS DE GAMBELLARA Veronensis agri oppido Capuccinus integerrimæ vitæ scripsit italice

Contrarietates favorabiles mysterio Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis to. 2. ex Pagnotio, & Marracio apud Biblioth. Capuccin., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 18.

DCL.

BARNABAS INTERAMNENSIS Umber J. V. Doctor minime vulgaris extiterat sec. xv.; sed rerum humanarum pertesus Ordinem S. Francisci Regul. Observ. ingressus est, ubi Teologiæ studio, ac predicationi verbi Dei operam navando; orationi insuper, rerumque cælestium contemplationi jugiter vacando ea prudentiæ, doctrinæ, vitæque integritatis existimatione fuit, ut suæ Provinciæ Umbriæ Vicariatus officium exercuerit. Utque proximorum, pauperum in primis necessitatibus consuleret, atque Hebræorum usuris occurreret, primus *Montium Pietatis* institutor; seu *restitutor*, fuit, re cum *Fr. Fortunato* Perusino ejusdem Instituti J. V. doctissimo communicata, & coram eruditissimis Gymnasii Perusini Doctoribus disputata, ac propugnata, scriptisque, ac pro concione etiam promulgata. Quapropter scripsit

De licita, & justa Montis Pietatis erectione an. 1450.; quæ institutio post tot adversariorum irritos conatus, & scripta tandem in Lateranen. Generali Concilio sub Leone X. approbata est. Obiit hic vir plenus dierum, & sanctitatis fama an. 1472. in Cœnobio Carcerum prope Asisium, in sacello sepultus, quod ei erexit vir nobilis Perusinus, ex Mariano apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 5. cap. 49. & 50. & Waddingum in Annal. Minor.

Mons Pietatis primum dicitur erectus an. 1450. ex Bened. xiv. de Synodo diœces. lib. 10. cap. 5. Sed vide infra *Franciscus a S. Simone*.

DCLI. 293.

BARNABAS N. = floruit initio seculi xvi. ex Mariano, & Mareo Ulyssipon. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 9. cap. 42. ex Memorial., diciturque *de Palma* a Nicolao Anton. in Biblioth. Hisp. to. 1. par. 2., & Gonzaga part. 3. de Conv. Palmæ, & Fr. Andrea de Guadalupe in Chron. illius provinciæ lib. 10. cap. 9., ubi perperam dicitur *Bartholomæus de Palma*: agit de eo Marracius, Rapinæus, aliique apud Arturum ad diem 20. Januar. §. 6.; miraculisque post mortem claruit. Licet idiota esset, nec Grammaticam vel a limine salutasset, sacræ tamen Scripturæ loca luculenter explanavit, scripsitque latine artificiosissimum *Libellum* devotissimum, vereque mellifluum tit.

Via spiritus, ex Gonzaga par. 3. de Cœnobio Palmæ; quem postea typis tradi curavi Dux Bexarensis. Edidit quoque

De ascensu mentis in Deum lib. 1.

De Vita Christi lib. 1.

De mysteriis Missæ lib. 1.

De doctrina Christiana lib. 1.

De gradibus Orationis lib. 1.

De novissimis lib. 1., &

Centiloquium animæ, teste cit. Fr. Andrea de Guadalupe.

* BARNABAS DE PALMA = v. *Barnabas N.*

* BARRECIUS DE BARRECIIS, quem hoc loco recenset Jo: a S. Anton. to. 1. ex Arturo, & Petro de Alva, fuit Cremonen. Typographus, & secularis, ut editiones clare produnt, quas non vidit Jo: a S. Anton.

DCLII. 294.

BARTHOLOMÆUS ALBISIUS = filius fuit *Domini Albisi* ex nobili familia *Vicecomitum de Vico Pisano* ex monumentis Conventus S. Francisci, & urbis Pisanæ. Extat enim Pisis in Ecclesia S. Francisci sepulcralis lapis cum hac epigraphi: *S. prudentis viri Dom. Petri Iurisperiti olim D. Albisi Iudicis de Vico, & hæredum suorum A. D.* MCCC...-VII. *die* XIII. . . . . Alius antiquior *Petrus Albici filius Consul, & Nuncius Pisanorum* fuit ad Henricum IV. Imp. 1116. ipsi Henrico Imp. charus, ex monumento apud Ughel. to. 3. in Pisan. Archiepisc. num. 55. *Bartholomæus* porro alterius Petri prius memorati frater fuit *sac. Theologiæ Doctor*, cum legisset Patavii, ut ipsemet scribit Conformit. VIII. de loco *Pandæ* disserens; item Bononiæ, Senis, Florentiæ, & Pisis, ut autor Chronic. S. Francisci par. 3. lib. 1. cap. 8. affirmat. Anno 1373. aggregatus est Collegio Theologorum Florentiæ, ex Cerrachino in Catalogo Theologor. dictæ Universitatis; qui & addit, legisse eum etiam in Universitate Pisana. Ipse Confor. XI. par. 2. in provincia Tusciæ locum *de Vico Pisano*, suæ videlicet originis, celebrat, & secundum in illa provincia, Custodiaque Pisana eum constituit. Verbi Dei concionatorem quoque egit in præcipuis Italiæ civitatibus multis annis omnium applausu, cum vir magnæ abstinentiæ esset ad pristinæ Religionis normam factus,

ctus, quam promovere paupertate, humilitate, patientia, ceterisque virtutibus enixe curabat, ob id igitur magnam sui nominis consecutus existimationem vivens supra 20. miracula meritis S. Ludovici Episcopi, & B. Gerardi Valentini patrasse narratur. Tandem meritis onustus, & laboribus confectus prope centenarius moritur in patria anno 1401. ante aram B. Gerardi humatus cum inscriptione ad sepulcrum ei seorsum extructum: *Hic jacet Venerabilis frater Bartholomæus Domini Albiti Ordinis Minorum, qui obiit A. D.* M. CCCCI. *die* X. *Decembris*: etsi corrupte ibi legi dicant: MCCCLI., C. in L. per errorem sculptoris verso; quod non semel in aliis inscriptionibus factum legimus. Qui hunc obiisse putant an. 1351., ex dictæ inscriptionis corrupto numero Pisis ad ejus sepulcrum positæ MCCCLI. loco MCCCCI. decipiuntur: cum præter Beatos, Cardinales, Ministros Generales, Scriptores Ordinis ab eo relatos, qui post annum 1351. floruerunt, habeat Conform. VIII. par. 2. in Prov. S. Antonii Cust. Paduæ, & loco Utinensi de *B. Odorico* miraculum de Fratre mortuo sesduano resuscitato, *quem vidit suscitatum Fr. Henricus Generalis Minister, & mihi* (inquit) *Magistro Bartholomæo dixit ipse oretenus*: qui Generalis assumptus fuit anno 1387.: & Conformit. XVIII. par. 2. §. 18. asserit, S. Franciscum prædixisse *schisma, quod nunc est in Ecclesia sancta Dei* &c.; hoc autem incæpit anno 1378., & duravit post annum 1400. Ante P. Rodulphium Jo: Mapellus, qui Mediolani anno 1513. edi curavit *Conformitates S. Francisci*, in fine earumdem inquit de eo: *cujus ingenio plusquam trigiata, & quidem ingentia librorum catholicorum volumina in lucem edita sunt*.

Opus Conformitatum B. Virginis cum Christo idem est, ac *Opus de laudibus B. Virginis* cusum Venetiis an. 1596. in 4. per Petrum Dusinellum opera *Guidi Bartholacci* Asisiatis Ord. Min. Conv. ex ms. Bibliotecæ S. Crucis Florentiæ, ut liquet ex fructu 1. libri 1., ubi pag. præsertim 18., & 20. disserit de XXVI. *modis Conformitatis Vitæ B. Virginis ad Vitam Christi*; Opusque divisit in *fructus*, ut illud de Conformitatibus S. Francisci ad Christum, inscripsitque *de Vita B. Mariæ*: illud a Dionysio Pulinari Florentino Regul. Observ. in italicum sermonem conversum fuit; cujus *fructum* XXVIII. ipse autor citat in Conformit. 2. S. Francisci par. 1., & alibi sæpe, nempe Conformit. 12. 29. 31. & 33. sub titulo: *De Vita Virginis Mariæ*: quare illud composuit ante annum 1385.; quod Opus *Mariale* nuncupatur a Bernardino Busto in suo *Mariali* par. 1. serm. 4. p. 3.

Opus aliud de B. Virgine, ejusque laudibus ipse composuit, quod adducit in prologo, vel epistola præfixa Operi *de Laudibus B. Virginis* impresso in hunc modum: *volentes tamen plenius intueri præfata, ad Summam recurrere possunt, quam de hac materia composui, ubi hic omissa diffusius pertractantur*.

Opus Conformitatum S. Francisci ad Christum tribus libris, & XL. fructibus, seu Conformitatibus conflatum extat ms. Romæ in Bibliotheca Aracæli exaratum a *Fr. Marco Trivisano* Ord. Min. an. 1418., teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1399. n. 10.; & etiam Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci in fol. an. 1465. die 23. Februarii a *Fr. Paulo de Marostica* Ord. Min. exaratum; atque Mediolani in Biblioth. Ambrosiana, ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 509. cod. pergam. Opus ab autore inceptum fuit an. 1385., ut in principio Operis: & terminatum circa annum 1395., cum in Conformit. XIV. §. 6. legatus annus 1390., dicatque se eo anno scribere, & totum Opus citetur in serm. 17. feriæ 4. Dominicæ 2. *Quadragesimalis* ejus *de contemptu mundi* anno 1398. editi. Hujus Operis prima editio facta est Mediolani anno 1510. in fol. per Gotardum Ponticum apud Templum S. Satyri die 18. m. Septembris cura *Francisci de S. Columbano* Mediolanensis olim Min. Observ. Vicarii Generalis dicat. *FF. Paulo Balsamo, Raphaeli Varisiensi, Dionysio Leonardi* Novariensi, & *Hieronymo Battalea* Ord. Regul. Observ.; plurimum vero *Franciscus Zenus* contulit ad editionem Operis: porro Fr. Franciscus a S. Columbano uti *Commissarius Generalis* anno 1509. coegit Comitia Generalia Mantuæ, in quibus iterum electus fuit Vicarius Generalis Fr. Franciscus Zenus ex Chron. S. Franc. par. 3. lib. 8. cap. 33. Extat hæc editio Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum, & Asisii in illa S. Francisci; Petrus de Alva, & Astorga de hac agit in *Naturæ prodigio* tab. 1. pag. 111. *Apparatus*; eamque citat & Morerus in magno Dictionario. Tribus post annis *Joannes Mapellus* Mediolanen. sac. Theol. Magister ac suæ Provinciæ Minister editionem suam adornans an. 1513. Mediolani per Zarotum Castilioneum in fol. in epist. ad Marcum Vigerium Card. eo anno data, dictæque editioni præmissa dixit: *indignum quippe arbitrans tantum lumen obtenebrescere, & totam hanc tuam Religionem, ac ceteros mortales tam suavi, tam uberrimo, tam utili fructu privari. Quod quum jamdiu delituisset, existimavi me facturum operæ pretium, si luculenti scriptoris luculentum Opus me duce e tenebris ad totius reipublicæ commodum in lucem educeretur*: quæ quomodo dici quiverint, quando triennium ante jam eodem in loco prodierat, ignoro. Hæ tamen editiones plurimis scatent mendis, nec semper respondent mss. codicibus; nam Conform. VIII. leguntur *Alexander V.*, & *S. Bernardinus*, qui extiterunt post obitum autoris; suntque laciniæ editorum. Prodiit postmodum Bononiæ an. 1590. in fol. apud Alexandrum Benatium opera Jeremiæ Bucchii Minoritæ; sed & cum iisdem mendis, & minus etiam scriptis autoris cohærens; quandoquidem & Conformit. VIII. multæ additiones sunt factæ, nec omnibus innotescunt, cujus sint; & in fine pessimo errore resecata sunt S. P. Francisci *miracula*; nec aliud præsefert boni, nisi nitidiores characteres. Falsum est autem, quod ait Waddingus, hoc Opus prodiisse sub Typographiæ infantia *Venetiis, & alibi sæpe*. Ipsum quidem in italicum idioma vertit Dionysius Polinaris Florentinus Regul. Observ.; sed ms. extat. Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 190. ait hoc Opus *Conformitatum S. Francisci* prodiisse primo germanica lingua anno 1531. absque nomine autoris, & Typographi; item Genuæ (lege Genevæ) an. 1560. in 8. apud Conradum Badium; & batavice translatum Dordraci an. 1589.; latine vero Daventriæ an. 1651. in 16. typis Jo: Columbi: sed labitur vir bonus, confunditque hæreticorum Opus titulo: *Alcoranum Franciscanorum* Erasmi Alberti Lutherani; sed proscriptum opus egregie dedolavit, confutavitque Henricus Sedulius Belga *Apologetico* anno 1607. ex Officina Plantiniana vulgato; & forsan Firminus Minorita Gallus an. 1647.

De

De laudibus B. Virginis, quod ms. extabat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis, teste Rodulphio lib. 3., idem est, ut dixi, ac Opus *Conformitatum B. Virginis cum Christo*; & primo vulgatum fuit Venetiis an. 1596., non 1506., ut perperam habet Index Biblioth. Barber., per Petrum Dusinellum in 4. Autorem hujus Operis Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 181. diversum facit a *Bartholomæo Pisano*, de quo ibi pag. 190., idque ex Jo: Franchino a Coronello to. 2. Biblioth. univ. num. 3291. relato. Sed si Franchinum legisset, aliter sensisset, scripsissetque.

De laudibus Sanctorum forsan est id, quod Marcus Ulyssiponensis in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 8. ait, scripsisse eum *de Laudibus S. Paulli Apostoli*; *de Vita, & sanctitate S. Benedicti*; & *de Vita, ac perfectione S. Dominici*: an autem de aliis Sanctis peculiariter, aut de omnibus generatim egerit, incompertum: Porro

De Vita, & laudibus S. Benedicti lib. 1. in duas partes divisus per meditationes, & fructus: &

De laudibus S. Dominici una cum arbore Ordinis Prædicatorum refertur & ab Antonio Terrinca pag. 291. Theatri Hetrusci Minor., qui forsan Opera conspexit. Hic est sine dubio, de quo S. Antoninus in Chron. par. 3. tit. 23. cap. 1. §. 1. inquit: *& dicit quidam Magister Ordinis Minorum, qui composuit librum magnum de B. Dominico valde magistralem*. Edidit quidem

Beati Gerardi Valentini Ordinis Minorum anno 1347. *Vitam*, quam ms. se habuisse refert Waddingus, & in *compendium* redactam retulit autor in Conformit. VIII. S. Francisci cum additamento. *Sancti Gerardi Siculi Ord. Min. Vita* ms. in pergameno extat Viennæ ex *libro Inventariorum provinciar. Bohemiæ, & Austriæ* servato in Archivo Ord. Min. Convent. Romæ apud SS. XII. Apostolos pag. 45.

De verbis Domini, & de verbis Dominæ ei attribuunt Marianus, Marcus Ulyssiponen., & Terrinca apud Jo: a S. Anton. *Tractatus duo de Passione, Resurrectione, & Ascensione Christi*, ex cit. autore Chron. S. Francisci. Opus quidem *de gestis, & verbis Christi Domini* ipse promisit se editurum in Conformit. XII. par. 1. anno circiter 1389. conscripta.

Expositio in Regulam S. Francisci non est Opus distinctum a commemoratis; sed inter *Conformitates S. Franc.* est *nona* in ordine lib. 1.; quæ postea seorsum vulgata fuit in Monumentis Ordinis tract. 2. fol. 77., & in Firmam. trium Ordinum par. 3., & alibi.

Summa casuum conscientiæ extat ms. Urbini in Ducali Bibliotheca, teste Possevino; quæ mihi videtur esse idem ac *Sermones quadragesimales* incipientes: *Cum jejunatis* &c. *Finis naturæ humanæ cum sit beatitudo*: dubia, & *casus conscientiæ* continentes, & resolventes, excusique Lugduni an. 1519., qui etiam mss. pergam. extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci *manu Fr. Jeronymi de Casena Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ* MCCCCLII. *die* XVIII. *Decembris* exscripti in 4.; & etiam Asisii apud nostros ms. pergam. in 4. sine nomine autoris. *Summa de casibus conscientiæ*: *secundum compilationem fratris Bartholomæi de Pisis consumatum fuit hoc Opus in civitate Pisana anno Dñi* CIↃ. CCC. *trigesimo octavo*. Extat ms. membr. in fol. min. in Bibliotheca Gothana Ducis Saxoniæ ex Catalogo ejusdem Bibliothecæ ab Ernesto Salom. Cypriano confecto, & anno 1714. Lipsiæ vulgato pag. 104. num. 36.; sed forsan extabat scriptum *sexagesimo octavo*, vel CIↃCCCCXXXVIII. Hanc *Summam* perperam Jo: a S. Anton. pag. 191. to. 1. dubitat esse Summam, quæ *Pisanella* dicitur, Bartholomæi Pisani Ordinis Prædicat.

Sermones quadragesimales de contemptu mundi, sive de triplici mundo sensibili, microcosmo, & archetypo, incipientes: *Sui contemptum, & despectionem*: num. 58. usque ad fer. 3. Dominicæ in Albis, qui dicuntur scripti anno 1398. in hac editione facta ab Ulderico Scizenzeler in 4. impressi anno non 1488., sed 1498. cura, atque opera *Joannis Mapelli* Mediolan. Min. Conv. sac. Theol. Magistri; qui in epistola ad Julianum Miglensem ejusdem Instituti concionatorem disertissimum præmissa scribit, *Bartholomæum* Pisanum, *qui anno centesimo nunc peracto claruit*, edidisse *multa Opuscula Theologica*; *Sanctorum laudes*; *conscientiæ casus*; *Christi, & Francisci paralellum, seu vitæ congruentiam*; *in Magistrum Sententiarum Commentarios*; *Mariale Opus de B. Mariæ V. laudibus*; *& de contemptu mundi*: additque, *sermones* prædictos extasse mss. Mediolani in Biblioth. S. Francisci.

Quadragesimale Magistri Bartholomæi de Pisis incipiens: *Conservat*: & finiens: *& superexcrevisse*: extabat olim ms. in membranis Ferrariæ in Biblioth. Capituli Ecclesiæ majoris, ex Inventario ejusdem Bibliothecæ edito an. 1466., & a me lecto; sed modo non inveniri dicunt.

Quadragesimale aliud incip. *A Domino factum est istud*: in cujus fine legitur: *Explicit Quadragesimale V. Doctoris Magistri Bartholomæi de Pisis Ord. Fr. Minorum*: extat ms. Salmanticæ in Biblioth. majoris Collegii S. Bartholomæi scrin. 176., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 191., qui illud se vidisse dicit.

Comment. in Magistrum Sententiarum ex cit. Jo: Mapello, Rodulphio lib. 3., & Gonzaga par. 2.

Sunt, qui hunc Bartholomæum dicunt *de Rivanio* Tusciæ, uti supramemoratus autor Chronic. S. Franc.; sed Troncius in Annal. Pisan. ad an. 1401. tradit, eodem tempore vixisse Pisis *Fr. Bartholomæum de Rinonichis*, al. *de Rinovecho*, Ord. Min. sac. Theol. Magistrum, qui anno 1376. gradum accepit Magisterii per manus Thomæ Patriarchæ Gradensis, cum legisset Pisis, & alibi, ut apud Waddingum num. 8. Narrat quoque S. Antoninus Chronic. par. 3. tit. 22. cap. 3. §. 29., anno 1397. duos Mediolanensis Ducis Commissarios, qui Pisis pro eodem Duce morabantur, una *cum uno Fratre Magistro Theologiæ Ordinis Minorum* suasisse Jacobo Appianensi Pisanorum tyranno, ut Duci memorato in custodiam *Pisas, Plumbinum, Liburnum, & Cascinam* traderet ob multa, quæ ab ipso Duce susceperat, beneficia: num autem de hoc, vel alio loquatur, haud satis scio. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Novembris.

DCLIII.

BARTHOLOMÆUS DE ALVERNA provinciæ Tusciæ vir & doctrina, & pietate, rerumque agendarum prudentia ornatus, ut & suæ provinciæ Vicarii munere sit functus anno 1390., missusque in Palæstinam, ut locorum sanctorum Fratres in severiori disciplina contineret, ea pro sui muneris diligentia *statuta* condidit, quæ refert Waddingus in Annal. ad eum annum. Hujus vero

Tra-

Tractatus, quomodo debemus nos ponere ad recipiendum Corpus Christi extat ms. in Biblioth. Vatic. cod. 5087., ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 305.

* BARTHOLOMÆUS ANGLICUS = vide *Bartholomæus Glaunvillus*.

D C L I V. 295.

BARTHOLOMÆUS AB APONA = vivere desiit anno 1483. fere decrepitus prope Perusium pridie idus Augusti miraculis clarus, ex autore Supplementi ad Annales Min. Waddingi ad eum an. n. 6. al. 4.; cum edidisset etiam

Conciones, quibus adeo inclaruit, ut inter *famosissimos* dicendi genere viros eum enumeret Robertus Liciensis autor suppar, & Prædicator celeberrimus in sermone de S. Bernardino Senensi cap. 2.; diciturque tam ab illo, quam ab aliis pluribus *Bartholomæus ab Ayano* (leg. a *Yano*) Spoletinæ diœcesis oppido; de quo infra num. 318.

Refert Waddingus in Annal. Min. literas Eugenii IV. datas anno 1435. pro *Fr. Bartholomæo de Giano Vicario Gen.*; de quo & Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 43., ubi dicitur *de Apono*: de ipso & Arturus in Martyrol. Francisc. Edidisse

Interrogatorium in gratiam Confessariorum testatur etiam cit. Supplementi autor.

D C L V.

BARTHOLOMÆUS AROMATARIUS provinciæ Umbriæ videtur vixisse seculo xiv., diciturque scripsisse

Distinctionum librum, ut ex Mariano Florentino scribit Waddingus in Annal. Min. ad annum 1344. num. 9., qui hoc loco oblitus est ejus mentionem habere. Habentur quidem Asisii in Bibliotheca nunc, vel Tabulario sac. Conventus S. Francisci *Distinctiones* quædam incompletæ alphabetico ordine dispositæ incipientes: *Angelus*, *Christus*, *vel Spiritus S.*: sed sine nomine autoris; incertum tamen, an ad hunc spectent.

Vigebat autem Asisii *Aromataria* familia adhuc seculo xvii. Sed Terrinca par. 2. Theatri hunc dicit provinciæ Tusciæ, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1., qui eum ob summam artis *aromatariæ* peritiam *Aromatarium* dictum putant.

D C L V I. 296.

BARTHOLOMÆUS BAPHIUS = cum adhuc esset inter Minores Conventuales, & provinciæ Tusciæ alumnus, edidit etiam

Orationem de Religione, ejusque Præfecto deligendo Asisii an. 1559. in Comitiis Generalibus habitam, & Bononiæ impressam eodem anno typis Alexandri Benatii.

Orationem in obitu Jo: Antonii Delfini a Casalemajori sui præceptoris, atque Ordinis Minorum Vicarii Generalis anno 1560. Bononiæ secuto; de qua cum laude mentionem facit Bartholomæus Ricci Epistol. lib. 4. vol. 2. in ea ad Marcum Antonium Gambaronem ejusdem Instituti.

Orationem in Tridentino Concilio anno 1562. habitam evulgarunt etiam anno 1567. cum aliorum Orationibus Lovanii in fol., teste Miræo de Script. Eccles. sec. 17. n. 76.; deinde in Concil. Collect. Labb. par. 4.

Orationem de nobilitate urbis Mediolani an. 1562. in Comitiis Generalibus Mediolani celebratis recitatam, & Bononiæ cusam eodem anno typis Peregrini Bonardi in 4.

Orationem de Lugi Flaminiæ oppidi origine, ac nobilitate; deque nobilitatis ejus causa conservatrice anno 1564. ibi habitam in Comitiis provinciæ, & Bononiæ eodem anno per Jo: Rubeum excusam, & Marco Antonio Gambaroni Ministro provinciæ dicatam. Extat Ravennæ in Biblioth. Conventus S. Francisci.

Orationem de felicitate urbis Florentiæ ad Ferdinandum Card. Mediceum an. 1565. in Comitiis Generalibus ibi coactis dictam III. idus Junii, & excusam Bononiæ eodem anno per eumdem Rubeum in 4.

Orationem de admirabili charitate divina in urbem Romanam anno 1568. Romæ in Comitiis Generalib. Min. Conv. habitam; deinde an. 1569. impressam Mediolani typis Pacifici Pontii in 4.

De moribus, & modo orandi ex Aug. Superbo in Catalogo ms. Scriptor.

Philosophica, & Theologica multa mss. reliquit, teste Diony. Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin.

Circa annum 1570. ætatis suæ 33. ad Capuccinos transivit in provincia Mediolanensi; ajuntque obiisse Mediolani, non anno 1577., ut habet Jo: a S. Anton., sed 1579. non sine sanctitatis opinione, ubi erat concionator, & Lector Generalis. De eo agunt Rodulphius lib. 3., Willotus, Boverius in Annal. Capuccinor. ad an 1579. n. 22., Arturus ad diem 6. Januarii, Franchinus, & Terrinca par. 3. Theatri art. 1. Legi possunt & Advocatus Dini Lucinianensis lib. 7. Fastorum, & cit. P. Dionysius Genuensis.

Hunc *Episcopatus Nuceriæ* dignitatem recusasse refert Continuator Annal. Min. Waddingi ad an. 1564. n. 23. At eo anno, & longe ante usque ad illius obitum utraque Nuceria Episcopum habebat; ut liquet ex earum Præsulum serie apud Ughellum in Ital. sac. to. 1. & 7.: quare nescio, unde id acceptum fuerit.

D C L V I I.

BARTHOLOMÆUS BARDI Florentinus nobilissimo genere ortus vir religione, prudentia, ac rerum agendarum usu insignis, a Jo: XXII., cui familiaris erat, ad Spoletanam Ecclesiam admotus est anno 1320., quam usque ad annum 1349. egregie moderatus est; cum

Constitutiones multas synodales salubriter condidisset, quæ gregi sibi cummisso saluti forent, & commodo: inquit Ughellus to. 1. Ital. sac. in Spoletin. Episc. n. 48. Agunt de eo Jo: Villanus lib. 4. cap. 136., & 172.; Gamurrinus de Famil. vol. 2.; & Julius Niger de Script. Florent. qui tamen errat, dum ait, hunc Ordinis *Minor. Observ.*, qui nondum innotuerant, extitisse, & primùm *Ecclesiam Interamnensem*, postea Spoletinam administrasse: non enim Ecclesiam ut Episcopus, sed urbem Interamnensem uti Rector gubernavit; cujus in regimine sinuoso, sumptuosoque opere, ac ductu saluberrimas aquas in eam civitatem derivandas curavit, quæ hucusque de nomine gentis *Bardesca* vocitatur.

D C L V I I I. 297.

BARTHOLOMÆUS BARTHOLOMÆI = ignotæ regionis dicitur a Waddingo in Indice Nationum. Sed Italus iste fuit; cum hæc familia patritia & Florentiæ, & Genuæ consistat: floruitque olim & Panormi in Sicilia, & Serusii in Subalpinis, unde fuisse fertur Henricus Card. *Ostiensis*. De eo Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

DCLIX.

DCLIX.

BARTHOLOMÆUS BELLATI Feltrensis generoso stipite satus Ord. Min. Conv. sac. Teol. Magister floruit seculo XV.; & sub Sixto IV. etiam Apostolicæ Legationis munere ad Venetos est functus, ut ipsemet edocet epistola ad Marcum Barbum tit. S. Marci Card. *Summæ Astesanæ* præmissa. Anno 1472. Ferrariæ coram Hercule I. Duce tempore Capituli Generalis strenue pugnavit contra adversarios Immaculatæ Conceptionis V. M., & potissimum contra Vincentium Bandellum, egregiamque victoriam retulit. Vide Thomam Strozza lib. 7. cap. 3.; de qua re agit & Petrus de Alva pag. 163. Militiæ. Scripsit itaque

De Immaculata Conceptione V. Mariæ ea, quæ in 1. & 2. Opere de Conceptione vulgavit cit. Bandellus a fol. 100. usque ad 109. juxta editionem factam anno 1502. in 4., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 186. Scripsit quoque

Opusculum in secundum librum Sententiarum Scoti, quod impressum legitur in fine dicti libri secundi Senten. Scoti an. 1481. Venetiis per Jo: Colonien. & socios; nec non ibidem an. 1497. typis Boneti Locatelli; & ad. 1503. per Bernardinum Vercellen. in fol.

Summam Astesanam una cum Gometio sac. Theologiæ Baccalaureo ejusdem Ordinis castigavit, mendisque expurgatam iterum cudi euravit Venetiis an. 1478. per Jo: Agrippin., seu Colonien., & Jo: Manthen Gerethzen socios dicatam Marco Barbo S. Marci Card. Veneto in fol. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 184. hujus meminit tantum ex Waddingo in *Astesano*, aitque correxisse, & publicasse *Summam* hanc *Astesanam* Venetiis an. 1519. apud Gulielmum Huyon; quod falsum; nam editio facta est Lugduni, non Venetiis; & *Bartholomæus* longe ante annum 1519. obierat.

Librum primum Lecturæ Parisiensis, *sive Reportatorum Scoti* anno 1478. edi curavit Bononiæ typis Joannis de Annunciata Augustani in fol., uti testatur Ferchius in Dissert. Scot. de *Reportatis*, & Waddingus in censura *Reportatorum* edit. Lugduni an. 1639.; eaque editio rarissima dicitur Romæ, & Patavii reperta, quæ genuinam Scoti *Lecturam* continere deprehensa est; idque egit Bartholomæus, eum Bononiæ Regentis munus obiret; facturus forsan idem de tribus reliquis *Libris Reportatorum*, ni mors intercæpisset eum; anno enim insequenti debitum naturæ solvit, uti nostrum legi in ms. Kalendario veteri membranaceo, quod extat ad calcem Catt. C. Tabularii Conventus S. Franc. Ferrariæ, his verbis: *Anno Domini M. CCCC. 79. celebratum fuit Capitulum Generale Romæ, & in eodem Capitulo mortuus est Rev. Magister Bartholomeus de Feltrio Ordinis Minorum, & in Sancto Apostolo Romæ fuit sepultus anno eodem, uti supra.*

DCLX. 298.

BARTHOLOMÆUS BRANDOLINI = ex Comitibus Gemelli, & Vallismarinæ in agro Tarvisino Regul. Observ. non

Commentarios in Regulam S. Francisci in 8. solum edidit; sed etiam *Regulam* ipsam e latino idiomate in italicum transtulit; quod & Rodulphius, & Willotus adverterunt.

BARTHOLOMÆUS BROCHARTI, quem hic interserit Jo: a S. Anton. ex Georgio Matthia Koniiso in Biblioth., est *Bonaventura Brocharti*, de quo infra.

DCLXI.

BARTHOLOMÆUS CAMPI Italus edidit

Orationes pias ad SS. Nomen Jesu. Maceratæ an. 1643., teste Antonio Pinello in suo Indiculo Mariano ms. Matriti asservato, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 184.

DCLXII.

BARTHOLOMÆUS DE CAMPO, ut videtur, Patavinus sac. Theol. Magister ante annum 1397. nonnulla conscripsit, quæ forsan petierunt: etenim

Quæstio disputata secundum Magistrum Bartholomæum de Campo in Padua ms. extabat olim Utini in Biblioth. Conventus S. Franc. ex veteri illius Bibliothecæ Regesto anno 1397. exarato. Et quidem nobilis, vetustaque familia *de Campo S. Petri* extabat Patavii; sed an ad illam iste sic accensendus, incertum.

DCLXIII. 299.

BARTHOLOMÆUS DE CARAVIAS = Regul. Observ.: *Covarruvias* ex Daza dicendum putat Petrus de Alva pag. 161. Militiæ univ., apud quem & legitur *sermo* in Bibliotheca Virginea; proditque cusus cum aliis diversorum autorum per G. Vicachongam. De eo Marracius in Bibliotheca Mariana, qui ait, ferri, eum *multos de laudibus B. Virginis* eudisse *sermones*.

DCLXIV. 300.

BARTHOLOMÆUS A CASTELLO = patritius Tiphernas provinciæ Umbriæ Ordinis Capuccinor. fuit ex primis asseclis Fr. Matthæi Basci Capuccinorum Institutoris: ejus liber prohibetur in Indice Libror. prohibit. sub Alexandro VII. anno 1664. hoc modo: *Fr. Bartholomæi de Castello Liber de unione animæ cum Deo, qui olim damnatus denuo prodiit emendato nomine Fr. Bartholomæi de Castello Ordinis Capuccinorum cum eisdem erroribus, omnino prohibetur in edicto 7. Augusti 1603.*; quem Possevinus in Appar. sac. idiomate italico prodiisse significat; autoremque virum Religiosum appellat; sed Institutum tacet. Obiisse dicitur Tunisii in Africa, quo se contulit cum exercitu Caroli V., & in patria *Beati* titulo colitur. Jo: a S. Anton. exscribit Waddingum to. 1. pag. 185.

DCLXV. 301.

BARTHOLOMÆUS CATANIUS = *Castanea* vocatur a Marco Ulyssipon. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 5. cap. 36., ubi asserit, eum antea fuisse Min. Conv. sac. Theol. Magistrum egregium; postea ad Observantes transiisse, & Majoricensis Insulæ Cœnobia reformasse. De eo Nicolaus Anton. in Biblioth. vet. Hispana num. 500.; Arturus ad diem 27. Februarii; & Jo: a S. Anton. to. 1.

DCLXVI. 302.

BARTHOLOMÆUS DE CHAYMIS = ex veteri, nobilique progenie natus Regul. Observ., cujus

Interrogatorium, seu *Confessionale* prodiit primùm Mediolani an. 1474. in 8. per Christophorum Valdarfer Ratisponensem; postea ibidem an. 1476. & 1478. per Marlianum, & Vespulatum; iterumque anno 1482. ex Orlando de Orig. & progr. Typographiæ par. 2., & ex Argellato to. 1. Biblioth. Scriptor. Mediolanen.; nec non Venetiis an. 1486. per Raynaldum de Noviomago in 4. In Augustana Synodo anno 1548. ab Ottone S. R. E. Card. & Episcopo Augustano per reformatione Cleri celebrata tit. 19. statutum fuit, *ut Confessores probatam aliquam Confessionis Summam legant, qualis*

lis est B. Antonini, Caymi Mediolanensis, aut Thomæ Card. Cajetani &c.

Pœnitentiale quoque edidit, cujus veterem editionem in 4. vidit Jo: a S. Anton. to. 1.

Libellum de Missæ defectibus, quem in charta forma quadrata ms. extasse in Bibliotheca latina ms. Antonii Augustini Episcopi Tarraconen. scripsit idem loco cit.

In Monte Varallo hic construi curavit *S. Sepulchrum* D. N. instar veri Jerosolymitani, quo nil nobilius cernitur, inquit Rodulphius lib. 3. De eo in Chronicis S. Francisci par. 3. lib. 4. cap. 28. ex Mariano, & Memoriali Ordinis, aliique, ut & Abbas Picinellus in Athenæo Mediolanen.; qui tamen, uti & Jo: a S. Anton., una cum Waddingo perperam huic affingit *Apostolicam Legationem in Hispaniam*, quam obivit ejus frater *Bernardinus Chaimi*, ut infra suo loco videbitur.

D C L X V I I. 303.

BARTHOLOMÆUS CIMARELLUS = ex oppido Corinalti diœcesis Senogalliensis Regul. Observ. Philosophus, ac Theologus insignis, qui variis in disciplinis scripsit, uti testatur Vincentius M. Cimarella Ord. Præd. Inquisitor Brixiæ in Hist. Ducatus Urbini, Gallorumque Senonum, & Corinalti anno 1642. Brixiæ publicata lib. 3. cap. ult., quæ *Opera* mss. se vidisse significat; additque &

Quartam partem Chronicorum S. Francisci quinque voluminibus distributam, quorum tria tantum typis data fuisse, reliqua duo apud Typographum remansisse scribit: autorem vero Venetiis diem obiisse anno 1628., non 1630., ut Dupinus sec. 17., quem secutus est Jo: a S. Antonio to. 1.: & alia, quæ apud eum legi possunt. *Tomum tertium partis quartæ* Chronic. S. Francisci vulgavit *Fr. Leonardus Neapolitanus* ejusdem Ordinis Neapoli an. 1680. in 4. typis Novelli de Bonis castigatius, & auctius.

Controversiarum Jo: Rada quartam partem edi curavit Venetiis an. 1617. typis Jo: Guerilii, misitque ad Franciscum Gonzagam Exgeneralem, & Episcopum Mantuanum; atque in epistola ad eum Operi præfixa scribit, se parare *octo tomos Historiæ Ordinis Minorum*, quos eo defuncto complevit, vulgavitque Waddingus.

Fr. Michael Venetus ejusdem Ordinis in præfatione initio quartæ partis Chronicorum edita scribit, hunc polliceri, quamprimum se vulgaturum typis

Annotationes in 4. libros Sent. Scoti; & *Commentarios prolixos in 1. & 4. ejusdem Scoti*; *Apologiam diversarum rerum Philosophiæ, & Theologiæ*; *Apologiam adversus detractores Ordinis S. Francisci de Observantia*; *Castigationes, & additiones ad tres partes priores Chronicorum S. Francisci*; cum nonnullis *sermonibus de habitus S. Francisci forma, colore &c.*; nec non *tres alias partes Chronicor. S. Francisci*. Meminit hujus Waddingus in Annal. Min. ad an. 1292. num. 33.

D C L X V I I I. 304.

BARTHOLOMÆUS A COLLE = cognomento *Lippi* Hetruscus Regul. Observ. anno 1446. factus est Aracælitani Cœnobii *Guardianus* ex autore Chronic. S. Francisci par. 3. lib. 2. cap. 26.; anno 1463. fuit *Nuncius Apostolicus* in Marchia Anconitana, ex Regesto Vatic. in Indic. Bullarii Seraph. Petri de Alva & Astorga; anno vero 1470. *quadragesimales conciones* Mantuæ habuit, ex cit. autore in Vita B. Bernardini Feltrensis, ubi eum a præstantia linguæ hetruscæ valde commendat. Plura de eo Waddingus in Annalibus habet, & Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 15. Martii; sicut & Ant. Terrinca in Theatro prov. Tusciæ tit. 1. & 2., qui eum dicit Prædicatorem Apostolicum per totam Italiam, Pannoniam, & Græciam: sed errandi viam aliis, ut puto, stravit Rodulphius lib. 1. fol. 146., ubi Bartholomæum *B. Luchesii Vitam* scripsisse memorat; cum revera illam anno 1370. editam ipse anno 1477. exscripserit, interpolaveritque; quemadmodum habetur in fine ejusdem Vitæ apud Bollandios Act. SS. to. 3. April. ad diem 28.; ibi enim legitur: *Explicit Vita, & Legenda B. Luchesii tertis Ordinis S. Francisci &c. . . . . compilata vero fuit hæc Legenda prius a venerabili in Christo P. Fratre Bartholomæo de Tolomæis de Senis Ordinis Minorum in Conventu Senensi anno ab Incarnatione Domini* MCCCLXX. *tempore Urbani V. Quoniam vero vetustate jam consumpta, in aliquibus etiam partibus caduca, undique insuper credo scriptorum vitio corrupta, & certe satis inculta erat, absque alicujus sententiæ, aut sensus mutatione reformata fuit, & propria manu descripta per Fratrem Bartholomæum Lippum de Colle Vallis Elsæ ejusdem Ordinis prædicatorem exiguum, atque indignum anno ab Incarnatione ejusdem Domini Jesu Christi* MCCCCLXXVII. *tempore Sixti IV. Pontificatus ejus anno VI.*

Conciones quidem composuit, quibus & populis diu profuit, & sibi meritum, nomenque acquisivit.

Obiit apud Podium Bonitinm in Hetruria ex podagræ morbo, teste Mariano autore suppare apud cit. Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 43., ubi & narrat, ingressum eum Ordinem S. Franc. fuisse ob conciones S. Joannis Capistrani, dum Perusii studiis vacaret; Vicarium Insulæ Cretensis, ac Terræsanctæ extitisse; unde in Hetruriam reversum tam gravi laborasse podagra, ut nihil sani præter linguam haberet; nec ob id a concionando destitisse; quinimo ob insignem literaturam tota Italia famosum fuisse.

Germanum fratrem habuit *Laurentium Lippi* poëtam nobilem, & Florentina civitate donatum. Forsan ex eadem familia fuit *Fr. Petrus Lyppi* anno 1375. in Tuscia contra hæret. pravit. Inquisitor, & sac. Theol. Magister, ex Waddingo ad eum annum num. 29. & seqq.

* BARTHOLOMÆUS COLONESI, de quo Antonius Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. pag. 190., & ex eo Julius Niger in Scriptor. Florentinis agunt, a Cerrachino appellatur *Bonaventura*, & recte: a Joanne vero a S. Antonio to. 1. pag. 185. ex Terrinca male dicitur *Bartholomæus Colunnensis*.

D C L X I X.

BARTHOLOMÆUS DE COTHURNO Ligur Genuen. provinciæ, & Conventus alumnus genere illustris, & doctus tantos in Ordine suo progressus fecit, eaque toti Ecclesiæ præstitit beneficia, ut primo Genuen. meruerit Archiepiscopatum; exinde inter Cardinales Rom. Ecclesiæ cooptari sub tit. S. Laurentii in Damaso an. 1378. ab Urbano VI., a quo tamen septennio post cum nonnullis aliis ejusdem dignitatis ob vanam, meramque rebellionis suspicionem tempore schismatis neci datus est. Scripsit *Sum-*

Summam Theologicam.

Postillas sermonum sacrorum: &

Commentarios in Cantica Canticorum: si fides est Georgio Joseph Egss in Biblioth. Purpurata. De eo agunt Bartholomæus Pisanus Conformit. 8., & 11., S. Antoninus Chronic. par. 3. tit. 24., Ughellus to. 4. Ital. sac., Waddingus in Annal. ad an. 1378., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 185.

D C L X X. 305.

BARTHOLOMÆUS A FABRIANO = prædicante V. Petro Molianensi, relicto seculo, Regul. Observ. Institutum amplexus est; missusque postea Lector in provinciam S. Bernardini vivere desiit Theate in Cœnobio S. Andreæ non sine sanctitatis opinione, ex autore Chronic. S. Francisci par. 3. lib. 7. cap. 39., al. 28., circa annum 1505., ut ex Waddingo ad hunc annum num. 20., ex quo Jo: a S. Anton. to. 1.

* BARTHOLOMÆUS FELTRENSIS = v. *Bartholomæus Bellati*.

D C L X X I.

BARTHOLOMÆUS GAJUS Perusinus Philosophiæ moralis, Metaphysicæ, Theologiæ, sacrorumque Canonum in patrio Gymnasio Professor diu cum extitisset, & verbi Dei tota Italia concionator egregius, a Clemente VI., qui ab anno 1342. ad 1352. sedit, Avenionem vocatur, & penes se eum esse voluit, donec *Nemoricen. Ecclesia Episcopum* ipsum constituit; cum antea literis mandasset

Canciones quadragesimales; *adventuales*; *annuales*; & *de Sanctis*; &

Alia in Theologia, & Philosophia.

Waddingus in Annal. dicit. *Episcopum Nimocien.* in Cypro an. 1390. De eo agunt Alexander Ballestrinus de Gymnasio, & Cæsar Alexius in Elogiis clar. civium Perusin. apud Oldoinum in Athenæo Perusin.; & Jo: a S. Anton. to. 1.

D C L X X I I.

BARTHOLOMÆUS GARCI Ordoñez provinciæ Castellæ Regul. Observ. alumnus doctus ecclesiastes edidit

Artem politicam redemptionis rerum pignoratarum in utilitatem Principum. Pinciæ an. 1602., & 1607. in 8. typis Ludovici Sanchez, testibus Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 152., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 187.: qui & pag. 190., sicut Nicolaus Antonius pag. 156., memorant *Bartholomæum Ordoñez* Barcinonensem, qui cecinit versu vulgari

Vitam S. Eulaliæ Barcinonensis tit. *Eulalida* rhytmis, & octavis castellanis editam Tarracone anno 1590. in 8., & Barcinone apud Philippum Robertum; sed videtur idem, qui potuit ex Aragonensi provincia, & Barcinonen. Cœnobio ad provinciam Castellæ emigrasse.

D C L X X I I I. 306.

BARTHOLOMÆUS GLAUNVILLUS = seu *Anglicus*; & forsan ille *Bartholomæus Anglicus*, qui anno 1230. Lecturæ Saxonicæ præficitur ex provincia Franciæ evocatus, ut habet Waddingus ad eum annum num. 16. Quamquam enim autor Operis *de Proprietatibus rerum* fuerit *Bartholomæus Anglicus* ex antiquis editionibus, & mss.; tamen & antiquus autor Operis *de Conformitatibus S. Francisci* Bartholomæus Pisanus Conformit. xt. par. 2. in provincia Franciæ scripsit circa annum 1388.: *qui librum edidit de Proprietatibus rerum, de provincia Franciæ fuit*: & mirum est Possevino, & Waddingo, hunc Bartholomæum dictum esse *Burgundum* a Rodulphio lib. 3. Certe autor libro 15., in quo de provinciis agit, provinciam *Franciæ*, & *Parisios* ob Gymnasium, aliasque dotes super omnia extollit; *Angliam* quoque valde commendat; quamobrem & *Anglicus* esse potuit agnomine, & etiam origine, & tamen ad provinciam Franciæ pertinere: sic *Fr. Ja: de Mirabella* provinciæ Aquitaniæ transiit ad illam Burgundiæ ex Wadd. ad an. 1334. num. 25.: libro item 17. cap. 13. leguntur *aliæ maneries* gallice pro aliis modis, & speciebus. Fuit & *Anglicus* Grimoaldi Grisacensis Gallus Urbani v. nepos, & Card. Episcopus Albanensis; & Joannes *Anglici* ab eodem Urbano v. Episcopus Alexanensis factus est, ex Ughelli Ital. sac. to. 1., & 9. Quin quod liber *de Proprietatibus rerum* tribuitur Britoni a nonnullis apud Franciscum de Rovere in Opusculo *de Sanguine Christi* verit. 5. diffic.

Quantùm autem ad ætatem, qua vixit, Petrus Berchorius Gallus Ord. S. Benedicti, qui librum 14., seu ultimum *Moralis Redactorii* de naturæ mirabilibus scripsit anno 1345., ut ipse testatur eodem libro cap. 23. num. 16., dicit se laborasse *annis plurimis* super *libro de Proprietatibus rerum*, ut legitur in prologo dicti ejus *Reductorii*: igitur multo ante annum 1345. compositum fuerat Opus *de Proprietatibus rerum*. Observo etiam in charta donationis Librorum factæ anno 1297. die xii. kal. Augusti a Fr. Nicolao Boccasino Ord. Prædic. Generali Magistro Tarvisino sui Ordinis Cœnobio legi *librum de Proprietatibus rerum*: qui Nicolaus fuit postea *Benedictus* xi. Hinc autor lib. 9. cap. 27. 28. & 30. de Ecclesiasticis Officiis, & cæremoniis citat solummodo *Jo: Beleth*, quem dicit magnæ autoritatis in Ecclesia circa res illas; non autem *Galielmum Duranti*, qui e vivis excessit anno 1296., & qui edito *Rationali divinor. Officior.* citari cœpit præ omnibus aliis: ideoque videtur hic Bartholomæus scripsisse Opus suum inter annum 1260., & 1296.; & sane ante an. 1300., circa quod tempus dicitur inventa *acus nautica* a Fl. Amalphitano, cujus nullum verbum facit hic autor, dum lib. 16. cap. 63. *de magnete* disserit, aut cum antea *de arctoo* verba miscet; ut facit memoratus Petrus Berchorius *Reductorii moralis* lib. 11. cap. 94. de *magnete* num. 9., ubi *acus nauticæ* mentionem habet. Similiter *Bartholomæus de Proprietatibus avium* citatur a vetusto autore italici libri *Floris virtutis* cap. 1., qui autor scripsit post annum 1274., & ante 1323., ut observavit Abbas Cannetus in Dissert. apolog. de autore *Poëmatis quadriregii* §. 32., cum in eo libro producatur Summa *Fratris Thomæ*, qui & anno 1274. decessit, & anno 1323. inter Sanctos relatus est. Tandem *Fr. Bartholomæi Anglici ex Ordine Minorum libri de Proprietatibus rerum in 19. partes divisi* meminit Fr. Salimbene Parmen. in Chronico ms. pag. 245., qui & subdit autorem *magnum Clericum fuisse, & totam Bibliam cursorie Parisiis legisse*. Porro Salimbene anno 1283. exarabat sui Chronici fol. 236. Quare si verum est, *Bartholomæum Glaunvillum* ex Lelando floruisse anno 1360., ut & Waddingus in Annal. ad an. 1367. habet; alter sit oportet a *Bartholomæo* Anglico, cui recentior autor, quem citet in suo Opere, est Robertus *Lincolniensis* Episcopus, quem constat obiisse anno 1253.

De Proprietatibus rerum extat ms. pergam. 400. circiter annorum in Bibliotheca Metensi num. 221.,

ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1380.; & Parisiis in illa S. Germani a Pratis num. 453. ex cit. Catalogo pag. 1129.; & in Colbert. n. 485. sub nomine *Nicolai Anglici*, ex eodem pag. 927.; sicuti & in Regia Bibliotheca Parisien. cod. 4764. annorum amplius 300., & cod. 4974. cum indice autorum, ex quibus compactum est; & cod. 5404.; nec non in Bibliotheca S. Benigni Divion. cod. 123. ex Oudino to. 3. Comment. de Script. Eccles. In Regia vero Bibliotheca Escorialis habetur ms. codex in fol. plut. 2. D. 10. finiens: *Explicit tractatus de Proprietatibus rerum editus a Fr. Bartholomæo Anglico Ordinis Minorum. Item de autoribus, quorum autoritate iste liber est compilatus*; in Regia quoque Bibliotheca Matriti extat codex magnus in fol. valde vetustus membran. titulo: *Summa de Proprietatibus rerum Fr. Bartholomæi Anglici de Ordine Fratrum Minorum*; & Valentiæ in Bibliotheca Hieronymiana Conventus S. Michaelis ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 182. *Opus de Proprietatibus rerum* extat ms. etiam in Bibliothecis Eremit. S. Augustini Cremonæ, & Eucherii Bonetti Regii ex Possevino in Catalogo Biblioth. mss. in fine Appar. sacri. Extat & ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci, ubi prope finem dicitur Opus *Bartholomæi de Burgundia*, sed charactere diverso ab illo Operis; nam in Inventario Bibliothecæ ejusdem Conventus, & Tabularii anno 1381. confecto in banco v. occident. vocatur *Fr. Bartholomæus Anglicus Ordinis Minorum*. Habetur & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis num. 598. 621. & 622. in plut. 17. & 20. versus claustrum in fol.; quorum codex 622. dicitur *Fr. Bartholomæi Anglici*, ceteri Anonymi; & codex 598. in fol. continet tantum 18. libros; Ravennæ quoque ms. pergam. in fol. in Bibliotheca Conventus S. Francisci. Venetiis in Biblioth. S. Marci cod. 283. Bess. in 8. foliot. 267. seculi circiter XIV. ex pag. 127. Biblioth. S. Marci latin. & ital. vulgat. an. 1741. habetur: *De Proprietatibus rerum libri* XV. sine nomine autoris incip. *Quum proprietates rerum*. *Bartholomæi Anglici* liber *de Proprietatibus rerum excerptus de libro proprietatum magni Alberti* ms. extat in Bibliotheca Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 23. & 37.; sed cum errore; nam forsan ante Albertum Magnum scripserat suum Opus Bartholomæus; unde 2. loco pag. 37. deest talis additio: etenim, ut observavit etiam Echard. to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 486. & seq., Parisiis in Bibliotheca Regia extat hoc Opus scriptum *anno* MCCC. *mense Martio* cod. 4974.; & alius codex ms. extat in Biblioth. Sorbonica ex legato Petri de Lemovicis, qui inter ann. 1260. & 1300. florebat; in Catalogis vero Biblioth. Anglican. codex 7540. dicitur scriptus *anno* MCCXCVI.; in quorum nonnullis additur agnomen *Glanville*. Demum idem Opus *de Proprietatibus rerum* quaternionibus 100. & 102. constans anno 1303., & 1300. venale erat Parisiis, ex Echardo cit. to. 1. pag. 251. Librum *de Proprietatibus rerum* citat autor latini Commentarii Comædiæ Dantis exscripti anno 1362., extantisque Florentiæ ms. in Biblioth. S. Crucis cod. 686, cant. 24. Inferni, & 2. Purgator.; qui autor dicitur esse *Dominicus Aretinus* J. V. Doctor, qui paulo post Dantem vixit.

Latine primum prodiit Coloniæ an. 1480., & 1482., iterumque ibi, & Norimbergæ anno 1483., & ibidem an. 1492. per Antonium Koburger: Argentorati an. 1488. 1491., & 1496., ex Orlando, & aliis. Opus *de Proprietatibus rerum* Coloniæ in in fol. an. 1481. rarissimum dicit Gerdesius in Florileg. pag. 29. Editio anni 1482. in 4. maj., & altera an. 1488. habentur Lucernæ in Biblioth. Capitulari. Norimbergæ denuo an. 1519. per Fridericum Peypus in fol.; qua utor; & antea iterum Argentorati anno 1505. in 4.; tandem correctius Francofurti anno 1601. in 8. cura, ac studio Domini Georgii Bartholdi Pontani Pragensis Ecclesiæ majoris Præpositi, qui Opus, & autorem summopere laudat, editio omnium optima, typis Wolfangi Rutheni. Plures editiones recenset J. A. Fabritius in Biblioth. med. & infimæ Latin. to. 1. pag. 479., & seqq.

In *anglicum* idioma translatum prodiit cum Commentario Londini an. 1582. teste Frider. Gotthelf. Treytag in *Analectis liter. de libris rarioribus* p. 75.; *Belgice* quoque nescio a quo translatum vulgatum est Harlemi an. 1485. in fol. ex Orlando, ut in Anonymo Belga IV. num. CCLV.; & in *hispanum* a Vincentio Burgensi versum, impressumque Tolosæ an. 1494. in fol. typis Henrici Moyer ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 137., qui testatur, se editionem illam inspexisse. In *gallicum* sermonem e latino Opus trastulit Fr. Jo: Corbichon Ord. S. August. Jussu Caroli V. Galliarum Regis, qui ab anno 1364. usque ad 1380. regnavit, cujus codex *an.* 1372. ms. extat in Regia Bibliotheca, & in Navarrica *an.* 1422. exscriptus; atque ita gallice prodiit Lugduni an. 1491. in fol. per Matthiam Hus; postea ibidem an. 1500. per Jo: Dyamantier ex Orlando de Orig. Typograph. par. 1. & 2. pag. 316.

Moralizatio proprietatum rerum facta est a Fr. Thoma Vallensi Anglo Ord. Præd., qui floruit anno 1330., ut est apud Echard. in to. 1. Biblioth. Ord. Præd. pag. 598. Petrus Berchorius paulo post scribens *Reductorium morale* anno 1345. completum in prologo inquit: *Postquam hoc Opus Reductorii penitus complevissem, quoddam volumen, quod intitulabatur de moralizatione libri de Proprietatibus rerum, meas venit ad manus, in quo quidem non omnes libri, sed aliqui; & etiam non omnium capitulorum litera, sed aliquæ proprietates de quolibet excerpuntur, quæ procul dubio in locis pluribus notabiliter exponuntur . . . . quem quidem librum, quia multa eleganter ibi exposita videbantur, totum volui perlegere* &c.: fateturque, se sequi ordinem *libri de Proprietatibus rerum*, nonnulla exscribendo, & nonnulla addendo; *sicut*, inquit, *de piscibus, de quibus idem Magister de Proprietatibus parum tractat*: & etiam lib. 7. cap. 1. *de avibus* num. 17. appellat *Magistrum de Proprietatibus*. Extabat olim Asisii in Bibliotheca Conventus S. Francisci *liber de moralitatibus corporum cælestium, elementorum, avium, piscium, animalium, arborum, plantarum* &c. incipiens: *Adjuvante Deo, in hoc Opere tractatur principaliter de* VII. *in universo*: & finiens: *sine præjudicio enim hæc scripsi ad saniorum virorum emendationem, & correptionem notitiam*: ex veteri illius loci Inventario anno 1381. confecto in banco VII. occident. Plura *Moralia*, in quibus citatur Opus *de Proprietatibus Fr. Bartholomæi Anglici*, habentur Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 3545., teste Echardo to. 1. pag. 601. in *Thoma Vallensi* cit.

cit. Antonius Senensis Ord. Præd. *Opus de naturis; & proprietatibus rerum* adjudicat *Gulielmo Brabanto* sui Ordinis, & S. Thomæ Aquinatis synchrono; sentitque, perperam ipsum attribui Bartholomæo Ord. Minorum; quod exscripsit Possevinus in Appar. sac. v. *Gulielmus Brabantus*: sed confundit librum *de natura rerum* Thomæ Cantipratensis Brabanti Ord. Præd. cum libro *de Proprietatibus rerum* Bartholomæi Anglici, quos probe secrevit, distinxitque laudatus P. Berchorius in prologo supra cit.

De rerum accidentibus = ultimum caput, seu 19. Operis agit de accidentibus corporalium rerum incipiens: *Descriptis proprietatibus rerum spiritualium, & corporearum .... nunc postremo de quibusdam accidentibus corporalium rerum substantias comitantibus .... dicendum, de colore, de odore, sapore, & liquore; de ponderibus, mensuris, sonis, & vocibus*: in fine vero ponit autores omnes, a quibus accepit, quorum recentior est, ut superius diximus, *Lincolniensis* Robertus anno 1259. mortuus.

Liber de proprietatibus apum = *De proprietatibus apum* scripsit Thomas Cantipratensis Brabantus Ord. Præd. duobus libris, quod Opus impressum fuit Duaci an. 1597.: sed forsan est aliud Opus. Autor magni Speculi exemplorum circa an. 1480. scripti *librum de apibus* tribuit *Gulielmo* pluribus in locis.

Allegoriæ veteris, ac novi Testamenti incipientes: *In præcedentibus præmissa descriptione originis, ac discretionis artium, & quorumdam aliorum ortum, cursum, & oceanum omnium regnorum ab initio usque ad nos disposuimus*: sine nomine autoris habentur Asisii in chartulario sac. Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. post *librum* 1. *Sentent. Riccardi Mediavillæ*, sive ejus Epitomatoris.

Postillas sacræ Scripturæ = & has habet Echardus cit. to. 5. pag. 251. in *Thoma Cantipratensi* — *Postillæ in Evangelia S. Matthæi, & S. Marci* habentur mss. in Bibliotheca Westmonasteriensi Regis Angliæ, quas se vidisse testatur Henricus Warthon in Continuat. Hist. Liter. Gulielmi Cavi ad an. 1360. pag. 56. binis codicibus, quorum unus solam in *Matthæum Postillam* apposito autoris nomine, alter *utramque Postillam* absque nomine autoris continebat. De his & Jacobus Le Long pag. 626. Biblioth. sac.

Sermones tres de laudibus Scripturæ sacræ habentur in cod. ms. Biblioth. Lambethan., teste Warthon pag. 430.

Sermonum librum huic adscribunt & autor Chronic. S. Franc. par. 2. lib. 9. cap. 21., aliique cum Rodulphio lib. 3., qui tradit prodiisse Argentorati anno 1491.; ut & Pitsæus apud Jo: a S. Anton. to. 1.

Chronicon de Sanctis, & *Postillas Scripturarum* Willotus, & Possevinus scripsisse tradunt.

De mundo, & cælestibus habet & Possevinus in Append. 1. Appar. sac.: sed modo floruisse ait anno 1460., modo 1360.: quare cum Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1460. memoret *Fr. Bartholomæum Burgundum*; facile fuit, cum eo confundi hunc Bartholomæum apud Rodulphium, & alios.

Contra Laurentium Vallam, qui vivebat anno 1450., non hic Bartholomæus Anglicus scripsit sed Bartholomæus Facius Ligur Genuensis, teste Jovio in Elogiis, & Vossio lib. 3. de Histor. Latin. par. 1. cap. 2., ubi Pitsæum refellit librum hunc *contra Laurentium Vallam* Bartholomæo Anglico tribuentem, quem quidem secuti sunt Waddingus, & Warthon supracit.; quos mirum est, tale anachronismum admisisse. De eo nuperi autores Bibliothecæ Ord. Præd. to. 1. fol. 486.; Fabianus Justinianus in Elenco AA. sacr. Bibli. Vossines.

DCLXXIV.

BARTHOLOMÆUS GOLFI Pergulanus provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theol. Magister, & concionator illustris, Felicis etiam Peretti, qui postea fuit *Sixtus V.*, dum Ferrariæ Gymnasii Regentis munus obibat, præceptor, & nepos *Gasparis Golfi* ejusdem Instituti olim Episcopi Calliensis; cum in Scholasticis, Theologicisque disciplinis valde celebraretur, jussus est Concilio interesse Tridentino, ubi anno 1562. die 19. Julii Dominica 9. *Orationem* habuit *ad PP.*, quæ postea excusa est cum aliis Brixiæ eodem an. 1562. in 4., deinde & Lovanii in Belgio an. 1567. *Alia* eum scripsisse fuerunt, quæ quorumdam incuria perierunt. Agit de eo Franchinus in Bibliosophia pag. 184. & 239. *Prædicator illustris* etiam dicitur in Catalogo Theologorum Concilii Tridentini. Anno 1537. factus fuit suæ provinciæ Picenæ Minister *Fr. Bartholomæus de Pergula*; nisi forte sit alter.

DCLXXV. 307.

BARTHOLOMÆUS GRAVNYSE = nequaquam *Glaunvillo* coævus, si *Glaunvillus* est autor *libri de Proprietatibus rerum*; nam ille vixit ante annum 1283.; hunc vero ex ejus libri argumento, ac stylo elicimus vixisse post annum 1500. Unde *liber* prodiit Argentinæ non *anno* 1358., quo nondum Typographia in Europa excogitata fuerat; sed anno 1538. numeris transpositis; & forsan editus est contra Erasmum Albertum Lutheranum, qui paucis ante annis, videlicet anno 1531., emiserat, vulgaveratque *Alcoranum Franciscanorum* in maximum Franciscanæ Religionis dedecus. Willotus, & Possevinus confundunt *Gravnyse* cum Glaunvillo: Waddingus ex nostris primus sejunxit: Joannes autem a S. Anton. nihil addidit Waddingo.

DCLXXVI. 308.

BARTHOLOMÆUS GUERRERO = ejus Opus extat in Biblioth. Virginea Petri de Alva & Astorga. Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo accepit.

DCLXXVII. 309.

BARTHOLOMÆUS DE LA HAYE = Parisiensis patria, vir doctissimus, eloquentiæ etiam minime vulgaris concionator edidit

Opus perfectum Concionatorum. Parisiis an. 1648. apud Dionysium Thierry in fol.

Milleloquium Bibliothecæ SS. Patrum. Ibidem an. 1650. in fol. per eumdem

Milleloquium SS. Ecclesiæ Doctorum Gregorii Papæ, & Hieronymi. tom. 2. in fol.

Summam Bibliorum Alphonsi Tostati redivivi. to. 1. in fol.

Pantalogiam quadragesimalem, seu conciones pro tempore Quadragesimæ. to. 2. in 4.

Comment. in Cantica Canticorum. to. 1. in fol.

Expositionem in Epistolas B. Petri Apostoli. to. 1. in fol.

Triumphum trium crucifixorum Iesu, Mariæ, & Francisci. to. 1. in 4.

Coronam Ecclesiasticam, seu conciones de SS. Eucharistiæ Sacramento.

Obiit

Obiit in patria an. 1660. ætatis suæ 70., de quo Jacobus Le Long pag.766. Biblioth.Gallicæ, & fusius autor Biblioth. Capuccinor.; post quos Jo: a S. Anton. to. 1.

* BARTHOLOMÆUS LIPPI = v. *Bartholomæus a Colle*.

DCLXXVIII. 310.

BARTHOLOMÆUS MASTRIUS = ex patre Meldulensi, matre vero Ferrariensi *Pochintesta* veteri nunc extincta familia; cum juvenis adhuc Bononiæ studiis incumberet, circa annum 1620. scripsit

Poëma eroicum in laudem S. Bonaventuræ Bononiæ typis excusum.

Commentarii in Logicam primo prodierunt Venetiis an. 1639. in 4. typis Marci Gynammi; postea ibidem auctiores, & castigatiores ab autore an. 1646. in 4., & an. 1656.; tandem Neapoli an. 1660. in 4. typis Novelli de Bonis.

In octo libros Physicorum primùm Romæ impressi an. 1637. typis Ludovici Grignani; postea Venetiis auctiores, & castigatiores ab autore an. 1644. typis Marci Ginammi in 4. pluries; sicut & Neapoli.

In libros de generat., *& corrupt.*, *de cælo*, *& metheoris*. Venetiis an. 1640. typis eisdem in 4.

Commentarii in libros de anima prodierunt ibidem an. 1643. in 4.

In 12. libros Metaphysicorum tomus 1. ibid. an. 1646. in 4.

Eorumdem tomus 2. ibidem an. 1647. in 4.; postea omnia Venetiis item typis Nicolai Pezzanæ an. 1678. tomis 5. in fol.

Scotus, *& Scotistæ*, *Bellutus*, *& Mastrius expurgati a querelis Ferchianis*. Ferrariæ an. 1650. typis Francisci Succi in 4. cura Pauli Pinzarini Medici Meldulensis; sed plurimis Typograph. erroribus.

Philosophiæ ad mentem Scoti cursus integer tomis 5. in fol. Venetiis an. 1688. apud Nicolaum Pezzanam; & ibidem post alias editiones etiam anno 1627. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 188.

Comment. in 1. librum Senten. Scoti. Venetiis an. 1655. per Jacobum Hertzium in fol.

In 2. librum Senten. Scoti ibidem per Franciscum Stortum in fol. an. 1659.

In 3. librum Senten. Scoti ibidem typis Valvasensibus in fol. an. 1661.

In 4. librum Senten. Scoti iisdem typis an. 1664. in fol.; postea iterum ibidem an. 1675. 1684., & an. 1698. per Jacobum Hertz; nec non an. 1719. *in quatuor libros Senten. Scoti* in fol. tomis 4. Vide *Raphael Cuitart* Hispan. ex Jo: a S. Anton.

Theologia moralis ad mentem S. Bonaventuræ, *& Scoti*. Venetiis per eumdem Hertz primùm an. 1671.; deinde ibidem an. 1683. 1700., & 1731. in fol.

Obiit tandem in patria an. 1673. initio Januarii ætatis suæ anno 72.; cum anno 1662. extitisset *Vicarius Generalis* Ordinis in Italia, ex Franchino in Bibliosophia num. 53., qui plura de eo conscribit. Agit de eo & Theulus in Triumpho Seraph.

DCLXXIX.

BARTHOLOMÆUS MEDIOLANENSIS anno incerto edidit

Summam de casibus incipientem: *Nota sex casus, quos debet Sacerdos mittere ad Episcopum, qui tamen multos continet* &c.: & finientem: *Explicit Summa de casibus secundum Fratrem Bartholomæum Mediolanensem de Ordine Fratrum Minorum*. ms. chart. in 4. cum aliorum Opusculis extat Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci; & initium convenit cum illo *Fr. Clari Aretini*, de quo infra.

DCLXXX. 311.

BARTHOLOMÆUS METHUNA = non *Metensis*, sed Mottensis ab oppido *Motta* Cenetinæ diœcesis Minorum Conventualium alumnus, vir a pietate, & bonarum literarum cultura valde laudandus, sac. Theol. Magister vixit medio seculo XVI., scripsitque duo Opera hetrusca eleganti lingua, scilicet:

Vita della gloriosa Vergine Maria Madre di Dio Regina dei cieli con l'humanità del Redentore del mondo Gesù Cristo nostro Signore: quam Jolitus Gabriel Venetus anno 1580. excudit in 4., dicavitque Eleonoræ Austriacæ; & in suis ad eam literis impense autorem laudat ab elegantia sermonis, typisque jam editum Opus antea a suo genitore confitetur.

Lo Scolare del R. P. M. Bartolomeo Meduna Conventuale di S. Francesco, nel quale si forma a pieno un perfetto Scolare. Opera divisa in tre libri. Prodiit Venetiis an. 1588. typis Petri Fachinetti Alexandro Peretti S. R. E. Cardinali dicata; cujus meminit Possevinus in Append. 2. Appar. sac. Laudat hunc & Rodulphius lib. 3. anno 1586. scribens, & utrumque Opus adducit: de eo & Willotus, & Petrus de Alva p. 167. Militiæ, Marracius in Biblioth. Mariana, & Jo: a S. Anton. to. 1.

DCLXXXI. 312.

BARTHOLOMÆUS A MIDDELBURGO = de quo Marracius in Biblioth. Mar.; sed fusius de ejus sanctitate Arnoldus Rayssinus in Auctuario ad Natales Sanctor. Belgii apud Jo: a S. Anton.

DCLXXXII.

BARTHOLOMÆUS DE MOLINA senior Hispanus composuit *Opus musicum* hoc titulo:

Ars cantus Gregoriani dicta *lux videntis* ad D. Petrum de Rivera Lucensem Episcopum. Pinciæ an. 1506., teste Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 156. apud Jo: a S. Anton.

DCLXXXIII.

BARTHOLOMÆUS DE MOLINA junior Hispanus Discalceat. prov. S. Joseph alumnus, ac Definitor in gratitudinis obsequium condidit hispano idiomate *panegyricam Orationem* tit.

Tractatus brevis virtutum Ioannis Garcia Alvarez de Toleto, Comiti Oropesæ dicatam. Matriti an. 1621. in 8. apud Alphonsum Delgado. De eo agunt Nicolaus Anton., Gerardus in Biblioth. Genealog. pag. 59., aliique apud Jo: a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

DCLXXXIV.

BARTHOLOMÆUS MONFERINUS Cremonensis Tertii Ord. S. Franc. Regul. Observ., Collegii Papiensis Theologus renunciatus anno 1632., concionator haud ignobilis, & musica quoque arte excultus, speculativas tamen facultates magnopere, ac præ ceteris tractavit, ut & PP. Claravallensibus prope Mediolanum ad triennium Theologiam legerit; aliisque etiam in suo Ordine muneribus peractis, tandem Papiæ e vivis excessit; cum reliquisset

Conciones quadragesimales lingua vulgari eleganter con-

conscriptas, quas morte præventus prælo dare non potuit; ut scribit Franciscus Bordonus in Chronologio Tertii Ord. cap. 15. n. 42.

DCLXXXV.

BARTHOLOMÆUS NIBBIA Novarien. Regul. Observ. Concionator, & bonarum literarum amator scripsit.

Conciones, *Orationes*, & *Carmina* initio seculi XVI.; ejusque *Carmen* elegans italico vulgari idiomate legimus factum in obitu Seraphini Aquilani nobilis Poëtæ anno 1500. vita functi in Collectione Jo: Philothei Achillini Bononien. edita anno 1504. Bononiæ per Caligulam Bacilerium.

Gentilis, aut forte frater, ejusdem Instituti fuit *Fr. Hieronymus Nibbia* de quo infra agitur. In Chronico Mediolanen. apud Rerum Italic. Script. to. 16. cap. 151. legitur *Petrus de Nibbia* J. Consultus filius Philippi J. C. a Bonifacio IX. an. 1390. pluribus Beneficiis ecclesiasticis in diœcesi Novarien. remuneratus.

DCLXXXVI.

BARTHOLOMÆUS NOCELLUS a Matalono provinciæ Neapolitanæ, ac Beneventani Cœnobii Min. Conv. alumnus fertur scripsisse seculo XVII.

De celebratione Missarum; &

De sepulturis, ac funeribus: ut habet Franchinus in Bibliosoph. num. 54.

DCLXXXVII.

BARTHOLOMÆUS NUNNEZ Hispanus Granatensis provinciæ Regul. Observ. Sacerdos sanctitatis opinione clarus composuit

Librum de adjurationibus, ms. in Archivo Cœnobii S. Antonii de Ubeda, ubi forsan obiit circa annum 1621. ex Chron. ejusdem provinciæ tract. 3. cap. 62. apud Jo: a S. Antonio.

DCLXXXVIII.

BARTHOLOMÆUS N. Custos Taurisii in Persia, vel Parthia, nunc *Arach*. non procul a mari Caspio, & Armenia seculo XIV., scilicet anno 1321., scripsit

Historiam passionis quatuor Martyrum Ordinis Minorum, scilicet Fr. Thomæ Tolentinatis cum sociis, qui anno 1321. Thanæ in India a Saracenis martyrium pro Christi fide obtinuerunt; idque per modum *Epistolæ* ad Fr. Salonum Vicarium Ministri Generalis in partibus Orientis, cujus fragmentum recitat Rodulphius lib. 1. fol. 130., & autor æqualis B. Odoricus Forojulien. (vel Anonymus autor æqualis ex cod. Biblioth. Colbert. n. 5496., teste Baluzio, & Echard to. 1. Scriptor. O. P. pag. 550. in *Fr. Jordane*) in Chron. ms. Waddingus in Annal. Min. ad annum 1321. num. 1. dicit, a pluribus scriptam fuisse narrationem hujus martyrii a duobus Ordinis Prædicatorum, & a quinque Minoritis, quorum unum dicit *Bartholomæum accolam Taurisii*. Fuit autem *Tauris* olim regni Armeniæ, postea Persarum Regum sedes, interdumque & Turcæ paruit.

BARTHOLOMÆUS ORDONNEZ = v. *Bartholomæus Garci*.

BARTHOLOMÆUS DE PALMA = v. *Barnabas N.*

DCLXXXIX.

BARTHOLOMÆUS PECTORANUS Italus elaboravit librum inscriptum

Propugnaculum seraphicum pro plumbi laminarum sancti Granatæ Montis doctrina ex mandato S. Rom. Inquisitionis fabricatum: quod Romæ se legisse testatur Petrus de Alva pag. 167. Militiæ univ. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

BARTHOLOMÆUS PISANUS = vide *Bartholomæus Albisi*.

DCXC. 313.

BARTHOLOMÆUS DE PTOLOMÆIS = patritius Senensis, quem omminit Jo: a S. Antonio,

Vitam B. Luchesii Tertii Ordinis scripsit *anno* MCCCLXX. *tempore Urbani V.*, inquit Bartholomæus a Colle, qui eam Vitam transcripsit anno 1477. sub Sixto IV., supra relatus n. 304. Sed Papebrochius in Act. SS. to. 3. April. die 28. putat, scripsisse circa *annum* 1320. tempore Joannis XXII., eo quod ipse tradat, se interfuisse Comitiis Generalibus habitis *Massiliæ*, quæ eo seculo facta fuere annis tantummodo 1319., & 1343.; at, inquit, B. Luchesius obiit anno 1260., & autor Vitæ ejus in prologo perhibet, se Beati Vitam scribere viventibus adhuc, qui eum agnoverunt; igitur verisimile est, Bartholomæum interfuisse Comitiis habitis Massiliæ anno 1319. Ego tamen non video, quin potuerit autor juvenis *Beati Vitam* conscribere, vel saltem majori ex parte contexere, viventibus adhuc viris octogenariis, vel etiam nonagenariis, qui eum agnoverunt; anno 1343. interesse *Generali Capitulo* Massiliæ; & anno 1370. vel eamdem Vitam quibusdam causis interpellantibus intermissam complere, vel ipsam iterum exscribere, ac interpolare, novisque notitiis adaugere; quemadmodum fecit *Bartholomæus a Colle* anno 1477., ut supra.

Autor Supplementi ad Annal. Min. Waddingi sub an. 1230. n. 5. citat *Bartholomæum de Ptolomæis de Viris Sanc. Ill.*; istumne, vel alium, non inveni. Illud mihi constat, *Fr. Bartholomæum Senensem* Ord. Min. an° 1386. factum esse Episcopum Castellanetæ in Calabria, vel Salentinis, & anno 1396. occubuisse; eodemque tempore, *Fr. Jacobum de Ptolomæis* Senensem Ord. Min. an. 1378. Episcopum Narniensem, postea Grossetanum extitisse, ex Ughelli Ital. sac. to. 1. 3. & 9.

DCXCI.

BARTHOLOMÆUS A PULIOLA Bononiensis exeunte seculo XIV. composuit

Chronicon breve Bononiense ab anno 1109. *usque ad annum* 1394., quod nuper publici juris fecit cl. V. Muratorius in to. 18. Rer. Italic. Script. Est autem ab anno, quo cœperunt Bononienses bella gerere; cum paulo ante cœpissent & Florentini, ex Jo: Villano.

DCXCII.

BARTHOLOMÆUS RICO Aragonensis Regul. Observ., professione Laicus, annis permultis janitor Cœnobii Cæsaraugustani composuit volumina 2. acumine plena an.° 1627. hoc titulo:

Logistica, & Arithmetica practica, ars numerica una cum lectionibus regularum simplicium, ac compositarum: cujus autographum in 4. asservatur in Bibliotheca prædicti Conventus sub N. num. 223., & sub. Q. num. 200.; de quo Hebrera, & Valles in Chron. ejusdem prov. apud Jo: a S. Anton. to. 1., ubi & habetur, obiisse eum anno 1642. in ipso Cæsaraugustano Cœnobio.

DCXCIII. 314.

BARTHOLOMÆUS A SALUTHIO = cognomento *Cambi* natus ruri prope Saluthium diœcesis Aretinæ in Tuscia oppidum, ingressus est Ordinem S. Francisci apud Montem Alvernæ tunc Regul.

gul. Observ. Obiit Romæ an. 1617. dic. 15. Novembris in Cœnobio S. Francisci Transtyberim magna sanctitatis fama, ex Terrinca io Theatro Hetrusco Minor. par. 3., Arturo in Martyrol. Francisc. 15. Novembris, ac Rossotto io Syllabo Script. Pedemont., qui labitur una cum Waddingo, dum arbitratur, hunc extitisse ex *Marchionatu Salutii* in Subalpinis, ac Pedemontanis: sequensque ei appositum est epitaphium:

„ Deo Trino Uni. Sedente Gregorio XV.
„ Pontif. Max. Optimo piæ memoriæ Patris Fra-
„ tris Bartholomæi a Saluthio Ordin. Min. Observ.
„ Reformat., cujus corpus ob eximiam viri probita-
„ tem hoc separat monum. Condidit Odoardus
„ Card. Farnesius anno salut. MDCXXI.

Inventiones amoris. Coloniæ 1610. in 12., & Romæ 1645. in 16.

Canticum super Salutationem Angelicam. Venetiis 1614. apud Petrum Combi; & Braccioni an. 1632. per Andream Feum.

Septem tubæ spirituales, *Confortatio peccatoris* carmine vario, & *Cor animæ* italice impressa sunt simul Venetiis an. 1621. in 8. per Baretium; & in anglicum sermonem versa a Fr. Georgio a S. Guljelmo Minorita Duaci an. 1628.; & Mediolani italice an. 1644. in 12. per Ludovicum Monzam. *Septem tubas*, & *Inventiones amoris divini* in gallicum idioma vertit Carolus Jouya cum autoris magna laude.

Amator Jesu Christi in SS. Eucharistia. Venetiis 1626. in 8. typis Gerardi, & Joseph Imberti cum *epistola* ad provincias Belgicas Ord. Minor., *mieuculis* de SS. Sacramento, *soliloquiis*, *rhytmis*, & *canticis*.

Porta salutis pœnitenti animæ patefacta. Coloniæ an. 1627. in 12. Fecit latine Joachimus Michelius, & vulgavit eodem anno in 16. per HH. Jo: Herisas Monachii.

Exercitium devotissimum B. Virgini faciendum. Romæ an. 1628. una cum *epistolis* typis Caballinis.

Speculum Confessionis in compendium redactum italice prodiit Asculi an. 1631. in 16., ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 340. Scripsit etiam

Trilogium mysticum tractatibus 5. conflatum cum

Expositione Orationis Dominicæ, quod in hispanum idioma vertit Franciscus Salvator Martinez Cordubensis, & vulgavit Matriti an. 1696. in 8., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 192. Addit Marracius in Bibliotheca Mariana eum scripsisse etiam

Declarationem Salutationis Angelicæ

Inventiones amoris erga B. Virginem (an aliud Opus a superiori, nescio)

Carmina de mysteriis SS. Rosarii.

Carmina ad eamdem B. Virginem; &

Super septem Psalmos Pœnitentiales B. V. Mariæ.

Hujus viri *Vitam* descripsit *Fr. Franciscus Marius Cugianus*, al. *Corgiarius* a S. Georgio Canapensis ejusdem Instituti, quæ ms. extat Romæ in Bibliotheca S. Petri in Monteaureo, ut habet cit. Andreas Rossottus, *Fr. Sanctorus Melphiensis*, ex quo Benedictus Mazzara in Legend. Francisc. die 15. Novembris, & Petrus Tognoletus Panormitanus Strict. Observ. ex Jo: a S. Anton. to. 2.

DCXCIV. 315.

BARTHOLOMÆUS DE VECCHIS = patria Bononiens., Magister Novitiorum, & concionator. Scripsit etiam

Dubia moralia super Regulam Fratrum Minorum to. 3. in fol. ibidem, teste Genuensi in Biblioth. Script. Capuccin., & Dupino in Supplem. apud Jo: a S. Anton.

DCXCV.

BARTHOLOMÆUS ULIARIUS, al. Olearius Patavinus Institutum Minorum amplexus Patavii, in eo virtute eximia, ac divinarum rerum scientia illustris evasit, sicque Urbano VI., & Bonifacio IX. gratus, ut alter Anconitanæ, & Florentinæ Ecclesiæ Episcopum instituerit anno 1386., & alter S. R. E. Cardinalem tit. S. Pudentianæ creaverit anno 1389., & pro negotiis Sedis Apostolicæ ad Neapolitanum regnum Legatum a latere adlegerit. Anno 1396. Caietæ diem obiit apud suos tumulatus cum epitaphio, quod referunt multi:

„ Unica cardinei fueras qui gloria cœtus
„ Hæc te petra tegit Patavinis mœnibus or-
„ tum;
„ Almas inter nunc animas lætaris olympo.
„ Missus eras partes demum Legatus ad istas,
„ Cum tibi vivaces mors invida sustulit an-
„ nos.
„ Unanimis quidquid condignum munere fama
„ Scire datur studiis, sublimi mente locasti.
„ Longa tuum meritis clarum per secula no-
„ men
„ Non adimit suprema dies; tua vivida virtus
„ Nunquam morte cadens omni memorabitur
„ ævo.

Si fides Georgio Joseph Eggs in Bibliotheca purpurata Monachii edita an. 1714. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 193., scripsit

Quodlibeta theologica.

Comment. in 4. Evangelia.

Sermones de Tempore, *ac de Sanctis*.

De eo Bernardinus Scardeonius de claris Viris Patav., Rodulphius lib. 2., Thomasinus io Elogiis Viror. illustr., Waddingus io Annal. Minor. ad an. 1389., Ughellus to. 1. & 3. Ital. sac., Contelorius, aliique plures.

DCXCVI. 316.

BARTHOLOMÆUS AB URBEVETERI = vivebat anno 1550., & Pharmacopulæ munus exercebat; ut supra in *Angelo Palea*.

DCXCVII. 317.

BARTHOLOMÆUS URSINUS = de quo testatur & Rodulphius lib. 3., aliique post eum. Orlandus Bononiensis de Orig. & progr. Typograph. par. 2. pag. 331. habet: *De filiis Ursi Bartholomæus Ord. Min., qui dicitur Gratia Dei, Quadragesimale, in quo continentur diversi Sermones, prodiit in fol. sine loco, & anno editionis*: sed error est apud Orlandum, ita enim titulus habet:

Incipit Quadragesimale editum a Fr. Bartholomæo de filiis Ursi Ordinis Fratrum Minorum, quod dicitur Gratia Dei: & incipiens a Septuagesima excurrit usque ad Sabbatum post Dominicam Resurrectionis, continetque 80. *Sermones*, scriptum anno 1473. in fol.: extat Florentiæ in Bibliotheca inferiori S. Crucis, & autor dicitur *Nolanus* in epistola. Fr. vero *Gaspar*, cui Quadragesimale dicatum est, fuit cognomento *Golfi*, & anno 1498. factus est *Episcopus Callii* in Piceno, vel Umbria; de quo &, Ughellus in Ital. sac. to. 2. agit; sicut & ipse Waddingus in Annal. Minor.

De eo Toppius in Biblioth. Neapolit., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 184. ex Waddingo.

DCXCVIII.

DCXCVIII. 318.

BARTHOLOMÆO DE LA XARA = Regul. Observ. concionator, ac Theologiæ Moralis Lector edidit patrio idiomate typis Jo: Gomez Opus suum ex Jo: a S. Anton. to. 1.

319.

BARTHOLOMÆUS DE YANO = idem est ac *Bartholomeus Apoxa* de Yano, vel Jano diœcesis Spoletinæ oppido, de quo actum est supra num. 295.

* BARTHOLUCCIUS ASISIAS, quem hoc loco collocat Jo: a S. Anton. to. 1. ex Bonaventura Barone to. 1. Opusculor., est *Guido Bartoluccius*, de quo suo loco.

DCXCIX.

BASILIUS DE BURGO Italus prov. Neapolitanæ Capuccinus, doctus concionator, & in poësi versatus edidit suppresso nomine ex Jo: a S. Antonio to. 1.

Carmina plura eroica latina, & *Epigrammata de Sanctis*. Panormi anno 1648.

DCC.

BASILIUS FERRARI Mediolanen. Min. Conv. sac. Theol. Magister, & verbi Dei concionator insignis, factus est suæ provinciæ Minister an. 1641., & anno 1652. Visitator Generalis provinciæ Genuensis; sui Conventus vero Mediolanensis non semel Moderator; poësi quoque delectabatur; & idiomata gallica, atque hispanica optime callebat. Tandem anno 1656. die 13. Januarii, ætatis suæ 63. animam Deo reddidit in patria; cum usque ad annum 1655. *conciones* ad populum habuisset; typisque dedisset italice

Sermones in laudem S. Antonii Patavini; &

Sermones pro Expectatione partus B. V. Mariæ, testante Abbate Picinello in Biblioth. Mediolanen., & post eum Franchino in Biblios. num. 55., ubi addit, & mss. eum reliquisse

Poëseos præsertim italica varii generis to. 2.; &

Conciones quadragesimales, variasque per annum. De eo & Theulus in Triumpho Seraph.

DCCI. 320.

BASILIUS LUGDUNENSIS = obiit an. 1628. ætatis suæ 76. ex Dionysio Genuensi. De eo Dupinus in Supplem. to. 3.; & Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCII.

BASILIUS NERIUS a Levitiano de Petrasancta Hetruscus Regul. Observ. insignis Theologus, & Philosophus vivendi finem fecit in patria anno 1631. die 3. Augusti; cum jam Aquilæ, Lucæ, Florentiæ, ac Viennæ 18. annos Theologiam docuisset, scripsissetque

Commentarios in libros Physicorum Aristotelis tom. 2.; &

Commentarios in 4. libros Sententiarum tom. 4.; uti prodit Antonius a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. sem. 4. p. 181. & 190., ubi addit, servari mss. in Bibliotheca Conventus S. Francisci Petrasanctæ; & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCIII.

BASILIUS NOLANUS Capuccinus concionator celeberrimus scripsit

Multa ad artem Rhetoricæ, concionandique attinentia, quæ jam præparata typis edenda erant; sed eo morte prævento remanserunt penes P. Matthæum Nolanum ejusdem Instituti Neapoli apud S. Ephrem veterem Guardianum; uti monent Toppius in Biblioth. Neapol., & Coronel. Biblioth. univ. to. 5.

DCCIV. 321.

BASILIUS POLINIACENSIS = fuit natione Gallus a *Polignac*, & *Tertii Ordinis Reformationis Gallicanæ*, Raymundique Lulli *Tertii Ord.* S. Francisci studiosus; non e regno Neapolitano, ut putavit Toppius. De eo & Franciscus Bordonus in Chronologio Tertii Ordinis cap. 38.; sed nihil Waddingo addens.

DCCV.

BASILIUS SALODIENSIS, vulgo *Salon*, Gallus provinciæ S. Ludovici Capuccin. concionator Apostolicus, quo munere pro Christo præclara gessit, scripsitque

De controversiis cum hæreticis plura, quæ an sint impressa dubitat autor Biblioth. Capuccinor. pag. 50.

Obiit clara sanctitatis opinione an. 1625., ex Marcellino de Pise to. 5. Annal. Capuccin.; post quem agit de illo Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.

DCCVI.

BASILIUS DE VICO a S. Severino Capuccinus provinciæ Lucaniæ, vel Principatus sac. Theologiæ professor, & celeberrimus per totam Italiam verbi Dei declamator: obiit anno 1631. Bononiæ illius provinciæ Minister, magnum sui relinquens desiderium, & scripsit

Volumina duo concionum de Tempore; &

Breviarium Theologicum: teste Nicolao Toppio, & Dionysio Genuen. in suis Bibliothecis apud Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCVII.

BASSIANUS DORDADONE Laudensis verbi divini præco & pius, & doctus seculo xv., scripsit anno 1448.

Vitam B. Jacobi de Oldo Laudensis Tertii Ordinis S. Francisci, cui ipse a sacris Confessionibus erat; quam ex ms. italico ediderunt Act. SS. Bollandi Continuatores an. 1675. Antverpiæ to. 2. April. ad diem 18. latine factam cum notis; eamque in compendium redegit Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1404. n. 7. & seqq.; de quo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 195.

DCCVIII.

BEATRIX A CONCEPTIONE Hispana Terrænovæ Ducis filia, virgo devotissima Monasterii Salmantini Clarissar. Discalceat., ac dono contemplationis insignis circa annum 1640. scripsit sermone vulgari

De locutionibus Dei;

De passione amoris: &

De fide viva: quæ impressa extant cum ejus Vita lib. 3. fundationis dicti Monasterii Salmanticæ an. 1696. in 4., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 198.

DCCIX.

BEATRIX A LAUGA Hispana ex oppido Methymnæ de Campo veteris Castellæ genere illustris, virginum, nuptarum, viduarumque exemplar, *Tertiaria*, ac Strict. Observ. Discalceatorum moribus, ac professione emulatrix floruit anno 1640., & jussu suorum Confessariorum scripsit

De beneficiis, ac revelationibus a Deo acceptis in oratione; quorum plura edidit Jo: a S. Anton. to. 2. Chronic. prov. S. Pauli lib. 5.

Expositionem orationis Dominicæ, quam legere est ibidem lib. 2. n. 256. to. 2.

Testamenta duo, quorum fragmenta habentur ibidem num. 354.

Ejus Vitam descripsit Fr. Franciscus ab Ascensione prov. S. Pauli ex Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCX.

BENEDICTA GAMBARINA origine Tarvisina, Venetiis autem nata, anno 1610. die 2. Aprilis Ferrariæ coram Jo: Fontana Episcopo Ferrariensi Religionis S. Claræ Reform. Capuccinarum vota nuncupavit; uti memoriæ prodidit autor coævus M. Antonius Guarinus in Compendio Hist. Eccles. Ferrar. lib. 3. pag. 167.; ibique adeo pietate, doctrina, morumque sanctimonia profecit, ut anno 1658. die 26. Maji decesserit ætatis suæ anno 68. magno omnium desiderio, nec sine sanctitatis opinione; cum post se reliquisset vulgari lingua

Carmina pia, quibus Dei, Sanctorumque laudes canere solebat; & quorum aliqua leguntur in ejus Vita typis excusa, & in libro *Carminum selectorum* Poëtarum Ferrariensium impresso anno 1713. pag. 335. Memorat hanc & Ferrantes Borsetti in Hist. Gymnasii Ferrarien. par. 2. lib. 4.

DCCXI.

BENEDICTUS DE ALIGNIACO Gallus natione, Monachus antea S. Benedicti, & Abbas Crassensis anno 1229. factus est Episcopus Massiliensis, quod munus diu administravit, multaque in eo præclare gessit, ut etiam ad bellum sacrum Jerosolymitanum transfretaret. Anno 1257. jussu Alexandri IV. Fratribus Servor. V. M. de Auno prope Massiliam commorantibus Regulam S. Augustini observandam præscripsit, teste Spondano in Continuat. Annal. Eccles. ad eum an. num. 4. Demum annis, & laboribus fractus Episcopatu dimisso paulo post mensem Augustum anni 1263. factus est *Frater Minorita*, & S. Francisci assecla, ut ex veteri Collectione miraculorum in diœcesi Magalonensi patratorum haberi, notavit Baluzius to. 6. Miscellan. pag. 336. his verbis; *Dominus Benedictus quondam Episcopus Massiliensis, & nunc Frater Minor*: obiitque anno 1268. die 6. idus Julii, ut legimus in Gallia Christ. Sanmarthan. to. 1. n. 34. Errat itaque Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 201, dum ait, hunc ex primis alumnis S. P. Francisci fuisse; nisi intelligat unum ex illis primi seculi hujus Instituti. De eo autor coævus Fr. Salimbene Parmen. in Chron. ms. pag. 439. Juris canonici apprime peritus circa annum 1256. scripsit

Tractatus fidei contra diversos errores super titulum de Summa Trinitate, & fide catholica in Decret. ad Alexandrum IV. missos incipientes: *Quoniam fides est totius spiritualis ædificii fundamentum*: Extat Opus Parisiis ms. in Biblioth. Colbert. cod. 1454., uti docet Oudin in Comment. Script. Eccles. to. 3. col. 487. Anno 1261. miserat suum *Commentarium de Trinitate, & fide catholica* Fratri Thomæ de Lentino O. P. Episcopo Bethlemitano, & Sedis Apost. Legato, ut illum in partibus transmarinis distrahi curaret; ut apud Echard. to. 1. de Scriptor. O. P. p. 360. Apud Diarium Eruditorum Parisiensium anni 1714. m. Febr. pag. 219. & 221. legitur

Præfationes Operis hujus autoris editas fuisse Parisiis anno 1713. in 8. apud to. 6. Miscell. Baluzii, ex cod. ms. Colbert.

DCCXII. 322.

BENEDICTUS BENCOVIC = ita dictus illyrice, quod latine sonat *Benedicti*, seu Benedictus de Benedictis, ut liquet ex epistola *Fr. Jo: Glarola* Ord. Min. Observ. anno 1517. in Conventu S. Jacobi apud Ticinum data *Fratri Benedicto de Benedictis Dalmatæ, Theologicæ facultatis in Urbe Professori clarissimo confratri suo*, præmissaque libris 4. Senten. Scoti editis Lugduni anno 1520. typis Jacobi Myt, & sumptibus Jacobi Juntæ in 8. Hic multorum Scriptorum Opera castigavit, vulgavitque, videlicet

Opera Logicalia Scoti jam a Mauritio Hybernensi antea publicata.

Opus Antonii Andreæ de sex principiis, iisdem typis, eodemque anno.

Antonii Syrrecti Formalitates cum Expositione *Antonii Trombetta*, *Bruliferi* Epitomatibus, *Mauritiique* Annotationibus. Papiæ anno 1520. in 8. per Jacobum Paucidrapium de Burgofranco.

Joannem Anglicum, & Mauritium Hybernicum in Universalia Scoti una cum ejusdem *Scoti Grammatica speculativa*. Ibidem, & eodem anno.

BENEDICTUS CANSFELDT = v. *Benedictus Filchius* infra.

DCCXIII.

BENEDICTUS CATALANI a Roccacontrata provinciæ Piceni in fine seculi XV. Min. Conv. sac. Theol. Magister, & in Dalmatia contra hæret. pravit. Inquisitor, aliisque muneribus functus reliquit post se Opus, quod ms. servatur in Bibliotheca sui Conventus Roccæcontradæ hoc titulo:

Ars compendiosa divina per Fratrem Benedictum Rocchensem compilata; ex Francisco Abundantierio in lib. *Le scienze, ed arti* &c. anno 1752. vulgato.

Hic anno 1508. constitutus est concionator Venetiis in Eccles. FF. Minor. Convent. pro Quadragesima ex Reg. Ordinis pag. 66.; & anno 1509. factus est Pater Conventus Auximi ex cit. Ord. Regesto.

DCCXIV. 323.

BENEDICTUS CELLENUS = Umber, de quo Petrus de Alva col. 176. Militiæ, Jo: a S. Anton. to. 1., & Franchinus; omnes tamen ex Waddingo. Est autem familia *Celleni* patritia, & nobilis Asisii.

DCCXV. 324.

BENEDICTUS CINQUANTA = Regul. Observ. alumnus, cujus

Speculum Prælatorum editum est Mediolani an. 1628. in 4. ex Picinello in Athenæo Mediolanen. pag. 81., qui addit, scripsisse hunc etiam, ac typis evulgasse

Tragadiam spiritualem S. Agnetis.

Pacem spiritualem: repræsentationem.

Idilia passionis Domini carmine soluto in 8. Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum, etsi eum non citet

BENEDICTUS COMBASSEM, quem Jo: a S. Anton. hic dicit scripsisse latine *Expositionem claram status totius Ordinis Minorum*, gallice redditam a *Fr. Alphonso Retcolis* ejusdem Instituti alumno, vulgatamque Nancy anno 1648. in 12., eamque se vidisse, & hujus mentionem extare apud Lenglet to. 3. in Catalogo Historicorum pag. 155., a Waddingo dicitur *Bonitus Combassonius Sabaudus*.

DCCXVI. 325.

BENEDICTUS FIDELIS = Agyrensis Tertii Ordinis S. Francisci Claustr. sac. Theol. Doctor, & Commissarius Generalis, vir in SS. PP. lectione assiduus, vitæ inculpatæ, ac dono prophetiæ insi-

signis. Omnia ejus *Opera* in 6. tomos distributa, & latinitati donata a *Fr. Jacobo Emans* sac. Theol. Lectore Ord. Carmelit. Coloniæ prodierunt an. 1682. in 4. ex Typographia Anisson, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 199. Ejus

Theoremata moralia pro SS. Eucharistiæ Sacramento ex 22. psalmo prodierunt Panormi primum an. 1638. in 8. typis Hieronymi Roselli, quæ vidi apud nostros Bononiæ: postmodum in italicum idioma conversa ab Antonio Cottonio ejusdem Ordinis hoc titulo: *Speculazioni morali* &c. excusa sunt Venetiis an. 1640. apud Jacobum Sarzinam.

Dominicale. Venetiis an. 1646. in 4. apud Juntas, & Babam.

Sermones quadragesimales cum nonnullis aliis in lucem dedit primum Panormi anno 1635. in 4. per Decium Cyrillum, & 1636., deinde recusi fuerunt Venetiis eodem anno, & 1546. per Sarzinam in 4., Neapoli, & alibi italice.

Sermones de Sanctis præcipuis, & quorum Ecclesia celebriores dies festos agit italice Venetiis apud Juntas an. 1640. ex Franc. Bordono in Chronologio Tertii Ord. cap. 38., qui cap. 25. n. 82. ait ex Rocho Pyrrho in. Not. Catanen., decessisse in patria an. 1648. 3. Septembris; cum in seculo filius *Fortunati Medici* Philosophiæ ac Medicinæ operam dedisset, & anno 1588. Institutum 3. Ord. S. Franc. suscepisset. De eo Marracius, & alii apud Mongitorem to. 1. Biblioth. Siculæ.

DCCXVII. 326.

BENEDICTUS FILCHIUS = anno 1599. martyrii desiderio æstuans in Angliam profectus est, quo fidem catholicam patriæ restitueret: ubi deprehensus, & in carcerem jussu Elisabeth Reginæ inclusus, ibi summa animi constantia in fame, siti, nuditate, doloribus, & ærumnis integro triennio perseveravit, donec ad preces Henrici IV. Francorum Regis libertate donatus Lutetiam reversus est; ubi Novitiorum curæ præfectus scripsit

Regulam perfectionis continentem breve, & clarum compendium totius vitæ spiritualis redactæ ad unicum punctum *voluntatis divinæ*, in tres partes distributam: de *voluntate divina* exteriori complectentem vitam activam: de *voluntate divina* interiore pro vita contemplativa: & de *voluntate essentiali* agentem de vita supereminenti. Anglico idiomate illam autor conscripsit, ediditque; deinde belgice, & gallice facta; postmodum latine reddita ab autore paucis ante obitum annis jussu Fr. Hieronymi a Castro Ferrettorum Generalis Capuccinorum typis data est, prodiitque Romæ an. 1625., & 1628. typis Bartholomæi Zanetti; Parisiis 1650.; & Lugduni 1658. Vertit eam & in idioma hispanum D. Bartholomæus de Leonardis ab Argenzolo Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Canonicus, eusaque Cæsaraugustæ an. 1648. apud Jo: de Lamy.

Soliloquium pium, & grave in 12. an. 1608. apud Carolum Castellanum.

Librum diversorum exercitiorum spiritualium. Parisiis anno 1608. apud Carolum Castellanum

Epistolam responsivam cuidam dubio facto circa objectum divinæ voluntatis. Anno 1609. iisdem typis.

Equitem Christianum bipartitum. Eodem anno, & typis in 12.

Exemplar cujusdam documenti traditi circa orationem pro excitatione cujusdam personæ afflictæ ob defectum gustus, & consolationis in eadem. Ibidem an. 1629.

Miraculis, & prophetiæ spiritu clarus decessit anno ætatis suæ 46., teste Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Anton. to. 1. Ejus *Vitam* descripsit Jacobus Brousseus Doct. Theol. Sorbon.; memineruntque Jo: Perusinus in Vita B. Felicis a Cantalicio, Galterius in Tab. Chron., & Arturus ad diem 21. Novembris §. 6

DCCXVIII.

BENEDICTUS FRANCOFONTENSIS *Gaete* cognomento provinciæ Siciliæ cum prius clericali habitu in eremo Rossamani per decennium asperrimam vitam duxisset, anno 1589. Strict. Observ. Reformatorum habitum, & Regulam suscepit, inter quos per 38. annos Novitiorum Magister, eos eximia charitate ad sanctimoniam adipiscendam instruxit, scripsitque italico sermone cujusdam Sacerdotis nomine editum Opusculum tit.

Duodecim gradus humilitatis. Reliquit autem mss.

Epistolam exulis hominis ad Christum Regem; & *Responsionem Jesu Christi homini exulanti*.

De perfectione Christiana to. 1. in 4.

De tribus viis, purgativa, illuminativa, & unitiva in 2. partes in 4.

Obiit Panormi 15. Martii an. 1630. virtutibus, & prophetiæ spiritu illustris ex Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 200.

* BENEDICTUS FUC anglus, qui anno 1611. clarebat, connumeratur inter Scriptores illustres Ordinis Minorum a Fr. Aug. de Wite in Genealogia S. Francisci pag. 70., ut adnotat Jo: a S. Anton. to. 3. in Append.; sed quid scripserit, non indicavit: & forsan est *Benedictus Pucius*, de quo infra.

* BENEDICTUS GAETE = v. *Benedictus Francofontensis*.

DCCXIX.

BENEDICTUS LEODIENSIS BELGA prov. Flandriæ Capuccinus sac. Theol. Professor, & concionator edidit

Poëmata varia diversi generis in laudem aliquot virorum illustrium. Coloniæ an. 1646. apud Arnaldum Kempens ex autore Biblioth. Capuccinor. apud Jo: a S. Anton. to. 1.; laudaturque hic Scriptor a Philomatio in Musis juvenil. pag. 106.

DCCXX. 327.

BENEDICTUS LUGDUNENSIS = edidit etiam

Super Regulam Leonis X. Tertiariis S. Francisci datam pro Claustralibus, & secularibus, quam declarationibus, ac documentis illustravit; atque

Constitutiones pro utrisque.

Cæremoniale Ecclesiasticum, & Rituale monasticum ad usum sui Ordinis; &

Academiam perfectionis in tres partes divisam; quarum in prima agitur de Christiana perfectione pure sectanda; in secunda de operatione evangelica; & in tertia de Regularibus Institutis, teste Francisco Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 32. n. 106., & cap. 38.; nec non Vernon in Syllabo autorum 3. Ordinis, & ex his Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 200.

* BENEDICTUS MASSILIENSIS = vide *Benedictus de Aligniaco*.

* BENEDICTUS MEDIOLANENSIS = vide *Benedictus Sanbenedictus*.

DCCXXI.

BENEDICTUS MEGLIAVACCA Clarellanus dioe-

cesis Mediolanensi Regul. Observ. bonarum literarum amator

Orationes diversas composuit; & illam *in laudem S. Joannis Boni Mediolanen. Archiepiscopi* vernaculo sermone a se anno 1647. in Cathedrali Ædæ Mediolanensi habitam Vulgavit, ut refert Abbas Picinellus in Athenæo Mediolanen.

* BENEDICTUS N. Gallus autor *Summæ de peccatis* gallice impressæ Lugduni an. 1584. in 8. ex Indice Biblioth. Tellerianæ pag. 97. apud Jo: a S. Anton. to. 1.; & Parisiis an. 1595., puto esse *Benedictum Sangallum*, de quo infra.

DCCXXII.

BENEDICTUS PALLOCIUS Ord. Capuccinorum Romani Cœnobii Guardianus scripsit

Fructus Seraphicos, quos citat Jacobillus to. 2. de SS. Umbriæ an. 1655. edito ad diem 25. Augusti de Ven. *Ruffino* a S. Urso Capuccino, ubi dicitur scripsisse de *Viris illustr. Capuccin.*; item ad diem 9. 13. & 22. Septem. in Vita *S. Sylvestri* Asisiatis Capuccini anno 1609. defuncti; ad diem 8. Octobris in Vita Ven. *Bernardini* de Collepetraccio Capuc.; & ad diem 5. Octobris in Vita *Fr. Iustini* Nursini itidem Capuccini anno 1594. mortui. Citat hunc & Nicolaus Anton. in Biblioth. Hisp. to. 2. pag. 25. in *Ludovico Cæsaraugustano*, vocatque *Polaccium*: atque idem ille videtur, qui ad diem 18. Augusti apud eumdem Jacobillum de tribus Capuccinorum Conventibus Fulginei, eorumque Viris appellatur *Fr. Benedictus Scandrilia* in *Fruct. Seraph.* Porro

Fructus Seraphici italice prodierunt Romæ an. 1656. in 4. per Angelum Bernabò; alias dicti *Compendium Annalium Zachariæ Boverii*

Meditationes de passione D. N. J. C. Viterbii, & Romæ an. 1651. in 8. per HH. Corbeletti.

Ordinationes antiquorum PP. in Religione FF. Minor., præsertim S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici circa compositionem exterioris hominis. Viterbii an. 1659. in 12.

Obiit Romæ an. 1659. ex Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Anton. to. 1.; de quo & Dupinus in Supplem. to. 3. Est autem *Scandrilia*, al. *Ponticelli*, locus provinciæ Romanæ, ubi ab anno 1589. Franciscani *Reformati* Cœnobium S. Mariæ Gratiarum obtinent.

DCCXXIII. 328.

BENEDICTUS DE PASSAFLUMINE = Regul. Observ. Generalis concionator edidit etiam

Vitam Francisci Gonzagæ. Panormi an. 1636. in 4. ex Jo: a S. Anton. to. 3. in Append., apud quem to. 1. cum errore legitur, obiisse anno 1606.

De eo Mongitor in Biblioth. Sicula to. 1. Decessit autem Messanæ.

DCCXXIV.

BENEDICTUS PASSIONEI Urbinas Capuccinus vitæ sanctitate, gratia curationum, ac dono prophetiæ ornatus, a Ludovico Dupino in Supplem. to. 3. dicitur autor

Tractatus de paupertate FF. Minorum juxta S. P. Franciscum, qui ms. extat in sui Ordinis Cœnobio Forosempronii, ubi piissime obiit an. 1625. die 30. Aprilis; cujus gesta describunt varii autores apud Dionysium Genuen., a quo accepit Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCXXV.

BENEDICTUS A PODIO CANOSO Picens, & B. Conradi Asculani, qui obiit an. 1289.; socius scripsit

Vitam ejusdem *B. Conradi Asculani*, uti legimus apud Wadd. in Addend. ad Annal. Min. sub an. 1289. n. 30., & apud Act. SS. Bolland. Collectores to. 2. April. die 19.; quæ tamen vel adhuc latet, vel amplius non extat.

* BENEDICTUS POLONUS, quem hic Scriptoribus adjungit Jo: a S. Anton. to. 1. ex Bibliotheca Dominicana to. 1. pag. 130., socius fuit Fr. *Joannis de Plano Carpini* Legati Innocentii IV. ad Tartaros, cui quidem adscribitur *Relatio de Tartaris*; sed huic Benedicto nequaquam.

DCCXXVI.

BENEDICTUS PUCIUS Minorita, cujus

Compendium Chronicorum FF. Minorum prodiisse Venetiis an. 1608. in 8. dicitur in Catalogo præfixo Historiæ Ordinum Monasticorum gallice edito Parisiis an. 1721., & apud Langlet to. 3. in Catalogo Historiarum pag. 153. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 201.: forsan *Benedictus Fuc*, de quo supra.

DCCXXVII. 329.

BENEDICTUS SANBENEDICTUS = concionator, & suæ provinciæ Mediolanen. Definitor.

Annales Capuccinor. Boverii to. 2. ex latino italice in tomos 4.; quorum 1. & 2. prodiit Taurini an. 1641. in 4. apud Dominicum Tarinum; 3. & 4. Venetiis 1645. in 4. apud Juntas; prohibentur ex Decr. sac. Congr. Indicis Libror. sub die 18. Julii an. 1651. Vertit quoque e latino in italicum idioma

Annalium eorumdem *Capuccinorum tomum 3. scriptum a Fr. Marcellino de Pise pro continuatione Boverii*. Prodiit Lugduni tomis 2. in 4. an. 1676. Descripsit quoque

Vitam Fra. Fratris Bernardi a Corleone Laici Capuccini Panormitanæ provinciæ, cusam Mediolani, & Genuæ an. 1683. in 4., quæ ex italico idiomate in hispanum versa edita est Matriti an. 1683., & 1686. in 4. per Gregorium Rodriguez ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ in Append. ad to. 1., & Jo: a S. Anton., qui de eo agit to. 1. pag. 103. in *Antonio Drepanitano* pag. 202., & pag. 201. v. *Benedictus Mediolanensis*, quem diversum existimavit; ubi addit, curavisse etiam, ut typis darentur

Conciones quadragesimales P. Emmanuelis Orchii ejusdem Instituti anno 1650. Mediolani, & Venetiis, ut infra suo loco. Dionysius Genuen. in Bibliotheca Scriptor. Capuccinor. *plura alia* quoque scripsisse dicit.

DCCXXVIII. 330.

BENEDICTUS SANGALLUS = anno 1518. die 29. Augusti lauream Magisterii suscepit Romæ a Georgio Benigno Salviati Archiep. Nazareno, ex rescripto Leonis X., & literis Antonii Marcelli Ordinis Generalis M. relatis in aliis ejusdem Archiepiscopi, quæ servantur Bergomi in nostri Conventus Archivo; ubi & habetur Pauli III. epistola Episcopo Cajetanen. (Petro Flores Hispano), Archidiacono, & Philotheo Griffoni Canonico Ecclesiæ Bergomen. data xv. kal. Martii an. 1537., qua jubet, P. Magistrum Benedictum Sangallum præfici *Ecclesiæ Parœciæ* Annunciatæ V. M., & S. Galli Abbatis *terræ S. Galli* Vallis Brembanæ inferioris in agro Bergomati, ejus vita durante. Anno 1527. aggregatus fuit Cœnobio Bergomensi. De eo agit Marius Mutius Hist. Bergomen. par. 3. tit. S. Franc. Min. Conv., & Donatus in Scena Liter. Bergomen. par. 1. pag. 91. cum Waddingo scribens. Non

Non ait Rodulphius lib. 3., se mss. vidisse hujus *Sermones* apud Fr. Joannem Mapellos Bononiæ; sed *correctos a Fr. Joanne Mapello*, qui vivebat anno 1500., ut suo loco videbitur; Rodulphius vero anno 1586. scribebat. *Fr. Benedicti Sermones* mss. in pergam. extant Viennæ, ex Inventariorum libro provinciar. Bohemiæ, & Austriæ in Archivo Ord. apud SS. Apostolos: hic creditur Minorita, & forsan est *Sangallus*.

Summam peccatorum excusam puto Parisiis non anno 1595., sed forsan vel anno 1505., vel 1495., quo juvenis autor vivebat; potuit tamen cudi & post autoris obitum; ideoque incertum, an sit ea *Summa Benedicti N. Galli Minoritæ* cusa Lugduni anno 1534. vel 1584. Vide *Benedictus N. Gallus supra*.

* BENEDICTUS A SCANDRILIA, al. a Scaptinea = v. *Benedictus Pallocius*.

D C C X X I X. 331.

BENEDICTUS SCOFFER = Regul. Observ., de quo Lequile, & Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

D C C X X X.

BENEDICTUS A TORSIANO Perusini agri oppido Strict. Observ. Reformat. vir pius, & doctus vulgari lingua scripsit, ediditque

Gemmam Paradisi. Tuderti an. 1624. in 12. apud Aloysios; de quo Ludovicus Jacobillus de Scriptor. Umbr. apud Oldoinum in Athenæo Perusino, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 202.

* BENEDICTUS URBINAS = v. *Benedictus Passionei*.

* BENEDICTUS ZELENO (apud *Indiculum Marianum* ms. Antonii de Pinelo in Bibliotheca Matriten. Conventus Regul. Observ. repositum sub C. D. n. 146.) Italus Minorita ex Regul. Observ. alumnis vernacule in lucem dedit tomum in 8., cui titulus:

Gloria Assisiensis Conventus S. Mariæ Angelorum de Portiuncula. Perusiæ an. 1611.: ita Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 203.; & non advertit, hunc esse illum *Benedictum Cellenum*, de quo ex Waddingo, & Petro de Alva egit superius pag. 198., *Conventualem*que fuisse, & non *Regul. Observantiæ*.

D C C X X X I. 332.

BENIAMINUS BEAUPOURT = ad ejus imitationem, ut observavit Franciscus Carrere initio suorum Comment. in sac. Scriptur., Cornelius Jansenius Episc. Gandaven. 8. post annos suam *Harmoniam Evangel.* publicavit. Agit de hoc Scriptore Fab. Justinianus in AA. Elencho pag. 47.; & Gronvæus in Elencho Scriptor. in sac. Script. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C X X X I I.

BENIGNUS GENUENSIS Oneliæ natus Strict. Observ. provinciæ Siculæ alumnus anno 1618. factus est Minister Generalis sui Ordinis Salmanticæ non studiorum, scientiarumque splendore, sed innocentiæ titulo; annoque 1625. expleto regimine declaratus est Commissarius Generalis Cismontanus, & *maxima opinione sanctitatis* ex Jo: a S. Anton. to. 1. mortuus est Romæ in Cœnobio S. Isidori Hibernen. an. 1651. die 15. Aprilis humatus; cum scripsisset

Apologeticum pro Religione Regul. Observ. Minorum a nonnullis *Reformatis* apud Cardinales Congr. Regularium omnimodæ Regulæ transgressionis insimulatorum, porrectum Cardinalibus depntatis super controversia, an retinendi, vel supprimendi essent *Vicarii Generales* a Gregorio XV. Strict. Observantibus concessi: Roncilione an. 1624. apud Franciscum Mercurium impressum. Idipsum egit *Fr. Jos. a Plagis* Strictissimæ Observ. in Lusitania Minister an. 1622.; unde ex hoc non eruitur, *Benignum* non fuisse Ordinis *Reformatorum*, & Strict. Observ., ut vult autor italicæ *Apologiæ Fratrum Minorum* anno 1750. Lucæ vulgatæ to. 3. sec. 5. cap. 2. Reliquit etiam *Benignus* sui zeli monumenta

Statuta Generalia Barcinonensia. Segobiæ examinata, & iteratis vicibus impressa.

Epistolas duas encyclicas omnibus sui Ordinis directas, in quarum prima agit *de reformatione*, extatque apud Dominicum de Gubernatis to. 1. Orbis Seraphici pag. 252. Altera est *circa votum præstandum ab omnibus pro defensione mysterii Immacul. Conceptionis*; quæ legitur apud Anton. Daza in tract. de Concept. cap. 7. pag. 61.

Epistolam aliam ad Philippum III. Hispan. Regem *pro Immaculata V. M. Conceptione* impress., teste Petro de Alva col. 181. Militiæ univ.

D C C X X X I I I. 333.

BENTIVENGA DE BENTIVENGIS = de quo & Ughellus in Italia sac. agit, & Jacobillus in Script. Umbris. Frater illi fuit *Angelarius* nomine ejusdem Instituti sectator, & ei in Episcopatu Tudertino successor.

D C C X X X I V.

BERARDUS STROTIUS, vel Strozza nobilis Florentinus Regul. Observ. concionator, Theologus, ac Musices peritus fertur scripsisse lingua materna

Sermones prædicabiles, &

Regulas, observationesque ad Musicam; easque extare mss. in Bibliotheca Minor. Observ. prope oppidum Emporii, vulgo *Empoli*, inter Florentiam, & Pisas; uti scribit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. apud Julium Nigrum in Script. Florent.; & forsan hic ille est, quem Augustinus Superbus in suo Catalogo ms. de Script. Ord. Min. fol. 50. dicit *Gabrielem Strozzium* Florentinum variæ lectionis virum, sacræ Theologiæ, & SS. Patrum studiosum, humanioribus literis haud expertem, in præcipuis Italiæ civitatibus ingenii, & eloquentiæ præstantiam patefecisse, ac scripsisse *conciones varias, quadragesimales, in Adventu Domini, de laudibus B. V. Mariæ, atque alia*; floruisse vero an. 1615., quo Superbus ipse scribebat. Fortasse in seculo nomen tulit *Gabrielis*, illudque mutavit in *Berardum* relicto seculo. Præcedenti autem seculo, nempe 1500., apud Minores Conventuales degebat *Fr. Joannes Strotius* in Conventu S. Crucis Florentiæ ex Reg. Ordinis an. 1500. pag. 56. & 57.

* BERNARDINUS ALBIZESCHI = vide *Bernardinus Senensis*.

D C C X X X V. 334.

BERNARDINUS AMICUS = Regul. Observ., cujus Opus Florentiæ prodiit in fol. typis Petri Cecconcelli cum figuris celebris artificis Jacobi Callot.

De Terrasancta ædif. citatur a P. Daniele Huetio in Demonstr. Evangel. prop. 9. cap. 162.

De eo Toppius, Petrus de Alva col. 181. Militiæ, Lassor to. 2. pag. 295., Corohel. Biblioth. univ. to. 4. num. 3677., & Jo: a S. Antonio.

D C C X X X V I.

BERNARDINUS AB ANGELIS Hispanus patrio idiomate vulgavit

Tra-

Tractatus, *& conciones de Immacul. Conceptione V. Mariæ* to. 2. in 4. Hispali ann. 1616. & 1617., testibus Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp., & Petro de Alva col. 181. Militiæ. De eo autor Biblioth. Marianæ ms. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCXXXVII. 335.

BERNARDINUS AQUILANUS = hic *Amicii* cognomine, & a *Fossa* fuit Aquilanæ diœcesis oppido; Perusii quinquennium Legis canonicæ studiis cum incumberet, ad Ordinem S. Francisci Regul. Observ. se convertit ob conciones B. Jacobi de Marchia; in eoque factus est suæ provinciæ Vicarius; postea illam quoque Dalmatiæ, Bossinæque rexit; ut refert autor æqualis Marianus apud Marcum Ulyssiponen. par. 3. Chronic. S. Franc. lib. 7. cap. 38. Anno autem 1455. erat suæ provinciæ Vicarius Generalis, ex Annal. Minor. ad eum annum n. 52. & 54. Ejusdem

De Cœnobiis, & viris piis provinciæ S. Bernardini, seu Aprutii brevis Historia latine excurrit usque ad an. 1496., non usque ad an. 1464., ut legitur corrupte, & numeris inversis in editione Veneta a Baretio anno 1612. curata. Attamen *Vitas BB. Virorum, & locorum provinciæ S. Bernardini* compendiose, & latine scripsisse usque ad annum 1444. habemus ex Bartholomæo Cimarella par. 4. Chonic. S. Francisci lib. 9. cap. 45.; ubi & refert *epitaphium* ei positum ab Antonio Amico ejus Pronepote J. V. D. Ejus

Libellum spicarum, qui forsan est brevis Historia provinciæ S. Bernardini nunc relata, citat P. Rodulphius lib. 1. fol. 91. in margine.

Vitam S. Bernardini Senensis eam esse puto, quam dederunt Act. SS. Continuat. Bolland. die 20. Maji ex ms. Conventus Aquilani sine nomine autoris, sed quem Aquilanum Minoritam ipsi agnoverunt Bollandii, qui eam ineditam existimarunt; sed legitur hæc *Vita* cusa Cremonæ anno 1499. in Breviario Romano per Carolum de Darleriis in fol. V. *Anony. incerta regionis* xv.

Historiam quoque scripsit *revocationis Bullæ Eugenianæ anno* 1456. *factæ*, uti testatur Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1455. num. 54.

Bernardini de Fossa Quodlibetum extat in Biblioth. S. Marci Venet. cod. 143. Bess. in 4. partim chartac. partim membran. folior. 296. seculi xv., in cujus pag. 279. legitur: *Ego Fr. Bernardinus Aquilanus de Fossa Ord. Minorum complevi scribere hanc tabulam manu propria, & festinanter in loco S. Andreæ prope civitatem Theat'nam in vigilia S. Francisci, quando terribiliter ningebat anno mundi* 1462.; ex Indice.

Bernardini Aquilani de Fossa Centurio, seu *sermones centum in diversas materias*, quorum primus est *de gloria Paradisi* incipiens: *sic currite, ut comprehendatis* 1. *Cor.* 9. 2. completus in loco S. Nicolai prope Sulmonam *anno* 1436. *die* 26. *Septembr.* extat ibidem cod. in 4. partim membran. partim chartac. folior. 353. Sed vereor errorem in numeris; nam dicitur obiisse anno 1503. ætatis suæ 83.; natus est igitur anno 1420., eireiter: quomodo autem ætatis suæ anno 16. scripserit, qui forsan nondum erat Minorita? Legendum forsan 1486. Ibi habetur & ejus *Vita*. De eo Arturus ad diem 29. Novembr. §. 2.

DCCXXXVIII. 336.

BERNARDINUS DE AREVALO = *Tractatus de correctione fraterna* prodiit etiam ibidem an. 1571. in 8.; de quo Lorca 2. 2. disput. 56. in cap.

De perfecto statu paupertatis religiosæ Fratrum Minorum. Hispali 1575., teste Dupino in Supplem. to. 3.

Decisiones dubiorum 18. *circa statum FF. Minorum* habentur a pag. 338. *Expositionis Regulæ* Fr. Blasii a S. Raphaele Hispali editæ an. 1636. in 4. Scripsit etiam

Sermones pios, & doctos, quos memorat autor synchronos Chronic. S. Franc. par. 3. lib. 9. cap. 40.; & *Sermonarium* ejus ms. haberi in Bibliotheca Conventus de Abrojo prov. Immaculatæ Conceptionis testantur Petrus de Alva col. 181. Militiæ, & Daza in tract. de Conceptione; sicut & in Conventu Angelorum existit, teste eodem Anton. Daza lib. de Stimatibus S. Franc. cap. 2.

De libertate Indorum (non *Judæorum*, ut apud Rodulphium, & cit. Daza Seraph. Hist. lib. 3. cap. 48. par. 3.) scripsit, cum novæ Missionis Indiæ orient. fuerit constitutus Præfectus, commissa ei Ministri Generalis autoritate ad plures Custodias erigendas, teste Haroldo ad annum 1532. num. 1.

Expositionem Regulæ FF. Minorum edidisse tradit Ludovicus Miranda una cum Rebolledo, & Petro de Alva tab. 1., sed fortassis ea est; ad cujus calcem sunt *Decisiones* 18. *dubiorum* &c. edita Ulyssipone anno 1567. in 8.

Obiit autem m. Augusto anno ætatis suæ 62. magna sanctitatis opinione, ex cit. autore Chonic. S. Franc. etiam par. 4. lib. 3. cap. 77. Agunt de eo Rodulphius lib. 1. fol. 91. inter SS. & BB., Gonzaga par. 3. in prov. Conceptionis, & Antonius Daza in Hist. Seraph. lib. 3. cap. 48. par. 4., ubi ait, recusasse Archiepiscopatum Toletanum a Carolo Cæsare oblatum.

DCCXXXIX. 337.

BERNARDINUS ASTENSIS = ex vetustissima *Malabailorum* familia, uti docet Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont.; de quo Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccinor., qui eum dicit *Bernardinum Palladium*; & P. Gravina in Voce turturis par. 2. pag. 245., qui vocat *virum omni virtutum genere ornatum* apud Jo: a S: Anton. to. 1. pag. 212.; & plures alii cum laude apud Arturum die 12. Maji in Martyrol. Franc. Obiit annos natus 69. 4. idus Maji.

Liber spiritualium orationum prodiit Mediolani 1535. apud Antonium Castilioneum; & Genuæ an. 1557. typis Antonii Belloni.

DCCXL. 338.

BERNARDINUS A BALBANO = Possevinus in Appar. sac. ait: *Bernardinus Balbanus vir religiosus edidit italice*

Speculum orationis. Venetiis anno 1560. *Speculum orationis, in quo exprimitur ejus necessitas, atque utilitas*, italice prodiit Parmæ an. 1537., & 1556.; Venetiis 1593.; Parisiis gallice an. 1601.; & hispánice factum Cæsaraugustæ anno 1604. in 8.; estque id forsan, quod Waddingus appellat *Methodum brandi*. Vide Biblioth. Script. Capuccinor.

Meditationes de vita Christi, & ejus Matris Virginis Mariæ tomis 2. in 8.

Mysterium flagellationis D. N. J. C. &c. italice prodiit primum Venetiis an. 1537., & 1559.; & gallice Parisiis an. 1601. in 8.; sed Waddingus infra attribuit etiam *Matthiæ Balbano* Capuccino; atque

aitque versum fuisse in gallicum ab Antonio Gazeo Doctore Medico in urbe Auriaca, Sed forsan ibi erravit in nomine; vel huic nomen fuit *Matthia* in seculo, mutavitque in *Bernardinum* factus Religiosus.

De 9. effusionibus sanguinis D. N. J. C. Venetiis an. 1559., & Parisiis 1601.

De septem regulis bene vivendi to. 1. in 8. Scripsit quoque

Tractatum de prædestinatione, & libero arbitrio hominis. Venetiis an. 1593.

Tractatum de gloria Paradisi to. 1. in 16., & *alia* piissima Opuscula.

Claruit prophetico spiritu, pietatisque opinione; deque eo præ ceteris agit Dupinus in Supplem. to. 3., & Boverius in Annal. apud Dionysium Genuen., & Jo: a S. Anton. *Balbani* familia nobilis regni Neapolitani jam extincta dicitur.

DCCXLI. 339.

BERNARDINUS BONAVOGLIA = Fulginas Regul. Observ. concionator, & sac. Theologiæ Lector Generalis *Opus* suum vulgavit an. 1606. typis HH. Aloysii Zanetti in 4. dicatum Francisco Card. Sfortiæ, qui obiit anno 1624. Vidi librum Bononiæ apud nostros, & Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum; impressum quoque fuit Coloniæ anno 1607. in 8., teste Petro de Alva col. 182. Militiæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. In prologo autor spem facit aliorum Operum inquiens: *Quoniam si hujus primi tomi inventiones vobis placuisse cognoverimus, alios duos, de Tempore scilicet, & de Sanctis edemus: nec non de componendis concionibus instructiones: & quadragesimalium etiam Evangeliorum passus quatuordecim viis, modisque explicatos, sacræ videlicet Scripturæ autoritatibus, figuris, conceptibus, PP. doctrinis, Scholasticorum rationibus, Conciliis, sacris concionibus, legum inductionibus, Philosophorum placitis, multigenis exemplis, astrologia mystica. Poëtarum dictis, antiquis hierogliphicis, ac tandem Historiis variis tum sacris, tum ethnicis*: quæ quidem jam adornasse significare videtur, sed paulo post morte præreptus edere non potuisse.

Hic autor e vivis excessit in patria die 5. Augusti an. 1609., ex Ludovico Jacobillo de Scriptor. Umbris. Quapropter falsitatis arguitur, ac deceptionis *Fr. Octavius de S. Francisco* in Opusculo italico inscripto; *Lumi serafici*: cap. 8. scribens; hunc Bernardinum fuisse *Guardianum* Cœnobii S. Mariæ de Angelis prope Asisium anno 1496.; anno vero 1500., & 1506. *Vicarium* provinciæ S. Francisci; ejus concionem latinam *de Indulgentia Portiuncula* se ms. reperisse in Bibliotheca S. Bartholomæi prope Fulginium habitam, circa annum 1512., in eaque referre eum, se ægrotasse Fulginii an. 1510.; tandemque testari de concessione *perpetua, quotidianaque Indulgentia* a Paullo III. anno 1544. Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum prope Asisium facta; ob quam unam omnia confinxit ille vir egregius, & quidem Asisii Episcopus.

DCCXLII.

BERNARDINUS BURDIGALENSIS provinciæ Aquitaniæ Min. Capuccin. concionator, & in Geographia, Mathesique eruditus delineavit, æneisque laminis sculpsit

Omnes provincias, & Conventus Minorum Capuccinorum, servata etiam climatum constitutione secundum veram illorum distantiam. Romæ an. 1646. in fol., teste Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCXLIII. 340.

BERNARDINUS A BUSTO = non ab oppido *Busti*, ut hactenus plures crediderunt, inter quos & Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., Vercellensem hunc etiam arbitratus; sed a familia patritia Mediolanensi fuit, quod ex epigrammate viventi scripto, ejusque *Mariali* præfixo perspicue declaratur, ubi legitur: *Bernardine ideo Bustina a gente vetusta*: & in par. 1. serm. 9. ejusdem *Marialis* ipsemet inquit: *unde cum essem quadam die cum peritissimo in utroque jure Domino Laurentio de Busti quondam patre meo, qui fuit de Collegio Doctorum Mediolani annis* XLII.; in epistola vero *Rosario* sermonum præmissa ipse se subscripsit: *Fr. Bernardinus de Busti de Mediolano Ordinis Minorum* &c.: & in memorato sermone 9. *Marialis* par. 3. dicit, se juri, legibusque *Papiæ* operam navasse; quod plane lucet etiam ex ejus Operibus.

Rosarium sermonum per Quadragesimam prodiit primum Argentinæ an. 1496., ex Orlando de Orig. & progr. Typographiæ; mox Lugduni 1498.; & Venetiis eodem anno per Georgium Arrivabeni; postea Hagenovæ 1500.; exinde Lugduni an. 1502., & iterum an. 1513. per Jo: Cleyn in 4., & 1515. typis Antonii du Ry, sumptibus Jacobi Jungetæ, & sociorum; & Brixiæ an. 1588. castigatum typis Petri Mariæ Marchetti; tandem Coloniæ an. 1607. in 4. per Antonium Hierat, Bernardino Carvajalo S. R. E. Cardinali dicatum. In hujus Operis laudem longum *epigramma* struxit *Fr. Illuminatus Novariensis* ejusdem Instituti, quod Operi præfixum legi potest.

Mariale in 12. partes divisum impressum fuit Norimbergæ an. 1493., & Argentorati anno 1496. in fol. typis Martini Flach, & 1498.; inde Lugduni an. 1502., & 1515.; & tandem Coloniæ an. 1607. per Antonium Hierat in 4. Compositum autem fuerat anno 1492.; quem annum autor addecit par. 4. serm. 5.; & sunt *sermones* 63. Alexandro VI. dedicati; quos citat Adrianus VI. in Senten. lib. 4. tit. *de restitutione*.

Officium de Conceptione B. Virginis legitur post primam partem *Marialis*, in cujus compositione usus est autor non tam prosa, quam versu; sed leonino; cusumque fuit seorsum Lugduni, & Argentinæ an. 1502. in 4.; & antea etiam Argentinæ an. 1498.

Devota meditatio passionis D. N. J. C. elegiaco carmine; & *Officium S. Crucis*. Mediolani an. 1492. in 8. per Uldericum Seinzenzeler, ex Argelato to. 1. Biblioth. Script. Mediol. col. 590.

Elucidarium de Immacul. Conceptione cum *Officio, & Missa* de eadem prodiit ibidem eodem anno in 4. iisdem typis ex cit. Argelato. *Opusculum de Immacul. Conceptione ad Innocentium VIII. Pont. Max.* incip. *Innocentissima Dei Virgo, Beatissime Pater*; continens ea, quæ sunt in *Mariali*, prodiit Mediolani an. 1482. in 4., teste Petro de Alva col. 182. Militiæ, per Uldericum Seinzenzeler: sed eo anno adhuc Sixtus IV. sedebat.

Officium gloriosissimi Nominis Jesu Christi cum *epigrammate* ejusdem. Ibid. eodem anno cusum in 8. ex eodem Argelato, qui & tradit, penes se tria hæc Opuscula extasse. *Officium* hoc approbatum fuisse a Sixto IV. habet Bulla Clementis VII. relata in alia Clementis VIII. *Sacratissimi Nominis Jesu* &c.

&c. apud Rodericum to. 2. Bull. Apost. pro Regul. B. 3. Clem. VIII.; illudque est, quod recitatur in universa Ecclesia Dom. 2. post Epiphaniam jussu Innocentii XIII.

Pro defensione Montium Pietatis an. 1497. ad Card. Bernardinum de Carvajalo Legatum in Lombardiam Mediolani scriptum hoc titulo: *Defensorium Montis Pietatis contra figmenta omnia æmulæ falsitatis*: cum epigrammate ad Hieronymum Torniellum sui Ordinis Vicarium Generalem. Prodiit Mediolani eodem anno 1497. per Ulder. Scinzenzeler ex cit. Argelato to. 1. col. 602.; Lugduni quoque an. 1618. in 4. apud Jo: Clein *scriptum ad contemplationem R. P. Bernardini Feltrin ejusdem Ordinis*, ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 208. Hoc Opus autor ipse citat initio, & in fine tabulæ per totum annum præmissæ *Rosario sermonum*.

Consilium de retrovendendo, & de pacto retrovendendi, ex Conrado Gesneny in Biblioth. univ. apud Picinellum de Script. Mediolanen.; nisi pertineat ad *tractatus Defensionis Montium Pietatis*.

Expositionem super Orationem Dominicam scripsit, teste Angelo Rocca to. 2. pag. 411. apud Jo: a S. Anton. pag. 408. to. 1.

Tractatum de imitatione Christi per assumptionem status Tertii Ordinis de Pœnitentia, quem vulgavit Antonius a Sillis in libro *de Studiis, origine &c. Tertii Ordinis*. Neapoli 1621.

Thesauro spirituale, o siano Canzoni divote: prodiit Mediolani an. 1492. in 8. per Uldericum Scinzenzeler cum *epistola elegiaca* Fr. Samuelis Casinensis ad eum, ex Argelato in to. 1. Biblioth. Script. Mediolan. col. 590., qui scribit, penes se extare dictum Opusculum.

Opusculum metro italico, cui titulus *Corona*, edidisse legimus in serm. 1. par. 2. *Marialis* illis verbis: *unde in corona nostra dicitur: gran tesori furon dati &c.*: quod & ibi sæpe adducit par. 3. serm. 4., par. 10. serm. 1., & par. 11. serm. 1., nec non par. 7. serm. 1. & 6., atque serm. 1. & 6. par. 2. citat *cap.* 38. *Coronæ* suæ. Poësi enim vulgari, latineque delectatum esse, fidem facit *Carmen elegiacum* ad Sixtum IV. de sua in B. V. Conceptionem veneratione, atque affectu:

„ Non fuit Antistes, Pater o Sanctissime, quisquam;
„ Sed neque venturis forte diebus erit &c.

quod legitur in fine primæ partis Marialis.

Multimodis itaque erratur a Possevino in Appar. sac., dum refert, *Bernardum de Busto Ordinis Prædicatorum scripsisse Rosarium sermonum*; id quod exscripsit Ambrosius Gozzæus Ord. Præd. in sui Ordinis Scriptorum Catalogo; qui quod legerint *Rosarium*, Dominicanum illico existimarunt. Obiit autor anno 1500. Malegnani in Insubria ex Supplem. ad Annal. Minor. De eo Marracius, aliique apud Arturum.

DCCXLIV. 541.

BERNARDINUS DE CAIMIS = vetusta familia natus Regul. Observ., & frater germanus *Bartholomæi Chaym* supra memorati num. 302., anno 1477. *Commissarius* fuit locorum Terræsanctæ, & an. 1483. *Nuncius* a Sixto IV. ad Ferdinandum Castellæ Regem missus est: cujus legationis meminit autor æqualis Bernardinus Busti in suo *Mariali* serm. 9. par. 1., a Waddingo, & Jo: a S. Anton. perperam Bartholomæo fratri adscriptæ; anno vero 1491. fundare cœpit in *Monte Varallo* diœcesis Mediolanen. insigne illud opus, unaque piissimum loca Terræsanctæ, sanctumque *Christi Sepulcrum* repræsentans, quo nil nobilius cerni potest, inquit P. Rodulphius lib. 3.; sed cum errore fratri ejus Bartholomæo attribuens. Eo in loco decessit vir pius an. 1499. die 5. idus Febr., ex autore Supplementi ad Annales Minor. ad eum annum num. 6., & Gonzaga par. 2. Commemorat hunc cit. Bernardinus Busti in dicto *Mariali* par. 1. serm. 4. par. 3., & Arturus ad diem 9. Febr. §. 3., ejusque *Vita* ex Gonzaga legitur in 4. par. Chron. S. Franc. lib. 1. cap. 16. & seqq. Joannes a S. Antonio addit soluminodo Waddingo, fuisse *Guardianum* in Monte Sion.

DCCXLV.

BERNARDINUS CALLINIUS nobilis Brixianus post multa in Ordine suo egregie administrata munia anno 1541. assumptus est Episcopus Signinus in Latio, qua Ecclesia octo annis recte gubernata, rerum humanarum pertæsus se dignitate abdicavit an. 1549., ut refert Ughellus to. 1. Ital. sac. in Signin. Episc. num. 51., ubi addit, edidisse, vel edi curasse

Vitam S. Brunonis. Habet hunc & Rodulphius lib. 2. Hist. Seraph. fol. 234.; sed perperam, ac mendose *Saginensem* Episcopum appellat loco *Signiensis*.

DCCXLVI. 542.

BERNARDINUS DE CARDENAS = Regul. Observ. ex urbe Chuquiaho regni Peruani factus est Episcopus Paraguajanus idibus Augusti an. 1642. ex Indiculo Bullarii Seraph. Petri de Alva & Astorga sub an. 1640. num. 13., ejusque magna cum laude probitatis, & doctrinæ meminit Joannes de Palafox Episcopus Angelopolis, & Osmensis in Hist. par. 2. exemp. 11., & art. 18., & Nicolaus Anton. to. 1. Biblioth. Hisp.

Manuale rerum Peruviani regni. Matriti an. 1634. in 4. apud Franciscum Martinez, teste Jo: a S. Anton. to. 1. Scripsit quoque jam fere centenarius

Libellum, seu *Sermonem theologicum* ad Alexandrum VII. anno 1655. assumptum *pro celebratione trium Missarum in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum*, quo petiit concedi Sacerdotibus illius regionis Peruanæ, ut quilibet Sacerdos illa die tres Missas celebrare posset, ostendens & petitionis causam, & concessionis rationem & exempla; teste Francisco Haroldo in *Lima limata Conciliis* &c. pag. 310., & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 209. ubi tradit, *Sermonem* editum fuisse in 4. sine loco, & anno editionis.

* BERNARDINUS CARDINALIS hoc loco recensitus a Jo: a S. Anton. to. 1. ex Rodulphio lib. 4. uti autor *Operis Theologici* citatus in Summa Angelica, mihi est *Bertrandus a Turre Cardinalis* corrupte dictus in editis *Bernardinus*. Non solum in Summa Angelica, sed ante eam in Summa Rosella non inter Theologos, sed inter *Summistas* adducitur.

DCCXLVII.

BERNARDINUS A CHIASTEGGIO Italus Strict. Observ. Cœnobii Ticinen. concionator Generalis, & Reformatæ provinciæ S. Didaci Custos edidit italice

Vitam B. Bernardini Feltrensis. Papiæ an. 1551. in 8. typis Caroli Porri, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C X L V I I I.

BERNARDINUS A CILENTO Capuccinus Neapolit. provinciæ Vicarius Moderatorque, & concionator obiit Neapoli an. 1586. ætatis suæ 63. in Cœnobio S. Euphebii, cum scripsisset

Enchiridion religiosæ perfectionis, in quo agit de virtutibus omnibus Religiosis necessariis; italice. Eum cum laude, & viri sancti nomine memorat Boverius to. 2. Annal. Capuccinor., a quo autor Biblioth. illius Ord., & Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C X L I X.

BERNARDINUS A COLLE PETRACCIO agri Tudertini oppido Regul. Observ., & postea Capuccinorum alumnus anno 1594. die 3. Octobris obiit in Cœnobio Porcariæ prope Aquaspartam annos natus 81. ea sanctitatis opinione, ut Aquæspartæ Dux Fridericus Cæsius eum sepeliri jusserit in privato sacophago Ecclesiæ Montis Scopii, ubi etiamnum a populis venerari dicitur, ut Boverius to. 2. in Annal. Capuccinor., aliique plures apud Jacobillum de SS. & BB. Umbriæ tradunt ad diem 3. Octobris. Scripsit

Gestu Matthæi Bassi usque ad *Bernardinum Astensem*, teste Boverio in principio Indicis rerum suorum Annalium, ubi recenset Scriptores sui Ordinis, quibus usus est. Quare &

Chronicon Capuccinorum scripsisse dicitur, quod ms. extare cit. Jacobillus & refert, & sæpe citat ad diem 25. Augusti de B. Raynerio Burgensi, ad diem 25. Julii de B. Petro Moleanensi, ad diem 20. Augusti de Ven. Patre Bonaventura a Monteregali, ad diem 3. & 13. Septembris, nec non 11. Octobris: citatur & ab Arturo in Martyrol. Francisc., ubi dicitur *Bernardinus Petraccius*. De eo Dupinus in Supplem. to. 3., & autor Biblioth. Capuccinor. apud Jo: a S. Anton.

D C C L. 343.

BERNARDINUS A CORVERA = fuit a sac. Confessionibus Ven. *Mariæ de Antiqua* Tertii Ord. S. Francisci, postea non diu ante mortem *Ordinem de Mercede Excalceat.* professæ, cujus

Opuscula spiritualia typis edere curabat, ex autore Biblioth. Hisp. par. 2. to. 2. pag. 71. Joannes a S. Antonio Waddingum exscribit.

D C C L I.

BERNARDINUS DINIUS Uzzanensis provinciæ Tusciæ Regul. Observ. Lector emeritus, vulgo *Jubilatus*, in Philosophia, ac Theologia, nec non re Historica peritus scripsit

Commentarios in Dialecticam, Physicam, libros de anima, & de Angelis, aliaque subtiliter: nec non

Historiam Principum, Ducumque familiæ Cybo italice *usque ad annum* 1592.; quæ omnia mss. tomis 6. distributa extare, tradit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4.; & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.; eaque extare penes se, & ipsosmet Principes, & D. Antonium *de Pagnes* Presbyterum secularem Uzzanensem

* B. BERNARDINUS FELTRENSIS = vide *Bernardinus Tomitanus*.

* BERNARDINUS FLORENTINUS = vide *Bernardinus N.*

* BERNARDINUS A FOSSA = vide *Bernardinus Aquilanus*, vel *Amicius*.

D C C L I I.

BERNARDINUS GENOVESIUS Drepanitanus provinciæ Siculæ, Tertiique Ordinis S. Francisci Regul. Observ. edidit

Librum de Vita, & miraculis S. Antonii Patavini ex Chronicis Ordinis collectis 40. capitibus distinctum lingua vernacula, & impressum Romæ an. 1606., quem adducunt Act. SS. Collectores Bolland. to. 2. Junii ad diem 13. in Vita S. Antonii. Latuit Waddingum, Bordonum, aliosque.

* BERNARDINUS GUARDAGRILLI = v. *Jo: Bernardinus Guardagrilli*.

D C C L I I I. 344.

BERNARDINUS DE LAREDO = Regul. Observ. Hispalensis scripsit hispano idiomate

Ascensum Montis Sion cusum etiam Methimnæ Campi an. 1542.; Compluti vero prodiit anno 1617. in 4. per Jo: Gratiam, absque autoris nomine.

De Scriptoribus sui Ordinis, quod ms. extare creditur.

Metaphoram medicinæ, ex Nicolao Antonio in Biblioth. Hispana, Hispali impressam hispanice an. 1520. in fol. sine nomine autoris ex Indice Biblioth. Barber. to. 1. inter Anonymos. Et quidem Marcus Ulyssiponensis Chron. S. Franc. par. 3. lib. 9. cap. 42. præter librum, cui titulus: *Modus faciendi*: tradit, utilissimum *tractatum medicinæ* composuisse.

Fertur obiisse an. 1545. ex Baretio Chronic. S. Francisci par. 4. lib. 3. cap. 52.; sed anno 1555. ait Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 211. Ejus virtutes recensent Ortiz lib. 15. Annal. Hispalen., Chronologus provinciæ Angelorum, & Gonzaga.

D C C L I V. 345.

BERNARDINUS LAVINETHA = Minor. Convent. sac. Theol. Doctor

Artem magnam Raymundi Lulli interpretatus est, vulgavitque Lugduni an. 1517. in 4., ex Catalogo Operum dicti Lulli apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 5. Junii die 30., & ex Jo. a S. Anton. to. 1. pag. 217. v. *Bernardus Lavinetha*.

Dialecticam, seu *Logicam novam* ejusdem *Lulli* castigavit, restitutis, quæ olim fuerant ablata, ex cit. Catalogo; ubi & habetur, *omnia* hujus *Opera* prodiisse Coloniæ an. 1612. in 8., vocaturque *Bernardus*, ut & in to. 1. Biblioth. Barber. pag. 603. apud cit. Jo: a S. Anton.

D C C L V.

BERNARDINUS Manzoni Cæsenas Min. Conv. sac. Theol. Magister, & an. 1636. Pisis, anno vero 1645. Senis contra hæret. pravit. Inquisitor conscripsit

Cæsenam sacram Historiam Ecclesiasticam Domino Albitio S. Officii Romæ Assessori, postea S. R. E. Cardinali Cæsenati, vulgavitque Cæsenæ anno 1643. in 4. typis Amatoris Massæ; laudatque hoc Opus Ferdinandus Abbas Ughellus in Ital. sac. to. 2. de Cæsen. Episc., & Thenlus in Triumpho Seraph. Ejus *Historia Eccles.* vulgata est ultimo Lugduni Batav. 1723. in fol. per Petrum Vander in to. 9. par. 7. Thesauri Antiquit. Ital. Collect. Grævii ab Hectore Bucci Cæsenate aucta, & emendata.

Obiit in patria anno 1647. ex Franchino in Bibliosophia num. 60.

* BERNARDINUS MOLITIUS = v. *Bernardinus Rheginus*.

D C C L V I.

BERNARDINUS A MONTECALVO provinciæ Genuensis anno circiter 1580. confecit

Concordantias Bibliorum sacrorum, easque dicavit Gregorio XIII., ut refert Oldoinus in Scriptor. Ligur.

DCCLVII.

BERNARDINUS DE MONTE ULMI Picenus *Baccalaureus* Ferrariensis *Conventus*, ut vocant, seu Magister Studii, Lectorque Philosophiæ seculo XV. dictabat

Expositionem Quæstionum Jo: Scoti in librum Prædicamentorum incipientem: *Tria facienda sunt, primum declaratio terminorum* &c.: ms. chartac. in 4. extat Asisii in Tabulario sac. Conventus S.Francisci.

DCCLVIII.

BERNARDINUS A MONTE ULMI alter sac. Theol. Magister, & concionator Min. Convent. vir doctrina, & vitæ perfectione præclarus eam laudem in via præsertim Scoti est assecutus, ut *Scoti anima* passim nuncupatus in illustrioribus Academiis Theologiæ Professor fuerit electus: at majoris perfectionis zelo excitatus ad Capuccinorum Congregationem se transtulit an. 1538., in qua vitæ austeritate, orationis studio, & exacta Regulæ observantia cælestem quamdam vitæ speciem in terris egit. Scripsit

Comment. in 4. libros Sententiarum juxta mentem Scoti: & *alios tractatus Philosophicos*, qui fere omnes vel adhuc latent, vel non amplius extant.

Obiit an. 1565. ætatis suæ 73. Ejus gesta describit Boverius in Annal. apud Dionysium Genuen., teste Jo: a S. Antonio.

* BERNARDINUS MUTIUS = v. *Bernardus Mutius*.

DCCLIX. 346.

BERNARDINUS N. FLORENTINUS = ex veteri nobilique familia de *Cherichinis*, non de *Barduccis*, ut ait Raphael Badius in Catalogo Theolog. Florent., & post eum alii plures; filiusque Bartholomæi filii *Barducci* filii Francisci de *Cherichinis*; qui *Barduccius* ejus avus anno 1409. unus ex Legatis fuit Reipublicæ Florentinæ Pisas ad Alexandrum V. Rom. Pontificem missis, ex Scipione Ammirato Hist. lib. 17. Bernardinus autem ejus nepos Conventual. sac. Theologiæ Magister declaratus est Senis an. 1471., annoque 1473. die 21. Aprilis Collegio Florentino Theologorum aggregatus ejusdem Collegii Decanus invenitur anno 1487. Fuit primus Minoritarum Theologus Universitatis Pisanæ anno 1472. erectæ usque ad an. 1479.; annoque 1473. Conventus S. Crucis Florentiæ *Regentis* Studiorum munus obivit, ut observavit Stephanus Fabrutius Doctor Pisanus in nuperrima præcipuorum monumentorum Academiæ Pisanæ Collectione anno 1743. evulgata. Anno 1488. institutus est Pisis Studiorum *Regens* in Conventu sui Ordinis, ex Actis Capituli Generalis Cremonæ eo anno celebrati, & an. 1492. Florentiæ contra hæret. pravit. *Inquisitor*, ex Regesto ms. Generalis Ministri Samsonis. Anno 1467. docta *Oratione* in principio, & in fine Comitiorum Generalium Ordinis Florentiæ habitorum uti celebris ecclesiastes auditus est, teste Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 1.; obiitque anno 1508.

Dialogum de laudibus castitatis, atque virginitatis scripsit *anno* 1471. *kal. Augusti*, ut legitur in fine dicti Opusculi, quod extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis Min. Conv. plut. 24. num. 683. versus claustrum in 4.

De hoc autore tractat Lucas Joseph Cerrachinus in Fastis Theologicis Collegii Theolog. Universitatis Florentinæ, & antea Rodulphius lib. 3.

DCCLX. 347.

BERNARDINUS OBICINUS = non *Minister Regul. Observ.* ex Waddingo, & Jo: a S. Anton., sed Custos provinciæ Brixiensis Strict. Observ. Reformat. an. 1588. ex *epistola* præmissa editioni italicæ *Speculi disciplinæ S. Bonav.* adjudicati, ab eo curatæ Brixiæ an. 1602.; quo in officio erat etiam anno 1599., ut liquet ex approbatione Operis *super Universalia Scoti* ab Hieronymo Accepto ejusdem Instituti elaborati ab eo facta. Edidit & italice

Sacrum Dei Templum, sive *sermones varios pro Sanctis, aliisque anni temporibus*. Venetiis an. 1621. in 4. typis Jacobi Sarzinæ cura Bartholomæi Fontanæ: quod extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 212. vocat hoc Opus: *Templum sacrum de festis B. Virginis, sive sermones communes pro Deiparæ festivitatibus*: dicitque cusum Venetiis anno 1621. in 4., & illud se vidisse: addit quoque

Tractatum de 4. Novissimis prodiisse Bergomi anno 1601. & 1610. De eo Marracius, Dupinus, & de Alva.

DCCLXI.

BERNARDINUS DE ORIVALARES Hispanus Regul. Observ. scripsit patrio sermone

Compendium de Indulgentiis, ut habet Ludovicus Rebolledus in suo de Script. Ord. Minor. Catalogo apud Coronel. in Biblioth. univ. to. 5., & Jo: a S. Anton. to. 1., atque Nicolaus Anton. to. 1. Biblioth. Hisp.

* BERNARDINUS PALLADIUS = v. *Bernardinus Astensis*.

DCCLXII.

BERNARDINUS PANORMITANUS Regul.Obser. alumnus elaboravit circa annum 1600.

Arborem Beatorum Siciliæ a nonnullis citatam, teste Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 212. Memorat eum & Anton. Melissanus in Supplem. Annal. Min. Waddingi ad an. 1479. num. 4.

DCCLXIII.

BERNARDINUS DE PASSERIS a Fossecchio Tusciæ provinciæ Regul. Observ. Lector Emeritus, vel, ut ipsi ajunt, *Iubilatus* seculo XVII. composuit latine

De catholici subditi debito erga Principem, seu *de jure Principis in sibi subditos*: occasione necis Caroli Stuardi Angliæ Regis. Italice vero

Stabilità della Monarchia Spagnuola fondata sopra quattro basi, religione, pietà, giustizia, e prudenza.

Avvisi compresi in una centuria: quæ omnia ms. extare dicit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 2. serm. 4., ubi & tradit, eum obiisse an. 1652.; etsi Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 213. habeat anno 1662. ex eodem Terrinca.

DCCLXIV. 348.

BERNARDINUS PEREZ = de Mega Hispanus ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 213., & ex Waddingo, Nicolao Antonio, & Balthassare de Medina in utraque sua Bibliotheca. Ejus Opusculum fuit impressum anno 1638. Genuæ.

* BERNARDINUS PETRACCIUS = v. *Bernardinus a Colle Petraccio*. DCCLXV.

D C C L X V. 349.

BERNARDINUS RHEGINUS = cognomine *Molitius* scripsit etiam

Conceptus quadragesimales; &

Chronicon Rhegii; vertitque e græco in latinum

Vitam S. Eliæ Abbatis Bozzettæ, ex Dionysio Genuen., Zuccala, Banio, & Zavarone in Bibliotheca Calabra pag. 81. De eo legi possunt Annales Capuccinor., ut & Nicolaus Toppi in Biblioc. Neapol., Sannius, & Jo: a S. Antun. omnes ex Waddingo.

D C C L X V I.

BERNARDINUS ROCHUS Bidenensis Siculus Min. Conv. sac. Theol. Magister edidit initio seculi XVII.

Meditationes nonnullas typis excusas, teste Philippo Cagliola in Sicilien. provin. explorat. 3. manifest. 4. pag. 129., ubi ait, suo tempore, quo ipse scribebat, nempe an. 1644., adhuc superfuisse; & ex eo Franchinus in Bibliosoph. Scripsit quoque

Vitam, & miracula S. Antonii Patavini italice. Panoemi an. 1654. in 4. apud Petrum de Isola.

Artem devotionis erga Dominicam Passionem, & B. Virginem ms. in Bibliotheca Collegii Societ. Jesu Panormi ex Anton. Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

Hujus fortassis est *ms. Bidenense*, quod sæpe citat laudatus Cagliola; quodque *totius Siciliæ Conventuum Ord. Minor. notitiam* exhibet usque ad initium seculi XVII.

D C C L X V I I.

BERNARDINUS ROMANUS concionator præclarissimus, cujus

Concionis Summarium italice extat ms. Florentiæ in Biblioth. S. Laurentii Medicea plut. 76. cod. 52., ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. pag. 391.; & videtur floruisse circa finem seculi XV., & initio XVI. Forsan est ille *Fr. Bernardinus Italus prædicator egregius*, quem Lugduni an. 1522. moram traxisse in *Conventu D. Bonaventuræ* refert Fr. Thomas Illyricus in epistola ad Lugdunenses eo anno data, & suo *Clypeo status Papalis* præfixa.

D C C L X V I I I.

BERNARDINUS A RUPE *Ursinorum* nobilissima familia ortus, militiæ pertæsus, & inter Capuccinos adscriptus in Piceno, sui Instituti leges adeo perfecte observavit, ut aliis exemplo esse putaretur: scripsit Opusculum

De patrocinio B. Virginis, cujus devotissimus erat, *cum variis precibus*; quod sine nomine autoris impressum fuit Maceratæ, & Venetiis pluries, ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 214.

Obiit Maceratæ an. 1621. ætatis suæ 63.; ejusque Vitam descripsit Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Capuccinor. apud autorem Biblioth. illius Ordinis.

D C C L X I X. 350.

BERNARDINUS SAHAGUNTINUS = Cantabræ provinciæ alumnus

Postilla super omnia Evangelia Domin. Antonius a Leone in Bibliotheca Indiæ Occid. tradit incertum esse, num hujus autoris sit. Sciepsit etiam hispano idiomate

Platica para despues del Bautismo los Niños.

Historias de las cosas antiguas, que los Indios usavan en su infidelidad, assi de sus dioses, idolatryas, vitos, y politica: tomi XI. Libros XII. tomis 4. comprehensos mss. asservari in Conventu Tolosano Cantabriæ provinciæ, ait Jo: a S. Anton. to. 1.

Platica de los primieros PP. de nueva España en la conversion de los Señores della: ex cit. Anton. de Leon tit. 18.

Opus de Mexici occupatione a nonnullis huic attribuitur.

Sermones pro Immacul. Conceptione V. M., teste Petro de Alva col. 185. Militiæ univ.; qui forsan referuntur ad *sermones varios* apud Waddingum.

Expositionem paraphrasticam super Symbolum: *Quicumque vult salvus esse*; &

Aliam super idem Symbolum in forma dialogi.

Doctrinas medicis valde utiles.

Collationes VII. morales.

Speculum spirituale: teste Torquemada to. 3. Chron. prov. S. Evangelii lib. 20. cap. 46., qui ejusdem meminit & lib. 19. cap. 33.; ut & Aug. Ventaneurt in Chron. ejusdem provinciæ, Marracius, & Arturus in Martyrol. Francisc. die 23. Octobr.

D C C L X X. 351.

S. BERNARDINUS SENENSIS = Æneas Sylvius postea Pius II. in Europa cap. 64. de hoc sancto viro admonet, eorum falsam esse opinionem, *qui patriam illi Massam fuisse tradunt, quamvis ibi pueritiæ nonnulla rudimenta peregerit. Ceterum pater, ac majores suâ longa serie inter nobiles Senenses habiti sunt; ubi & ipse natus, & majori ex parte educatus cum adolevisset, juri Pontificio ediscendo operam dedit*: sed autor ejus *Vitæ* coævus origine quidem Senensem, sed Massæ natum, & educatum affirmat; ipse vero in suis concionibus mss. pag. 132. testatur, se in adolescentia *poëtarum* libris adeo indulsisse, ac studuisse, ut sacræ Scripturæ lectionem nausearet, donec lectis demum S. Hieronymi epistolis, poësis studium penitus dimisit, & totum se ad sacrarum Scripturarum lectionem contulit. Ambrosius Spiera Vicentinus Ordinis Servorum B. V. de Adventu Domini anno 1447. in prævio serm. 8. de pœnit. §. *de Sanctis non canonizatis* ait: *Sicut de Reverendo patre fratre Bernardino meis temporibus elegantissimo divini verbi buccinatore, quem vidi, & audivi millies, & plura ejus mirabilia conspexi* &c.: & Bartholomæus Cottia Veronensis Canon. Regul. Lateranen. in Libello repudiationis Ecclesiæ Mediolanen. an. 1454. Nicolao V. dato scripsit: *hanc potissimum ob causam religiosissimus, & nostrarum temporum eloquentissimus vir Bernardinus Senensis tres repudiavit Episcopatus; ne ambitionis nævum, & maculam in ceteros prædicatores injiceret. Animadverterat enim pius, & sanctissimus vir* &c.: & paulo post: *Francisco vero esti adjuncti sunt multi, unius tamen mentionem fecisse satis erit, Bernardini videlicet Senensis viri hac nostra tempestate integerrimi, cujus superius verba fecimus, quemque varia miracula clarum universo orbi reddiderunt. Hic nunquam persuaderi potuit, quo uno in loco diutius prædicaret; omnem peragravit Italiam, ut castella, & vici non expertes illius prædicationis existerent; qualesve, & quot fructus ab hoc consecuti fuerint, certiores sumus.* Æneas autem Sylvius epist. 396. ad Mahometem Turcarum Dominum de hoc ipso dixit: *quem nostra ætas quasi alterum Paullum prædicantem audivit:*

vit: & autor *Vitæ* ejus Maphæus Vegius Laudensis vir prosa, versuque cultissimus, anno 1453. scriptæ, quam Act. SS. Collectores Bollandii evulgarunt to. 5. Maji die 20., tradit, se hunc sæpe concionantem auscultasse *cum admiratione*; *quodque in pronunciationis gratia adeo larga naturæ manu donatus fuerit, ut nihil dignius, nihil præstantius dici possit*: & sane dicendi, prædicandique munus, & artem diu jacentem hic primus erexisse fertur. Andreas Billius Mediolanensis Ord. S. Aug. eo tempore doctrina celeber scripsit duos libros *de institutis discipulis ex doctrina Fr. Bernardini de Senis Ord. Minorum*, ut monuit Waddingus in Addit. ad annum 1450.; quod habet & Possevinus in Appar. sac. v. *Andreas Billius*; quosque libros publicavit Muratorius in Rer. Ital. Script. to.19., qui monet, parum eum favere Bernardino. *Sermones* hujus Sancti adducit autor æqualis & ipse Sanctus Antoninus Archiep. Florentinus par. 1. Summæ tit. 5. cap. 1. §. 8.

Opera ejus a Jo: de la Haye Lugduni vulgata an. 1636., & iterum an. 1650. quatuor, vel quinque tomis, vel partibus in fol. per Huguestan & Ragnaud, & tandem an. 1745. tomis 4. in fol. typis Andreæ Poletti Venetiis distributa sunt hoc modo:

Pars 1. continet *Vitam* ejus a S. Jo: Capistrano editam; *Acta* Canonizationis, & *Orationem* Augustini Dati in ejus laudem, nec non *Quadragesimale de Religione Christiana*, quod ipsemet citat in suo de contractibus, & usuris tractatu art. 1. cap. 1. serm. 1. seu 32.; & sunt conciones 61.

Pars 2. *Quadragesimale de Evangelio æterno*; & *tractatum de usuris*, & *contractibus* sermonibus 45. conflatum, quorum 31. pertinent ad Evangelium æternum, reliqui 14. ad usuras, & contractus: postea sequuntur alii 10. *sermones* a feria 5. post Dominicam Passionis.

Pars 3. *Adventuale de vita christiana* sermones 13., in quo agitur etiam de *octo beatitudinibus*, & *Quadragesimale* 1. *de pugna spirituali*, & *de inspirationibus* sermones 45., & *secundum Seraphim*, seu *de amore* sermones 48. collecti a Daniele Purcili Patavino, dum sanctus vir Patavii recitaret; *sermones* 4. *de* 4. *novissimis*; & 25. *extraordinarios*. Tractatus de *Confessione*; de *speculo peccatorum*; de *præceptis Regulæ FF. Minorum*; de *præceptis Religiosi*; *epistolam ad Fratres ultramontanos*; & de *aspirationibus quotidianis ad Deum*; nec non *dialogum de obedientia*; ac *dialogum de Religione* metro leonino; sed hic est Guidonis de Marchia.

Pars 4. *sermones de Christi Domini festis diebus*; *de augustissimo Eucharistiæ Sacramento*; *de B. Virgine*; *de Tempore*, seu *de Dominicis anni*; & perpaucos *de Sanctis*.

Pars 5. *Commentarios in Apocalypsim B. Joannis Evangelistæ* complectitur.

B. Bernardini Fratrum Ord. Minorum Speculum peccatorum ms. in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedr. Meten. num. 290. ex Montfaucon. Hujus *Speculi* antiqua editio extat Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedr., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 170.

Sermones de Festivitatibus B. M. V. prodierunt Norimbergæ anno 1473. per Federicum Creusnier in 4., ex Orlando de Orig. & progr. Typographiæ: Waddingus dicit 1493.: sed longius aberrat Joannes a S. Anton. 1593. scribens.

Adventuale Seraphim, seu *sermones de amore*, de quibus par. 3. edit., dicuntur primum impressi Norimbergæ an. 1493. per Fridericum Kresnerum in 4.; ob quos immerito Casim. Oudinus Bernardino summe licenter oblatrat.

Tractatus duo de obedientia, quorum alter incipit: *Tollite jugum meum super vos*; alter vero ad modum dialogi: *Paulus*: *Quærebatur pridie* &c. extant excusi in Firmamento 3. Ordinum par. 3. edit. Venet. 1513. Sed inter Opera ejus extat tantum secundus ad modum dialogi.

Tractatus, seu *sermo de Conceptione B. Mariæ Virginis* primum excusus Lovanii anno 1665. a Petro de Alva, & Astorga inter Monumenta antiqua Seraph. pro Immacul. Concept. B. V. repertus fuit Coloniæ Agrippinæ apud Erem. S. Aug. incipiens: *Necdum erant abyssi* &c. Inter sermones vero B. Virginis excusos extat quartus *de Conceptione* incipiens: *Sicut sol oriens mundo* &c.

Considerationes, *per quas anima Dei gratia mediante pervenire potest ad contemptum rerum terrenarum*, & *amorem cælestium*, lingua paterna, vulgarique ex autographo Sancti transcriptæ anno 1563., & ex ms. Collegii Rom. Soc. J. impressæ sunt Lucæ an. 1686. per Hyacinthum Paci, uti nos docent Act. SS. Collect. Bollandii to. 7. Maji in Append.

Confessionale cod. chart. in 4. extat Florentiæ in Biblioth. Riccardiana S. 11. num. 24. ex Indice; quod typis editum fuit an. 1485. die ultima Febr. per M. Franciscum Cenni Florentinum; sed vereor, ne sit *B. Bernardini Tomitani* Feltrensis.

Prediche fatte in Firenze l'anno 1423. *a dì* 8. *Marzo primo giorno di Quaresima in S. Croce* mss. in fol. cod. chart. P. 11. num. 22. & 23. extant Florentiæ in eadem Biblioth. Riccard. ex Indice ejusdem Biblioth. cit. Liburni an. 1756. vulgato labore Doct. Jo: Lami illius Bibliothecæ Præfecti pag. 69.

Conciones vulgares, seu lingua italica, num. 46., quas S. Bernardinus habuit Senis anno 1425. a die 16. Aprilis (hoc est a feria 2. post Dominicam in Albis) usque ad diem . . . . Maji, quo tempore *fecit fieri Nomen Jesu* Fratribus Minoribus; *Societatem mortis* extinctam restituit; & super *campo* civitatis, ubi pro concione dicebat, comburi mandavit 400. alveolos, 200. calculos lusorios, aliaque plura *fascina*, & *maleficia*, mss. pergam. in 8. habentur Aretii apud nostros. Tituli vero concionum sunt: *de charitate* 2.; de *conscientia* occulta, bona, & illuminata 3.; *quanti anima* fiat a Deo; de *amoris parentum* præcepto; de *justitia divina*; de *pravis consuetudinibus*; de *sancta Cruce*; quam *grave peccatum blasphemia*; de *B. Virgine Maria*; de *ludo*, *ludendique* peccato; de *pœnis æternis*; de *Angelis*; de *alieni facienda restitutione*; de *die Dominica observanda*; de *Missa audienda*, *diebusque festis colendis*; de *modo orandi ad Deum*; de *modo restitutionis faciendæ*; de *superbis*; de *Ascensione Domini*; de *amore proprio*; quomodo fiat *peccatorum confessio*; de *maleficis*, & *incantatoribus*; ubi *anima peccare possit*; de *vanitate mundi*; de *vitio sodomiæ*; de *usura*; de his, *qui Deo inservire cupiunt*; qualiter quisque *queat discere confiteri peccata*; de *Spiritu Sancto*; de *Nomine Jesu*; de *justitia*; de *sacrilegio*; de *juramento*, & *perjurio*; de *pace*, & *unione*; de *mortuis*; de *studentibus*; de *Corpore Christi*, & *de Communione*. 2.; *quando depopulatus fuit Paradisus*; de *rebus utilibus*: qua termi-

minata discessit. Incipit autem prima concio: *Inflammatum est cor meum* &c.: *Le parole prelegate sono di Davit Profeta nel Salmo: In sententia volgare dicendo: infiammato è il cuore mio, e son ridutto a niente; e non seppi; e le mie reni sono commosse: del quale sacro parlare io intendo stamane trattare* &c. In concione ultima populo Senensi commendat, ut fiat de *Nomine Jesu* supplicatio procedendo, quoniam & in oppido *Prati* magna celebritate jam fiebat; terminatque: *Dominus benedicat populo suo in pace. Amen. Explicinnt prædicationes. Finito libro referatur gratia Christo: Qui scripsit, scribat: semper cum Domino vivat*. Ita habet memoratum vetus scriptum; quod videtur exaratum paulo post Bernardini Canonizationem.

Conciones, sive *Sermones n. 37. Florentiæ* habiti ab autore anno circiter 1433. ms. in 4. antiquum extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci, & creditur ex parte saltem autographum Sancti lingua materna incip. themate: *Filii sicut novellæ plantationes in juventute sua. Psal. 143. Le parole preallegate sono de David* &c.: continetque primùm 10. Conciones breves, sive mavis sermones de parentibus honorandis; de diebus festis sanctificandis; de audienda Missa; de sacrilegio; de juramento, & perjurio; binas de Confessione; binas de Christi Corpore; & de malis consuetudinibus. Postmodum sequuntur 6. conciones hebdomadæ Septuagesimæ, quibus agit *de judiciis Dei*; in hebdomada Sexagesimæ septem conciones habet, quibus tractat *de septem præliis*; in hebdomada Quinquagesimæ tres primùm conciones dixit *de charitate, de amore Dei, & de bona voluntate*: postea die Cinerum incipit *Quadragesimale de ignorantia*; agitque de jejunio; de eleemosyna; & de pravis societatibus: septem vero concionibus hebdomadæ primæ Quadragesimæ disserit de variis peccatis; & de judicio universali. Cetera desunt, cum ms. sit mancum: & quamquam scriptum sit sine nomine autoris; nihilominus nomen habetur ex concione 6. hebdomadæ Sexagesimæ, & ex ultima seu Dominicæ 2. Quadragesimæ pag. 103., & 220.. in dicta enim concione 6. narrat persecutionem erga se suscitatam ab adversariis, quod pingeret *Nomen Jesu inter serpentes* pag. 106., ita enim calumniabantur, & radios serpentes interpretabantur: prosequiturque de illa *congregatione* hominum, & mulierum simul Romam commigrantium, cum jam *annos* 14. dicit transiisse, ex quo eorum Papa factus fuerat in cælo &c.: cæpit autem secta illa circa annum 1419., ut ex S. Antonino observavit Spondanus ad eum annum num. 4. Igitur conciones has habuit Sanctus Florentiæ circa annum 1433. In his pag. 28. ait, se præterito anno prædicasse illis, quid faciendum, quidve fugiendum, aut omittendum, idest de virtutibus, & viciis; anno præsenti se dicturum pollicetur de fructu, quem consequitur quisquis virtutes sectatur, & vitia fugit: pag. itidem 138. scribit se, quod in præteriti anni Quadragesima de lumine, & splendore pro concione dixerit; in præsenti de tenebris dicturum: & cum præterito anno cum ignorantia cominus ob persecutiones verbi Dei illatas conflixerit; hoc anno cum ea ipsa eminus pugnaturum: pag. vero 135., 205., & 214. se Florentiæ biennium conciones habuisse significat: pag. 83. tuetur, depingi posse verba *Nominis Jesu* cum agno: & pag. 133. in illos invehitur, qui superiori anno dixerant, nihil culpæ fuisse in alveolis, taxillis, & nablis, ut igni traderentur. Desinit hoc scriptum mutilum in concione Dominicæ 2. quadragesimæ, quæ tractat de *ignorantia* rerum cælestium.

Conciones Fr. Bernardini incipientes ex Dominica Sexagesimæ: *Exiit qui seminat seminare semen suum. Lucæ c. 8. Ista prædicatio præparat nobis viam per totam Quadragesimam; & Dominus Frater Bernardinus noster prædicator intendit tractare in prædicatione nostra de semine* &c.: ms. chartac. in fol. *recolectæ Patavii* habentur Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci.

Sermoni di S. Bernardino raccolti dalla sua voce mss. habentur Veronæ in Museo Marchionis Scipionis Maffei, ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 491.

Sermones varii spirituales italica lingua incip. them. *Renovamini in novitate sensus* &c. mss. extant Hispali in Biblioth. Ecclesiæ majoris ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 170.

Bernardini sermones, & tractatus varii mss. cod. pergam. habentur Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 510.

Sermo diffusus *super illud Pauli Apostoli: probet autem se ipsum homo* italice incip. *Ne la pistola*.

Sermonem de partialitatibus citat autor suppar Petrus Chambon provinciæ S. Bonaventuræ Vicarius in epistola, quæ habetur in fine Firmam. trium Ordinum edit. Paris. §. 3. *Malo*.

Tractatus Bernardini de Fons (lego *de Senis*) *Ord. Minor. de christiana religione*, qui editus est par. 1. Operum, extat mss. 200. annor. in Gallica Biblioth. S. Martini Turonen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1338.

De vita christiana ms. in 4. extat in Biblioth. Riccardiana Florentiæ K. IV. ex Indice p. 61.

Tractatus de contractibus, & usuris extat ms. pergam. in Bibliotheca S. Franc. Ferrariæ in 8. vivente autore, vel paulo post ejus obitum exaratus ante ejus canonizationem. Habetur & Asisii in Tabulario sac. Conventus sac. Conventus S. Franc. ms. chart. in 4. incipiens: *Vade, & amplius noli peccare*: per modum concionum; cui annexus est alier *de emptione, & venditione*; & *de ornatu mulierum*: est 32. sermo *Evangelii æterni* cum reliquis de *origine dominiorum*; de *contractibus, & usuris*; aliisque a Sabbato post Dominicam 3. quadragesimæ; quorum *sermo* 47. post Dominicam de Passione est *de vanis mulieribus*.

Opusculum *de charitate* ms. Parisiis in Biblioth. Regia n. 4272. ex cit. Montfaucon to. 2. pag. 479. Agit S. Bernardinus de hac virtute in septem concionibus primis Quadragesimalis Evangeli æterni. Est etiam tertius sermo *de charitate divina* intet extraordinarios.

De Confessione trattatus italice incip. *Chiama de sancta Scriptura* ms. in 4. extat Hispali in Biblioth. majoris Ecclesiæ.

Contemplatio quædam italice incip. *O bon*. ms. in 4. ibidem.

Salutationes ad B. Virginem cum devotis meditationibus de singulis Christi gestis, ac ejus mysteriis latine incip. *Ave Maria gratia plena, prophetiis prædicta, signis præmonstrata*. ms. in 8. ibidem ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 170.

Libellum suum *de beatitudine* ipsemet Sanctus citat in Epistola Petro Thomasio Physico Veneto

da-

data anno 1443. Patavio, quæ legitur apud Rodulphium lib. 2. Hist. Seraph. fol. 243., meminitque illius & Marcus Ulyssipon. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 61. Num ille est, qui inter Opuscula S. Thomæ num. 63. locum obtinuit, illique abjudicatur?

De adventu Antichristi, & separatione conjugum Opus in 23. art. divisum contra Fr. Manfredum Vercellensem scripsisse refert cit. autor Chronic. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 34.; de cujus in Sanctum persecutione testatur Ambrosius Spiera supramemoratus in Quadragesimali de *floribus sapientiæ* serm. 7. conc. 3. Andreas Billius Eremit. S. Aug. scripsit *Admonitionem ad Manfredum Vercellensem*, teste Possevino in Appar. sac., & Gandulfo de 200. Scriptor. Augustin.

De sacrificio Abrahæ tractatus laudatur a Crovveo pag. 82. sui Elenchi in sac. Scripturam Londini anno 1672. editi.

Disputatio, seu lamentatio inter corpus, & animam =

De pœnis peccati =

De Paradisi gaudiis =

De pœnitentia Salomonis = extant in eodem cod. 290. Biblioth. Eccl. Cathedr. Meten., ubi extat *Speculum peccatorum*, de quo supra, ex cit. Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1383., videnturque ejusdem esse autoris.

Dialogum S. Bernardini inter animam, & corpus metro Senensi cecinit Julius Aleni Brixien. Soc. J. circa initium seculi XVII., teste Allegambe in Biblioth. Soc. J.

Ejusdem Bernardini *Opera* mss. habentur in Biblioth. Vatic. cod. 1043. usque ad 1046., ex cit. Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 101. Autographum Sancti extat Romæ in Bibliotheca Ducis Altempsii, teste Corn. a Lapide Comment. in Acta Apostol. cap. 2. num. 3.

D C C L X X I.

BERNARDINUS SICULUS italico metro diffuse scripsit, cecinitque

Translationem corporis, & miracula S. Iannarii Episcopi Beneventani, & urbis Neapolitanæ patroni circa annum 1497.; teste Waddingo in Annal. Minor. ad eum annum n. 17., ubi & ait, se vidisse Opus ms. penes Bartholomæum Cioccarellum Neapolitanum Scriptorum. Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 214. agit de hoc ex Haroldo ad an. 1497. §. 4.

Illum ego *Bernardinum Troyanensem* crediderim, quem Cagliola in Hist. provinciæ Siculæ Min. Conv. explor. 2. manifest. 1. pag. 83. tradit extitisse sui Ordinis aliquando Vicarium Generalem, virum summæ prudentiæ, ac eruditionis in humanis, sacrisque literis consultissimum, concionatoris munus per universam fere Italiam summa cum laude exercuisse, & *Episcopatum Troynensem* jam pridem in Archiepiscopatum Messanensem translatum, unitumque excitare, ac separare curasse, ob idque Romæ se sistere coactum, teste Pyrrho in Not. Messanen. sub an. 1464. Scripsit igitur &

Conciones quadragesimales; nec non

Sermones varios; & *alia*.

D C C L X X I I. 352.

BERNARDINUS TOMITANUS = Regul. Observ. anno 1728. in *Beatorum* numerum a Benedicto XIII. adscriptus est; de quo & autor coævus *Memorialis Ordinis* sub xx. Vicario Generali Min. Observ. agit; & Marianus Florentinus; nec non Rodulphius lib. 1. fol. 85.; omnium autem fusius autor Chron. S. Franc. par. 5. lib. 7. cap. 21. & seqq. Ejus *Vitam* scripsit etiam Fr. Gratianus a Mevania Ord. Eremit. S. Augustini.

Tractatulus de modo confitendi incipiens: *Considerando molte volte* &c.: prodiit etiam Venetiis per Marchion Sessam in 8. sine anno editionis; extatque Ferrariæ apud nostros.

De expugnatione Paradisi. Venetiis an. 1554. in 8. per Bartholomæum Imperatorem, ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 171.

De perfectione christiana concionem italice edidit, quæ prodiit Venetiis an. 1557. per *Moniales conversitas* hoc titulo: *Predica devotissima del B. Bernardino da Feltre, nella quale se insegna la perfetion della vita christiana, utile, e necessaria a tutte le persone, che desiderano d'imparar la via d'andar al Paradiso*: quam & memorat N. V. Flaminius Cornelius tomo 14. Supplem. ad Eccles. Venet. pag. 456.

Quadragesimales conciones super verba: Attende tibi: scripsit, habuitque Vicentiæ; quarum occasione quidam Lector Perusinus e græco italicum fecit *tractatum S. Basilii super illud: Attende tibi*: & B. Bernardino dicavit his verbis: *ex materia tuarum concionum, Religiose Pater, a S. Basilio jam olim tradita, & a me nunc tuis sermonibus excitata accipe munusculum a me exiguum, ab antore pretiosum*: ut refert Bernardinus Chiasteggius in illius *Vita* Papiæ an. 1551. edita pag. 79. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 172.

Tractatum S. Basilii de Virginitate; &

Epistolas Maximi Doctoris (puto S. Hieronymi) transtulit in italicum idioma, si fides est cit. Chiasteggio.

Jacet Papiæ in Cœnobio Minor. Reformat.

D C C L X X I I I.

BERNARDINUS TREVISANUS, al. Tarvisanus, Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & Patavii contra hæret. pravit. Inquisitor cognomento *Philosophus*, omnigenaque doctrina gnaviter excultus adeoque, ut a Ferrariensi, Mediolanensique Ducibus præ ceteris magno in pretio haberetur, quem miror a nemine ne quidem nostrorum inter scriptores recenseri; floruit exeunte seculo XV.: anno enim 1491. institutus est *Regens* Studii Ferrariensis in Cœnobio sui Ordinis ex Actis mss. Comitiorum Generalium Asisii coactorum; & an. 1493. declaratus est primarius Lector in Universitate Ferrariensi, ex Hist. Gymnasii illius urbis a Ferrante Borsetto concinnata par. 2. lib. 1. Scripsit non sine acrimonia, uti tradunt, anno 1495., vel paulo post

De legitima dispensatione Fratrum Minorum adversus Fr. Joannem Perrinum Minoritam Reformat. Coletanæ Lotharingum Doctorem Parisien., ex Rodulphio lib. 3. in *Jo: Perrino*, aliisque post eum.

Commentarium in Metheora Aristotelis ad Ludovicum Morum Sfortiam Mediolani Ducem. Extat ms. membran. in fol. figuris exornatus in Bononien. Bibliotheca S. Francisci hoc titulo: *Opus Bernardini Trivisani moralis, & naturalis Phy. Cœnobitæ Minorum divinæ sapientiæ Doctoris in quatuor libros Metheorologicos Arist. ad Illustriss. Mediolani Ducem Ludovicum M. Sf. Anglam PP. Aagleriæque Comitem, ac Ianuæ Ducem* &c.: Opus quidem doctum, & quod immixtæ subinde *Quæstiones* excellenter illustrant;

strant; præmissoque Aristotelis textu incipit: *Divinus ille Plato* &c.: edidit illud, cum *ordinarie* in publico Gymnasio Ferrariensi Philosophiam profiteretur, ut ipse scribit in epistola ad prædictum Ludovicum Ducem.

Opusculum de judiciali astrologia, an sit vera scientia ad eumdem Ludovicum Mediolani Ducem; cujus Operis ipsemet meminit in literis ad ipsum Ludovicum datis, & Commentario Metheororum præmissis in hunc modum: *Superioribus annis, Illustrissime Princeps, cum adhuc Joannem Gal. . . . M. tua sapientia Ducem Mediolani . . . . . nepotem Karissimum sapientissime gubernares, ac bonis avibus Ferrariam peteres, ut simul Herculem tuum, & ejus agrum conspiceres; ibique, ut aequum est, animum relaxares: Nicolaus M. Estensis dignitate Pontifex suæ patriæ splendor effecit, ut tuis votis a me libellus ederetur de judiciali astrologia, an vera esset scientia: quo perfecto Viglevanum accessi, atque ea elucubratione Celsitudinem tuam donavi* &c. Ludovicus autem Sfortia, ejusque uxor Beatrix Estensis Ferrariam se contulerunt anno 1493. ex Alex. Sardo in fragm. Hist., & Joannes Galeatius Mediolani Dux periit an. 1494., teste Corio Hist. par. 7., Nicolaus vero Estensis factus est Episcopus Adriensis an. 1487., & usque ad annum 1507. rexit, ex Ughello Ital. sac. to. 2.: ceterum cum Ludovicus fugatus, spoliatusque fuerit principatu a Gallis anno 1499.; liquet utrumque Opus ab autore ante hunc annum fuisse compositum.

Expositio in Aristotelem ms. habetur Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 510., ubi depravate legitur *Bernardini Tricitani* loco *Trivisani*; nec quam Aristotelis Philosophiæ partem exponat, edisserit: sed forsan est in *Metheora* supradicta

Memorat hunc ipsum Rodulphius etiam lib. 2. fol. 271. in prov., Custodiaque Veneta, & *plurium Opusculorum* autorem appellat; sed labitur, cum Nicolaum dicit; confunditque cum *Nicolao Tarvisano* ejusdem Instituti, qui anno 1410. creatus fuit Thebanus Archiepiscopus. Memorat & Ferrantes Borsettus supra citatus; sed & ipse non sine errore his nostris additionibuss eluendo

* BERNARDINUS TROYNENSIS = v. *Bernardinus Siculus*.

DCCLXXIV. 353.

BERNARDINUS TURAMINUS = cujus tria prima *Opera* a Waddingo relata habentur etiam ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 482. Edidit etiam patrio idiomate

S. Catharinam triumphantem.

Metamorphoses S. Mariæ Magdalenæ; &

Finale judicium sub nomine *Jacobi*, quo forsan in seculo audiebat, metro italico cusum Mediolani an. 1599., ut perhibent Pompæ Senenses par. 4. tit. 18. n. 87.; quæ testantur, eum ad Archiepiscopatus *Senensis* anno 1628. vacantis dignitatem nominatum, vocatumque honorem admittere recusasse. De eo & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 215. ex Waddingo.

Fratrem habuit *Alexandrum* Juris Civilis Neapoli, & Ferrariæ primarium Professorem, ac scriptis quoque vulgatis haud parum celebrem.

DCCLXXV. 354.

BERNARDINUS WETTWIS = Regul. Obsev.

Compendium controversiarum fidei &c. translatum est e latino in germanicum idioma a Benedicto Scoffer ejusdem Instituti, indito titulo *Stella fidei*, vulgatumque Coloniæ an. 1642., ut supra legimus in *Benedicto Scoffer*. Scripsit &

Libellum contra Boverium Capuccinorum scriptorem, & contra *Bonitum Combassoaem*, ut putavit, Conventualem jussu Ministri Generalis sui Ordinis; quem citat Jo: Matare in Dial. Chronol. par. 3. n. 15.; &

Speculum veræ Ecclesiæ Dei, ac falsarum Ecclesiarum libris 12. Coloniæ an. 1664. in fol. typis Jo: Busæi, teste Jo: a S. Anton. to. 1. De eo Lequile, & Dupin. sec. XVII.

DCCLXXVI.

BERNARDINUS VIGNATI e Roccacontrata provinciæ Piceni Min. Conv. vir apprime doctus, & sui Conventus Guardianus anno 1508. reliquit post se

Tractatum de virtutibus, & vitiis ms. in Biblioth. ejusdem Conv. Roccæcontratæ, teste Francisco Abundantierio supracit. in *Aug. Ruffi*.

DCCLXXVII. 355.

BERNARDINUS URSATUS = Min. Conv. Philosophiæ, Theologiæque peritus, provinciæ S. Antonii, seu Venetæ, ac in Forojuliensi regione floruit seculo XVI.; atque Aug. Superbus in suo ms. de Scriptor. Ord. Min. Catalogo habet, floruisse anno 1530.; de quo mentionem egit Rodulphius lib. 3., & post illum alii. Jo: autem a S. Anton. exscripsit Waddingum, & Rodulphium.

* BERNARDINUS URSINUS = v. *Bernardinus a Rape*.

DCCLXXVIII.

BERNARDUS AUXIMAS in Piceno Capuccinus venerabilis sanctitate, & prudentia, doctrina, aliisque dotibus etiam Regibus admirabilis fertur scripsisse

Tractatum de passione Domini in varias meditationes per hebdomadam distributum, Venetiis impressum an. 1589. sub nomine cujusdam servi Dei.

Obiit anno 1591. ex Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 28. Maji apud autorem Bibliothecæ Capuccin., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 215.

DCCLXXIX. 356.

BERNARDUS DE BESSA = dictus est *de Blesa*; Bartholomæus enim Pisanus illorum temporum vicinus Conform. XIII. par. 2. citat *Legendam Fr. Bernardi de Blesa*: imo & nonnunquam *Joannes de Blesa*, & de *Bessa* legitur appellatus; ut apud cit. Pisanum Conformit. XI. par. 2. de provincia Aquitaniæ disserentem, ubi dicitur *Fr. Joannes de Blesa*. Rodulphius vero in Indice autorum, quibus Historiam Seraphicam confecit, vocat *Joannem de Bessa Aquitanum in suis Chronicis*; quamquam fol. 67. 177. 221. dicit *Bernardum de Bessa*. Quare legendum esse puto *Bernardus de Blesa*, al. *de Bessa*, errore Librariorum apud Pisanum dictus *Joannes*. Est enim *Blais*, vulgo *Bles*, oppidum ad Garumnæ flumen haud longe ab urbe Burdegala, vulgo *Bordeos*, in Aquitaniæ finibus: & est etiam *Bois*, vulgo *Bessa*, sed longe ab Aquitania in regione Beauce prope Insulam Franciæ inter Ligerim, Sennamque fluvios. *Besse* parva civitas est provinciæ Arcemiæ in Aquitania; item burgus est in Meduana, vulgo le *Mayne*, regione. *Blesa* vero, vulgo *Bloys*, oppidum est ad fluvium Ligerim inter Aurelianum, & Turones.

Chro-

Chronica Generalium Fr. Bernardi de Bessa citat autor Chronicorum XXIV. Generalium an. 1374. circiter editorum in *tertio Ministro Generali Fr. Elia*. V. supra *Anonym.* VIII. regionis incertæ

Libellus de triplici statu Religionis Minorum laudatus Pisanus Conformit. XI. dicit, eum *de triplici Ordine S. Francisci tres tractatus* edidisse; se tamen nonnisi illum, *qui de primo Ordine est*, *parvum* vidisse: edidit autem Opusculum post annum 1279., quo *Bonagratia* adlectus est Ordinis Generalis Minister. V. *S. Bonaventura* (17).

Speculum disciplinæ perperam attributum *S. Bonaventuræ* primùm ab eo, qui anno 1495. Argentoraten. editionem Opusculorum ejusdem S. Doctoris curavit, ejusque complementum huic Bernardo adscripsit; est *Joannis Pekam Angli* Cantuarien. Archiepiscopi, ut infra suo loco videbitur; an autem Opus informe perfecerit, & interpolaverit, ut ait primùm editio Argentoratensis memorata, non ausim definire: certe prior editio Opusculorum S. Bonaventuræ Venetiis anno 1487. facta nihil tale perhibet. Id quidem habent & Chronica S. Francisci, seu Chronicorum autor Marcus Ulyssiponen. par. 2. lib. 4. cap. 52., qui *Bernardum de Bessa* dicit; sed ex aliis. Jo: autem a S. Anto. to. 1. exscripsit Waddingum.

D C C L X X X.

BERNARDUS DE BOIL Catalaunus primum *Eremita* Montis Serrati ex Nicolao Anto. in Biblioth. Hispana veteri to. 2.; & etiam Ordinis *S. Benedicti*, si fidem adjungimus Constantino Cajetano Abbati Benedictino; anno 1493. missus est ad insulas Orbis novi cum Christophoro Columbo terras illas repetente, cum jam esset *Ordinis Minorum Vicarius in Hispaniarum regnis*, ex epistola Alexandri VI. ad eum data apud Raynaldum ad eum an. num. 24.

Librum Isaaci de Religione vernaculum fecit vertendo; qui & editus fuit in Monasterio S. Cucufati Vallis Aretanæ an. 1489., ex cit. Nicol. Ant. num. 774. monente, Antonium Possevinum plures referre Isaacos in Appar. sac., sed nulli tribuere *librum de Religione*; addas neque hujus Bernardi meminisse, cum nec apud Waddingum in Annal. Minor. habeatur, nisi id, quod cit. Abbas Cajetanus refert.

D C C L X X X I.

BERNARDUS DE CARONILA Hispanus Alcoletari in Extremadura natus Regul. Observ. Institutum amplexus est; inde in Palæstinam, Locaque sancta missus edidit materna lingua

Vinge e la santa ciudad de Gerusalem verdadere, & nueva desericion suya, y de tota la Terra santa, y peregrination al santo monte Sinai. Neapoli impressum an. 1632. in 8.

Tratado de Constantinopola, y grandezza del gran Turco. Ibidem per Octavianum Beltran an. 1633. in 12. ex Coronel. Biblioth. univ. to. 5.

D C C L X X X I I.

BERNARDUS COLUMNA Romanus non minus sanguine, quam moribus, ac doctrina clarus, verbi divini prædicator, & sac. Theol. Magister, suæque provinciæ ad plures annos Minister, ac Moderator scripsit

Conciones quadragesimales, & per annum, sermonesque; nec non

Commentarios in 4. libros Sententiarum: teste Augustino Superbo in suo de Scriptor. Ord. Minor. Catalogo ms.

Obiit in patria anno 1328. in festo omnium Sanctorum apud Ædem Aracœli tumulatus cum inscriptione temporis injuria jam exesa; uti scripsit Rodulphius lib. 2. Hist. Seraph. in provin. Romana; & ex eo Waddingus in Annal. ad eum annum num. 24.

D C C L X X X I I I. 357.

BERNARDUS LE COQ = Regul. Observ., cujus

Exercitium bonæ Monialis impressum est Parisiis an. 1647. in 12., ex Indice Biblioth. Barber. fol. 48. Porro *Coq* gallice Latinis est *Gallus*. Jo: a S. Anton. Waddingum exscribit.

D C C L X X X I V. 358.

BERNARDUS CUNEUS = Regul. Observ. videtur vixisse seculo XVII. Jo: a S. Anton. item ex Waddingo agit.

D C C L X X X V.

BERNARDUS DE FRESNEDA, aut Fraxineto Hispanus Regul. Observ. vir magnæ pietatis, & doctrinæ a sacris Confessionibus Philippi II. Regis Hispaniarum; postea Conchensis Episcopus deligitur an. 1562., cui Antonius Cordubensis ejusdem Ordinis suum de *Casibus Conscientiæ* librum nuncupavit; & Michael Medina librum de *Indulgentiis D. Bernardo Fresnedæ Conchæ Valeriæ Episcopo, Philippi Regis Catholici Confessario, & summo in utraque Hispania Indulgentiarum Sedis Apostolicæ Commissario* anno 1564.; mox Cordubensis, non *Toletanus* Antistes, ut habet Jo: a S. Anton.; tandem ad Archiepiscopatum Cæsaraugustanum transfertur, ubi decessit anno 1577. in Sacello a se constructo Ecclesiæ Minorum urbis S. Dominici Calceatensis, & ditissimis ad sacra supellectilibus instructo humatus; quemadmodum scripto prodidit Haroldus in Epitome Annal. Min. de eo Cœnobio disserens. Scripsit

Concionum variarum tom. 1.

Annotationum in Tridentinum Concilium to. 1.; cujus sollicitudine idem Concilium absolutum fuisse dicitur.

Instructionum regalium alphabetica methodo to. 1.

De promissis Religiosorum to. 1.: quæ omnia autographa asservantur in Bibliotheca Collegii S. Bonaventuræ dictæ urbis S. Dominici prov. Burgensis.

Instructionem ejus lectu dignam legere est vulgatam in Chronicis præfatæ provinciæ Burgensis, cujus ipse fuit alumnus, lib. 3. pag. 236., & seq.

Constitutiones, & Decreta Ecclesiæ Cordubensis a Minorita Anonymo de Fresneda collecta, & anno 1577. Antuerpiæ impressa; ut supra num. 128. significavi. *Synodales Constitutiones Ecclesiæ Cordubensis* mss. habentur in eadem Ecclesia.

Epistola ejus pia & docta legitur in limine *Opusculi spiritualis P. Ludovici Granata*; quod Opusculum *de oratione, & meditatione* libris 2. ex hispano latinum fecit, prodiitque cum aliis Operibus Ludovici Granatæ latinis Coloniæ an. 1628. in to. 3. num. 2. per Jo: Creps cura Andreæ Schotti S. J., teste Echard to. 2. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 291. in *Ludovico Granatensi*.

Plura de eo Arturus in Martyrol. Franc. ad diem 18. Octobris §. 2., aliique apud Jo: a S. Anton. to. 1. A latere Epistolæ Sacelli, ubi sepultus est, hi versus habentur:

„ Qui sacros census sacros consumpsit in
„ usus,
„ Dum triplex cinxit nobile mithra ca-
„ put, „ Hoc

„ Hoc Superia Templum struxit, muaisque
„ Licæum
„ Bernardus toto clarus in orbe pater.

DCCLXXXVI.

BERNARDUS JORDANI, ut videtur, Venetua Regul. Observ. concionator, unusque e aeptem Theologia Venetia, qui pro Republica Venet. conscripserunt italice

Trattato dell' interdetta della SS. di Paolo V. &c. Venetiis an. 1606.; de quo in Indice Libr. prohibit. Edidit pariter sermone italico

Opuscnlum de Chordigeris S. Francisci cusum Venetiis an. 1612., quod sæpe citat Franciscus Antonius a Leonibus in *S. Francisci Chordigerorum Instructione* cap. 1. cau. 2. cap. 2. pun. 2. & 12., cap. 3. sign. 1., & cap. 5. pond. 2.

DCCLXXXVII.

BERNARDUS LANTERIUS a Portu Mauritio Ligur prius J. V. Doctor, deinde Capuccinus, Novitiorum Magister, & Missionarius Apostolicus scripsit

Expositionem devotiasimam *super psal. 44. Ernetavit* ms. in Bibliotheca Capuccinorum suæ patriæ.

Constitntiones, & regulas pro bono regimine enjnsdam Congregationis ab illo institutæ contra hæreticos in oppido Cadralia; quæ usque adhuc cum magno animarum fructu perseverat.

Alia ejua gesta, & in Missionibus labores late describit Fr. Matthias a Caballomajore in Rationario chronograph. Mission. Evangel. to. 2. Obiit Genuæ an. 1614. ætatis suæ 58., ut refert Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 217.

DCCLXXXVIII.

BERNARDUS LAUGAR Gallus provinciæ Aquitaniæ Regul. Observ. vertit ex hispano gallice

Meditationes mysteriorum nostræ sanctæ fidei cum praxi orationis mentalis, olim editas a P. Ludovico a Ponte S. J. Parisiia an. 1614. in 12. typia Rivaldi Chaudiere ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hisp. v. *Ludovicus de la Puente* apud Jo: a S. Anton. to. 1.

* BERNARDUS LAVINETA = vide *Bernardinus Lavinetha*.

DCCLXXXIX. 359.

BERNARDUS DE LIZANA = Regul. Observ. Ocaniensis provinciæ Castellæ docuit Americanos populos, scripsitque hispano idiomate

Historia de Incatan. Devocionaria de nnestra Señora de Izmal: y conquista espiritual. Pinciæ an. 1633. in 8. ex Coronel. Biblioth. univ. to. 5. n. 3763., Nicolao Antonio, Petro de Alva col. 196. Militiæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCXC.

BERNARDUS MUTIUS Bergomensis Strict. Observ. Reformat. Lector Theologiæ, & Generalis concionator, suæque provinciæ Moderator immatura morte decessit an. 1623. die 6. Maji ætatis suæ 40., relictis, qui mss. extant,

Commentariis in 4. libros Sententiar. ad mentem D. Bonaventuræ; &

Rettorica aggiustata per que' Predicatori, che volentieri s'affaticano su' pulpiti di gente ordinaria; testante Donato Calvo in Scæna liter. Bergom. par. 1., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 211. v. *Bernardinus Mutio*.

DCCXCI.

BERNARDUS N., ut videtur, Gallus circa medium seculum XIV. acripsit

Nonnulla Philosophica, in quibus quorumdam veterum Philosophorum tuebatur opinionem, *nihil a mente humana certo percipi præter intimas permotiones*, ex Epistolis Nicolai de Ultracuria ad eum datis, quas nuper vulgavit Carolus de Plessis Episcopus Tutelensis iu *Collectione judiciorum de novis erroribus* &c. ad annum 1348.

DCCXCII.

BERNARDUS RIGHETTUS Brixianus Regul. Observ. Theologus, ac concionator haud ingratus scripsit quoddam Opus, & quantum conjicere possum, edidit

Historiam, ac Vitam S. Francisci Asisiatis, quam examini, censuræque Petri Aretini subjecit; eamque Aretinua alioquin severus criticus valde commendavit in sua libri 6. ad eum epiatola Venetiia data anno 1554., qua in ipsa quoque prodere videtur, *Historiam* eam in lucem jam exiiase; quam tamen nondum vidi.

DCCXCIII. 360.

BERNARDUS ROBERTI = a Crypta Mainardi ex Toppio in Biblioth. Neapol. De eo Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin., Marraciua, & Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCXCIV.

BERNARDUS SABIA Panormitanus Tertii Ord. Claustralis prov. Siculæ Definitor, Moderator, & per plures annoa Ordinis sui Procurator Generalis, Cœnobiorumque Alchami, & Catanæ fundator edidit italica lingua *sermonem*, cui titulum fecit:

Logica diligenter observata R. P. Mag. Jo: Antonii Brandi Siculi de Salem in suo libro Rosarii inscripto. Romæ an. 1601. in 16. cum eodem Rosario typis Caroli Willeti ex Jo: a S. Anton. to. 1.; qui addit, obisse Messanæ die 13. Januar. 1623. ex Chron. ms. Joannia Alberghini; ejusque laudea descripsisse Bordonum in Chronol. 3. Ord. cap. 13. n. 52., & cap. 25. n. 15.

DCCXCV.

BERNARDUS SCOTUS Italus natione, & forsan Placentinua Capuccinorum alumnus scripsit

De consiliis Paparum; &

De autoritate Episcoporum gallica lingua: obiitque anno 1568., teste Dupino in Supplem. to. 3. apud Jo: a S. Anton. to. 1.; sed mihi suspectus est, cum autor Bibliothecæ Capuccinor. de eo aileat, sicut alii e nostris Rodulphius, Gonzaga, Willotus tunc viventes.

DCCXCVI.

BERNARDUS SOMMA Regul. Observ. concionator vulgavit italico aermone

Concionem de magnitudinibus S. Nicolai Bari habitam die 9. Maji 1595. Neapoli eodem anno in 4. per Stiliolam ex Toppio; & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 220.

DCCXCVII. 361.

BERNARDUS DE VERGER = *Minor. Recollector.* ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 220. De eo Dupinus sec. XVII., & Sannig.

DCCXCVIII.

BERTHOLDUS BERTEAU Gallus Min. Conv. sac. Theol. Magister scripsit librum patrio idiomate hoc titulo:

Director Confessariorum in forma catechismi in fol.; cujus plures editiones factæ sunt, ex quibus 12. in Gallia, & 20. facta fuit Venetiis an. 1672. in 8. per Franciscum Stortum Bibliopolam typis Jo: Mariæ Panciruti in tres divisa partes, editor-

que in epistola Operi præfixa testatur, autorem esse *Franciscanum*: etsi is, qui postmodum eum e gallico in italicum idioma transtulit, vulgavitque Venetiis anno 1683. apud Stephanum Curti in 8. cum *tractatu de septem Sacramentis*, ait, esse *B. Bernaldi Domini Parti Presbyteri, & Theologi eruditissimi*; sed forsan est aliud Opus, cum istud in tres partes non sit distributum, ut illud. Opus ejus prodiit etiam hoc titulo: *Regula prudentis, & pii Confessarii*: sed sine ullo autoris Instituto.

D C C X C I X. 362.

BERTHOLDUS RATISPONENSIS = de quo egregium perhibet testimonium autor ejus æqualis Rogerius Bacconus in proœmio Operis Majoris, & Minoris apud autorem Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 59. *Sed licet*, inquit ille, *vulgus prædicantium sic utatur; tamen aliquè alium modum habentes infinitam faciunt utilitatem: ut est Fr. Bertholdus Alemanus, qui solus plus facit de utilitate magnifica in prædicatione, quam fere omnes alii Fratres utriusque Ordinis*. Quædam ejus miracula narrat Fr. Salimbene Parmen. Chron. ms. pag. 442., & seqq. addens ad ejus conciones interdum 60., & interdum etiam *centum millia personarum* accessisse, & scripsisse

Apocalypsim; &

Magnum volumen sermonum per anni circulum, de Sanctis, de Tempore, & de Dominicis totius anni incip. *Ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum Discipuli* &c.

Sermones ejus *de Sanctis* ms. inveniuntur in Bibliotheca Paulina, & Jenensi, teste Burcardo Gotteldo Struvio in Introduct. ad notitiam rei literariæ, & usum Biblioth. cap. 4. §. 31.

Sermones de Sanctis, & de Tempore servantur mss. in dicta Bibliotheca Paulina Lipsiensi, ex Catalogo illius Biblioth. pag. 150. & 170. testimonio Oudini to. 3. Comment. de Script. Eccles. ad an. 1250., ubi plura de hoc sancto viro ex aliis refert. Scripsisse eum etiam

Conciones quadragesimales, quibus adeo inclaruit, ac populis multis diu profuit, nulli dubium esse potest: sed temporis excursu aut perierunt, aut occultantur.

De eo scribit & S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 2.; Canisius to. 1. Antiqu. Lect. ad an. 1253.; Bzovius Annal. Eccles. ad an. 1260. n. 20.; Aventinus lib. 7. Annal. Bojorum; & Ludovicus Bail par. 2. Biblioth. concion. cap. 34.

* BERTHOLDUS REGINO—BURGENSIS a Jo: a S. Anton. to. 3. in Append. ex Aug. de Wite recensitus est relatus modo B. *Bertholdus Ratisponensis*.

D C C C. 363.

BERTRANDUS DE BAJONA, non de *Barpona* = in Vasconia in seculo *Strabo de Bajona* vocatus, anno 1257. interfuit Anagniæ, & coram Alexandro IV. acri disputatione confutavit Gulielmum de S. Amore novos Ordines Mendicantium oppugnantem, uti memoriæ prodidit autor illorum temporum Thomas Cantipratensis in lib. de Apibus 2. cap. 10.; & S. Antoninus Chronic. tit. 19. cap. 7. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum; nec non autor Chronic. S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 55. Hunc Willotus cum *Bertrando de Turre* confundit, & ante eum Rodulphius lib. 2. Joannes vero a S. Anton. de hoc disserit ex Haroldo; quasi non idem de eo retulerit Waddingus in Annal. Min.

D C C C I. 364.

BERTRANDUS LAGERIUS = fuit & Episcopus *Ostiensis*, teste autore coævo Bartholomæo Pisano Conformit. VIII. par. 2.; idque anno 1378., ab Urbano VI. factus, ut habet Ughellus Ital. sac. to. 1. in Ostien. Episc. num. 60. Scripsit

Tractatum contra errores, & ritus Græcorum, qui habentur ms. chartac. in 4. sine principio Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci, cujus in fide legitur: *Explicit tractatus brevis contra errores, & ritus Græcorum per Fratrem Beltrandum Episcopum Assisii Ordinis Fratrum Minorum de mandato Domini Papæ Urbani V. sub correptione sanctæ Sedis Apostolicæ compilatus. Deo gratias*. In lib. expensarum Rev. Cam. Apost. sub die 28. April. an. 1365. legitur solutio *pro expensis factis per Episcopum Assisii pro scripturis contra Græcos*: contra quos *nonnulla* scripsit etiam, cum esset Episcopus Glandaten., mss. in Biblioth. Vatic. Scripsit etiam

De schismate, & contra hæreses sui temporis, inquiunt autores, qui de eo egerunt. *Schisma* autem incæpit anno 1378. inter Urbanum VI. & Clementem VII. Gallum, duravitque ultra 40. annos; & circa idem tempus emersit *hæresis Wickleffi* Angli, & paulo antea emerserat altera *Turlupinorum*, *Lolhardorum* &c.

Rodulphius porro secutus errorem Bartholomæi Pisani, qui Conformit. XI. par. 2. in prov. Aquitaniæ, & Cust. Rutenen., locoque *Figiaci* scribit, floruisse *Bertrandum de Turre* Cardinalem a *Gregorio XI.* creatum; cum diversimode scripserit Conformit. VIII. par. 2. *de Cardinalibus* Ordinis Minorum; & recte quidem ibi. Anno 1372. factus est Vicarius Generalis Ordinis sui ob assumptionem Thomæ Friniani ad Gradensem Patriarchatum usque ad sequentem annum, quo electus est Minister Generalis Leonardus a Giffono, uti produnt ejus literæ eo anno datæ Avenione die 15. Martii, quæ Florentiæ extant in Tabulario S. Crucis.

D C C C I I.

BERTRANDUS RODULPHUS Gallus sac. Theol. Magister, & Ecclesiastes illustris provinciæ Narbonensis ob egregias animi sui dotes ad Diniensem in Provincia Episcopatum assumptus est; interfuitque anno 1409. Concilio Pisano, ubi die Dominica 21. Aprilis inter Missarum solemnia coram frequenti populo *sermonem* habuit *de mercenariis fugientibus*; ac luculentissime ostendit, tales esse contendentes in schismate; ideoque expellendos. *Propositiones* insuper *Nunciorum Ruperti Romanorum Regis* discussas faciliter refellit; uti memoriæ prodidit Monachus Sandionysianus in Hist. ms. Caroli VI. Galliæ Regis apud Spondanum ad eum annum num. 6. Scripsit igitur, quod sciatur,

Conciones, atque Sermones; nec non

Statuta pro sua Ecclesia, diœcesique: cumque anno 1414. provinciale *Concilium* in sua Ecclesia cogi conspexisset, & plura pro sibi commisso grege feliciter præstitisset; obiit anno 1433. die 26. Febr. de sua Ecclesia optime meritus, inquit Petrus Gassendus in Notitia Ecclesiæ Diniensis cap. 24.

D C C C I I I. 365.

BERTRANDUS DE TURRE = sac. Theol. Magister, & Doctor Parisiensis, ac concionator celeberrimus.

In 4. libros Senten. Commentaria citantur a Jo: Bachone synchrono autore in 1. Senten. dist. 12. quæst. 1. art. 1., dum *Scotum* adducit, & *Bertrandum*.

Postilla super Epistolas, & Prophetias ab Adventu usque ad Parasceven incipiens: *Scientes quia hora est jam nos de somno surgere* &c. *Rom. 13. Ad evidentiam hujus sancti temporis* &c. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis cod. 124. in fol. scam. 11. incompleta, & scam. 10. completo cod. 115. in fol. cum prologo incip. *Scripsit Ezechias Epistolas* &c.: in eoque autor ait, totum Opus in duas dividi partes in *Dominicale*, & in *Sanctorale*, seu de Sanctis; ac Dominicale, seu primam partem continere *Expositionem* Epistolarum, & *Sermones* 229.: habetur & n. 112. & 116. & 125. *Summa Domini Bertrandi de Turre Episcopi Tusculani super Epistolas a prima Dominica Adventus Domini usque ad Quadragesimam* ms. est in Bibliotheca Card. Emmanuelis Theodosii de la Tour Arvernen.; & in alia Collegii Sorbonici. Baluzius in notis ad Vitas Papar. Avenionen. col. 745. ait, titulum habere: *Expositiones cum Sermonibus super Epistolis, & Prophetis*: & quidem *Sermones* ejus *de Prophetis* adducit S. Antoninus in Summa par. 1. tit. 8. cap. 2. de Conceptione B. V. Mariæ pertractans. *Super Epistolas Adventus, & Quadragesimæ, ac temporis Paschalis* mss. habetur in Bibliotheca Lexovien. n. 22. 24. & 25., ex Catalogo Montfaucon. to. 2. pag. 1363. *Postilla Magistri Beltrandi Ord. Minorum super Epistolas quadragesimales scripta per Henricum provinciæ Argentinæ Ordinis Minorum ad mandatum Rev. Patris, & Doctoris egregii Magistri Philippi de Bononia professoris Ordinis supradicti, & Custodis Custodiæ Bonon. anno Domini 1425. kal. Majii*: incip. *Convertimini ad me* &c. *Joel. Secundum morem antiquum*. ms. membran. in fol. in Bononien. S. Francisci Bibliotheca. Extat & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. versus Ecclesiam, & cum titulo *Quadrigæ* in frontispicio exteriori; incipitque: *Hæc dicit Dominus: Convertimini ad me* &c. *Joel. Secundum morem antiquum Ecclesiæ introductum a B. Petro*: & finit: *in futuro pro gloria. Quod nobis* &c.: continens *Expositionem* Epistolarum totius anni *quadragesimalis* usque ad 3. & 6. feriam Paschatis cum pluribus *Sermonibus* plerumque pro quolibet die: & in eodem codice, & eodem charactere sequitur *Opusculum* morale alphabetice dispositum incipiens: *Abstinentia triplex est species; prima ciborum, & potuum moderatio* &c.: cum autoritatibus, & exemplis pluribus pro quolibet vocabulo, seu themate. Cum autem in vocabulis *Ecclesia honoranda*; *Eucharistia*; *singularitas*; & *verbum Dei* citet *Vitam S. Francisci*; & vocabulo *Eucharistiæ* tempus *bonæ memoriæ Domini Bonifacii* anno 1303. defuncti; videri posset autor hic Bertrandus: tamen cum creber sit in exemplis Anglorum; videndum, ne sit illud *Joannis Edæi* Angli Minoritæ Opusculum inscriptum apud Waddingum *Fasciculus virtutum, & vitiorum*; quod dici potest etiam *Lexicon*, seu *Tabula Originalium*. In veteri Catalogo Bibliothecæ S. Francisci Ferrariæ scripto anno 1437., qui adhuc asservatur in Tabulario dicti Conventus, legitur: *Item XL. Epistolarum Beltrandi*: cujus principium est: *Hæc dicit Dominus: Convertimini ad me* &c.: sed in Bibliotheca non extat. In eodem veteri Catalogo legitur etiam: *Item Dominicale, & festivum Epistolarum Beltrandi*, cujus principium est; *Scripsit Ezechias epistolas* &c.: finis autem: *ad cæli gaudia me perducas. Amen*. Volaterranus etiam libro 21. Urb. Comment. apud Possevinum in Appar. sac. hunc ait edidisse: *in Epistolas, & Prophetias totius anni Expositiones, & Sermones volumina tria* in folio. Porro *Quadragesimale Epistolare Domini Bertrandi Cardinal. Ord. Minor.* incipiens: *Hæc dicit* &c. *Joel. Secundum morem* &c.: ut supra, prodiit Argentinæ an. 1501. in 4.; extatque in nostra Asisiati Bibliotheca, ut vidi; & Hispali in Ecclesiæ Cathedralis Bibliotheca ex Jo: a S. Anton. to. 1. *Expositiones in Epistolas totius anni* extant Venetiis in Biblioth. S. Marci cod. 33. Bessar. pag. 14. membran. in fol. seculi circiter XV.; & cod. 34. ibidem *Expositiones in Epistolas a die Cinerum usque ad feriam 2. post Dominicam Palmarum* membr. ejusdem ætatis in fol.; uti & cod. 35. ibidem *Expositiones in Epistolas a die Paschatis usque ad Dominicam 24. post Pentecosten*; in cujus fine legitur: *Explicit tertium volumen Domini Bertrandi de Turre super Epistolas a Pascha usque ad finem, quod Fr. Ludovicus de Primo filius Conventus Trapanensis fecit scribi Parisiis, dum actu erat ibidem Studens. Anno Domini MCCCCXV. die octava mensis Julii per manum Joannis Hermani. Amen*. ex Indice illius Biblioth. pag. 15. *Bertrandus super Epistolas per annum* ms. est in Biblioth. Balliol. cod. 163.; & inter codd. mss. Cathedralis Lexovien. in Gallia, ex Montfaucon Biblioth. mss. to. 2. pag. 1363. Possevinus in Catalogo Bibliothecar. mss. ad calcem Appar. sac. adnotat, in cujusdam Bibliotheca Regiensi extare mss. *Postillas super Epistolas totius anni Fr. Beltrami Ord. Min.*, sed reponendum *Bertrandi*.

Postilla de omnibus Epistolis Sanctorum per totum anni tempus, & primo in Vigilia S. Andreæ Apostoli, & aliorum Apostolorum: incip. prolog. *Laudate Dominum in Sanctis ejus* &c.: Opus vero *Benedictio Domini super caput justi. Eccles. 44. Ad evidentiam istius Operis* &c. extant Florentiæ in Biblioth. S. Crucis cod. 112. mss. in 4., & cod. 116. in fol., & Asisii ms. chart. in fol. in Tabulario sac. Conventus S. Franc. una cum *Postilla super Epistolas, & Prophetias ab Adventu usque ad Parasceven*.

Postilla super Evangelia extat ms. in Bibliotheca Jacobea cod. 290. ex Catalogo mss. codd. Ecclesiarum Angliæ Cathedralium num. 8012. In relato Catal. Ferrarien. legitur: *Item Postilla Beltrandi incompleta super Evangelia*, cujus principium est: *Quis putas est fidelis dispensator* &c.: finis vero: *sed postea plures veniunt. Postilla Beltrandi super Evangelia Dominicalia, & festiva* ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis n. 123.; & ibidem scam. 10. versus Ecclesiam n. 110. cod. ms. in fol. incip. *Quis putas est fidelis dispensator* &c. *Lucæ 11. Sicut per hordeum* &c.; cujus in fine legitur: *Expliciunt Collationes editæ a Magistro Bertrando de Turre provinciæ Aquitaniæ super omnia Evangelia anni tam Dominicalia, quam ferialia*; & cod. 123. in fol. scam. 11. Plane ejus *Postillam super Lucam* citat Antonius Brixianus Inquisitor Ord. Præd. in suo Quadragesimali serm. primi Sabbati.

Beltrandi Postilla de tempore ms. in fol. extat Crumloviæ in Bibliotheca Conventus S. Mariæ Min. Conv., ex Catalogo in *Libro Inventariorum provinciarum Bohemiæ, & Austriæ* asservato in Arch.

S 2 Or-

Ordinis apud SS. xii. Apostolos. In supracit. Ferrarien. Catalogo pag. 24. & 72. legitur: *Item alia Postilla Domini Beltrandi*, quæ incipit: *Scientes quia* &c.: hæc tamen, sicut & alia Opera ibi nunc non extant.

Homiliæ Bertrandi super Evangelia per anni circulum habentur mss. Oxonii in Biblioth. Balliol. cod. 162. *Sermones Dominicales*, & *feriales*, & *solemnitatum totius anni* incipientes: *Videbunt filium hominis venientem in nube* &c. *Lucæ* xxi. *Verbum istud sumptum de Evangelio S. Lucæ* &c.: habentur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 32. versus claustrum cod. 755. in fol. a *Dominica prima Adventus* usque ad Dominicam 24. post Pentecosten. *Bertrandi conciones per Adventum* extant ms. in Bibliotheca Warmiensi, teste Possevino. *Sermones super Evangelia* citantur a Turrecremata Card. in tract. de Concept. B. V. par. 6. cap. 3. *Sermones de Tempore* prodierunt Argentinæ an. 1501. in 4.

Homiliæ compilatæ anno 1337. mss. sunt Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 516.

Sermones de Sanctis adducuntur a Card. Turrecremata cit. in tract. de Concept. B. V. M. par. 6. cap. 3. *Collationes de Sanctis per Fratrem Bertrandum* mss. sunt Lugduni cod. 16. Hospitii Graynen. ex cit. Catalogo mss. codd. Eccles. Cathedr. Angliæ n. 1583.

Conciones de iv. *novissimis* incip. *Quis te fascinavit*: mss. extant in Biblioth. Scorialis iv. D. 19. ex Jo: a S. Anton. pag. 222.

Sermones mortuorum Bertrandi de Turre mss. Oxonii in Biblioth. Boldej. cod. 34.

Sermo in die Cinerum ab eo factus Avenione anno 1327. *coram Papa*, & *Cardinalibus* publicatus est Lovanii an. 1575. ab Antonio Senensi Ord. Prædicat.

Sermo factus Parisiis in domo Minorum Scholaribus in festo B. Clementis (die 23. Novembris) ms. habetur Oxonii in Biblioth. Boldej. cod. 5. in fine post Mauritii Distinctiones.

Conciones omnes, & *Sermones* ejus tomis 4. in 4. prodierunt Argentinæ an. 1621., teste cit. Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 221.; & *Sermones epistolares de Sanctis* ibidem an. 1502. in 4.

Ejusdem *Ars dividendi themata*, & *dilatandi Sermones* ms. Oxonii in Biblioth. Balliol. cod. 162.

Summam Moralem, vel *Casuum conscientiæ*, aut saltem tractatum ad hanc materiam attinentem edidisse, hinc eruimus, quod inter *Summistas*, seu hujusmodi argumenti Scriptores citatur & *Bertrandus Cardinalis Ordinis Minorum* ab autore Summæ Rosellæ, qui scribebat anno 1480.; nec non ab autoribus Summæ Angelicæ, & Silvestrinæ in indice autorum, scriptorumque, quibus in Summis adornandis usi sunt; etsi in aliquibus editionibus corrupte dicitur *Bernardinus Cardinalis*, quod errare fecit Rodulphium lib. 3., & cum eo Joannem a S. Anton. to. 1.

Tractatum de paupertate Christi, & *Apostolorum* scripsit occasione quæstionis, & controversiæ, cui ipse Avenione interfuit, coram Joanne XXII. agitatæ anno 1323., testimonio Rodulphi lib. 2, fol. 151., & Waddingi in Annal. Minor. ad eum annum num. 1.: qui *tractatus* incipit: *Quæritur, utrum sit hæreticum* &c.: extatque ms. in Biblioth. Vatic. cod. 3720. inter tractatus aliorum de hac re, teste Nicolao Anton. in veteri Biblioth. Hispana to. 2. lib. 9. cap. 4. num. 199.; habetur & in Bibliotheca S. Marci Venet. cod. 142. Bess. in 4. maj. chartac. folior. 346. seculi xv. cum aliorum scriptis, ubi extat & *Brevis resumptio Dominorum Vitalis*, & *Bertrandi Card. prædictorum*, nec non *Archiepiscopi Salernitani*, *Caphensis*, *Ulisbonensis*, *Paciensis*, & *Rigiensis Episcoporum*, & *Magistrorum Fratrum Minorum*.

Epistolas plures scripsit, quarum unam legimus in Annal. Minor. sub an. 1329. in Reges. Pontif.; alteram commemorat Sancia Neapolis, Siciliæque Regina in sua epistola ibidem relata ad annum 1334. num. 32.

Episcopi Tusculani, quem non alium puto a Bertrando isto, Opusculum *contra excusationem doctrinæ Petri Joannis* incipiens: *Contra quædam, quæ videntur excusare ab omni hæresi doctrinam fratris Petri Johannis* &c.: & finiens: *hæc omnia dicta sint Pater Sanctissime cum correctione S. V.*, & *Dominorum meorum Cardinalium*: ms. chartac. in 4. extat Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci; ubi & habentur

Collationes abbreviatæ ejusdem incipientes: *Videbunt filium hominis venientem in nube. Lucæ* 4. *Quamvis verbum istud ad literam scriptum sit de adventu* &c.: ms. pergam. in 8. cum aliorum Opusculis.

Collationes theologicas scripsisse facile intelligimus & ex more illorum temporum, & quod veteres de eo tradiderunt, præter ea, quæ ad conciones, sermonesque pertinent, eum plura alia conscripsisse; quos inter Nicolaus Bertrandi de Gestis Tolosanorum pag. 52. inquit: *Frater Bertrandus de Turre primo Regens in Conventu Tolosæ plura Opera composuit signanter super Evangelia*, & *Epistolas*; *cujus Opera habentur in Conventu. Hic Cardinalis effectus admodum pro Ecclesia laboravit Tolosana*: ut est apud Baluzium in Notis ad Vitas Paparum Avenionen., & lib. 1. Miscellan.; nec non apud Oudinum to. 3. Comment. de Script. Eccles.

366.

BIGA SALUTIS = vide *Anonymus Hungarus* supra num. cccxxv.: est enim nomen non scriptoris, sed Operum cujusdam Anonymi Hungari, vel Pannonii.

DCCCIV. 367.

BINDUS SENENSIS = agit de hoc autor seculi xiv. Bartholomæus Pisanus Conform. xi. par. 2. in prov. Tusciæ, locoque Senensi. Scripsit etiam

Sermones de Cœna Domini, ut habet Rodulphius lib. 3., & ex eo Waddingus sub corrupto nomine *Bridus*: nec non

Quadragesimale incipiens: *Tu autem cum jejunas*: ex Fr. Raphaele de Porhasio apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 222.; quod & citat P. Vincentius Bandellus tract. de Conceptione cap. 24. fol. 48.

Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1380. describit *Bindum* Senen. Ord. Eremit. S. Augustini ex ms., Philippo Elsio, & Herrera; carpitque Possevinum, & Waddingum, quod hunc statuerint Franciscanum: sed ipse nota inurendus est; cum non secreverit *Bindum* Minoritam autorem *Sermonum*, qui vivebat anno 1299. ex cit. Waddingo ad eum annum num. 5. a *Bindo* Guerri Eremitano Theologo, & *Distinctionum* autore, qui anno 1390. flo-

floruisse, ac obiisse narratur; & cujus *Abbreviationes*, ac *Recollectiones sacræ Scripturæ* alphabetice dispositæ incipientes: *Abstinentia. Non omni cibo voluit Deus hominem uti in Paradiso*: extant mss. pergam. in 4. Asisii apud nostros; nec aliud scripsisse dicitur a Gandulfo.

DCCCCV.

BLASIUS, nescio cujus nationis, & quo tempore, cujus

Circius ms. habetur Parisiis in Bibliotheca Coisliniana S. Germani a Pratis cod. 615. inter codices facultatis Mathematicæ diversorum autorum hoc titulo: *Mag. Blasii Ord. Minorum Circius*: ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1134. Forsan autor Anglus fuit, aut Gallus.

DCCCCVI. 368.

BLASIUS A BUIZA = locorum Terræ Sanctæ Commissarius scripsit

Compendium eorum, quæ Hierosolymis, & in Palæstina ad suos consodales spectant: inquit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1342. num. 62.; quod nescio an Opus distinctum sit, an vero idem. Ceterum hoc ipsum prodiisse etiam Salmanticæ an. 1624. in 8., tradit Coronel. in Biblioth. univ. to. 6. num. 20., Nicolaus Antonius, & Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCCCVII.

BLASIUS A S. GREGORIO Italus provinciæ Principatus Regul. Observ. alumnus scripsit longe post annum 1619., teste Petro de Alva col. 201. Militiæ univ.,

Arborem, ac descriptionem suæ provinciæ Principatus; quæ ms. in fol. extat Matriti in Arch. Ord. ex Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCCCVIII.

BLASIUS LAGHINA, al. Laguina, Hispanus Regul. Observ. scripsit

Memoriale seraphicum prov. Carthaginen., quod citat Arturus in Martyrol. Francisc. anno 1637. edito sub die 2. Maji §. 7., 3. Januarii, die 8. Decembr. §. 9., ac in Indice autorum; & in Gynecæo 22. Martii §. 8. ex Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCCCIX.

BLASIUS A MATRE DEI Hispanus prov. Discalc. S. Gregorii in Insulis Philippinis alumnus, zelo motus scripsit hispane

Apologeticum quoddam suæ provinciæ ad Manilæ Gubernatorem, quod habetur in Chronicis prædictæ provinciæ a Fr. Antonio de Llave elaboratis trien. 11. cap. 2.

Chronologiam, seu *Chronica præfatæ provinciæ S. Gregorii*, teste Fr. Paulo King pag. 43. *Ideæ Cosmographiæ Seraphicæ* anno 1654. editæ, ubi ms. eam *Chronologiam* se habuisse scribit apud Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCCCX. 369.

BLASIUS A S. RAPHAELE = Guardianus Gaditani Cœnobii; cujus est etiam

Debellatio, & pugna spiritualis animæ. Hispali an. 1636. in 4. typis Andreæ Grande.

Expositio Regulæ Seraphicæ. Iisdem typis, & anno in 4.

Speculum disciplinæ regularis S. Bonaventuræ. iisdem typis ex Nic. Anton., & aliis apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 223.

DCCCCXI.

BONAGRATIA BERGOMENSIS *Conversus* quidem, sed *juris peritus* ex Libello Fr. Nicolai Minoritæ coævi an. 1322. erat Ordinis *Procurator* Avenione apud Summum Pontificem pro *controversia* de paupertate Christi, & Apostolorum; ut habet Waddingus in Annal. Min. ad an. 1322. n. 55., & 1323. n. 2., ubi adnotat ex Reges. Pontif. vocatum fuisse, forsan in seculo, *Fr. Boncortese dictum Bonamgratiam de Pergamo* exin in Religione; & edidisse

Libellum incipientem: *Vestræ supplicat Sanctitati Bonagratia* &c.: a se, aliisque subscriptum, ac porrexisse Joanni XXII., in quo pluribus rationibus probabat, Pontificis Constitutionem *Ad conditorem canonum* non posse subsistere; nimisque dure, & injuste actum cum toto suo Sodalitio: & ob id per annum carceri mancipatum fuisse anno 1323. *Fr. Bonagratiæ Responsiones ad Decretales Joannis XXII. de observantia Regulæ FF. Minorum* extant mss. in Biblioth. Laurent. Medic. Florent. cod. 29. plut. 17., ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 280.

Libellum alium, seu *quasdam Allegationes* anno 1328. cum aliis tribus itidem evulgasse, quibus probare conabatur, depositionem *Michaelis Cæsenatis* minime canonicam fuisse, testis est memoratus Fr. Nicolaus Minorita, de quo suo loco; videturque id innuere, quod refert Waddingus cit. in Annal. ad eum an. n. 17. Hujus *Libelli appellationum, & allegationum* habentur in Historia prædicti *Nicolai Minoritæ* eo tempore scripta, quæ ms. in fol. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 2. versus Ecclesiam, tamen sine autoris nomine.

Tractatus, seu *Libellus de paupertate Christi editus a Fr. Bonagratia* incip. *In quæstione, qua quæritur, utrum asserere, quod Christus, & Apostoli non habuerint aliquid* &c.: extat ms. Parisiis in Bibliotheca Colbert. cod. 506. ex Oudini Comment. to. 3. ad an. 1330.

Tractatus Fratris de Bonagratia incipiens: *Religiosi* &c. ms. servatur in Biblioth. S. Benedicti Cantabrigien. cod. 290. n. 3., ex eodem Oudino. Hos duos tractatus tantum adducit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 224., tribuitque cuidam *Bonagratiæ Italo*.

Articuli probationum contra Fratrem Ubertinum de Casali a Bonagratia inductarum extant in to. 1. Miscell. Balutii pag. 293. cum *Responsione Ubertini* pag. 307. ex cod. ms. Carcasson. Inquisit.; editi, ut puto, inter ann. 1311. & 1317., quo tempore Ubertinus cum aliis Regulæ suæ zelatoribus pugnabat scriptis contra Ordinis Communitatem; ut ex Annalibus Minorum clare apparet. Edidit &

Casus Papales, & Episcopales extractos de diversis libris juris incipientes: *Isti sunt casus, de quibus non possunt absolvere Fratres Minores, & Prædicatores* &c. cum explicatione eorumdem. Extant mss. chartac. in 4. cum Summis Moral. diversorum Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci.

Opus de ætatibus Ecclesiæ contra primatum, & superioritatem Papæ, in quo status Ecclesiæ per ætates quasi humanas divisus ferme historica serie ex Patribus, aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis narratur; quod habetur to. 1. *Monarchiæ Imper.*, huic adjudicat Goldastus in dissert. de autoribus a se exhibitis præfixa dicto to. 1. ejusdem Monarchiæ.

DCCCCXII.

BONAGRATIA A S. JOANNE IN PERSICETO provinciæ, & diœcesis Bononien., socius Hieronymi Asculani, postea Nicolai IV., in Apostolica Le-

Legatione pro Græcorum unione, & successor ejusdem in Ministerio Generalis an. 1279., gratia, prudentia, & doctrina plures superans, Nicolao III. Sum. Pontif. cum nonnullis adstitit, cum *declaratio Regulæ FF. Minor.* facta a dicto Pontifice anno 1279. Bulla incip. *Exivi* inserta in corpore Juris canon., publicata est. Edidit autem

Constitutiones nonnullas in Capitulo Generali Asisii anno 1279. coacto, quas mss. in 8. vidi Romæ apud nostros 12. capitibus conclusas.

Epistola ejus encyclyca de rebus ad Regulam, & bonum Ordinis sui regimen legitur par. 1. *Firmamentor. trium Ord.* fol. 22., quam & citant *Constitutiones* antiquæ Generales in Speculo Minor. edito an. 1509. Rothomagi tract. 3. fol. 110.: extat & in Chronologia Seraph. pag. 31.

Obiit Avenione an. 1283. non sine sanctitatis opinione, ut habet Waddingus in Annalibus ex vetustis Ordinis, exterisque Scriptoribus. Puto errare Joannem a S. Anton. to. 1. pag. 224., dum tradit, hunc communiter inter *Scriptores* haberi; cum forsan ipse primus eum recensuerit

DCCCXIII. 370.

BONAGRATIA A VARENA = oppido ad ripam lacus Larii nunc Comensis sito diœcesis Novocomensis

Vitam Francisci Panigarolæ vulgavit Mediolani an. 1617. apud Bidellium, teste ipsomet Waddingo infra in *Francisco Panigarola*; annoque 1621. recusa fortasse fuit, nisi hæc sit prima editio, apud Jo: Baptistam Bidellum in 8. una cum *Expositione Canticorum Salomonis*; *Memoriali*, *& Oratorio medicina spiritualis*, quam editionem Romæ egomet inspexi. Joannes a S. Anto. to. 1. pag. 224. sequitur Waddingum.

Bonaventura a Varena Strict. Observ. scripsit *Librum de Vita Ven. Fr. Hieronymi Hispani* Laici Mediolani defuncti magna sanctitatis opinione, ex Waddingo ad annum 1456. n. 228.: sed legendum puto *Bonagratia a Varena*.

DCCCXIV.

BONAGRATIA VIGNATI Mediolanen. Regul. Observ. contexuit

Vitam S. Catharinæ Virginis, & Martyris; nec non *plura alia*, quæ desiderantur, inquit Hieronymus Borsieri in Supplemento Nobilit. Mediolan. cap. 12. apub Abbatem Piccinellum in Athenæo Mediolanen.

371.

BONAL = vide *Franciscus Bonal* infra, cum idem sit; quod non advertit nec Jo: a S. Anton. to. 1.

372.

BONAVENTURA ÆSINUS = est, ut puto, *Bonaventura de Iseo*, de quo infra. Memoratur *Bonaventura Æsinus* inter Conventuales vir doctissimus, & Religionis zelo ardentissimus; septentrionalis Missionis Præfectus, ubi optimos discipulos instituit, instruxitque, qui pro Christi fide palmam martyrii promeruerunt in Transylvania a Turcis, schismaticis, & hæreticis: ipse vero cum summa integritatis vitæ, virtutisque fama prædicationis officium naviter exercuisset ad multos annos, tandem vivendi finem posuit, ex Didaco Lequilensi to. 1. Hierarchiæ Seraph. Joannes a S. Anton. de hoc exscribit Waddingum; & Coronel. Biblioth. univ. to. 6. n. 4297. Lequilem. De hoc, vel de *Bonav. de Iseo* agit & Rodulphius lib. 3.

DCCCXV.

BONAVENTURA ALVAREZ Hispanus Discalceat. provinciæ S. Jo: Baptistæ in regno Valentino Definitor composuit circa annum 1625.

Tractatum de miraculis Immaculatæ Virginis; *ac prærogativis funiculi Franciscani*; quem ms., & prælo paratum reliquit, teste Fr. Joseph Chatino in Chron. præfatæ provinciæ ms. in 4. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

* BONAVENTURA DE AQUAVIVA = v. *Bonaventura a Veracruce*.

DCCCXVI.

BONAVENTURA DE ARAGONA & Ayarbe Calaber patritius Catacensis Capuccinus Theologus, & verbi Dei prædicator, provinciæ Rhegii Calabriæ Moderator, ac in variis provinciis Commissarius Generalis prudentia, & pietate clarus,

Theologica, *& positiva*, seu Decretalia scripsit, quæ typis mandata non constat.

Orationes varias, *& conciones* quoque composuit; quarum unam, videlicet

Orationem post supplicationem pro gratiarum actione Deo de victoria a Fabritio Caraffa Principe Roccellæ obtenta contra Turcas oppidum Castriveteris oppugnare ausos habitam die 9. Septembris an. 1594. vulgavit Neapoli anno 1596. in 4. per Jo: Paulinum, & Jo: Pacem ex Toppio, & Coronel. Biblioth. univ. to. 6., & Dionysio Genuen. in Biblioth. Capuccinor. pag. 65. apud Jo: a S. Anton. to. 1. v. *Bonaventura a Catanzaro*, qui idem est.

DCCCXVII. 373.

BONAVENTURA ARMENGUEL = Regul. Observ., ut & *Franciscus Marzal*; cujus Opus prodiit Palmæ Majoric. an. 1645. Edidit &

Epitome Historiæ Balearica tomis 2. fol.; &

Vitam S. Severi; sed hæc, autore veniente de Majorica, mare absorbuit, teste Fr. Andrea Noguera in Memoriali ms. provinciæ Majoricarum fol. 83. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 225.

DCCCXVIII. 374.

(1) S. BONAVENTURA = *Eutychius* a Græcis dictus, idest *bene fortunatus*, non *Eustachius*, ut quidam volunt, quod est *bene constans*, & stabilis. Annos natus non XXII., sed XVII., & Christi 1238., cum natus sit anno 1221., Ordinem S. Francisci ingressus est: neque enim verisimile est, cum *puerulus* gravissime infirmaretur, & mater ejus ad B. Franciscum pro eo votum emisisset, tamdiu Deo votum reddere distulisse. In *Alexandro Halensi* contra quosdam ostendi, Alexandrum eumdem extitisse Bonaventuræ Magistrum, ac de eo dixisse, videri sibi, *Adamum in Bonaventura non peccasse*. Anno verò 1256., seu verius sub initium anni 1257. XVIII. ab ingressu Ordinis, ætatis suæ anno 35. Minister Generalis Ordinis est constitutus, non anno ab ingressu Ordinis XIII., ut habet Pisanus Conformit. VIII. par. 2. de prov. Burgundiæ, & Conv. Lugdunen. Videas inferius *Animadversiones criticas in Diatribam* &c. Bonaventutura unus fuit e quatuor Theologiæ Magistris, quorum examini B. Isabella S. Ludovici Francorum Regis soror, Monasteri Longicampi prope Parisios fundatrix, & Abbatissa Ord. S. Claræ *Regulam* sui Monasterii subjecit, ex Vita ejusdem B. Isabellæ apud Bollandios ad diem 31. Augusti cap. 2. B. Franciscus Fabrianensis, qui obiit anno 1322., & ad Ordinem venit anno 1267., in parvo suo Chronico, ubi agit de Ministris Generalibus Ordinis,

seri-

scribit de septimo Generali Ministro S. Bonaventura: *vir sanctus, & justus, & rectus, ac timens Deum, consumatus in artibus apud Parisios, & post ingressum ipsius in Ordinem Magister effectus in sacra Theologia licentiatus sub Magistro Alexandro primo Magistro Ordinis, quem, cum esset in seculo, tota Parisiensis Universitas sequebatur; sub quo septem Fratres nostri fuerunt licentiati, & Magistri effecti in sacra Theologia. Hic jam dictus Frater Bonaventura vir eloquentissimus fuit, mirabilis in intellectu sacræ paginæ, & totius sacræ Theologiæ, pulcherrimus sermocinator ad Clerum, & prædicator ad populum, in cujus præsentia ubique terrarum omnis lingua silebat* &c.; ut apud Waddingum ad an. 1267. num. 5. Joannes Ragusinus Ordinis Prædicat. in Oratione de *Communione* sub utraque specie an. 1433. in Basileensi Concilio recitata inquit: *Item Bonaventura Doctorum utique devotissimus, & sanctæ vitæ, profundæque scientiæ, & doctrinæ, qui etiam miraculis claruit*: & non multo post subjungit: *ut Alexander de Ales, Albertus Magnus, sanctus Doctor Bonaventura* &c., & S. Bernardinus in suis Concionibus mss., quas supra memoravi, pag. 80. vocat *magnum Ecclesiæ Doctorem*, futurum aliquando, ut a sancta Apostol. Sede ita declararetur, præsagiens. Gulielmus Vorilon Gallus in fine libri 4. Senten. circa annum 1450. scripsit: *in textu Bibliæ expositor mirificus; in speculativa, in practica quantos codices, quanta refertos devotione edidisti, enumerare non vales; inter quos de alis seraphicis* &c. Jacobus quoque Philippus Bergomas in Supplem. Hist. an. 1485. edito lib. 13. sub an. 1269. ait, extitisse eum *Philosophum, & Theologum eminentissimum, qui omnes suæ ætatis Doctores & utilitate, & omnium Operum dignitate anteivit*. Platina vero in Vita *Clementis IV.* tradit, in Historiis ipsum hunc laudari, quod D. Bonaventuræ studio, doctrinaque semper fuerit oblectatus: cui consonat & Isidorus Mediolanen. Ordinis Præd. in tract. *de veritate Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ*; etsi id Clementi v. tribuat. Titulum *Doctoris Seraphici* (nam primùm audiebat *Doctor Devotus*) omnium primus, quòd sciam, Bonaventuræ attribuit Raynerius Pisanus Ord. Præd., qui *Summam* suam an. 1333. inchoavit, in prologo dictæ Summæ Pantheologiæ, & Joannes Gerson; inde Alphonsus Spina in *Fortalitio fidei* libro 5. consid. 10. diff. 3.; atque a Francisco Pavino J. V. D. in *Relatione* ad Sixtum IV. super ejus Canonizatione par. 1. quasi *proprius* ejus titulus asseritur.

(2) Autores, qui scripta ejus enumerarunt, vel de eis aliquid scripto tradiderunt, sunt primum autor suppar *Henricus Gandavensis* a Waddingo prolatus; qui quidem vix aliquid nos docuit; deinde *Bartholomæus Pisanus* anno 1385. scribens nonnihil addidit, sed parte idipsum, reliqua suppresse, dum inquit: *scripsit luculenter super quatuor libros Sententiarum: postillavit excellenter Evangelium B. Lucæ: scripsit Apologiam pauperum: librum de operibus sex dierum: librum de contemplatione: librum de sex alis Seraphim: Regulam Novitiorum: Legendam B. Francisci majorem, & minorem ipse composuit; & multa alia*: quem autorem excripsit Jacobus Oddo circa annum 1470.; additque *Officium S. Crucis* rogatu S. Ludovici Regis editum. Seculo sequenti post Pisanum occasione Canonizationis Bonaventuræ a Sixto IV. anno 1482. factæ *Octavianus Martini* Suessanus Advocatus Consistor. in Oratione de laudibus hujus Sancti postquam XVIII. ejus Opera recensuit, adjecit: *& alia ejus plura Opuscula usque ad tricenarium numerum, quæ in partibus Galliarum frequentius habentur in manibus*: non *tercentum*, ut Waddingus pag. 70. scribit: & quidem *Franciscus Pavinus* J. V. D. in Relatione ad Sixtum IV. pro eadem Canonizatione par. 1. art. 2. enumerat XXXVI. *Opera*, & *Opuscula* ei adjudicata, addens: *& quamplura alia*: hinc plura alia an. 1495. habentur in Argentoratensi editione Opusculorum Bonaventuræ, ut & in illa Veneta anni 1504., a quibus & *Trithemius*, & *Marianus* acceperunt; nec non Jac. Philippus Bergomas in Supplemento Supplementi Histor. an. 1505. evulgato. Revera autem *triginta quinque* circiter ejus Opuscula genuina reperiuntur; cetera vel dubia, vel spuria.

(3) *Opuscula parva* Seraphici Doctoris prodierunt Venetiis, & Basileæ anno 1477., vel 1487.; Coloniæ an. 1486.; Argentinæ an. 1489. per Martinum Flach in fol., & Norimbergæ an. 1489. ex Orlando de orig. & progr. Typograph. par. 1. pag. 421.; erravitque Oudinus hæc ad *Bonaventuram Badnarium* Ord. Eremit. S. Aug. attribuens; cum Jacobus Philippus Bergomas ejusdem Instituti tunc scriptioni incumbens nihil eum edidisse commemoret. Ea itidem Brixiæ cusa sunt num. XX. an. 1495. & 1497. in 4. typis Bernardini Misintæ; quæ editio 2. extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. Item in 6. libros tom. 1. Parisiis an. 1517. in 4. per Bertholdum Remblat; Tractatus vero v. impressi fuerunt Lugduni an. 1567. in 8. ex Indice Bibliot. Barber.

(4) *Opuscula omnia* num. LXIX. prodierunt primum Argentinæ in fol. an. 1495.; inde Venetiis anno 1504. per Jacobum de Leuco; & an. 1564., ac 1572. cura Francisci Zamorræ Min. Observ. Ministri Generalis; postea Romæ typis Vaticanis an. 1606.; & Moguntiæ an. 1609. per Antonium Hierat; Venetiis an. 1611. per HH. Scotos; Lugduni an. 1647. per Ant. Pillehotte; & Parisiis per Nicolaum Vivenaj tomis 2. in fol.

(5) *Opera omnia* tomis 7. in fol. prodierunt Parisiis an. 1517. in 4. per Bertholdum Remblat; quæ editio extat Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum: Lugduni post Vatic., & Germanicam typis Philip. & Petri Borde, & Laur. Arnaud an. 1668.; & nuperrime Venetiis anno 1751. & seqq. tomis 13. comprehensa in 4. ex Typographia Stephani Orlandini in tres partes distributa, quarum una certa, altera dubia, tertia supposititia complectitur cum variantibus lectionibus, S. Doctoris Vita, & Diatriba Historico-critica PP. NN. in ipsa Opera, de qua infra vide Animadversiones criticas.

Porro S. Bonaventuræ Opera in adductis editionibus Vatic. &c. relata alia sunt *certa*, & genuina; alia vero *dubia*; & alia tandem *spuria*, falsoque ipsi attributa.

(6) CERTA SUNT IN TOMO PRIMO

Expositio in Psalterium.
In Ecclesiasten.
In Sapientiam.
In Lamentationes Jeremiæ.

IN TOMO SECUNDO.

Expositio in cap. 6. Matthæi, & 12. parabolas Evangelii.
In Evangelium Lucæ.

IN TOMO TERTIO.

Sermones aliquot

IN TOMO QUARTO, ET QUINTO.

Commentarii in 4. libros Sententiarum.

IN TOMO SEXTO.

De reductione artium ad Theologiam, al. *Illuminationes.*
Breviloquium.
Centiloquium.
Pharetra.
Declaratio terminorum Theologiæ.
Lignum, al. *Arbor vitæ.*
Officium de Passione Domini.
De S. Cruce laudismus.
De septem verbis Domini in Cruce.
Corona B. Mariæ Virginis.

IN TOMO SEPTIMO.

De decem præceptis.
De regimine animæ.
Formula de gradibus virtutum.
Speculum animæ, seu *Arbor mala.*
De præparatione ad Missam.
De sex alis Seraphim.
Collatio de contemptu mundi.
Soliloquium.
Itinerarium mentis in Deum.
Incendium amoris, seu *Mystica Theologia.*
Memorialia 25.
De ecclesiastica Hierarchia.
Legenda S. P. Francisci.
Expositio Regulæ FF. Minorum.
Determinationes quæstionum super eamdem Regulam.
Tractatus cur Fratres Minores prædicent, & Confessiones audiant.
Apologia in eos, qui Ordini Fratrum Minorum adversantur.
Epistola de tribus quæstionibus ad Magistrum innominatum
De paupertate Christi contra Mag. Guillelmum de S. Amore.
De sandaliis Apostolorum.
Apologia pauperum contra calumniatorem Magistrum Gerardum de Abbatis Villa.
Epistolæ duæ ad Ministros, & Custodes de moribus Fratrum.
Alphabetum Religiosorum.
Regula Novitiorum.
Remedium defectuum Religiosi.
De perfectione vitæ ad Sororem.
De modo confitendi.

(7) DUBIA SUNT IN TOMO TERTIO.

Sermones aliquot de Tempore, de Sanctis, & de Communi Sanctorum.

IN TOMO SEXTO.

De tribus ternariis peccatorum infamibus.

IN TOMO SEPTIMO.

De pugna spirituali contra septem peccata.
Exercitia spiritualia.
Fascicularius.
Amatorium.
Alphabetum Monachorum.
Summa de essentia Dei.

(8) SPURIA VERO SUNT IN TOMO PRIMO.

Principium sacræ Scripturæ.
Illuminationes Ecclesiæ.
Expositio in Psalmum 118.

IN TOMO SECUNDO.

In Evangelium Joannis.
Collationes in Joannem.

IN TOMO SEXTO.

Compendiosum principium in lib. Sententiarum.
Sententiæ Sententiarum.
De 4. virtutibus cardinalibus.
De 7. donis Spiritus Sancti.
De resurrectione a peccato.
Dieta salutis.
Meditationes vitæ Christi.
De 5. festivitatibus pueri Jesu.
Officium de B. V. Mariæ compassione.
Opus contemplationis.
Philomena.
Speculum B. Mariæ Virginis.
Carmina super Salve Regina.
Laus Mariæ Virginis.
Psalterium majus, & minus B. Mariæ.

IN TOMO SEPTIMO.

Confessionale.
De instructione Sacerdotis pro Missa celebranda.
Expositio Missæ.
De septem gradibus contemplationis.
De septem itineribus æternitatis.
Stimulus amoris.
Biblia pauperum.
Collationes octo.
Speculum disciplinæ.
De profectu Religiosorum.
De institutione Novitiorum.
De sex alis Cherubim.
Mystica Theologia.
Compendium theologicæ veritatis.

§. I. RATIO DICTORUM, ET CENSURA; AC PRIMUM DE CERTIS.

(9) *Expositio in Psalterium* prodiit Romæ typis Vaticanis an. 1588. in 8. v. infra (51)

Librum in Ecclesiasten primus, quod sciam, memoravit Franciscus Pavinus an. 1482.; prodiitque

que Venetiis an. 1559. in 8., teste Lippenio to. 1. Biblioth. Reg. Theol. pag. 581.

Expositio in librum Sapientiæ, &

In Lamentationes Jeremiæ Prophetæ recognita a Fr. Jo: Balainio Andeien. Conventuali prodiit Venetiis an. 1574. in 8. typis Francisci Salviani Vincentio de Luchis Anconitano Episcopo dicata.

In cap. 6. Matthæi, & in 12. parabolas Evangelii = habetur ms. *Sermo de Seminante Fr. Bonaventuræ* Florentiæ in Biblioth. Medic. Laurent. plut. 20. cod. 25., teste Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 284.; & forsan est expositio *in cap. 13. Matthæi: Simile factum est regnum cælorum*: vel *Ecce exiit, qui seminat* &c. Vide infra (10a).

In Evangelium S. Lucæ = Fr. Salimbene Parmen., qui eo tempore vivebat, in Chron. ms. fol. 335. de B. Jo: Parmensi Ministro Generali inter alia, quæ fecit, ait: *item dedit Fr. Bonaventuræ de Balneoregio, ut Parisiis legeret, quod numquam alicubi fecerat, quia Bacellarius erat, nec adhuc Cathedraticus: & sic fecit Lecturam super totum Evangelium Lucæ, quæ pulcra, & optima est; & super Sententias* IIII. *libros fecit, qui usque in hodiernum diem utiles, & solemnes habentur. Currebat tunc annus mill.* CCXLVIII.; *nunc autem agitur annus Domini* MCCLXXXIIII. *Fecit etiam processu temporis & alios multos libros, qui habentur a multis*: ejusque etiam *concionem* Bononiæ habitam, cum esset Minister Generalis, memorat pag. 449., cui præsens ipse fuit. *Postilla Bonaventuræ super Lucam Evangel.* extat Asisii ms. pergam. in fol. in Tabulario sac. Conventus S. Francisci, Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 26. versus Ecclesiam, & scam. 10. num. 108., & in Biblioth. Vaticana, Gandavensi, Bruxellen., Trajectina, & Lovaniensi. *In Lucam enarratio* ms. extat in fol. membr. in Biblioth. Scorialis plut. III. R. II. teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 225.; aitque prodiisse Venetiis an. 1524., & 1574. in 8. m. typis Francisci Salviani; & antea Antuerpiæ 1539. in 8. studio Fr. Jo: Mahusii; & etiam Romæ an. 1588. in 8. typis Vaticanis dicata Julio Rovoreo S. R. E. Cardinali.

Ptolomæus Lucensis socius S. Thomæ Aquinatis lib. 23. Hist. Eccles. cap. 2. in to. 11. Rer. Italic. Script. de S. Bonaventura tradit, S. R. E. *Cardinalem* a Gregorio X. fuisse creatum, additque: *qui similiter fuit Magister in Theologia, & Minister Generalis dictorum Fratrum* (Minorum), *natione Tuscus, vita, & doctrina admodum gratiosus, sed præcipue in sermone. Fecit scripta super Sententias, & postillavit aliquos libros Bibliæ, sicut libros Salomonis, & Job, & Epistolas Pauli, quem Gregorius assumpsit in Episcopum Albanensem*: quare nescio, an verisimile sit, quod antea scripserat lib. 22. cap. vel rubr. 24.: *tunc florebat in Ordine Fratrum Minorum Frater Bonaventura patria Tuscus, & Magister in Theologia, de quo infra dicetur: huic Urbanus* (IV. Papa assumptus anno 1261.) *duo Evangelia glossanda dimiserat; sed excusans se propter officium, quod habebat, quia Minister Generalis erat; idem Doctor* (Thomas Aquinas) *supplevit*: quando constat, edidisse non *Catenam*, vel *Continuum* ex aliis, sed propriam, & quidem copiosam in *Lucam* interpretationem, & aliquid in Matthæum paulo post hunc annum; & veteres, quos dixi, Octavianus Martini, Franciscus Pavini, nec non Robertus Caraccioli in Serm. de S. Bonaventura anno 1482. scribentes testantur, elaborasse eum super 4. *Evangelia, & præcipue super Lucam*: citantur ab Henrico Gandavensi Quolib. 11. q. 31., & Quolib. 7. q. 24.; appellatque *venerabilem Doctorem Dominum Bonaventuram*: & extant mss. Patavii in S. Antonii Bibliotheca, teste Ferchio to. 1. de Angelis q. 31. cap. 2. num. 5.; sicuti & mss. existunt Florentiæ, ubi habetur *Esposizione del Pater noster* in Biblioth. Riccardiana sub P. 1. cod. chart. in fol. n. 3. ex pag. 79. Indicis. Deinde quo pacto poterat se excusare coram Papa, qui noverat, eum plura scripsisse, & tunc etiam scribere, nec ita Patribus Comitiorum Narbonensium, quorum instantia motus anno 1260. describendam susceperat Legendam B. Francisci, respondisse? Puto ergo Ptolomæo fuisse suppositum, aut quorumdam rumorem, vel conjecturam secutum, cum viderint, S. Thomam quatuor Evangelia continuasse; aut si ea dixit Pontifici, submisse quidem, & conditione, adjecta, quantum scilicet per ministeriatus officium licuisset.

(10) *Sermones Dominicales super Evangeliis, & Epistolis totius anni* recensentur ab Octaviano Martini; nec dissentiunt Franciscus Pavini, & Robertus Caraccioli supra memorati, & paulo post Trithemius referens, scripsisse *Sermonum per annum libros duos*. Et quidem *Sermones Dominicales Bonaventuræ* una cum *Breviloquio* &c. extabant olim mss. Utini ex Regesto illius Bibliothecæ an. 1397. confecto; & quidam catalogus mss. scriptus anno 1388. a *Fr. Johanne Andrea de Subterripa Ord. Minor.* de *Conventu Cumano die* 20. *Septembris* titulo *Memorialis* in fine libri membr. ms. in fol., cui titulus: *Distinctiones super Psalterium Magistri Petri Lombardi*, extantis Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci habebat *Sermones Bonaventuræ in carta super omnes Dominicas, & festivitates totius anni*. S. Antoninus quoque mentionem agit *Sermonum Bonaventuræ* in Summa par. 3. tit. 18., al. 19. cap. 4. *de forma prædicationis*; ubi asserit, eum, ut & S. Thomam, & alios multos, consuevisse in concionibus sumere aliquam autoritatem sacræ Scripturæ pro themate, eamque in partes dividere. Demum *S. Bonaventuræ Sermones de Tempore, & de Sanctis* mss. extant in Bibliotheca Camberensis Cœnobii Cistercien. in Hannonia, teste Sandero par. 1. Bibliothecæ Belgicæ; & *Sermones septem* ms. membr. extabant in Biblioth. Antonii Augustini Tarraconen. Episc. ex Indice ejusdem Bibliothecæ anno 1586. Tarracone impresso.

Impressi autem fuerunt Zuvolæ in Hollandia an. 1479. in fol. teste Michaele Maittaire in Annal. Typographic. p. 134., & Jo: Caille in Vitis Typographor. p. 42., nec non Orlando de Orig. & progr. Typograph. pag. 421., & Strozza de Concept. B. V. lib. 4. cap. 19.; postea Basileæ annis 1492., & 1502. per Jacobum Pfortzhemium: hos tamen Oudinus sub annum 1380. attribuit Bonaventuræ *Baduario*; aitque, prodiisse etiam Hagenoæ an. 1496. in fol.; at cum eidem adjudicet Commentar. *in 4. libros Senten. Petri Lombardi* cusos Norimbergæ an. 1491., quos certum est, esse S. Bonaventuræ; liquet etiam, eum non secrevisse unum ab altero Bonaventura. Prodiisse vero dicuntur etiam Romæ, ac Lugduni an. 1496., item Argentinæ eodem anno sub titulo: *Sermones mediocres de tempore*, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 157.; Brixiæ quoque an. 1596. in 8. parvo typis Polycrati Turlini tit. *Sermones per annum*;

sed antea & Reutlingen an. 1484. in fol. sine nomine Typographi. Novissime Theodorus Mervinck Daventrien. Missionis Belg. Presbyter secularis ad usum, & utilitatem concionatorum publicavit *Linguum Seraphicam*, seu *Concionum S. Bonaventuræ tomos* 4.; quorum duo continent partem hyemalem, & æstivalem *de Tempore*; duo alii *de Sanctis* in particulari, & in communi, Antuerpiæ an. 1699. in 8. apud Jo: Baptistam Verdussen. Sed quod dubitari potest, est, an omnes, quos anno 1596. typis Vaticanis vulgavit Angelus Rocca Augustinianus, *Sermones* pertineant ad S. Doctorem; cum ille admoneat, se illos decerpsisse ex aliorum Sermonibus, quibus immixti conjunctique fuerant mss. *Sermones* quippe *de Sanctis*, *de Tempore*, & *de Communi Sanctorum*, qui sub nomine *S. Bonaventuræ* vulgati sunt Parisiis an. 1521. in 8. a Fr. Antonio Syrrecto typis Jodoci Badii Ascensii, merito ab editione Vaticana, aliisque sunt rejecti; cum sint *Conradi Saxonis* Minoritæ, ut ibi videbitur. Matthias Bellintanus Capuccinus edidit *Introductiones spirituales in Sermones S. Bonaventuræ, & Evangelia a Dominica in Albis usque ad Adventum Domini* Venetiis an. 1588. Legendus est Ludovicus Bail par. 2. Biblioth. concionatoriæ cap. 40.

(11) *Commentarii in 4. libros Sententiarum* memorantur a Fr. Salimbene autore synchrono supra (9) *In 2. 3. & 4. Sententiarum* S. Bonaventuræ habentur in Biblioth. S. Marci Venet. codd. 110. 111. & 113. Bess. in fol. membran.; sicut & *Epitome Operis S. Bonaventuræ in 4. libros Sententiarum* ibidem cod. 113. Bessar. in 4. membr. folior. 303. seculi circiter xv. *Quæstiones in librum 4. Sententiar.* incip. *Unguentarius faciet pigmenta suavitatis, & unctiones conficiet suavitatis. Eccles.* xxxIIII. *In verbo isto diligentius considerato explicatur, & commendatur materia quarti libri Sententiarum ad nostram eruditionem*: cod. 100. in 4. min. membran. folior. 282. seculi circiter xv. ibi, sine nomine autoris, & variat nonnihil ab editis. *Commentarii in 4. libros Senten.* extant mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 24. 25. 26. versus Ecclesiam n. 275. & seqq.; ibidem scam. 26. n. 301. est *Veritas summaria librorum Bonaventuræ*; & num. 306. *tertius Bonaventuræ abbreviatus* in 8. magno incip. *Ego quasi fluvii Dioryx, & sicut aquæ ductus exivi de Paradiso. Eccles.* 24. *Verba sunt Sapientiæ incarnatæ, propter nos tamen incarnatæ*; & scam. 10. n. 108. *Distinctiones veritatum quæstionum primi Bonaventuræ* ms.; atque scam. 16. versus claustrum cod. n. 583. in fol. leguntur *Extractiones ex 1. & 2. libro Senten. Bonaventuræ*, seu brevissima capitum collectio ante *Quolibeta Henrici Gandavensis*; ibidemque scam. 34. cod. 399. in fol. habetur *liber 2. Sententiarum* sine nomine autoris incipiens: *Solummodo hoc inveni, quod Deus fecerit hominem rectum* &c.: idque post brevem epitoman *de Deo* cujusdam *peritissimi* excerptam *Parisiis* incipientem: *Quoniam sicut Hugo de S. Victore, natura humana ex tribus bonis* &c. Similiter *in quatuor Sententiarum, & Summa Quæstionum ejus in libros Senten.* ms. pergam. habetur Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 510., qui & pag. 563. ait, ejusdem *Summam* extare ms. in Biblioth. Vindobonen. In Ducali Biblioth. Urbinensi, teste Possevino in Catalogo Biblioth. mss., inerant *in 3. & 4. libros Sententiarum*; nec non *Abbreviatio super tribus libris Bonaventuræ*. Tertius liber Sententiar. *abbreviatus* incip. *Primo quæritur, num potuerit Christus incarnari*: & 4. *abbreviatus* incip. *Primo quæritur, quid sit Sacramentum* ms. pergam. in 8. extat Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci.

Opus hoc primùm prodiisse dicitur Argentorati an. 1489.; mox an. 1491. Norembergæ typis Antonii Koberger tomis 4. in fol.: & eodem anno Friburgi, ac an. 1493. vol. 4. per Kilian ex Orlando de Orig. & progr. Typograph., & Jo: Caille pag. 49. per Stephanum Brulefer castigatum; inde Norimbergæ etiam an. 1500. per Anton. Koberger; postea Lugduni an. 1515. apud Jacobum Sacon in fol., tum Romæ an. 1569. apud HH. Antonii Bladii tomis 4. in 8. ex antiquissimis exemplaribus studio Fr. Antonii Posii a Montealcino Min. Conv. emendatum hortatu PP. Capuccinor.; Venetiis an. 1573. per Georgium Angelerium tomis 4. in 8. cura Fr. Jo: Balaini itidem Conventualis, & an. 1580. tomis 4. in 8. recognitum ab Angelo Rocca, adjecto Indice cit. Balaini; deinde typis Vaticanis an. 1589. opera, hortatuque Sixti V., sed studio, ac labore Card. Sarnani; postmodum Venetiis an. 1611. tomis 4. in fol. typis HH. Scoti. Ejus antiqua editio sine loco & anno tomis 3. in fol. extat Zamoræ in Biblioth. Hieronymiana teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 157. V. *Franciscus Zamora* infra. At 2. *Sententiar.* S. Bonaventuræ emendatus per Mag. Thomam Penketh Augustinian. Lectorem Patavinum impressus est an. 1477. in 4. maj. per Theodoricum de Reynsburch, & Reynoldum de Novimagio socios; & eodem anno Tarvisii per Hermannum Lichtenstein. In 1. *Senten.* Brixiæ per Baptistam de Fariengo an. 1490. in 4. *Perlustratio in 4. libros Senten.* an. 1495. in fol. per Anton. Koburger.

Joannes Peckan Anglus Archiepiscopus Cantuarien. *librum* edidit pro *S. Bonaventura*: Gulielmus de Mara *Additiones*, & *Defensorium* ejusdem: Gulielmus Falgarius Episcopus Vivarien. *Epitomen* Operum egit: Alexander Alexandrinus *Summam quæstionum in 4. Senten. libros* ejus composuit: Nicolaus vero de Tudeschis dictus *Abbas Panormitanus* scripsit *in 2. Senten. librum S. Bonaventuræ*, quod prodiisse Venetiis an. 1477. habet Orlandus de Orig. & progr. Typograph. par. 2. pag. 423. Jo: Bokenhaud Moguntinus edidit *Repertorium in libros Sententiarum*; & etiam Fr. Bonaventura a Cineribus fecit *Epitomen, & tabulam* in omnia S. Doctoris Opera. Jo: Hugonis Slestadt Vicarius Ecclesiæ S. Stephani Argentinen., ut & Gulielmus Vorilongus, & Stephanus Brulefer ejusdem S. Doctoris Opera commentariis illustrarunt, quod & plures alii præstiterunt, ac præsertim *in quatuor libros Sententiarum*, quemadmodum memorat Waddingus pag. 75.; veluti *Petrus Paulus Curnata* an. 1605.; *Felix Gabrielli* postea Episcopus Nucerinus an. 1653.; *Mattheus Ferchius* Theologus Patavinus an. 1658.; *Bonifacius de Augustinis* Theologus Romanus, Conventuales; & *Gaudentius* Bontempi Capuccinus tomis 7. in fol. Lugduni an. 1676. egregios edidit Commentarios in 4. Sententiarum libros ejusdem Bonaventuræ.

(12) *De reductione artium ad Theologiam* Opusculum, quod possat, vel debet etiam appellari *de Illuminationibus*, cum dicat in principio: *In hoc verbo tangitur origo omnis illuminationis . . . . .*

licet

licet autem omnis illuminatio interna &c.: agit enim *de sex illuminationibus* hujus vitæ, prope medium inquiens: *unde valde apte possunt reduci sex istæ illuminationes ad senarium formationum, sive illuminationum, in quibus factus est mundus; ut cognitio sacræ Scripturæ primæ formationi, scilicet lucis respondeat* &c. Hoc Opusculum citatur a Ludovico Pruteno in *Trilogio animæ* anno 1493. edito par. 1. cap. 16., & par. 3. cap. 7.; recensetur a Trithemio de Script. Eccles.; & adducitur in principio alius S. Bonaventuræ *Itinerarii mentis in se ipsam* Opusculi. Oudinus tamen etsi fateatur haud Bonaventura indignum, suspicatur nihilominus alicujus Canonici Regularis S. Augustini Opus extitisse, sed futili prorsus conjectura. Prodiit primùm, quod sciam, Argentorati anno 1495. inter Opuscula S. Doctoris, postea alibi cum iisdem Opusculis. Petrus Zaccarellus Meldulensis Conventualis S. T. Mag. edidit *Academiam Seraphicam*, hoc est 100. *Tabulas* interpretantes Opusculum *de reductione artium ad Theologiam* Montefalisco an. 1730. in fol. typis Seminarii.

(13) *Breviloquium*, quod *Opusculum magnæ subtilitatis* vocat Henricus Gandavensis, olim habebatur ms. Utini in Biblioth. S. Franc. ex illius Indice anno 1397. confecto: habetur quoque Asisii in Archivo S. Franc. in 4. & 8.; Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 26. n. 299., & 300. ms. in fol. versus Ecclesiam; in Cæsenaten. S. Francisci, & in Ducali Urbini ex Possevino; Romæ in Vatic. cum *aliis asceticis* ejus, & in Biblioth. Monasterii Murbacen. ms. tit. *Bonaventuræ Breviloquium: Pauper in Scriptura*, una cum Centiloquio ex Catalogo Montfaucon to. 1. & 2. Biblioth. mss. pag. 50. & 1175.; Hispali quoque ms. cod. membr. in Biblioth. Cathedr. Ecclesiæ ex Jo: a S. Anton. Laudatur impense Opus a Jo: Gersone: prodiitque primum Norimbergæ an. 1472. ex Orlando de Orig. & progr. Typographiæ par. 1. & 2.; Venetiis an. 1477. una cum *Biblia pauperum* ex Maittaire Annal. Typograph. in notis ad to. 1. par. 1. pag. 382., Argentinæ an. 1489.; deinde cum aliis Opusculis fere semper; seorsim etiam Patavii an. 1562. per Gratiosum Porcacinum in 8.; anno 1640. in Gallia cura Ludovici Cavalli Minoritæ; Lugduni 1642. in 12., & Parisiis in 8. per Jo: Barbier absque anno ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 160.

Tractatus de sacræ Scripturæ intelligentia una cum *Itinerario mentis in Deum* habetur ms. Lovanii in Biblioth. Soc. J., teste Francisco Swertio in Athenis Belgicis; & forsan est *Breviloquium*, in cujus prima parte agitur *de sacræ Scripturæ intelligentia*: V. infra (15).

(14) *Centiloquium* inter Opera S. Bonaventuræ recensetur a Francisco Pavino; quod ipsum fecisse puto Octavianum Martini eodem tempore scribentem S. Doctorem *Breviloquia* composuisse; nam & Centiloquium quoddam *Breviloquium* est Theologiæ; agitque de quatuor, de *malo culpæ*; de *malo pœnæ*; de *bono gratiæ*; de *bono gloriæ*; citaturque hoc Opus in alio Bonaventuræ *Ecclesiasticæ Hierarchiæ* Opusculo his verbis: *Primo igitur de spirituali substantia actu, & potentia separata est agendum, cujus proprietates, & differentias in præcedenti Opusculo traditas poteris diligentius intueri*: hoc autem est in 3. parte Centiloquii sect. 13. & seqq.; citatur etiam in Opusculo *de tribus ternariis peccatorum infamibus* in fine capitis de veniali peccato ita: *vide in Centiloquio de peccato veniali latius*: nisi sit additamentum, & alicujus interpolatoris lacinia; nam in editione Brixien. an. 1497. ea verba non extant; sed legi illa in Veneta anni 1504., qua utor. Prodiit primùm Argentorati an. 1495. cum aliis Opusculis; pauloque ante ejus meminerat Trithemius, & citaverat Ludovicus Prutenus in Trilogio animæ par. 1. cap. 16. 42., & 44., & par. 3. cap. 18. 22. 25., ac 32. Editum est seorsum una cum Opusculo xxv. *Memorialium* Parisiis an. 1510. in 16. Servatur ms. in Biblioth. Monasterii Murbacen. diœcesis Basileæ ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1175., & Lovanii in Biblioth. Soc. J., teste Francisco Swertio in Athenis Belgicis.

Displicere quidem possent hæc in prologo: *in amminiculum itaque parvulorum rudis rogatus a rudibus rudem tractatum rudibus compilavi, in quo rudium ruditas circa generalia Theologiæ saltem ruditer poterit erudiri .... Collegi autem hoc ex dictis proborum, quæ hinc inde decerpens in unius opusculi angustiam coarctavi: quod cum & centum recipiat sectiones, Centiloquium poterit appellari*: quibus similia in *Confessionali* leguntur: *simplex simplicibus simplici scribens simpliciter particulas præsentis opusculi* &c.: sed quia illa severo, rigidoque censori Oudino non displicuerunt (si tamen ad hæc advertit); nec aliis forsan displicitura rebor: tamen inter dubia ego reponerem: legenda nihilominus est Bulla Canonizationis S. Claræ Alexandri IV. anno 1255. apud Waddingum num. 6. *Clara claris præclara* &c.

(15) *Pharetra* memoratur inter Bonaventuræ Opuscula ab Octaviano Martini, & Francisco Pavino supra relatis. Extat autem antiquum ms. pergam. in 8. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci, nec non Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci; sed utrobique sine nomine autoris: at *Pharetra S. Bonaventuræ* attributa extat ms. in Bibliotheca Divio—Benign. num. 193. cum tribus aliis Opusculis *Breviloquio de intelligentia Scripturæ* num. 78., *Compendio Theologiæ* num. 171., & *Libro vitæ Christi* num. 243. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 663.; & in illa Collegii Oricen. Oxonii ex eodem pag. 663. num. 902. Prodiit jam anno 1495. Argentorati inter alia S. Doctoris Opuscula, Brixiæ per Bernardinum de Misintis sumptibus Angeli Britannici de Pallazolo eodem anno in 8. una cum *Stimulo amoris*, *de Jesu Christi vita Contemplatione*, & *Speculo animæ*; & postmodum alibi sæpe. *Sanctarum autoritatum veterum catholicæ Ecclesiæ Patrum libri* 4. prodierunt Coloniæ an. 1559. in 8. apud HH. Jo: Quendel, & Gervinium Calenium, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 161., quam editionem vidit in Monasterio Vallisoletano PP. Benedictinorum.

Hoc Opus *Scintillarium* dicitur a Trithemio, & Jac. Philippo Bergomate. Oudinus illud Bonaventuræ abjudicandum putavit ea ratione, quod titulus militaris est; sed hoc non obstat; cum etiam S. Jo: Capistranensis, licet *miles* nunquam extiterit, tamen in fine suarum *Constitutionum* super Regulam S. Francisci anno 1443. in Monte Alvernæ editarum dixerit: *hæc vobis munuscula de pharetra nostræ paupertatis exhibens*.

(16) *Declaratio terminorum Theologiæ* verum est Seraphici Doctoris Opus, & ab anno 1495. in editione Argentoratensi semper illi attributum invenitur: frustraque tentat Oudinus inania quædam obji-

ce-

eere, ut id vel ipsi abripiat, vel saltem in dubium, & contentionem vertat: nam vocem *componibilis* adhibuit ejus Magister Alexander Alensis par. 2. q. 12. mem. 2., dum perquisivit, *utrum ratio componibilis conveniat omni rei*: itidem *domatio*, & *vindicatio* voces latinæ sunt ex Thesauro linguæ latinæ, quorum altera usus est S. Thomas: non igitur voces barbaræ dicendæ sunt, ut ipse autumat imperite. S. Bonaventuræ *de Definitione* extat Florentiæ in Biblioth. Riccardiana sub K. IV. cod. membr. in 4. n. 3., ex Indice pag. 79.

(17) *Lignum vitæ* illud Opus forsan est, quod Bartholomæus Pisanus dicit *Librum de contemplatione*, nisi sit *Incendium amoris*: & quidem in veteri editione Opuscolorum parvorum, qua autor, sine anno, & loco, quamque puto Venetam an. 1487., fert titulum: *de Jesu Christi vita contemplatio*; quæ quidem editio haud parum differt ab Argentoraten. anni 1495., aliisque subsequentibus, quarum omnium in prologo duæ dumtaxat occurrunt voces abjectæ *virtuositas*, & *saporosa*, illorum tamen temporum communes. *Arborem vitæ* vocavit Franciscus Pavinus; *Lignum vitæ* autem, & *Fasciculum myrrhæ* dixit autor in prologo; suntque piæ *Meditationes* vitæ, ac passionis Jesu Christi. *Vita Christi* cum *Itinerario mentis in Deum*, & *Stimulo amoris S. Bonaventuræ* ms. habetur in Bibliotheca Monasterii S. Gatiani Turonen., & in alia Monasterii Divio—Benignen. ex Catalogis Montfaucon to. 2. pagg. 1275. & 1285. In veteri Inventario Bibliothecæ Conventus S. Franc. Asisii anno 1381. conscripto memoratur in v. solario orient. extasse *Arbor Crucis*, al. *Arbor Bonaventuræ* incipiens: *Christo confixus sum cruci*: atque ibidem alias dicitur *Tractatus de ligno vitæ*, *sive de Christi cruce* extasse una cum *Vita minori*, *&* *majori S. Francisci*; *Epistolis Dominicalibus*, *&* *ferialibus totius anni*; *ac formulis litterarum pro Discretis mittendis ad Capitula*, *&* *aliorum locorum*. In ejusdem sac. Conventus Tabulario in cod. ms. in 4. pergam. continente varia S. Bonaventuræ Opuscula quintum est: *Incipit tractatus de cruce Fr. Bonaventuræ*: *Christo confixus sum cruci* &c.: *Verus Dei cultor*, *Christique discipulus* &c.: & finit: *decus*, *&* *imperium per infinita secula seculorum*. *Amen*. Hoc ipsum Opusculum cum titulo *Ligni vitæ Fr. Bonaventuræ Generalis Ordinis Minorum* habetur ms. antiquum Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 18. versus Ecclesiam cod. 208. in 8. inter diversa aliorum Opuscula. *Lignum vitæ* ms. extat in Biblioth. S. Eligii Canonic. Regul. S. August., & Conserdoncana, teste Sandero par. 1. & 2. Bibliothecæ Belgicæ, & an. 1586. extabat codex ms. membran. annorum 200. & ultra in Bibliotheca Antonii Augustini Episcopi Tarraconen. ex Indice eo anno edito. *Arborem vitæ* ex latino belgicum fecit Cornelius Thielmanus Minorita Bruxellensis anno 1605., ut suo loco dicitur. *Contemplacion de la vida de Cristo* prodiit Valentiæ in Hispania anno 1588. in 8. ex autore Bibliothecæ Hispanæ; & antea Vallisoleti anno 1512. in fol. typis Didaci Gumiel; teste Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 3.: hispane pariter redditum a Fr. Dominico Viota Minorita prodiit Cæsaraugustæ anno 1576. in 8. typis Michaelis de Huesca; & 1580. ibidem; & tandem Ilerdæ 1616. apud Ludovicum Maneschal cum aliis Opusculis, ex eodem. Forsan hoc est illud, quod gallice Parisiis prodiit sine anno, ac Typographi nomine cum figuris hoc titulo: *Les Templations de l'ennemis avec le traité de Contemplation*, *e les Meditations de S. Bonaventure*: ut est apud Orlandum de Orig. & progr. Typograph. par. 2. pag. 422. *De Jesu Christi vita contemplatio*. Brixiæ una cum *Pharetra* &c. an. 1495., ut supra (15).

In fine *Meditationum* S. Doctori attributarum, de quibus infra (60), editionis Papiensis an 1490. in 8., & Venetæ anni 1497. per Manfredum Monferrat. in 8. habentur *Versiculi arboris vitæ*; sed sunt ex *Arbore crucifixæ vitæ Christi* Ubertini Casalensis, & auctiores quidem, aliis 100. nempe additis, & nonnihil diversi ab his, qui leguntur in hujus Opusculi editionibus: iisque *hymnus* de Nomine Jesu *devoto Bernardo* adjudicatus incipiens: *Jesu dulcis memoria*: extat adjunctus; sed & longior, & in aliquibus diversus ab eo, qui canitur in Ecclesia; habeturque etiam copiosior inter Opera S. Bernardi: qui quidem *hymnus* cum habeat multam affinitatem cum illis S. Bonaventuræ Doctoris devoti: *Jesu salutis hostia* &c.: *Jesus ex Deo genitus*: & S. Bernardo abjudicetur, cujus versus & sensu, & metro longe diversi sunt ab istis; non abest a vero, ut hic *hymnus* adscribi possit vel ipsi Bonaventuræ, vel ejus socio Bernardo de Bessa, qui dicitur composuisse *ascetica* quædam. Ceterum editio, quam dixi, Papien. anni 1490., & Veneta anni 1497. continet strophas, seu tetrametra 24.; illa vero Operum S. Bernardi to. 2. an. 1583. per Zopinos facta habet 48.: quorum pauca habentur in Officio Ecclesiastico de *Nomine Jesu*, nimirum tetrametra 15., seu 13.; nam 5. stropha ad Vesperas: *Sis Jesu nostrum gaudium* &c.: & 5. ad Matutinum: *Te nostra*, *Jesu*, *vox sonet* &c.: non extant in editionibus Papien., & Veneta, nec in alia anni 1583. memoratis, neque in veteri ms. Opusculo *Jacobi Lectoris Mediolanen.*, de quo suo loco, ubi hic hymnus primum occurrit, & innotescit mihi; ubi etiam, sicut & in cit. editionibus an. 1490., & 1497. tantùm habetur 9. stropha: *Jesu stringam vestigia* = *&* *flendo figam labia* = *ut detur mihi venia* = *atque perfecta venia*; præter alias mutationes. Asisii in nostra Bibliotheca vidi ms. antiquum, hunc *hymnum* per 7. horas canonicas distributum continens; sed, ut liquet, varie interpolatum fuit: ex quo etiam hymno plures strophæ sumptæ conflant magnam partem *Officii de æterna Sapientia* incipientis: *Æternæ Sapientiæ fontem adoremus* &c.: quod cum nonnullis aliis cusum legitur Venetiis anno 1592. in 16. in libello precum sacrarum pag. 165.; ubi & pag. 190. legitur illa stropha ex veteri Avenionis hymno: *Jesu nostra redemptio* = *tu esto nostrum gaudium* = *qui es futurus præmium* &c.

(18) *Officium de Passione Domini* alibi, & in cod. ms. membr. Bibliothecæ Gothanæ Ducis Saxoniæ dicitur *Cursus S. Bonaventuræ de Passione Domini*, ex Catalogo ejusdem Bibliothecæ ab Ernesto Salom. Cypriano confecto pag. 104.; & *Officium de Cruce* a Jacobo Oddo, qui scribebat anno 1474., primusque videtur istud commemorasse, & rogantе S. Ludovico Galliarum Rege compositum asseruit; idemque paulo post Octavianus Martini confirmavit. Vulgatum est cum aliis Opusculis hujus Sancti Argentorati an. 1495., & postea alibi; legiturque apud Arturum in Martyrol. Francisc. die 14. Julii §. 9.; incipit autem: *Domine labia mea* &c.: *Regem captum*, *&* *irrisum*, *flagellatum*, *cruci-*

cifixum venite adoremus. De quo *Officio* ait Octavianus Suessanus an. 1482.: *quod ab Ecclesia nullo immutato receptum in ea solemnitate ubique legitur*.

Anno 1592. prodiit Venetiis liber piarum precum in 16., in quo extat *Officium quinque plagarum Iesu Christi editum a Fr. Bonaventura Ord. Min.*; habeturque etiam in libello Regulæ S. Francisci, aliarumque precum piarum cuso Venetiis an. 1619. in 16. per Franciscum Pratum, estque ab isto nonnihil diversum; incipit enim: *Domine labia mea* &c.: *Regem Christum crucifixum venite adoremus*: *hymni* omnes iidem, & *Orationes* eædem; cetera non item. At *Officium* quoque *Passionis Christi* a B. Jo: Parmensi compositum ita dicitur incipere.

Errat autem Oudinus, dum ait, ejusdem autoris esse *Cursum*, seu *Officium de Passione Christi*, ac *Cursum*, seu *Officium de Compassione B. V. Mariæ*; & cum hoc sit Bonaventurâ indignum, alterum etiam illi abjudicandum esse, nam alius est primi stylus, alius secundi: primum est viro gravi dignum; secundum vero fere totum leve, & abjectum: ideoque veteres primum solummodo Bonaventuræ dixerunt; alterum vero adjunctum est illi anno 1495. in editione Argentoratensi.

(19) *Laudismus S. Crucis* incipiens: *Recordare sanctæ Crucis* = *qui perfectam vitam dacis* = *delectare jugiter*: dignus est S. Doctore: siquidem rhytmus est bonis sensibus, aptisque verbis compactus, ac simillimus illi de Corpore Domini *Lauda Sion Salvatorem*; ut non sit mirum, extitisse, qui traderent, & hunc rhytmum ad S. Bonaventuram pertinere.

(20) *De septem verbis Domini in Cruce* prodiit Brixiæ an. 1604. typis Petri Mariæ Marchetti post *Meditationes vitæ Christi* Bonaventuræ adscriptas; & forsan est illud Opusculum, quod Franciscus Pavinus vocavit *Enchiridion*, *seu cumulum Orationum*; cum septem verbis, ac septem *Orationibus* conflatum sit. Incipit: *Jesu salutis hostia* versibus jambicis; estque Opusculum Bonaventurâ dignum, ejusque phrasis minime sordida, ac inepta, sed verbis, ac sensibus propriis expressa; erratque Oudinus, dum censet, idem de hoc ferendum judicium, ac de *Opere contemplationis*; *Laude B. M. Virginis*; *Psalterio* &c.; cum istud ab illis valde discrepet; & solum in quibusdam versiculis error amanuensium deprehenditur; qui facile tamen diluі potest hoc modo:

In primo verbo: *tutum refugium*: corrigatur: *tutum nostrum refugium*.

In 2. verbo: *hodie mecum eris in Paradiso*: corrigatur: *hodie mecum eris latus in Paradiso*.

In 3. verbo: *dicens matri*: *mulier, ecce filius tuus*: = *deinde discipulo*: *Ecce mater tua*: corrigantur: *dicens hac matri*: *Mulier, ecce nunc filius tuus*: = *& deinde discipulo*: *Ecce nunc hæc mater tua*.

In 4. verbo: *Nec dictam potentiam*: corrigatur: *nec prædictam potentiam*.

Hely Hely lamasabatani: *hoc est*: *Deus* = *Deus meus, ut quid dereliquisti me*: corrigantur: *Ad Patrem tuum Heloi Heloi lamasabactani*: = *Hoc est*: *Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me*.

qui mihi præmialis: corrigatur: *qui mihi præmiabilis*.

In 5. verbo: *donec ad te fonte transeam*: corrigatur: *dum ad te fontem transeam*.

In 7. verbo: *dicens*: *Pater in manus tuas*: corrigatur: *Pater mi in manus tuas*.

(21) *Corona B. Mariæ Virginis* incipiens: *Cum jucunditate memoriam* &c.: partim prosa, & partim versu composita nequaquam indigna est Seraphico Doctore; utut repugnet Oudinus. Nam primò falsum est, preces *Coronarum* temporum novissimorum, seu seculi XV. esse; quoniam, ut omittam *Rosarium*, & ea, quæ de eo dicuntur, Mabillonius in præfatione seculi V. Benedict. num. 125. ostendit, initium *Coronæ B. V.* ab ineunte seculo XII. repetendum esse. Deinde titulum *Coronæ* huic Opusculo non autor indidit, sed collectores: autor autem *pia precamina laudum* vocavit suum Opusculum; in fine enim ait, se *laudum pia precamina ad honorem quinque vulnerum Filii Virginis, & ad laudem sancti nominis Virginis Mariæ* decantasse; quinque scilicet psalmis, orationibus, & rhytmis, antiphonisque; & rhytmus incipit: *Gaude Virgo mater Christi, quæ per aurem concepisti, Gabriele nuncio*: eodem quidem versu, quo *Laudismus S. Crucis*. Vox autem *precamina* illis temporibus erat in usu: nam *nostra precamina* dixit etiam Urbanus IV. in epistola Guillelmo de Villarduin Principi Achaiæ an. 1263. kal. Augusti data apud Wadd. in Annal. Min. ad eum annum num. 5.; & Clemens IV. in Bulla *Damnabili perfidia* anno 1267. Prodiit primùm in editione Argentinensi an. 1495. cum aliis S. Doctoris Opusculis: hocque potius dici debet *Officium de quinque gaudiis B. V. M.*; nempe in *conceptione filii*, in *partu*, *resurrectione*, *ascensione* filii, & in sua ad cœlum *assumptione*, juxta quinque literas nominis *Mariæ*: deinde typis datus est Venetiis anno 1592. in libello piarum precum pag. 151., de quo paulo supra, duobus aliis rhytmis, seu gaudiis additis in *adventu*, ac adoratione Magorum, & in *descensu* Spiritus Sancti, sine tamen antiphonis, psalmis, & precibus, quibus alia gaudia concinnantur, inditoque titulo: *De septem gaudiis B. V.* Fr. Joannes Molinos à Conceptione scripsit Opusculum ex hac *Corona* latine, vulgavitque Hispali an. 1684.

Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis extat codex 187. scam. 16. in 4. parvo, in quo post nonnulla S. Augustini; & versus S. Anselmi super Evangelio leguntur ista sine autoris nomine scripta circa annum 1400.

„ Gaude Virgo mater Christi, quæ per aurem
„ concepisti, Gabrielis nuncio.
„ Gaude, quia Deo plena peperisti sine pœnâ
„ cum pudoris lilio.
„ Gaude, quia Magi dona tuo nato ferunt bo-
„ na, quæ tenes in gremio.
„ Gaude, quia tui nati, quem dolebas mor-
„ tem pati, fulget resurrectio.
„ Gaude Christo ascendente, & in cœlum,
„ te vidente, motu fertur proprio.
„ Gaude, cui filius misit Paracletum, quem
„ promisit, Sanctorum collegio.
„ Gaude, quæ post Christum scandis, & est
„ honor tibi grandis in cœli palatio:
„ Ubi fructus ventris tui per te nobis datur
„ frui in perenni gaudio.

„ Oremus. Deus, qui beatissimam semper „ Virginem Mariam in conceptu, & in partu vir„ginitate servata duplici gaudio lætificasti; cuique „ gaudia, filio resurgente, & in cœlum ascendente „ multiplicasti: præsta quæsumus, ut ad illud ineffa-

„ fabile gaudium , quo assumpta gaudet in cœlis , „ ejus meritis , & intercessione pervenire valea- „ mus . Per eumdem Dominum &c.

Videas infra animadversiones crit. in *Diatribam* ad *pag.* 135.

(22) *De decem præceptis* testatur Henricus Gandavensis , & Franciscus Pavinus , a S. Bonaventura fuisse elucubratum *Opusculum* ; sed difficultas est , quodnam ex pluribus , quæ reperiuntur , ejus dicendum sit . In antiqua editione Argentinensi an. 1495. , & in aliis ei adscribitur illud , quod incipit : *Si vis ad vitam ingredi , serva mandata* : cui refragatur Oudinus , aitque certum esse , tale *Opusculum* ad S. Bonaventuram non pertinere ob dictionem barbaram , & portentosas fabulas , aniliaque commenta ; sed arbitratur esse desumptum ex *majori Præceptorio* Gotscalci Hollen Germani Eremit. S. August. excuso anno 1481. , & Henricum Gandavensem loqui de Opusculo x. *præceptorum* incipiente : *Tria sunt homini necessaria* , quod , inquit , ipse Bonaventuræ , alii Thomæ Aquinati adjudicant. Verum Gotscalcus Hollen dicitur vixisse an. 1466. , & Opusculum de x. *præceptis* incipiens : *Si vis ad vitam ingredi* extat ms. in Bibliotheca Corsendoncana , teste Anton. Sandero par. 2. Biblioth. Belg. , & Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci scriptum valde antiquum , & quantum conjici potest , circa annum 1300. exaratum in pergameno in 8. , tributumque *Fr. Bonaventuræ Generali Fratrum Minorum , postmodum Cardinali Ecclesiæ Romanæ* : cui subsequitur aliud *Opusculum* brevius *de x. præceptis* incipiens : *Primum præceptum est , non habebis Deos alienos coram me* &c. Deinde falsum est , stylum illius Opusculi barbariem redolere ; cum sit stylus illorum temporum , nec ab illo Bonaventuræ dissimilis . Quantum autem ad fabulas portentosas major illa de capone in bufonem converso refertur , si bene memini , a Cæsare Heisterbacensi , qui anno 1220. scribebat ; & etiam a Thoma Cantipratensi , qui vixit temporibus S. Bonaventuræ , lib. 2. de Apibus cap. 7. par. 4. , etsi nonnihil variatum , *aucam* vulgo *ocam* dicente loco *caponis* ; & autor Opusculi serm. 5. de illo portentoso facto inquit : *& vidi illum , qui novit illam , cui hoc accidit* : vixit igitur hic autor temporibus illis ; & nequivit ex Gotscalco Hollen exscripsisse quidquam ; sed potius hic ab illo . Etiam Cantipratensis videtur referre rem prope sua tempora gestam . In Tabulario Asisiati S. Francisci asservatur codex pergam. ms. in 4. continens varia S. Bonaventuræ Opuscula certa , & aliqua dubia : primum est : *Incipiunt decem præcepta prædicata Parisiis a Fratre Bonaventura* : *Si vis ad vitam ingredi , serva mandata* &c. Vide *Animadversiones* &c. infra ad *pag.* 110.

(23) *De regimine animæ* : quandoquidem & jam ab anno 1495. Argentinæ in editione omnium S. Doctoris Opusculorum & istud invenitur illi adjudicatum ; nihilque admodum est , quod in ipsum objici queat vel ab ipsis criticis ; ideirco inter certa Seraphici Doctoris Opuscula locum habere judicavi . Prodiit autem etiam anno 1524. in 8. Parisiis una cum Opusculo *de regimine conscientiæ* , seu *Incendio amoris* , & *expositione* in psalmum 118. *Beati immaculati in via* typis Claudii Chevallon ; cum antea prodiisset & Brixiæ an. 1497. in 4. cum paucis Opusculis , semper autem sine *prologo* ; factumque propterea est , ut ignoretur , cui missum sit . Editores tamen primi , qui forsan aut prologum viderant , aut aliunde acceperant , ad *Blancam* Hispaniæ Reginam datum adnotarunt ; sed puto legendum ad *Isabellam Blanchæ* Reginæ filiam , cum Monialis facta est , cujus Regulæ ipse cum nonnullis aliis fuit censor . In cit. codice pergam. ms. in 4. Tabularii Asisien. Conventus S. Francisci varia S. Doctoris Opuscula continente septimum est : *Meditatio , quam scripsit Fr. Bonaventura cuidam devotæ Dominæ . Ave Maria gratia plena , Dominus tecum , benedicta tu in mulieribus , & benedictus fructus ventris tui Jhesus Nazarenus Rex Judæorum . Primùm omnium necesse habes Christi ancilla altissime* &c. : & finit : *est omnis honor , & gloria in secula seculorum . Amen . Explicit meditatio , quam scripsit Fr. Bonaventura ad postulationem cujusdam sanctæ mulieris* : estque illud idem , quod , ut diximus , in editis dicitur arbitrario *Regimen animæ ad Dominam Blancam Reginam* .

(24) *Formula de gradibus virtutum* digna est , quæ S. Doctori attribuatur : & neminem moveat , quod ex ejus cap. 15. objicit Oudinus , nempe haberi eo loci , *altum largitatis* gradum extitisse Herodis dare filiæ Herodiadis , quod petierat ; cum id fuerit actus impudicitiæ , levitatis , & stultitiæ ; non largitatis : quandoquidem S. Doctor nec laudat , nec tuetur Herodis actum ; sed in exemplum adducit id , quod sive est , sive existimatur *largitatis gradus* , dare quidquid petitur ; ita videlicet , ut Herodes , & qui cum eo erant , actum illum pro Herodiadis filia *largitatis* esse crediderunt ; vel pro actu prodigalitatis , ac dissipationis in malam partem . Nihil urget etiam , quod opponit ex cap. 23. : nam Doctor sanctus in Opusculo *quare Fratres Minores prædicent , & Confessiones audiant* exponit , edisseritque , quomodo *Religiosi Sacerdotes* sunt diligentes circa Confessionem , & confitentes ; tutiusque sit his confiteri , quam nonnullis aliis Sacerdotibus . Ceterum hoc Opusculum esse scriptoris Franciscani elicitur ex cap. 8. *de paupertate altissima* . Translatum in germanicum idioma a *Jacobo Polio* Minorita prodiit Paderbonæ an. 1621. , teste Waddingo in *Jacobo Polio* : atque *de' gradi dell' umilta* ms. extat Florentiæ in Bibliotheca Riccardiana sub. P. 1. cod. chartac. in 4. num. 28. ex Indice illius Biblioth. pag. 79.

(25) *Speculum animæ* per errorem collectorum ita nuncupatum est ; cum dicendum sit *de arbore mala* , al. *mortis* , vel *arbor vitiorum* , ut ex prologo , totoque tractatu constare potest : & autor in fine ante *recapitulationem* ait : *Ecce radicem arboris malæ , truncum , ramos cum foliis , & fructibus plenis veneno mortifero secundum intellectus mei parvitatem descripsi* : agitque de triplici *cupiditate* , seu *concupiscentia honoris , oculorum , & carnis* , ex qua omnia mala , & vitia oriuntur . Certe *Arbor* S. Bonaventuræ extabat ms. in Ducali Bibliotheca Urbini ex Catalogo illius apud Possevinum in calce Appar. sac. to. 3. , quæ nunc Romæ habetur in Vaticana , nisi sit *Arbor vitæ* . Nam *Speculum animæ* Opus Joannis Peckam Archiepiscopi Cantuarien. , & S. Bonaventuræ discipuli valde diversum est ab isto , ut ex lectione patet . Porro *Arbor mala* , vel *Arbor mortis* , ac *vitiorum* sub pravo titulo *Speculi animæ* S. Bonaventuræ contributa prodiit primùm in antiqua , quam dixi , Veneta anni 1487. parvorum Opusculorum S. Doctoris editione : quare miror , in Argentinen. an. 1495. , & Veneta 1504. omnium Opusculorum non extare . Nihil enim est , quod

quod a Seraphici Doctoris sapientia eam abjudicare queat; utut repugnet Oudinus, qui cum in hoc tractatu vocem *de facili* uti barbaram reprehendit, aberrat. Nam & Columella argentei seculi scriptor lib. 6. cap. 1. dixit *ex facili* pro *facile*. *Periculosa res est, testante S. Hieronymo, textum sac. Scriptura de uno in aliud idioma transferre, eo quod in ipsis translationibus non* DE FACILI *idem in omnibus sensus retinetur*: inquit Concilium prov. Oxonien. an. 1408. cap. 7.; atque ipse S. Bonaventura dixit *de facili* in Regula Novitiorum cap. 15. *de silentio* ex S. Gregorio; *de facili* dixit etiam Urbanus IV. in Bulla *Orta est nobis* &c. dat. an. 1261. Ministro provinciæ Franciæ Ord. Minor. apud Waddingum ad eum annum n. 18.; & Jo: Cajetanus Ursinus Card. Diaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano postea Nicolaus III. in literis *Attendentes* anno 1264. die 7. Maji datis apud eit. Waddingum in Regesto Pontif. num. 10., & Gregorius IX. in literis *Ascendit ad nos clamor* Friderico II. Imp. anno 1228. die 7. Maji datis. Deinde si dicitur *repente*, & *derepente*; *inde*, & *deinde*; *hinc*, & *dehinc*; *insuper*, & *deinsuper*; *ex improviso*, & *de improviso*: cur dici nequierit *de facili* temporibus præsertim corruptæ latinitatis? Item cum carpit Oudinus verbum *officiare*, non advertit, dictum etiam fuisse *beneficiare* a Leone III. in epistola XI. ad Carolum Magnum; ab Hugone quoque de Miromari Carthusiano, & a Stephano de Borbone Dominicano circa tempora S. Bonaventuræ scribentibus: *caremoniari* etiam legitur in Actis passionis S. Cypriani apud Pontium Diaconum. Tandem vocabulum *grossiorem* illorum erat seculorum, quo usus est etiam Joannes XXII. in Bulla Canonizationis S. Ludovici Episcopi, quem *chordam grossam* detulisse scribit; & longe ante Goffridus Vindocinensis Abbas epist. 20. ad Gaufridum Engolismen. Episcopum, Legatum A. S. *digitum grossiorem* dixit.

(26) *De præparatione ad Missam* Opusculum, quod Trithemius an. 1491. appellavit *de excellentia Eucharistiæ*, uti & Jacobus Philippus Bergomas, Marianus Florentinus, & Fysengrenius, prodiit jam cum aliis S. Bonaventuræ *Opusculis* Argentinæ an. 1495.; inde Venetiis anno 1504., & postea alibi cum eisdem Opusculis. Incertum tamen dicitur ab Oudino, num sit S. Doctoris; sed nulla reddita ratione: mihi sane, si paucas, quæ temporibus illis permitti debent utpote usitatæ, voces excipias, ut cap. 4. *paramenta*; cap. 6. *pœnose fiendis*; cap. 8. *remorsio*; & cap. 10. *incensationes*, nequaquam improbandum videtur; sed valde simile censeri potest alteri *de modo confitendi*, & post illud collocari. *Opusculum* ejus *de Corpore Christi* ms. extat Mediolani in Biblioth. Ambrosiana cum aliis ejus Operibus, ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 510.; quo forsan innuitur hoc *Opusculum de præparatione ad Missam*. Vide infra (100).

(27) *De sex alis Seraphim* memoratur a Bartholomæo Pisano, & Jacobo Oddo, & ante istos a Gulielmo Rubione in 1. Sentent. distin. 48. quæst. 2.; sed & postea Gulielmus Vorilongus, qui circa annum 1450. scribebat, in fine libri 4. Senten. de S. Bonaventura ita loquitur: *in textu Bibliæ expositor mirificus, in speculativa, in practica quantos codices, quanta refertos devotione edidisti, enumerare non valeo, inter quos de alis seraphicis* &c. Prodiit anno 1495. Argentinæ cum aliis Opusculis, & alias sæpe; seorsim vero Romæ an. 1598. ex Indice Biblioth. Barberinæ, & anno 1699. sine loco editionis cura Fr. Raphaelis Grabia in 4. Castellanum autem fecit, & variis sermonibus illustravit P. Jo: Paulus Sons Soc. J., ediditque Barcinone an. 1622. in 4. typis Sebastiani Matebad ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 159., cui titulum indidit: *Mysticum Seraphim S. Bonaventuræ* pro Prælatis, & subditis Religiosis. Belgicum quoque fecit e latino Cornelius Thielmanus Minorita anno 1626., vulgavitque Antuerpiæ apud Gulielmum Lesteens ex Waddingo in *Cornelio Thielmano*.

(28) *Collatio de contemptu mundi* prodiit primum, quod sciam, Argentinæ an. 1595. inter alia S. Doctoris Opuscula, & post etiam alibi pluries; & S. Doctore digna judicatur. Conversa in idioma lusitanicum, hispanicum, & italicum legitur in 2. parte Chron. S. Franci. lib. 2. cap. 54. Hispanice vero facta etiam a Fr. Dominico Viota prodiit Ilerdæ cum aliis hujus S. Doctoris Opusculis an. 1616. in 8. apud Ludovicum Manescal.

(29) *Soliloquium* ad modum *dialogi*: hujus mentionem fecit Franciscus Pavinus anno 1482., & post eum Trithemius. *Soliloquium* etiam citatur a Ludovico Pruteno in Trilogio animæ par. 2. cap. 20. *Dialogum S. Bonaventuræ* citat autor Opusculi *de studiis, & studentium præmonitis* in 4. parte Firmamentor. trium Ord. S. Francisci fol. 102. Prodiit autem in antiqua editione parvorum Opusculorum, quam, ut superius dixi, puto Venetam anni 1487., hoc titulo: *De quatuor mentalibus exercitiis*: & Orlandus de Orig. & progr. Typograph., uti & Jo: a S. Anton. to. 1., refert, typis extare librum inscriptum: *Dialogus hominis interioris respondentis, & animæ quærentis*: excusum Parisiis an. 1489. in 4. per Guidonem Marchant: postmodum exiit typis Argentin. an. 1495. cum aliis Opusculis tit. *Soliloquii*; atque ita semper cum iisdem Opusculis; anno vero 1617. seorsim Avenione. In editis autem inscribitur: *Soliloquium de quatuor mentalibus exercitiis*: *Imago vitæ*: &: *Dialogus inter animam, & hominem contemplantes hæc quatuor, interiora, & exteriora; inferiora, & superiora*. Opusculum hoc in hispanicum idioma transtulit *Fr. Dominicus Biatta* Minorita, & Cæsaraugustæ vulgavit an. 1580. ex Waddingo infra in *Dominico Biatta*, ac postea Ilerdæ an. 1616. in 8. typis Ludovici Manescal ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 159. Extat hoc Opusculum ms. chartac. in 4. Asisii in Tabulario S. Franc. hoc titulo: *Imago vitæ*: incipiens: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri*: *Paulus Apostolus* &c.: in fine habet: *Explicit liber dialogi animæ, & hominis* &c.: *in Naulo M. CCCC. LXIIII. die XVIII. Novembris scriptus*.

(30) *Itinerarium mentis in Deum*, quod retulit Henricus Gandavensis, & Jo: Gerson summopere commendat inquiens: *cujus Opusculi, immo Operis immensi laus superior est ore mortalium*: extat ms. Lovanii in Biblioth. Soc. J., teste Francisco Swertio in Athenis Belgicis, ac pluries impressum fuit & seorsim, & junctim cum aliis Opusculis, & una cum *Breviloquio* Patavii an. 1562. in 8. ab Eutychio S. Justinæ Monacho typis Gratiosi Porchacini. Versum est in italicam linguam ab Anonymo, cusumque Venetiis anno 1502. ex Biblioth. Italica; a Martino vero Tornohut Belga Minorita sermonibus est explicatum paulo post initium secu-

li

li xvi. Scriptum fuit hoc Opusculum anno 1259. in Monte Alveenæ, ut ipse S. Doctor innuit in prologo, dum ait, se illud ibi scripsisse *trigesimo tertio anno* ab obitu S.Patris Francisci; ubi & se dicit *septimum Ministrum* Generalem post ejusdem Sancti mortem. Posset autem appellari etiam Opus *de Illuminationibus*, cum dicat in eodem prologo: *In principio primum principium, a quo cuncta illuminationes descendunt &c. . . per senas alas illas recte intelligi possunt sex illuminationum suspensiones . . . . . Effigies igitur sex alarum seraphicarum insinuat sex illuminationes scalares* &c.

(31) *Itinerarium mentis in se ipsam*, al. *Incendium amoris*, memorarunt jam Octavianus Martini, & Franciscus Pavinus anno 1482., & paulo post Trithemius; sed ante hos *Itinerarium mentis in se ipsam* eidem adjudicavit etiam S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. capite 8.; idque, ut solet, ex antiquis Ord. Minor. Chronicis, quæ anno 1370. sunt edita: quare error est Possevini in Appar. sac. appendice, uti & Gandulfi, qui *Ternarium, sive parvum bonum de regimine conscientiæ* attribuit *Bonaventuræ Baduario* Patavino Ord. Eremit. S. Augustini; nisi sit aliud Opus. Sed cum Possevinus adscribat illi *Baduario* & *Breviloquium*, quo docet, inquit, ex Deo modum cognoscendi creaturas, quodque constat esse Bonaventuræ; liquet, eum confundere unum cum alio Bonaventura; præsertim cum Oudinus to. 3. Comment. Scriptor. Eccles. inter Opera Bonaventuræ Baduarii ex Augustinianis recensita hoc *Opusculum* non habeat; & Jacobus Philippus Bergomas illius Ordinis neque in Supplemento, neque in Supplementi Supplemento suum Bonaventuram istud scripsisse dicat; ipsum vero cum Trithemio S. Bonaventuræ vendicet. *Incendium amoris* citatur & a Ludovico Pruteno in *Trilogio animæ* par. 1. cap. 44., & par. 2. cap. 21.; & quidem *Incendium amoris* inscribitur ab autore *prologi*; etsi alii dixerint aliter, ut *Parvum bonum*, & *Regimen conscientiæ*; cum tamen appositius dici possit *Mystica Theologia*; agit enim autor ibi de triplici *via purgativa, illuminativa, & perfectiva*, seu *unitiva*; unde & quidam Opus appellarunt *Fontem vitæ*. In Asisiati Tabulario Conventus S. Francisci in cod. ms. pergam. in 4. continente varia Opuscula S. Bonaventuræ, 8. est: *Meditationes Fratris Bonaventuræ. Ecce descripsi eam tibi tripliciter Prov.* XXII. *Cum omnis scientia gerat Trinitatis insigne* &c.: finiens: *amplectenda per sseculum, & dilectionem h Seraphim* (nempe *hoc est Seraphim*), quod Opusculum illud est, de quo agimus, & quod in editis vocatur *Incendium amoris*; *Itinerarium mentis in se ipsam*; *Regimen conscientiæ*; & *Parvum Bonum*. Ita legitur & in aliis antiquis mss. dicti Tabulari Asisiatis, quorum unum pergam. in 4. sine nomine autoris fert titulum: *De regimine animæ*: incipitque: *Ecce descripsi eam tibi in cogitationibus, & scientia. cum omnis* &c. *Parvum bonum, in quo est fons vitæ, editum a Fr. Bonaventura Ordinis Minorum* extat ms. in Biblioth. Ecclesiæ Cathedr. Metensis cod. 288. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1283.; & libellus *de triplici via, qui dicitur Ternarium* sine autoris nomine ms. existit in Bibliotheca S. Vincentii Bisuntinen. ex eodem pag. 1190. Habetur quoque *Fons vitæ* Opusculum ms. in Biblioth. Ultrajectina ad Rhenum, teste Sandero par. 2. Biblioth. Belgic. Prodiit primum sub titulo *Itinerarii mentis in Deum* in veteri parvorum Opusculorum hujus S. Doctoris editione, qua utor, & quam exputo Venetam anni 1487.; postea ibidem anno 1495. cum omnibus Opusculis hoc titulo: *Incendium amoris*; quo titulo: *Incendium divini amoris* prodiit etiam impressum in Monasterio B. M. Virginis de Monteserrato anno 1499. in 8. per Jo: Luschner Alemanum, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 158.; & hispanice a Dominico Viota factum Cæsaraugustæ an. 1576. in 8. ex eodem. Tractatus *de contemplatione* gallice factus prodiit Parisiis paulo post annum 1482., ut dictum est supra (17): sed cum Jo: Gerson supra relatus inter *tractatus contemplationis* duos tantum S. Bonaventuræ adscribat, *Itinerarium*, & *Stimulum amoris*; incertum, an de hoc agat gallica translatio, an vero de alio, & præsertim de *Ligno vitæ*. Vide infra (94). Ast & Oudinus negat istud *Opusculum* esse S. Bonaventuræ ob quædam in prologo, & in capite 1., quæ S. Doctori minus congruere videntur. Verum de *prologo* non satis liquet, an verum, vel addititium sit; quandoquidem antiquior editio, quam dixi, & altera Brixiensis anni 1497., & ms. Asisiate prologum non habent; ac Trithemius etiam, & Jacobus Philippus Bergomas illud perhibent sine prologo. Deinde aliqua donanda sunt seculo, quo scripsit; & personis, quibus se aptavit: nam & *rectificari* dixit in Centiloquio cap. 36., & Breviloquio par. 5. cap. 4.; & *vilificare* in tractatu de paupertate Christi: igitur & *rectificandus* in isto Opusculo potuit scripsisse; ut & *splendificare*, & *sacerdotare* dixit S. Hilarius Pictaviensi, ut observarunt eruditi. Tandem interpolata quædam, & mutata fuisse constat: siquidem initio Opusculi editionis Argentinen. anni 1495., & posteriorum legitur: *sicut ostensum est supra in tractatu de reductione artium ad Theologiam*: quæ verba non habentur in antiquiore Veneta sæpe cit. editione anni, ut reor, 1487., neque in alia Brixiensi anni 1497., neque in ms. Asisiati; quam primam editor posterioris Argentinensis inspexisse liquet, cum subdat: *quidam alius liber habet sic: Sciendum est igitur, quod triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem viam, scilicet meditando, orando, & contemplando*: quæ sane sunt verba antiquioris editionis, & ms.: nam in posterioribus habetur *legendo* pro *meditando*, & perperam, cum *meditando* ibi sit pro præparando ad speculationem, & orationem. In hoc Opusculum, seu partem ejus, doctus vir Hieronymus Savonarola Ferrarien. Ordinis Prædicat. accuratam edidit expositionem rogatu Agamemnonis Marscoti de Calvis Bononien., non autem in illud *Formula aurea de gradibus virtutum*, ut putavit Waddingus pag. 74.; nam ille dicit *Opusculum de septem gradibus ascendendi ad perfectionem vitæ spiritualis*; & in epistola, quam Operi præmisit: *scito tamen*, inquit, *primum gradum ab eodem venerabili* (Bonaventura) *nec expressum, nec omnino prætermissum*: inde in Opere ponuntur 1. gradus *necessitas*; 2. *suavitas*; 3. *aviditas*; 4. *sobrietas*; 5. *ebrietas*; 6. *securitas*; 7. *tranquillitas*: qui quidem *sex gradus*, omisso primo, expresse habentur in hoc Opusculo *Itinerarii in se ipsum* §. *de oratione*; non autem in illo *Formula de gradibus virtutum*, in quo non 6., aut 7.; sed 30. gradus enumerantur. Savonarolæ expositionem latinam in hetruscum sermonem vertit *Philippus Cionius* Florentinus ejus familiaris, annoque 1490. evulgavit ad Sorores S. Luciæ Ordin. Prædic.

Prædic. missam, teste Julio Nigro in Scriptor. Florent. pag. 171.

(32) *Memorialia* xxv. scripsit S. Doctor cuidam Fratri E.; & uti quædam *regula* spiritualis, & institutio omnium pie, & spiritualiter in Christo vivere volentium esse dicitur in editione Argentinensi anni 1495., aliisque subsequentibus: dici possent & *Scala salutis*, quo titulo autor utitur cap. 1.; sed *Exhortatorium ad Fratrem* dicitur a Jacobo Philippo Bergomate a. edit., & a Trithemio. *Institutio spiritualiter vivere volentium* habetur ms. Florentiæ in Biblioth. Riccardiana sub N. 1. n. 8. cod. chart. in 4. ex Indice pag. 79. Extat & Asisii apud nostros hoc Opusculum ms. vetus chartac. in 12. inter diversorum Opellas hoc titulo: *Incipit Speculum Fratrum Minorum, verùm etiam omnium Religiosorum. In Christo Ihesu Fratri dilecto Petro Frater ejus Bonaventura in Domino qualitercumque veteri homine jam exuto, Christo vivere, & mori lucrum. Quoniam discere mi Frater in Domino, adhuc me in præsentia tibi posito, instantissime supplicasti* &c.: & finit: *Vale Frater in Domino Ihesu Christo, sine quo omnia nihil valent. Expliciunt Memorialia pauperis servuli Crucifixi. Amen.* Porro *Memorialia* xxv., seu *Epistola ad eos, qui pie volunt vivere in Christo* hispanice facta a Fr. Dominico Viota prodiit Ilerdæ an. 1616. in 8. per Ludovicum Manescal; & antea Cæsaraugustæ ann. 1576., & 1580. ex Jo: a S. Anton.: varie versa legitur & in Chronicis S. Franc. par. 2. lib. 2. cap. 52. His porro xxv. *Memorialiis* addi possent *sex alia*, quæ referuntur post *Regulam Novitiorum*; cum ad illam non attineant, incipiuntque: *In Conventu Parisins Fratrum Minorum* &c.

(33) *De ecclesiastica Hierarchia* quamquam ab antiquis Scriptoribus recenseatur, primùmque prodierit cum aliis Opusculis Argentorati an. 1495.; tamen genuinus Bonaventuræ partus agnoscitur ab ipsis etiam severioribus criticis.

(34) *Legenda major S. Francisci* anno 1262. *mirabili stylo* scripta ex Bartholomæo Pisano, S. Antonino Chron. par. 3. tit. 24. cap. 8., & Aloysio Lippomano Episcopo Veronen., & in quo genere scriptionis nemo melius scripserit, ut inquit Leonardus Aretinus apud Robertum Caracciolum in Serm. de S. Bonaventura; extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. inter mss. codd. Ducis Urbini; habetur quoque in Bibliotheca Jo: de Witt cod. 56., & in Ultrajectina codd. 243., & 244., ut habet Oudinus in *Thoma de Celano*; nec non Florentiæ in S. Crucis Bibliotheca scam. 30. versus claustrum cod. 735. in 4. cum *Legenda minori* in lectiones pro Officio ecclesiastico distributâ, & scam. 18. versus Ecclesiam cod. 208. in 8., & cod. 206. in fol. incompleta, nec non scam. 19. cod. 214. in 8. charactere perantiquo ante *Vitam S. Claræ*. Incipit autem prologus: *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri diebus istis novissimis in servo suo Francisco omnibus vere humilibus, & sanctæ paupertatis amicis* &c.: & legitur apud Lipomanum, & Surium in Vitis SS., & P. Rodulphium Hist. Seraph. lib. 1. Commentariis vero illustrata per Henricum Sedulium prodiit Antuerpiæ cum aliis anno 1598. in fol., & seorsum in 8.; & figuris ornata Venetiis an. 1608. apud HH. Galiani in 4.; & Romæ nitidis typis Salvioni an. 1710. in 4. Translata in belgicum idioma per Cornelium Thielmanum prodiit Lovanii an. 1598.; & ab antiquo Anonymo versa ms. asservatur in Bibliotheca Uffenbachiana cod. 79. in 4. ex ejus Catalogo par. 4. col. 40. Theutonice cusa est Norimbergæ an. 1512. per Gasp. Rosentaler, ut supra in *Anonymo* CCLXXXVI.; & per Andream Aniol Coloniæ an. 1646. In italicum sermonem versa prodiit anno 1477. Mediolani per Anton. Zarottum Parmen. in fol. ex Orlando de Orig., & progr. Typographiæ pag. 421.; postea ibidem an. 1480. in fol. per Philippum Lavaniam ex tomo 1. Scriptor. Mediolan. Argelati col. 572.; deinde Venetiis an. 1513., iterumque an. 1572., 1598. in 4. cum figuris, & 1607. in 8. typis Lucii Spinedæ; Romæ quoque an. 1711. in 4. typis Rochi Bernabo, & ultimo Venetiis an. 1719. per Jo: Baptistam Recurtum. Vide in *Petro Canneto*, & in *Jo: Marignolla*.

(35) *Expositio Regulæ FF. Minorum* cum insequentibus *septem Opusculis* pro genuino Bonaventuræ fœtu ab omnibus agnoscitur; excusaque primum legitur in veteri editione Argentinen. anni 1495.; & postea alibi pluries, ut in Monumentis Ord. Minor. a fol. 24., & *Quæstiones* XXVII. *in Regulam S. Francisci* a fol. 149.; quæ quidem *Quæstiones* translatæ in lusitanicum, hispanicum, & italicum idioma leguntur in 2. parte Chronic. S. Franc. Marci Ulyssipon. lib. 2. cap. 26. usque ad cap. 52. *Apologia pauperum contra calumniatorem* extat in Biblioth. S. Marci Venet. cod. 87. in 4. chartac.; uti & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 26. versus Eccles. num. 298., & num. 300. in fol., & scam. 14. cod. 166. in 4. inter varia diversorum Opuscula; Ferrariæ quoque in Biblioth. S. Francisci; nec non in Lovanien. S. J. teste Francisco Swertio.

In eadem Bibliotheca S. Crucis Florentiæ habetur Opusculum *de paupertate Christi* incipiens: *Quæstio est de mendicitate: utrum mendicare pro Christo sit perfectionis christianæ* &c.: ms. scam. 35. num. 413. in 4. parvo cum aliis diversorum de eodem argumento in fine codicis; ubi ad calcem legitur: *Hanc quæstionem determinavit jam Magister Bonaventura de Ordine Fratrum Minorum; sed quæ a quodam Clerico potuit reportari. Deo gratias. Amen.* Est autem quæstio cum notis margineis censuram exercentibus, & diversa ab illa S. Bonaventuræ, quæ incipit: *Quæstio est de paupertate, & quæruntur duo* &c.

(36) *Alphabetum Religiosorum* incipiens: *Ama paupertatem: sis vilibus contentus*: non abjudico Bonaventuræ, uti fecit Oudinus; cum nihil sit, quo probari queat ipsius non esse. At, inquit, Trithemius illud Thomæ a Kempis adscripsit; & inter Opera illius legi solet. Utique *Alphabetum Monachi*, quod aliud est, ac totum prosa incedit: *Alphabetum* vero *Religiosorum* & brevius est, & versu leonino concinnatum; ut infra etiam dicetur in *Alphabeto Monachi* (47); quod quidem utrumque anno 1495. impressum est Argentorati inter Opuscula S. Doctoris. Sunt igitur *rhytmi*, carminaque Seraphico Doctori attribuenda illa *Officii* de Passione Domini; *Officii* de quinque, al. de septem gaudiis B. Virginis; *Laudismi* S. Crucis; *de septem verbis Domini* in cruce; & *Alphabeti Religiosorum* (præter versiculos *Ligni vitæ*); utiturque jambis archilochiis, euripidiis, anacreonticis, & archilochiis acatalectis, nec non trocheis alemaniis, hipponacteis, & euripidiis more sui seculi, & antiquissimi, puta Ennii, Cæcilii apud Ciceronem in *Catone majori*, *de Officiis* &c.

(37) *Regula Novitiorum*, quam scripsisse me-

V mo-

morat Bartholomæus Pisanus, & post eum Jacobus Oddo, prodiit primùm, quod ego legerim, in vetusta, quam sæpe dixi, parvorum Opusculorum S. Doctoris editione Veneta anni 1487. hoc titulo: *Incipit Regula Novitiorum secundum Bonaventuram Abbatem*: errat igitur Oudinus, quando scribit, hoc *Opusculum* primùm prodiisse in editione Romana anno 1596. (leg. 1606.). Meminit autem ejus & Robertus Caracciolus Aquinas Episcopus an. 1482. in Serm. de S. Bonaventura, & Jacobus Philippus Bergomas in Supplem. Histor. an. 1485. edito; nec non autor *Serenæ conscientiæ* (Alexander Ariostus) paulo post annum 1482. compositæ, dum quæst. 70. producit *Opusculum S. Bonaventuræ*, quod ait incipere: *Religio munda, & immaculata*: ejusque verba hujusmodi: *ora ergo, charissime frater, & te in oratione exerce; quia pauperi non oranti æterna supplicia promittuntur: ait enim Bernard., ora frater, instanter ora; quia ille dicitur habere tunicam mixtam sanguine, qui carnem suam nutrit de pauperum sudore, nisi recompenset in devota oratione, & gratiarum actione. Cantando enim, inquit, nobis ista bona proveniunt: graves ergo pro eis effunde gemitus; alioquin quod hic in delitiis sumitis, in tormentis evometis: hæc ille. Studeamus ergo tanto frequentius, & morosius cum fervore devotionis orare, quanto nobis majora beneficia conferuntur: hæc S. Bonav.*; quæ quidem habentur in *Regulæ Novitiorum* cap. 2.; quæ cum in editis incipiat *Renovamini*; illa vero ab autore Serenæ Conscientiæ relata *Religio munda, & immaculata*; aut duplicem prologum habet, aut qui in editis extat, ad alterum Opusculum pertinet; ut illud de *Informatione*, vel *Institutione Novitiorum*, quod prologo carere nescitur. *Bonaventuræ tractatus informativus Novitiorum* ms. extabat olim Utini in Biblioth. Conventus S. Francisci, ex Regesto illius Bibliothecæ anno 1397. confecto, una cum *Breviloquio*, & *Sermonibus Dominicalibus*: atque *Forma de los Novicios* hispanice prodiit Valentiæ an. 1588. in 8. ex autore Biblioth. Hispanæ. Negat Oudinus, hoc Opusculum adscriptum iri Seraphico Doctori, eo quod cap. 25. legatur: *In Conventu Fratrum Minorum Parisius conversante bonæ memoriæ Fr. Bonaventura tunc Generali Ministro, & post Cardinali* &c.: sed advertendum est, caput illud esse addititium, ut lucet ex veteri, quam dixi, editione; & ut argumentum ipsum manifestat. Ceterum Opus ipsum redolet doctrinam, & gravitatem Bonaventuræ; etsi habeat tria, vel quatuor verba minus latina, uti *appodiare*, *guerra*, *campanella*; sed quæ illis temporibus in usu erant etiam in epistolis Romanorum Pontificum.

(38) *Remedium defectuum Religiosi* stylum Seraphici Doctoris refert, ipsoque non indignum censeri potest. Quod autem extet in principio *Meditationum* Fr. Jacobi Lectoris Mediolanen., & secundæ partis *Stimuli amoris* juxta editionem antiquiorem; in aliis vero editionibus partim in parte 1. cap. 2., & partim in parte 2. cap. 1., ac parte 3. cap. 3. & 13., non inde induci debet, ipsum esse puram laciniam Bonaventuræ affixam, ut censet Oudinus: sed autorem *Meditationum*, & *Stimuli amoris ad passionem Christi* (quem *Henricum de Balma* fuisse inferius demonstrabo) istud hoc, ut & alia ex Bonaventura desumpsisse, & Operi suo inseruisse: id quod facile suaderi potest eo, quod *Opusculum* istud ornatur *prologo*, in quo dicitur, ad preces *Fr. Roberti* editum fuisse; in *Stimulo* autem *amoris* iste *prologus* non habetur, nec ad ipsum ullo modo facit. Præterea quædam in *Stimulo amoris*, præsertim caput 13. *de prædestinatione* ita interpolatum cernitur, atque immutatum, ut prope diversum videatur; ac phrasibus piis quidem, sed ita abjectis, humique serpentibus, ut nihil ad Seraphicum Doctorem. Varie translatum hoc Opus habetur par. 2. Chron. S. Franc. lib. 2. cap. 55.; sociarique potest cum altero de xxv. *Memorialiis*, edique post illud.

(39) *De perfectione vitæ* ad Sororem quamdam Ord. S. Claræ, non *ad Sorores*, ut habent editi; inquit enim in prologo: *Tu itaque Deo devota dilecta mihi reverenda Soror rogasti me* &c. . . . . . *roga autem beatitudinem tuam Soror sanctissima* &c.: & cap. 3.: *sed tu Christi Virgo ancilla Domini, qua mente quæres divitias, cum paupertatem voveris . . . . cum patris pauperis Francisci velis esse filia; cum pauperis matris Claræ promiseris esse imitatrix*. Opusculum S. Bonaventura dignum; quod jam cum aliis prodierat Argentorati an. 1495., & postea alibi.

(40) *De modo confitendi, ac puritate conscientiæ*: cum judicio Jo: Gersonis viri doctissimi, itidemque piissimi hoc Opusculum *stylum Bonaventuræ* redoleat, sitque *multum utile*; & ob id jam anno 1495. Argentorati cum aliis S. Doctoris Opusculis prodierit, & postea non semel alibi: non video, cur inter certa ejusdem Opera locum obtinere non possit. Etenim *S. Thomæ* non esse, ut aliqui crediderunt, clare ducitur eo, quod veteres Scriptores Angelici Doctoris Operum diligentissimi enumeratores Ptolomæus Lucensis, Nicolaus Trivethus, & Bernardus Guidonis minime commemorant; sed nec S. Antoninus post Gersonem scribens tractatum istum S. Thomæ tribuendum esse existimavit. Et quidem Petrus Pellicanus Ord. Prædicat. in censura Operum S. Thomæ fatetur, satis legenti patere, non esse D. Thomæ ex phrasi, & stylo. Nec audiendus est Oudinus hoc loco præsertim; cum & plerumque falsus sit, & indoctus; dum non modo S. Thomæ, sed & S. Bonaventuræ Opus ipsum abjudicat ob quoddam articuli 6. dictum, quod plane Oudinus non intellexit: loquitur enim autor de pedis impudico tactu; & ipse putat, eum de iracundo pedis tactu loqui: sentit ideo Opusculum pertinere ad *Casuistam* (ut verbo ejus utar), qui sub initium seculi xvi., vel finem seculi xv. floruisse videtur; quo nihil falsius; cum ejus meminerit Jo: Gerson, qui scribebat initio seculi xv. Falsum quoque est, autoris dictionem esse humilem, abjectam, horridam, judiciumque tenue; siquidem locutio plana est, & facilis, sed propria, nec verbis barbaris, sordidisque inquinata; materia vero eo judicio explicata, ut cum Gersone omnes fateantur, *multum utile* esse.

§. 2. DE DUBIIS.

(41) *Sermones* aliquot, de quibus supra dixi (10) dubitari posse.

(42) *De tribus ternariis peccatorum infamibus* prodiit primùm in editione Argentinen. an. 1495., inde in Brixiensi parvorum Opusculorum an. 1497. Seraphico quidem Doctori attributum; sed in 2. editione desinit in cap. de *veniali peccato*, illoque ver-

versiculo : *unctio pœna levis , compassioque fit egenis* : in Argentinensi vero editione additur : *Vide in Centiloquio de peccato veniali latius*. Postea subjungitur caput bene longum *de radice peccatorum*, & alterum *cur peccatum non vitatur , nisi prius cognoscatur*. Ambigitur porro de autore , primùm quia interdum serpit humi , nec semper stylum S. Doctoris habet ; deinde verbosior est , quam soleat esse Bonaventura , & quam deceat esse gravem Doctorem ; postremo cum egerit S. Doctor de tribus peccatorum generibus in *Breviloquio*, & *Centiloquio*, non apparet , cur iterum scribere ea de re voluerit.

(43) *De pugna spirituali contra 7. peccata capitalia* : v. infra *Fascicularius* (45).

(44) *Exercitia quædam spiritualia* extant mss. in Bibliotheca Conserdoncana , teste Sandero par. 2. Biblioth. Belg.; & hispanice versa prodierunt Ilerdæ an. 1616. in 8. labore Fr. Dominici Viotæ typis Ludovici Maneschal ex Jo: a S. Antonio , & italice facta una cum *Itinerario mentis in Deum* Venetiis anno 1502. ex autore Bibliothecæ Italicæ pag. 233. ; ac in varias linguas conversa leguntur apud autorem Chronicorum S. Francisci par. 2. lib. 2. cap. 53. Vulgata quoque leguntur inter S. Doctoris Opuscula Argentorati an. 1495., & alias. Modicum quidem , & phrasi neglecta , simplicique tractatum Opusculum parum Bonaventura dignum videtur : præsertim cum S. Doctor in *Soliloquio de quatuor mentalibus exercitiis* fuse egerit , ut & in aliis.

(45) *Fascicularius* invenitur in *tractatu* Gerardi de Zutphania *de reformatione virium animæ* edito Parisiis , & Coloniæ ann. 1539. ; & 1579. ; & antea Basileæ an. 1498. in 8. per Jo: de Amerbach, quæ editio habetur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci , a medio cap. 19. usque ad caput 34. , in quo desinit *Fascicularius sextus* ; nisi quod ibi est cap. 26. *de vita Christi* sub compendio , hic autem deest ; ibique caput 27. & 28. , in quo adducitur autoritas *S. Augustini* , & *Bonaventuræ* , auctiora sunt ; hic autem subditur *Fascicularius septimus* de resurrectione , & ascensione Christi , adventuque Spiritus Sancti , qui non habetur in eo *tractatu* ; sed post plura capita *de exercitio orationis* &c. caput 42. est *de duobus veris bellatoribus necessariis* incipiens : *Eja nunc milites* &c. : estque *Opusculum* trigesimum editionis Vaticanæ *de pugna spirituali contra 7. vitia capitalia* ; quod in Argentinensi anni 1495. , & Veneta anni 1504. editionibus conjunctum est cum *Fasciculario* . At apud Gerardi *tractatum* capita plerumque sunt fusiora , & in fine habet 59. , seu ultimum caput *de quatuor in omnibus exercitiis spiritualibus attendendis* , quod in *Fasciculario* desideratur . Obiit porro hic Gerardus an. 1398. , cum fuisset socius Gerardi Magni Daventriensis , & unus e Clericis Regul. , ac vitæ communis Fratribus ; testaturque Thomas a Kempis in ejus Vita , ipsum composuisse memoratum *tractatum de reformatione virium animæ*. Liber *Gerhardi Zutphaniensis de reformatione interiori* in cap. 54. divisus incipiens : *Homo quidam descendit de Hierusalem in Iericho* : cujus ultimum caput est *de quatuor in omnibus exercitiis spiritualibus attendendis* : habetur in Bibliotheca vet. PP. edit. Parisien. anni 1610. to. 2. col. 1422., & seqq. , & a cap. 29. incipit *Fasciculus* 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi* &c. Oudinus , qui ista non vidit , tantummodo de *Fasciculario* sentit , minus grave videri , quam deceat Bonaventuram : ideoque hæreo ; num Gerardus a Bonaventura acceperit , & auxerit ; an autem aliquis , quod verius videri possit , a Gerardo decerpserit quamplura , & Bonaventuræ attribuerit ; qua in re judicem non agam , sed aliorum judicium opperiam .

(46) *Amatorium* , quod alias inscribi posset *de quatuor beneficiis homini a Deo collatis* , cum sit quarumdam Sanctorum autoritatum collectio , ut inquit autor in prologo , magis *Pharetræ* accedit , quam *Incendio amoris* , ut putat Oudinus , qui hoc Opusculum removet a veris , certisque Bonaventuræ Opusculis , quemadmodum & *Incendium amoris* . Sed quæ dicta sunt de *Pharetra* , dici quoque possent de hoc tractatu ; nisi quædam in isto sua miscuisset autor , quæ non in illo sunt , & quæ dubium movere possunt ; ut in titulo de triplici vilitate Christi *ribaldum* utpote gallicum , italis tamen nunc usitatum . Tamen *Amatorium D. Bonaventuræ* habetur ms. in Bibliotheca Monasterii Lirensis in 12. ex Catalogo Montfaucon pag. 1260.

(47) *Alphabetum Monachi* Bonaventuræ defendere conatur Waddingus ; impugnat Oudinus : & fateor ; utriusque rationes & paucas , & incertas esse . Quod enim Trithemius , qui dicitur scripsisse ânno 1494. , illud *Thomæ a Kempis* tribuerit , non evincit , ipsi Thomæ tribuendum esse : quandoquidem etiam Opus de *Imitatione Christi* vulgatum est Brixiæ an. 1485. per Jacobum Britannicum , tributumque *Beato Bernardo , quod Johanni Gersoni Cancellario Parisiensi attribuitur* , inquit editor ; & quidem sub nomine Joannis *Gerson Cancellarii Parisiensis* postea prodiit Mediolani an. 1488. per Leonardum Pakel Alemannum , uti & Romæ an. 1493. per Stephanum Plank Patavien. , quæ tres editiones extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci ; id autem paucis post annis ab obitu Thomæ Kempen. , cujus asseritur esse illud Opus . Ego verò in hac re cum videam extare duo *Alphabeta* , alterum soluta oratione inscriptum *Alphabetum boni Monachi* incipiens : *Vias tuas Domine* : alterum versibus leoninis inscriptum *Alphabetum Religiosorum* incipiens : *Ama paupertatem* : & inter Opera Thomæ a Kempis haberi dumtaxat primum *Alphabetum Monachi* , quod una cum secundo prodiit Argentorati anno 1495. , & postea Venetiis anno 1504. inter cetera S. Bonaventuræ Opuscula ; censeo primum esse dubium , alterum vero certum S. Doctoris fœtum . In editione omnium Opusculorum Thomæ a Kempis facta Nurembergæ an. 1494. in fol. per Gaspar Kochfeder studio Georgii Pirckamer Presbyteri Carthusianæ Domus Prioris nonnisi unum *Alphabetum devoti Monachi* legitur incipiens : *Vias tuas , Domine , demonstra mihi* &c. : *Ama nesciri , & pro nihilo reputari* &c. *Instrucion donde se da intelligencia de un Alfabeto de bien viver* prodiit Conchæ in Hispania sub nomine *S. Bonaventuræ* apud Cornelium Bordan in 16. ex autore Bibliothecæ Hispanæ . Falsò vero scribit Oudinus , certum esse *Alphabeta ascetica* convenire novissimis temporibus , seu seculo XV. ; cum id non ostenderit . Utut autem est , illud parum refert ; cum sit omnium Opusculorum minimum , idest 24. versiculorum . Videas & supra (36).

(48) *Summa de essentia Dei* , al. *de iis , quæ in Scripturis sacris Deo attribuuntur* : hujus Opusculi quænam censura alia , ac melior quærenda , aut ex-

pe-

pectanda, quam quæ præmittitur ei in editione Vaticana; & quæ legitur a Waddingo descripta? Non igitur tantum Hieronymo, & Bonaventuræ, sed etiam Augustino, Ambrosio, & Anselmo falso tributus legitur iste tractatus: tametsi apud Hieronymum totus non extet, sed tantum usque ad verba: *hæc omnia, quæ prædicta sunt* &c. Apud Augustinum juxta ms. Vaticanum, & Victorinum inscribitur: *De essentia divinitatis, & de invisibilitate, atque incommutabilitate Dei*: apud Anselmum vero: *De vestimentis, & membris, & actibus Deo tributis*: sed prima, & maxima hujus Opusculi pars dicitur ex Eucherii Lugdunensis Episcopi Opere *de formulis spiritalis intelligentiæ* sumpta; continetque totum ejusdem Operis primum caput, quod quibusdam in editionibus inscribitur: *De divinis nominibus*.

§. 3. DE SPURIIS, FALSISQUE.

(49) *Principium sacræ Scripturæ* removendum ajo ab Operibus Seraphici Doctoris, & alio ablegandum; eo quod stylus hujus Opusculi omnino diversus est a stylo Bonaventuræ; nihil in eo grave, sed abjectum; nihil erectum, sed humile; phrasis inculta, & sordida, ac superlativis ad nauseam redundans, uti est apud *Petrum Jo: Olivi*; voces Latinis insuetæ, & frequentissimæ, quæ produnt autorem seculi XIV., qui *prologum* Expositioni sacræ Scripturæ confecit.

(50) *Illuminationes*, al. *Luminaria Ecclesiæ* extant mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 26. versus Eccles. cod. num. 300. in fol. sine titulo, & nomine autoris post *Breviloquium*, & *Apologiam* S. Bonaventuræ, incip. *In medio Ecclesiæ* &c.: *In verbis istis docet Spiritus Sanctus* &c.: & finiunt: *charitas, quæ facit ascendere ad superiora, & descendere ad inferiora*. Etiam in Asisiatis Tabularii Conventus S. Francisci codice ms. pergam. in 4. continente varia S. Bonaventuræ Opuscula, 2. est, quod vulgo dicitur *Opus sex dierum*, al. *Luminaria Ecclesiæ*; sed sine nomine autoris, atque incipit: *In medio Ecclesiæ aperuit os ejus* &c.: *In verbis istis* &c.: finitque: *descendere ad inferiora, & ascendere ad superiora*. *Illuminationes Domini Bonaventuræ* extabant olim mss. Ferrariæ in Bibliotheca, S. Francisci ex veteri illius loci Catologo anno 1437. confecto pag. 69. & 78.; sed quænam illæ fuerint, incertum; cum dictum sit, plura S. Doctoris *Opuscula* posse hoc vocabulo exornari: mea tamen sententia nulli magis aptatur, quam illi *de reductione artium ad Theologiam*. Veteres, qui titulos fecerunt Operibus S. Doctoris, huic illum indiderunt *Illuminationum*, sive *Luminaria Ecclesiæ*, ac *de 5. visionibus* super Genesim, quibus *opera sex dierum* exponit, quod tamen est omnino falsum: nam exceptis paucis, quæ anagogice explicantur, cetera non item; sed quod *Ecclesia* est congregatio rationalium, *Synagoga* vero animalium; de *sapientia*, ac *dono intellectus*; de *veritate*, & *virtutibus*; de *fide*, ac *sacra Scriptura*; de *Ecclesia militante* &c. Illud observo, autorem Opus appellasse *Collationes*, non *Sermones*, ut ex serm. 16. lucet, in quo *præcedentem collationem* suam adducit. Unum, vel alterum dumtaxat locum adducam, ut omnes videant, hoc Opus a sapientia, prudentia, & morum sanctitate Bonaventuræ maxime abesse: inquit enim serm. 22.: *modo autem non ita, sicut quando Constantinus regnabat; qualis (al. cujus) consiliarius fuit Ambrosius, qui adhuc Saracenus, sc. catechumenus, virgo fuit: sed modo Principes sunt socii furum; & consiliarii in munere consistunt*: *Isa. c.* 1. Editores Romani loco Constantini reposuerunt *Valentinianum*; sed antiqui codices a me inspecti constanter habent *Constantinum*. Quis ferret Ecclesiæ Doctorem tam Historiæ ignarum, ut eum lateret, *S. Ambrosium* a consiliis Constantini Magni esse non potuisse; ut non secerneret *Saracenum* a catechumeno; tam pravis moribus, ut universis Principibus detraheret? Obloquitur etiam serm. 5. minus prudenter in omnes artium, scientiarumque cultores, inquiens: *Logici cum suis sophismatibus, & suis falsis propositionibus fecerunt mundum insanire* &c.: quasi Bonaventura, Thomas, aliique doctissimi, ac piissimi viri in ea facultate non se exercuerint; cumque S. Doctor in *Itinerario mentis in Deum* cap. 3. *Logicam* appellet, *quæ facit perspicaces ad arguendum*; atque ita cum laude de ceteris facultatibus. Deinde in eodem serm. fabulas consectatur, dum ait: *Romani elegerunt Diocletianum per artem divinationis, sive diaboli: debebant eligere comedentem super mensam ferream, & invenerunt comedentem illum super vomerem*. Autor tamen hujus *Opusculi* Minorita fuit, &, ut videtur, Gallus, uti ostendimus supra in *Anonym.* num. CCCXCIII.; idemque forsan, qui superius Opusculum *Principii sacræ Scripturæ* composuit; idem enim stylus, & ingenium simile: deinde verbosior est, quam oporteat, & quam soleat, deceatque Doctorem gravem, & Seraphicum. Opus jam ab anno 1482. cœpisse adscribi S. Doctori, lucet ex Francisco Pavino, qui ipsum dicit *de 7. visionibus*; uti & Trithemius, qui tamen Opus hoc *Illuminationum* distinguit ab Opere *in Genesim*, de quo infra in amissis (68): Octavianus etiam Martini anno 1482. dixit *primum librum Genesis de 7. visionibus* ferre titulum. De *Illuminationibus* porro agit S. Doctor in Opusculo *de reductione artium ad Theologiam*, & in *Itinerario mentis in Deum*; ut ibi adnotatum est. Carpit Oudinus in hoc Opusculo verbum *trifurcatur*; cum tamen antea Alexander Alensis, vel potius Hugo de S. Caro Ord. Præd. dixerit *bifurcatur* in psal. 5. n. 5.; sicuti *martellum* in psal. 77. n. 24.; guerram in psal. 119. n. 5.; & *ballivos* in psal. 120. n. 1.

(51) *Expositio super psal.* 118. *Beati immaculati in via* sub nomine S. Bonaventuræ una cum tractatibus *de regimine conscientiæ*, & *de regimine animæ* vulgata est Parisiis an. 1524. apud Claudium Chevallon in 8., cujus exemplar editionis extat Hispali in Biblioth. Ecclesiæ Cathedr. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 156., & Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci: prodiit & in editione Vaticana anno 1588. to. 1. inter psalmos S. Bonaventuræ post psalmi ejusdem 118. breviorem expositionem. *Speculum Minorum* an. 1509. Rothomagi editum tract. 3. fol. 209. habet, in Capitulo Gener. an. 1499. in Cœnobio Mechlinen. a FF. Regul. Observ. provinciæ Coloniæ celebrato inter alia ordinatum fuisse; quod *in illo versu psalmi scilicet: sprevisti omnes discedentes a juditiis tuis: debet legi: a justitiis tuis: & sic ponit S. Bonaventura*: scilicet in hac expositione psalmi 118. art. 6. cap. 8. *Iniquos odio habui*, ubi in eo psalmo extat: *a judiciis tuis*:

tuis: præterea & a Sixto Senensi in Biblioth. sanc. liber S. Bonaventuræ adjudicatur. At ultra quam stylus mihi non videtur Bonaventuræ, sed alterius; Opus esse *Ioannis Lemovicen*. Monachi Clarævallen. habetur ex cod. 22. in 4. ms. membran. folior. 152. seculi circiter XIV. Biblioth. S. Marci Venet. tit. *Expositio in psal. Beati immaculati Joannis Lemovicensis Monachi de Claravalle* incip. *Alleluja, laus, & gloria, & virtus Deo nostro. Quis titulus, quis ornatus astruatur psalmi præsentis apostoliris instructus documentis* &c. ex Indice illius; cujus quidem *Ioannis Lemovicensis Somniale diluridatum Pharaonir ad Theobaldum Navarræ Regem*, qui obiit anno 1270. in Africana expeditione cum S. Ludovico Rege, habetur ms. in Biblioth. Vatic. inter mss. Reginæ Sveciæ num. 1004. ex Montfaucon to. 1. pag. 35., & 66., & in S. Victoris Parisien. ex eodem pag. 1372.: & hic *Joannes* forsan est is, qui tempore Innocenti IV. factus Minorita anno 1245. erat ejus Pœnitentiarius, ex Actis Concilii Lugdunensis, & cujus meminit Waddingus ad annum 1251. num. 68. Habetur hæc expositio, sed sine nomine autoris, ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis cod. 90. in fol., cujus in fronte legitur: *iste liber fuit ad usum fratris Thedaldi de Casa, quem vivens assignavit armario fratrum Minorum de Florentia anno Domini* 1406.; prologus incipit: *Titulus psalmi centesimi octavi decimi. Alleluja Alleluja: laus, & gloria, & virtus Deo nostro. Apocal.* XIX. *Quis titulus, quis ornatus, quis fructus astruatur præsentis psalmi* &c. *Beati immaculati in via* &c.: *Post generalem prolocutionem accedendum est ad specialem præsentis psalmi proserutionem*: dividiturque in 11. capita, usque scilicet ad *Principes persecuti sunt me gratis* &c.: finiens: *& in hoc consumatur doctrina psalmi Beati immaculati ad gloriam Regis beati immaculati, & honorem Reginæ beatæ immaculatæ, cujus meritis, & precibus dignetur beatus, & immaculatus Dominus beatis, & immaculatis spiritibus aggregare. Amen.* Molanus, qui florebat anno 1520., ms. apud Miræum de Scriptor. Eccles. cap. 46. prodidit *Commentarios in Psalmos* Bonaventuræ nomine Venetiis editos esse *Alexandri Alensis*; quo autore, viderit ille; nam ea editio a nullo alio refertur, quod sciam.

(52) *Expositio in Joannem* ob stylum, & ingenium abjudicanda est S. Bonaventuræ, & *Joanni Gualensi*, seu *Wallensi* Anglo S. Doctoris synchrono adscribenda; incipit enim: *Numquid ad præceptum tuum* &c.: at *Commentariam in Joannem* eodem modo incipientem extare ms. Romæ in Bibliotheca Aracœli sub nomine *Joannis Gualensis* Minoritæ, testatur ipse Waddingus in *Joanne Gualensi*; idque puto, etsi Coloniæ in Bibliotheca FF. Minor. extabat ms. sub nomine S. Bonaventuræ, cujus ad exemplar facta est editio Vaticana anno 1589.; sicuti extabat & in Bibliotheca Heilsbronensi. Sunt quidam, qui hanc *expositionem* cum sequentibus *collationibus* Alexandro Alexandrino S. Bonaventuræ discipulo attribuant; sed gravior est stylus Alexandri, quam qui hujus autoris.

(53) *Collationes in Joannem* videntur spectare ad eumdem autorem superioris *expositionis in Joannem* propter stylum, & argumenti tractationem; idque certo constare tradit Oudinus. Dictum est, *expositionem esse Joannis Gualensis* Angli; igitur & *collationes*. Utique Trithemius inter Opera S. Bonaventuræ enumerat & istud *in Joannem* incipiens: *In principio*: & Octavianus Martini, Franciscusque Pavinus referunt, S. Doctorem *in Evangelia* scripsisse; sed *commentarius* ejus in Lucam perspicue demonstrat, *expositionem*, & *collationes* in Joannem evulgatas alterius autoris esse; tanta est harum ab illo discrepantia. Hoc *Opusculum* omiserunt nuperi Critici Veneti Minoritæ.

(54) *Compendiosum principium in libros Sententiarum* est vel præfatio, præludiumque, vel prologus alicujus Theologi in quatuor Sententiar. libros; & quantum conjectura juvor, *Antonii Andreæ* Aragonii Minoritæ, quem volunt Scoti discipulum: quandoquidem hic scriptor solitus fuit sua Opera uno themate inchoare; sic librum *de tribus principiis*; & *Quæstiones in Metaphysicam* incæpit: *Cum secundum doctrinam Aristotelis*; Logicam vero veterem, & expositionem in Metaphysicam inchoavit: *Gyrum cœli circuivi sola*. Commentarii autem Antonii Andreæ in 4. Senten. libros *prologo* destituti leguntur; igitur verisimile est, *prologum* hunc autorem habere ipsum Antonium Andreæ, ut etiam monui suo loco; aut esse *Gulielmi Forleo*, quod est *gyrans*, ut in eo dicetur. Sane stylus diversus diversum arguit autorem; hicque ob thema assumptum *gyrum cœli circuivi* totam Theologiam *gyrat*, & *regyrat*, & semper in gyros minus graviter circumducit eam præter Bonaventuræ morem.

(55) *Sententia Sententiarum* quamquam memorentur ab Octaviano Martini Suessano anno 1482., & anno 1495. prodierint Argentinæ cum aliis S. Doctoris Opusculis, & seorsum etiam Parisiis an. 1508. in 8. per Jo: Barbier, quæ editio extat Hispali in Bibliotheca majoris Ecclesiæ, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 157., etsi perperam habeat an. 1588., cum Jo: Barbier cuderet initio illius seculi, non in fine; qui & pag. 164. ait extare ms. pergam. in Bibliotheca ejusdem Ecclesiæ Hispalensis; tamen tales sunt versus, talesque voces insolentes auribus Latinorum, & a veris Seraphici Doctoris versibus alienæ, ut jure, ac merito eliminandæ sint ab Operibus Bonaventuræ. Quis enim umquam ferre possit: *cum Simone simoniatur: qui se sersificat: pœna pulchretur: omnia vallantur?* &c. Deinde qui majorem ætatis partem in Religione ad regimen Fratrum insumere coactus est, tantumne otii ei fuit, ut tam crebro caneret, & versu luderet, totamque Theologiam utilitate nulla carmine perstringeret? Opus quidem fuit alicujus *Minoritæ*, uti duo versus ultimi declarant: *Stigmatibus Christi signari qui meruisti, = hinc rogo me signa, Francisce, per hæc tua signa*: sed non Doctoris Seraphici.

(56) *De quatuor virtutibus cardinalibus* est fere idem cum quinque capitibus, nempe a 33. usque ad 37., libri *Compendii Theologiæ* S. Bonaventuræ, vel Alberto Magno, aliive attributi; sed quod est, ut videbimus, *Petri Thomæ* Minoritæ, a quo aliquis excerpsit ista, & nonnihil interpolavit. Sanctus enim Bonaventura cum de 4. virtutibus cardinalibus abunde egisset in 3. parte *Centiloquii* sect. 41., & seqq., non erat, cur iterum de iisdem tractatum ederet. Prodiit hic primum Argentinæ an. 1495., & postea alibi cum aliis Opusculis. *De virtutibus* ms. seculi XIV. extat Romæ in Biblioth. Card. Ottoboni ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 184.

(57) *De* VII. *donis Spiritus Sancti* rejicitur ex Operibus S. Bonaventuræ non ob ea, quæ objicit Oudi-

Oudinus, quia nulla sunt, ut suo loco videbitur; sed quia est ejusdem autoris, qui composuit Opusculum *de* VII. *itineribus æternitatis*: hic autem fuit *Rodulphus Bibriacensis* Ord. Min., de quo infra suo loco; igitur & hujus est hoc Opusculum *de* VII. *donis Spiritus Sancti*, cujus idem stylus est, iisdemque autoribus utitur, præsertim *Linconiensi*, qui tempore S. Bonaventuræ vivebat; hinc cap. 3. de donis in genere inquit in fine: *de his sensibus spiritualibus plenius dicitur in tractatu de itineribus æternitatis cap. 6.*

(58) *De resurrectione a peccato per gratiam* non est tractatus S. Bonaventuræ, sed *ex dictis S. Bonaventuræ* extractus, ut habet editio *Dietæ salutis* Parisiis facta anno 1500. in 8. per Petrum le Dru, & ibidem an. 1523. in 8. per Jo: Parvum, & Venetiis an. 1518. in 8. per Cæsarem Arrivabenum, in cujus fine legitur iste tractatus. Hinc est, quod in editione Argentinen. anni 1495., aut Veneta anni 1504. omnium Opusculorum S. Doctoris istud non occurrit, nec apud Marianum, sed in Vaticana primùm anno 1606. Prodiit & Parisiis an. 1502. in 8. ex Jo: de Caille in Vitis Typographor. pag. 68.

(59) *Dieta salutis* edita est a *Fr. Villelmo de Canicia* Aquitano Ord. Minor., ut legitur in fine Operis, quod ms. asservatur in Bibliotheca Cantabrigen. Universitatis cod. 1131. inter mss. codices Collegii Cajohonvillen. cod. 67., & alibi, ut infra in *Willelmo*. Sed nec Marianus ipse hoc Opusculum agnovit Bonaventura dignum; quod & stylus manifeste prodit, & brevis tractatus *de inventione Paschæ*, & aliorum festorum mobilium, qui editioni Venetæ anni 1518. præmittitur, in quo dicitur: *Aureus numerus hoc anno, sc. anno Domini* MCCCXXXIII. *designatur per quaternarium*: vivebat igitur hic autor multo post Seraphicum Doctorem. In ipsa vero Dieta cap. 6. legitur *cælestis choren, vel ballata*; *Angeli domicelli*; *Apostoli tamquam seneschalli Regis*; quæ gallica sunt. Tandem *Dieta* hæc fere tota desumpta est ex *Compendio Theologiæ pauperis* Fr. Jo: Rigaldi Minoritæ, ut ego utrumque librum conferens deprehendi: non igitur Bonaventuræ fœtus est.

(60) *Meditationes vitæ Jesu Christi* scriptorem sapiunt pium quidem; verumtamen mediocrem, non Doctorem; valde enim abjectæ sunt, & ineptæ, indignæque, quæ tanto Doctori tribuantur, qui jam in Opusculis *de Ligno vitæ*, *Soliloquio*, ac *itinerariis* meditationes abunde confecit. Ab ejus quippe stylo alienæ sunt barbaræ, sordidæque illæ voces *ambasciata*, *comitiva*, *cameraria*, *damisella*, & aliæ plures relatæ supra in *Anonymo Gallo* num. CCLXVII. Præterea quod in prologo ait: *vellem, quod hoc a magis experto, magisque docto acciperes, quia in talibus maxime insufficens sum*: & cap. 10.: *de expositionibus autem raro intromittere me cogitavi, tum quia ad hoc insufficiens sum, tum etiam quia nimis esset longa materia*: & cap. ultimo: *de cetero tempus est signandi librum; sed ne meis verbis illud fiat, de uberibus patris Bernardi, de quibus tot flores, & tam pulchros decerpsi, fiat conclusio*: hæc, inquam, a Seraphico Doctore dici non solent. Adde, cap. 4. afferri *revelationes* B. V., ut putat, *S. Elisabeth* factas; cap. 98. al. 100. binos versiculos pentametros Bonaventuræ insolitos adduci: *Nomine qui in Domini, Rex benedicte, venis,* = *nunc tibi regnanti pangimus ecce melos*: & in auctioribus cap. 104. utitur autoritate *Evangelii Nicodemi*, quod abhorret a doctrina Seraphici Doctoris. Aliæ quoque *meditationes* eidem Sancto Doctori adscribuntur, de quibus vide dicta supra in *Anonymo* CCCLIV. *Meditationes vitæ Domini Jesu Christi* sine nomine autoris habentur in Stainensi Bibliotheca S. Udalrici provinciæ Austriæ Minor. Conv. ex Catalogo asservato Romæ in Archivo Ordinis apud SS. XII. Apostolos.

(61) *De quinque festivitatibus pueri Jesu* Opusculum devotum est, sed a stylo Bonaventuræ, ejusque prudentia alienum; nam serm. 1.: *plenario mundialium contemptu . . . . in mundo mundialiter viventium . . . anima divino semine gravida . . . . malum est perdere propter perdidisse*: serm. 2.: *o felix præsepe . . . refectorium Angelorum*: & similia leguntur Seraphico Doctori nequaquam congruentia; etsi Trithemius hujus meminerit. Prodiit anno 1522. in 8. ex to. 2. Biblioth. Theolog. Lippenii pag. 252.

(62) *De compassione B. Mariæ Virginis Officium*, vel *Cursus*, ut dixi supra (18) in *Officio de passione Domini*, S. Doctori abjudicandum est; cum ait dictionis diversæ ab illo, quod ipsi vindicavimus, & veteres Scriptores illius tantum meminerint; istud vero quadam, sed inepta imitatione longe post illi fuerit additum phrasibus prudente, ac docto viro indignis *emplastris pœnitentiæ*, *Judæos in furia*, *mœroris moticus* &c. confertum. V. *Anonym. German.* num. CCLXXXIII.

(63) *Opus contemplationis* indignum est S. Doctore, cum sit omnino leve, & puerile: *Jesum laudis incurium, quæ fit humana lege*: *Jesu miram humilitatem in ejus asinatione*: *turbæ obsequiositatem in processione*: *Ave Jesus mors leena* &c.: quis tam misellus hodie, qui non meliora scriberet? Deinde cum hic autor ait: *Mariæ mirabilem conceptionem absque inquinatione*: cum his, quæ S. Bonaventura 3. Senten. libro tradit, pugnantia dicere, videri posset. Extat cusum Brixiæ an. 1604. per Petrum M. Marchettum post *Meditationes vitæ Christi*. *Tractatus de contemplatione* gallice factus prodiit Parisiis paulo post annum 1482., ut dictum est paulo ante (17): sed cum Jo: Gerson supra relatus inter *tractatus contemplationis* duos tantum S. Bonaventuræ adscribat, *Itinerarium*, & *Stimulum amoris*; incertum est, ut superius diximus (31.), an de hoc agat gallica translatio, an vero de illis, vel potius de *Ligno vitæ*.

(64) *Philomena* canticum pium animæ plorantis, ac meditantis vitam Christi est *Joannis Hovedeni* Angli Sacellani Heleonoræ Reginæ, qui tempore S. Bonaventuræ vixit, ut plura mss. Universit. Cantabrigen. edocent apud Oudinum to. 3. Comment. ad an. 1260. in *Joanne de Hoveden*: sed neque veteres hujus Opusculi meminerunt inter Opera Seraphici Doctoris. In versus italicos translatum per Jacobum Garibi Minoritam e Portu Mauritii canticum hoc prodiit Venetiis an. 1586.; & hispanice factum cusum est cum Opusculo *Ludovici Granatensis* Salmanticæ anno 1574., & 1577. in 8., postea & gallice versum per Sebastianum Hardy Parisien., itemque a Simone Martino Parisien. Ord. Minor. cusum est inter Opera prædicti Ludovici Granaten. Rothomagi an. 1634., & 1638. typis Jo: Bullengeri, Parisiis an. 1643., 1645., 1648., & 1651. apud Sebastianum Huræ; tandemque Lugduni anno 1660. in fol. typis Petri Com-

Compagnoni, ut notavit Jacobus Echardus to. 2. Scriptor Ord. Præd. pag. 287. in *Ludovico Granaten.* Ejusdem autoris est *Vita Christi* rhytmice descripta, quam Philippus Boschierus Belga Min. Observ. vulgavit an. 1621. to. 1. Biblioth. Concionat. n. 9. titulo *Christiados Fr. Jo: Hoveden*, quem Minoritam existimavit, dubitanter tamen.

(65) *Speculum B. Mariæ Virginis* incipiens: *Quoniam, ut ait B. Hieronymus* &c.: est *Conradi Saxonis* Minoritæ antiqui, cui illud attribuit Jo: Card. Turrecremata in tract. de Conceptione B. M. V. par. 6. cap. 32., & omnes Scriptores Ord. Minor., quos inter Waddingus ipse in *Conrado de Saxonia* sub titulo *de Salutatione angelica*. Et quidem stylus hujus Opusculi valde diversus est ab illo D. Bonaventuræ; de quo non insulse hoc loco judicavit Oudinus. Præterea cum veteres omnes cum Trithemio de hoc tractatu siluerint; & in editione Parisiensi anni 1521. a Jodoco Badio Ascensio facta studio *Antonii Syrrecti* Minoritæ prodierit hoc *Speculum* cum *Sermonibus Sanctorum* sub nomine S. Bonaventuræ, quos plane *Sermones* ad *Conradum Saxonem* pertinere monstratur; igitur & *Speculum* similiter. Istud quidem Augustæ juxta Possevinum in Appar. sac. Append. 1., vel Argentorati, ac Norimbergæ secundum Oudinum anno 1476. vulgatum est, adscriptumque *Bonaventuræ Baduario* Eremit. S. Aug.; sed vel error est exscribentium, vel Opus diversum *Speculi B. V.* titulum ferens. Orlandus quidem de Orig. & progr. Typograph. inter Opera *S. Bonaventuræ* reponit & *Speculum B. Mariæ Virginis* impressum Argentinæ anno 1476.

(66) *Carmina in canticum Salve Regina* adeo insulsa sunt, & infantilia, ut nedum Seraphieo, Sanctæque Ecclesiæ Doctori, sed ne mediocri quidem viro tribui mereantur: *sordidorum criminum vera medicina: consolatrix hominum, qui sunt in rovina: o vere peccaminum vere draconina: Regina regnantium Virgo puellaris: sacratum palatium Dei convocaris: dulcedo dulcedinis, o clemens clementia: damnatorum venia, stola charitatis: o pia piissima, o dulcis dulcissima* &c. Vidi Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci cod. ms. chart. in 8. variarum precum piarum, inter quas extat & expositio in *Salve Regina* sine nomine autoris ita incipiens:

Has videas laudes, qui sacra Virgine gaudes;
Et venerando piam studeas laudare Mariam.
Virginis intactæ cum veneris ante figuram,
Prætereundo cave, ne sileatur Ave:
Invenies veniam sic salutando Mariam:
SALVE = *Salve Virgo virginum stella matutina &c.*

ex quo ms. codice variantes lectiones ab editis observavi; suntque:

edit. *quæ concepisti*	ms. *quando concepisti*
clamamus	*clamant*
suspiriis	*suspiria*
Virgini incarnatum	*Verbum incarnatum*
quomodo	*quando*
omnes suspirantes	*homines suspirantes*
multum fœdosa	*plurimum fœdosa*
opera	*corpora*
cumuli	*rivuli*
cum secus	*quia secus*
a Deo in ævum victum	*a dæmone devictum*
& ipsum .... cruci	*& eum .... morti*
& maternum	*& manum*
damnatorum venia	*Dei plena gratia*
mater pietatis	*fons humilitatis*
omnium digna ditissima	*camera dignissima*

(67) *Laus B. Virginis* ejusdem farinæ, & forsan ejusdem autoris carminibus acrosticis decantata, aut deformata *Angelica salutatio* ita: *Ave mater humilium superis imperiosa, deitatis triclinium: o excusatrix culparum: almissima sunt viscera, quæ Domini sunt conclave: nec erit procuIdubio lignum ita commodale: o Maria figuraris scala, sed scalam superas* &c.: sunt enim hæc puerilia, & Doctore indigna quocumque.

(68) *Psalterium minus B. M. V.*, seu 150. salutationes ad B. Virginem, quamquam non sit ita sordidum, ut duo superiora Opuscula, habet tamen sua vitia, quæ Bonaventuræ illud non convenire demonstrant: *Ave Virgo, quæ læturis, & exultans gloriaris, da virtutum tot unguentis in cubili tuæ mentis. Ave sydus principale; alma Dei mater vale in æternum æternorum digno sono cymbalorum: Ave Virgo; & lætare, te in cælis imperare: gens, & lingua omnis sciat in æternum: fiat, fiat: Ave Virgo dies festa; per te salver a molesta paupertate, qua laboro, mater absque viri thoro*: ista sane non dixit S. Doctor, qui adeo paupertatem amore prosequebatur, & encomiis, neque de illa unquam conquerebatur. Forsan hoc Opusculum idem est cum *Psalterio Mariæ*, quod condidit Otto Ochburgensis Suevus Episcopus Constantiensis anno 1411. electus, & Frater Minorita mortuus an. 1439. ex nova Gallia Christiana to. 5.; cujus codex ms. extare dicitur in Monasterio Augiæ majoris.

(69) *Psalterium majus B. Mariæ Virginis* defenditur a Card. Bellarmino in Apologia pro responso ad librum Jacobi Angliæ Regis; sed multa in eo a Bonaventuræ sapientia, atque prudentia abhorrent; præter enim hæc: *in hymnis, psalmis, & canticis pulsate viscera ejus: sperate in illa Religiosi, & claustrales: patris sapientiâ prægnans, & gravidata disrumpe in nobis ligaturam malitiarum suarum: omnis salus de corde illius scaturizat: capacissima enim fuit capacitas illius: regratiamini ei Monachi sancti de acceptis triumphis: de pinguedine animæ tuæ dulcora animam meam, & dulcoranti stillicidio inebriabitur: o Domina charissima mea velut gallina rege me. S. Maria fluvius sapientialis: S. Maria cæli fenestra crystallina: S. Maria deliciarum Dei dapifera: S. Maria cælestis curiæ pincerna* &c.: cuncta alia de trivio; oletque Opus autorem transalpinum. Extat tamen *Psalterium B. V. Mariæ* sub nomine Bonaventuræ ms. in Bibliotheca Murbacen. diœces. Basileæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 2. pag. 1176., & in Victorina Paris. sub KK. num. 7. ex Arturo in Martyrol. Franc. ad diem 14. Julii §. 10. & seqq., qui notat, *Psalterium* istud diversimode reperiri impressum, ac unumquodque differre ab alio tum in quibusdam verbis, nominibusque, eum in dispositione, ac ordine recitationis, eaque omnia reperiri in Biblioth. Annunciat. B. V. Recollect. prope Parisios. Prodiit primùm Argentinæ anno 1495.; inde Venetiis an. 1504.; & Parisiis, vel rectius Belnæ in Burgundia an. 1521. in 12. per Tielmannum Kerver saphicis versibus expressum a Jodoco Badio Ascensio, & cura Petri le Goulx regii Procuratoris apud urbem Belnensem; Brixiæ an. 1553.

in

in 16., & 1596. in 16.; Hispali an. 1624. per Ludovicum Estupiñam studio Fr. Alphonsi Sanchez Dominicani, quam editionem ommisit Jacobus Echardus to. 2. Biblioth. Ord. Præd. pag. 280., quem ait vixisse an. 1588.; Matriti anno 1625. in 16.; & iterum anno 1628. labore Fr. Alphonsi Ramon Mercenarii; & an. 1697. in 32. apud Emmanuelem Ruiz; & alibi cum aliis Opusculis S. Bonaventuræ. *Psalterium S. Bonaventuræ cum Litaniis* Matriti an. 1613. in 16. ex Petro de Alva col. 1267. Militiæ. In italicum idioma versum a Jo: Baptista Pinnello vulgatum est Genuæ an. 1616. in 4. per Joseph Pavonem; circa quod tempus & in germanicum sermonem ab Adam Walessero translatum asserit Possevinus in Appar. sac. Append. 1., & a Gulielmo Spoelbergo ait Waddingus: germanice prodiit Coloniæ an. 1605. in 12. In Sinensium idioma etiam translatum fuit a Fr. Emmanuele a S. Jo: Evangelista, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 160. Ex eo *Breviarium B. V.* extraxit Didacus Christiani Min. Observ., ac imprimi curavit Parisiis an. 1645.

(70) *Confessionale* Opus est alicujus, qui scripsit post obitum S. Bonaventuræ, cum citet non solum quos adnotavit Oudinus, *Raymundum*, *Bernardum*, *Gaufredum* &c. S. Doctori synchronos; sed etiam *Copiosam* par. 43. cap. 3., nempe Summam Henrici Card. Ostiensis, qui vivebat tempore SS. Thomæ, & Bonaventuræ, testimonio Ptolomæi Lucensis Hist. Eccl. lib. 22. rubr. 22.; nec non ibidem, & alibi *Rodonen.*, qui dicitur Raymundi expositor; & par. 8. & 10. cap. 3. *Brochardor. libros*; & par. 20. cap. 2., nec non par. 11., ac 13., & 35. cap. 5. *Ar.*, scilicet *Archidiaconum*; quos scripsisse constat exeunte seculo XIII., & ineunte XIV. Deinde cum S. Doctor ediderit tractatum *de modo confitendi*, ut supra firmavi; non erat, cur iterum scriberet *Confessionale*: quod e latino in italicum sermonem stylo cultissimo versum ab Anonymo Florentino prodiit Florentiæ an. 1576. in 12. typis Georgii Marescotti.

(71) *De instructione Sacerdotis ad se præparandum ad celebrandam Missam* sine nomine autoris habetur Asisii in Chartulario Conventus S. Francisci ms. chartac. in 8. cum nonnullorum. Opusculis, incipitque: *Ad Missam celebrandam sex attendenda* &c.: & finit: *quod tamen facere cogitur non propria virtute, sed auxilia divina gratiæ; & sicut cogitat, sic quoque volet, opere compleat; quod concedere dignetur qui est in secula benedictus. Amen. Hæc Bernardus*: cui adjunctum legitur: *Si ad contemplationis gratiam, & quietem volueris pervenire, in te tria studeas radicare* &c.: quod est initium 3. partis *Stimuli amoris*: extabat etiam ms. 100. & ultra annorum in Bibliotheca Antonii Augustini Episcopi Tarraconen. ex Indice illius Biblioth. anno 1586. edito. Est autem labor *Fr. Jacobi Lertoris* Mediolanen., ut ibi dicitur; aut *Fr. Henrici de Balma* Ord. Min.; cujus caput 17. partis 2. *Stimuli amoris*, de quo infra, constituit hoc *Opusculum*; & quidem sub nomine *Henrici de Balma* refertur etiam a Jo: Garètio in libro *de vera præsentia Corporis Christi in Sacramento Altaris* anno 1560. vulgato clas. 1. ad an. 1363. Sane cum Doctor Seraphicus confecerit *tractatum de præparatione ad Missam* supra memoratum; parum verisimile videtur, alium condere voluisse. Præterea stylus hujus abjectior est, quam sit tractatus prioris: v. gr. *Quis, quia homo, non bestia propter peccatum: unde præ ceteris repellat a se Sacerdos bestialitatem peccati* &c.: quasi non hominis sit peccare; sed bestiæ, quæ peccare non potest. Hispanicum fecit Fr. Dominicus Viota editum Ilerdæ cum aliis anno 1616. in 8. per Ludovicum Maneschal ex Jo: a S. Antonio.

(72) *Expositio Missæ* quantum ad dictionem non dedeceret Bonaventuram; verùm sunt quidam sensus, & pronunciata quædam, quæ nullo modo ejus doctrinæ convenire possunt. Omitto *Casulam*, quam autor *parvam casam* interpretatur; cum tamen S. Doctor q. 6. in Regulam FF. Minorum dicat *casellam*, quomodo & multi italorum nunc etiam *parvam casam* appellant, non autem *casulam*, quæ potius a cadendo, casuque dicta videtur: attamen quia & Honorius Augustodunen. in Gemma lib. 1. cap. 207., & S. Isidorus lib. Etymolog., & Gulielmus Durandi Divin. Officior. sentiunt, *casulam* dici quasi parvam casam, mittamus ista: certe quidem *parva casa* non designat cælum, & terram, ut arbitratur hic autor. *Chorum* græce dicit *concordiam* vocari latine; quod plane falsum, cum chorus sit locus, ubi chorea ducitur, aut agitur, nempe multorum cantus, vel saltatio. Sed & de *Symbolo*, quod *in Missa canitur* ex statuto, dicit, *Concilii Nicæni; quod statutum in Concilio Constantinopolitano a multis sanctis Episcopis, inter quos dicitur fuisse B. Augustinus, valde approbatum, & firmatum est*: quod prorsus est falsum. In *Canone* dicit, haberi, a Sacerdote orandum esse *& pro Rege nostro sc. Romanorum*. Innocentius porro III. lib. 3. Mysterior. Missæ cap. 5. tradit, orandum esse pro *Principe* ex Apostolo; idque Doctores interpretantur de eo, sub quo Sacerdos degit: igitur cum hic autor dicat orandum esse *pro nostro Rege Romanorum*; Theutonicum natione, aut incolatu se prodit, aut certe alicujus regionis ad Romanorum Regem attinentis. In loco quodam Canonis dicens, Missam omnibus horis canonicis correspondere, ait: *Hora prima coram Pilato derisiones, insultationes. Hora tertia* &c.: *sicut in Patris Sapientia plenius continetur*: quibus indicare videtur Opusculum *Patris Sapientia* nuncupatum, vel ita initium habens: hoc autem est *Officium de Passione Christi* compositum, ut fertur, a *Jo: XXII.*, septem hymnis, & septem orationibus juxta septem horas canonicas constans; præmissoque *Domine labia mea* &c., & antiphona *Salve Crux* &c., incipit: *Patris Sapientia veritas divina, Deus homo captus est hora matutina*: typisque legitur non semel excusum in libellis piarum precum; & vidi ms. in nostra Bibliotheca Asisii Joanni XXII. adscriptum. Quod ait sub initium: *Si quis ex his indumentis per oblivionem aliquid omitteret, graviter peccaret*: non puto, eum de gravi culpa, mortalique peccato loqui, ut arbitratur Oudinus: sed de gravi negligentia, qua oblivio interdum exoritur, in foro externo, non in foro interno; unde non ait *mortaliter* peccaret, sed *graviter*; quod verum est; cum vulgo dici soleat, valde errasse eum, qui taliter ageret, etiamsi per oblivionem fecerit. Ceterum cum memorat, *Monachos griseos Sequentias* in Missa non cantare, cum asserere de *Fratribus Minoribus* sermonem facere, ut vult Oudinus, immanis error est; cum *Monachi griseo colore* induti sub Paschali II. circa annum 1100. ortum habuerint teste Abbate Dodechino in Append. ad Mariani Scoti Chronicon; & *Cistercien-*

cienses quoque *griseos* floccos olim, Monialesque *griseam* cucullam gestasse observat P. Lupus in schol. ad can. 42. Concilii Teullensis. Hinc in Francofordien. Concilio an. 1234. apud Supplem. Concil. Labb. Ven. to. 2. postquam dictum est, ei interfuisse *Fratres Cistercienses*, *Prædicatores*, *&* *Minores*, paulo post legitur: XII. *grisei Ord. Abbat.*, *ac totidem Minoribus Fratribus*, *& tribus Prædicatoribus* &c.: & Rolandinus Patavinus, qui vixit tempore SS. Antonii, & Bonaventuræ, lib. 8. cap. 13. ait, anno 1256. in expugnatione Paduæ fuisse etiam *Fratres Minores*, *Fratres Prædicatores*, *Benedictinos*, *&* *Griseos*; & Manrique Annal. Cistercien. ad annum 1228. cap. 4. num. 9., & 10. ait, in Germania *Griseos* dictos fuisse Cistercienses: videas etiam Waddingum ad an. 1226. num. 27. de Cisterciensibus ultramontanis *griseo* colore utentibus. Deinde falsum est, *Fratres Minores* non cantare *Sequentias* in Missa; quandoquidem ex Regula Romanum ritum servare tenentur; & Statuta Capituli Generalis Romæ anno 1256. habent, Alexandrum IV. eo anno concessisse Minoritis *Sequentias* cantare in Missis solemnibus, & dicere in privatis.

(73) *De* VII. *gradibus contemplationis* Opusculum extat in Tabulario Asisien. S. Franc. in cod. ms. pergam. in 4. inter alia Opuscula decimum, & ultimum sine titulo, & autore incip. *Contemplativorum aquilinos obtutus* &c. Prodiit Parisiis in 8. absque anno per Jo: Barbier circa annum 1500.; factumque hispanice a *Fr. Alphonso Ponze* cusum est Compluti an. 1597. in 8., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 258. Opus autem pertinet ad *Humbertum de Romanis* Gallum Ord. Prædicatorum Magistrum Generalem, qui vivebat ætate S. Bonaventuræ, ut habet Possevinus in Appar. sac. to. 2. v. *Humbertus*, & to. 3. Et quidem stylus diversus est ab illo, quo Seraphicus Doctor scribere consuevit; quique ad risum, quam ad devotionem excitandam aptior, inquit Oudinus, apparet. Absit igitur hoc ab Operibus S. Doctoris, qui jam de gradibus contemplationis egit in Itinerariis suis, teste Jo: Gersone.

(74) *De* VII. *itineribus æternitatis* Opus est Fr. Rodulphi Bibeiacensis Minoritæ, qui vixisse dicitur anno 1360., testante Rodulpho infra in *Rodulfo de Bribaco*: & sane autor iste non semel citat *Limoniensem* S. Bonaventuræ coævum, cum obierit anno 1253.; deinde 4. itin. dist. 5. art. 1. adducit *quemdam Doctorem Cantuarien. super Canti.*, nimirum *Jo: Pekan Cantuariensem* Archiepiscopum, & S. Bonaventuræ discipulum; postremo hoc Opus ablegat perspicue a S. Doctore Jo: Gerson to. 4. edit. Argentor. an. 1502. f. VIII. A. typis Martini Flacci junioris per Matthiam Schurer Sletstat. post 3. Epistolam ad Petrum Cameracensem Episcopum in *Annotatione Doctorum aliquorum*, *qui de contemplatione locuti sunt*, dum ait, id egisse præ ceteris *Bonaventuram in suo Itinerario* &c., addens: *sunt alii tractatus compilati a novellis*, *ut Stimulus amoris ad Christi passionem*, *& alter de triplici via*, *cujus initium est*: *Viæ Sion lugent*; *& alius de novo seculo*; *& alter de septem itineribus æternitatis*; *& alter de ornatu spiritualium nuptiarum*, *cujus tertia pars suspecta est*. Ob hæc igitur rejicitur ab Opusculis veris S. Bonaventuræ; non ob ea, quæ opponit Oudinus, quæ quidem nulla esse, nulliusque momenti ostendam infra in *Rodulpho Bibriacensi*.

(75) *Stimulus amoris Dei* Bonaventuræ adscribitur a Jo: Gersone novæ edit. to. 5. par. 2. pag. 434. post ejus Epistolam ad Petrum Episc. Cameracen. in *Annotatione Doctorum aliquorum*, *qui de contemplatione locuti sunt*, dum ait: *Bonaventura in suo Itinerario totum*, *& compendioso artificio complexus est*, *& in suo Stimulo amoris*. Sed cum subjungit: *sunt alii tractatus compilati a novellis*, *ut Stimulus amoris ad Christi passionem*; *& alter de triplici via*, *cujus initium est*: *Viæ Sion lugent* &c.: edocuit, suo tempore extitisse duos diversorum autorum tractatus *Stimuli amoris*, quorum alter sit S. Bonaventuræ, alter vero nuperi autoris. Ille S. Bonaventuræ vel periit, vel adhuc latet; vide infra (94.): nuperus vero, seu *novellus*, tractatus, qui superest, abjectus sane, & Bonaventura indignus, ac sine dubio per errorem inter Opuscula S. Doctoris intrusus, Opus est *Fr. Henrici de Balma* Minoritæ Burgundi, qui interpolavit *Meditationes Fr. Jacobi Lectoris Medialanen.*, ut suis locis dicemus. *Stimuli amoris* sine nomine autoris memorantur in veteri Inventario Bibliothecæ Conventus Asisien. S. Francisci conscripto anno 1381. in IV. solario orient.; & in fine dicti Inventarii inter additiones eidem post dictum annum factas legitur etiam sine nomine autoris *Liber Stimuli amoris* incipiens: *Ad te levavi animam meam*: & finiens: *in secula seculorum. Amen*. Trithemius dicit Opus *de Passione Domini lib.* 3. incip. *Currite gentes*: *de Stimulo amoris* vero Franciscus Pavinus an. 1482., nec non Octavianus Martini; qui an loquantur de eodem Opusculo, an de diverso nondum est exploratum. Prodiit autem Parisiis an. 1490. in 12. per Gregorium Mittelhus; & an. 1507. a Mag. Jo: Quentin sac. Theol. Professore Canonico, & Pœnitentiario Parisien. correctus, & castigatus, cujus exemplari usi sunt editores Romani. Errat Oudinus scribens, hoc *Opusculum* in Argentinen. editione anni 1495. haberi; cum nec in posteriori Veneta anni 1504. impressum inveniatur. Duas vidi, suntque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci, editiones; antiquior una, quam puto Venetam an. 1487., octo tantum S. Bonaventuræ Opuscula referens sine anno, & loco, utpote mutila, continens hoc etiam *Opusculum*; quod postmodum seorsum excusum fuit Venetiis an. 1535. in 12. per Jo. Patavinum, & Venturinum de Ruffinellis, sed valde interpolate a priore, quam dixi, Veneta editione; eodemque modo ibidem an. 1537. ad signum putei. Primæ præmittitur Oratio *Transfige*, quæ in aliis ann. 1535. & 1537. præit partem 2. Operis; prima Opusculum dividit in duas partes; aliæ vero in tres, incip. *Ad te levavi*: Opus vero: *Currite gentes*: neque innotescit, an utriusque editionis idem autor sit, an vero diversus: nam etsi argumentum idem sit, & utraque incipiat: *Currite gentes*: in multisque conveniant; tamen secunda adeo auctior est, & varia, ut fere diversa dici queat a prima. In Tabulario sac. Conventus S. Francisci Asisii extat hoc Opusculum sine nomine autoris ms. pergam. in 8. una cum Opusculo *Ligni vitæ*, *seu crucis Bonaventura*, incipitque: *Iste liber*, *qui Stimulus amoris in dulcissimum*, *& pium Jhesum Salvatorem nostrum non immerito dici potest*, *in tres dividitur partes*, *in quarum prima* &c.: instar editionis Venetæ citatæ an. 1535., nisi quod prologus: *Ad te Domine levavi* &c.: omittitur, incipitque: *Currite gentes undique*: sicque in 2. parte, seu libro omittitur Oratio *Transfige*, & incipit:

Ut homo possit amplius proficere: in fine vero scriptum extat: *Expliciunt meditationes cujusdam simplicis, cordati, & pauperculi discalceati, & contemptibilis denudati, sapientum rudissimi, electorum infimi, & minorum minimi. Deo gratias. Amen.* Habetur quoque ibidem cod. ms. pergam. in 4. post Sermones Fr. Tomæ Britonis in tres partes divisum sine nomine autoris incipiens; *Prologus in libro, qui dicitur Stimulus amoris in dulcissimum, & pium Jesum. Ad te levavi animam meam*: Opus vero: *Currite gentes undique*: 2. pars incipit: *Ut homo possit amplius proficere*: & 3. pars: *Si ad contemplationis quietem*: cum explicatione *Salve Regina*, & *Ave Maria* tantum. In to. 1. Bibliothecæ Bodlejanæ fol. 8. ita legitur titulus libri non ab autore, sed ab amanuense inditus; *Bonaventuræ Stimulus divini amoris*: quem sic in calce Operis autor inscribit: *Meditationes cujusdam simplicis, & pauperculi discalceati, & contemptibilis denudati, sapientissimorum rudissimi, electorum infimi, & minorum minimi*; additque qui Indicem præfatæ Bibliothecæ confecit: *Exemplar elegans, quod in multis verbis, & sententiis differt ab impresso inter Opera Bonaventuræ. Stimulus amoris* S. Bonaventuræ, sed ab edito diversus reperitur in Biblioth. S. Marci Venet. cod. 74. in 4. chartac. cum nonnullis Opusculis SS. Augustini, Bernardi &c.; ex Indice. *Stimulus amoris* habetur ms. in Bibliothecis SS. Sergii & Bacchi, B. Mariæ de Crassa, Lirensi, & Turonensi ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1219. 1242. 1260. 1275. *Stimulus amoris Dei* sub nomine *S. Bonaventuræ* ms. in Norvicensi Angliæ Bibliotheca inter libros Jo: Mori, & Mediolani in Biblioth. Ambros. cod. pergam. ex eodem to. 1. pag. 687., & 510. *Aculei divini amoris editi a Fr. Bonaventura Cardinali* mss. extant in Bibliotheca Metensi Cathedr. Ecclesiæ cod. 288. ex eodem to. 2. pag. 1383. Joannes a S. Anton. to. 3. Bibliothecæ Franciscanæ pag. 3. falso putavit autorem hujus Opusculi esse *Anonymum* vel Anglum, vel in Anglia commorantem, qui ad instar Seraphici Doctoris *Meditationes divini amoris* scripserit.

(76) *Biblia pauperum* prodiit antiquitus sine loco, & anno sub nomine *S. Bonaventuræ*, ad cujus exemplar evicta est editio Vaticana; Venetiis quoque an. 1477. cum *Breviloquio*; deinde ibidem an. 1518., & 1533. semper diversimode ordinata sub nomine *S. Bonaventuræ*; Tubingæ quoque eodem anno 1533., sed *D. Nicolao Hanapi Ord. Præd. Patriarchæ Hierosolym.* attributa: quæ tamen est *Petri Utinensis*, de quo infra, uti testatur Rodulphius lib. 3., & post eum omnes, etiam ipse Waddingus. Revera *Biblia pauperum* nec extat inter Opuscula Sancti Doctoris edita an. 1495., & 1502., nec eo digna videtur, cum nec labore, nec judicio multo præstet; hinc antiquiorum nemo, ne Marianus quidem hoc Opusculum inter cetera Bonaventuræ Opera recensuit.

(77) *Collationes octo* collectæ sunt ex variis autoribus Augustino, Bernardo, Climaco, Joanne Abbate, Ubertino, & autore libri de Imitatione Christi; non unus igitur stylus est, neque S. Bonaventuræ, ut vult Waddingus, sed varius: neque nomen Ubertini in textum e margine irrepsit; cum sint Ubertini omnia verba textus; sicut tota collatio 7. ad verbum est ex libro 1. *de Imitatione Christi* cap. 25. Quod si nihil, vel forte nihil est Seraphici Doctoris in his *Collationibus*, nil est, cur ei tribuantur.

(78) *Speculum disciplinæ* extabat ms. cod. membran. in Bibliotheca Antonii Augustini Episcopi Tarraconen. ex Indice illius Biblioth. jam vulgato: prodiitque primùm in antiqua sæpe citata Veneta in 8. parvorum Opusculorum S. Doctoris editione; inde in Argentinen. an. 1495., & Veneta anni 1504., & postmodum alibi; & Coloniæ an. 1659. in 24. ex to. 2. Bibliothecæ Theolog. Lippenii: etsi autem Argentinensis refert, *in hanc formam redactum fuisse a Fr. Bernardo de Bessa, quod ab ore S. Bonaventuræ* fuerat *scriptum, & inordinate relictum*, tamen antiqua, quam dixi, & altera anni 1504. Venetæ editiones nihil hujusmodi habent. Equidem antiquus autor Memorialis Ord. Minor. in Firmament. trium Ord. S. Francisci sub IX. al. X. Ministro Generali Hieronymo Asculano Sancti Bonaventuræ anno 1274. successore scribit: *de mandato istius Generalis quidam Magister multum famosus magnæ sufficientiæ, & virtutis super Sententias opus edidit utile quæstionum, nec non librum de perfectione evangelica contra perfectionem Religiosorum Mendicantium detrahentes, & Vitam S. Antonii Paduani miro stylo composuit, & Speculum disciplinæ*: attamen nequit intellexisse, seu indicasse *Bernardum de Bessa*, qui non famosus, sed ne *Magister* quidem fuit, tantumque pauca ad Historiam Minoriticam attinentia confecit: verùm verbis illis significavit *Joannem Pekan* S. Bonaventuræ discipulum, Doctorem famosum, qui plurima conscripsit, præsertim *in 4. Senten. libros*, & librum *de perfectione Evangelica*, teste etiam Waddingo, nec non *Vitam S. Antonii Patavini*, ut perhibet Rodulphius lib. 3.: igitur hujus est & *Speculum disciplinæ*, quippe qui etiam *Speculum Ecclesiæ*, & *Speculum animæ* elucubravit: præsertim cum S. Bonaventura hoc argumentum sit executus in sua *Novitiorum Regula*; ideoque non opus erat, ut hanc retractaret materiam. Marianus, qui scribebat anno 1520., errorem hausit ab editis codicibus; Sedulius vero, Waddingus, & Oudinus, dum illi Bonaventuræ, iste autem, quem Veneti PP. nuperrimi Censores Scriptorum S. Doctoris sequuntur, Davidi Augustano attribuendum censent, decepti sunt ex lectione autoris libri *de profectu Religiosorum* in prologo habentis, se antea scripsisse *de exterioris hominis compositione*; quibus innui putant *Speculum disciplinæ*, quod plane falsum, sicuti falsum est, eumdem esse utriusque Operis autorem; sed indicat librum *de institutione Novitiorum*, qui præire debet alteri *de profectu Religiosorum*, non postponi, ut per errorem factum est in editione Vaticana an. 1606. & seqq., quemadmodum infra demonstrabitur. Nam si ad eumdem autorem pertinent tria hæc Opuscula, & si *de exterioris hominis compositione* egit in *Speculo disciplinæ*, cur postea eamdem rem tractavit de *Institutione Novitiorum*?

(79) *De Institutione Novitiorum*, &) pertinere ad *De profectu Religiosorum*) *Davidem Augustanum* testantur & mss. plura, & literæ ejus ad Bertholdum Ratisponen. ipsis præfixæ; & nequaquam verisimile est, Davidem virum doctum, & pium nullam S. Bonaventuræ mentionem in illis fecisse, si primam horum Opusculorum texturam S. Doctor confecisset, incrementum vero, & ordinem David ipse vir ingenuus dedisset. Deinde an non satis hoc argumentum tractavit Bonaventura in *Regula Novitiorum*? ut quid igitur illi necesse fuit idem recoquere pulmentum? Porro Opus

de

de profectibus Religiosorum tribuitur *Fr. Davidi Ord. Min.* a Ludovico Pruteno in *Trilogio animæ* par. 2. cap. 20. anno 1493. edito. Sunt autem tres libri hoc ordine dispositi: primus continet *de exteriori & de interiori homine, sive de triplici statu Religiosorum incipientium, proficientium, & perfectorum; & primo de informatione Novitiorum pars prima* incipit: *Primo semper debes*: altera pars incipit: *Si vis in spiritu proficere*. Secundus liber tractat *de Reformatione mentis*; cujus prima pars incipit: *In priori formula Novitiorum*; quam citat & lib. 3. proces. 6. cap. 33.: altera vero pars incip. *Nunc de singulorum Novitiorum*. Tertius liber agit *de processu Religionis*, & dividitur in septem *processus*, incipitque: *Processus Religionis*: idque quidem juxta mss. codd. S. Nicolai de Arenis, & Assisien. a Waddingo pag. 79. adductos; & hoc modo disponi, vulgarique debent in futuris editionibus, ut factum est in nupera editione anno 1727. in 8. apud Jo. Christophorum Bræurlem Constantiæ ex mss. Pollinten., Ethalen., & Diessen. Monasterior., quæ tamen editio nonnihil interpolata legitur; non autem ordine inverso, ut in editione Antuerpiensi, Vaticana, aliisque posterioribus. Quo ordine servato, probe intelligitur, librum 2. illis verbis: *in priori formula Novitiorum, quam scripsi de exterioris hominis compositione*: non appellare *Speculum disciplinæ*, ut perperam existimavit Sedulius, eumque secutus Waddingus, sed librum primum in quo de exteriori hominis compositione pertractatur. Prodierunt hi libri, sed *Divo Bonaventuræ* attributi, etiam Parisiis an. 1517., postmodum in omnibus hujus S. Doctoris Operum editionibus, & Hispali an. 1636. tit. *Opuscula pro instruendis Novitiis* cura Fr. Blasii a S. Raphaele Hispani Strict. Observ., adjectis quibusdam a se confectis *Dialogis*; sub quo nomine *tractatus de interiori homine* in italicum sermonem versus impressus est Neapoli an. 1596. in 8. ex Indice Bibliothecæ Barbarinæ. *De reformatione mentis* ms. membran. in 8. extat in Bibliotheca Scorialis plut. 4., teste Jo. a S. Anton. to. 1. pag. 168., cujus Opusculi meminit P. Didacus de Quadros in Palæstra litter. lib. 6. cap. 16. *In Opusculis D. Bonaventura vix nisi sub alio titulo reperitur in editione Romana anni 1596. Opusculum de reformatione mentis; & in eo multa variata, nonnulla dempta præsertim in fine ex his, quæ alibi reperiuntur expuncta*.

(80) *De sex alis Cherubim* quandoquidem a nemine antiquorum Bartholomæo Pisano, Jacobo de Oddis, Octaviano Martini, Francisco Pavino, Roberto Liciensi, Jacobo Philippo Bergomensi, & Trithemio memoratur, qui omnes *de sex alis Seraphim* Bonaventuram scripsisse concordant; & Trithemius, ac Bergomensis, nec non editio Argentinensis an. 1495. fateatur, Opusculum *de sex alis Cherubim* a nonnullis *Alano* adscribi, idque ex pluribus mss. codicibus ostenderit anno 1653. Carolus de Wisch Cisterciensis in editione Antuerpien. Operum Alani; supervacaneum esse puto, hoc Opusculum Seraphico Doctori velle vindicare.

(81) *Mystica Theologia* nullo modo pertinet ad S. Bonaventuram, teste Jo: Gersone in *annotatione Doctorum aliquorum, qui de contemplatione locuti sunt*; ubi postquam Doctoris Seraphici Opuscula ea de re commemoravit, subdit: *sunt alii tractatus compilati a novellis, ut Stimulus amoris ad Christi passionem, & alter de triplici via, cujus initium est: Viæ Sion lugent*. Quamplura mss. Galliarum perhibent, hoc Opusculum esse *Fr. Henrici de Balma*; quod & innuit editio omnium Opusculorum S. Bonaventuræ Argentinæ facta anno 1495., & Venetiis an. 1504. *Hugoni de Balma* attribuit Ludovicus Prutenus in *Trilogio animæ* par. 1. cap. 46.; sed reponendum *Henrico*. *De triplici via ad veram sapientiam* sub hujus S. Doctoris nomine extat ms. Mediolani in Biblioth. Ambrosiana cod. bombic. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 510.: sed antiquorum nemo ei hoc Opus adjudicavit. Deinde ostensum est, S. Doctorem in Opusculo *Incendii amoris* tractasse *mysticam Theologiam*, ac de triplici via spiritus; igitur idem argumentum cudere necesse illi non erat.

(82) *Compendium theologicæ veritatis* extat ms. membran. Bononiæ inter Opuscula diversorum num. ve. in Biblioth. S. Salvatoris Canonic. Regul. S. August. ex *Anecdotorum fasciculo* Jo: Aloysii Mengarelli Romæ anno 1756. edito pag. 176. tit. *Summa de veritate Theologiæ*: incip. *Prologus super Summam quamdam compilatam a Fr. Bonaventura de Ordine Minorum de veritate Theologiæ*: sed cum S. Bonaventura Theologiæ *compendium* confecerit in *Breviloquio*, cur aliud compendium ejusdem facultatis egisse dicetur? & ob hanc causam nonnisi in editione Vaticana primùm anno 1606. inter S. Doctoris Opuscula locatum est. Est autem *Fr. Petri Thomæ* Ord. Min., qui plura a S. Bonaventura accepit, ut suo loco ostendetur; non autem *Jo: Rigaldi*, ut scribit Oudinus; illud enim Rigaldi incipit: *Veteris, ac novæ legis*: istud vero Petri Thomæ: *Veritatis theologicæ*.

§. 4. DE AMISSIS, ET IN EDITIONE VATICANA OMISSIS.

(83) *De operibus sex dierum* librum scripsisse S. Bonaventuram, testatur antiquus autor Bartholomæus Pisanus, & post eum Jacobus Oddo; quem alium esse a libro *Illuminationum Ecclesiæ*, de quo supra (50), hinc colligo, quod S. Bernardinus in concionibus mss. Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci asservatis, an. 1433. Florentiæ habitis, de quibus suo loco, pag. 120. in concione Dominicæ Quinquagesimæ *de charitate* scribit, Dominum Bonaventuram in suis *Illuminationibus* duo asserere, unum hæreticos æquo animo tormenta pro fide sua sustinere, illaque cum gaudio quandoque tolerare; sed gaudium illud minime naturale esse, sed artificiale, & a dæmone illis veluti vasibus ejus inditum: alterum vero hæreticos ob perfidiam suam martyrium passos nunquam miracula patrasse ostendi posse; idque Deum ex charitate permittere, ne Christiani pusillanimes deficiant a fide, si ab hæreticis miracula fieri conspiciant; & ad fidelium mentes in sua fide confirmandas. At in editis *Illuminationibus* habetur tantum serm. 9., hæreticos nunquam fecisse miracula, & nihil aliud: sunt itaque aliæ *Illuminationes* editæ ab illis, quas vidit, adhibuitque S. Bernardinus. Unde qui novam curavit fieri editionem Bartholomæi Pisani an. 1590. Hieremias Buchius, & aliquas ei additiones fecit, duo Opera distincta statuit *de operibus sex dierum*, & Opus *de 5. visionibus*: verum illud amissum est; spurium istud, & commentitium superfuit.

(84) *Tractatus super illa verba psalmi 45. Vacate, & videte* &c. apud Waddingum pag. 69. videatur, an potius sit ille *tractatus* Davidis Augustani *de oratione* incipiens: *Vacate, & videte*.

(85) *Postillam in Cantica Canticorum* ms. chartac. in fol. vidi Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci: incip. prologus: *In speculo brevi, & aperto contueri* &c.: Opus vero: *Osculetur me osculo oris sui* &c. *Nota, quod non dicit: osculer ego illam* &c.: sub nomine *S. Bonaventuræ*, sed charactere valde recenti; codices enim veteres dicunt eam *Fr. Petri Joannis Minoritæ*. Scribit Rodulphius lib. 1. fol. 93. *super Cantica, & in Apocalypsim Commentarios* extasse Venetiis apud Antonium Ferrarium ad insigne palmæ, ut imprimerentur cum aliis *Opusculis*; & tamen neque ibi, neque Romæ vulgatos comperimus: ii fortasse erunt, quos Waddingus ait penes se habuisse edendos, si ei vita suppetiisset.

(86) Inter amissa sunt habendi Commentarii *in Job, & Epistolas Pauli*, quos memorat autor coævus Ptolomæus Lucensis supra relatus (9); & forsan in Proverbia, cum addat, *& in libros Salomonis*. Narrat quidem Rodulphius lib. 1. fol. 93., se Commentarios S. Doctoris *in Evangelia, & Epistolas totius anni* a Laurentio Campegio Feltrensi Episcopo anno 1585. accepisse; sed cum in Vaticana editione anni 1588. non comparuerint, ejus non esse facile judicatum fuit. Joannes Mahusius Minorita Belga Episcopus Daventrien. in epist. ad Matthiam Wossem provincialem Ministrum Germaniæ inferioris editioni Commentarii S. Bonav. super Lucam Antuerpiæ an. 1539. factæ præfixa testatur, S. Doctorem scripsisse *in* XII. *Prophetas Minores* inquiens: *Penes te, R. P., habuisti in 12. Prophetas Minores, ut nobis frequens retulisti*: scribit quoque ibidem: *habeo & in Job: sunt qui & in Marcum, & in Matthæum viderunt. Scripsit insuper & in omnes Epistolas canonicas; quod & ipse penes me habeo*: & ibidem ait: *penes me habeo Commentarios illius in omnes Epistolas D. Pauli Apostoli, Opus insigne, elegans, divino afflatu, ac spiritu valde fæcundum. Scio, ubi Cantica Canticorum*.

(87) *Expositio orationis Dominicæ* citatur a Ludovico Pruteno in *Trilogio animæ* par. 3. cap. 31.; prodiitque Parisiis typis Jo: Barbier absque anno editionis, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 159., qui typographus excudebat initio seculi XVI.

(88) *In Apocalypsim Commentarii*, quos Waddingus pag. 69. dicit se mss. habere, quos ederet. Verùm cum ait, incipere: *Præmittitur huic libro*: prodit, illos non esse Bonaventuræ, sed *Vitalis a Furno* Minoritæ Card., cujus *Commentarium in Apocalypsim* ita incipere scribit Rodulphius lib. 2. fol. 220.; etsi quem vulgavit Card. Sarnanus incipiat: *Spiritu magno vidi*: teste Waddingo; sed hoc est initium Operis, illud vero prologi.

(89) *Compendium Scripturarum* incip. *Mundus fit in principio*: versu jambo dimetro, ut habet Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ, quod Octavianus Martini, & Marianus vocant *Compendium veritatis sacræ Scripturæ*; sed *Compendium Scripturarum* appellant Trithemius, Jacobus Philippus Bergomas, & Eysengrenius. *S. Bonaventuræ symbolica Theologia, seu liber introductorius ad figurativas locutiones sacræ Scripturæ* extat ms. in 4. in Biblioth. Basileensi ex Montfaucon to. 1. pag. 610. Biblioth. mss.

(90) *Tractatus de* VII. *donis Spiritus Fr. Bonaventuræ* incipiens: *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis* &c.: extat ms. membran. in 8. cum nonnullis aliis S. Doctoris Opusculis Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci a me inde exscriptus, & diversus prorsus ab edito, de quo supra (57). S. Doctor egit de septem donis Spiritus Sancti in *Centiloquio* par. 3. sect. 45., sed brevius.

(91) *Quædam contemplatio devotissima beatæ Virginis super Salve Regina edita a Rmo Dño Bonaventura Cardinali Seraphico nominato Doctore Parisino Ordinis Minorum. Ad salutandam Virginem primo debes ejus magnitudinem considerare* &c.: extat in Tabulario sac. Conventus S. Franc. Asisii annexa alteri Opusculo ms. chartac. in 4., quod titulum præfert *Imaginis vitæ*. Hæc porro *Contemplatio* legi solet in Opusculi *Stimuli amoris* fine, vel prope finem.

(92) *Colloquium peccatoris ad Crucifixum* hispanice redditum a Fr. Dominico Viota prodiit cum aliis S. Bonaventuræ Opusculis Cæsaraugustæ an. 1576. in 8. typis Michaelis Huesca, & ibidem an. 1580.; postea Ilerdæ 1616. in 8. per Ludovicum Maneschal, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 159.

(93) *Enchiridion, seu cumulus orationum: de quatuor operibus Religiosorum*; & *Sophismata* habet Jo: Franciscus Pavinus. *De partibus domus religiosæ: de consideratione: de divisione rerum universi* inter Opera S. Bonaventuræ enumerat cit. Pavinus, & post eum Rodulphius.

Dialogus Bonaventuræ de creatione mundi, & ejus redemptione ms. extat in Biblioth. Ultrajectina ad Rhenum ex Sandero par. 2. Biblioth. Belg.

(94) *Stimulus amoris* memoratur a Jo: Gersone supra (75), a quo etiam versus fuit in gallicum sermonem; prodiitque hoc titulo: *Aiquillon de l'amour divin traduit par Jean Gerson*: Parisiis 1474. in 4. per Petrum Carron; ut legimus apud Orlandum de Orig. & progr. Typograph. pag. 421., & Joannem de Caille in Vitis Typographor. pag. 61. Hic igitur gallice factus quærendus est, quoniam vere est S. Bonaventuræ; nisi forte, ut puto, sit *Incendium amoris*, quod alias dicitur *Incentivum*, idest *Stimulus, amoris*, al. *Itinerarium mentis in se ipsam*, de quo supra (31). Porro qui editus est inter Opera S. Bonaventuræ, pertinet ad *Fr. Henricum de Balma*, ut suo loco.

(95) *Libellus majoris introductorii* ex Rodulphio apud Waddingum pag. 69. refertur a Jo: Francisco Pavino an. 1482., qui habet: *lib. instructionis Novitiorum minor: lib. majoris introductorii Novitiorum*: hisque videtur innuere *libros institutionis Novitiorum*, & *de profectu Religiosorum*, quos dixi supra Davidis Augustani esse.

(96) *Constitutiones sui Ordinis*, quarum meminit Petrus Jo: Olivi in Defensione suorum articulorum an. 1285. facta §. 12., & Jacobus Philip. Bergomas in *t.* Supplem. Hist. an. 1486. edito lib. 13., & paulo post Trithemius an. 1494. in Scriptor. Eccles.; & ante omnes Fr. Salimbene Parmen. autor coævus in Chron. ms. pag. 276. ait: *In illo Capitulo* (an. 1239.) *facta est maxima multitudo constitutionum generalium, sed non erant ordinatæ, quas processu temporis ordinavit Fr. Bonaventura Generalis Minister, & parum addidit de suo, sed pœnitentias taxavit in aliquibus locis*. Supersunt Constitutiones Narbonæ in Comitiis Generalib. anno

1260.

1260. editæ, & in §. xxvi. distributæ, omissoque prologo: *Quoniam, ut ait Sapiens, ubi non est sepes* &c., incipientes: *Quilibet Guardianus*: leguntur que apud P. Rodulphium Hist. Seraph. libro 2. fol. 238.; nec non in Firmamento trium Ordinum edit. Ven. par. 1.

(97) *Bonaventuræ* ipsius *Epistolæ* mss. extant Parisiis in Biblioth. S. Victoris ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1370. *Epistolæ declarantes Regulam Augustini* ms. habentur in Bibliotheca Trajectina ad Rhenum, teste Sandero par. 2. Biblioth. Belg. apud Jo: a S. Anton. to. 1. *Epistola*, quam Minister Gener. una cum Humberto Magistro Generali Ordinis Prædicat. ad omnes suorum Ordinum Fratres scripsit exhortatoria ad mutuum amorem, & concordiam incipiens: *Charissimis, & dilectis in Christo Iesu Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus*: extat apud Rodulphium libro 2. pag. 307.: *aliam* leges in notis ad Vitam Nicolai IV. a Rubeo Raven. scriptam pag. 39. *Literæ* ejusdem dat. *Parisiis* XIII. *kal. Aprilis* MCCLXXIII. Abbati, Canonicisque S. Mariæ de Burgomedio Wesensis Ord. S. Aug. incipientes: *Desiderio multo desideravi* &c., quibus confirmat cessionem quamdam ipsis factam a Petro Ministro provinciali Turoniæ, vulgatæ sunt nuper a Martene Anecdotor. to. 1. col. 1138. ex chartario Burgimedii Wesensis, in quibus se *Fratrem*, & *Ordinis Fratrum Minorum Generalem Ministrum* appellat; quare nondum *Cardinalis* adlectus fuerat, sed paulo post, antequam Gregorius X. ex Urbeveteri digrederetur, teste autore Vitæ dicti B. Gregorii scriptæ ante annum 1297.; Pontifex autem inde degressus est sub initium mensis Junii ex Regesto ejus Epistolarum.

(98) *Legenda minor B. Francisci* in lectiones distributa extat Florentiæ in S. Crucis Biblioth. scam. 30. versus claustrum cod. 735. in 4. cum *Legenda majori*: legitur quoque impressa, & in lectiones 72. distributa pro Officio S. Francisci cum Octava, dieque Translationis in antiquis Breviariis, quorum unum Cremonæ cusum an. 1499. per Carolum de Darleriis in fol. servatur Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci. Incipit: *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri diebus istis novissimis in servo suo Francisco, quem Pater misericordiarum, & luminum* &c. Porro *Officium S. Francisci*, quod ex Rodulphio memorat pag. 69. Waddingus, omnium primus adducit Octavianus Martini nominatim, & Jo: Franciscus Pavinus, cum dixit *Officia*: verùm intelligendi sunt de *Officii* parte, scilicet *lectionibus*, quæ ex Legenda minori desumuntur: reliqua vero diversos habuere autores. In fine quidem libri gallici, cui titulus: *Le neud salutaire de l'Hereul Chrestien*: impressi Insulis an. 1615., ut & in libro Regulæ S. Francisci, aliarumque piarum precum impresso Venetiis an. 1619. apud Franciscum Pratum in 16. habetur *Officium parvum Seraphici patris S. Francisci a S. Bonaventura compositum* incipiens: *Domine labia mea* &c.: *Iesum Christum mortem passum, venite, adoremus*: *& Franciscum huic compassum devote collaudemus*: sed stylus & alienus est, & autoris recentis, videlicet *Bonaventuræ Curcurei* Minoritæ Dalmatæ, de quo infra agetur.

(99) *Ordinationes Officii* incipientes: *Ad omnes horas*, &

Ordinationes factæ Pisis anno 1263. in Capitulo Generali incipientes: *Dominica prima*: quæ leguntur in fine *Familiaris Clericorum* cusi Venetiis an. 1530., & 1561. in 8. typis Juntæ, & Bindoni; quibus tamen aliqua sunt addita, ut festa *Stigmatum S. Francisci*, *S. Ludovici*, *S. Nicolai* de Tolentino, *S. Bernardini*, *S. Bonaventuræ*, & *Portiunculæ*. Porro *Ordinationes divini Officii*, sed cum *additionibus* memorantur in Inventario veteri Bibliothecæ Asisien. an. 1381. confecto in v. solario orient.; sine additionibus autem habentur in Monumentis Ordinis Minorum edit. Salmanticen. an. 1511. tract. 2.; & memorantur in Constitutionibus Sixti IV. cap. 6. In fine antiqui Missalis ms. pergam. in fol. Conventus nostri Asisien. scripti sub Bonifacio VIII. leguntur *Ordinationes divini Officii* incip. *Ad omnes horas canonicas*; in quarum fine habetur: *In Sancto Antonio legatur de Legenda ejus, & cantetur historia*: postea sequuntur Rubricæ de *Missis*, quibus facta est *additio* usque ad Bonifacium VIII. in *Generali Capitulo*, nempe Genuæ anno 1302. coacto. In eodem Tabulario Asisiate paulo post Opusculum *Memorialium* xxv. ms. chart. in 12. legitur: *Rubrica sequens fuit composita per Fratrem Bonaventuram de Missis celebrandis secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ. Incipit Ordo agendorum, & dicendorum a Sacerdote in Missa privata, & feriali secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ. Sacerdos indutus Planeta stet ante gradum altaris, & junctis manibus* &c.

(100) *Officium Corporis Christi* jussu Urbani IV. composuit, si fides est Gabrieli Barlettæ Ordinis Præd. tempore Sixti IV. in serm. de S. Thoma Aquinate illis verbis: *Doctor Bonaventura dum composuisset Officium Corporis Christi de mandato Urbani IV., cum vidisset illud Thomæ, ipsum commendavit super doctrina aliorum*: ex quibus volunt nonnulli, ipsius esse *Missam* cum *metro*, vulgo *sequentia*: *Lauda Sion Salvatorem*. *Opusculum de Corpore, & Sanguine Christi* incipiens: *Ad honorem gloriosæ*, quod Waddingus asserit, penes se habuisse ms., quod ederet, est 33. *Opusculum* S. Bonaventuræ edit. Vaticanæ, aliarumque posteriorum sub titulo *de præparatione ad Missam*; quodque Marianus vocat *de nobilitate Sacramenti Eucharistiæ, & digna præparatione ad ejus susceptionem*: de quo dictum est supra (26).

(101) *Ars faciendi sermonem, seu collationem* memoratur in veteri Inventario Bibliothecæ Conventus S. Francisci Asisiatis an. 1381. confecto in solario v. orient. *Ars sermocinandi* indicatur ibidem in IV. solar. orient. Extat nunc in Tabulario dicti Conventus ms. pergam. in 8. post partem *Perspectivæ*, *Matthæum* postillatum, & *Artem dictaminis*, incipitque: *Omnis tractatio Scripturarum, ut ait Augustinus in lib. de Doct. Christ., circa modum inveniendi* &c.: & cum illa in tres partes *dividendi*, *distinguendi*, & *dilatandi* partiatur, extat tantum prima pars, & initum secundæ; reliqua in eo codice desiderantur. Ejus *Introductiones sermonum* cum aliis ipsius *variis tractatibus* mss. extant Carnoti in Bibliotheca PP. Dominicanorum ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1365.

(102) *Sermones* ejus nonnulli habentur mss. pergam. in 4. Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci. *Sermones Fr. Bonaventuræ* mss. habentur in Biblioth. Monast. SS. Sergii & Bacchi, & in Uticen. num. 64. ex Catalogis cit. Montfaucon to. 2. pag. 1219., & 1268.: hujus ne Sancti, an alterius, ignoro. *Sermones* ejus *de morte* prodierunt

runt Parisiis an. 1495. io 8. teste Maittaire in Annal. Typograph. to. 1. par. 2. pag. 99. *Sermo de seminante Fr. Bonaventuræ* habetur ms. Florentiæ in Biblioth. Medic. Laurent. plut. 20. cod. 25. juxta Catalogum Montfaucon to. 2. pag. 284. : & forsan est *Expositio in cap. 13. Matthæi : Simile est Regnum cælorum* &c., quæ habetur ms. pergam. in 8. Asisii in Tabulario Cooventus S. Franc. inter alia S. Doctoris Opuscula ; ubi post præfata verba sequitur : *Tria notantur in ista parabola*. Vide supra (9). Parisiis in Bibliotheca Sorbonica extat ms. cod. in fol. *Sermones* diversorum Theologorum Parisien. a festo SS. Simonis, & Judæ an. 1272. usque ad Octavas S. Martini Episcopi an. 1273. habitos contineos, inter quos *sermo* 127. habitus est a *Fr. Bonaventura* Ord. Min. io festo *die S. Marci* Evangelistæ die 25. Aprilis an. 1273., teste Echardo to. 1. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 269. in *Fr. Ægidio dr Aurelianis*. Autor Chronicor. 24. Generalium anno 1374. eirciter editorum cod. ms. Asisien. pag. 68. in *Jo: Parente Ministro Generali* citat *Sermonem* S. Bonaventuræ habentem, tempore illius Generalis insurrexisse ioter Fratres *multiplicem de iis, quæ in Regula continentur, quæstionem* ; ut habet & S. Antoninus Chronicor. par. 3. tit. 24. cap. 9. in *Jo: Parente* Mioistro Generali. Dubitatio autem illa emersit anno 1230., auper qua prodiit resolutio Gregorii IX. eodeio anno IV. kal. Octobris *Quo elongati* &c. Ait porro dictus autor, S. Bonaventuram asserere, *Ministrum* propter talia dubia tristem effectum officium Generalatus dimisisse; & ipse sentit veriorem esse sententiam asserentium, eum tantùm tribus annis rexisse ab anoo 1227. usque ad annum 1230. : quod tameo ooo esse verum alibi ostenditur. Sed & cum Ordinis Generalis Minister esset, Seraphicus Doctor apud S. Mariam de Angelis, al. de Portiuncula, prope Asisium *Sermonem* habuit egregium *de S. Francisco*, themate proposito : *Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei vivi : Apocal.* 7. ; testaote Bartholomæo Pisano Confor. mit. XXXI. par. 2. Octavianus etiam Martini narrat, habuisse Bonaventuram anno 1274. in Lugdunen. Concilio *Orationem* pro Græcorum ad Ecclesiam Romanam redictione hoc themate : *Exurgr Hierusalem, & sta in rxcelso, & circumspice ad orientem, & vide collectos filios tuos ab orientr sole usque ad occidentem : Baruch* 5. : idque m. Majo sess. 3. Postea m. Junio die 29. festo die SS. Apostolorum Petri & Pauli alium *Sermonem* habuit, cum ipsa Ecclesiarum unio fieret, & Summus Pontifex Sacrum operaretur, ex Actis prædicti Concilii : qui quatuor *Sermones* desideraotur, sicut & plures alii.

(103) *Tractatus Logicæ* incip. *Circa signa universalia quatuor proponimus inquirere* &c.

Quæstiones super 4. libros topicorum : &

Super librum dr generatione extabant olim ms. Asisii io Biblioth. Conventus S. Francisci solario VI. orieot. ex veteri Ioventario illius loci anno 1381. eoascripto.

In metheora Aristotrlis Commentarios primus invenit io magni Conventus Asisiatis Bibliotheca Matthæus Ferchius Conventualis doctissimus, eosque observationibus, ac ootis illustravit, uti legimus apud Jo: Franchinum pag. 434. in Matthæo Ferchio : sed modo desiderantur.

Commentarios super quæstiones de anima habebat M. Antonius Nali Theologus Venetus, quos editurum in lucem pollicitus est io *Catalogo* suorum Operum edendorum in fine Opusculi italici *Confronto tra l' osservazione del P. M. Veglia, e la riflessione del Cav. Pona sopra il Tasso* ; Patavii an. 1642. io 8. S. Bonaveoturæ *Opusculum de anima* citat Cajetanus de Alexandris Cleric. Regul. in *Confessario Monialium* cap. 4. §. 3. quæst. 9. ; sed est *Commentarius* M. Antonii Galitii Capuccioi in S. Doctorem.

Gabriel Zerbiua Veronen., qui Metaphysicam suam vulgavit Bononiæ an. 1482., lib. XI. q. un. §. *propter quartum* hæc habet : *sicut dicit Bonaventura in hac quæstione ad hoc argumentum* : quæstio autem erat : *an in formis substantialibus sit vera contrarietas* : seo : *an rarum generatio, & corruptio sit successiva, an instantanea* : & argumentum fuit : *omne, quod transmutatur, partim est in termino, a quo, & partim in termino ad quem 6. Physic.* : quibus ioouitur vel *Physica* Bonaventuræ, vel *Metaphysica*, quam Zerbius videtur conspexisse.

Pomum Crucis Opusculum iocipiens : *Passio D. N. J. C. secundum Matthæum. Ad hujus vocis sonitum* &c. Prologus autem incipit : *In nomine Dei Patris omnipotentis* &c. : sub nomine *S. Bonaventura* vulgatum est Venetiis an. 1508. in 12. per Simonem de Luere ; continetque expositionem capitis 26. Matthæi, sive *Passionis Christi* ; sed Opus esse existimo alterius ob stylum diversum ; eaque editio extat Ferrariæ io Biblioth. S. Francisci : prodiit autem & Brixiæ an. 1610. *Dr Passione Domini tractatus* hoc tit. *Devotissimum Opus Passionis Christi a D. Bonaventura editum omnibus prædicatoribus, devotisque Religiosis necessarium nuperrime impressum*. Parisiis in ædibus Ascensianis an. 1510., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 161., quod idem Opus esse existimo.

Viridarium consolationis per Fr. Bonaventuram scriptum anno 1403. ms. extat io Biblioth. S. Martini Turooen. num. 192. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1340. *S. Bonaventuræ Viridarium consolationis, & Arbores virtutum, & vitiorum* mss. in Biblioth. Cassinen. cod. 207. ex cit. Catalogo to. 1. pag. 224. ; ubi etiam cod. 518. sunt *Opuscula nonnulla* ejusdem, pag. 229. ibid. Sed *Viridarium consolationis* tribuitur etiam *Fr. Jacobo de Benevento* Ord. Præd. ab Echardo to. 1. Scriptor. illius Ordinis pag. 648. ad an. 1360. Asisii autem in Bibliotheca sac. Conventus S. Franc. extat ms. membran. in 4. *Summa de vitiis, & virtutibus* titulum *Viridarii consolationis* ferens sine nomine autoris, iocip. prologus : *Quoniam, ut ait Apostolus Petrus, Spiritu Sancto afflati locuti sunt Sancti* : Opus vero : *Quoniam omne peccatum a superbia trahit originem* &c.

De ortu scientiarum Opusculum, quod loco supracit. Waddingus ait, sub S. Doctoris nomine asservari Florentiæ in Biblioth. S. Crucis, plures mss. codices vindicant *Roberto Kilwardely* Anglo Ord. Præd. S. R. E. Card., teste Oudino Comment. to. 3. ad an. 1260., & Echardo to. 1. Scriptor. Ord. Præd. etiam ex Trivet. Et quidem Florentiæ habetur ms. in Biblioth. S. Crucis scam. 26. versus Ecclesiam cod. 300. io fol. post *Breviloquium*, & *Apologiam* S. Bonaventuræ, nec non Opusculum vulgo *Luminaria Ecclesiæ* : incipitque : *Scientiarum alia est divina, alia humana* &c. : sed sine nomine autoris : postea ibi sequitur Opusculum Alberti, & alterum Aristotelis. Robertus porro Hol-

Holcot Ord. Præd. initio Expositionis super Ecclesiasticum lect. 1. illud atribuit *Magistro Gundisalvo*, cujus & *Sermones* citat; atque *Gundisalvo* etiam adscribit Jo: Gualensis, qui florebat an. 1280., in *Florilegio* de Vita, & dictis illustr. Philosophorum p. 1. cap. 1.

Doctrina cordis, quam idem Waddingus tradit hispanice traductam prodisse Toleti anno 1525., & alibi, ut Biaci an. 1551. in 4. apud Andream Sanegam, & hispanice iterum per Fr. Franciscum Viotam factam Cæsaraugustæ an. 1576. in 8. ex Jo: a S. Anton. to. 1., & sub nomine S. Bonaventuræ, dicitur esse *Gerardi Leodien.* Ord. Præd. ab Henrico Gandaven., & Oudino cit., nec non Jo: Garetio de *Sacramento Eucharistiæ* clas. 1., aliisque mss., & editionibus apud Echard. to. 1. Scriptor. Ord. Oræd.; sed editionum sub nomine S. Bonaventuræ non meminit.

Verbum abbreviatum juxta quædam mss. est *Petri Cantoris*; ejusque esse censet & Antonius Pagi ex Trithemio, & aliis in præfatione ad *Sermones S. Antonii Patavini* a se vulgatos an. 1684. Avenione.

De adventu Antichristi compendium S. Bonaventuræ attribuit Jacobinus Bargius Theologus Patavinus, qui anno 1550. scribebat, in 1. Sentent. dist. 5. q. 1. §. *Quantum autem ad primum*: sed hoc Opus est *Radulphi* Minoritæ, testimonio Gulielmi Vorilongi in 4. dist. 48.; ut infra suo loco.

Compendium sacræ Theologiæ pauperis attributum S. Bonaventuræ a Francisco Willer Basileen. Franciscano, est *Jo: Rigaldi*, ut infra, nec editor in præfatione dissimulat.

Antonius N. Ferrariensis Minorita, de quo supra n. DV., in suis Concionibus mss. an. 1425. habitis in *concione de Passione J. C.* habita die Veneris Sancti incipiente: *O vos omnes, qui transitis per viam*: citat liberculum *B. Bonaventuræ* cap. 16., quo quærit, *utrum dolor Christi fuit angustissimus*; concione vero feriæ 2. post Dominicam Palmarum ait, B. Bonaventuram asserere, Sacerdotem teneri pœnitentem interrogare de tribus, sive triplex examen illi facere; 1. *examen negligens*; 2. *examen sufficiens*; 3. *examen diligens*: & concione feriæ 3. Domin. 3. post Pascha refert, B. Bonaventuram docere, cum oramus, nos debere attendere *ad quem quis oret*, *cur*, *quando*, *quomodo*, *quid*: & objectum orationis esse triplex, *exauditionis*; *impetrationis*; *& impetrationis, exauditionisque simul*; quæ quo loco dicantur, nondum comperi.

Henricus Harpius, qui vivebat anno 1470., lib. 1. Theologiæ mysticæ cap. 19. citat Dom. Bonaventuram de *agno* tribus Angelis ab *Abraham* apposito dicentem; *in quo consideratur dulcedo paterni amoris, qui per Abraham intelligitur*. At videndum, ne sit *tractatus de sacrificio Abrahæ*, qui tribuitur S. Bernardino, ut supra ex Jo: a S. Antonio. Paulo post laudatus Henricus ejusdem *Bonaventuræ* verba refert de SS. Eucharistiæ Sacramento hujuscemodi: *O quam admirabilis est tua dilectio, Domine Jesu, cum non possit ab hominibus separari. Nonne quia jam ascensurus eras ad dexteram Patris tui, potestatem hominibus dimisisti, ut te, cum velint, habeant in altari? & hanc potestatem antequam mori inciperes, eis tribuisti, ne amittere te timerent. Nec tibi sufficit ad ostensionem ardentissimi amoris tui, quod semel corpus, & sanguinem tuum exponeres in pretium nostræ redemptionis; nisi quotidie denuo effundatur in Sacramento Altaris; ut qui quotidie peccamus, in eo quotidie mundaremur* &c.: quæ verba in hujus S. Doctoris Operibus invenire non potui.

In Quadragesimali Joannis Gritsch Basileen. Franciscani, qui circa annum 1430. florebat, concione Vigiliæ Paschatis, seu Sabbati Sancti, par. 3. legimus: *Scribit enim Doctor devotus Bonaventura in quodam Opusculo a viris fide dignis comperto, quod Mariæ filius habuit vulnera VI. millia CCCCCCLXVI., quantum habet legio*: sed legendum *verbera 6666.* quod etiam in Revelationibus *S. Birgittæ* contineri fertur. Hæc in editis S. Doctoris Operibus non memini me legisse.

Vita hujus S. Doctoris scripta a *Cosma Bruciolini* extat ms. Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana cum nonnullis ejus Opusculis ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 510. Insignes discipulos effecisse, & auditores habuisse testatum habemus; ac præ ceteris *Gulielmum de Mara* Anglum Doctorem Parisien., *Jo: Peckam* postea Archiepiscopum Cantuarien., *Gulielmum Falgarium* Episcopum Vivarien., *Alexandrum* Lombardum, seu Alexandrinum postea Ordinis Generalem Ministrum, Minoritas; sed & *Ægidium Romanum* Eremit. S. Augustini Archiepiscopum Bituricen. adjungit Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. sub an. 1334. num. 4.; nec non *Augustinum Triumphum* Anconitanum itidem S. August. Erem., viros omnes doctissimos.

Inter Scriptores, qui *Seraphici Doctoris* Opera, doctrinamque illustrarunt, extitit Ven. Carolus de Thomasiis Cler. Regul. Theatin. alumnus, cujus est *Annus Bonaventuræ igneis seraphicæ doctrinæ floribus vernans*; & *Rosarium B. Virginis Seraphici Bonaventuræ principiis spiritualiter expressum*, jamque typis evulgatum; ms. vero *Prodigium amoris Seraphici S. Bonaventuræ*: testante Bagatta in ejus *Vita* Romæ an. 1702. edita; ipse vero obiit kal. Januarii an. 1675. Didacus de Bascunvelos Hispanus Minorita an. 1628. vulgavit *Fasciculum animæ ex Operibus S. Bonaventuræ*. Anno 1632. Parisiis, & 1651. Mediolani prodiit *Bonaventura selectus, seu regularis disciplinæ, ac perfectionis praxis ex Operibus S. Bonaventuræ*; recusus Duaci anno 1667. in 12. Matthias Keul Belga Regul. Observ. Recollect. edidit *Rosetum Seraphicum*, seu *Compendium Operum S. Bonaventuræ* Coloniæ an. 1701., continens rosas amæniores, & micantiores ex Operibus Sancti Doctoris. Franciscus Bonifaz Hispanus *Tabulam S. Bonaventuræ* edidit; & Jo: Trigosus *Seminarium rerum prædicabilium* ex S. Bonaventura.

ANIMADVERSIONES CRITICÆ

in *Diatribam PP. NN. de gestis, & Scriptis D. Bonaventuræ* &c.

Venetiis anno 1750. editam.

Ad pag. 5. Annus 1385., qui præfixus legitur Operi Bartholomæi Pisani de *Conformitatibus* S. Francisci ad Christum, non est annus, quo concinnavit Opus tribus libris, & 40. Conformitatibus conflatum (non libellum); sed quo scribere inchoavit: anno enim 1390. scribebat XIV. *Conformitatem*, ut ipsemet ibi fatetur: itaque cum sint XL. Conformitates, nonnisi post annum 1395. Opus in-

ingens complevit. Ante hoc tempus prodierant Chronica antiqua Ordinis dicta *Chronica* XXIV. *Generalium*, quæ desinunt in annum 1374., a quibus multa Pisanus memoratus excerpsit, & præsertim de *S. Bonaventura* non tantum quæ vera sunt, sed & errata vel autoris, vel exscriptoris.

Ad pag. 7. Quod habet Pisanus de S. Bonaventura: *hic in septimo anno post ingressum Ordinis legit Sententias Parisius; & in decimo anno recepit Cathedram Magistralem: in tertiodecimo anno ad regimen Ordinis est assumptus: decem & octo annis Ordinem rexit*: exscripsit ex *Chronicis* XXIV. *Generalium*; horum vero Chronicorum autor accepit vel ex *Jordanis* Chronico pag. 259. ms. Biblioth. Vatic., qui *Jordanes* scribebat circa annum 1334.; vel ex autore *Chronicor.* XIV. *Generalium* an. 1305. scribente. Perperam vero inde deducitur, S. Bonaventuram ineunte anno 1243. Minorum Institutum arripuisse. Cum enim obierit anno 1274. die 15. mensis Julii ætatis suæ *anno* 53.; igitur natus est vel anno 1221. post illum diem mensis Julii, vel anno 1222. ante dictum diem; annoque non XXII., ut quidam tradiderunt ex Waddingo ad an. 1221. num. 44., & 1243. num. 2.; sed XVII. ætatis, hoc est anno 1238. affecto Ordinem Minorum ingressus est; & anno 1239., cum *Haymo* jam a kalendis Novembris in Ministrum Generalem electus fuisset, vota Religionis nuncupavit. Quoniam minus verisimile est, quod supra attactum fuit, cum puerulus, quadriennis ex cit. Waddingo, gravissime infirmaretur, ut ex ejus Minori Legenda S. Francisci, & mater ejus pro eo ad Deum votum emiserit, tamdiu, nempe usque ad 22. ætatis annum, ipsum votum Deo reddere distulisse: quandoquidem Deuter. 23. legimus: *Cum voveris Domino Deo tuo, ne tardabis reddere; quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi peccatum*: & Eccles. 5. *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere*. Pisanus quidem Conformit. IX. par. 2. §. *septimo* narrat de quodam Carnotensi in Theologia Magistro, eo quod differret implere votum Ordinem Minorum ingrediendi, ad latrunculos, seu *scachos* ludentem divinitus obcæcatum fuisse; aliosque plures idem votum differentes a Deo punitos extitisse. Denique B. Franciscus Fabrianensis clare scribit, *Bonaventuram* factum fuisse *Buccalarium* sub Alexandro Alensi, & *licentiatum* ad legendam Theologiam; ideoque saltem non post annum 1245.: igitur anno 1238. ingressus est Ordinem Minorum. Vide dicta supra (1).

Jacobus Echardus *S. Bonaventuram* minime præceptore *Alexandro Alensi* usum asseverans revincitur ex autore coævo B. Francisco Fabrianen. superius relato: unde idem S. Bonaventura in Epist. ad innominatum Magistrum ait: *ut Magister, & frater Alexander* &c.

Ad pag. 11. Quod in Pisani libro legatur, translationem ossium S. Antonii Patavini factam fuisse post XXV. *annos ab ejus morte*, Fr. Bonaventura existente *Generali Ordinis*, error est non autoris, sed scribarum, cum legendum sit *post* XXXII. *annos*: notum est enim sæpesæpius ab exscriptoribus omitti notam aliquam numericam, & II. in V. transire, transcribique.

Ad pag. 12. S. Antoninus in Chronicis suis non tam sequitur Pisanum, quam antiqua Chronica Ordinis, seu XXIV. Generalium, quæ & non semel adducit, & citat, ut & Pisanus.

Ad pag. 15. Exsibilatur *Ulyssiponensis*, quod scripserit, matrem Bonaventuræ infantis lethali morbo laborantis ad Franciscum confugisse, & ejus Ordini infantem devovisse: eucurrisse Franciscum; infanti salutem restituisse; & *Bonaventuram* appellasse; & ex eo *Bonaventuræ* nomen invaluisse. Certe nomen *Bonaventuræ* apud Italos jam invaluerat; nam antiqua Legenda S. Francisci narrat de *Bonaventura Senensi* anno 1226. cum S. Francisco disponente apud Waddingum ad an. 1221. num. 44.; & notum est, *Fr. Bonaventuram de Iseo* socium fuisse Crescentii Ministri Generalis, pro quo anno 1245. ad Lugdunen. Concilium se contulisse volunt. Ceterum non video, cur viventi Francisco nequiverit Bonaventuræ mater vota porrigere; an non viros sanctitatis fama celebres adhuc viventes implorare solemus in necessitatibus, & periculis nostris? id autem factum esse eo tempore colligitur ex ipsius Bonaventuræ verbis: *qui per ipsius* (Sancti Francisci) *invocationem, & merita in puerili ætate, sicut recenti memoria teneo, a mortis faucibus erutus*.

Immerito vero ipsis Diatribæ autoribus *quam maxime* displicet quod scribit Ulyssiponensis, S. Bonaventuram anno 1260. S. Claræ translationi adfuisse; cum constet, habitis *Comitiis* Narbonensibus m. Majo, eum in Italiam se contulisse, quo socios, & discipulos S. P. Francisci consuleret pro conficienda *Legenda* ejusdem Sancti Patris sibi a Fratribus in dictis Comitiis injuncta, ut ipsi NN. habent infra pag. 36. ex prologo Bonaventuræ in Vitam S. Francisci. Hinc ascendit *Montem Alvernæ*, cujus Ecclesiam consecrari curavit m. Augusto, ex Wadd. ad eum an. num. 54.; inde Asisium petiit, ut initio Octobris assisteret translationi S. Claræ.

Nec etiam carpi debet hoc loco *Ulyssiponensis*, quod dixerit, *sub idem temporis* Bonaventuram adfuisse exhumationi sacrorum ossium S. Antonii Patavini; siquidem *sub idem temporis* non aliud sonat, quam *circa*, & *paulo post*. Et sane post duos tantum annos, & paucos menses a translatione S. Claræ facta est alia S. Antonii.

Ad pag. 16. *Gonzagam* in illorum numero, qui unam, nudamque veritatem præ oculis habuere, nemo recensebit, qui percurrerit Annales Minorum a Waddingo elaboratos, a quo innumeri illius errores emendantur. Non ita senserunt horum NN. Consodales in nuperrima *Apologia pro Ordine FF. Minorum*; ubi subinde respondent adversariis, Gonzagam fuisse deceptum a Petro Rodulphio Conventuali. Legant memoratum Waddingum præsertim ad annum 1220. num. 70., quid de Gonzagæ *Origin.* sentiat.

Reprehenditur a PP. NN. Galesinius præ ceteris, quod literis tradiderit, Bonaventuram *Parisios septennio* postquam studiis operam navasset, ad Alexandrum venisse; eo quod statuant, eum Ordinem Minorum anno 1243. amplexum esse; & anno 1245. Alensem obiisse. Sed loco VII. *anno* apud Galesinium legendum est IIII. *annos* studiis operam Bonaventuram dedisse; inde Parisios contendisse, & sub *Alensi tres annos* studuisse; ut recte habet Galesinus. Nam ab anno 1238., quo Bonaventura Ordinem Minorum ingressus est, usque ad annum 1242. partim in Novitiatus, & partim in Professorii Seminariis quatuor annis studiis incubuit; annoque 1242. Parisios amandatus usque ad annum 1245. sub Alexandro Alensi profecit: mox ei oblatum munus legendi in Scholis Ordinis Sen-

Sententiarum libros ex cit. Galesinio, qui probe eum Pisano convenit asserente *in* VII. *anno post ingressum Ordinis* legisse *Sententias Parisiis*; id quod confirmat B. Franciscus Fabrianensis, qui tempore Generalatus S. Bonaventuræ anno 1267. ingressus est Minorum Ordinem, aitque de eo: *consumatus in artibus apud Parisios* &c., ut supra. Minus etiam vere traducitur Galesinius, quod scripserit, interpretationis publicæ officium primo gessisse *Alensem*, tum *Joannem Rupellensem*, postea *Bonaventuram*; quia non loquitur ille de officio in *Scholis Minorum*, ut isti PP. NN. existimant, sed in Universitate Parisiensi; quod sane verissimum. Cetera omittam, quæ isti NN. *censoria animadversione* in his, aliisque scriptoribus castiganda notarunt, quandoquidem nec ipsi censura longa vacare noscuntur.

Ad pag. 31. S. Bonaventura, ut ostensum est supra, anno 1238. Ordinem Minorum ingreditur ætatis suæ anno XVII.; anooque 1239. post kalendas Novembris, cum jam Haymo Minister Generalis assumptus fuisset, vota Religionis emisit; postea cum tribus annis studiis Philosophiæ operam dedisset, anno 1242. ætatis suæ XXI. Parisios missus est, ut sub Alexandro Alensi Theologiam addisceret; triennioque post, anno videlicet 1245., *licentiatus fuit sub eodem Alensi in sacra Theologia Lector effectus*, inquit cit. B. Franciscus Fabrianensis: quo egregie confirmatur quod statuimus, ingressum eum esse B. Francisci Ordinem an. 1238., cum Chronica antiqua, & Pisanus habeant, eum *in* VII. *anno post ingressum Ordinis* legisse *Sententias Parisiis*, ut habent & citat. ms. Jordanus, & autor Chronicor. XIV. Generalium Ministror.; non autem, ut somniant cum Waddingo ad annum 1243. num. 2., ingreditur Ordinem anno 1243., Parisios mittitur anno 1244., & paucis mensibus audiit Alensem: quis enim sibi persuaserit, eum paucis mensibus adeo profecisse, ut postea nullo alio Magistro Cathedram Theologicam Parisiensem obtinuerit? *Licentiatus* enim fuit saltem anno 1245., ut legeret, jam *Bacalaureus effectus* apud suos.

Anno 1248. *recepit Cathedram Magistralem in decimo anno post ingressum Ordinis*, nempe in Universitate Parisiensi, quem annum assignat etiam autor coævus Salimbene Parmen. supra (9). Legit igitur ab anno 1248. usque ad annum 1251., vel 1254., quo dissensio incæpit inter Universitatem Parisien., & FF. Prædicatores primò, postea & FF. Minores, quæ usque ad annum 1257. duravit. Videtur Waddingo ad an. 1256. num. 27., FF. Minores ea concertatione involutos solum ab anno 1256., quod eo dumtaxat anno memorentur in Pontificiis ea de re literis; sed antea & istos turbis illis irretitos fuisse ducitur ex Vita S. Bonaventuræ, & ex Instrumento Academiæ Parisien. an. 1253. apud Bulæum.

Anno 1256. die 11. Martii Alexander IV. scripsit *Cancellario Parisiensi* (Aymerico) pro S. *Thoma Aquinate*, ut quia ei jam dederat licentiam legendi *Theologiam* in Universitate Parisien., cito det operam, ut *regiminis principium* haberet, ut Magister agnosceretur, & esset, ex epist. 64. Alexandri IV. to. 1. Bullarii Ord. Præd. pag. 298.; idque puto factum etiam pro S. *Bonaventura*, cum eodem anno m. Octobris ambo dicantur *Doctores* in instrumento promissionis, & juramenti ab Odone Duacensi, & Christiano Belluacensi præstito de stando mandatis Papæ Alexandri pro FF. Mendicantibus legentibus in dicta Universitate apud Waddingum ad annum 1256. num. 35.

Anno 1257. die 2. m. Februarii eligitur Minister Generalis Ordinis, cum esset Parisiis, ubi dedit epistolam m. Aprili *Licet imperfectionem meam* &c. ad universos Ministros, & Custodes: nam cum ipse Waddingus hanc dicat datam *anno* 1257. IX. *kal. Maji* juxta notas numerales, quibus signata extat apud Galesinium, & ex eo apud eumdem Waddingum ad eum annum num. 10.; nescio cur ipse Waddingus putet, Comitia Generalia habita fuisse anno 1256., ita ut plusquam 14. *menses* distulerit scribere de sua electione ad Ministros, & Custodes. Quæ leguntur apud Pisanum: *in tertiodecimo anno ad regimen Ordinis est assumptus*, errorem habent in notis numeralibus: cum enim exaratum esset *in* XVIII. *anno*; omissa nota V., exscriptum fuit XIII.; quemadmodum translationem S. Antonii ibi legimus factam anno ab ejus obitu XXV., quæ facta scitur anno XXXII., ob scribarum oscitantiam, qui notam tertiam X. omiserunt, & II. in V. transcripserunt; sicuti & apud Waddingum ad an. 1260. num. 2. edit. 2. Constitutiones Benedicti XII. dicuntur factæ anno MCCCXXVI., cum editæ fuerint anno MCCCXXXVI., idque ex errore Typographi.

In Italiam reversus egit causam *Joannis Parmensis* ex-Ministri Generalis, & sociorum. Inde Anagniæ interfuisse dicitur mense Septèmbri concertationi *Parisiensium Magistrorum*, & *FF. Mendicantium*, teste Thoma Cantipratano, coram Pontifice habitæ; cum tamen Cantipratani verba lib. 2. de Apibus cap. 10. num. 23. non ita sonent; eaque concertatio habita fuerit anno 1256. m. Septembri. Dedit hoc anno literas pro translatione loci Asculi in Piceno, ex epist. 346. Alexandri IV. hoc anno 11. Octobris data *Paupertas voluntaria*. Hoc tempore creditur scripsisse *disputationem de paupertate Christi* contra Gulielmum de S. Amore, aliosque Academicos Parisienses; cujus meminit Thomas Cantipratensis æqualis autor.

Anno 1258. in Italiam descendens apud *Montem Alverniæ tamquam in locum quietum amore quærendi pacem declinavit*, ibique composuit Opusculum *de sex alis Seraphim*; *Itinerarium mentis in Deum*; & *Itinerarium mentis in se ipsam, seu incendium amoris, anno post ipsius B. Patris transitum trigesimo tertio*, hoc est 1259. ex S. Antonino, & ut ipsemet ait in *Itinerario mentis in Deum*; non vero anno 1260., ut isti PP. NN. aiunt pag. 36., ubi confundunt tempus confectionis *Legendæ B. Francisci* cum illo *Itinerarii mentis in Deum*.

Anno 1260. Narbonæ habitis m. Majo *Comitiis Generalibus*, in quibus *Constitutiones* edidit dictas *Narbonenses*, de quibus supra, & Ordinem in 34. Provincias censuisse fertur, in Italiam descendit, Asisiumque petiit, ut *locum originis, conversationis, & transitus viri sancti Francisci* inviseret; *atque cum familiaribus ejus adhuc superviventibus collationem de his haberet* &c. pro elaboranda *Legenda Sancti Patris Francisci*, quam sibi injunxerant Comitiorum Patres. Hinc mense Augusto ascendit *Montem Alverniæ*, ejusque *Ecclesiam* consecrari curavit; inde *Asisium* reversus sub initium mensis Octobris interfuit *translationi corporis S. Claræ*.

Anno 1261. scribebat Vitam S. P. Francisci, vulgo *Legendam*, teste autore antiquo *Memorialis*

Y Or-

Ordinis anno 1509. editi in VIII. *Generali*, idque Parisiis ex Waddingo ad an. 1260. num. 18.; quam postea anno 1263. obtulit Capitulo Generali Pisis coacto. Possit autem se contulisse *Parisios*, cum adhuc ibi moraretur S. Thomas Aquinas, qui inde non discessit, nisi post mensem Augustum an. 1261., cum Ptolomæus Lucensis tradat, eum in Italiam rediisse *post* III. *annum sui Magisterii*, *tempore videlicet Urbani IV.*; at lauream Magisterii obtinuit prope finem Octobris an. 1257., & Urbanus IV. assumptus fuit die 29. Augusti an. 1261.; tuncque contigisse, quod narrat Waddingus cit., *D. Thomam*, cum Bonaventuram sibi summa charitate conjunctum, & *Vitam S. Francisci* concinnantem inviseret Parisiis, eumque in contemplatione raptum vidisset, conversum ad suos dixisse: *Sinamus Sanctum, quia laborat pro Sancto*: quod habet & Robertus Liciensis Episcopus Aquinas in Serm. de S. Bonaventura an. 1482. edito cap. 1.; locusque, ubi hoc contigit, adhuc Parisiis in æde Minorum instar Sacelli extare narratur. Hoc falsum esse suspicantur PP. NN. pag. 80. ex eo, quod existimant, S. Bonaventuram concinnasse *Legendam* illam in Italia anno 1260., quando S. Thomas Parisiis moram trahebat; id autem falsum est; quia S. Doctor eo quidem anno assumpsit onus scribendi eam; sed nonnisi inter illum annum, & an. 1263. perfecit, porrexitque in Comitiis Generalibus Pisis celebratis una cum *Legenda Minori*, ex cit. Waddingo num. 18.

Anno 1262. in Italiam reverso contigit fortasse, quod habet Ptolomæus Hist. Eccles. lib. 22. cap. 24., ut supra (9): quo etiam Pontifex ei commisit munus prædicandi Crucem ubique pro subsidio Terræ Sanctæ, ex literis *Cum prædicationem Crucis* an. 1262. 21. Maji.

Anno 1263. mense Aprili Patavii *translationem* egit ossium, cinerumque *S. Antonii*; inde Pisas adiit, ibique habuit *Comitia Generalia* die 20. Maji, & *Vitam S. Francisci* Patribus porrexit, multis quoque ordinationibus circa *Missas*, & *Officium* conditis; egitque, ut dimitteretur cura *Clarissarum*; de qua re extat ejus epistola XIV. kal. Septembris scripta. His temporibus, anno tamen incerto, cum Ravennæ esset, ibique quodam in Monasterio *Elisei Prophetæ* corpus inventum fuisset, ad ejus preces Philippus illius urbis Archiepiscopus corporis præfati recognitionem egit, eique unum memorati Prophetæ dentem pro reliquiis concessit, teste *Anonymo Italo* synchrono autore Chronici Rom. Pontiff. & Impp. usque ad annum 1278. deducti, quod ms. asservatur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis cod. 626. in *Friderico II. Imp.*

Anno 1264. Asisii cum esset, epistolam *Dignum est, & consonum* 3. nonas Octobris dedit *Fr. Laurentio in Administratione Tusciæ Visitatori pauperum Dominarum* pro compositione inter Fratres, & Moniales; quo tempore forsan *Sermonem* habuit de S. Francisco ex themate: *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis* &c.: de quo Pisanus Conformit. XXXI. par. 2. Circa hæc tempora *Sermonem* etiam habuit Bononiæ, teste Salimbene Parmen., qui præsens erat, in Chron. ms. pag. 449.

Anno 1265. cum esset in *Lombardia*, literas accepit a Rayneiio Zeno Venetorum Duce, ut sibi concederet *duos Fratres*, quos Romam, vel alio ad Summum Pontificem mitteret ad testificandum de *miracula per sacras Reliquias* Venetiis eo tempore patrato ex charta in fine Chronici Andreæ Dandali legenda in to. 12. Rer. Italic. Scriptor. Eodem anno m. Novembri Bonaventura assumitur *Archiepiscopus Eboracen.* in Anglia a Clemente IV., quam dignitatem acceptare renuit. His temporibus videtur nonnulla *Evangelii Matthæi* exposuisse, & *Lucam*.

Anno 1266. m. Aprili coegit Parisiis Comitia Generalia, in quibus primo cœperunt haberi *disputationes publicæ*; habuitque *Sermonem* alium de *S. Francisco* sumpto themate: *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis* &c.; & scripsit epistolam Ministris provincialibus, uti B. Saucelis Provinciæ Ministro *Quoniam ad hoc potissimum* de tollendis abusibus ab Ordine. Hujus epistolæ, & alterius toti Ordini datæ anno 1257. meminit Petrus Jo: Olivi in Defensione suorum articulorum facta anno 1285. §.12.

Anno 1268. die 6. Decembris Asisii præsens fuit, & consensit cessioni factæ Fr. Illuminato Ministro provinciali Umbriæ *nomine, & vice totius universitatis Ordinis B. Francisci* de Ecclesia S. Jo: de Mevania, ex Arch. Cœnob. Mevaniæ Min. Conv.

Anno 1269. m. Majo Asisii Comitia Generalia habuit, in quibus plura constituit; eodemque anno scripsit *Apologiam pauperum* contra Gerardum de Abbatis Villa, ut habetur ex ejusdem cap. 3. resp. 4. illis verbis: *vixerunt hactenus hujusmodi pauperes in magna multitudine sexaginta annis, & amplius*: nempe ab anno 1208., vel 1209.

Anno 1270. Circa hoc tempus fertur Romæ instituisse Societatem, seu *Confraternitatem Vexilli*, vulgo *Confalonis B. V.*, quadam orandi formula præscripta; unde aliæ *Confraternitates* postmodum exemplar sumpserunt, teste Thoma Bozio ad hunc annum num. 21. Cumque Viterbii degeret, autor fuit Viterbiensibus, ut clauderent portas civitatis, ne Cardinales discederent, uti statuerant; quo facto, clausique in palatio Episcopali initium *Conclavi* dederunt, ex Jo: Baptista Mori in notis ad librum Petri Diaconi de Viris illustr. Casinensibus.

Anno 1271. Cum diu, fereque triennio vacasset Sedes Apostolica, Viterbii hoc anno m. Septembri suasu, consilioque S. Bonaventuræ Cardinales elegerunt per *compromissum* paucorum *B. Gregorium*; qui insequenti anno m. Februarii secum Romam Bonaventuram conduxit, ut suæ coronationi interesset IV. kal. Aprilis peractæ: inde vero digressus Bonaventura Pisas, mense Junio celebravit Comitia Generalia anno 1272.

Anno 1273. Parisiis existens die XIII. kalend. Aprilis *epistolam* dedit Abbati S. Mariæ de Burgundia *Desiderio multo* &c., & in die S. Marci 25. Aprilis *Sermonem* habuit apud ædem S. Antonii; dieque 3. Junii *Cardinalium* numero adscribitur, & *Episcopus Albanensis* renunciatur. Inde Italiam repetens m. Julio Mugellum in Tuscia pervenit, ibique galero, insigniisque Cardinalitiis ornatus comitem se dedit B. Gregorio X. Lugdunum ad Concilium Generale proficiscenti, quò mense Novembri exeunte pervenit.

Anno 1274. m. Majo in Concilio Generali *Sermonem* habuit *Exurge Hierusalem, sta in excelso* &c.; & *alium* in festo Apostolorum Petri, & Pauli 29. Junii; dieque 15. *Julii* vivendi finem fecit; cum die 20. Maji Comitia Generalia ibidem habuisset, in quibus electus fuit Minister Generalis *Fr. Hieronymus Asculanus* in Legatione Constantinopolitana positus.

Ad

Ad pag. 50. Exoticas literas S. Bonaventuram nescisse, non liquido probatur; cum, ut omittam Expositionem Psalterii, in 3. Senten. dist. 4. art. 1. quæst. 4. non tantum voces *græcas*, sed & *græce* scriptas habeat. V. infra *ad p.* 106.

Ad pag. 71. Opusculum *de* VII. *donis Spiritus Sancti* = Censores NN. pag. 103. n. 8. de *Confessionali* S. Doctori attributo hanc regulam substernunt, morem nunquam fuisse scriptorum seculi XIII., ut vel in suis firmandis, aut in alienis dogmatibus evertendis ad illos confugerent, quibuscum unà vixissent. At autor hujus Opusculi *de* VII. *donis Spiritus Sancti* citat *Linconiensem*, qui coævus fuit Bonaventuræ, obiitque anno 1251.; nisi velint, Opusculum scriptum fuisse post illius autoris obitum. At regula illa videtur falsa; nam Card. Ostiensis, qui obiit anno 1271., in sua *Summa* lib. 1. tit. *de Servis ordin.*, *& eorum manum*. §. *Quis possit dispensare* citat *Fr. Raymundum*, quem ajunt obiisse an. 1275. Attamen Opusculum hoc non esse S. Bonaventuræ, ostensum est supra (70).

Ad pag. 83. *De paupertate Christi* quæstiones duæ sunt; prima dividitur in duos articulos *de abrenunciatione*, & *de mendicitate*; secunda est, *utrum pauperes validi*, *& maxime Regulares ad opera manualia sint astricti*; cujus meminit Thomas Cantipratanus lib. 2. de Apibus cap. 10. num. 23., ubi memorat controversiam an. 1256. FF. Mendicantium cum Academia Parisiensi, & *disputationes D. Hugonis Presb. Card. Fr. Ord. Præd. . . . . sed & Fr. Bonaventuræ Generalis Ordinis Fratrum Minorum* &c.

Ad pag. 91. *Expositio in cap. 6. Matthæi*, *& in Evangelium Lucæ* = Ad autoritatem Ptolomæi Lucensis dictum est supra (9); & S. Doctorem expositionem in Lucam confecisse, præter ibi recensitos ante Trithemium testantur etiam Jacobus Oddo, & Bartholomæus Pisanus circa annum 1387. scribens. Ptolomæus vero etsi autor suppar, scripsit tamen Historiam Eccles. multo post obitum S. Doctoris, scilicet post annum 1312., desinitque in annum 1294.; quare potuit errasse, quemadmodum lib. 22. cap. 21., ubi tradit, *S. Thomam* Coloniæ existentem recusasse Abbatiam Montis Casini per *Alexandrum PP.* oblatam, cum id factum fuerit per *Innocentium* IV., ut fatetur Echardus to. 1. Biblioth. Ord. Præd. pag. 278. Si enim tempore sui *Ministeriatus* supremi Bonaventura scribere potuit *disputationem de paupertate Christi* anno 1257., *de sex alis Seraphim*, & *Itineraria* duo *in Deum*, & *in se ipsum* anno 1259., *Legendam majorem*, & *minorem S. Francisci* an. 1261., & *Apologiam pauperum* an. 1269.; quo pacto potuit se excusare cum Pontifice, haud sibi permitti ratione officii *Ministeriatus Evangelia duo* exponere? Quod etiam objiciunt Censores NN. Veneti, & nullum est, & falsum. Tam enim abest, ut ibi frequens sit in citandis *Salustii*, *Senecæ*, *Julii Cæsaris*, & *Catonis* libris, ut aut nunquam, aut vix occurrant. Bis, vel ter reperi, eum citare *Tullium*, semel *Senecam*, & semel, aut bis *Joseph Hebræum*; ceterum creberrime, & fere semper *sacra Scriptura*, *SS. Patribus*, & *Glossa* utitur. Ejus porro dicendi genus ab his NN. dicitur incomptum, & inornatum; cum non alibi forsan magis elucescat prudens, eruditum pro temporum conditione, pium, Sanctique Doctoris proprium, quam in hac expositione. Ter cap. 9. dictum, factumque *B. Francisci*; & paulo post septem gradus contemplationis *Fr. Ægidii* anno 1262. vita defuncti adducit; atque adeo post hunc annum aggressus est S. Doctor hoc Opus.

Ad pag. 93. Falsi sunt Veneti Censores NN. asserentes, antiquorum ne unum quidem esse, qui *Expositionem in Regulam FF. Minorum* tribuat Bonaventuræ; cum sub nomine S. Doctoris citetur in *Constitutionibus Martinianis* an. 1430. pro FF. Minoribus a Martino V. confirmatis, & a *S. Joanne Capistranensi*, ut volunt Observantini, compositis cap. 3.

Ad pag. 101. *Pharetra* ex SS. Cypriano, Ambrosio, Jo: Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, Gregorio Magno, Cassiodoro, Isidoro, Anselmo, & Bernardo, atque Seneca conflata est; *quæ postmodum*, *ut scivi*, *ordinavi*, inquit autor, nimirum *in 4. libros*, subjungit idem: id autem factum putes non *in primo anno* ingressus ejus in Ordinem, uti interpretantur Censores; sed *in primis annis*, maxime eum dicat, *quæ postmodum*, *ut scivi*, *ordinavi*. Quod alias opponunt iidem Censores, si admitteretur, excluderet quemcumque, nemo autor esset hujus Opusculi; si autem alius potuit, eo magis Bonaventura.

Ad pag. 102. *Stimulus amoris* = Etsi certum sit, hunc *Stimulum amoris* non esse Opus S. Bonaventuræ; tamen quod a PP. NN. opponitur, nullum est. Nam & S. Ignatius Martyr epist. ad Romanos scripsit: *quod si venire noluerint* (bestiæ), *ego vim faciam*; *ego me urgebo*, *ut devorer*. *Ignoscite mihi filioli*; *quid mihi prosit*, *ego scio*.

Ad pag. 103. *Speculum animæ* = Censores NN. injuriâ traducunt hoc Opusculum appellantes *stramineum*; nam cap. 1., inquiunt, illos a culpa eximere videtur, qui duellum crudele, & exitiosum suscipiunt: *Duellum*, inquit, *secundum jura est prohibitum*, *& secundum rationem habet rationem mortalis . . . dicunt tamen quidam*, *quod consuetudo excusat in hoc facto*: in quam consuetudinem, subdunt, minime invehitur benignus *Casuista*. Quomodo in eam non invehitur? nonne subjungit: *cujus contrarium tenetur communiter a Theologis*, *& divini juris peritis*? cap. 1. §. 4. antiquæ editionis. Aut igitur supine legerunt, & oscitanter; aut fraudolenter, tacendo quod subdebatur, egerunt cum hoc autore; qui etiamsi non invehisset, culpa vacasset; cum ante Gregorii XIII. Bullam contra *duellum* legantur & in Gallia, & Italiâ plura duella Principum autoritate permissa: legatur epistola Innocentii IV. anno 1252. apud Raynaldum Annal. Eccles. num. 32. incip. *Consuetudo quædam*: qua *duellum Clericorum* dumtaxat prohibet in Gallia usitatum: & permissum aliquando etiam fuerit duellum ex Capitul. Reg. Franciæ lib. 4. cap. 23., & ex Reginone in Discipl. Eccles.

Ad pag. 106. *In Psalterium expositio* = Si Ptolomæi Lucensis autoritas attendatur, ipseque excludat hanc expositionem; excluderet etiam expositionem in *Librum Sapientiæ*, & in *Lamentationes Hieremiæ*; & tamen Censores NN. illas admittunt: dum igitur Ptolomæus enumerat *libros Bibliæ* a Bonaventura expositos, non excludit alios ab illis, quos ipse tunc memoria tenebat. *Aristotelem* vero Bonaventura in hac expositione non laudat sæpenumero, sed aut nunquam, aut perraro. Verumtamen nonne & in expositione libri *Sapientiæ* interdum adducit *Aristotelem*, & *Platonem*? quid inde? & quomodo in Peripateticorum Scholis edoctus *Aristotelis* vestigiis neutiquam adhæserit? legatur ejus Commentarius in 4. libros Sententia-

rum, præsertim autem in secundum. Nec enim huic opponitur S. Antonini dictum, cum ille loquatur potissimum de *Opusculis asceticis*, in quibus Bonaventura regnat, quibusque maxime incubuit, delectabaturque. Porro voces *græcas*, & *hebraicas*, dempta præfatione, nonnisi raro usurpat, & usitatas, quæ apud Hieronymum, & Ambrosium, vel Glossæ autorem, Philosophos, Rhetoresque habentur, ut *alleluja*, *osanna*; psal. 21. *paranomasia*; psalmo 40. *polysyntheton*, & *πᾶν*, *quod est totum*; & psalmo 116. *ἄτομος*, *idest sine divisione*; & consimiles. An non in 3. Senten. dist. 4. artic. 1. quæst. 2. affert verbum græcum *δύος ἄτομος*? ex quo liquet, eum linguam græcam calluisse. Quod psal. 41. tradat, *animam* sitam esse in *corde*, & *cerebro* secundum Theologos, in *cerebro* vero secundum Physicos, id ex aliis potius adducit inquiens: *unde dicitur*: *si videris longum sapientem*, *da gloriam Deo*: certe Prov. 14. num. 33. *in corde justi sedes sapientiæ est*; & sapientiam in homine longo raro reperiri, dictum Jurisconsultorum est. Psalmum 46. *de Eliseo* Reg. 4. cap. 2. interpretatur mystice de *Christo*; quod facit & Lyranus, etsi diverse: & quidni? nam & S. Bernardus serm. 1. ad Milites Templi cap. 1. inquit de Christo: *ascendit itaque crucem calvus noster mundo pro mundo expositus* &c.: est tamen mancus textus Bonaventuræ in editis, cum legi debeat: *sed expositur mystice de Christo*.

Ad pag. 107. *Expositio in librum Ecclesiastes* = Immerito Romani editores traducuntur hoc loco, & negligentiæ postulantur; cum Bonaventura Philosophorum systemata nequaquam plus justo curiose indaget, neque ea salse taxet, ut suum obtrudat; sed tantum sub initium dubia breviter movet ad illa: *Terra in æternum stat. oritur sol*, *& occidit*, *& ad locum suum revertitur*. *flumina exeunt a mari*: & cuncta brevi resolvit ex his, quæ communia sunt. Multo plura de his habet in Comment. 2. Sentent. ex Philosophis. Et eum ex Ptolomæo Lucensi scripserit in *Libros Salomonis*; si hunc rejicimus, quem alium habebimus, præter *Librum Sapientiæ*?

Ad pag. 108. *Sermones de Tempore* = Etsi negari non possit, *Sermones* hos saltem omnes non esse S. Bonaventuræ; vel incertum esse, an omnes ejus sint; ut ipsi editores Romani admonuerunt: tamen quædam, quæ a PP. NN. animadvertuntur, non tam severe tractanda videntur: ut de *sermone* 2. *in Ramis*; nam etiam Bonifacius VIII. in serm. 1. de S. Ludovico Reg. apud Wadd. ad an. 1297. num. 19. inquit: *& ita per tot*, *& toties examinatum est*, *& rubricatum*, *& discussum negotium* (de S. Regis canonizatione), *quod de hoc plus fartum est de scriptura*, *quam unus asinus posset portare*: non enim tempora illa tam delicatissimi sensus ingenia ferebant, quam hæc nostra.

Ad pag. 109. Ad *sermonem de S. Ambrosio* notare est lapsum exscriptoris *B. Bernardinum* loco *B. Bernardi* exarantis, de quo legimus in ejus Vita, *adolescentem propter egregiam formam vehementer sollicitatum a mulieribus nunquam de sententia rolendæ castitatis dimoveri potuisse*.

Ad pag. 110. *Sermones de x. præceptis* = Censores NN. secuti sunt Oudinum hos Sermones Gotschalco Hollen adjudicantem; sed supra (22) ostendi, Sermones hos fere 200. annos ante Gotschalcum extasse scriptos. Interim *de illo*, *cui adhæsit bufo in facie*, *vidit Fr. Ste. Operis hujus autor plures*, *qui illum viderunt*: idest *Fr. Stephanus de Borbone* Ord. Prædicat., qui scribebat circa annum 1260. librum *de donis Spiritus Sancti*, uti notatum in quodam codice ms. *de* VII. *donis Spiritus Sancti* ejusdem *Stephani* se legisse scribit Jacobus Echardus to. 1. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 185.

Ad pag. 111. *Corona B. M. V.* = Hoc loco Censores NN. nomen cum re confundunt; quamvis enim quædam preces, quæ nunc vulgo *Corona B.V.* dicuntur, a pluribus credantur incæpisse seculo XV. ineunte, quod tamen negat Mabillonius citatus supra (21), qui multo antiquiores, atque ante tempora S. Bonaventuræ incæpisse demonstrat; tamen *Corona B. Virginis ex Ave maris stella*, *& 5. psalmis* Opus fuit Jordanis Saxonis secundi Magistri Gen. Ord. Præd., teste Nicolao Trivet apud Echardum to. 1. Biblioth. Ord. Præd. pag. 98. Attamen Opusculi autor non indidit nomen *Coronæ*, sed collectores, ut ostendi supra, ubi alia videas.

Ad pag. 138. Opusculum inscriptum *Fons vitæ*. idem est ac *Incendium*, al., & verius, *Incentivum amoris*; ut supra adnotatur (31), & (92).

Ad pag. 139. Rhytmi: *Crucis Christi mons Alverna*: & *Crucis alma fulgentia*: sunt Gerardi Odonis Ministri Generalis, qui Officium de Stigmatibus S. Francisci composuit anno 1337., ut stylus ipse prodit. *Proles de cælo prodiit* est Raynerii Card. Viterbien., teste Pisano Conform. XXXI. fol. 210. col. 4. lin. 26. edit. 2. Mediolanen.; sed hymnum: *Proles de cælo prodiit* esse Thomæ Card. Capuani scribit Fr. Salimbene Parmen. Chron. ms. fol. 369. Vide Nicolaum Lyranum in Opusculo *super Vita*, *& gestis B. Francisci* exponentem psal. *Fundamenta ejus*.

Cetera de *Operibus S. Doctoris* notantur supra suis locis.

DCCCXIX. 375.

BONAVENTURA BARONIUS = ex sorore nepos Lucæ Waddingi Lector emeritus, Custos olim, & Commissarius suæ provinciæ Hibernen., Academicus Apatista Florentinus, M. Ducis Hetruriæ Historicus, & Theologus ortum duxit ex nobili familia Geraldina Comitatus Desmoniæ domina; fuitque germanus frater *Gualfridi*, qui pro catholica fide in Hibernia Martyrium subiit, teste Jo: Baptista Abbate de Burgo in suo quinquennali *Itinere* par. 1. pag. 90.; qui & pag. 99. perhibet, eum Romæ an. 1684. *Theologum* fuisse Card. Ludovisii; *Commissariatus* insuper provinciæ Bosnæ Argentinen. munus exercuisse; scripsisse autem de *Rhetorica*, *Philosophia*, & universa *Theologia scholastica*, *positiva*, ac *morali*; de *Lege canonica*, & de *controversiis fidei*; pulcherrimum de *Angelis tractatum*; & *Vitas* quamplurium recentiorum *Sanctorum*; quorum X. volumina in fol. evulgasse, edendaque XI. alia volumina habuisse; nec reticet epigrammata ejus fratri Galfrido Martyri inscripta.

Orationes panegyricæ X. prodierunt iterum Lugduni anno 1650.

Prolusiones Philosophicæ prodierunt Romæ an. 1651. in 12. tomis 2. una cum *Harpocrate quinqueludio*; & Lugduni 1661. in 8. cum *Panegyr.*, & *Controversiis*.

Obsidio, *& expugnatio propugnaculi Dum-Kanon catholicis copiis fæderatorum ordinum Hiberniæ*. Lugduni 1661. per Anton. Huguetan ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 226.

Sco-

Scotus per universum Philosophiam, Logicam, Physicam, & Metaphysicam defensus prodiit anno 1664. tomis 3. in fol. apud Jo: Busæum.

Doctor subtilis in materia de Trinitate contra adversantes defensus. Lugduni anno 1666. in fol.

Doctor Subtilis de Deo uno defensus. Ibidem an. 1670. in fol. sumptibus Matthæi Liberal.

Joannes Duns Scotus de Angelis defensus. Florentiæ an. 1676. in fol. in Typograph. Ducali. *Scotus defensus, & amplificatus de Angelis* citatur a Lucio Ferraris in Biblioth. Canon. &c.

Tractatus theologici alii to. 3. in fol. Lugduni an. 1676. ex Dupino in Supplem. to. 3.

Elegia de Immacul. Conceptione B. V. M. Romæ an. 1642. ex P. de Alva colum. 206. Militiæ.

Resolutiones academicæ in potiores sacræ Theologiæ materias, cum dictandæ, aut disputandæ offeruntur. Romæ an. 1651. in 12. typis Mascardi.

Boetius absolutus, sive de *Consolatione Philosophiæ* lib. 4. Romæ an. 1653. in 12. ex to. 1. Biblioth. Barber. pag. 114.

Cursus Philosophicus. Coloniæ an. 1660. tomis 3. in fol. ex eodem Ind.

Declarationes Rethoricæ in utramque partem controversæ. Lugduni 1661. per Anton. Huguetan ex to. 2. Opusculor., teste Jo: a S. Anton.

Annales Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis captivorum ab anno 1198. ad annum 1297. Romæ an. 1664. in fol. typis Angeli Bernabò; quos adducit Pagius Crit. ad an. 1198. num. 4.; in quorum 4., & 5. parte extant *Vitæ SS. Felicis de Valois, & Joannis de Matha* Fundatorum dicti Ordinis.

Opuscula prosa, & metro tomis 2. in fol. prodiecunt Lugduni anno 1669. per Matthæum Liberal; suntque *Artis miracula*; *Quodlibeta x. sacro-prophana*; *Carminum libri* 5.; *Portenta*; & *Stratagemata sacro-prophana in sex decades diffusa*: prohibita ex decr. Congr. Ind. sub die 20. Junii an. 1690.; unaque *argumenta etiam varia*.

Opusculorum tomus 3. Lugduni etiam an. 1671. in fol. typis iisdem: continet autem *Gratiæ miracula*; *Carminum libros* 4.; *Epistolas* 8.; *Notas in Breviarium, & Missale Romanum*; *Hymnodiam Seraphicam*; *Vitas* 4. *veneratione dignorum*; *Elogia* XII. *illustrium heroum*; *Prolusiones* 3.; *Poemata* 4.; *Quolibeta* 5.; *Controversias* 6. Adjecit postea *tomum* 4., & 5. *Opusculorum*.

Orbes Medicei ex Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4., qui prodierunt Florentiæ an. 1676.; additque, hujus Opera esse etiam: *Trias Tusca*; *Canones Canonicorum*; *Historia regia*; *de haustu frigido*; *Sermones quadragesimales pro feriis, & festis*; *Chaos carminum*; *de Angelis* tomus 9.; & *de divino Opificio* (non *de divino Officio*, ut est apud Jo: a S. Antonio); *Exameron* tomus 10. Scoti defensi. Porro *Trias Tusca* citatur a Julio Nigro de Scriptor. Florentin. in Octavio Simenez.

Dissertatio de visione beatifica; *de processionibus divinis*; *utrum Christus dici possit Filius Spiritus Sancti*; *Vita S. Francisci Solani*; *Miracula ad faciendam fidem Deiparæ Mariæ Immaculatæ Conceptionis*; & *Poemata plura* mss. in 4. habentur Matriti in Biblioth. Regia teste cit. Jo: a S. Antonio.

D C C C X X.

BONAVENTURA BASLEAN Belga Capuccinus omissus in illius Ord. Bibliotheca edidit *Opusculum* tit.

Theophilus parochialis, seu de quadruplici debito in propria Parochia persolvendo, concionis, Missæ, Confessionis paschalis, & Communionis paschalis. Antuerpiæ an. 1635. in 8. typis Jo: Belleri; & Parisiis an. 1657. in 12. per Sebastianum Hure ex Indice Bibliothecæ Tellerianæ fol. 94. apud Jo: a S. Anton. Forsan est *Anonymus* CCLXII.

D C C C X X I.

BONAVENTURA BATALLEA Ciminensis Siculus Tert. Ord. sac. Theol. Mag. edidit

Discursum artis metricæ diligenter observatum a P. M. Joanne Antonio Brando Salemensi in suo *Rosarii* libro, Romæ an. 1601. in 16. cum eodem *Rosario* typis Caroli Willeti.

De Immaculata Conceptione Virginis multa conscripserat, quæ morte præventus edere non potuit, sed mss. reliquit: obiit autem Panormi die 31. Augusti 1627. magno honore parentatus in Ecclesia S. Mariæ de Misericordia ex Chronico Fr. Jo: Alberghini apud Mongitorem to. 1. & 2. Biblioth. Siculæ append. 2.; a quo Jo: a S. Anton. to. 1. & 3. in append. Agit de eo & Bordonus in Chronologio 3. Ord. cap. 13. num. 52.

D C C C X X I I. 376.

BONAVENTURA BELLUTUS = Philosophus, & Theologus celeberrimus post humaniores literas, & Jurisprudentiæ studium Minorum Conventualium Institutum amplexus una cum Bartholomæo Mastrio Gymnasii Patavini Regens extitit, & cum eo majorem Philosophiæ partem publicavit; postmodum suæ provinciæ Minister factus, & S. Inquisitionis Siciliæ Consultor, & Censor fuit. Præter ea, quæ dicta sunt in *Bartholomæo Mastrio*, edidit

De Incarnatione Verbi Dei. Catanæ an. 1645. typis Jo: de Rubeis in fol.; quo anno factus est suæ provinciæ Minister. Scripsit etiam, teste Theulo in Triumpho Seraphico,

De Sacramento Eucharistiæ ante annum 1655., quod ms. reliquit.

Opuscula moralia, canonica, theologica apparatu miscellaneo digesta. Catanæ an. 1679. apud Bisagnum in fol. ex Jo: Franchino in Bibliosophia num. 64.

Obiit Catanæ die 18. Maji 1676. ex cit. Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 227. De eo meminit Philippus Cagliola in prov. Siciliæ explor. 3. manifest. 1. pag. 75.

D C C C X X I I I. 377.

BONAVENTURA BLANCUS = Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 227. ex Waddingo, Rodulpho, & Cuveo Elench. in sae. Script., atque Gonzaga Conv. 32. prov. Bononien. hunc dicit *Bonaventuram Brachium*. Omnia ejus Opera titulum præferunt *Thesauri sacrarum Scripturarum* in quinque libros distributa; quorum duo primi agunt

De illustribus viris novi, & veteris Testamenti: cusique sunt Bononiæ anno 1534. per Jo: Baptistam Phaellum in 4.

Conciones quadragesimales conflant librum tertium.

Sermones a festo omnium Sanctorum ad Epiphaniam usque continentur in libro quarto.

Sermones Dominicales ab Adventu usque ad Quadragesimam explent librum quintum. Impressi sunt ibidem an. 1537. in 4.

* BONAVENTURA BOSELLUS = vide *Bonaventura Malvasia*.

* BO-

* BONAVENTURA BRACCIUS corrupte a Waddingo in indice *nominum* sui catalogi recensus, & a Jo: a S. Anton. in append. to. 3. relatus, est *Bonaventura Blancus*.

D C C C X X I V. 378.

BONAVENTURA BRIXIANUS = Conventualium alumnus edidit latine

Tractatum de Musica capitibus 28. conclusum, quem vocavit *Ventarinam*; extatque ms. in 4. Bononiæ apud nostros; in cujus fine legitur: *Explicit primus tractatus ad laudem omnipotentis Dei, & intemeratæ V. Mariæ* 1489. *die* xv. *Septembris*: cap. enim 26. promittit, editurum se etiam 2. 3. & 4. *tractatum*, quos an ediderit, ignoro. *Venturina* certe *librum primum* ipsemet citat in suo *Breviloquio musicali* cap. 3. & 12., de quo nunc.

Breviloquium musicale edidit, vulgavitque Brixiæ per Angelum Britannicum an. 1497. in 4.; postea Venetiis impressum est an. 1511. per Jacobum de Pinzis de Lecho in 4. hoc titulo: *Regula Musicæ planæ Venerabilis Fratris Bonaventuræ de Brixia Ordinis Minorum*: italice in 42. capita distributa; iterumque ibidem an. 1523. per Jo: Tacuinum de Tridino; & an. 1539. ibid. typis Jo: Mariæ Palamides: quum commemorant Lippenius, & Vallemons, autor etiam Floris angelici music. lib. 1. cap. 27. & 56., Rodulphius lib. 3., aliique post eum, ut Fr. Antonius Blanch in limine Artis musicalis apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C C X X V. 379.

BONAVENTURA BROCHARTI = Gallus provinciæ Franciæ, & Conventus Bernensis, vulgo *Bernay*, in Neustria & Normandia alumnus anno 1533. una cum N. V. Griffino Ariagart Equite Normanno iter Hierosolymitanum, & ad Montem Sinai arripuit, quo confecto, reversusque, una cum eodem socio descripsit

Iter ad loca sancta Palæstinæ, & ad Montem Sina Arabiæ; quod prodiit typis Parisiis apud Poncetum le Preux, & ms. servatur ibidem in Regia Bibliotheca cod. 10265. in fol. *Delineatio, & descriptio Hierusalem, & terræ promissionis accuratissima per Bonaventuram Brocardum Bernaitum elaborata excusa Parisiis* 1544. citatur ab Adrichomio in catalogo autorum, quibus usus est in componendo *Theatro terræ sanctæ* an. 1628. vulgato. Meminit hujus La Croix du Maine in sua Gallica Biblioth. lit. G., & ex eo Jacobus Echard to. 1. Scriptor. Ord. Præd. in *F. Brochardo*, ubi recte castigat eos, qui hunc cum illo sui Ordinis confundunt *Brocardo Teutonico*, & floruit circa annum 1280.; inter quos est Possevinus, qui in 1. append. Appar. sac. nullius Instituti dicit, remittitque lectorem ad v. *Brochardum*, ubi asserit *Ord. Prædicatorum*: & cum quidam eum appellent *B. Brocardum*; Beati titulus in Bonaventuram facile pertransiit, sicque unus cum altero confusus credi potest.

D C C C X X V I.

BONAVENTURA BRUNDUSINUS Regul. Observ. provinciæ S. Nicolai Apuliæque alumnus, & Minister; concionator, a Secretis Ordinis, & Definitor Generalis an. 1618. declaratus, & Visitator provinciæ Basilicatæ scripsit

Summarium de casibus conscientiæ tomis 3. in fol.; quorum tituli sunt: *Pars Sacramentalis*; *Pars censuralis*; & *Pars casualis*. Asservatur ms. Baruli in Bibliotheca Conventus S. Andreæ, ubi autor obiit an. 1628.; ad cujus sepulchrum Fr. Jacobus Aquaviva ejusdem provinciæ Minister an. 1653. *epitaphium* pro elogio posuit, relatum a Fr. Bonaventura a Fasano par. 2. Memorab. prov. S. Nicolai cap. 3. §. 10. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 228.; ubi legimus scripsisse etiam

Quadragesimale Brundusinum ibidem ms. asservatum.

380.

BONAVENTURA BRUXELLENSIS = v. *Bonaventura Speckaert*; idem enim est.

D C C C X X V I I.

BONAVENTURA BURATTI Mediolanen. Minor. Convent. sac. Theol. Magister edidit italice

Fundamenta rudimentorum grammaticalium Mediolani impressa anno 1608. in 8. ex Abbate Picinello, & Jo: Franchino in Biblioso. num. 67., Coronello Biblioth. univer. to. 6. num. 4467.; ex quo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 229.

* BONAVENTURA A CALASIO hoc loco recensitus a Jo: a S. Anton. to. 1. ex Patritio Duffio est *Bonaventura a Celano* infra referendus, & a Duffio erronee exscriptus.

* BONAVENTURA CALATAGIRONENSIS = v. *Bonaventura Secusius*.

* BONAVENTURA A CALENO relatus a Jo: a S. Anton. est *Bonaventura a Celano*, de quo infra.

D C C C X X V I I I.

BONAVENTURA CAIRO' ab Apriliano Calabriæ oppido Min. Conv. cum in Ecclesia S. Laurentii Neapoli annuas conciones haberet, scripsit lingua vernacula

Instructionem universalem ad Sacramentalem Confessionem sive generalem, sive particularem habendam. Neapoli anno 1630. in 8. per Lazarum Scorrigium ex Franchino num. 68., & Coronel. to. 7. Biblioth. univer. col. 195., ex quo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 229., qui perperam hunc dicit *Mediolanensem de Agripiliano*.

D C C C X X I X. 381.

BONAVENTURA E CALLIO = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; Bononiæ tamen ea, quæ cit. Rodulphius scribit se vidisse, modo desiderantur. Joannes a S. Anton. nihil aliud Waddingo addit, nisi hunc extitisse *provincia Marchiæ Regul. Observ.* alumnum; sed id suo arbitratu.

D C C C X X X. 382.

BONAVENTURA CAMUS = ex qua familia fuit *Jacobus Camus* Episcopus Sagiensis in Normannia an. 1617.; quo tempore & Bonaventura vixisse videtur. Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum.

D C C C X X X I.

BONAVENTURA CAPRIDONIUS Venetus Min. Conv. sac. Theol. Magister Philosophicis, Mathematicisque disciplinis excultus edidit, typisque vulgavit

Ideam universi graphice exhibitam, ac integro libro explicatam Venetiis an. 1617. in 4. apud Jo: Baptistam Bertoni, teste Franchino in Biblioso. num. 69.

D C C C X X X I I.

BONAVENTURA CASALENSIS Capuccinus provinciæ Genuensis Minister, concionator, sac. Theologiæ professor, vir pius, salutisque proximorum cupidus obiit Genuæ an. 1641., cum reliquisset mss.

Con-

Conceptus prædicabiles pro tempore quadragesimali tom. 8. in 4.

Silvam conceptuum prædicabilium pro Dominicis totius anni. tom. 6. in 4.

Silvam conceptuum prædicabilium pro festivitatibus Sanctorum per annum occurrentibus. to. 5. in 4. Habentur Genuæ in Biblioth. Capuccinor. ex Dionysio Genuen. apud Jo: a S. Anton.

* BONAVENTURA A CASTRO ALPHERIO = v. *Bonaventura Rapicia*.

* BONAVENTURA A CATANZARO idem est cum *Bonaventura Aragonio*; quod cum autore Bibliothecæ Capuccinor. non advertit Jo: a S. Anton.

D C C C X X X I I I. 383.

BONAVENTURA E CELANO = Regul.Observ. scripsit etiam

Vitam S. Joannis a Capistrano, vel potius e latino italicam fecit, & ad Aquilanum Senatum misit an. 1599., quemadmodum refert ipse Waddingus in *Nicolao Fara*, ubi corrupte dicitur Bonaventura *a Caleno* pro Celano provinciæ Aprutinæ. De eo Rodulphius lib. 3., aliique post eum. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 230., & 231. duos recensuit uti diversos.

D C C C X X X I V.

BONAVENTURA CHEVROLIER Recollectus Gallus provinciæ S. Mariæ Magdalenæ Pater ex hispano in gallicum idioma vertit circa annum 1635.

Narrationem Annæ Mariæ a S. Joseph Clarissæ (Discalceatæ) *Salmanticensis de rebus suis, vitaque propria* anno 1632., quo ipsa obiit, publici juris Salmanticæ factam; teste Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem pridie idus Maji, & in indice autorum, qui de rebus Franciscanis scripserunt. Eam *Vitam* ediderat *Fr. Joannettinus Niño* Hispanus. De ipso & Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C C X X X V.

BONAVENTURA CINELLI Florentinus Minor. Conv. sac. Theol. Magister anno 1592. Theologorum Collegio in patria aggregatus est; cumque verbi Dei concionator non ignobilis esset, reliquit post se

Quadragesimale, & *Sermones* patria lingua, quæ mss. servantur Florentiæ in S. Crucis Bibliotheca testimonio Lucæ Joseph Cerrachini in Fastis Theologicis Collegii Theol. Florent.

D C C C X X X V I. 384.

BONAVENTURA A CINERIBUS = de quo Petrus Rodulphius lib. 3. anno 1586., & post cum alii; qui omnes reticent, quo tempore scripserit, & cujus provinciæ fuerit. Joannes a S. Anton. de ipso agit ex Waddingo.

D C C C X X X V I I.

BONAVENTURA CLAVERIUS Vigiliensis Apulus Min. Conv. sac. Theol. Doctor insignis, & Romæ S. Bonaventuræ Collegii Regens, Philippi IV. Hispaniarum Regis postulatione Episcopus Potentinus renunciatus est ab Innocentio X. anno 1646.; fuit & Cardinalis Montalti Theologus, vir mentis acumine, animique egregiis dotibus ornatus; de quo Dominic. Bernini in Vita B. Joseph a Cupertino cap. 9. pag. 128., & cap. 11. pag. 63.; anno 1677. vivendi finem fecit, cum scripsisset

In tres primos Sententiarum libros ubertissimos tractatus, quos mss. se vidisse testatur Franchinus num. 70.

Opuscula de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis, ut habet Marracius in Biblioth. Mariana an. 1646., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 231.

Historia Ecclesiastica urbis Potentinæ memoratur in sequenti *epistola*.

De genealogia familiæ Lofredæ epistola extat inter illas Abbatis Michaelis Justiniani edit. Neapol. an. 1683. par. 1. pag. 210.; in qua quoque pollicetur, se scripturum, idque anno 1669.,

De origine Daniæ, Norvegiæque Regum, unde familia *Lofreda*; ut observavit Franchinus citatus. Agit de eo & Ughellus in Ital. sac. to. 7., & Theulus in Triumpho Seraph.

D C C C X X X V I I I.

BONAVENTURA COLONNESI Florentinus, quem Antonius Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. pag. 190., & ex eo Julius Niger in Scriptor. Florent. vocant Bartholomæum, & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 185. ex Terrinca *Bartholomæum Columnensem*, sac. Theologiæ Magister Min. Convent. anno 1624. Theologorum Collegio Florentino adscriptus est, annoque 1630. Collegii Decanus pronunciatus e vita excessit anno 1659. die 19. Novembris ex Cerrachino, qui *Bonaventuram* recte appellat, in Fastis Theolog. Universit. Florent.; cum edidisset

Tractatum de prohibitione duelli vulgatum Florentiæ an. 1625. in 4. typis N. Edidit etiam circa annum 1650. italice

Manuale de' Religiosi per l'acquisto della perfezione fondato negli Opuscoli del Serafico Dottor S. Bonaventura, e nelle autorità de' Padri diviso in tre parti; nella prima gl'incipienti vi trovano la purgativa della conscienza; nella seconda i proficienti l'illuminativa della mente; e nella terza i perfetti l'unitiva con Dio: al P. Maestro Michel Angiolo Catalani da S. Mauro Ministro Generale de' Minori Conventuali. ms. chart. in fol. servatur Asisii in Tabulario S. Francisci; in quo reipsa vocatur *Bonaventura*, non Bartholomæus.

D C C C X X X I X. 385.

BONAVENTURA COLUMBUS = provinciæ non S. Bonaventuræ, sed S. Ludovici Min. Conv. sac. Theol. Magister, & concionator Gallicus, & Italicus vulgavit etiam

Novum cursum Philosophicum in via Scoti complectentem universam Philosophiam rationalem, naturalem, moralem, & transnaturalem. Lugduni an. 1669. in fol. typis Laurentii Arnaud, & Petri Borde.

Epitomes dialectica prodiit Aquis Sextiis an. 1638.

In laudem ejus cecinit *Ludovicus Bsrily* Arelaten. ejusdem Instituti sac. Theol. Baccalaureus *exastichon*, quod extat in fine *Apologiæ* ejusdem editæ anno 1638. De eo Franchinus in Biblioso. num. 71., Oldoinus in Scriptor. Ligusticis, & Rossottus in Pedemontanis.

D C C C X L.

BONAVENTURA CREMONENSIS Amadeita cum aliis quatuor sociis, & discipulis B. Amadei Silvii Lusitani anno 1482. defuncti scripsit

Vitam, actaque B. Amadei sui Magistri, Congregationisque Amadeorum fundatoris, quam ms. e Conventu Pacis Mediolanensi accepit Waddingus; eamque e latino idiomate italice translatam vulgavit Bartholomæus Cimarella Chron. S. Franc. par. 4. lib. 3. cap. 1., & seqq., ut refert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1464. num. 30.

DCCCXLI.

D C C C C X L I. 386.

BONAVENTURA CURCUREUS = Dalmata Min. Conv. sac. Theol. Magister, & Ecclesiastes insignis, de quo scribit P. Rodulphius lib. 2. fol. 196., anno 1517. coram Leone X. Romæ habuisse *Orationem* pulcherrimam, qua eum ad arma contra Turcas *velut leo de tribu Juda* arripienda cohortatus est. Alias quoque *Orationes*, & *canciones* edidisse conjicimus, quæ perierunt.

Officium de S. P. Francisco incipiens: *Domine labia* &c. *Jesum Christum mortem passum venite adoremus: & Franciscum huic compassum devote collaudemus*: S. Bonaventuræ per errorem attributum legitur in libro gallico: *Le ncud salutaire de l'Hercule Chrestien* &c.: impresso Insulis in Belgio anno 1615. a *Jo: de Saffe Minorita* typis Petri de Rache in 12. De hoc Jo: a S. Anton. to. 1., sed tantum ex Waddingo.

D C C C C X L I I. 387.

BONAVENTURA DERNOY = Regul. Observ. Reform. Strict., & Casselati Guardianus, Magister Novitiorum, suæque provinciæ Minister rigidioris disciplinæ, & præcipue paupertatis zelator edidit gallice

Opuscula ascetica, quæ passim leguntur, inquit Aubertus Miræus de Script. Eccles. sec. 17. num. 224.

Recollectiones de B. Virgine gallice. Brugis an. 1637. in 8.

Domum Dei in 4. partes; &

Breviarium recollectionum pro singulis diebus anni in 4. partes.

Praxim reformationum.

Redde quod debes.

Cave pro Superioribus.

Magistri Novitiorum informationem, cum exercitiis candidatorum.

Concilium malignantium, sive dæmonum contra reformationem.

Apothecam eorum, qui deputati sunt consolationi infirmorum.

De tribus devotionibus B. Virginis.

Correctorem errantium, & deceptorum in fide.

Memoriam mirabilium Eucharisticarum.

Victorias divinæ bonitatis.

Correctorium Capitulum regulare summi Abbatis Dei.

Recessum solitarium cum exercitiis pro FF. Minoribus Recollectis.

Formulas reformationum.

Considerationes ad horas laicales super Pater noster.

Medullam Evangelii per Christum dictatam S. Francisco, & in sua Seraphica Regula moraliter expositam. Coloniæ an. 1734. (forsan leg. 1634.) in fol.; prodierunt & Antuerpiæ anno 1653. in fol. typis Petri Belleri illustrationibus locupletata a Fr. Henrico Jonghem ejusdem Instituti, & provinciæ cum ejusdem *Vita* Operi præfixa, & recensione Opusculorum apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 233.

Pie obiit an. 1653. septuagenario major feria 6. Parasceve, pluribus, vehementibusque doloribus probatus.

* BONAVENTURA ENGILBERTI = v. *Bonaventura ab Oldenzeel.*

D C C C C X L I I I.

BONAVENTURA GENUENSIS Drepanitanus Tertii Ord. Claustr. Theologiæ, sacrorumque Canonum peritus, Orator eximius, collapsam sui Ordinis disciplinam pristino statui, ac splendori restituit, mandatis obsequens Pompeji de Aragonia S. R. E. Card. Protectoris. Edidit

Compendium privilegiorum Tertii Ordinis B. Franc. Regul. Observ. Tolosæ an. 1607. in 8. typis Viduæ Joannis Colombieri.

Agunt de eo Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 23. num. 41., Vernon in Annal. 3. Ord. par. 1. art. 20., Gubernatis, aliique apud Mongitorem to. 2. Biblioth. Siculæ in Append. ad to. 1., & Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C C C X L I V. 388.

BONAVENTURA GONZAGA = e Comitibus, ut ferunt, Novellaræ Min. Conv. sac. Theol. Magister, & bonarum literarum cultor eximius, Cœnobii Regiensis alumnus, anno 1574. sui Ordinis a Secretis munus obivit, & exinde *Protonatarius Apostolicus* est declaratus, uti scribit Rodulphius autor coævus lib. 2. in Cust. Ferrarien., Conventuque Regiensi.

Sermones VII. *super* VII. *peccatis mortalibus* ad modum dialogi una cum expositione, seu

Paraphrasi lyrica carmine, atque prosa in septem psalmos pænitentiales cusi sunt Venetiis an. 1566. in 4. per Gabrielem Jolitum, iterumque prodierunt apud eumdem an. 1572. in Collectione *septem psalmorum Pænitentialium* diversorum illustrium virorum a Fr. Francisco Turchi Tarvisano Ord. Carmel. facta, ex Biblioth. Ital. pag. 111.

Vivæ flammæ Matris Virginis cum aliquibus contemplationibus super VII. *verba Mariæ Virginis.* Neapoli 1569., teste Marracio in Biblioth. Mariana apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 234., ubi cum errore duos veluti diversos recenset *Bonaventuram Gonzagam* Mantuanum, & *Bonaventuram Gonzagam* Regiensem; quando unus tantummodo fuit, ut ipsemet in indice alphabet., & chronol. AA. habet.

Psalmi David variis rhytmis, cantionibusque italice explicati cum argumentis D. Vincentio Gonzagæ dicati, vulgatique anno 1568. in 8.; ad quorum finem adjecit

Rhytmos spirituales cum versibus lyricis pro creatione Pii V.

Carmen lyricum italicum in assumptione *Fr. Felicis Peretti* ad sac. Purpuram tit. Card. SS. Apostolorum anno 1570. extat in 4. sine loco, & anno editionis Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.

Compendium doctrinæ christianæ, & claustralis, seu *Religiosi* lingua vernacula. Perusii anno 1575., teste Franchino in Bibliosoph. n. 73.

Comment. in Canticum B. V. Magnificat impressa sunt Parmæ an. 1585., ut est apud eumdem.

Monita pro vita monachali sermone italico capitibus 28. comprehensa; quibus adjunxit S. Hieronymi *Epistolam de Virginitate* ad Eustochium a se italice factam; nec non *Stadium cursoris V. P. Antonii Ulstii* Canonic. Regul. S. Aug. e latino in italicum a Ludovico Dulci conversum, sed ob ejus mortem imperfectum, quod supplevit, recognovit, & illustravit, vulgavitque Venetiis an. 1576. in 4. per Gabrielem Jolitum de Ferrariis.

D C C C C X L V.

BONAVENTURA HOCQUARDUS Strict. Observ. Reform. Genuæ alumnus, nepos insignis Theologi Fr. Theodori Hocquardi ejusdem Instituti, scripsit adversus recentiores Lutheranos Opus hoc titulo

Per-

Perspectivum in duas partes distributum, adeo ad praxim juxta eorum rudimenta, & ritus redactum, ut vim argumentorum minime refugere possint; propterea que illud adversarii dicteriis proscindunt, ex Didaco a Lequile apud Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C X L V I. 389.

BONAVENTURA HOSSÆUS = scripsit hibernice

Carmen valde luculentum, quo Ecclesiam Catholico-Romanam solam esse veram clare strictimque evincit; eoque Pseudo-Archiepiscopum Casselen. Magra... olim Minoritam) ad fidem catholicam revocavit circa annum 1620. ex Relatione *Fr. Bonaventura a Donnett* prov. Angliæ (verius Hiberniæ) alumni apud Jo: a S. Anton. tomo 1. qui perperam hunc in duos secat *Bonavent. Ossæum*, & *Bonavent. Hosium*; illum Hibernum, hunc Anglum extitisse, & utrumque *Catechismum Hibernicum* composuisse scribens; illum tamen ex Waddingo, hunc ex cit. Bonaventura Donnett.

D C C C X L V I I. 390.

BONAVENTURA JACSENIUS = vide appendicem Waddingi. Ejus Opus prodiit etiam Mediolani eodem anno, teste Dupino sec. 17.; de quo & Lequile apud Jo: a S. Antonio.

D C C C X L V I I I.

BONAVENTURA DE ISEO, quod est Insubriæ oppidum ad lacum olim Sebinum, nunc *Iseo*, in agro Brixiensi, de quo Salimbene Parmen. in Chron. ms. pag. 440., unus e sociis B. Joannis Parmensis, & ex antiquioribus Ordinis alumnis, quippe qui a tempore regiminis Fratris Heliæ Ministri Generalis in existimatione erat, vir magnæ prudentiæ, & *honestæ*, *ac sanctæ vitæ* Minister fuit provinciarum Provinciæ, Genuæ, Bononiæ, & Marchiæ Tarvisinæ. Fuerat & socius *Fr. Crescentii Æsini* Ministri Generalis, a quo missus est ad Concilium Gener. Lugdunense anno 1245., & ad Comitia Generalia anno 1247. Scripsit

Sermonum de festivitatibus, & de tempore (idest de Sanctis, & de diebus Dominicis totius anni) *magnum volumen*, inquit cit. Salimbene. Scripsit etiam

De naturis, & generationibus metallorum, seu Compostella: quæ vox abest a Glossario Fresnensi. Extat Opus ms. Florentiæ in Biblioth. Riccardiana sub L. 1. cod. chartac. in 4. num. 15.; & sub L. 111. cod. chart. in fol. num. 13. ex Indice dictæ Bibliothecæ pag. 79. Habetur etiam ms. antiquum in Bibliotheca nostri Conventus Civitatis Plebis in Tuscia in 8. magno tit. *Incipit liber Compostellæ, & multorum experimentorum ex dictis compositionis Fratris Bonaventura de Iseo Ordinis Fratrum Minorum, quem librum composuit Venetiis existens in Conventu S. Mariæ prope S. Thomam, ex una parte, S. Panthaleonem ex altera parte, & ex ultera parte Stenum; mutatus de illo Conventu in Conventu loci Vineæ* (locus *Vineæ* receptus fuit anno 1256.) *Et est liber artis Alchimiæ, & multarum bonarum medicinarum de aquis, pulveribus, & compositionibus multarum rerum: cujus capitula sunt multa, & cujus compositio dividitur in duas partes, videlicet in librum aquarum, & oleorum medicinarum magnæ virtutis pro primo libro; & in librum multarum rerum, spirituum, & metallorum, ac multorum experimentorum dictæ artis pro 2. libro; & quilibet liber habet suum proœmium, & suas tabulas rubricarum cum suo numero algorismi*. Post 5. circiter paginas ait autor, Opus ferre titulum *Compostella* a compositione rerum diversarum: exinde subdit.: *Ego quidem sum Bonaventura de Iseo Ordinis Minorum, fui amicus domesticus Fratris Alberti Theotonici, & Fratris Thomæ de Aquino Ordinis Prædicatorum, qui sic fuerunt probi viri, & magni compositores scriptura sapientia sapientum: nam Fr. Albertus in diebus vitæ suæ habuit gratiam a Domino Papa propter ejus famam sanctitatis, intellectus, prudentia, quod licite possit addiscere, & examinare, & scire, & probare omnes artes scientiarum boni, & mali laudando libros veritatis, & damnando libros falsitatis, & erroris: unde multum laboravit in complendo inceptos libros Aristotelis, & novas compilationes librorum fecit de multis artibus scientiarum, ut astrologia, geometria, nigromantia* &c. *Fr. vero Thomas multum laboravit in Theologia movendo mirabiliter novas, & magnas quæstiones cum argumentis, probationibus, & solutionibus divinæ legis* &c. *Nos vero aliquid fecimus ad honorem Dei, & pro anima nostra, & utilitate multorum, ad quos perveniet præsens liber, qui Compostella dicitur*.

D C C C X L I X.

BONAVENTURA MACHADO Lusitanus vernacule publicavit

Vitam B. Petri Diaz, & sociorum ejus. Barcinone an. 1632. in 4. ex Cardoso apud Nicolaum Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., & Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C C L. 391.

BONAVENTURA MALVASIA = a sac. Confessionibus Principis Ludovisii, reipsa cognomine *Boselli*, & Sextolæ in montibus Mutinensibus natus, sed Bononiensibus PP. aggregatus, nec non in nobilem *Malvasia* familiam cooptatus scripsit italice

Exequias in obitu Principis Michaelis Peretti. Romæ an. 1631. in 4. Latine vero

Nuncium veritatis Davidi Blondello Calviniano Catalaunensi missum. Ibidem an. 1635.

Opusculum ejus contra librum Ahmadi Zini Principis citatur a Marracio par. 2. prodromi ad refutationem Alcorani in præfatione ad Lectorem.

Vindicias veri Isidori pro Epistolis priscorum Pontificum a Clemente ad Siricium, & Gregorium adversus eumdem Blondellum to. 2. Romæ 1658. in 4. apud Mascardum.

Tractatum de plenitudine potestatis Romani Pontificis.

Catalogum hæresum, & hæreticorum. Romæ an. 1661. per eumdem.

Catalogum Conciliorum catholicorum, & eterodoxorum a Calvinianis, & Lutheranis celebratorum, quem citat, laudatque Philippus Labbeus in Bibliotheca Biblioth.

Responsionem apologeticam ad P. Ruberdernium Soc. Je., ex Theulo in Triumpho Seraph.

Varias, devotasque orationes ad B. Virginem Mariam, & S. Antonium Patavinum lingua vernacula; qua etiam edidit

Compendium historicum Basilica SS. Apostolorum de Urbe cusum Romæ an. 1665. in 8. per Ignatium

tium Lazari, ex Franchino in *Bonaventura Boselli* n. 66., ubi tradit, Conventui Romano SS. Apostolorum aggregatum fuisse, ibique obiisse an. 1666. kal. Augusti ætatis suæ 68.; de quo & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 227.

DCCCLI. 392.

BONAVENTURA MANENTI = a Gabbiano agri Brixiani oppido Cœnobii Tarvisini Min. Conv. alumnus sac. Theol. Doctor, & concionator illustris, in Patavino Gymnasio Theologiam publice ad annos 21. professus; suæ provinciæ Venetæ Minister cum extitisset, adversus hæret. pravit. Inquisitor Aquilejen. primùm, mox Ceneten. ab anno 1584. usque ad 1609. fuit; cujus multa cum laude meminit Antonius Riccobonus de Gymnasio Patavino lib. 2. cap. 24., & Franchinus pag. 34. 185. 314. 317., & 400., & Jo: a S. Anton. to. 1.

Commentaria, seu Reportata Petri Tatareti in 4. libros Senten., & Quodlibeta Scoti recognita, notisque illustrata, quorum tria priora nondum lucem aspexerant, edi curavit Venetiis an. 1583. in fol. typis HH. Simonis Galignani; & castigatiora etiam ibidem an. 1607. to. 4. in fol. per Evangelistam Deuchinum.

DCCCLII.

BONAVENTURA A S. MATTHÆO provinciæ Valentinæ Sanguinis Christi Capuccin. Theologus insignis, & Cæsareæ Catholicæque Majestatis concionator, suæ provinciæ Minister, & Definitor Generalis vernacule edidit

Orationem in exequiis Mariæ Austriacæ Imperatricis Viennæ habitam, ibique cusam anno 1646. in 4. typis Gregorii Gelbaar ex autore Biblioth. Valentinæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCCLIII.

BONAVENTURA A MERCATELLO diœcesis Urbaniæ, Sanctique Angeli in Vado in Ducatu Urbini Minorum Conventualium alumnus fuit a Secretis, literisque Marci Vigerii S. R. E. Card. Senogallien., & Julii Summi Pontificis Historiographus; quapropter circa annum 1513. scripsit ejusdem

Julii II. Chronicon Pontificatus; ex mss. Monum. Horatii Civallæ.

DCCCLIV.

BONAVENTURA MONCADA Hispanus prov. Valentinæ Capuccinorum Minister spectatæ virtutis scripsit

Sermones duos, alterum de B. *Theresia Virgine*, & alterum de B. *Isidoro Agricola*. Valentiæ an. 1623.; obiitque Murciæ an. 1627. ætatis suæ 46. ex Dionysio Genuen. apud autorem Biblioth. Valentinæ, & Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCCLV. 393.

BONAVENTURA A MONTEFLORIDO = de quo & Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

DCCCLVI.

BONAVENTURA A MONTEREGALI Capuccinus provinciæ Umbriæ Sanctique Francisci Minister, sæpe Visitator, demum Procurator Generalis sancte obiit Fulginei an. 1604., reliquitque mss.

Commentaria paraphrastica in psalmos: asservaturque autographum Fulginei in Bibliotheca sui Ordinis, teste Dionysio Genuen. apud Jacobum Le Long. pag. 644. Biblioth. sac., & Jo: a S. Anton. to. 1. De eo Boverius to. 2. Annal. Capuccinor. pag. 750. §. 59. to. 2.

DCCCLVII. 394.

BONAVENTURA MORONI = hujus Vitam descripsit Dominicus de Angelis in Vitis Literator. Salentinor., aitque, eum suæ provinciæ Custodem Theologum extitisse latina, græca, hebraicaque linguis edoctum; cum græcam Romæ legerit ad Aram Cæli; hebraica vero famosum quemdam Rabbinum ad Christi fidem perduxerit: in Lateranensi Basilica Pœnitentiarii munus exercuisse, ac verbi Dei clarum prædicatorem habitum fuisse: demumque suæ provinciæ Visitatorem constitutum in patria diem obiisse an. 1621. P. Mastrili Soc. J. funebri oratione cohonestatum; cum reliquisset

Exequiarium Christi cusum primo Mediolani an. 1612. ex Indice Biblioth. Barber.; postea Venetiis an. 1620. per Jo: Baptistam Combi. in 8., quæ editio extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci; mox ibidem an. 1622. 1625., & 1639., ex Actis Erudit. Ital. Venet.

Cataldiados Romæ per Jacobum Mascardi in 4.

Tragædiam S. Justinæ. Mediolani an. 1617., & Venetiis 1639.

Tragædiam S. Irenæ Licien. urbis Protectricis lingua vernacula. Neapoli 1618.

Rhytmos sacros. Neapoli primùm, postea & Venetiis an. 1621., & 1622. ex cit. Actis Erudit. Ital. Venet.

Carmina sacra super salutationem Angelicam, & super antiphonam Salve Regina. Venetiis an. 1622. in 12. per Sanctum Grillum, ex Marracio in Biblioth. Mariana apud Jo: a S. Anton. to. 1. Edidit &

Mirandum Panegyricum super linguam S. Cataldi, quæ adhuc in Sacrario Tarentinæ Metropolis integra fertur asservari, ex Didaco Lequile to. 2. Hierarch. Francisc. pag. 278., ubi ait, eum decessisse in patria sub Gregorio XV. magno omnium luctu, comparatque eum Tullio, Demostheni, & Hieronymo.

DCCCLVIII.

BONAVENTURA A MYRICA Belga Lovaniensis Regul. Observ., ut puto, scripsit

De Terra Sancta, sive Palæstina, teste Adrichomio in *Theatro Terræ Sanctæ* anno 1590. Coloniæ impresso apud Possevinum in Biblioth. selecta lib. 2., & in Apparatu ad omnium gentium Historiam sect. 6. cap. 20., qui & ejus meminit in Appar. sac. to. 1. v. *Christianus Adrichomius*. Hic porro Adrichomius Delfensis in Catalogo autorum, quibus usus est in suo componendo *Theatro Terræ Sanctæ* an. 1628. vulgato ait: *Descriptio Hierusalem, & sanctorum ejus locorum Bonaventura de Mirica Lovaniensis Minorita, qui ibi anno* 1538. 1539. *&* 1540. *continuo habitavit: & postea* 2. *&* 3. *eo profectus est; ex cujus etiam ore multa excepi*. De eo & Jo: a S. Anton. ex cit. Adrichomio.

DCCCLIX.

BONAVENTURA N., cujus Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci extant mss. in fol.

Lectiones in 3. Magistri Sentent. exc. Patris Bonaventuræ die 3. Novembris 1574.; expletæ vero anno 1575. Si conjecturis uti licet, suspicor, hunc esse *Bonaventuram Meldulensem*, qui cum esset Parmæ Studiorum Regens missus est ad Tridentinum Concilium, & Perusii Theologiam cum publice profiteretur, auditorem habuit Honuphrium Zarabinum sui ævi Theologum, & Ecclesiastem insignem, quemadmodum scripto prodit Carolus Si-

go.

gonius in Vita Honuphrii, ubi & *Bonaventuram* inter præclarissimos Theologos recenset. Si autem in 3. *Sentent. librum* scripsit expositionem, forsan & in reliquos, præsertim in priores.

Bonaventuræ Medulensis Conventus S. Laurentii Neapolis Baccalaurei *epigramma* doctum ad Fabium Arcellam Neapolitanum Episcopum, Sedisque Apostolicæ Nuncium in laudem libri Petri Pauli Caporellæ sui Regentis *de operibus infidelium, fideliumque in peccato manentium* anno 1542. vulgati legitur in principio ejusdem libri.

D C C C L X.

BONAVENTURA NEPOS Belga Regul. Observ. Metensis Cœnobii *Guardianus*, & suorum trans montes Generalis Commissarius edidit

Defensionem FF. Minorum de Observantia, quæ prodiit Parisiis an. 1517. in 8., uti scriptis testatur Aubertus Miræus de Scriptor. Eccles. sec. XVI. n. 24., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C C L X I. 395.

BONAVENTURA AB OLDENZEEL = Bonaventura *Engilberti* dicitur in Bulla Pauli III., qua is eum an. 1538. die 30. Octob. in Ebronen. Episcopum assumpsit apud Petrum de Alva & Astorga in Indic. Bullarii Seraph. sub anno 1537. n. 12.; de quo & Rodulphius lib. 2. fol. 234., Waddingus in Annal. Minor. ad eum annum, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 237., qui eum dicit Recollectum.

D C C C L X I I. 396.

BONAVENTURA OLGIATI = de quo & Marracius par. 1. Biblioth. Marianæ, & Jo: a S. Anton.

Vitam Merandi Martyris, al. Meinradi Eremitæ, e teutonico in italicum idioma translatam typis tradidit Mediolani anno 1605. in 4.; ut ex Ind. Biblioth. Barber.

D C C C L X I I I. 397.

BONAVENTURA PARAVICINUS = forsan patriâ Novocomensis; de quo Jo: a S. Anton. exscripsit Waddingum.

D C C C L X I V. 398.

BONAVENTURA PASSERUS = de cujus præfectura provinciarum *Bononiensis*, *Mediolanensis*, & *Coloniensis* Franchinus sæpe cit. n. 75. asserit, non constare: forsan Visitator fuit, & Commissarius, non Minister.

Sermones diversi prodierunt Neapoli *anno* 1603., ut dicit Jo: a S. Anton. to. 1. ex Nicolai Toppii Biblioth. Neapolit.; sed reapse prodierunt Neapoli an. 1605. in 4. per Tarquinium Longum. Sunt autem *septem conciones diversæ* italice, extantque Romæ apud nostros.

Pinacotheca selecta excusa est Romæ an. 1621. per Jacobum Mascardum in 4.

Sermo latissimus de Immacul. Conceptione Deiparæ Virginis editus Neapoli an. 1605. in 4.: forsan est inter supradictos *Sermones varios*.

Super Magnificat una cum *Officio gloriosæ Virginis Mariæ*; Romæ an. 1618. in 4. typis Jo: Baptistæ Valentini.

Stemma gentilitium pro Immaculata Virginis Conceptione. Ibidem an. 1623. in charta expansa, teste Petro de Alva col. 207. Militiæ univ.

De Seraphico P. N. Francisco scripsisse italico idiomate testantur Fabianus Justinianus in Indice univ., & P. Garcia to. 2. Concionatoris Evangelici; sed forsan inter supracit. *Sermones varios*.

Anno 1626. autor Portici prope Neapolim excessit. In laudem ipsius, ejusque Pinacotheca cecinit epigramma *Fr. Mauritius Cardinus* (leg. f. *Centinus*) ejusdem Instituti, quod legitur initio ejusdem Operis; quod notavit & Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C C L X V. 399.

BONAVENTURA PIUS = Umber eruditus vir, atque inprimis eloquens, sacri verbi declamator clarissimus existimatus; in disciplinis vero scholasticis *disputator adeo acer, ut non haberet æquales*, inquit Rodulphius autor suppar lib. 2. fol. 196., qui & asserit, in rebus gerendis facili, & prudenti cum ingenio fuisse: factus Episcopus Aquensis in Liguria anno 1549. novennio post dignitatem dimisit, eique ejus nepos successit; ipse vero paulo post obiit Eugubii apud suos humatus ex cit. Rodulphio. Interfuit Tridentino Concilio, atque unus e quatuor fuit, qui sess. 6. cap. 6. *decreto* de actibus justificationi in Sacramento recipiendæ prærequisitis aliquem *charitatis* actum eliciendum edixerunt; obtinueruntque, ut id adderetur decreto, teste Card. Pallavicino in Hist. Concil. Trident. lib. 4. cap. 6.

Epigramma ejus legitur in limine *Commentarii Joannis Vigerii* Genuen. in 1. libr. Senten. Scoti editi Venetiis an. 1527., cujus Operis ipse unus e censoribus fuit.

Conciones etiam, & *Sermones* composuit, quibus toti Italiæ notissimus fuit. *Costacciarens Generalis* adducitur a Paduano de Grassis in *Enchiridio scholastico* sol. 1. an. 1544. edito.

De eo agit Jacobillus in Scriptor. Umbriæ, & Ughellus in Ital. sac. to. 4., & autor Annal. Minor. to. 18. ad an. 1546. n. 27. & 67., atque alibi; & Jo: a S. Anton. to. 1., sed ex Waddingo. Franchinus in Bibliosophia num. 96. de *Constantio Sargellino* verba texens asserit, *Bonaventuram Pium* unum ex eloquentioribus sui temporis Oratoribus, & inter præcipuos illius ætatis Theologos; propter quas ejus dotes Rodulphius Pius Carpensis S. R. E. Card., & Ordinis Minorum Protector in *Piorum* familiam eumdem adoptavit, cognomenque suum ei concessit.

D C C C L X V I.

BONAVENTURA A PLAGIS Lusitanus prov. Discalceator. Matris Dei in India Orient. scripsit ante annum 1642.

Expositionem super Regulam Seraphicam, teste Fr. Hyacintho a Deo in lib. *Via Fratrum Minorum in vitam æternam* anno 1642. edito, ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 238.

D C C C L X V I I. 400.

BONAVENTURA RAPICCIA =

D C C C L X V I I I. 401.

BONAVENTURA REUL = Regul. Observ., de quo & Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

D C C C L X I X.

BONAVENTURA DE RHEGIO Calaber primò Conventualis, deinde Capuccinus provinciæ Marchiæ Vicarius fuit, & Generalis in Romana Curia Procurator, virtutibus, verbique Dei prædicatione clarus, per nobiliores Italiæ civitates multa instituit pia sodalitia, & devotionem orationis 40. horarum a Fr. *Josepho Fernensi* ejusdem Ordinis institutam propagavit. Obiit an. 1572., cum scripsisset

Tractatus plures Theologicos.

Vitam Ven. Fr. Bonaventuræ Rhegini Ord. Capuccinor. viri maximæ sanctitatis: &

Methodum celebrandi cum fructu orationem 40. horarum præsertim tempore Quadragesimæ: teste Paulo Gualterio in Hist. Calabriæ apud Dionysium Genuen., & Jo: a S. Anton. to. 1. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. die 7. Septemb.

D C C C L X X.

BONAVENTURA ROSA Cavensis in Principatu provinciæ Neapolit. Min. Conv. scripsit carmen italico idiomate hoc titulo:

Poema sacro del pensar bene cusum Neapoli an. 1609. in 8. per Jo: Dominicum Roncaliolum, ex Toppio apud Frauchinum in Bibliosoph. n. 77. Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 238. perperam hunc in duos dividit *Bonaventuram Rosa*, & *Bonaventuram de Rota*; primum *Conventualem* dicens ex Toppio; alterum *Regul. Observ.* ex cujusdam ms. relatione.

D C C C L X X I. 402.

BONAVENTURA A SALINIS = fuit & *Commissarius Generalis* sui Ordinis in provinciis Indiarum, seu Peruvii regni, ut habetur ex Historia Joannis de Palafox Episcopi Angelopolis, & Osmensis par. 4. in literis ejusdem Episcopi Hispaniarum Regi datis anno 1647.

Memoriale dedit ad Urbanum VIII. Limæ cusum anno 1630. in 4.; postea Matriti anno 1639. in 4. Edidit etiam

Panegyrim de laudibus S. P. Francisci. Limæ an. 1646. in 4.

Concionem in exequiis D. Balthasaris Caroli Austriaci Hispaniarum Principis. Mexici an. 1647. in 4.

De novis Missionibus Franciscanorum apud Sinas, & Tartaros an. 1649. in fol. hispano sermone incipiens: *Dan Marcos* ex Jo: a S. Anton. to. 3. in append.

Sermones varios, teste Fr. Didaco Corduba lib. 6. Chronicor. provinciæ Limensis XII. Apostolorum cap. 7. apud eumdem, qui to. 1. pag. 239. testatur

Cursum ejus *Philosophicum* memorari a Sanning.

Pro Immaculata Virginis Mariæ Conceptione aliqua scripsisse monet Petrus de Alva col. 208. Militiæ.

D C C C L X X I I.

BONAVENTURA SARNI a Guardia Perticaria diœces. Tricaricen. Min. Conv. sac. Theol. Magister, Philosophusque celeber, ac Orator illustris; discipulus enim fuerat Augustini. Cassandri celeberrimi concionatoris, de quo dictum est supra. Neapolitanæ provinciæ eligitur Minister anno 1627.; cumque in præcipuis Italiæ civitatibus munus sacræ prædicationis omnium applausu diu exercuisset, post annum 1653. vivere desiit; reliquitque, præter *varios sermones*, italice

Conciones Quadragesimales satis elaboratas; quarum in laudem prodiit Oratio, cui titulus *Harmonia* Doctoris Francisci Antonii Rocci Ernandea Academici Neapolitani impressa Neapoli an. 1635. in 4.; quo anno *Sarnus* ibi eas conciones habuerat. Hujus magna cum laude meminit Franchinus num. 78. in Bibliosoph., ubi ait, evulgasse

Sermones panegyricos Michaelis Angeli Catulani Ministri Generalis Neapoli anno 1651. in 4. apud Robertum Malium; & in fronte quorum leguntur hujus *Sarni versus italici* in laudem autoris anagrammatice. De eo Theulus in Triumpho Seraphico.

* BONAVENTURA SCHIERO, quem refert Jo: a S. Anton. ex Bibliographia Anisson, & Biblioth. Neapolit. vocabatur *Gregorius Scherius*, ut ibi ex eodem Jo: a S. Anton. to. 2.; nisi utrumque nomen tulerit.

D C C C L X X I I I. 403.

BONAVENTURA SECUSIUS = memoratur ingenti cum laude Oratoris a Julio Cæsare Capuccino in epistola, quam suæ *Conceptuum scripturalium sylvæ* præmisit an. 1594. Franciscus etiam Panigarola lib. 5. epist. Nuncio Hispano dat. an. 1593. eumdem commendat. Edidit quoque

Constitutiones Synodales Ecclesiæ Catanensis, quæ habentur in Regestis Curiæ illius Ecclesiæ, teste Grosso in Catena sacra pag. 278. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 230.

D C C C L X X I V.

BONAVENTURA SEVERIENSIS Polonus Theologiæ studiis commendatus, & morum integritate, pietatis, ac religionis cultu magnopere præstans edidit lingua polonica librum hoc titulo:

Vigintiquatuor horæ contemplativæ; ut refert autor æqualis Augustinus Superbus in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. fol. 26.; ubi & ait, vixisse anno 1630., quo ipse scribebat.

D C C C L X X V. 404.

BONAVENTURA SPECKAERT = nepos Auberti Miræi edidit etiam

Tractatum de passione Domini an. 1626., teste laudato Miræo de Scriptor. Eccles. sec. XVII. num. 244.

Speculum patientiæ Salvatoris nostri Jesu Christi prodiit Antuerpiæ apud Jo: Cnobaert in 8., ut habet Waddingus ipse in *Bonaventura Bruxellensi*; de quo eo Dupinus sec. XVII., ac Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 239. ex Waddingo, uti & Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccin.

D C C C L X X V I.

BONAVENTURA STABILIS Drepanensis provinciæ Siculæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & literis humanioribus, poesique ornatus edidit ante annum 1644.

David gesta heroico carmine decantata: ut est apud Philippum Caliolam autorem synchronum in manifest. provinciæ Siculæ 5. explor. 3. pag. 134., qui addit, eum & alia plura ingenii moliri monumenta.

Viridarium Seraphicum in odas partitum composuisse tradit Bonaventura Theulus in *Decachordo chorda* X.; ut mirer, ista non innotuisse Franchino. *Viridarium Seraphicum miscellaneorum divinæ agiographiæ* Panormi prodiit an. 1648. in 8. apud Petrum de Isola. Scripsit &

De opere sex dierum, de quo Jacobus Le Longus pag. 971. Biblioth. sac., & Mongitor to. 1. Biblioth. Siculæ apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 239.

Ejus *epigramma* legimus ante *Minoricam* Silvestri Bartolucci an. 1615. editam.*

D C C C L X X V I I. 405.

BONAVENTURA THAMAR = Jo: a S. Anton. nihil addidit Waddingo.

D C C C L X X V I I I. 406.

BONAVENTURA THEULUS = edidit ista hæc italico idiomate:

Theatrum Historiæ Veliternensis urbis, quod prodiit an. 1644. in 4.

Apparatum historicum Minoriticum provinciæ Romanæ Card. Ginetto dicatum. Velitris an. 1648. in 4. per Carolum Bilancioum. Ser-

Sermones sacros. Velitris an. 1651. in 8. ex Indice Biblioth. Barber.

Scotum moralem latino idiomate ad Michaelem Angelum Catalanum Generalem Ministrum. Venetiis an. 1652. in 8. typis Matthæi Leni; & inde an. 1661. typis Pauli Baleonii; tandemque an. 1705. ibidem pro Confessariis expositum.

Triumphum Seraphicum, Epitomen historicam Collegii S. Bonaventuræ in urbe Card. Pallotto dicatam. Velitris an. 1655. in 4. apud Laurentium Chellium ex Ind. Biblioth. Barberinæ to. 2. pag. 534.

Scotum scripturalem, idest collectionem locorum sacræ Scripturæ, quæ Scotus adduxit, vel explicavit in 4. Senten. libris, & Quodlibetis, Card. Ludovisio nuncupatum. Ibidem an. 1664. in 4. typis Francisci Moneta.

Decachordum Scotirum de Immaculata Conceptione B. Mariæ V. Opus posthumum ad Card. Rasponium. Ibidem an. 1674. in 4. per Gulielmum Casassium.

Diaphora Græcorum, idest differentiam dogmatum cum confutationibus &c.

Factus est an. 1655. Archiep. Myrensis die 29. Augusti ordinatus, & Vicarius Patriarchæ Cpolitani; cum jam fuisset Terræ Sanctæ Minister, & Socius, ac Assistens Ministri Generalis; de quo legi potest & Franchinus in Bibliosoph. num. 79., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 240. Obiit anno 1670. die 12. Novembris in patria; cujus Vitam descripsit Petrus Antonius Borgia edit. Vellitris an. 1714. in 8. typis Francisci Gasconi, qui ait, scripsisse etiam

Historicam notitiam Missionariorum; &
Natalem patriam Octaviani Augusti.

DCCCLXXIX.

BONAVENTURA TURRACCI Ferrariensis Min. Conv. Baccalaureus filius Ferrantis causarum patroni, bonarum literum studiis excultus, ac inprimis poesi deditus, Francisci Bernii Ferrariensis eo tempore celebris poetæ amicus fuit, extantque mss. eorum mutui *versus*; sed hujus *poesis* latinæ, & vulgaris specimen legimus in Operibus Augustini Superbi ejusdem Instituti in lucem editis, nimirum in *Apparatu illustri Viror. Ferrarien.*; *Decachordo spirituali*; & *Triumpho glorioso Viror. Venet.*, de quibus supra actum est. Idem Superbus in Historia ms. sui Conventus Ferrarien. eum commemorat; ac plurima scripsisse dicit soluta ligataque oratione, & amplius scripturum etiam, ni mala uteretur valetudine: obiit namque juvenis circa annum 1640.; ac de eo quoque mentionem egit Marius Crescimbeni de vulgari poesi; ultimusque fuit suæ familiæ.

* BONAVENTURA VARENA = v. *Bonagratia Varena*.

DCCCLXXX.

BONAVENTURA DE VENERE Theate natus an. 1557. ferme decennis eremiticam elegit vitam, & inde *Tertium S. Francisci Institutum* seculare amplexus est. Vir fuit magnæ eloquentiæ, pietatis, ac religionis, & in eremo de Saxo S. Francisci diœcesis Clusinæ in Hetruria, ubi 18. annos asperam duxit vitam, prophetiæ dono, ac extasi claruit; tandemque meritis, ac virtutibus onustus ad cœlum evolavit die 7. Maji an. 1627.; cum edidisset

Cantiones spirituales lingua vernacula; quæ post ejus obitum collectæ volum. 2. typis commissæ Romæ, dicatæque fuerunt Monialibus de Turri speculorum, uti scribit Toppius in Scriptor. regni Neapolit.

Repræsentationem spiritualem animæ, & corporis sub nomine *Peregrini Eremitæ* scripsisse etiam, refert P. Tartalea Soc. J. in ejus *Vita*, quam evulgavit; ejusdemque *Vitam* composuit & Fabianus Mancini Castilioncelli Parochus, teste Franchino in Biblios. num 80.

DCCCLXXXI

BONAVENTURA VERACRUX ab Aquaviva provinciæ S. Nicolai, sive Apuliæ, Minister Regul. Observ. an 1641. electus, mox & Definitor Generalis, composuit stylo tragico, italicoque versu

Triumphum B. M. Virginis Card. Barberino dicatum. Lecii an. 1642. in 8. typis Petri Michaelis.

Triplicem octavam SS. Sacramenti Eucharistiæ 72. *sermonibus* italice ex Bonaventura a Fasano apud Toppium in Biblioth. Neapol.; ubi & epitaphium ei post mortem positum refert; prodiitque an. 1653. post autoris mortem, quæ evenit anno anteriori 1652. in patria sua. De eo & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 240.

DCCCLXXXII. 407.

BONAVENTURA DE VINCENTIA = collegit etiam

Privilegia apostolica FF. Tertii Ordinis S. Franc. de Pœnitentia Regul. Observ. Congreg. Lombardiæ; eodemque anno 15. . . curavit imprimi Venetiis typis Aldinis in 4., teste Francisco Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 38., qui & cap. 13. n. 34, & 39. dicit, eum sac. Theol. Magistrum egregium bis ad summam sui Ordinis præfecturam assumptum ann. 1546., & 1558., atque in fine sui ministerii decessisse anno 1561. Citat hæc *Privilegia* Petrus de Alva pag. 1., & 17. Apparatus ad Indiculum Bullarii Seraphici.

Decreta pro Congregatione Longobarda supradicta cusa sunt an. 1551. Venetiis in 4., ex Biblioh. Telleriana fol. 182. De eo in Annal. Min. to. 17. ad an. 1546. n. 138. Joannes vero a S. Anton. agit ex Waddingo.

DCCCLXXXIII.

BONAVENTURA ZAMPIZONUS Parmensis Capuccinus, concionator, & Novitiorum Magister edidit vernacule

Librum de conversione, & pœnitentia David Regis, & Prophetæ. Mutinæ 1647. in 4. apud Bartholomæum Solianum.

Considerationes 135. *ex sacris literis collectas*. Parmæ an. 1650. in 4. apud Marium Vignam.

Historiam de vita, & gestis SS. Virginum, & Martyrum Catharinæ, Cæciliæ, & Margaritæ. iisdem typis in 4.

Obiit in patria an. 1658. ætatis suæ 72. non sine sanctitatis opinione, ex autore Bibliothecæ Capuccinor., & Dupino in Supplem. to. 3. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

408.

BONETUS N. = ita quidem Rodulphius lib. 3., quem secuti sunt alii, qui post eum scripserunt; sed est *Nicolaus Bonetus*, de quo suo loco: cum enim *Bonetum* a Scriptoribus citari compererit Rodulphius, nomen existimavit, cum sit agnomen. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 241. secutus est aliorum errorem.

D C C C C L X X X I V. 409.

BONIFACIUS BONIBELLUS = a Sabio vico in agro Brixiensi. In 4. parte Chronicor. S. Franc. a Baretio Venetiis an. 1606. editorum lib. 10. multa leguntur excerpta ab hujus *Chronicis* laudatis ab Arturo ad diem 16. Januarii §. 4. al. 6.

Vita Ven. Viri Angeli del Pas habetur vulgata in 4. parte Chronic. loco cit. a cap. 16. usque ad 54. De ea Cozzandus par. 2. cap. 238. Biblioth. Brixien., & Coronellus Biblioth. univ. to. 6. n. 1778., & ex his Jo: a S. Anton. to. 1., qui corrupte vocat *Bonicellum*.

D C C C C L X X X V. 410.

BONIFACIUS DE CEVA = *Bonifacius de Ceva Ordinis Minorum Obedientiæ, & Observantiæ regularis provinciæ Franciæ Minister* dicitur in Firmamento trium Ordinum tract. 2. par. 2. fol. 71. edit. Venet. in recognitione privilegiorum Ordinis Minorum facta anno 1507. ab Antonio de Monte Archiep. Sipontino, & Cameræ Apost. Auditore; idque quia Reformationem, quam inchoavit, *Conventualium* Ministris subesse voluit; propter quod male audit apud Marcum Ulyssiponensem Chron. S. Franc. par. 3. lib. 8. cap. 34.; & cum Fratres Hispani *Regul. Observantiæ* emisissent *Monumenta Ordinis Minorum*, & *Speculum Minorum*; ipse etiam una cum *Claudio Hugonis*, de quo infra, edidit

Firmamenta trium Ordinum in quinque partes distributa, quorum anno 1511. die 18. m. Octobris Lucæ finita est 4. pars, ut in fine dictæ partis legitur; vulgavitque Parisiis anno 1512. m. Januar. in 4., teste etiam cit. Marco Ulyssiponensi, qui & lib. 1. cap. 10. jam scripserat, *Firmamenta trium Ordinum* in Gallia fuisse edita; & Possevinus in Appar. sac. to. 1. v. *Franciscanorum* dicit cusum Parisiis per Jo: Parvum, & socios scilicet Franciscum Regnault, & Jo: Frellon anno 1512. Operis, & autoris laudes cecinit *Fr. Honoratus Thomucius* Minorita Gallus carmine elegiaco, quod initio Operis legitur.

In prima parte extat *Nicolai Lyrani Contemplatio de B. Francisco*, & *epitaphium ejusdem Lyrani*, atque *Alexandri de Ales*; duæ *S. Francisci Regulæ*, & *testamentum*, & quædam *Opuscula*; *epistolæ* nonnullorum primorum Ministrorum Ordinis Generalium; *Memoriale Ordinis* in aliquibus ampliatum, & imminutum; *tractatulus de illustrioribus viris, & fœminis* trium Ordinum S. Francisci.

In 2. parte extant *privilegia* principalia; *summarium privilegiorum*, & *concessionum* etiam vivæ vocis oraculo, & *indulgentiarum* cum declaratione.

In 3. parte sunt Julii II. *Statuta moderna generalia*, — *papalia* cum declarationibus dubiorum &c.; *Ordinationes* divini *Officii*, & *Missæ* renovatæ, & ampliatæ; *Ordinationes* Ministri provinciæ Franciæ, cui ipse autor præerat; & *Literarum formulæ*.

In 4. Operis parte habentur *Regulæ Minorum antiquæ Declarationes* Gregorii IX., Innocentii IV., Gregorii X., Nicolai III., Clementis V., & Joannis XXIII.; *Constitutiones* Martini V.; *Expositio* 4. Magistrorum, S. Bonaventuræ, Fr. Hugonis, Bartholomæi de Pisis, quorumdam Patrum, & Fr. Nicolai Minoritæ cum *epistola* S. Bernardini; Gondisalvi Ministri *de præceptis*; S. Bernardini *tractatus*, & *dialogus* de obedientia FF. Minorum; *recollectiones de obedientia* eorumdem; *declaratio* Jo: Peckan super Regulam Minorum; de *studiis*, & *studentibus* tractatus duo; disputatio Fr. Hugonis inter *zelatorem paupertatis*, & *inimicum*; Anonymi *declaratio paupertatis evangelicæ Regulæ* FF. Minorum; tractatus Petri Aureoli *de paupere usu*; tractatus Joannis Perrini *de dispensatione* super Regula FF. Minorum, cum *Defensorio* dicti tractatus; epistola S. Bonaventuræ *ad Magistrum innominatum* cum ejusdem *quæstionibus* in Regulam; *Defensorium* Gulielmi Ocham; *Defensorium Regularis Observantiæ moderaæ* contra quosdam deviantes cum *additionibus*; *Resolutio* S. Bernardini *de proprietate*; ejusque *epistola* super dubiis Regulæ; *Sententia* Capituli Generalis Perusii in quæstione de paupertate Christi, & Apostolorum; ex Serena conscientia, Petro Joanne, & Bartholo *Decisiones quorumdam casuum dubiorum* in Regula; *Carmen* elegans ad patientem Salvatorem Christum incipiens:

„ Ecce homo, cui spinis cinctum caput un-
„ dique cæso
„ Corpore, sanguineum cui stillant ulcera
„ rorem.

In 5. parte extant *Regulæ* tres *S. Claræ* cum declarationibus; & *Regula* cum declarationibus, & privilegiis *Tertii Ordinis* S. Franc. Hoc autem Opus in multis variat, diversumque est ab alio, quod *Speculum Minorum*, sive *Firmamentum trium Ordinum* inscriptum a FF. Regul. Observ. Coletan. vulgatum est Venetiis an. 1513. in 4. per Lazarum Soardum in tres partes divisum; atque hoc *Speculum* magis ad *Monumenta* accedit, quam ad *Firmamenta*. V. *Claudius Hugonis*.

Articuli Ministri provinciæ Franciæ (Bonifacii de Ceva), & *Vicarii ejusdem provinciæ Regul. Observ.* super pace, & unione Fratrum Minorum; una cum

Epistola Fr. Petri Chambonis habentur in fine *Firmamentor.* Bibliothecæ nostræ Florent., & Romanæ.

Quadragesimalium Sermonum volumen prodiit Parisiis an. 1510., teste ipsomet Waddingo infra in *Bonifacio Gallo*, qui idem est.

Sermones quadragesimales, & viaticas Excursiones editas Parisiis an. 1515. in 4. prodidit Miræus de Script. Eccles. sec. XVI. n. 24., & Jo: a S. Anton. to. 1. Alii dicunt *Quadragesim.*, & *Sermones* prodiisse Parisiis an. 1517.; sed est forsan 2. editio.

Adventuale, seu *conciones tempore Adventus Domini* habitæ cusæ sunt Parisiis an. 1512. & 1518. in 4., teste Petro de Alva col. 209. Militiæ univ.

In *Epitaphio* a Waddingo, & Jo: a S. Anton. relato ex Rodulphio lib. 3. corrigendus est annus ejus mortis M. D. VII. in M. D. XVII.; cum idem Rodulphius tradat ex diplomatibus constare, eum Franciæ provinciam rexisse ab an. 1507. usque ad annum 1510. De eo Paulus Britius Episcopus Albensis lib. 3. de Scriptoribus Subalpinæ provinciæ; & Blasius de Varda in epist. præfixa Quadragesimali; atque ex his Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C C C L X X X V I. 411.

BONIFACIUS FAUSTUS = Min. Conv. sac. Theol. Magister, discipulus Augustini Cassandri suo tempore concionatorum coryphæi, & præcipua suæ Religionis gymnasia moderatus est, & primarias Italiæ civitates concionibus illustravit. A Paulo V. ad Galliarum Regem ablegatus est; & ab Urbano VIII. ad Urbini Ducem; cumque Asisium se contulisset quadragesimales habiturus conciones, plus laboribus, quam ætate confectus in die Para-

sceves, seu Veneris sancti e vivis excessit an. 1628., ex Aug. Superbo in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. fol. 28., & Theulo in Triumpho Seraph., ætatis suæ anno 52. Comes Thesaurus in Telescopio Aristotelico tract. de *Concept. prædicab.* eum e quatuor præcipuis sui ævi concionatoribus Italiæ unum dicit; uti & Mauritius Gregorj Ord. Præd. in suo prædicatorum ductore tract. 5. Alia legi possunt apud Franchinum in Bibliosoph. n. 81., ex quo, nec non ex dictis elicitur, composuisse eum

Quadragesimales conciones, quibus adeo inclaruit; sed morte præventum vulgare nequivisse; quasque anno 1611 habuit Bononiæ in celeberrima S. Petronii Æde, ex illius Basilicæ monumentis.

Concio, seu Sermo panegyricus in laudem B. Ignatii Lojolæ an. 1611. Bononiæ habitus in Æde Soc. J. vulgatus est eodem anno ibidem typis Bartholomæi Cochi in 4. per D. Sinibaldum Blondi Collegii Nobilium Soc. Jesu Rectorem. Jo: a S. Anton. exscripsit Waddingum.

412.

BONIFACIUS GALLUS = idem est atque *Bonifacius de Ceva* proxime recitatus, dictus autem est *Gallus*, quia & in Gallia Ordinem S. Francisci ingressus est, & ibi vitam duxit, fuitque Reformator, & Minister provinciæ Franciæ, & S. Bonaventuræ; non S. Bernardini, quæ tunc ibi non erat. Waddingus accepit a Gonzaga, & Possevino, & ex bis Jo: a Anton. to. 1.

D C C C L X X X V I I. 413.

BONIFACIUS STEPHANUS = Regul. Observ. an. 1564. assumptus est Episcopus Stagnensis in Dalmatia, cum Tridentino Concilio interfuisset, ibique anno 1562. die 23. Augusti Dominica 14. post Pentecosten *Orationem* habuisset cusam cum aliis Lovanii an. 1567. Memorat hunc Radzivilius Polonus in sua Hierosolymitana peregrinatione epist. 2.; nec non Quaresmius to. 1. Hist. Terræ Sanctæ, & Lassor pag. 298. univ. terr. Orbis; atque ex bis Jo: a S. Anton. to. 1.

* BONITIUS, quem hoc loco recenset Jo: a S. Anton. pag. 242. ex Arturo §. 101. in addit. ad m. Decemb., & Gonzaga, fuit S. P. Francisci socius, & amanuensis, non scriptor, qui in Monte Palumbo dictante S. Francisco exaravit *Regulam Fratrum Minorum*, non *Legendam* S. Francisci, quæ nullibi invenitur.

D C C C L X X X V I I I. 414.

BONITUS COMBASSONIUS = nomen confictum, & nequaquam Conventualis, sed alterius Congregationis Franciscanæ tunc in Conventuales insurgentis; cujus liber in italicum sermonem conversus a quodam *Hieronymo Gianoli* Vicario Generali impressus est Bononiæ an. 1642. in 8. per Nicolaum Tibaldinum, dicatusque Hieronymo Locatello data epistola ab *Episcopatu Gerapetiæ in Candia* 1. Julii 1641.; omnia conficte, cum dicendum esset *Hierapetræ*: & cum referat libri approbationem Friburgi factam an. 1628. 3. Febr. a quatuor Magistris sac. Theol. Conventualibus; illam omittit Provincialis, aut Generalis Ministri, quæ necessaria erat. Deinde cum totus sit autor in encomiis Congregationis *Capuccinorum*; cumque quædam adversus *Conventuales* effutiat, suadeatque, ut unio fiat totius Ordinis sub Regulâ *Capuccinorum*; elucet, nomen supposititium esse. Quocirca in Bibliotheca Barberina juxta ejus Indicem to. 1. extat ejus.

Tractatulus de statu Ordinis Minorum Capuccinorum ad Epistolam Urbani VIII. Coloniæ 1640. in 12., qui est idem ac

Vera, & dilucida explicatio præsentis status totius Seraphicæ Religionis Fratrum Minorum, quæ prodiit iterum Coloniæ an. 1641. hoc titulo; & quæ anno 1658. die 10. Junii proscripta fuit ex decr. sac. Congr. Indicis libror. prohibit. De eo Franchinus n. 82. v. *Antonius Renteolis* supra.

D C C C L X X X I X.

BOSIUS, ut videtur, missioni evangelicæ addictus anno 1381. transtulit

Missale Romanum in armenicam linguam, quod ms. servatur Parisiis Regia in Bibliotheca inter codd. mss. armenos n. 1. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1017.

* BOUCHER, cujus nomen hoc loco ignoravit Jo: a S. Anton., vocabatur *Ioannes*, de quo infra.

415.

BRIDUS N. = nomen corruptum apud Rodulphium lib. 3., a quo alii acceperunt; sed est *Bindus Senensis*, de quo actum est. Citatur a P. Vincentio Bandello tract. de Concept. V. M. cap. 24. fol. 48.

416.

BRINKELEYUS BRINCHIUS = idem est ac *Gualterus Brinkelejus*, de quo infra suo loco. Possevinus enim, vel Willotus, quos sequitur Waddingus, cum hujus autoris nomen ignoraret, bis illius mentionem egit modo *Brinkium*, modo *Brinkelejum* appellando; eosque in unum coegit Waddingus, huncque secutus Jo: a S. Anton. to. 1.

D C C C X C.

BRITIUS A RUBROMONTE Gallus provinciæ Parisien. Capuccinus valde pius, abstinentia, & carnis maceratione singularis; erga vero sanctam crucem Christi ita affectus devotione, ut de cruce omnia sua texeret eloquia, & scripta; propter quod composuit

Opusculum ad modum meditationum de mysteriis, & virtutibus crucis D. N. Iesu Christi, teste autore Biblioth. Scriptor. Capuccinor., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1., apud quos & dicitur obiisse Parisiis an. 1627.

417.

BRITO Regul. Observ. = *Gulielmus Brito* vocabatur, ut infra docet ipsemet Waddingus; qui, eumque secutus Jo: a S. Anton., cum tradat obiisse an. 1356., nequit asseri *Regular. Observ.*, quæ tantum anno 1368. initium habuit, ex eodem Waddingo in Annal. Min. ad eum annum. Joannes autem a S. Anton. to. 3. in Append. addit, utriusque *Operis* codicem membran. in fol. asservari Toleti in Biblioth. Conventus S. Jo: Regum sub GG. n. 2. & 7.

D C C C X C I.

BRUNO CHASSAINGUS Recollectus, provinciæ Aquitaniæ Immacul. Conceptionis Minister, Lector emeritus, & sub Gregorio XV., ac Urbano VIII. in Basilica Lateranen. Pœnitentiarius scripsit

De privilegiis Regularium Opus bipartitum primò Burdigalæ impressum an. 1645. in 4., annoque 1651. parabat recudere Syracusis, unde prodiit Parisiis an. 1652. al. 1654. in fol. apud Edmundum Couterot; postea Venetiis an. 1658. in 4., vocaturque editio 4. correcta, & aucta typis Francisci Storti; denique recusum est Coloniæ an. 1671. in 4. typis m. Andreæ Brugiotti: prohibetur tamen

ex

ex decreto sac. Congr. Indicis 4. Junii anni 1661. Ejus etiam est

Franciscanus redivivus Regulæ Minorum, quam Christo dictante considerat interpres, cum quibusdam super eam adhibitis quæstionibus. Parisiis an. 1652. in 8. apud Edmundum Couterot.

Opus de regimine Prælati Regularis. Burdigalæ an. 1654. in fol. per Jacobum Mongironum ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 244.

DCCCXCII. 418.

BRUNUS WIBOT = Regul. Observ. videtur scripsisse ineunte seculo XVII.; de quo Jo: a S. Antonio to. 1. exscripsit Waddingum.

C

DCCCXCIII.

CÆCILIA COPULA, vel Coppola Perusina Monasterii Fulginatis S. Luciæ Clarissa latinis, græcisque literis instructa

Historiam Monialium Clarissarum prædicti Monasterii a V. Alexandrina Sulmonensi ejusdem loci Moniali, suaque magistra inchoatam una cum aliis continuavit usque ad annum 1500., quo die 2. Januarii vivere desiit: de qua Waddingus ad an. 1425. n. 31., Haroldus ad an. 1454. n. 4., Benedictus Mazaara, & Petrus Venetus agunt; ejusque *Vitam* hispanice descripsit Fr. Eusebius Gonzalez to: 7. Chron. Ordinis lib. 4. cap. 27. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 248.

DCCCXCIV.

CÆCILIA MESSANENSIS Ord. S. Claræ in Monasterio Montis Virginum discipula B. Eustochiæ ejusdem Monasterii Abbatissæ scripsit italice circa annum 1490.

Vitam B. Eustochiæ Abbatissæ Monasterii Montis Virginum Messanen., quæ ms. asservatur in eodem Monasterio; ex qua ejusdem Beatæ *Vitam* concinnavit, ac edidit Franciscus Maurolicus, eamque legere est apud Octavium Cajetanum in to. 2. Sanctorum Siculorum, qui in animadvers. ad eamdem to. 2., ut & Placidus Sanperius in Iconolog. lib. 3. cap. 8., meminerunt hujus Virginis Cæciliæ, ejusque laboris; a quibus Mongitor accepit to. 2. in append. ad to. 1. Bibliothecæ Siculæ, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

DCCCXCV.

CÆCILIA DE NOBILIBUS Nuceriæ in Umbria nata S. Claræ Institutum professa est, tantumque pietate, doctrina, omnique genere virtutum profecit, ut non sine opinione sanctitatis ex hac vita migraverit die 24. Julii an. 1655. ætatis anno 25., 9. Religionis; ejusque gesta contexuerit Michael Angelus Nucerinus ejus Confessarius Oratorii Presbyter vulgata Romæ anno 1660.; de qua & Dominicus Bernini in Vita B. Joseph a Cupertino cap. 20. pag. 151. Scripsit autem piissima Virgo obedientiæ vi compulsa sermone italico

Practicum utilissimam finis, intentionis, ac desiderii omnium actionum, seu de finibus, intentionibus, & desideriis, quæ quibuscumque in actionibus haberi possunt, Romæ impressam an. 1660. cum ejus Vita in 8., & postea Arimini, & Maceratæ. Tractat de hac ipsa, sed breviter, Franchinus n. 88. Bibliosoph., & Petrus Anton. Venetus to. 2. par. 5. Horti, al. Viridarii Seraph. Post obitum in corpore ejus jussu Nuceriensis Episcopi aperto inventæ sunt binæ *sagittæ* triangulari forma; in corde vero bina flagella carnea raro artificio retorta.

DCCCXCVI. 419.

CŒLESTINUS BERGOMAS = ex generosa, vetustaque *Coleonorum* prosapia scripsit italice

Tractatum de vero, & legitimo S. Gruta Virginis matrimonio. Bergomi 1618. in 8.

Vitam SS. MM. Firmi, & Rustici excusam Bergomi an. 1606. per Valerium Venturam; sed 1618. in 8. apud Fontanam ait autor Biblioth. Capuccinor.

Brevem narrationem B. Virginis Gratiarum Andesini oppidi. ibidem an. 1617. in 8.

Historiam quadripartitam urbis Bergomensis, cujus pars 1. impressa est Bergomi an. 1618. per Valerium Venturam; pars 2. Brixiæ an. 1618. per Paulum Ricciardi; pars 3. & 4. mss.; vel *pars* 1. & 2. impressæ fuerunt Brixiæ apud Sabios an. 1618. in 4.; *pars* 3., & 4. Bergomi an. 1619. in 4. apud Valerium Venturam.

Vitam S. Patritii Scotorum splendoris, Apostoli, & primi Hiberniæ Archiepiscopi cum 31. *monitis*. Brixiæ an. 1622. per Bartholomæum Fontanam ex Scena liter. Scriptor. Bergom. Donati Calvi par. 2.; vel an. 1617. in 8. ex Biblioth. Capuccinor.

Narrationem adventus Capuccinorum in urbem Bergomensem, Cœnobiorum pro eisdem a Bergomensibus erectorum, & de origine, & habitu eorumdem. Bergomi an. 1622. in 12. apud Bartholomæum Fontanam.

Annotationes super compendium privilegiorum FF. Minorum a P. Hieronymo Sorbo elaboratum:

De hoc Marracius in Append. ad Bibliothecam Marianam, Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccinor., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 272. & 273.

DCCCXCVII. 420.

CŒLESTINUS A MONTE MAUSANÆ = ejus est &

Clavis David Scripturæ sacræ &c. Burdigalæ an. 1650. in fol. typis Bergenanis ex append. Waddingi; postea Lugduni an. 1659. in fol. per Philippum Borde.

ProsopoChronica sacræ Scripturæ cusa Parisiis typis Dionysii Thierri in fol. Edidit etiam

Speculum sine macula, in quo Ecclesiæ facies in triplici statu naturæ, legis, & gratiæ exhibetur. Lugduni an. 1651.

Opus, in quo pro integro cursu Theologiæ electissima D. Thomæ, & S. Bonaventuræ sacra doctrina in catenam redacta continetur: ubi videtur discors, ad concordiam pro viribus revocatur; & novæ quæstiones novissimis seculis suscitatæ practicantur. tomis 2. in fol.

Enchiridion brevissimum Theologiæ mysticæ stylo gallico confectum, ut & illiteratis sit usui.

Industria, ac familiaris controversiarum analysis ex propriis hæreticorum petita principiis; ut sic perduellis suomet pugione pereat Holofernes; eoque, quo accinctus est, gladio spurius Goliath obtruncetur: idiomate etiam gallico.

Obiit vir cl. in Cœnobio Tolosano an. 1659. ætatis suæ 63. ex autore Bibliothecæ Capuccinor. apud Jo: a S. Anton. to. 1.; de eoque cum laude meminit & Fr. Petrus de Angelis Carmelita Discalceatus.

DCCCXCVIII.

DCCCXCVIII.

CÆLESTINUS NIORTENSIS Gallus provinciæ Turonen. Min. Capuccin. concionator in polemica Theologia per diuturnam temporis exercitationem versatus, quippe qui toto 40. annorum cursu sæpissime hæreticos, & eorum ministros cum in privatis colloquiis, tum in publicis disputationibus acriter pro sua doctrina, & eruditione confutaverit; & in solemnibus eorum comitiis, quæ ipsi *Synodos* appellant, & quotannis celebrant, libello typis edito pseudoministrorum turbam ad certamen de rebus fidei provocavit.

Libelli, qui ad triginta, & amplius ascendere dicantur, impressi sunt non *Patavii*, ut habet Jo: a S. Antonio, sed *Pictavii* partim apud Jo: Fleuriau, & partim apud Amassard, teste Fr. Dionysio Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin. appendice.

DCCCXCIX.

CÆLESTINUS DE QUIMERCH Gallus provinciæ Britanniæ Capuccinor. alumnus, concionator doctrina, ac morum gravitate spectabilis scripsit *Opuscula duo* vulgari, gallicove idiomate hoc titulo:

Hora, dies, hebdomada, annus, ac tota vita secularis viri Religiosi; &

Collyrium regale; teste autore cit. Biblioth. Scriptor. Capuccin. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 274.; sed quando, non edisserunt.

C M. 421.

CÆLESTINUS SUESSIONENSIS = edidit etiam

Decisiones casuum conscientiæ, ut scripto tradidit Franciscus Bordonus in Chronologio Tertii Ordinis S. Francisci cap. 32. n. 66., qui & cap. 38. de eo agit.

Hujus *Compendium theologicum morale* in varios tractatus divisum sæpe citat Fr. Hieronymus Garcia Hieronymianus Hispanus to. 1. suæ *Lautitiæ Ecclesiasticæ* tract. 4. par. 2., & in prævio autorum indice ab eo dicitur *Calestinus Franciscanus Discalceatus*: quæ verba erroris fuerunt causa Fr. Joanni a S. Anton. to. 1. pag. 274., ut cum crederit sui Instituti Discalceat. Hispan.; non enim Garcia *Calestinum Minoritam* ait, sed *Franciscanum*, quo nomine veniunt & Fratres Tertii Ordinis. De hoc idem Jo: a S. Anton. loco cit. agit sub nomine *Calestini* N., qui idem est, ac iste *Suessionensis*.

C M I. 422.

CÆSAR LANZA = memorat hunc Rodulphius; & post eum alii; sed quo tempore vixerit, cujusve Congregationis extiterit, non produnt. *Cæsar* igitur *Lanza* unus est ex interlocutoribus in dialogo *Bonaventuræ Gonzagæ* septem sermonum super 7. psalmos pœnitentiales Venetiis edito anno 1566. Sed ibi dictus Cæsar videtur secularis, non ullius Instituti Regularis; nisi sit alius. Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 248. de ipso egit ex Waddingo.

C M I I. 423.

CÆSAR LIPPUS = a Mordano agri Imolensis oppido Cœnobii Imolensis Minorum Conventual. alumnus, sac. Theol. Doctor fuit summus dicendi tam prosa, quam versu latine, vulgariterque artifex, & in gravioribus disciplinis nemini secundus; in Patavino Gymnasio publice primùm Metaphysicam anno 1596., deinde Theologiam anno 1603. docuit. Anno 1606. Episcopus Cavensis constitutus est; ubi anno 1622. e vivis excessit; ut est apud Ughellum tomo 1. Italiæ sac. Scripsit autem fusissimam.

Orationem de divinis prodigiis, magnitudinibus, ac perfectionibus hetrusca lingua an. 1593. Romæ in Comitiis Gener. habitam, eodemque anno Veronæ impressam a Hieronymo Discipulo in 4.; postea Bononiæ anno 1638. in 8. typis Nicolai Tebaldini.

Conciones Quadragesimales eadem lingua, quarum primam partem ipsemet commemorat in literis superiori Orationi præfixis.

Metaphysicalium quæstionum tomos 2. mss.

In 4. Sentent. libros tomos 4. mss. ex Franchino Bibliosoph. n. 89.

Augustinus Superbus Ferrarien. in suo ms. *Catalogo* Scriptorum Ord. Min. fatetur, se Patavii eum habuisse præceptorem; ibique evulgasse libellum

De perfectione, & laudibus B. Virginis, & *conciones varias*; ac vidisse etiam ejus

Commentarias super formalitates Scoti:

Tractatum de futuris contingentibus, & de prædestinatione:

Commentarios super universam Logicam:

Conciones de Tempore, & Sermones: nec non

Commentarium in Epistolam D. Pauli ad Romanos.

Hujus latini sermonis elegantiam exhibent ejus *Theoremata* 250. *theologica*, & *philosophica* publice Veronæ disputata an. 1592. die 24. Maji in festo SS. Trinitatis, dum ibi Regentis munus obibat; ibique impressa per Sebastianum a Donatis in 4. Quare non immerito Lazarus Cardona Siculus J. V. D. cecinit:

„ Dum canis historias, vatumque poemata
„ narras;
„ Facundus verbis numina cuncta moves.

De eo Jo: a S. Anton. agit tantum ex Waddingo.

C M I I I.

CÆSARIUS SPIRENSIS initio Religionis Franciscanæ satis notus ob pietatem, & ob sectam *Cæsareanorum* ab eo nominatam, de qua in Annalibus Minorum abunde tractatur, exposuit *Regulam S. P. Francisci* ex libris evangelicis e regione uniuscujusque periodi ad præceptum Institutoris, teste Waddingo ad an. 1223. num. 16.; qui & addit, hoc opusculum ms. penes se fuisse, & sæpius prodiisse in lucem. Dicitur & reliquisse post se

Opuscula quædam olim Argentorati excusa; & postmodum ab *Ægidio Passaviensi* aucta, notisque illustrata prodiisse anno 1605. in fol. Francofurti: ita Waddingus ipse in append. Script. v. *Ægidius Passav.* Rodulphius quidem in indice autorum, quibus suam Historiam concinnavit, ei adjudicat Opusculum

De septem tribulationibus Ordinis Seraphici; sed hoc sine dubio pertinet ad *Angelum Clarenum*, ipso Waddingo, & argumento teste. Citatur ab Arturo in Martyrol. Franc., ut & Angelus Clarenus. Ejusdem tamen Cæsaris

Opus historicum ms. antiquissimum extare Venetiis, testatur Bartholomæus Cimarella in *Sermone historico* præmisso 4. parti Chron. S. Franc. a se compositæ

* CALLIXTUS DE AQUILA = v. *Callixtus Castruccius*.

C M I V.

CALLISTUS CASTRUCCI ab Antrodoco diœ-

A a ce-

cesis Reatinæ oppido Strict. Observ. pius vir in Hispania ad triennium ab eleemosynis Regis Catholici cum fuisset, Romam ab eo missus est, ut Monasterium S. Petri in Monteaureo inchoatum ad complementum perduceret. Vertit autem ab hispano in italicum idioma

Exercitia spiritualia pro degentibus in Eremitoriis Antonii Daza, ut ipse Waddingus tradit in *Antonio Daza*. Vivebat anno 1600.; huncque existimo, quem *de Aquila* dicit Petrus de Alva tab. 1. Operis inscripti *Portentum gratiæ*; aitque scripsisse catalogum *Virorum illustrium Ordinis Seraphici* impressum an. 1601.: est enim *Antrodocum* non procul ab urbe *Aquila* oppidum. De hoc Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 249. ex cit. de Alva.

C M V. 424.

CALLISTUS NEAPOLITANUS = cujus Opus prodiit typis Martinelli. De eo Rodulphius, aliique post eum; ut & Toppius, & Jo: a S. Anton. to. 1.

C M V I. 425.

CALLISTUS A NEUBERGA = Germanus, &, ut videtur, Regul. Observ:, de quo Jo: a S. Anton. exscribit Waddingum.

C M V I I.

CAMILLUS ANGLERIA Cremonen. *Tertii Ordinis S. Francisci*, & Claudii Merulæ musici celebris alumnus scripsit, vulgavitque italice Opus egregium hoc titulo:

La regola del contrapunto, e della musical compositione. Mediolani an. 1622. in 4. per Georgium Rollam, ex Chronologio 3. Ord. Bordoni cap. 38.; ex quo Jo: a S. Anton. to. 1. Idem Opus habetur cum *Annotationibus Fr. Jo: Bapt. Martini* ms. in fol. Bononiæ.

C M V I I I.

CAMILLUS BENE Mediolanensis edidit opusculum *de Indulgentiis Ordinis* titulo:

Compendium spiritualium thesaurorum Seraphico Ordini concessorum. Romæ an. 1558. in 12., teste Petro de Alva col. 264. Militiæ; ex quo Jo: a S. Anto. to. 1.

C M I X. 426.

CAMILLUS CÆSAREUS = provinciæ Neapolitanæ Minor. Conventual., de quo primum Rodulphius lib. 3., & post eum alii meminerunt. Vivebat an. 1585. ex cit. Rodulphio lib. 2. fol. 276. in Cust. Principatus, & loco Ebuli; ediditque etiam

Sermones varios, ut ex Anton. Daza scribit Petrus de Alva col. 264. Militiæ apud Jo: a S. Anton.

C M X. 427.

CANDIDUS RANZUS = patruelis fuit Card. Mercurii Gattinaræ, qui & doctrinæ, & sanctitatis fama, & Cardinalis consanguinei meritis ad Vercellen. cathedram administrandam accitus dignitati nuncium remisit; obiitque juxta quosdam Valpergæ; de quo in Annal. Min. ad an. 1515. Ad ejus sepulchrum legitur hoc epitaphium: *D. O. M. Candidus Ranzus Vercellensis, qui majoratus dignitate Ecclesiæ Vercellensis contempta Seraphicam Religionem Minorum intravit, hic fuit tumulatus, ubi multis fulget miraculis.* Scribunt de eo Franciscus Aug. ab Ecclesia, Marracius, Rossotus, Britius; & ex his Jo: a S. Anton. to. 1., qui & notat, hujus viri *Vitam* edidisse *Franciscum Ranzum*, de quo suo loco dicturum se pollicetur.

Salutationes VII. ad B. Virginem Mariam italice leguntur in to. 3. par. 3. Chron. S. Francisci a Bartholomæo Cimarella, & a Leonardo Neapolitano an. 1680. vulgato.

C M X I.

CARLINUS DE GRIMALDIS Genuensis, dum in partibus Orientis ad excolendam vineam Domini moraretur, tametsi rudi, sincero tamen stylo descripsit ad modum epistolæ ad Guardianum Genuensem

Relationem martyrii, nempe Fratrum Monaldi Anconitani, Francisci de Petrillo (leg. *de Petriolo* in diœc. Firman.), *& Antonii Mediolanensis Ord. Min.*, qui Arzengæ in Armenia an. 1314. pro Christi fide a Saracenis necati sunt; cujus partem retulit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 9. Hujus viri mentionem fecit Raphael Sopranus in Scriptor. Liguriæ; & antea etiam Rodulphius lib. 1. fol. 124.; de quo & Oldoinus in Athenæo Ligustico, Arturus ad diem 2. Martii n. 1., & ex his Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 252.

Ad annum sane 1314. pertinet illud martyrium juxta Bartholomæum Pisanum Conform. VIII. par. 2. in *Vicaria Orientis*; quamvis Waddingus in Annal. Min. sub anno 1288. num. 26. tradat, de iis Martyribus velut eo anno passis agi ab autore Chron. antiquor., ac S. Antonino Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 10.; nec non ab autore Memorialis Ordinis sub XII. Ministro Generali Matthæo Aquaspartano apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 5. cap. 13. & seqq.; sed autores illi plura referunt, narrantque simul, quæ diversis temporibus acciderunt; ut facile legenti patet.

C M X I I.

CAROLUS ANGELINI a S. Constantio diœcesis Fanen. Picenus, Pisauren. Cœnobii Min. Conv. alumnus, & sac. Theol. Magister an. 1646. suæ provinciæ Minister; inde Gymnasiorum provinciarum Bononiensis, Hetruriæque Visitator, ac moderator edidit hetrusco sermone volumen primum tit.

Erudimentum pœnitentiæ ad Franciscum Card. Cherubinum Pisauri an. 1648. in 4. typis Jo: Pauli Gotti; agitque *de virtute, ac Sacramento Pœnitentiæ*; & dicitur Academicus phantasticus, & Theologus D. Passionei Episcopi Pisauren.

De motu perpetuo, & mechanicis, teste Bonaventura Theulo apud Franchinum in Bibliosoph. n. 84.; qui addit, obiisse Pisauri an. 1670. ætatis suæ 63. Theulus tamen citatus ipsum dicit Forosemproniensem, ortu nimirum. De hoc Jo: a S. Anton. to. 1. ex Coronello Biblioth. univ. to. 3. num. 2993.

C M X I I I. 428.

CAROLUS DE AREMBERG = in seculo fuit Antonius Comes de Senaghen, filius Principis de Arembergh Ducisque de Aresert; in Religione concionator eximius, ac divinarum literarum sapientissimus interpres, provinciæque Flandriæ pluries Ministrum egit; ob singularem ejus doctrinam, animi constantiam, generis nobilitatem, religiosam, & apostolicam vitam, in rebus arduis, ac difficillimis pertractandis prudentiam, ac dexteritatem præcipuis Europæ Regibus, ac Principibus fuit charissimus, & toti fere christiano orbi venerabilis; cum tamen ab omnibus honoribus, ac dignitatibus extra Ordinem tantum abhorruerit, ut sæpius multas oblatas etiam in Ecclesia Dei primarias generoso animi contemptu omnes despexerit. Hujus autem sunt

Flores Seraphici &c. ab anno 1525. usque ad annum 1612. tomis 2. in fol. Coloniæ an. 1640.

apud

apud Constantium Munichum; & Antuerpiæ eodem anno; postea Mediolani an. 1648.

Clypeus Seraphicus, sive *Scutum veritatis in defensionem Annalium Fratrum Minorum Capuccinorum*. Coloniæ an. 1643. apud memoratum Munichum.

Obiit Antuerpiæ an. 1669. die 7. cal. Septembris, teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor., ex quo Jo: a S. Anton. to. 1.

C M X I V.

CAROLUS BERGALLI Panormitanus Min. Conv. sac. Theol. Magister, suæque provinciæ an. 1654. Minister, ecclesiastes, orator, poeta, Monopoli, Messanæ, Neapoli, & Asisii Regens fuit, ac variarum facultatum studiis occupatus scripsit

Davidiadem poema heroicum italico idiomate; & *Poesis miscellanea*. Cumque adhuc Romæ in Collegio S. Bonaventuræ Baccalaureus studiis operam daret typis edidit

Quæstionem de adæquato Philosophiæ naturalis objecto Francisci Antonii Blundi Regentis Collegii, suique Magistri Romæ an. 1637. in 4. typis Ludovici Grignani, quam Petro Abbati Columnæ dedicavit. Item

De objecto Philosophiæ. Perusii impressum an. 1649. in 4.

Tyrocinium medicæ facultatis: uti perhibet sæpe cit. Franchinus in Bibliosophia n. 85.

Agit de eo & Theulus in Triumpho Seraph. Obiit in patria an. 1679. die 17. Novembris ex Mongitore to. 1. Bibliothecæ Siculæ, ex quo Jo: a S. Anton. to. 1.

C M X V.

CAROLUS BERTRANDUS Belga sac. Theol. Lector generalis conscripsit

Problemata XXV. circa Immaculatam Deiparæ Conceptionem, quæ mss. asservantur in Archivo Conventus Gandavensis Min. Observ., teste Petro de Alva col. 266. & 267. Militiæ ea *Problemata* referente; ex quo Jo: a S. Anton. to. 1.

C M X V I.

CAROLUS BILLÆUS, al. Bellius Ragusianus Siculæ provinciæ alumnus Minor. Conv. sac. Theol. Doctor Catanæ, & Senis Theologiam docuit, annoque 1575. Patavii publice *Metaphysicam* est professus, quemadmodum habet Franchinus pag. 543. de *Salvatore Bartholuccio* n. 299. verba faciens; atque anno 1568. suæ provinciæ Minister est assumptus, teste Philippo Cagliola in Siciliæ prov. explor. 3. manifest. 4. pag. 128., ubi & eum dicit celeberrimum concionatorem. Scripsit autem

Conciones varias, & *Orationes*.

Carmina varia.

Dialogum pro Hierosolyma Torquati Tassi italice Venetiis typis Aldinis.

De multiplici sensu sacræ Scripturæ tractatus jam prælo subjiciendos; ut legimus in Appar. sac. Possevini to. 1., qui tamen Institutum eo loco reticuit.

De natura secundarum intentionum tractatum, Opus posthumum Sixto V. dicatum a *Nicolao Oddo* Patavino Monacho Olivetano, & Venetiis impressum an. 1589. apud Franciscum de Franciscis in 8. ex cit. Possevino to. 2. in *Nicolao Oddo*, ubi Caroli Institutum profert.

Formalitates Scoti etiam elucubravit, quas edere pollicitus est idem Nicolaus Oddo in epistola ad Sixtum V. præmissa relato *tractatui*.

Agunt de eo quoque Portinarius, & Riccobonus de Gymnasio Patavino lib. 3. cap. 29., & Thomassinus lib. 3. cap. 7.; diciturque obiisse Patavii anno 1580.; quo loco Salvator Bartholucci ei successit in Patavini Gymnasii *Metaphysices* expositione. Miror, hujus non meminisse Rodulphium coævum. Jo: a S. Anton. agit de ipso to. 1. pag. 251. ex Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ.

C M X V I I.

CAROLUS BORELLUS Neapolitanus historiæ studio deditissimus italicas non modo, singillatimque neapolitanas, sed & hispanicas stirpes illustrandas sibi sumpsit, elaboravitque grande volumen, quod ms. asservatur,

Genealogia illustrium stemmatum Hispanorum, una cum eorumdem insignibus depictis, cujus meminit Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapolit.; ex quo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 252.

C M X V I I I. 429.

CAROLUS BOULANGER = Gallus Parisiensis, concionator, & Theologiæ mysticæ scientia clarus scripsit gallico sermone, ex Dionysio Genuen. in Biblioth. Script. Capuccinor.

C M X I X.

CAROLUS BURGEN Belga transtulit ex hispano, & italico in flandricum idioma

Chronica Ordinis S. Francisci tomis 3. in 4. Ingolstadii an. 1613. & 1619., teste Martino Lipenio Biblioth. Philosoph. pag. 530.

C M X X.

CAROLUS A COMPLANO provinciæ Genuen. Min. Capuccinor. concionator pius, & eruditus, ac de animabus Purgatorii benemeritus, qui ad eas juvandas verbis, & factis, laboribusque non pepercit, plurimas per multa loca Societates vulgo *Suffragii* instituens, promovensque, & italice scribens

Constitutiones, & statuta ad bene instituendam, regendam, conservandam, & restaurandam Societatem de Suffragio Genuæ impressas anno 1647. apud Calenzanum; & postea ibidem anno 1668. apud Joan. Baptistam Tiboldum; quas Constitutiones viderunt, approbarunt, & publicandi facultatem concesserunt plurimi Episcopi, & S. R. E. Cardinales, & præsertim Card. Antonius Barberinus, qui de autore in bulla approbationis ait: *Gloriosa pietatis, & prudentiæ vestigia reliquit, ubicumque disertissimas sacras habuit conciones A. R. P. Carolus de Complano Religionis Capuccinorum, cujus eloquentiam, ac pro animarum salute studium quælibet civitas, quæ aliquando demirata fuit, iterum sacro illum e suggestu perorantem pia civium acclamatione audire exoptat. Et hæc etiam urbium regina Roma tantæ pietatis, tantæque eloquentiæ, & virtutum desiderio affecta, eumdem in se suorum meritorum curru triumphantem excipere jamdiu sperat*: teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccin.; ex quo Jo: a S. Anton. to. 1.; qui eum obiisse in Conventu sui Ordinis Sigestri anno 1676. addunt.

C M X X I.

CAROLUS GASPARINUS prov. Piceni Regul. Observ. alumnus scripsit italico sermone an. 1650.

Memorabilia Cœnobiorum, & Fratrum Regul. Observ. ejusdem *provinciæ Marchiæ*, quæ mss. asservantur in Biblioth. illius Ordinis Montis Carotti dioeces. Æsinæ, ut etiam ex relatione apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C M X X I I. 430.

CAROLUS JOSSE = scripsit etiam

 Tra-

Tractatum de Indulgentiis, teste Martino Lipenio to. 2. Biblioth. Theolog. pag. 93.; qui apud Jo: a S. Anton. dicitur *Josue*. Ab Arturo citatur *Carolus Jovin* in indice Martyrologii Francisc. an. 1637. edito: num idem, an alius sit, ignoro.

C M X X I I I.

CAROLUS MANGENSEN Gallus evulgavit sermone patrio

Reflexiones morales super gubernium Reginæ Galliarum Annæ Austriacæ. Parisiis an. 1649. in 4. apud Susier.

Orationem funebrem in exequiis ejusdem *Reginæ*: ibidem an. 1666. in 4., ex Jacobo Le Long lib. 3. Biblioth. Gallicæ num. 1071. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C M X X I V.

CAROLUS MATTHÆI Belga prov. Flandriæ Definitor sermone patrio publicavit

Libellum de Immaculata Conceptione B. Virginis Mariæ. Naumurci an. 1641. in 12., teste Marracio apud Alva num. 270. suæ Militiæ univ.

Officium Immaculatæ Conceptionis latine incip. hymnus ad Matutinum: *Salve mundi Domina*: habeturque ad calcem Operis gallice inscripti: *Petite guide des devots a la Concepcion Immaculee de la Vierge Mere de Dieu*; teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 255., & to. 3. in append.

C M X X V. 431.

CAROLUS RAPINÆUS = patriâ Catalaunensis; cujus etiam extant gallico idiomate

Annales Ecclesiastici diæcesis Catalaunensis (vulgo *Chalon*) *in Campania*. Parisiis an. 1636. in 8. typis Sonnii, ex Ind. Biblioth. Barber., & Langlet de Fresnoy in Methodo Hist., Dupino, & Biblioth. Teller. *Acta Episcoporum Catalaunensium* dicit Pagius in Crit. Baron. ad an. 1121. n. 12.

Vitam S. Memmii Episc. & Confessor. gallice scriptam citant Bolland. Act. SS. Continuat. ad diem 5. Augusti.

Psaltes purpuratus Iesus Christus in 50. prioribus psalmis Davidicis patiens, & psallens: seu: *Paraphrastica expositio mystica primæ psalmorum quinquagenæ* &c.: ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem. Parisiis anno 1639. in 8. per Antonium Bertier. Extat apud nostros Bononiæ. Bibliotheca Teller. habet 1632. *in* 8.

Epitome librorum, & lectionum Comment. S. Thomæ Aquinatis in 8. libros Politicor. Aristotelis prodiit tomo 6. Operum omnium S. Thomæ Parisiis anno 1660. typis Dionysii Moreau.

Constitutiones suæ provinciæ Parisiensis anno 1629. conditas vulgavit cum *Expositione in Regulam S. Francisci* Parisiis an. 1640.

Historiam generalem originis Recollectorum gallice Parisiis 1631. in 4. typis Claudii Sonnii.

Expositionem in Epistolam S. Pauli Apostoli ad Romanos gallice ibidem an. 1632. in 8., ex Biblioth. Teller. pag. 309.

Expositionem in Epistolas ad Timotheum, Titum, & Philemonem gallice ibidem eodem anno in 8. ex eadem Biblioth.

Expositionem in Epistolam ad Hebræos ibidem an. 1636. in 8. gallice ex eadem Biblior.

Paraphrases in omnes Epistolas D. Pauli cum introductione ad doctrinam S. Apostoli, teste Dupino sec. XVII.

Libellos plures pietatis tam latine, quam gallice publicasse eum tradunt Annales suæ provinciæ, & Dupinus cit. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 256.

C M X X V I.

CARUS ARETINUS ex vetusta nobilissima familia *de Pantaneto* jam extincta, sac. Theol. Doctor antiquus, & anno 1289. contra hæret. pravit. Inquisitor in Tuscia, de quo in Annal. Minor. sub eo anno num. 18., & ad an. 1277. n. 17. in testimonio B. Benedicti Aretini, scripsit, quod sciatur,

Commentarios in 4. Sentent. libros; quorum *in* 4. extat ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 34. versus Ecclesiam n. 400. incip. *Unguentarius* &c. *Circa ea, quæ in hac parte dicit Magister s. quæstiones de Sacramentis in generali* &c.: in fine legitur: *Explicit quartus Fr. Cari Aretini*. Codex est in 4. magno: cetera forsan perierunt.

Antequam Religionem S. Francisci autor ingrederetur, testamentum condidit pro Bibliotheca Conventus S. Franc. suæ patriæ, ex monumentis ejusdem Conventus.

C M X X V I I. 432.

CASIMIRUS POSNANIENSIS = hunc omisit Jo: a S. Anton. in sua Biblioth. Francisc.

C M X X V I I I. 433.

B. CATHARINA BONONIENSIS = e *Vigriorum* patritia familia Ferrariensi jam pridem extincta Bononiæ nata, atque educata, Ferrariæ vero Christo desponsata; de qua præ ceteris agit Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 9. Martii; quæque anno 1712. in numerum *Sanctarum* a Clemente XI. relata est. Corruptum autem codicem nactus sit oportet Waddingus; nam in fine *Opusculi de* VII. *armis*, ac *revelationibus* impressi Bononiæ an. 1500. ita legitur: *Chaterinà poverella Bolognese, cioè in Bologna aquistata, nata, & alevata, e in Ferrara da Christo sposata* &c. Ejus *Vitam* ex variis scriptoribus conflatam italice Christophorus Mansueti a Monteclaro imprimi fecit Romæ anno 1597. per Aloysium Zanettum; deinde Bononiæ an. 1599. per Jo: Baptistam Bellagambam in 8.; quam paucis post annis in anglicum sermonem convertit Catharina a S. Magdalena S. Claræ Monialis Audomari in Belgio cusam. De eadem scripsit & Christophorus Verruchinus; aguntque Act. SS. Collect. Bolland. to. 2. Martii die 9. Porro citatus

Libellus de VII. *armis spiritualibus* cum *revelationibus* sibi factis prodiit lingua vernacula primum Bononiæ an. 1500. in 4. per Jo: Anton. de Benedictis die 8. Maji, quæ editio extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci, in cujus fine habetur, *libellum* scriptum fuisse *Ferrariæ* in Monasterio Corporis Christi *anno* MCCCCXXXVIII. ab ipsa S. Virgine: deinde sequitur *carmen* italicum de ejus Vita incerti autoris, in quo dicitur *Bononiæ* nata. Idem *libellus* postmodum in latinam linguam translatus a Jo: Antonio Flaminio Forocorneliensi, qui & ejus *Vitam* adjecit, vulgatus est etiam Bononiæ anno 1521. a Hieronymo de Benedictis; quem in gallicum idioma vertit N. de Soulfour, emisitque Parisiis an. 1597. typis Gulielmi de la Noue. *Libellus* idem prodiit etiam Venetiis ann. 1571., & 1583. in 16. per Petrum Deuchinum; legiturque etiam in 3. parte Marci Ulyssipon. Chron. S. Franci. lib. 4. cap. 36., & seqq., sed interpolate; & Fr. Joannettinus Niño in Chron. Ordinis eumdem vulgavit. Non multis vero ab hinc

hinc annis Cajetanus Cavallieri Cler. Regul. Theatin. Cymaclensis edidit *Commentarios super* VII. *arma S. Catharinæ Bononiensis* italice; uti & cl. v. Hieronymus Baruffaldus Ferrarien. an. 1716. italico carmine expressit 50. *axiomata* christianæ perfectionis ex S. Virginis libello excerpta.

Sermones ad sacras Virgines latinitate donatos a Jo: Anton. Flaminio Forocorneliensi legimus impressos Bononiæ an. 1522. in 4. per Hieronymum de Benedictis; & an. 1653. in 4. per Jo: Baptistam Ferroni.

In *Collectione* veterum, & recentiorum Poetarum Ferrarien. an. 1713. publicata Ferrariæ typis Francisci Pomatelli habentur quædam hujus S. Virginis *lyrica carmina* ad Jesum Christum, & de B. Hortulana S. Claræ genitrice pag. 22. italice, & apud Crescimbenium to. 2. Commentar. de Poet. par. 2. lib. 3. Extant & in ms. libello Sororis Illuminatæ Bembæ; nec non in quodam piarum precum *libello ms.* veteri Biblioth. S. Franc. Ferrariæ.

Opuscula varia & versu, & prosa conflata mss. extant Bononiæ in Archivo ejus Monasterii, de quibus Gonzalez pag. 383. Chron. Ord. to. 5.

Rosarium metricum incipit: *Rosarium antiquum, & devotissimum BB. Matris Dei, Virginum Virginis, humillima, purissima, ac dignissima non minus historicum, quam contemplativum, ut penitus exclusa sint, & intelligantur, si quæ apocrypha aliquibus fortasse viderentur: a me Catharina Moniali, ac serva vilissima, indigna, & inutili hic in Conventu SS. Corporis Christi Ferrariæ ad Dei Filii, & Matris gloriam, & honorem ob singularissimam infrascriptam ibidem nostra in Ecclesia obtentam inspirate* (leg. forsan *inspirationem*) *conscriptum*. De hoc cit. Fr. Eusebius Gonzalez to. 5. Chronic. Ordinis lib. 4. cap. 1. & 24.; & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 246.

* CATHARINA CAMERS Itala Monialis S. Claræ, quæ scripsit

Pia documenta, teste ipsemet Waddingo in *indice materiarum* scriptorum Theologiæ asceticæ, & mysticæ; qui & eamdem memorat in *indice nationum* inter Italos scriptores, est *Baptista Varana*, de qua supra, in seculo dicta *Catharina*, al. *Camilla*.

CMXXIX. 434.

CATHARINA A S. FRANCISCO = de qua Waddingus agit in appendice.

CMXXX. 435.

CATHARINA A S. MAGDALENA = vide appendicem Operis Waddingi, quam exscripsit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 257.

CMXXXI.

CATHARINA HISPANA Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabethæ filia, uxorque Henrici VIII. Angliæ Regis inter ævi sui Principes fœminas gravissima, ac pietate præcipua sub regio vestitu S. Francisci, ut erat *Tertii Ordinis secularis*, habitum portabat, quem *Pœnitentium* appellant. Hæc calamitosissima Regina sanctitate illustris, ac pœnitentiæ speculum latini sermonis minime nescia composuit

De lamentatione peccatoris devotissimas meditationes super psalmos; &

Epistolas plures, quarum quæ ad *Henricum Regem ejus sponsum* hispanice reddita conspicitur, & legitur; ut & altera ad *Fr. Joannem Forestum* Minoritam ejus Confessarium, qua eum ad mortis agonem confortata est, velut Cyprianus ad Martyres scribens, vel Ignatius ad bestias properans, ita longe a sexus sui debilitate aberat ejus generosum pectus. Scripsit etiam gravissimam

Epistolam ad D. Mariam ejus filiam editam to. 2. Chron. prov. Aragonum lib. 2. cap. 22. pag. 288. & in Chronolog. Gener. Ordinis Seraph., ut advertit Jo: a S. Ant. in append.

Obiit anno 1535. die 8. Januarii; de qua Waddingus in Annal. ad eum annum, & Jo: Carrillus to. 2. Hist. Tertii Ord. Francisc. pag. 359. & seqq., & ex his memoratus Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 257. Sanderus ipse de *Schismate Anglico* fatetur sub initium, eam fuisse Tertii Ord. S. Francisci.

CMXXXII.

CATHARINA A PLAGIS Salmanticensis sanguine clara, at virtutibus clarior Monasterii Clarissarum Excalceatarum dictæ urbis alumna scripsit vernacule

Carmina varia spiritualia, quæ habentur lib. 2. *fundationis* prædicti Monasterii Salmanticæ an. 1696. edito.

CMXXXIII.

CATHARINA A SPIRITU SANCTO Lusitana Clarissa Monasterii urbis Ulyssiponen. vernacule scripsit, ac edidit

Historiam fundationis sui Monasterii Flandricarum. Ulyssipone an. 1628. in 4., teste Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 182.

De persecutione hæreticorum contra seraphicam Religionem. Ibidem in 8.; quod habetur Matriti in Bibliotheca Regia, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

CMXXXIV. 436.

CELSUS ZANUS = Regul. Observ. Episcopus Civitatis Plebis in Hetruria factus est anno 1625., annoque 1629. onere illo se exsolvit, reversusque Romam paucis post annis ibi decessit, in Ecclesia S. Spiritus in Saxia tumulatus, ex Italia sac. Ughelli to. 1.; cum edidisset etiam

Versus in laudem S. Francisci, & Montis Alverniæ, quos Romæ vulgavit anno 1625., non 1652., ut ait Jo: a S. Anton.

Tragœdiam titulo *Galbam* itidem versu compositam, ibidem impressam an. 1646. in 8. per Ludovicum Grignanum sub nomine *Iuliani Zeni*, quo jam in seculo audiebat. Meminerunt ejus Antonius Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1, serm. 4., Leo Allatius in Drammaturgia, Ant. Magliabeccus in Annot., & Julius Niger de Script. Florent., Dupinius sec. XVII., ac Jo: a S. Anton. to. 1.

CMXXXV. 437.

CHERUBINA HERULA = Jo: a S. Anton. de hac agit to. 1. ex Waddingo: corrigatur tamen *Firmina* loco fœminæ. De ea & Continuator Annalium Waddingi, & Bolland. Act. SS.

CMXXXVI. 438.

CHERUBINUS BELLUS = scripsit etiam lingua vernacula, ac materna

Idilium pastorale typis editum anno 1617.

Fabulam pastoralem titulo *Clorim* anno 1618.

Lacrymas Mariæ Virginis in Calvariæ monte anno 1625.

Nativitatem Domini pueri Iesu vulgari versu. Panormi anno 1652. ex Coronel. Biblioth. univer. to. 5. Joannes a S. Anton. de hoc to. 2. exscripsit Waddingum.

C M X X X V I I.

CHERUBINUS A CASTELLACO, seu Castellaro, Regul., & mox Strict. Observ., socius, & a sacris Confessionibus Ven. Bartholomæi a Saluthio scripsit

Vitam dicti *Ven. Bartholomæi a Saluthio* anno 1617. defuncti, quam citat Sanctorus Melphiensis, & ex eo Benedictus Mazzara in Legend. Francisc. sub die 15. Novembris in *Vita* ejusdem Ven. Viri n. 207. 208. & 210.

C M X X X V I I I. 439.

CHERUBINUS FLORENTINUS = de *Saxolinis* Regul. Observ., cum antea Petrus vocaretur, nomen *Cherubini* in Religione assumpsit, quod B. Cherubinus Spoletinus ei quinquenni Florentiæ prædixit, futurum, ut ipse fieret Frater Ordinis Minorum, quem Ordinem professus adeo doctrina, & pietate profecit, ut pluribus in locis concionibus, & exemplo multos ad meliorem vivendi formam, & alios ad fidem converterit in fine seculi xv., & initio xvi. Scripsit igitur, quantum ex Vita B. Cherubini Spoletini elicitur,

Conciones varias, quibus aliis adjumento fuit. Ceterum ea, quæ refert Waddingus, non hujus sunt, sed *Cherubini Senensis*; deceptus enim est a Michaele Poccianto Florent. Ord. Servorum B. V., qui scribebat an. 1588. catalogum Scriptor. Florent., unumque cum alio confundit vel ipse, vel ejus continuator Lucas Ferrinus anno 1589.; hosque secuti sunt Antonius Terrinca, & Julius Niger; sicuti & Jo: a S. Anton. to. 1., qui exscribit Poccianlum.

Florentiæ in Biblioth. Lauren. Medic. plut. 76. cod. 52. habetur: *Sommario della predica, che fece in S. Croce Fr. Cherubino predicatore excellentissimo l'anno 1466. a 13. Aprile*: & : *Sommario d'una predica della divina misericordia di Fr. Bernardino da Roma predicatore preclarissimo*: ex Catalogo illius Bibliothecæ apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 391.; quem *Fr. Bernardinum* Echardus to. 1. Scriptor. O. P. pag. 906. inter dubios ponit, cujus nempe sit Ordinis. At Parisiis etiam in Bibliotheca Regia cod. 6370. extat ms. *Veteris Calendarii Romani Explicatio per Bernardinum*, ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 762.

C M X X X I X.

CHERUBINUS FULGINAS Umbriæ, Sanctique Francisci provinciæ Strict. Observ. Reform. edidit sermone vulgari

Coronam spinarum Mariæ Virginis. Papiæ an. 1636. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 259.

C M X L.

CHERUBINUS NEAPOLITANUS Reformat. Convent. Cœnobii S. Luciæ a Monte alumnus scripsit italice *varias Orationes*, quarum illa hoc titulo:

Capitolium aurora publicavit Neapoli an. 1629. typis Jo: Dominici Roncalioli in 12., ut ex Toppio refert Franchinus in Bibliosoph., & Jo: a S. Anton. to. 1., qui perperam exprimit italicum titulum: *Campidolium Ducis de Alba*.

C M X L I.

CHERUBINUS NICIENSIS ad Varum fluvium ortus, Capuccinorum alumnus edidit

Relationem Cœnobii S. Mariæ Gratiarum; &

Vitam Ven. Fr. Petri a Vento ejusdem Instituti, & patriæ, qui pie obiit anno 1631. in oppido S. Romuli prov. Genuæ: illaque mss. servantur, teste Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont.; a quo accepit Jo: a S. Anton. to. 1. Videatur Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccinor.

C M X L I I.

CHERUBINUS A NUCIBUS prov. Bariensis, sive S. Nicolai in Apulia Min. Capuccin. puritate, paupertatis amore, regulari observantia vivum evangelicæ perfectionis exemplar, concionator per illustriores Italiæ civitates, & Orationis 40. horarum recens institutæ propagator; suæ provinciæ Vicarius Præsesque obiit Aquævivæ anno 1592. ex to. 2. Annal. Boverii, & autore Biblioth. Capuccinor., ex quibus Jo: a S. Anton.; cum scripsisset, nomine suppresso,

Opusculum de Sacramentali Confessione impressum Neapoli an. 1596.; &

Tractatum de passione Domini, ejusque meditatione ibidem an. 1598.

C M X L I I I.

CHERUBINUS SANDOLINUS Utinensis Capuccinus provinciæ Venetæ in mathematicis disciplinis valde eruditus edidit

Novam horologiorum inventionem continentem instrumenta universalia, & particularia ad omnes areus, & horas germanicas, boëmicas, italicas, gallicas, & hispanicas diurnas, & nocturnas cognoscendas, & ad componenda per totum orbem horologia multiformia. Venetiis an. 1600. in fol. apud Majettum, ex elencho, seu indice generali librorum ab anno 1593. ad 1600. editorum Lipsiæ ab Henrico Grosio vulgato par. 3. cap. 5. Ejusdem

Thaumalemma cherubicum catholicum cognoscendis horis italicis, boëmicis, gallicis, babilonicis, & ad omnis generis componenda horologia: ibidem in fol. in libros 12. divisum, ex eodem elencho par. 1. cap. 7. apud Robertum Majettum an. 1599., al. 1598.

Librum de rebus Indicæ navigationis sermone italico; & multa alia de rebus mathematicis mss. ex Dionysio Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccin.

* CHERUBINUS SAXOLINUS = v. *Cherubinus Florentinus*.

C M X L I V.

CHERUBINUS SENENSIS vixit seculo xv., scripsitque lingua hetrusca, & exculta

Regulam vitæ matrimonialis, ob quam inter autores linguæ italicæ recensetur a scriptoribus *Vocabularii Academiæ Furfuris* italici, qui ex ejus dialecto, dicendique modo arguunt, seculo xiv. floruisse; sed decipiuntur: hic autem tractatus cusus est Florentiæ anno 1487. ex Pocciantio, aliisque post eum; Possevinus vero in Appar. sac. dicit, excusum Romæ an. 1583.; sed omnes per errorem adscribunt *Cherubino Florentino*, aut *Spoletino*. Extabat autographum apud Anton. Mariam Salvinum ex cit. Vocabulario, ubi autor dicit se *Fr. Cherubinum Senen*:

Regulam spiritualis vitæ ad Iacobum de Borgannis Florentinum, inquit Waddingus, impressam ibidem, & eodem anno, quam Possevinus citatus asserit, excusam Venetiis anno 1570. Hic tractatus italicus non est *Cherubini Florentini*, ut Scriptores supracitati putant; neque *Cherubini Spoletini*, sub cujus nomine retulit Cimarella 4. par. Chronic. lib. 4. cap. 2. usque ad 32., qui & cap. 8. regula 3. interpolavit, ubi adducitur *Jo: Gerson*, & *ex modernis*, inquit, *Opera P. Granatæ*, *totus Flos Sanctorum*, *Chronica S. Francisci*, *Historia S. Domini-*

nici, *Opera P. Orosii*, *& P. Saluthii*, qui longe post P. Cherubinum floruerunt. Præterea tractatus missus est ab autore ad *Jacobum de Borgiannis*, non ad *fæminam*, quam vocat *filiam*. Autor autem in tractatu 1. *Regulæ vitæ spiritualis* §. *Tertia regola chiamata lucutione* docens idoneos ad legendum libros proiectus spiritualis assignat *Climacum*, *Speculum crucis*, *Montem orationis*, *& librum patientiæ*: porro *Speculum crucis*, & *tractatus patientiæ* sunt Opuscula italica *Fr. Dominici Cavalca* Ord. Præd., cujus ætas incerta est, cui nuperi Scriptores Bibliothecæ ejusdem Ordinis Prædicatorum illum collocent sub an. 1492. Præterea §. *Sexta Regula* memorat, suadetque recitationem 25. *Pater noster* Passionis Christi, & aliorum 25. *Pater noster* ad 5. plagas ejusdem cum recitatione *Coronæ B. Virginis ex* 63. *Ave Mariæ*, & 6. *Pater noster* conflatæ: in 4. Regula citat *S. Elisabetham filiam Regis Hungariæ* 3. *Ordinis S. Francisci*: & in 6. Regula *Sanctam Claram de Montefalco*.

Fr. Cherubini Minorum Ordinis ad Jacobum de Borgiannis spiritualis vitæ compendiosa regula quædam. *Florentiæ* 1487. *die* 13. *Iulii per Magistrum Iacobum Caroli Joannis Clerici Florentini*. Extat hæc editio Pistorii in secretiori Archivo Episcopi Pistoriensis, ex Biblioth. Pistorien. P. Francisci Antonii Zachariæ lib. 1. cap. 6. par. 2.: habetur quoque Romæ in Conventu SS. XII. Apostolorum in 4. parvo: cujus initium est: *Quicumque hanc regulam sequti fuerint*, *pax super illos*, *& misericordia*. *Queste parole sono del gran trombetto di Jesu Christo Paulo* &c. Tractatum hunc autor in proœmio vocat: *Regola di vita spirituale*: dividitque in septem regulas. Quibus adjecit *tractatum* hoc titulo: *Regola di vita matrimoniale*: ex proœmio incipiens; *Sciat unusquisque suum vas possidere in sanctificatione*, *& honore*. *Considerando*, *& con la mente discorrendo la vita de' mortali* &c.: in fine legitur: *Finis*. *Gratias Deo*, *& gloriosæ semper Virgini Mariæ*. *Impresso in Venetia per Tomaso di Piasii* M. CCCC. LXXXXII. *die* XXVI. *de Octubrio*. Esse autem eumdem autorem utriusque tractatus constat ex §. *de prima re* post proœmium 2. tractatus, ubi citat alterum suum tractatum *Regulæ vitæ spiritualis*; & ubi eum laudet & *tractatum vulgarem Archiepiscopi Florentini*, nempe S. Antonini, *de peccatis mortalibus*, & *Quadrigam venerabilis patris fratris Nicolai de Auximo Ordinis Fratrum Minorum*; sicuti & §. *tertia regula* laudat *S. Bernardinum Senis* conciones habentem; nec non §. *Quarta*, *& ultima regula* eumdem vocat *quella stella novella Sancto Bernardino nostro padre*: S. Bonaventuram vero semper uno titulo *Angelici*, & *Seraphici Doctoris*, at nunquam *Sancti* appellet; liquet, hunc autorem floruisse paulo post annum 1450., quo S. Bernardinus Sanctorum fastis adscriptus est, & ante annum 1481., quo S. Bonaventura canonizatus fuit.

Tractatum de educatione puerorum, *& liberorum* etiam scripsit; illum certe promisit in 2. tractatu *Regulæ vitæ matrimonialis* §. *Seconda regola principale* &c. *Tempo sesto* &c.; ubi etiam §. *Excusatio* ante *primam regulam dictam intentionalem* dicit, se *prædicatoris* officio dare operam: ita & in fine tractatus inquit: *& per tanto ogni mia conclusione*, *sententia*, *& detto non solum in questo tratato*, *ma in ogni mio predicare*, *& scrivere*, *& dire o publico*, *o secreto* . . . . *sottopongo alla correptione*, *& determinatione della catholica*, *& ortodoxa fede cristiana*, *& alla sancta Romana Chiesa capo di tutto il Cristianesimo*.

Hunc eumdem crediderim Senensem illum veterem Scriptorem Franciscanum, qui in patrium senensem sermonem veterem transtulit suppresso nomine

Æsopi fabulas, eisque *sententias morales* adjunxit; cujus auctographum ms. extat Florentiæ penes cl. v. D. Antonium Mariam Salvinum citatum; exemplar vero Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci in fol. Autorem porro Minoritam fuisse, ducitur ex fab., seu cap. 4., ubi memorat in morali sententia Religiosorum *provinciales*, *& Ministros*, Ordinis Minorum dignitatem; & cap. 20. *Fratres Minores* Fratribus Augustinianis, & Prædicatoribus præponit; cap. 45. fabulam moraliter de *Guelfis*, & *Ghibellinis* exponit. Sunt autem *Fabulæ* partim Æsopi, partim vel autoris Senensis, vel alicujus, qui multo post Æsopum vixit, ac sæpe in moralibus sententiis *Religiosos*, & *Fratres*, & *conciones* intermiscet.

CMXLV. 440.

CHERUBINUS SPOLETINUS = inter *Prædicatores* sui seculi *famosissimos* Ordinis Minorum, & S. Bernardini Senensis aut discipulos, aut imitatores recensetur a Roberto Caracciolo Aquini Episcopo in sermone de *S. Bernardino* cap. 3.; & Bernardinus Busti in suo *Mariali* par. 12. serm. 1. p. 3. titulo *Beati* eum cohonestavit, ut & in *Rosario* par. 2. serm. 27. p. 2.; fuit autem S. Hieronymi devotissimus; deque illo Arturus ad diem 4. Augusti multa dicit. Ceterum tractatus de *vita conjugali*, & de *vita spirituali*, spectant ad *Cherubinum Senensem*, ut paulo ante dixi: an autem *tractatus de fide* ad istum attineat, an ad alium, nondum comperi, quia illum videre non potui. Scripsit autem &

Expositionem orationis dominicæ, quæ habetur sermone 15. sui *Quadragesimalis* a pag. 61.

CMXLVI. 441.

CHRISTIANUS DORRINGUS = Regul. Observ.; de quo Jo: a S. Anton. agit ex Waddingo.

CMXLVII. 442.

CHRISTIANUS HONSIUS = Regul. Observ.; de quo Rodulphius lib. 3., & post eum alii.

CMXLVIII. 443.

CHRISTOPHORUS ALVARUS = de hoc Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

CMXLIX.

CHRISTOPHORUS A S. ANTONIO Hispanus, &, ut suspicor, Regul. Observ. Strict. provinc. S. Jacobi scripsit, vulgavitque

Christi Salvatoris triumphum 20. *titulis explicatum* Salmanticæ an. 1524. in fol., quemadmodum legimus apud Miræum de Script. Eccles. sec. XVI. num. 31. In Operis initio hæc habentur: *Triumphus Christi Iesu contra infideles a quodam Fratre Ordinis Minorum de Observantia editus*, *quem*, *& ejus correctionem submittit S. Romanæ Ecclesiæ*, *& determinationi*; *licet examinatus fuit per Magistrum Joannem Sicilium Cathedraticum Universitatis Salmanticensis*, *& per Licentiatum Didacum Perez Commissarium Inquisitorem*, *& Provisorem Episcopi Salmanticensis*: & in fine legitur: *in fine scribo* XLV. *additiones notabiles*, *quas extraxi a quodam tractatu*, *quem fecit Fr. Petrus Galatinus*, *in quibus flores illius recollegi*; editusque est apud Alphonsum Porras,

ras, & Laurentium de Liondedeis; ut refert Jo: a S. Anton., qui Opus vidit, & legit: errat tamen, dum admonet, *Magistrum Jo: Sicilium*, qui Opus examinavit, fuisse deinceps ex Archiepiscopatu Toletano ad Cardinalitiam dignitatem a *Paulo V.* assumptum, nisi sit reponendum a *Paulo III.*, vel *IV.*

C M L.

CHRISTOPHORUS AB ARRIVO, teste Petro de Alva in Militia, composuit

Expositionem Regulæ S. Francisci, ut notavit Jo: a S. Anton. to. 1.; quandonam incompertum.

C M L I. 444.

CHRISTOPHORUS BANDELLUS = provinciæ Genuensis, non Tusciæ, ut cum Terrinca scribit Jo: a S. Anton. to. 1., Min. Conv. sac. Theol. Doctor anno 1470. subscripsit

Dissertationem Fr. Gabrielis Rangoni Veronensis Ord. Minor. de erectione Montis Pietatis, quæ Florentiæ extat in Bibliotheca Magliabecca: anno vero 1488. *Magister Christophorus de Castronovo* institutus est *Lector Regens Conventus SS. Apostolorum de Urbe usque ad Capitulum generale futurum*: ut habent Acta Capituli generalis Cremonæ eo anno die 25. Maji sub Gen. Ministro Francisco Sampsone celebrati. Non igitur floruit sub *Alexandro quarto*, ut ait Waddingus cum Terrinca, & Joanne a S. Anton. a corrupto numero apud Rodulphium lib. 3. deceptus, ubi legitur IV. loco VI., & correctio perspicue ex eodem ducitur, dum habet, fuisse *tempore Alexandri IV.*, *& Innocentii VIII.*, & extitisse primo provinciæ *Orientis*, postea *Genuensis* Ministrum; at sub Alexandro IV. nulla erat in Oriente provincia Ordinis Minorum; & Innocentius VIII. præcessit Alexandrum VI., non IV. Quod autem subdit Rodulphius, *Roma* multas confutasse hæreses, crediderim, eum intelligendum de hæresibus illis, de quibus loquitur autor illius temporis Bernardinus Busti in *Rosario* par. 2. serm. 11. p. 3., ubi docet, suo tempore in Pedemontis partibus Ducatus Sabaudiensis *Waldenses* commoratos ad 40. millia hominum innumeris fere hæresibus irretitos præter unum in transalpinis partibus multorum discipulorum Magistrum; eodemque tempore in *Waldenses* scripsit *Fr. Samuel de Cassinis* ejusdem provinciæ, & Instituti quoque Franciscani.

Hujus Christophori frater, vel sane consanguineus *Vincentius Bandellus* e Castronovo Ord. Prædicat. eodem tempore floruit doctrina, sed nimium furens in Immaculatam V. Mariæ *Conceptionem* & dictis, & scriptis.

C M L I I.

CHRISTOPHORUS BENITEZ Hispanus prov. S. Michaelis Regul. Observ. edidit vernacule

Panegyrim de Stigmatibus S. P. Francisci. Hispali an. 1631. in 4. ex officina Francisci de Lyra, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L I I I. 445.

CRISTOPHORUS A CAPITEFONTIUM = Regul. Observ.

Liber defensionis fidei majorum nostrorum, *qua hæreticorum seculi nostri stratagemata deteguntur* prodiit Antuerpiæ an. 1575. typis Plantin. in 8., cujus liber 2. dicitur cusus Romæ an. 1576. in 8. apud Anton. Bladium; prodiit & Venetiis an. 1581. in 8.; eumque e latino in belgicum idioma transtulit *Martinus Myricanus* Belga ejusdem Instituti, & publicavit Lovanii. Gallice prodiit *Disputatio defensionis fidei* 2. edit.; in latina vero Romæ anni 1576. habetur brevis

Tractatus de virtute verborum, *quibus fit consecratio SS. Sacramenti Altaris*; anno etiam 1585. cusus Parisiis apud la Noue, in quo promittit autor librum *de veteri ritu celebrandi Missam* quamprimum imprimendum; ejusque plures paginæ leguntur in tractatu *de correctione Theologiæ scholasticæ*.

Actio prima in Sacramentarios prodiit Parisiis an. 1585. in 8. typis Arnoldi Sittart, ex Jo: de Caille pag. 172. Hist. Typograph.

Assertio catholica de libero arbitrio &c. cusa est Antuerpiæ an. 1575., al. 1576. typis Plantin. in 8., ex Indice Biblioth. Barberinæ.

De necessaria correctione Theologiæ scholasticæ; &

De Missa Christi ordine, *& ritu*; &

Novarum illustrationum christianæ fidei adversus impios libertinos, *atheos*, *epicureos*, *& omnis generis infideles epitome* Parisiis an. 1586., omnino prohibentur ex Decr. sac. Congr. Indicis; cetera prohibentur, donec expurgentur. Octo folia in omnibus fere exemplaribus hujus libri desiderari monet Richardus Simon *Lettres choisies* to. 2. pag. 100. & seqq. *Novæ illustrationes christianæ fidei* &c. *epitome*, cum *duabus de B. Virgine concionibus* hujus autoris cusa est Parisiis an. 1585. in 8. In Opusculo *de necessaria correctione Theologiæ scholasticæ* autor ait: *Sunt duo a nobis scripti tractatus*, *unus de beatitudine*; *alter de eo*, *quod Christus precibus consecravit*, *fusissime*, *& evidentissime declaramus*. *Hos tractatus huic subnectemus*: & paulo post: *subjungitur liber de veteri ritu celebrandi Missam*: ut in notis ad to. 3. Petri le Brun de *Explicatione Missæ* dissert. X. art. 17. q. 2. italice reddita ab Anton. Maria Donado.

Defensionis fidei majorum, *quam de vera*, *& reali Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento habuere præsentia liber in actiones* VIII. *divisus* cusus est Coloniæ an. 1587. in fol. apud Maternum Cholinum.

Catholica defensio de perpetua virginitate B. Mariæ, *& Sponsi ejus Joseph*. Lugduni an. 1578. in 8. typis Jo: Pillehotte. Videtur prodiisse etiam ante annum 1575. ex ejus *Hierarpiste*; scripsit enim

Hierarpistem dialogi forma conscriptum, in quo cur in exponendis aliquibus Scripturæ locis a communi in suo *de B. Maria*, *& Joseph virginitate libro* opinione recesserit; & nonnullis loquendi usus sit modis, quos aliqui *Erasmianos* falso putant, rationem reddit. Antuerpiæ an. 1575., teste Marraccio in Biblioth. Mariana, & Jo: a S. Anton. to. 1. Edidit &

Dissertationem de prophetia Jacob: *Non auferetur* &c. Lugduni an. 1578. in 8., ex Jacobo Longo pag. 676. Biblioth. sac.

Confutatio puncti, *quod vocant honoris*, *super quo contentionum*, *monomachiarum*, *sive duellorum suorum fundamenta christiana hodie nobilitas jacit*: *in quo de vero falsoque disputatur honore*; prodiit Coloniæ an. 1585. in 8.; gallice vero Parisiis an. 1586. in 8. per Arnaldum Sittart recognita, correcta, & aucta præ anteactis editionibus cum titulo: *Christiana confutatio puncti* &c.

Sermones de BB. Virgine. Parisiis an. 1586. ex Dupino sec. XVI. *Conciones duæ de B. Virgine* habentur post *Opusculum novarum illustrationum*, ut supra.

Disputationem de eo, *quod est utile*, *& neces-*

sarium edidit gallice Parisiis an. 1586. ex cit. Dupino.

Varios tractatus, & disputationes de eo, quod sit utile, & necessarium, nonnullas secum pugnantes scholasticorum scriptorum opiniones, licet in eis, quæ fidei, summa sit inter illos concordia, ad decretorum Concilii Tridentini normam conciliare, & corrigere; quod Opus an diversum sit a superiore, ignoro. Parisiis an. 1587. in 8. apud Arnaldum Sittart. Qui libri raro hodie conspici dicuntur a Friderico Gotthilf Freytag. J. C. in Analectis litter. de *Libris rarioribus* pag. 237., & in adden. p. 1131.

Expositionem Regulæ Seraphicæ ex Petro de Alva tab. 2., & Jo: a S. Anton. to. 1.

Compendium privilegiorum Ordinis Minorum Alphonsi de Casarubios recudi fecit Parisiis an. 1578. in 8., præmissa ab eo fusissima *epistola*, & in fine adjectis *S. Bonaventuræ Quæstionibus super Regulam*, typis Simonis Calvarini; anno vero sequenti Antistes *Cæsariensis* pronunciatus est.

C M L I V.

CHRISTOPHORUS CIPRIUS Genuensis descripsit

Historiam Genuensium ab anno 1099. ad annum usque 1435., quo tempore florebat ex Michaele Justiniano, & Aug. Calcagnino in Hist. Imaginis Edessenæ apud Oldoinum in Athenæo Ligustico, & Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L V. 446.

CHRISTOPHORUS COLMANUS = Regul. Observ., ut in append. Waddingi, ex quo Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L V I.

CHRISTOPHORUS DE CUGNERIIS Gallus Doctor Parisiensis anno 1380. una cum Joanne de Attiniaco, & nonnullis viris doctis Parisiis apud Minores

Sacra Biblia recognovit, & ad veritatem textuum hæbraici, atque græci revocavit; uti tradit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum n. 26. Vide in *Joanne Ægidio*.

Idem anno 1389. una cum *Joanne Columbi* ejusdem Instituti Doctore Parisien. interfuit Parisiis revocationi quorumdam errorum factæ ibidem a nonnullis Jacobitis, ut refert Carolus de Plessis in Collect. Judiciorum de novis erroribus to. 1. pag. 138.

CHRISTOPHORUS FACCIARDUS = v. *Christophorus Verruchinus* infra.

C M L V I I. 447.

CHRISTOPHORUS FEIST = de hoc Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

C M L V I I I.

CHRISTOPHORUS GABRIELIS Senensis Regul. Observ., anno 1523. Commissarius provinciæ Senensis ex documento Capituli Gener. Burgensis apud Waddingum ad eum annum num. 5., scripsit

Vitam S. Bernardini Senensis, quam penes se ms. habnisse scribit Hubertus Benvoglienti in notis ad Chronicon Seneuse to. 15. Rerum Italicarum evulgatum, sub anno 1353.

C M L I X.

CHRISTOPHORUS LONGOLIUS Mechlinensis Belga honesto, splendidoque inter suos loco natus, vir ingenti memoria, ac mira sciendi cupiditate tractus, adolescens Galliam, Hispaniam, Italiam, Germaniam, & Britanniam peragravit, Orientem etiam aditurus, ni Turcarum, bellorumque strepitu deterritus fuisset; pro Ludovico XII. Gallorum Rege in Neapolitano bello militavit; græcam linguam didicit; latinam vero Plinio primum quammaxime addictus, mox Ciceroni quinquennio studens egregie calluit; a pluribus Principibus, Regibus, Republicisque summo in pretio habitus præsertim a Philippo Austriæ Duce, Belgiique Principe, & a Ludovico Galliarum Rege, a quo juribus totius Galliæ donatus asseritur, & in Centumvirile Collegium Curiæ Parisiensis cooptatus; a Leone vero X. civitate Romana cohonestatus; a Florentina Republica maximo ad docendum stipendio conductus; dum Patavii degeret in contubernio Reginaldi Poli S. R. E. Cardinalis, & eum eo de humanæ vitæ fragilitate sermones misceret, suumque testamentum condidisset non obscuro instantis mortis omine, ipso profectionis die in febrim incidit, qua perdurante, in *D. Francisci* familiam emissa votorum professione adoptari se fecit, vesteque Religionis induta paucis post diebus omnium mœrore ex hac vita migravit 3. idus Septembris anno salutis Dominicæ 1522., ætatis vero suæ 34. ex ejus Vitæ synchrono scriptore, qui & habet, eum scripsisse, ac evulgasse Romæ

Orationes duas stylo Ciceroniano, quibus respondet eorum accusationi, qui eum in Urbe perduellionis reum egerunt.

Orationem ad Lutheranos jam damnatos, qua eos ad fidem catholicam hortatur; quatuor alias jussu Leonis X. scripturus, nisi immatura mors obstitisset

Epistolas aliquot ad amicos elegantissimas.

Cetera, quæ scripsit, abolenda censuisse; & ut ita fieret moriturum enixe commendasse. Ejus *Orationis* ad Lutheranos, & *Epistolarum* meminit & Possevinus in Appar. sac.; eumque dicit Professorem fuisse in *Pictaviensi* Gymnasio: *Orationum* vero *apologeticarum* Romæ pro sui defensione habitarum Jovius mentionem fecit in Elogiis; refertque *Orationem* in Romanos edidisse, ob quam *Apologias* scribere coactus fuit; Patavii vero morte intempestiva sublatum, dum multa cuderet in Lutheranos. Ejus

Oratio de laudibus D. Ludovici Francorum Regis habita Pictavii in Cœnobio Fratrum Minorum anno 1510. impressa est Parisiis eodem anno in 4. apud Henrieum Stephanum; & a Francisco du Chesne ob insignem raritatem tomo 5. Historiæ Francorum Scriptorum coætaneorum pag. 500. & seqq. inserta, teste Frider. Freytag in Analectis litter. *de libris rarior.* pag. 540. Scripsit &

Carmina latine satis culta; unde & inter poetas illustres locum obtinuit.

Ejus sepulchrum cum inscriptione & prosa, & versu ei posita a Petro Bembo, cui familiaris erat, visitur in D. Antonii Templo Patavii, referturque a Bernar. Scardeonio in Hist. Patav. append. col. 461., a Jovio cit., in to. 6. par. 2. Thesauri novi monum. Martene; de quo viro testatur & Rodulphius Hist. Seraph. lib. 2. pag. 215.; celebraturque & ab autore Additamenti ad librum Trithemii de Scriptor. Eccles.

Eodem tempore, & ex eadem familia floruit *Gibertus Longolius*, cujus operâ prodiit Coloniæ anno 1540. 3. translatio VII. *Synodi* œcumenicæ.

C M L X. 448.

CHRISTOPHORUS MORENUS = ex Moxent

Valentinæ diœcesis oppido primitus sub Hieronymianorum vexillo militavit, a quibus Romam missus, ibi in Aracœlitano Cœnobio Regulam Seraphicam professus est, & in Hispaniam rediens, Valentinaque in Regul. Observ. provincia moram trahens post alia munia etiam Ministrum provinciæ non sine laude gessit. Hujus

Vita B. Nicolai Factoris legitur etiam in 4. parte Chronicor. S. Francisci per Barettium Venetiis editorum lib. 8. in capita 55. distributa. *Vita B. Nicolai Factoris liber per Joseph Eximenium breviatus* Barcinone an. 1618. in 4. lingua hispanica extat Romæ in Biblioth. Barberina.

Segunda parte de la Claridad intitulad Lumbre del Christiano. Valentiæ an. 1575. in 8. per Jo: Navarrum, ex Indice prædictæ Biblioth. Barberinæ. Gonzaga quidem par. 1. tradit, edidisse *Librum de claritate simplicium* in duas partes divisum; cujus pars prima prodiit Valentiæ an. 1571. in 8.

De claris S. Francisci familiæ viris liber extat ms.

Itinerarium in cœlum in quatuor itinera distinctum, scilicet *de vera contritione* cum 42. exemplis: *de Confessione sacramentali* cum 44. exemplis: *de satisfactione* cum 36. exemplis: & *de Eucharistiæ Sacramento, ejusque miraculis* cum 58. exemplis. Compluti an. 1569. in 4. typis Joannis Iñiguez ex Jo: a S. Anton. to. 3. in appendice. *Jornadas para el cielo* ad Philippum II. Regem Hispaniarum Matriti cusum an. 1616. in 4. apud Viduam Alonsi Martin extat Florentiæ in inferiori Bibliotheca S. Crucis.

De eo fit mentio apud Valerium Taxandrum pag. 40., Nicolaum Antonium, Arturum ad diem 18. Martii §. 3. in edit. 2. Martyrol. Francisc., & autorem Biblioth. Valent. pag. 102. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 265.

C M L X I.

CHRISTOPHORUS N. Gallus, vel Belga sac. Theol. Magister, & Metensis Cœnobii Guardianus, seu Præfectus edidit anno 1442.

Scriptum de pœnitentia, quod ms. asservatur Metis in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1383. cod. 288.

C M L X I I.

CHRISTOPHORUS NUMAJUS Foroliviensis generoso stipite ortus Ordinem Min. Regul. Observ. a teneris annis ingressus est, ubi literis, religione, rerumque agendarum prudentia, ac præstantia adeo excelluit, ut Parisiis sacras literas profiteretur, Regi Galliarum in pretio, Reginæ vero a sacris Confessionibus extiterit. Inde *Vicarius* primum sui Ordinis, mox anno 1517. *primus Minister Generalis*, & paulo post sui Ordinis tertius S. R. E. Cardinalis titulo primum S. Bartholomæi in Insula, mox S. Mariæ de Aracœli est declaratus; recetisque in Italia Æserniensi ab anno 1520., & Alatrina; in Gallia vero Regiensi ab anno 1526. Ecclesiis; nec non apostolica ad Regem functus legatione; anno 1528. decessit Anconæ die XII. calen. Aprilis; cujus corpus Romam translatum in Aracœli Templo conditum est. In direptione Urbis a militibus Borbonii Ducis patrata anno 1527. multa, & indigna perpessus est. Fertur autem scripsisse præ ceteris.

Exhortationem ad Galliarum Regem Franciscum I. in Turcas carmine heroico typis excusam; &

Epistolas plures ad eumdem Regem, aliosque Principes pro liberatione Clementis VII.; quas huc usque legi, scripto tradidit Paulus Bonolus Hist. Foroliv. lib. 11. ad an. 1517., & Eques Georgius V. Marchesius in Vitis Viror. Illustr. Forolivien. lib. 1. cap. 5.

Ferunt etiam scripsisse plurima *Theologica*, *Ascetica*, & *Moralia*; sed in urbis excidio deperdita fuisse, testibus Waddingo in Annal., Cattaneo de S. R. E. Cardinalibus, aliisque apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 265.

C M L X I I I.

CHRISTOPHORUS ORTEGA Hispanus edidit

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis impressam Granatæ an. 1650. in 4. cum aliis a pag. 235., teste Petro de Alva col. 280. Militiæ, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 266.

* CHRISTOPHORUS PICINELLI = v. *Christophorus a Varisio*.

C M L X I V. 449.

CHRISTOPHORUS RUISIUS = Regul. Observ. provinciæ Conceptionis alumnus ex Gonzaga, & Nicolao Antonio, ex quibus Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L X V. 450.

CHRISTOPHORUS A VARISIO = *Picinelli* cognomento obiit anno 1491. secundum aliquos, Mediolani die 26. Septembris apud S. Angelum in veneratione habitus; ut ex Jo: Baptista Carisio literis prodidit Abbas Picinellus in Theatro Mediolanen.

Declaratio super Regulam diffusa habetur ms. Varsaviæ in Biblioth. Cœnobii Regul. Observ., teste Fr. Augustino Cieplinski in Chronol. descript. prædictæ provinciæ Poloniæ pag. 249. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L X V I. 451.

CHRISTOPHORUS VERRUCHINUS = diœcesis Ariminensis, cognomento *Facciardi*, cujus

Exercitia animæ lingua vernacula imprimi curavit Baptista Rosa Venetus Ecclesiæ S. Agnetis Rector, & Canonicus Ecclesiæ Patriarchalis Venetiis an. 1596. in 4. per Jo: Guerilium; qui in epistola ad lectorem prodit, eum ex honesta *Facciardorum* familia extitisse: Possevinus autem autor coævus Appar. sac. to. 1. illum *sanctitatis*, & *doctrinæ* specimen appellat. Scripsit etiam

Vitas, & *gesta SS. Ecclesiæ Verruchinæ*. Venetiis anno 1600. in 8. apud Misserinum.

Tractatum de excellentiis B. Catharinæ Bononiensis Virginis S. Claræ. Ibidem eodem anno.

Compendium 100. *meditationum sacrarum*. Ibidem ann. 1602. 1608. & 1643. Prodierunt etiam *Meditationes* ejus Venetiis an. 1600. ex Indice Biblioth. Barber.; al. 1599. in 8. apud Misserinum.

Cæremoniale Capuccinorum sacrum. iisdem typis an. 1614.

Porta aurea, & *sanctuarium sacra Theologiæ tum scholasticæ, tam positivæ* latine asservatur ms. ex autore Biblioth. Capuccin., & Jo: a S. Anton. to. 1. Hujus quoque esse creditur

Vita B. Joannis Canonici Ariminensis, & *B. Roberti Malatestæ, cum nonnullis Verruchii memoriis, atque domus Malatestæ origine* italico sermone edit. Arimini an. 1610. in 4. cura Cæsaris Ranucci ex cit. Indice to. 1. pag. 228. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 266. refert hoc *Opus* v. *Christophorus N.*; sed cum errore habet *Vitas B. Joannis Canonici Rhemensis Ecclesiæ* &c.

CMLXVII.

C M L X V I I. 452.

CHRISTOPHORUS ULYSSIPONENSIS = Theologus, & Ecclesiastes illustris; de quo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 264. v. *Christophorus de Lisbona:* edidit lingua vernacula

Sanctorale variarum concionum. Ulyssipone an. 1638. in 4. typis Antonii Alvarez.

Concionem de Dominica 3. Adventus in declamatione Ioannis IV. Lusitaniæ Regis. iisdem typis an. 1641. in 4.

Concionem pro exercitus regalis prosperitate. ibidem an. 1644. in 4. typis Laurentii Amberes; & anno 1649. in 4.

Concionem de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis: ibidem an. 1646. in 4. typis Pauli Craesbeeck.

Concionem de feria 6. Dominicæ 2. Quadragesimæ: iisdem typis in 4.

Concionem de feria 6. infra hebdomadam 4. Quadragesimæ. ibidem an. 1648. in 4. per Emmanuelem Lopez da Cavalho: quæ omnes habitæ fuerunt in eodem regio sacello; quo apparet, fuisse eum Regium ecclesiastem.

Viridarium sacræ Scripturæ: Jardin da sagrada Escriptura. ibidem an. 1653. in 4. apud Paulum Craesbeeck; nisi sic legendum 1635.

Historiam naturalem, & moralem Maranhan, ac magni Parà composuit patrio idiomate, sed non vulgavit.

Obiit autem *Congi & Angolæ electus Episcopus* ex Fr. Balthassare Medina, & Nicolao Anton. apud Jo: a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

C M L X V I I I.

CHRYSOSTOMUS CAMBELLUS, sive Campusbellus Glascuensis in Scotia Capuccinorum Institutum amplexus integerrimam vitam duxit, & literis magnopere profecit; multos in patrio regno pro catholica fide tuenda labores perpessus, & contumelias non semel usque ad vincula; sed Parisiis primas concionatoria partes non minus doctus, quam pius tenuit; diuque apud Austrasiæ Principes versatus Ordini suo eam in provinciam aditum ita patefecit, ut Nanceiano, & Mussipontano Cœnobiis excitatis nomen sibi non vulgare compararerit. Scripsit

Contra calviniana hæreseos principia lib. 1.

Disputationes cum hæreticorum ministris solemnes.

Conciones varias, & Orationes.

Ascetica nonnulla: teste Thoma Dempstero in Hist. Eccles. Scot. lib. 3. num. 324., ubi addit, floruisse anno 1627. Sed adeundus est Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccin.

C M L X I X. 453.

CHRYSOSTOMUS A CAPRANICA = diœcesis Sutrinæ; cujus ex Biblioth. Barber. to. 1. pag. 227. & ex Coronel. Biblioth. univ. to. 7.

Officium in SS. Nominis tetragrammaton prodiit Viennæ Austriæ an. 1609. in 8.; quod nescio, an sit Opus diversum ab illo *de divinis nominibus* nuncupato Gregorio XV., qui ab anno 1621. ad 1623. Romanam Ecclesiam rexit. De eo Carolus Imbonatus in Biblioth. Latino-Hebr., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 267.

C M L X X. 454.

CHRYSOSTOMUS SANLAUDENSIS = de quo & Franciscus Bordonus in Chronologio 3. Ord. S. Franc. cap. 38., ut & Jo: a S. Anton. to. 1.; sed nihil ultra Waddingum.

C M L X X I.

CHRYSOSTOMUS SOLARIUS = forsan Niciensis ad Varum fluvium, ubi patritia familia *Solaris* floret, edidit, quando non habetur,

Expositionem in Regulam Minorum impressam Genuæ in 4., teste Martino Lippenio to. 2. Biblioth. Theolog. pag. 297., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L X X I I. 455.

S. CLARA ASISIAS = cujus

Testamentum legimus in to. 1. Chron. S. Francisci ab Horatio Diola translat. lib. 8. cap. 25.; & in Annal. Min. ad an. 1253. n. 5. ex Memoriali antiquo ms.; extatque ms. Compluti in Biblioth. majoris Collegii ex Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 37. in *Gulielmo de Casali*.

Epistolas cum nonnullorum SS. Opusculis imprimi curavit Franciscus Card. Ximenius Compluti an. 1508., teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad an. 1502. n. 21.; harum autem 4. ad *B. Agnetem* Bohemam datas latinas reddidit Jo: Tannerus Soc. J., quæ cum ejus *Vita* leguntur apud Act. SS. Collectores Bollandios to. 1. Martii die 6. ante B. Agnetis Vitam; & to. 2. Augusti die 12. hujus *Vita* refertur, & illustratur; ut & apud Arturum in Martyrol. Franc. ad eamdem diem.

C M L X X I I I. 456.

CLARA BUGNIA = de qua & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

C M L X X I V.

CLARA DE S. CRUCE in seculo *Sancia* Majoricarum Regis filia, & uxor Roberti Regis Neapolis ac Siciliæ fœmina piissima, de qua plura leguntur in Annal. Ord. Minor., defuncto conjuge Roberto anno 1343., Institutum S. Claræ suscepit an. 1344. die 21. Januarii in Monasterio S. Crucis ab ea fundato, in quo sanctissime vixit annum unum, menses sex, diesque septem defuncta anno 1345. die 28. Julii juxta *epitaphium* illi positum, quod refert Waddingus in Annal. ad an. 1344. num. 11.

Epistolas plures scripsit, quarum aliquot legere est in dictis Annal. Min. ad an. 1316. n. 4., 1329. n. 6., 1331. n. 8., & 1334. n. 2. vel ad Ministrum Generalem, vel ad Comitia Generalia, & ad Jo: XXII.

Constitutiones pro Monasterio Corporis Christi Neapoli ab ea fundato anno 1321., quas confirmavit Jo: XXII., refertque eit. Waddingus in Annal. ad eum annum in Reg. Pontif. n. 98.

Constitutiones alias pro Monasterio S. Mariæ Magdalenæ anno 1324. inchoato ad mulierculas prostitutas, & a peccato resipiscentes alendas sub Regula, vesteque S. Augustini, sed chordam S. Francisci gestantes, & sub FF. Minorum administratione degentes.

Testamentum suum anno 1344. conditum, & a Waddingo in Reges. Pontif. sub eo anno memoratum n. 74. De qua & Rodulphius lib. 2. fol. 242.

C M L X X V.

CLARA A JESU Maria Virgo Clarissa scripsit, quando, & ubi, aut de quo argumento nondum innotuit,

Super varias materias; ut habet Fr. Petrus Ant. Venetus to. 2. Horti, seu Viridarii Seraphici par. 5. cap. 3. pag. 78., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L X X V I.

CLARUS ARETINUS Minorita: Florentiæ in Bi-

Bibliotheca S. Crucis scam. 3. versus claustrum n. 444. extat codex ms. in 4., in quo post *Formulam Confessionum* a Jo: Peckamo Anglo editam legitur:

Incipit quaedam Summa de Casibus in foro pœnitentiali fratris Clari de Aretio Ordinis Minorum Domini Papæ Pœnitentiarii: §. *Peccata, quæ pertinent ad Episcopum in foro pœnitentiali. Nota sex casus tantum, quos debet Sacerdos mittere ad Episcopum* &c.: & in fine scribitur: *Explicinat casus Fratris Clari 147. Scripsi 1433. 16. Junii*. In quibus cum casu de Confessione *Guardianum*, *Custodem*, & *Ministrum* dignitates Ordinis Minorum; & c. de re empta furtive citet *Gofredum*, qui versus finem seculi XIII. scribebat; liquet hunc Minoritam esse diversum a *Fr. Claro de Sexto* Ord. Prædic., qui fertur vixisse tempore S. Dominici; diversumque etiam ab alio *Fr. Claro Florentino*; præsertim cum iste Fr. Clarus alterum *Fr. Clarum* non semel adducat c. de quadam specie restitutionis, c. quod in malis non est obediendum Prælato &c. Sed in dicta Bibliotheca etiam scam. 6. n. 475. in fine Summæ *Monaldi* Minoritæ ms. in fol. legitur fusissimum additamentum ex variis, ac præsertim ex *Riccardo* Mediavilla, & *Fratris Clari* Casibus.

CMLXXVII. 457.

CLARUS FLORENTINUS = florebat an. 1259. ex Fr. Salimbene Parmensi in Chron. ms. pag. 378., qui eum appellat magnum Doctorem, & pag. 438. præclarum concionatorem, ubi & tradit, eum Pisis in Archiepiscopali Ecclesia conciones habuisse eo tempore, quo ipse ibi morabatur, hoc est inter ann. 1243., & 1247. *Summa* ejus hoc titulo:

Tractatus x. præceptorum, & casus conscientiæ Fratris Clari de Florentia extat ms. Venetiis in Biblioth. S. Francisci de Vinea, teste Jac. Philippo Thomasino in Biblioth. Venet. pag. 107., ante quem Rodulphius lib. 3. scripsit, se *Summam* hujus vidisse Venetiis.

Autor *Summæ Angelicæ* anno 1487. excusæ in tabula Doctorum, quibus est usus, Operi præmissa habet *Clarum Ordinis Minorum Summistam*; & Michael Pocciantius Servita, qui Catalogum illustr. script. Florent. an. 1565. scribebat, vel ejus Continuator Lucas Ferrinus anno 1588., perhibet, hunc Minoritam fuisse, ac floruisse anno 1308.; citaturque a S. Antonino in Summa par. 2. tit. 2. cap. 3. & 4., nec non in tract. de restitut. cap. 3., & 4. diversus ab illo *Claro Ord. Prædicat.*, quem idem S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 23. cap. 5. dicit *Juriscanonici* peritum, Romanæ provinciæ in exordio Ordinis *Priorem*, inde Papæ *Cappellanum*, & *Pœnitentiarium*: nam & Summæ Rosella, & Silvestrina edit. Antuerpien. anni 1581. *Clarum Summistam* asserunt *Ordinis Minorum*: & post istos etiam memorant Antonius Terrinca in Theatro Hetrusco Minorum, ac Jo: a S. Anton. to. 1., & Julius Niger in Script. Florent., ubi tamen perperam eum appellat Ordinis Minorum Observantium. Sed ut omnia pateant, duplex *Clarus Minorita* distinguendus est; *Florentinus* alter, qui florebat circa annum 1250.; alter *Aretinus*, qui scribebat circa, seu post annum 1300., de quo supra egimus.

CMLXXVIII.

CLAUDIA A S. MICHAELE Hispana concinnavit

Glossam pro Immaculata V. Mariæ Conceptione; ut ex libro de hoc mysterio Granatæ anno 1651. impresso pag. 302. apud Petrum de Alva pag. 289. Militiæ, utque notavit Jo: a S. Anton. to. 1.

CMLXXIX.

CLAUDIUS ABBAVILLÆUS Gallus Ordinis Capuccinorum provinciæ Parisien., in America Septentrionali, novaque Gallia Missionarius Apostolicus, quas regiones per decem annos concionibus, virtutibus, & exemplis illustravit: initio seculi XVII. scripsit gallice

Historiam navigationis, & adventus Capuccinorum cum nobilibus de Regno Galliæ in insulam de Marangam, & adjacentia loca: seu *historiam Missionis insulæ Maragnani Brasiliæ* cusam Parisiis an. 1614. apud Bibliam auream per Franciscum Hulium.

Historiam chronologicam B. Coletæ Virginis Ordinis S. Claræ Reformatricis. Parisiis an. 1619.

De eo Arturus in Martyrol. Franc. ad diem 25. Januar. in annotat. pag. 33., & ad diem 1. Maji §. 13. pag. 171., Marracius in append. de Script. Marian., Marcus de Guadalaxara par. 1. Hist. Pontif., Bollandii Continuat. Act. SS., & post omnes Jo: a S. Anton. to.. 1. ex autore Biblioth. Script. Capuccinor.

CMLXXX.

CLAUDIUS COCCHI Genuensis Min. Convent. artis musicæ cultor eximius apud Cardinalem Dietrixtain in Germania, Avenione etiam, & Tergesti, Mediolani, Asisiique cantorum moderator fuit, scripsitque plures hujus artis *Opellas*, quæ passim in Ecclesia musice canuntur; quarum x. titulo:

Sertum sacrum psalmorum modulatorum prodiit Mediolani an. 1632. in 4. per Georgium Rollam.

* CLAUDIUS FABER memoratur quidem a Waddingo inter Martyres, a Gonzaga, Britio, aliisque; sed inter Scriptores primus recensuit Rossottus hunc cum *Antonio Fabro*, de quo supra, confundens. *Antonii* igitur, non Claudii, est *liber contra quemdam Arelatensem hæresiarcham*.

CMLXXXI.

CLAUDIUS HUGONIS Gallus provinciæ Franciæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor edidit cum *Bonifacio a Ceva* anno 1511. Lucæ

Firmamenta trium Ordinum S. Francisci impressa Parisiis an. 1512. in 4. typis Jo: Parvi expensis Francisci Regnault, & Jo: Frellon, in quinque partes distributa, de quibus dixi supra in *Bonifacio de Ceva*; mox etiam cusa Hispali; postea Venetiis an. 1513. per Lazarum Soardum in 4., ac in tres partes distincta hoc titulo: *Speculum Minorum, seu Firmamentum trium Ordinum* prodierunt sine autoris nomine; cujus Operis in prologo mentio fit editionis *Gallicanæ*, & *Hispalensis*, diciturque in hac minus utilia fuisse resecata, alia vero quamplura necessaria adjuncta; nimirum *Constitutiones* Benedicti XII., & Guglielmi Farinerii Ministri Generalis; *Ordinationes* B. Joa Capistrani; Regulæ Minorum *Expositiones* Jo. Valensis, & Petri Joannis; *Apologia* Ludovicii a Turre; & *Minorica* Bartholi; nec non aliquot Summorum Pontificum, ac Generalium Ordinis *Constitutiones* novæ, quæ in aliis editionibus deerant. Ceterum hic *Claudius* in dicto *Firmamento* editionis Venetæ fol. 71. asseritur anno 1507. *Ordinis Minorum reformationis, & observantiæ, ac obedientiæ regularis reverendi patris Ministri Generalis ejusdem Ordinis reformatorum obedientiæ, & observantiæ regularis provinciarum Franciæ, & S. Bonaventuræ Procurator principalis*: nec non *Commissarius P. Ministri Franciæ in Custodia provincia Lotharingiæ* anno 1508. ibidem fol. 102.:

102. ; & *Procurator* in Curia Romana pro causis provinciæ S. Bonaventuræ erat ex Regesto Ordinis pag. 204. Hæc porro fuit illa *Reformatio* inter Fratres Minores Conventuales a Ministro Generali Ægidio Delphino, ac Bonaventura a Ceva circa annum 1502. inchoata.

Forsan hujus nepos fuit *Jacobus Hugonis*, de quo infra.

C M L X X X I I. 458.

CLAUDIUS JAVELOTIUS = de quo Jo: a S. Anton. to. 2. ex Vaddingo.

C M L X X X I I I.

CLAUDIUS A MARTYRIBUS Hispanus Legionensis genere nobilis, Religionis zelo conspicuus, Discalceatorum provinciæ S. Pauli bis Minister semper cum plausu, & provinciarum SS. Gabrielis, & Joseph, nec non Arrabidorum in Lusitania Commissarius Visitator, primusque suæ provinciæ Chronologus scripsit

Memoriale provinciæ S. Pauli memoratæ ex visis, & autenticis monumentis, quod ms. habuit Antonius Daza ex Fr. Jo: a S. Maria par. 2. Chron. lib. 4. cap. 15., & Jo: a S. Anton., ut ipsemet fatetur to. 1. pag. 269. Biblioth. univ. Francisc., & to. 1. Chron. prov. S. Pauli.

Obiit anno 1622. non absque sanctitatis opinione in S. Didaci Vallisoletano Conventu ex eodem.

C M L X X X I V. 459.

CLAUDIUS MEDULLA = suæ provinciæ Minister fuit, & sui Ordinis Vicarius Generalis obiit an. 1624. ex Annal. Min. ad an. 1466. num. 9. Hujus

Liber Constitutionum sui Ordinis impressus est Mediolani an. 1585. in 4., quem citat Petrus de Alva in Appar. ad Indiculum Bullar. Seraph. pag. 7. Scripsit &

Super Regulam Minorum ex cit. Petro de Alva tab. 2. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L X X X V.

CLAUDIUS MOREN Insulensis Belga, forsan, vel Gallus edidit

Philosophicum cursum ad Scoti genium, teste Bonaventura Barone to. 1. Opusculor. par. 14. §. 12. append. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L X X X V I. 460.

CLAUDIUS LE PETIT = latine *Parvus* Regul. Observ.

De spiritibus creatis Opus tripartitum. Parisiis an. 1641. in fol. p. typis Francisei Piot. De eo Petrus de Alva tab. 2., & Dupin sec. xvii., atque ex his Jo: a S. Anton. to. 1.

C M L X X X V I I. 461.

CLAUDIUS PICQUET = *Joannes Picquetus* citatur ab Arturo in indice Martyrol. Francisc.; nescio, an alius sit ab isto. Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum.

C M L X X X V I I I. 462.

CLAUDIUS PRIOR = Regul. Observ.; de quo agit etiam Possevinus in Appar. sac. to. 1.; & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo. Scripsit ad modum *Dialogi* in 8. an. 1596.

CLAUDIUS RANGOLIUS, quem adducit hoc loco ex Crouvæo Jo: a S. Anton., *Minimus* fuit, non *Minorita*.

C M L X X X I X. 463.

CLAUDIUS VALLENOT = clarebat 1650.; citaturque a Ludovico Cavallo in Syllabo AA. præfixo Januæ Musarum, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

C M X C.

CLEMENS BONTADOSIUS a Montefalco in Umbria dioecesis Spoletinæ sac. Theolog. Magister anno 1584. Bononiæ in Comitiis Generalibus Min. Conv. Minister Gen. est assumptus, vixque biennio expleto, promotus fuit a Sixto V. ad Neocastren. in Calabria Ecclesiam, quam usque ad annum 1594.; quo vivere desiit, administravit. Refert Jacobillus in Scriptor. Umbris, & ex eo Coronellus to. 6. Biblioth. univ. n. 1890., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 270., edidisse eum hetrusco sermone

De sacerdotali septimana, & alia *Opuscula*. Citat hunc Marcus Scarsella in epistola ad lectores anno 1589. suæ Summæ *casuum conscientiæ* præmissa; agitque de eo & Ughellus to. 9. Ital. sac., & P. Rodulphius Hist. Seraph. lib. 2. fol. 255.; nec non Franchinus in Bibliosoph. num. 91.

C M X C I. 464.

CLEMENS BRANCASIUS = edidit &

Tractatum de Angelis. Neapoli an. 1646. in fol. apud eumdem.

In laudem Operis *de Deo uno, & trino* cecinit Scipio Brancasius ejus ex fratre nepos.

Qui legis, haud magnum, pressoque volumine librum
Perlege; nam magnos maximus inter erit.
Quid ni? quem tellus, pontus, quem non capit æther,
Perstringit gremio maximus ipse suo.

Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 270. ex Dupino sec. xvii. ei attribuit *Vitas* Urbani VIII., & Fr. Hieronymi de Narnia; *Commentaria* in Evangelium Matthæi; & *Annales* Capuccinorum ab anno 1612. ad 1634.: quæ tamen videntur esse *Marcellini a Pise*; quare putandum, irrepsisse errorem.

C M X C I I. 465.

CLEMENS DOLERA = edidit quoque, & in compendium redegit

Salmanticensia Statuta vetera; & *Constitutiones* in 12. capita distincta juxta 12. Regulæ Minorum capita primùm latine, postea & italice jussu Capituli Generalis anno 1553. Salmanticæ coacti; quæ prodierunt Venetiis anno 1555. in 4.; inde Anconæ an. 1582. apud Franciscum Salvioni jussu Francisci Gonzagæ Regul. Observ. Generalis Ministri; quæque citantur sæpe ab Emmanuele Roderico in Quæst. canon. & regul.; atque habentur to. 18. Annal. Min. ad an. 1553. n. 7. Romæ anno 1740. excusis.

Agunt de isto Rodulphius lib. 2. & 3.; Ughellus to. 1. Ital. sac., Oldoinus in Athenæo Ligustico, Cardinaliumque nomenclatores; aliique; nec non Gubernatis to. 1. pag. 228., ubi profert

Epistolam ad Transmontanam Familiam apud Jo: a S. Anton. to. 1.

C M X C I I I. 466.

CLEMENS GENUENSIS = de quo Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

C M X C I V.

CLEMENS A NOTO Siculus Capuccinus prov. Syracusanæ Philosophus, ac Theologus insignis, moribusque probatissimis, qui post plura munia Generalis sui Ordinis Præfectus assumptus zelo, & prudentia regularem disciplinam promovit; obiitque Syra-

Syracusis magna sanctitatis opinione an. 1631., de quo & in to. 3. Annal. Capuccin. ad eum annum §. 14. Scripserat autem

Tractatum super votum paupertatis seraphicæ; nec non alios

Philosophicos, & theologicos tractatus, qui mss. servantur, teste autore Biblioth. Capuccinor., ex quo Jo: a S. Anton. to. 3. in append.

C M X C V. 467.

CLEMENS PELANDUS = natus anno 1596., anno ætatis suæ 18. Franciscanæ Religioni nomen dedit, in qua sacræ Theologiæ Lector constitutus, & verbi Dei concionator cum extitisset, typis dedit lingua vulgari

Pennam columbæ Davidicæ, idest *Exercitia spiritualia animæ*. Bergomi an. 1638. per M. A. Rubeum.

Tripudium divini amoris: Mediolani an. 1654. typis Ghisulfi.

Stellarium Christiani ad illuminandam animam in via cœli. Venetiis anno 1656. typis Babæ.

Emblemma ad actiones pastorales D. Barbarici Episcopi Bergomensis. Bergomi typis Rubei.

Pulchram, devotamque paraphrasim Sequentiæ mortuorum Dies iræ &c. ibidem.

Aquilam aspirantem, seu aspirationes, & exercitia spiritualia animæ sitientis volare ad montem christianæ, religiosæque perfectionis: &

Candelabrum animæ, sive septem lucernæ de scientia dialectica. Bergomi anno 1664., ex Donato Calvo in Scena Liter. Bergom. par. 2. Edidit etiam latine

Libellum contra Petrum Marchantium de usu Syndici Apostolici, quem oppugnare aggressus est *Ludovicus Rozycius* Polonus Regul. Observ., teste Dominico de Gubernatis in sua *Umbra illuminata* Romæ an. 1687. evulgata; & ex eo Casimiro Biernako in suo *Propugnaculo* art. 4. n. 18. Joannes a S. Anton. de hoc scriptore agens to. 1. nihil addit Waddingo.

C M X C V I.

CLEMENS PLACENTINUS Regul. Observ. Theologus illustris, & verbi Dei concionator eximius elucubravit

Quadragesimales conciones, quas in præcipuis Italiæ civitatibus habuit; cumque eas an. 1628. Bononiæ in insigni S. Petronii Templo recitaret, publicavit

Rituale, ac cæremoniale pro ecclesiasticis actionibus italice, ut habet Fernandus Bononien. in Memor. Histor. illius provinciæ Min. Observ. par. 3. cap. 8.

C M X C V I I.

CLEMENS PUSTERLA Cremonen. Min. Convent. sac. Theologiæ Doctor; & Ecclesiastes egregius, suique Ordinis Procurator Generalis post se reliquisse dicitur

Concionum libros tres a Bressiano Cremonensi in Coron. Viror. Illustr. apud Franciscum Arisium in Cremona Liter. to. 2., ubi & Regesta Ordinis Minorum Convent. adducit: fides sit apud ipsum; cum videam Rodulphum eo seculo scribentem nullam hujus mentionem fecisse in descriptione Conventus Cremonæ.

C M X C V I I I.

CLEMENS TEXERO provinciæ Aragonen. Regul. Observ. concionator edidit hispanice

Stationes sacræ viæ crucis. Matriti an. 1616. in 12. per Ludovicum Sanchez ex Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 272.

C M X C I X.

CLEMENS THOMASINUS Florentinus Minor. Convent. Theologus, divinique verbi prædicator eximius anno 1547. Lector publicus fuit in Gymnasio Ferrariensi, ex Historia illius Universitatis Ferrantis Borsetti par. 2. lib. 2.; & anno 1565. aggregatus est Collegio Theologorum Florentinæ Universitatis, annoque 1570. Decanus invenitur Universitatis ejusdem, ex Cerrachino in Fastis Theologicis Florentini Collegii; interfuit Concilio Tridentino, & præceptor dicitur fuisse Felicis Peretti postea Sixti V., & Joannis Accajoli, & contra hær. pravit. Florentiæ Inquisitor, suæque provinciæ Minister. Concilio autem Tridentino interfuit, dum esset *Regens in Conventu S. Crucis Florentiæ*, ex Catal. Trident., ibique anno 1546. in æde S. Vigilii die kalend. Novemb. concionem ad Patres Concilii habuit; deque ipso agitur & to. 18. Annal. Minor. n. 30. Scripsisse vero fertur

Lucubrationes in totum corpus Philosophiæ.

Explicationes in totam Theologiam.

Conciones quadragesimales per autoritates S. Pauli hetrusca lingua.

Opusculum de vitiis capitalibus, & aliud

De Indulgentiis.

Opuscula alia doctissima; quæ omnia mss. servabantur apud Bonaventuram Cinellum, ex Francisco Bocchio, & Raphaele Badio apud Julium Nigrum de Script. Florent.; qui addunt, obiisse eum Senis anno 1583. die 17. Januarii, cum ibi publicus Theologiæ Professor esset. Agit de eo & Jeremias Buchius coævus scriptor in additione ad Conformit. VIII. Bartholomæi Pisani edit. Bonon. anni 1590., & Rodulphius lib. 2. Joseph Manucius par. 2. Clusentini cap. 7. vult, natum hunc *Puppii* in Clusentino, Conventuique Florentino S. Crucis aggregatum fuisse; pro qua re Marianum Cattaneum Hist. ms. testem adducit.

M.

CLETUS CALCANEUS Æsinus Picenæ provinciæ alumnus edidit post initium seculi XVII.

Relationem provinciæ Marchiæ Conventualium, & Reformatæ, quam ms. penes se habuisse testatur Petrus de Alva col. 295. Militiæ.

Tabulam veræ prosapiæ trium Ordinum S. Francisci citat Jo: Marangonus lib. 2. Thesauri Parochorum cap. 11. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

Catalogum Sanctorum, & Beatorum Franciscanæ Religionis in Marchia Anconitana, quem citat Matthæus Pascuccius in Vita B. Baptistæ Varanæ lib. 3. cap. ult. anno 1630. composita; eumdem autem *Catalogum* censeo ac *Arborem Religionis Minorum in Piceno*, qua usi sunt Act. SS. Continuatores Bollandii to. 3. Martii die 22. in Vita *S. Benvenuti Episcopi*.

M I.

B. COLETA CORBEJENSIS diœcesis Ambianensis cognomento *Boelet* Virgo magnæ abstinentiæ, & religionis, specialibus gratiis, & mirandis favoribus ab ejus cœlesti sponso Jesu Christo meruit decorari; præter donum prophetiæ, & linguarum, quas eam ars, aut natura non docuit, difficillimos Theologiæ nodos, rogantibus doctis, tam facile solvebat, ut ipsi testarentur nonnisi cœlitus illustratam id facere posse. Hæc igitur initio seculi XV. Institutum

rum *Tertii Ordinis secularis* S. Francisci, cui ipsa nomen dederat, reformare cœpit; mox alterum *primi, & secundi Ordinis*, quod est Minorum, ac S. Claræ, statum ad pristinam S. Institutoris normam tanto animi ardore revocare sategit, ut magnam Galliæ partem, Burgundiam, Sabaudiam, Belgium, & Germaniæ quoque inferioris, & superioris partes ejus Congregatio *Coletanorum* occuparit, steteritque usque ad annum 1517.

Constitutiones, & Statuta pro dicta Reformatione, quæ memorantur in Bullis Nicolai V. anno 1448. editis, quæ leguntur in Annal. Minor., & Firmamento trium Ordinum, confirmanturque & eo anno, & anno 1454. ex Reges. Vatic. apud Indiculum Bullarii Seraphici Petri de Alva, & Astorga num. 22. *Statuta* porro ejus publicavit Dominicus Gubernatis to. 2. Orbis Seraphici lib. 11. cap. 10. a pag. 731. usque ad 799.; & memorantur in Constitutionibus Gulielmi Casalensis Ministri Generalis cap. 16. Marcus Ulyssiponen. Chronic. S. Franc. par. 3. cap. 4., & 5. ait edidisse

Breve memoriale eorum, quæ pro reformatione Ordinis S. Claræ necessaria sunt.

Varias Epistolas ad diversos scripsit, quarum quinque in ejus Monasterio mss. se vidisse testantur Act. SS. Collect. Bollandii to. 1. Martii ad diem 6., qua & ejus *Vitam* enarrant, & notis illustrant; obiit enim ea die an. 1447. Gandavi in Belgio; eamque Clemens VIII. Beatarum catalogo adscripsit; anno autem 1625. Sebastianus Sylvanectensis Capuccinus ejus *Vitam* vulgavit Parisiis; antiquiorem vero referunt Chronica S. Francisci par. 3. lib. 3. a cap. 1. usque ad 32. De ea Surius, aliique apud Arturum ad diem 6. Martii §.9. Martyrol. Franc.; Marracius in Liliis Marianis pag. 84. §. 19.; Cornelius a Lapide in cap. 2. Epist. 1. Petri; Cornejus to. 4. Chron. Ordinis lib. 3. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 247.

468.

CONRADUS DE ASCULO = qui fuit autor *Commentarii in libros Ethicorum*, dicitur Ordinis Prædicatorum apud Echard to. 1. Scriptor. illius Ordinis pag. 569. ad an. 1330.

Fuit & *Conradus de Asculo* socius Hieronymi Asculani postea ad Summum Pontificatum assumpti sub nomine *Nicolai IV.*, a quo Conradus Romam accitus ad Purpuram, e vita excessit in patria anno 1289. tanta sanctitatis opinione, ut & miracula patrasse, & de eo diem festum diu cives egisse dicantur apud Bartholomæum Pisanum Conformit. VIII. & XI. par. 2. De eo Waddingus Annal. to. 3. in append. ad to. 1., & Act. SS. Collectores Bollandii to. 2. April. die 19.; ubi *Milianus* cognomento dicitur.

M I I.

CONRADUS BEBULM Min. Conv. provinciæ Coloniensis Minister fuit circa medium seculum XV.; scripsitque

Sermones aliquot super illud Gen.: Vocavit illum lingua ægyptiaca Salvatorem; &

Tractatus prædicabiles de Adventu Domini: ex Hist. prov. Colonien. fol. 150. Extant mss. in Biblioth. Susatensi Minorum.

M I I I.

CONRADUS DE BONDORF a Villinga Min. Conv. sac. Theol. Doctor, ac Argentinæ provinciæ Minister, cum anno 1502. Bononiæ studiis operam dedisset, plura scripsit, quæ tempus, vel rerum vicissitudo oblivione sepelivit. Rodulphius certe autor suppar lib. 2. pag. 290. in prov. Argent. Cust. Lacus, ac loco Villingæ tradit, ejus *scripta* eo in Cœnobio ab illo exornato, multisque beneficiis aucto asservari; sed quid continerent, referrentque reticet. Obiit anno 1510. cum esset Minister suæ provinciæ, ante mensem Martium, digne die 4. ejusdem mensis datus est successor Magister Georgius Haffman ex Regesto Ordinis pag. 163. de *prov. Argentinæ*. De eo agit & Waddingus ad an. 1536. num. 8., quo perperam dicitur obiisse. Fratrem germanum habuit *Fr. Stephanum de Bondorf* sac. Theol. Magistrum, ut in Regesto Ordinis ibidem, & pag. 164.

M I V.

CONRADUS CELTA, idest Teutonicus, vel e Gallia Comata, nisi sit agnomen, provinciæ, ut mihi videtur, Saxoniæ edidit

Opera poetica spiritualia Hrosvvitæ Virginis Monialis in Saxonia in fol., nescio ubi, vel quando. Extat vetus elegans editio in Biblioth. Slusiana ex ejus Indice apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 274.

M V. 469.

CONRADUS CLINGIUS = Ord. Min. Convent. patria Erphordiensis in Turingia, aut Saxonia scripsit etiam libros

De securitate conscientiæ Catholicorum, & de periculis a doctrina sectariorum hujus seculi: &

Contra librum Imperii Interim nominatum, & anno 1536. Coloniæ vulgatum.

De Justificatione Opus, quod caute legendum esse admonet ex Molano Miræus in Scriptor. Eccles. sec. XVI. num 81.

Laudat hunc virum Wicelius diserte in carmine, quod misit ad Philippum Agricolam Moguntinæ Metropolis Ecclesiastem: *ut quoties Clingi nomen memorabile fertur = Mille per ora hominum* &c. *Inter oves Christi fuit alter Clingius Orphæus* &c.: extatque initio editionis Coloniensis *Locorum Communium* anni 1562. typis Birckmanni; quæ est 2. editio dupla accessione ex ipsius auctoris monumentis locupletata in fol. De eo etiam Petrus de Alva col. 305. Militiæ, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 275.; ex Waddingo tamen. Obiit Erphordiæ anno 1556.

* CONRADUS HOLXINGARIUS = vide *Conradus de Saxonia*.

M V I.

CONRADUS NOCYLKAIMUS Bavariæ Custos vir religiosissimus, & doctissimus jacet in Conventu *Landshutensis* urbis Bavariæ, reliquitque aliqua sui ingenii *monumenta* posteris, inquit Waddingus ad an. 1280. num. 11.; sed quæ, & quando, non exprompsit; idque accepit a Gonzaga par. 3. in prov. Argentinæ, ac Conv. 3.; qui quidem ait, scripsisse

Commentarios in Apocalypsim S. Joannis.

M V I I. 470.

CONRADUS OESTERREICHER = Regul. Observ., de quo Willotus, & Possevinus, ac Jo: a S. Anton. ex Waddingo; videturque fuisse provinciæ Bavariæ.

M V I I I.

CONRADUS DE OFFIDA oppido diœcesis Asculanæ in Piceno clarus extitit non tam pietate, qua sibi *Beati* titulum a populis comparavit; quam doctrina ex jugi sacrorum codicum lectione, & rerum cœlestium meditatione, ob quas summa in ve-

neratione fuit apud B. Joannem Parmensem Generalem Ministrum, & Fr. Petrum Joannis Olivi, viros doctissimos. Obiit anno 1306. pridie idus Decembris in Cœnobio Insulæ, vulgo *Bastia*, prope Asisium magna cum sanctitatis opinione. De eo Arturus ad diem 12. Decembris §. 1., citatque ad diem 9. Januarii §. 8.; & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 275. Scripserat autem

Vitam B. Benvenutæ Anconitanæ, ut literis mandavit autor Chronicor. S. Franc. par. 2. lib. 6. cap. 29. ex Chronicis antiquis; & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1306. n. 6.: nec non

Varias Epistolas, quarum unam exhibet idem Waddingus cit. n. 5., & Autor Chronicor. S. Franc., estque responsum ad amicum *de norma vivendi bene*.

Citatur etiam a Bartholomæo Pisano Conformit. vitt. par. 2. *de loco Asisii*, ac de *B. Ruffino* nono S. Francisci socio disserente, quasi aliquid de ipso B. Ruffino literis mandaverit; quod forsan præstitit in Epistolis.

M I X.

CONRADUS PELLICANUS Rubeacensis, *Rufac*, in Alsatia superiori, provinciæ Argentinæ alumnus hebraicæ linguæ peritus, & Tiguri linguæ græcæ, & Theologiæ professor, sed sui Ordinis Minorum, ac fidei Romanæ desertor; de quo Sixtus Senen. in Biblioth. sancta v. *Gabriel Brunus* lib. 4., & LeLong in Biblioth. sacra to. 1. Vulgavit adhuc Catholicus

De modo legendi, & intelligendi hebraica. Basileæ an. 1503. in 4.

Scrutinium Scripturarum, vel divinæ Scripturæ Fr. Gasparis Sasgeri Bavari ejusdem Instituti, ac provinciæ. Tubingæ an. 1527. in 8.; quæ editio extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. Inter heterodoxos vero

Biblia Tigurina Leonis Judæ Pseudo-episcopi Tigurini, & *Theodori Bibliandri* annotationibus locupletavit, curavitque edi Tiguri an. 1543. in fol. typis C. Froschoveri.

Psalterium Davidis cum *paraphrasi*. Argentorati an. 1527. typis Wolphii Cephalei an. 1527. in 8.

Rubeaci oppidi descriptio facta una cum *Conrado Wolfharto* ejus ex sorore nepote extat in Cosmographia Sebast. Munsteri edit. Basileæ an. 1550. typis Henrici Petri pag. 439.

Epistolæ duæ dat. Tiguri ann. 1544. d. 28. Junii, & 1545. d. 3. Martii ad Jo: Lascum habentur in Collectione epistolar. Simonis Abbes Gabbema edit. Herlingæ Frisiorum typis Heronis Galama an. 1665. pag. 101. & seqq. num. 50. 51.

Versio Thalmud ejusdem extat in Bibliotheca Carolina Zurigi.

Fuit præceptor in Ordine *Sebastiani Munsteri*, ut ipse Munsterus innuit in epistola Grammaticæ hebrææ præmissa, annoque 1524. vulgata. Obiit anno 1556.

M X. 471.

CONRADUS DE SAXONIA = *Holxingarius* cognomento, quemadmodum eum vocant & Antonius Brixiensis Inquisitor in suo *Quadragesimali* serm. Sabbati primi; & Card. Turrecremata in Tractatu de Conceptione B. V. par. 6. cap. 32., ubi producit ejus *Opus*, quod vocat *Solemne de Tempore, & de Sanctis*, quodque in Minorum Basiliensi Bibliotheca ms. extasse scribit.

De salutatione angelica Opusculum laudat memoratus Jo: Card. Turrecremata *notabile*; *& devotissimum* illud appellans, aitque incipere: *Quoniam, ut ait Hieronymus*: hoc autem est Opusculum, quod titulo *Speculi B. Mariæ Virg.* extat inter Opera S. Bonaventuræ; & jam anno 1476. dicitur, impressum fuisse Norimbergæ, & Argentorati attributum *Bonaventuræ Baduario* Cardinali Ord. Eremit. S. Aug., si fides est Oudino in dissert. de Operibus S. Bonaventuræ. Mox anno 1495. prodiit Argentinæ in editione omnium Opusculorum *S. Bonaventuræ*, & in Veneta eorumdem recusione anni 1504.; nec non in posterioribus Operum Seraphici Doctoris. Sed & autoritas Cardinalis Turrecrematæ, & stylus longe diversus diversum, Theutonicumque produnt autorem, quem constat scripsisse ante seculum xv. Præterea *Speculum B. Virginis Fr. Conradi Ord. Min.* extabat olim ms. in Bibliotheca Utinensi S. Francisci ex Catalogo, Regestoque illius loci anno 1397. edito.

Sermones de tempore, & de Sanctis, quos laudatus Turrecremata dicit extasse mss. Basileæ in Bibliotheca FF. Minorum, prodierunt Parisiis an. 1501. ex Waddingo pag. 75. in *S. Bonaventura*, & anno 1521. una cum *Speculo B. M. V.* typis Jodoci Badii Ascensii in 12. cura Antonii Syrrecti Minoritæ *S. Bonaventuræ* itidem adscripti; quos esse hujus Conradi, testatur etiam Petrus Rodulphius lib. 3.; & Miræus in Scriptor. Eccles. sec. xvi. num. 28. censuit, falso *D. Bonaventuræ* affixos. *Conradi de Saxonia Sermones de tempore, & de Sanctis* ms. in pergam. extant Viennæ Austriæ apud nostros ex Catalogo tit. *Inventariorum liber provinciarum Bohemiæ, & Austriæ* servato Romæ in Arch. Ordinis apud SS. Apostolos. *Conciones Dominicales, & de Sanctis* mss. in fol. extant Taurini in Biblioth. Regia ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 139. Biblioth. mss., ubi dicitur *Conradinus*; & Lipsiæ in Paulina Bibliotheca to. 2. in 8., ex Catalogo illius pag. 169., quos perperam Oudinus putat esse *Conradi Marpurgensis* Ord. Prædic. *Sermones Dominicales, & festivi* hujus extabant olim Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci ex veteri illius Catalogo anno 1421. scripto, & a me lecto in Tabulario illius Conventus: sed nunc *Sermones* illi exciderunt. Ejusdem *Sermones Dominicales* incipientes: *Emitte manum tuam de alto*: in Dominica prima Adventus; *Sermones festivi* a S. Andrea incipientes: *Extendam manus* &c.: inter quos de SS. Francisco, Antonio, & Clara; atque *Sermones de communi Sanctorum* incipientes de Apostolis: *Duodecim fratres* &c. habentur Asisii mss. pergam. in 8. in Tabulario Conventus S. Francisci; horumque fit mentio in veteri Inventario Bibliothecæ illius Cœnobii anno 1381. descripto in 4. solario occident., ubi notatur, eos ita desinere: *quidquid in via contingat, gaudere debetis*. Porro etiam in Parisien. editione, quam dixi anni 1521., *Sermones de tempore* incipiunt: *Emitte manum tuam*; *Sermones de Sanctis* incipiunt: *Extendam palmas meas ad Dominum*; & *Sermones de communi Sanctorum* incipiunt de Apostolis: *Duodecim fratres uno patre geniti*: in editione tamen Vaticana, aliisque posterioribus his alii substituti sunt.

Magistri Corradi Quadragesimale (quod non unum Opus existimo, ac Sermones de Tempore) ms. extat in fol. Crumloviæ in Bohemia in Bibliotheca Conventus S. Mariæ Min. Conven.

Concio de Nativitate B. Virginis, &

Con-

Conciones quinque de S. P. Francisco mss. extant in Bibliotheca Scorialis plut. VI. F. 2. E. 2., teste Jo: a S. Anton. to 1. pag. 276.

Concordantiæ Fr. Conradi de Alemannia, quæ dicuntur *Concordantiæ S. Jacobi* sine loco, & anno editionis extant in Biblioth. Capituli Lucernen. sine numeris, signatureis, & custodibus.

M X I. 472.

CONSTANTINUS E BERBANSONE = concionator, & in mystica Theologia versatus edidit patrio, postea gallico, & latino idiomate

Anatomiam animæ, & divinarum operationum pro iis omnibus, qui sese divinæ contemplationi totaliter dederunt. Coloniæ denuo an. 1648. in 8. sumptibus Bernardi Gualterii.

Secretas semitas divini amoris. Coloniæ anno 1613., & 1648. in 8. sumptibus ejusdem Gualterii; & Parisiis an. 1628. in 8. apud Nicolaum Nuerecheet, seu Hure. Exiit etiam anno 1649. Opus hoc bipartitum titulo: *Semitæ occultæ divini amoris*: continens 1. diversos canones, quibus ad summam itur perfectionem; 2. ea omnia, quæ praxim orationis spectant, qua ad amoris divini possessionem pervenitur.

Obiit Coloniæ an. 1635., ex Dionysio Genuensi in Biblioth. Script. Capuccin., Dupino sec. XVII., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 276.

M X I I.

CONSTANTINUS NEAPOLITANUS J. V. Doctor in seculo, Minorum Capuccinorum Institutum amplexus Theologus fuit, ac Philosophus profundus, & concionandi munere clarus, qui aliqua scripsisse fertur apud Nicolaum Toppium in Biblioth. Neapolitana

Theologica, & moralia, tum etiam ad conciones spectantia; quorum tamen distinctas inscriptiones habere non valuit Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin., nec non Jo: a S. Anton. to. 1.

M X I I I.

CONSTANTIUS BARGELINUS Bononiensis nobili genere natus, Minorum Conventualium Institutum amplexus magnam in docendo, dicendoque existimationem comparavit; adeo ut, rectis præcipuis sui Ordinis Gymnasiis, & in patriâ Universitate Methaphysices interpretis munere functo, ob ingentem literarum eruditionem, rerumque administrandarum peritiam primùm Reatinus Episcopus a Gregorio XIII. anno 1574. sit ordinatus, postea ad Fulginaten. translatus Ecclesiam, ubi anno 1585. supremum diem obiit, ex Ughelli Ital. sac. to. 1.; cumque plura scripsisset, tamen vulgavit tantum egregiam

De Deo, & conscientia consulendis pro electione &c. Orationem in Comitiis Generalibus anno 1546. Venetiis habitam: & eodem anno ibidem per Senenses impressam, teste Franchino in Bibliosoph. num. 96.

Amicitia conjunctus fuit *M. Antonio Mureto* viro eloquentissimo, qui ad eum jam Reatinum Episcopum dedit epistolam num. 63. Roma ex cal. Maji, qua inter alia scribit, se ei dono mittere *imaginem* Jesu Christi Crucifixi a præstantissimo artifice summo artificio elaboratam.

M X I V. 473.

CONSTANTIUS MALVETANUS = vide appendicem Operis Waddingi in fine; de quo & Marracius, & Jo: a S. Anton. ex Waddingo.

M X V. 474.

CONSTANTIUS PORTA = Minorum Conventual. alumnus in Musicis Adriani Willaerti discipulus; Auximanæ quoque, & Ravennatensis majoris Ecclesiæ Musicorum præfectus, nec non in celebri Patavino S. Antonii Templo fuit. Hieronymus enim Rubeus Raven. Hist. lib. 10. sub an. 1566. scribit, Julium Roboreum S. R. E. Cardinalem, & Ravennatem Archiepiscopum, atque Ordinis S. Francisci Protectorem *Constantium Portam Cremonensem excellatum Franciscanum Musices adeo præstantem, ut inter primos omni Italia phonascos, Musicesque Magistros numeretur, Patavio, ut Ædis Ursianæ cantoribus præesset, acivisse*; & Bonaventura Gonzaga autor coævus in serm. VII. super 7. psalmos pænitentiales anno 1566. Venetiis edito narrat, *Adrianum* memoratum de eo, & *Cypriano de Rore* suis discipulis solitum dicere, nullum post se his præstantiorem sua in arte relinquere: & Pomponius Spretus in Hist. ad an. 1580. cum vocat *primum suorum temporum Musicum*, & *Ravennæ* in majori Æde *Musices moderatorem*. Anno 1578. transiit ad Lauretanum Odæum, ubi adhuc anno 1586. morabatur, ex Rodulphio lib. 3.: de quo & Jo: Garzonus in Platea univ. serm. 42.; Alemannus Benellus in musico *Dialogo desiderii*; Laurentius Penna; & Jo: Maria Bononcini in suo *Musico practico*; Augustinus vero Superbus in Catalogo ms. sæpe citato tradit, obiisse Patavii anno ætatis suæ 96. Ad eum Annibalis Cari literæ datæ sunt, agitque de ipso & Jo: a S. Anton. to. 1., sed ex Waddingo tantum. Quamplura ea in arte composuit typis vulgata Venetiis ann. 1555., & 1559. per Anton. Gardanum, 1575. per Georgium Angelerium, 1578. Laureti in fol., 1583. Venetiis per Angelum Gardanum, & 1602. per Alexandrum Vincenti; quæ quidem ego vidi. Franciscus Arisius in Mantissa Cremonæ Literatæ tomo 2. pag. 453. hunc celebrat omnium liberalium *artium* cultorem, & *Musicorum* omnium facile *principem*, cujus *sacras*, & *vespertinas* aliquot modulationes collegisse Octavium Ragazzonum Carmelitam Parmensem, & evulgasse Venetiis an. 1590. per Ricciardum Amadinum; ipsum vero anno 1566. diversi generis multa musice facta ibidem publicasse per Claudium Coregiatum, & Faustum Bethanium socios.

Trattato di contrapunto, o instruzione di contrapunto data al P. Graziani da Bagnacavallo ms. in 4. extat Bononiæ apud nostros.

Præter memoratum *Gratianum* hujus discipuli fuerunt etiam *Ludovicus Balbus* Venetus, *Ludovicus Vitellianensis* al. *Viadana*, *Horatius Columbanus* Veronensis, *Joannes Gizzola* Brixianus, & alii.

M X V I. 475.

CONSTANTIUS ROMANUS = de quo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 278. ex Waddingo.

M X V I I. 476.

CONSTANTIUS BUCCAFOCUS = verius *Torri* cognomento a Sarnano diœcesis Camerinen. oppido, quem primus Ciacconius *Buccafocum* appellavit; sed Franchinus num. 97. ex monumentis probat, verum illi *Torri* cognomen fuisse; & ad provinciam non Umbriæ, sed Piceni attinuisse; *Perusii*que non apud suos Consodales, sed publico in Gymnasio Theologiam docuisse, ac explanasse ab anno 1564.; anno vero 1587. ad Vercellen. Ecclesiam promotum, cum præcedenti inter Purpu-

 ra-

ratos adlectus fuisset. Suos ei *de Deo* libros Franciscus Contarenus Venetus anno 1594. dicavit. Ejus autem *Opera* sunt:

In Formalitates Scoti Commentarius impressus Venetiis an. 1575. in 8. ex Franchino.

In Universalia Scoti Expositio cum *tractatu de principio individuationis*, & *de syllogismis conficiendis*: ibidem an. 1576. in 8. per Franciscum de Franciscis; iterumque anno 1583. per eumdem; & 1585.

In universam Logicam Aristotelis in via Scoti una cum *tractatu de secundis intentionibus*: ibidem an. 1584. in fine *Logicæ Scoti*, quam a se recognitam edi curavit iisdem typis an. 1586. in 8., nec non 1590., quæque anno 1619. nova *Antonii Rocci* Scotistæ castigatione ibidem vulgata est apud Antonium Julianum in 8.

Tractatus de primis, & secundis intentionibus prodiit Parisiis an. 1605. in *Gymnasio speculativo* Augustini Gothutii clas. 4., qui & anno 1604. ibidem vulgavit aliud ejus *Opusculum*, ut suo loco dictum est.

Conciliatia doctrinæ S. Thomæ, & Scoti prodiit Lugduni an. 1577. ex Franchino; iterumque eum *Directorio theologico* ab autore aucto, & emendato prodiit Romæ an. 1589. in 4. apud Dominicum Basam, ex Indice Biblioth. Barber., & Bonon. Franciscan., ac Florentin., nec non Romanæ. Sed *Conciliationem doctrinæ* &c. auctiorem, castigatioremque anno 1593. dedit Guidoni Bartholuccio Romæ degenti, ut Venetiis imprimi curaret; quemadmodum habet Franchinus num. 230. §. 2.

Locorum communium Theologiæ lib. 1., quem forsan auctum, castigatumque eodem anno 1593. commisit dicto Guidoni Bartholuccio, ut Venetiis typis ederetur, ex cit. Franchino, ubi dicit *Octo loca communia in Theologiam*. Porro *Summa Theologiæ, sive octo loci communes*, ad quos omnis Theologia reduci potest, prodiit Romæ an. 1592. in 4. ex Typographia Vaticana; nec sunt duo Opera.

ALIENA OPERA, QUÆ VULGAVIT, CASTIGAVITQUE.

Joannis Vallonis Franciscani Formalitates emisit Perusii an. 1570. in 8. ad Felicem Card. Perettum, ex Indice Bibliothecæ S. Franc. Bononiæ; & postea Venetiis anno 1588. una cum *Isagogica expositione formalitatum Laurentii Brixiani*; *Epitomatibus Stephani Bruliferi*; *Mauritii Hibernatis*; *Formalitatibus Antonii Sirrecti*; & *Expositione Antonii Trombettæ* typis Francisci Senensis in 8. titulo: *Quinque illustrium autorum Formalitatum libelli* &c.

In 4. libros Senten. Antonii Andreæ cum *Annotationibus ad Opus creationis, & ad Angelos spectantibus* in 60. conclusiones divisis; & declarantibus in quibus S. Thomas, Scotus, & Averroes in idem veniunt, & dissentiunt; & quæ SS. Patres, & Doctores de iis rebus protulerunt: editis Patavii anno 1576. tempore pestis; & post 2. librum Sententiarum publicatis Venetiis an. 1578. per Damianum Zenarium in fol.

Ejusdem *Antonii Andreæ quæstiones super sex principiis Gilberti Porretani* vulgavit pluries cum *Logica Scoti* ann. 1584., 1590., & ibidem prodierunt postmodum an. 1610. per Antonium Turinum.

Quæstiones quolibetales Scoti a Petro Tatareto commentariis illustratas emendavit, recognitasque cum notis margineis, & indice curavit edi Neapoli anno 1579. in 8. per Horatium Salvianum; quæ editio extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Scriptum Petri Tatareti in quartum Senten. librum Scoti a se recognitum, & notis illustratum. Venetiis an. 1580. in fol., ex Possevino in Appar. sac. v. *Petrus Tataretus*: non autem *in 4. Senten. libros*, ut scribit Bordonus in Chronologio 3. Ordinis cap. 38., eumque secutus Franchinus in append. Bibliosoph.; etenim *in tres priores Senten. libros* commentarios primus vulgavit *Bonaventura Manentus* anno 1583. Venetiis, ut habetur ex ejusdem Manenti epistola dictis libris præmissa.

Opera Paduani de Grassis Barolitæ, nimirum *Enchiridion scholasticum*; *Concilium Paulli*; & *de Eucharistica Republica* cum *notis*: ibidem per Valgrisium an. 1583. in 4.

Petri Aquilani, al. *Scotelli Quæstiones in 4. libros Senten.* cum *notis*: ibidem an. 1584. in 4. per Hieronymum Zenarium.

Vitalis a Furno Cardinalis Ord. Min. Commentaria in Proverbia Salomonis; *in Apocalypsim*; & *in 4. Evangelia* primus ex mss. codd. Biblioth. Asisien., & Bononien. publicavit.

Jo: *Antonii Delphini Minoritæ Conventualis Commentarios in Evangelium Joannis & Epistolam Paulli ad Hebræos* cum notis. Romæ an. 1587. in 4. per Bartholomæum Crassum to. 2., ex Indice Biblioth. Barberinæ; quamvis Franchinus cum errore inter Opera Sarnani propria *Commentarium in Epistolam ad Hebræos* habeat, qui est *Delphini*.

S. Bonaventuræ Cardinalis Opera ei a Sixto V., ut emendaret, & ederet, demandata complere non potuit, sed tres tantum tomos 1. 2. & 4. ann. 1588. & 1589. impressos conspexit morte mox sublatus; reliquos vero quatuor tomos publicarunt Angelus Rocca Episcopus Tagastensis, & Franciscus Lamata Doctor Theologus ejus in labore socii.

Francisci Licheti Minoritæ Commentarios in 1. 2. & 3. libros Senten., *atque Quolibeta* cum notis. Venetiis an. 1589. in fol., ex Indice Biblioth. Barber.

Opera Francisci Mayronis notis illustrasse eum, scribit Nicolaus Comnenus in Hist. Gymnasii Patavini; sed vereor, mendum irrepsisse.

Petri Aureoli Card. Minoritæ Opera omnia revisa, & emendata cum ejus *Vita* Operibus præfixa; e quibus *Scriptum in 4. libros Senten.* edidit Romæ typis Vaticanis anno 1595. tomis 4.; sed primus tantum prodiit eo vivente; nam reliqui tres prodierunt postea ann. 1605., & 1606. in fol.; quo labore tradit Ciacconius in Catalogo S. R. E. Cardinalium, eum conciliasse Aureolum cum Capreolo; quod & Miræus habet in Script. Eccles. sec. XVII. num. 122., addens, ejus laudes prosecutum fuisse funebri Oratione Franciscum Remundum. Jo: a S. Antonio to. 1. pag. 277. agit de hoc ex Coronello to. 6. Biblioth. univ. num. 4840. Sarnani in Ecclesia S. Francisci hoc ei monumentum erectum est:

D. O. M. Constantio Cardinali Sarnano, qui suscepto in adolescentia Minorum Conventualium Instituto eximius & Theologus & concionator evasit, & postquam in præcipuis Italiæ civitatibus summa cum doctrinæ, & ingenii commendatione Theologiam docuisset, editisque lucubrationibus Scotum illustrasset, a Sixto V. P. M. egregio virtutum æstimatore ad Episcopatum Vercellensem, inde ad sacram purpuram eve-

evertus streauam operam christianæ Reipublicæ in pluribus Romanæ aulæ Congregationibus navavit, donec de stadiosis omnibus, & de hoc præsertim Cœnobio præclare meritus Romæ mortalitatem explevit anno suæ ætatis LXIII. *a Christo nato* M. D. LXXXXV.

Andreas Critius Eques ex Ordine S. Stephani pronepos patruo manificentissimo monumentum ponebat anno M. D. C. XXXXIII.

M X V I I I. 477.

CORNELIUS ADRIANI = latinam, græcam, & hebraicam linguas publice professus asseritur; de eoque heterodoxæ religionis Scookius Exercit. sac. pag. 538. inquit: *tempore, quo caninam suam eloquentiam celebratissimi nominis Franciscanus Cornelius Adriani . . . . . exercebat* &c. Petrus Daniel Huetius Polit. Eccles. to. 1., aliique cum Valerio Andrea animadvertunt, hæreticos hujus egregii, ac pii viri scripta infecisse, ac deturpasse, quo ei nominis famam adimerent; & in eum strinxerunt calamum editis libris: *Historia Fr. Cornelii Adriani Dordracensis Ord. Minor. Brugensis* &c. belgice impress. an. 1569. in 8., Delphis an. 1576., & Amstelodami an. 1641.; cujus *quasi Compendium* refertur ab Emanuele de Meteren in *Descriptione historica plana, & genuina belli Belgici* to. 1. lib. 8. pag. 385. & seqq. edit. Arnhemiensis an. 1614. theutonice, ex Frider. Gotthilf Freytag in Analect. literar. de libris rarior. pag. 452.; qui addit, in eum haberi librum etiam tit. *Spiritus Fr. Cornelii Adriani*: Belgice editum Amstelod. an. 1666. in 12. De ipso Franciscus Swertius in Athenis Belgicis magnifice disserit; & Philippus Baldinuccius in ortu, & progressu artis ære cudendi pag. 25. in Vita *Hubertii Goltii* refert ex Carolo Wanmander, Goltium, cum Brugis *Fr. Cornelium Minorem Conventualem* celebrem concionatorem pro rostris dicentem frequentaret, eum ad vivum expressisse.

Sermones ejus dicuntur primum editi an. 1578. in 8.; ejusque vitam publici juris fecisse germanice Jo: Fabrum Magdeburgi anno incerto.

M X I X. 478.

CORNELIUS AIELUS = Regul. Observ. ab *Ayelo* nobili in Calabria prope Amantheam oppido diœcesis Tropejensis, & titulo ducatus insignito: de quo & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 279. ex Waddingo.

M X X. 479.

CORNELIUS BELLANDA = Min. Convent. sac. Theologiæ Magister, & Orator; cujus

Itinerarium spirituale vulgatum fuit Mantuæ an. 1579. in 4. per Franciscum Osannam; postea Venetiis an. 1591. typis Aldi Manutii in 8., ex autore Bibliothecæ Italicæ.

De laudibus Perusinæ urbis Oratio in Generalibus Comitiis an. 1581. ea in urbe recitata, eodemque anno Venetiis impressa in 4., ex Franchino in Bibliosoph. num. 92.

De Venetæ urbis origine, Patrumque Venetorum laudibus Orationem impressam dicit Franchinus Venetiis an. 1600.; sed Rodulphius lib. 3. scribens an. 1586. id refert jam antea ab autore scriptum, a quo Waddingus, Willotus, & Possevinus acceperunt. Ea Oratio forsan dicta fuit Venetiis anno 1546. tempore Capituli Generalis, cum autor juvenis esset, eritque 2. editio laudata a Franchino.

M X X I. 480.

CORNELIUS BIRAG = Cornelius Franciscus Biragus ex nobili, ac pervetusta Mediolanensi familia, Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & Ecclesiastes, in Papiensi Universitate Philosophiam quindennio docuit, inde Mediolani in Canobianis Scholis Politicorum libros interpretatus est; ejusque liber

De ortu, & interitu, seu *de generatione, & corruptione* prodiit Ticini an. 1621. in 4. typis Jo: Nigri.

De duplici hominis felicitate objectiva, & formali;

De monomachia, vulgo duello; &

Orationes varias edidit in ingressu studiorum, uti perhibet Abbas Picinellus in Athenæo Mediolanen.; & Franchinus in Bibliosophia n. 93. Citat hunc Bartholomæus Mastrius de Gener. & corrupt. disp. 4. q. 3. num. 19. & 22., & alibi non semel. De ipso agit & Theulus in Triumpho Seraph., vocatque *Cornelium Franciscum Biragum*; & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Coronel. Biblioth. univ. to. 6. n. 571.

* CORNELIUS BRAUVERIUS = vide *Cornelius Adriani*.

M X X I I.

CORNELIUS CARBONUS a Cellano in Marsis provinciæ S. Bernardini Min. Conv. sac. Theol. Magister, in Philosophicis, Peripateticaque disciplina exercitatissimus, suoque tempore nulli ingenio, ac subtilitate secundus, rectis præcipuis sui Ordinis Gymnasiis, ad suæ provinciæ etiam regimen evectus est circa annum 1612.; & tandem meritis onustus excessit Sulmonæ apud suos, ubi in interiori claustro sequens illi positum est epitaphium:

Fratri Cornelio Carbonio a Cellano Theologo insigni Ord.is Min. Conv., qui ob præclaras virtutes, ceterasque animi dotes Neapoli, Patavii, Florentiæ, & Veronæ . . . . . a Reverendissimo Patre Magistro Gulielmo Avenionensi ejus Magistro vivæ vocis oraculo provincialis eligitur anno ætatis suæ . . . .: quod hoc modo refertur a synchrono scriptore Augustino Superbo in ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Minor. pag. 32., & 33., additque, eum fuisse nepotem *Silvii Cellanensis* ejusdem Instituti viri doctissimi, ac concionatoris clarissimi; & reliquisse quamplura

Scripta Philosophiæ, quæ partim manibus quorumdam terebantur, partim in Conventus Cellani Bibliotheca asservabantur. Meminit hujus etiam Franchinus in Bibliosoph. pag. 125. num. 75. §. 2.

M X X I I I. 481.

CORNELIUS CASTELLUCCIUS = Urbinas concionator, ac Definitor scripsit latine primo, & postea italice, ediditque Venetiis apud Bartholomæum Carampellum in 8., teste Possevino in Appar. sac., qui tamen Institutum reticet, anno 1593.; prodiitque iterum Urbini anno 1598. in 8. ex Officina Ragusiorum: Opus in quinque partes divisum; editio autem prima bipartita fuit, teste Jo: a S. Anton. to. 1. De eo Jacobillus in Scriptor. Umbriæ; legendusque est Dionysius Genuen. in Scriptor. Capuccin.

M X X I V.

CORNELIUS DIVUS Venetus Min. Conv. sac. Theol. Doctor, quem autor æqualis P. Rodulphius lib. 2. in provincia, Custodiaque Venetiarum summopere commendat *insignem virum* appellans, *& in sacris concionibus ad populum præstantem non doctrina, aut sapientia studio acquisita solum, sed natu-*

tura quadam vi liberali: suæ Minister provinciæ anno 1560. effectus est, ut habet Franchinus in Bibliosoph. pag. 71., qui eumdem memorat pag. 185. & 316., magnum *Oratorem*, *Theologumque* dicens: scripsit autem

Conciones, *& Orationes varias* lib. 1.: publicavitque, ut erat vir oratione, & pietate præstans, librum

De vita activa, *& contemplativa*; quemadmodum tradit Augustinus Superbus in Triumpho glorioso Veneto lib. 3. pag. 30., & in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. p. 32.

M X X V. 482.

CORNELIUS DONTHERIUS = Jo: a S. Anton. to. 1. de eo agit, sed ex Waddingo.

M X X V I. 483.

CORNELIUS DOVANIUS = anno 1583. creatus est Episcopus Dunensis & Connorensis Ecclesiarum in Hibernia unitarum sub Armachano Archiepiscopo. Obiit Martyr anno 1613. cal. Februarii Dublini, ex Arturo in Martyrol. Francisc., & ex Hugone Cavello in Vita Scoti, ubi dicitur etiam *Dubenius*. Jo: a S. Anton. to. 1. de hoc agit ex Waddingo.

M X X V I I.

CORNELIUS GHIRARDELLI Bononiensis Regul. Observ. sac. Theol. Lector, Philosophus, Astronomusque haud ignobilis edidit

Sermones astrologicos anni 1617., *diversarumque rerum* typis excusos.

Considerationes astrologicas super eclipsi diei 21. *Maji anni* 1621. Bononiæ apud Mascaronem in 4.

Considerationes astrologicas super temporis mutatione: ibidem an. 1622. in 4. apud Coccum; & anno 1623. apud Ferronium.

Cephalogiam physognomonicam figuratam: ibidem apud eumdem Ferronium anno 1630. in 4., ex Bumaldo, & Orlando de Scriptor. Bononien. Opus hoc in decem est decades divisum, in quibus centum capita humana expenduntur. Autor coævus Augustinus Superbus Ferrarien. de hoc cum laude meminit in ms. Catalogo Script. Ord. Minor. pag. 32.

M X X V I I I. 484.

CORNELIUS HUGONIS = Jo: a S. Anton. to. 1. de hoc ex Waddingo.

M X X I X. 485.

CORNELIUS MARTINI = in patria Universitate primùm Metaphysices, postea Theologiæ professor an. 1570., ex Historia Ferrarien. Gymnasii par. 2. lib. 2.; nec non & Pisis; obiit in patria anno 1593. die 17. Novembris, ex monumentis illius Cœnobii; ejusque

Tractatus de statu Minorum Conventualium impressus fuit Ferrariæ anno 1593. in 4. per Benedictum Mamarellum

Commentarium in prologum Scoti super Sententias complevit kal. Septembris anno 1593., & ms. extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. Hæc duo recenset Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

In Metaphysicam Aristotelis Commentarium, teste Aug. Superbo in Appar. Illustr. Viror. Ferrarien. par. 1., & Franchino in Biblios. num. 74., elucubravit; uti & Opus

De vera felicitate, cum Pisis legeret Collega *Flaminii Nobilis*, cujus extat initio dicti Operis epistola ad Alphonsum II. Ferrariæ Ducem, qua scribit, Cornelium tres libros *de vera felicitate doctissime*, *& copiosissime scripsisse*; *magnopere illam pro nostra amicitia*, inquiens, *sum hortatus*, *ut eos tandem in clarissimo nomine tuo inscriptos apparere vellet*; *bonarumque artium studiosis*, *qui gratissimum argumentum pro dignitate explicatum libentissime lecturi essent*, *communicaret*. Opus approbatum fuit anno 1582. die 2. Augusti a fidei Veneto Inquisitore; servaturque ms. in fol. Ferrariæ.

Etymologia super dicta sacro tempore ordinata juxta catholicorum Patrum eruditionem in capita 80. divisa, ad Alphonsum II. missa, & approbata, uti supra; caput 1. incipit: *De jejunio*: ms. in fol.

In libros Perihermeniarum Commentarium extat ms. in 4. cum aliis supramemoratis in Ferrariensi Bibliotheca S. Francisci. De hoc viro agunt Rodulphius lib. 2. pag. 267., Franchinus, & Ferrantes Borsettus in Hist. Ferrarien. Gymnasii par. 2. lib. 2.

M X X X.

CORNELIUS MUSIUS Delphensis Batavus Sacerdos Tertii Ordinis secul. S. Francisci, & Religiosarum Monasterii S. Agathæ Delphis per annos 35. cum magna fama a sac. Confessionibus, vir sanctimonia vitæ conspicuus, literis etiam, imprimisque poësi supra multos præpollens, cum ab hæreticis captus fuisset, Lugdunum Batavorum perductus, ibi plurima ludibria, tormentaque perpessus est, tandemque suspendio Martyr occubuit anno 1572., ætat. 75., ut legere est apud Gulielmum Estium Hist. Martyrum Gorcomen., & Bozium de signis Eccles. to. 1. lib. 2. cap. 1. num. 6. Scripsit

Encomium solitudinis rhytmice. Antuerpiæ an. 1566. in 4. ex Alfonso Lassor in Univers. Terrar. Orbis Scriptor., & Martino Lippenio to. 1. Biblioth. Philosoph. pag. 473.

In D. Cornelii laudem hymnum.

Institutionem fœminæ Christianæ carmine redditam.

Odas, *& psalmos aliquot* Pictavii cusos in officina Marnesiorum anno 1536.

Imaginem patientiæ carmine expressam. ibidem.

De temporum fugacitate, *& sacrorum poematum immortalitate Odas*. ibidem ex Possevino in Appar. sac., & Miræo in Scriptor. Eccles. sec. XVI.

Epitaphium versibus *Fr. Adamo Sasbonth* civi, & amico positum habetur supra a Waddingo relatum in *Adamo Sasboldo*; qui & hunc inter Martyres Franciscanos recensuit, uti & Gonzaga par. 3., & ex eo autor 4. partis Chronic. S. Francisci lib. 6. cap. 10.; sed inter Scriptores oblitus est ejus noster autor. Joannes Bochius in *heroicis* de isto in hunc modum cecinit:

„ Non tua te pietas, nec Apollinis infula te-
„ xit,
„ Musarum Musi decus; ingeniique per omnem
„ Immortalis honos celebrem te reddidit or-
„ bem.
„ Nunc major laus parta tibi manet altera cælo;
„ Laurea, quam feritas, Batavæque injuria
„ gentis,
„ Et multo peperit sudatum sanguine lethum.

M X X X I. 486.

CORNELIUS MUSSUS = primùm ad Foropopilien. Ecclesiam promotus anno 1541.; inde triennio post ad Bituntinam translatus, ex Ughelli Ital. sac. to. 2. & 7., anno 1572. dignitatem dimisit, Romæque a Gregorio XIII. detentus, & Assistens Pontificio Throno declaratus non multo post e vi-

vis

vis excessit. Porro verba, quæ ex Willoto refert Waddingus, sunt ex Oratione panegyrica Bernardini Tomitani latine facta. Ad hunc misit suum Hieroglyphicorum librum 18. *Vultur* inscriptum Pierius Valerianus: & Antonius Cerrutus nobilis poeta Novariensis lib. 3. *Consolationem* in morte Jacobi Rosei ejus præceptoria; carmen incip. *Non finem lachrymis*: inter *Epistolas* vero *Principum* italice editas Venetiis to. 1. extat Episcopi de *Troes*, al. Trecensis Galli ad hunc ipsum Parisiis data an. 1569. epistola de interitu, infelicique casu Henrici II. Galliarum Regis. De hoc puto cecinisse Jo: Guidiccionem Episcopum Forosempronien. carm. n. LXX. edit. Genuen. incip. . . *O messaggier di Dio, che'n bigia veste—L'oro, e i terreni onor dispregi tanto* &c. Gabriel Flamma in suis carminibus spirit. paraphrasi ad hymnum charitatis stat. 13. hunc virum impense laudat, ejusque concionem inprimis *de amore Dei*. Joannes a Casa Archiepiscopus Orator & poëta celeberrimus edidit de eo illud carmen: *Non marmor parium, non ebur indicum*: quod legitur cusum inter ejus Opera. Sic & Cæsar Capaccius in Silva concept. scriptur.; Comes Thesaurus in Telescopio Arist.; aliique plures, quos inter Card. Pallavicinus in Hist. Concilii Trident. to. 1. lib. 8. cap. 6. scribit: *Inter primos Tridentum accesserat Mussus, non tam ut Synodum ingrederetur, quam ut formaret . . . . tanti corporis non membrum qualecumque, sed pene dextera censebatur*. Rutilius denique Benzonius Romanus Episcopus Lauretanus & Recinetensis lib. 1. *de Anno Sancto Jubilæi* anno 1599. edito scriptores, & viros doctrina insignes recensens ait: *Cornelius Mussus vir sanctitate, & doctrina præcipuus Episcopus Bituntinus, qui multorum seculorum concionatores facile superavit*. Ejus *Opera* 12. tomis continentur; quatuor latina, octo vero hetrusca lingua; quæ quidem publici juris sunt facta: nam multa etiam inedita remanserunt.

Tom. 1. *Hetruscarum concionum* continet illas extraordinarias de vera pace Christiani . . . . de cognitione sui ipsius: de mysterio cinerum, conversionisque hominis ad Deum: de mysterio vineæ, arteque bene vivendi: de christiana lætitia ob Christi resurrectionem: de justificatione, peccatorumque remissione: de amore Dei erga hominem: de gratiis, donis, dignitatibus, & nobilitate hominis: de S. Ecclesiæ persecutionibus, & victoris: de imitatione Christi.

Tom. 2. de SS. Trinitate: de SS. Sacramento: de Christo pastore: de divino amore: de B. Virgine: de Cathedra S. Petri: de sapientia christiana: de vita christiana: de morte christiana: de felicitate Beatorum.

Tom. 3. de vocatione gentium: de peccato, & pænitentia: de Christi in mortem imperio: de Dei, Judæorumque circa Christi mortem consilio: de resurrectione Christi: de Christi laudibus, & magnitudinibus: de Christi ascensione: de Spiritus S. adventu: de Christi regno: de sanctitate, & puritate B. V.

Tom. 4. de Christi incarnatione: de ejusdem nativitate: de circumcisione: de epiphania: de purificatione B. V., de Christi infantia: de transfiguratione ejusdem: de ejusdem potentia super dæmones: de gratia Dei: de statu animarum defunctorum.

Tom. 5. habet *conciones quadragesimales* anni 1542. Romæ in Æde S. Laurentii in Damaso recitatas super symbolo Apostolorum: de duabus dilectionibus: decalogo: & Christi passione secundum Joannem: suntque num. 40.

Tom. 6. *conciones* sunt super Evangeliis, & Epistolis quadragesimalibus; nec non super cantico *Magnificat* sermones pro diebus Sabbati pars. 1.

Tom. 7. *conciones* super Evangeliis, & Epistolis quadragesimalibus &c., ut supra, pars 2., suntque num. 76.

Tom. 8. continet alias *conciones extraordinarias* de obedientia Christi: de gaudiis Ecclesiæ, & fidelium ob Christi resurrectionem: de vita spirituali: de Religione christiana: de sancta oratione: de utilitate Conciliorum.

Tom. 1. *Operum latine* editorum continet *Synodum Bituntinam* totam fere Ecclesiasticam disciplinam sermonibus, constitutionibus, legibus synodalibus complectentem &c.; ac de modo, caussa, & ratione visitandi; Clero, populoque reformando. Venetiis impres. apud Jolitos anno 1579. in fol.; postea apud Juntas an. 1587.

Tom. 2. *de divina historia* libri tres, in quibus tractatur de divinæ essentiæ æternitate: de divinæ naturæ veritate: & de divinæ naturæ, ac vitæ fæcunditate. Venetiis apud Juntas anno 1587. in 4.

Tom. 3. Commentarii *in Epistolam B. Pauli ad Romanos*. ibidem apud Juntas an. 1588. in 4.

Tom. 4. Expositio *psalmi* 129. *De profundis clamavi*. ibidem apud Jo: de Gara anno 1588. in 4. cum

Oratione de necessitate Conciliorum habita Tridenti in Concilio an. 1545. latine.

Conciones extraordinariæ, quarum tomus 1., ni fallor, cusus est Pisauri anno 1560.; tomus 2. Pio IV. ab autore dicatus, uti & 3. Neapoli prodierunt anno 1564. in 8. per Jo: Mariam Scotum; postea Venetiis per Jolitos anno 157.., & 1576. tomi tres; 4. vero tomus an. 1579. in 4.; iterumque apud eosdem, atque Neapoli typis Salviani anno 1580. in 8.: at tomus 8. cusus est an. 1584. cum *Vita* autoris a Jo: Baptista Leone elaborata: tandem tomis duobus in 4. impressæ sunt ibidem an. 1582. per Juntas, ex autore Bibliothecæ Italicæ pag. 231. His addi possunt

Conciones Viennæ Austriæ recitatæ, & impressæ Romæ an. 1560. in 4. ex Indice Biblioth. Barberinæ, quarum meminit Joseph Mussus in ejus *Vita*; nam Viennam ad Imperatorem an. 1560. legatum fuisse cum M. Altemps a Summo Pontifice, & cit. Joseph Mussus, & Pallavicinus in Hist. Conc. Trident. to. 2. lib. 14. cap. 13. litteris tradiderunt. Addi debent

Conciones non antea impressæ, quæ prodierunt anno 1590. Venetiis apud Juntas in 4. ex cit. autore Biblioth. Italicæ pag. 231.

Sermones ad Regem, & Reginam Bohemorum italice impressos Venetiis anno 1561. in 8. se vidisse scribit Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 281.

Quadragesimales conciones super symbolo, decalogo &c., impressæ sunt Venetiis anno 1590. in 4., & 1592. tomis 2. in 4. per Juntas, & dicuntur conciones de *Institutione christiana*, de quibus cit. autor Biblioth. Italicæ; iterumque an. 1601. in 4. ex Indice Biblioth. Barber. iisdem typis to. 1.; & anno 1584. translatæ jam fuerant in gallicum idioma, ut habet Morerus in magno Diction. v. *Musso*, & Parisiis impressæ, non autem anno 1598., ut Willotus, & ex eo Possevinus, & Waddingus; neque anno 1590., ut Franchinus, nisi

sint

sint editiones diversæ; nam editor Junta an. 1590. in epist. ad lectores scribit, jam istas *conciones* in omne idioma translatas ob utilitatem extitisse. *Conciones x. in symbolum Apostolorum* Petrus a S. Anna Hispanus in castellanum idioma transtulit, & mss. habentur Pinciæ in Bibliotheca Comitis de Gondomar in 4., teste Jo: a S. Anton. tomo 1. pag. 281.

Chrysostomus Italorum, seu Cornelii Mussi Episcopi Bitontini conciones sex in canticum B. Virginis habentur in to. 1. Operum *Philippi Boscherii* Coloniæ anno 1621. in fol. editorum typis Jo: Crithii, ab hoc autore in latinum conversæ.

Sermones Cornelii Mussi una cum ejus *Vita* latinos reddidit Michael Isseltius Germanus, vulgavitque Coloniæ an. 1594., teste Miræo in Script. Eccles. sec. xvi. n. 56.; & *conciones Evangeliorum Dominicalium*, & *Festorum Sanctorum* latinitate donatæ ab eodem Isseltio iterum Coloniæ prodierunt an. 1603. typis Quentelii, ut legimus apud Possevinum in Appar. sac. append. 2. tomi 1.

Conciones super Evangeliis, & Epistolis quadragesim. &c. prodierunt primùm anno 1586. tomis 2. in 4. per Juntas cum *Vita* autoris a Josepho Musso concinnata, mox an. 1588. ex autore Bibliothecæ Italicæ; tertiùm anno 1592. cum *Epiloga concionum quadragesimalium super epistolas* Romæ anno 1540. habitarum: sed antea jam Taurini cusæ fuerant apud HH. Bevilaquæ anno 1579. to. 2. in 4.; quam editionem citat Franciscus Panigarola serm. 62. super Demetrium: tandem impressæ leguntur Venetiis an. 1610. in 8. per Andream Muschium.

Conciones varias impressas Taurini an. 1579. tomis 4. in 4. apud HH. Bevilaquæ vidisse se scribit Jo: a S. Anton. to. 1.

Concio de gaudiis Christiani italice impressa est Romæ per fratres Brixianos an. 1551. in 4.

Concio de justificatione, & remissione peccatorum publicata est ab Andrea Arrivabeno Venet. ad signum putei 1553. in 4.

Concio de gratiis, & donis Dei, de nobilitate, & dignitate hominis Tridenti in Concilio an. 1545. habita pro nativitate primogeniti Principis Hispaniarum impressa est Venetiis per Jolitos an. 1553. in 4. cura Hortensii Landi.

Concio habita Tridenti ob expeditionem in Lutheranos anno 1546. prodiit Romæ in Campo Floræ in 4., al. *de persecutionibus, & victoriis Ecclesiæ.*

Concio de infinito erga homines amore Dei, al. *de beneficio Christi* &c. Genuæ recitata prodiit Venetiis per eosdem anno eodem 1553. in 4. opera Camilli Camilli. Et hæc de concionibus hetrusca lingua conscriptis.

Concio autem latina *de necessitate Concilii* anno 1545. habita Tridenti, dum inchoaretur Concilium Generale, prodiit Antuerpiæ an. 1547., teste Miræo in Script. sec. xvi. n. 97., & postea Mediolani anno 1548. una cum Concilii decretis an. 1546. & 1547. in 12., quæ editio extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.; inde Lovanii an. 1567. in fol. cum concionibus aliorum; & in Conciliorum Collect. Labb. postmodum pluries excusa; ac in to. 18. Annal. Min. edit. Romæ 1740. ad an. 1545. n. 1.

Commentaria in omnes Pauli Epistolas nequaquam exierunt anno 1588 apud Juntas, sed tantum illa *in Epistolam ad Romanos*. Scripsisse cum quidem *in Epistolas D. Paulli Lectiones* primùm Patavii, mox Bononiæ, tandem Romæ habitas refert ejus alumnus Joseph Mussus in Vita ejusdem, qui & in epist. ad Card. Ascanium Columnam Commentariis epistolæ ad Romanos præfixa testatur, eum Romæ *Commentarios* in illam *ad Hebræos* elucubrasse, & Typographus ibi ad lectorem asserit sibi promissos, quos cuderet: verum cum paullo post an. 1588. obierit idem Joseph Mussus, cui demandatum fuerat munus edendorum Operum Cornelii; & illi, & alia multa perierunt.

De divina historia non libri 5., ut ex Possevino, forsan & Willoto Waddingus habet, sed tres tantum cusi sunt, quos summopere laudat idem Possevinus in Biblioth. selecta lib. 2. cap. 16., & in Apparatu sacro: reliqui duo, quos autor addere cupiebat, de *Angelis, mundo, homine, legibus, gratia*, & *gloria*, imperfecti remanserunt ob mortem, quæ eum vix senem intercæpit: prodierunt primo Venetiis an. 1585. in fol. p. Sixto V. dicati apud Juntas, teste Jo: a S. Anton. to. 1., qui tamen errat, dum addit, adjectis 2. libris prodiisse 1587. ibidem per eosdem Juntas, quod accepit a Waddingo.

Commentarios in Rhetoricam, & Logicam, nec non *in primum librum Senten. Scoti* edidisse, cum adhuc juvenis Patavii legeret, scribit laudatus Joseph Mussus; & quidem Paduanus de Grassis ejus præceptor in *Enchiridio scholastico* anno 1544. vulgato solut. 1., ubi de *existentia Dei* tractatur, citat *Cornelium Episcopum*, hoc est in 1. Senten. librum.

Super exameron etiam, seu super sex diebus creationis mundi; & *in Metaphysicam*, quam Bononiæ, & Papiæ interpretatus est, *Commentarios* egisse; nec non *de arte concionandi* titulo *Concionator* libros tres; atque *Homilias*, & *Sermones* latine *super Evangelia, & Epistolas annuas* Romæ coram Paullo III. & Pio IV. habitas scripsisse commemorat idem Archipresbyter Joseph Mussus; sed & Borgaruccius epist. *concionibus quadragesimalibus* anno 1587. typis Juntarum præmissa meminit harum *Homiliarum* quamprimum edendarum; quod postea prætermissum fuit ob mortem, ut dixi, memorati Mussi.

Epistola ejus *ad Gabrielem Flammam* extat in nova Collectione epistolarum lib. 4. pag. 412. ex Indice Biblioth. Card. Imperialis.

De Vita B. Mariæ Virginis italico sermone impressa Neapoli an. 1623. in 8., ex cit. Jo: a S. Anton.; qui tamen male huic tribuit *Elogium solitudinis* rhytmice Antuerpiæ editum anno 1566.; cum pertineat ad Cornelium Musium suprarelatum.

De sancta quadriga quatuor Evangeliorum.

De quadruplici adventu Christi.

De Matrimonio clandestino.

De Rhetorica ecclesiastica: quæ quatuor Opuscula; seu Opusculorum fragmenta Prati in Tuscia apud nostros se vidisse scribit Jo: Franchinus in Bibliosoph. n. 95. Ceterum in *epitaphio* Romæ, quod Waddingus ex Rodulphio exscripsit hoc loco, nec non Ughellus to. 2. Ital. sac. in Foropompilien. Episc., corrigendus est annus ætatis ejus LXIV. ex alio *epitaphio* Bitunti ei in majori Ecclesia posito, in quo legitur anno ætatis LXIII. obiisse, & quidem incompleto, ut ait Joseph. Mussus in ejus *Vita*; cum natus asseratur anno 1511. die 16. Aprilis; mortuus vero die 9. Januarii anno 1574.

Audien-

Audiendus non est Joseph Caputallii in *Utino illustrato* par. 1., dum Utinensem hunc patriâ fuisse contendit, idque ex mss. autoribus, qui aut conficti sunt, aut sibi blandiuntur, aliosque eludere conantur, sed frustra; cum ipsemet Cornelius adhuc juvenis se *Placentinum* dicat in epitaphio, quod præceptori suo Jacobo Rosco Siculo Patavii posuit; uti & Jeremias Bucbius Utinensis, & ejusdem Instituti in addit. ad Conformit. VIII. Bartholomæi Pisani an. 1590. Bononiæ impressa; nec non autores illius *Vitæ* synchroni Jo: Baptista Leonis Patavinus, Michael Isselt Germanus, ac Joseph Mussus Bituntinus ejus alumnus; ut plures alios prætermittam.

M X X X I I.

CORNELIUS RECINETENSIS Picenus Capuccinus, concionator præclarus virtutibus, & rebus in Ordine gestis, scripsit

Tractatus de paupertate regulari, & seraphica Fratribus Minoribus a S. P. Francisco per Regulam præscripta; &

Quæstiones regulares circa casus reservatos secundum Bullam Clementis VIII.; quæ mss. remanserunt, teste autore Biblioth. Capuccin., & Jo: a S. Anton.; qui addunt, obiisse eum in patria an. 1632.

M X X X I I I. 487.

CORNELIUS THIELMANUS =

Historiam Seraphicam vulgavit anno 1628. Lovanii, ubi Confessarii Monialium munus obibat, ut legimus etiam apud Franciscum Cionaccium in Hist. B. Humilianæ par. 3. cap. 7. n. 1. Sed eum *Historiam Seraphicam Sedulii e latina lingua transtulisse in flandricam; & plura alia* scripsisse, & transtulisse refert Fr. Carolus Coudhenove in Chron. provinciæ Recollect. Germaniæ inferioris.

M X X X I V.

CORNELIUS Zirichææ in Batavia natus Minorum Regul. Observ. Institutum amplexus in Scotiæ regnum missus est, ubi Edimburgi suis locum fundavit sub Jacobo I. Rege, Eugenio IV., & Joanne Mauberto Observantium Transalpinorum Vicario Generali, reversusque Antuerpiam ibi diem suum obiit anno 1447. magna sanctitatis opinione, ut habet Gonzaga par. 3. Hist. Francisc., & ex eo autor Chronic. S. Franc. par. 4. lib. 1. cap. 59. Scripsit autem

Conciones ad populum in Scotia habitas;

Sermones ad Fratres; &

Epistolas plures ad Patres Scotos in Belgio degentes; quemadmodum refert Thomas Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 3. num. 345.

M X X X V.

COSMAS MAGALLANES Hispanus scripsit

Commentarium in Cantica Canticorum; primusque fuit, qui principia, quæstiones, & difficultates Theologiæ Scholasticæ ad Theologiam aptavit positivam, ut inquit Jo: a S. Anton. to. 3. in append. ex Petro de Alva principio 20.

M X X X V I. 488.

CRESCENTIUS ÆSINUS = quem ferunt ex vetusta, illustrique familia *de Gritiis* fuisse, quæ adhuc viget, & nonnullis Equitibus Melitensibus S. Jo: Hierosolym. ornata resplendet. Quamquam vero hic a nonnullis Asisien. Ecclesiæ fuit electus, & consecratus *Episcopus*; tamen Innocentius IV. electionem cassam esse edixit anno 1247., & *Nicolaum Britonem* substituit, ut ex literis Pontificiis ipsemet Waddingus ostendit in append. Annal. Minor. Antiquus autor *Catalogi Ministrorum Generalium* Ord. Minor., qui habetur in fine *Speculi Vitæ B. Francisci, & sociorum ejus* anno 1504. Venetiis per Simonem de Luere impressi, scribit, Crescentium Generalem Ministrum

De Vitis Fratrum Opusculum in modum dialogi composuisse; quod vidisse S. Antoninum inde ducitur, quod in Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. *de Generali Crescentio* dicit: *refert idem Generalis in quodam libello, quod cum quidam Fr. Petrus optasset visitare limina* &c.: incipitque Opusculum: *Venerabilium gesta patrum*: teste autore Chronic. XXIV. Generalium Ord. Min. in *Crescentio*. Marcus tamen Ulyssiponen. Chronic. S. Franc. par. 2. lib. 2. cap. 29. id tribuit *Joanni Parmensi* Ministro Generali Crescentii successori; qui forsan Opusculum sui antecessoris supplevit, vel continuavit: certe Joannis Parmensis autoritas adducitur a S. Bernardino serm. de S. Francisco, & ab Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 9. Januarii §. 3. Porro *Dialogus Sanctorum Fratrum Minorum* incipiens: *Venerabilium gesta patrum, dignosque memoria*: & finiens: *non indigne feram me quemcumque consortem*: extabat olim ms. Asisii in Biblioth. S. Franc., ex veteri illius loci Inventario anno 1381. conscripto, & renovato, in V. solario orient.; sed sine autoris nomine.

Dialogi de statu Franciscano, & Vita B. Joannis Firmani Crescentio Æsino attribuuntur in Indice Codd. mss., quibus est usus Waddingus in Annal. Ord. Minor. Opere concinnando: sed *Vitæ B. Joannis Firmani* autor esse non potuit Crescentius, cum ille natus sit anno 1259., & ex hac vita migraverit anno 1322.; at alius Operis continuator.

M X X X V I I. 489.

CYPRIANUS CROUSERS = cujus

Lectiones paraeneticas prohibitas etiam legimus ex decr. sac. Congr. Indicis, donec corrigantur. Laudat hunc tamen Aubertus Miræus in Scriptor. Eccles. sec. XVII.; legique potest & Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccin., qui ait, obiisse Genuæ an. 1637., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 284.

M X X X V I I I.

CYPRIANUS GAMACHENSIS Gallus provinciæ Parisiensis Capuccinus sac. Theologiæ professor, & concionator haud vulgaris Missionarius Apostolicus in Angliam ob fidei catholicæ zelum a Summo Pontifice specialiter destinatus, Henrichettæ Magnæ Britanniæ Reginæ Oratorii Præfectus, ejusque filiæ Ducissæ Aurelianensium Confessarius ad plurimos annos summa cum virtutum laude, religiosæque vitæ exemplo; scripsit gallice

Exercitia animæ regiæ, seu officia propria hominis christiani. Parisiis anno 1631. & 1655. tomis 2. in 4. typis Regiis.

Monita familiaria bonæ vitæ, ac mortis Christiani: ibidem an. 1658. to. 2. apud Cramoisy.

De Missione Capuccinorum in Angliam ab anno 1630. ad usque 1658. ibidem anno 1659. latine.

De eo autor Biblioth. Capuccin., & Dupinus in Supplem. to. 3.; ex quibus Jo: a S. Anton. to. 1.

M X X X I X.

CYPRIANUS GOLDECIUS Polonus composuit anno 1643., & ms. reliquit

Relationem initii Reformationis provinciæ S. Ma-

Mariæ Angelorum Minoris Poloniæ, teste Petro de Alva col. 315. Militiæ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M X L.

CYPRIANUS A S. MARIA Hispanus *Tertii Ordinis S. Franc.* Regul. Observ. sac. Theol. Doctor, & Granatensis Lector emeritus, suæque provinciæ Beticæ Definitor scripsit hispanice

Sermonem, seu *Opusculum*, quo demonstrare contendit, *B. Virginem non resurrexisse in terris, sed in cælo, quo Angeli ejus corpus elevarunt*. Granatæ anno 1645. in 4. per Franciscum Sanchez, & Balthassarem Belibar una cum *Apologetico* ejusdem *Sermonis*.

Resolutionem mysticam circa revelationem abstinendi a comestione ad multos dies, an sit a Deo, vel a dæmone: anno 1649. in 4. iisdem typis.

Compendium, quo probatur, mysterium Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ esse prope definibile. latine ibidem an. 1651., teste Francisco Bordono in Chronologio 3. Ordinis S. Franc. cap. 38. Edidit etiam

Sacræ Scripturæ allusiones ad mores, ritus, cæremonias antiquas, & ad proprietates animalium, plantarum, margaritarum, quibus solemnitas Christi Domini, ejusque Immaculatæ Matris celebrantur. Granatæ an 1654. in 4., ex Jacobo Le Longo pag. 693. sac. Biblioth., & Jo: a S. Anton.

Conciones varias de conversionibus evangelicis, ac peccatis capitalibus. ibidem an. 1660. in 4. apud Franciscum Sanchez.

Conciones de mysteriis passionis Domini. ibidem; & *Mariale*. ibidem in 4., teste cit. Jo: a S. Anton. to. 1.

M X L I.

CYRILLUS A S. CRUCE Capuccinus Cataluniæ provinciæ concionator, olimque famosus in Academia Barcinonensi eloquentiæ per annos 14. Professor, vir maximæ humilitatis, & assiduæ orationis; paupertatem, in proximos charitatem, carnisque mortificationem summopere excoluit, ut quandoque præ abstinentia illi robur omne penitus exciderit. Ante Religionis ingressum plurima scripsit, quæ magnam eloquentiam, ingeniique præstantiam præseferebant: sed post Religionis ingressum solum typis dari permisit latino idiomate Barcinone an. 1619.

Volumen Epistolarum familiarium; &

Compendium artis Rhetoricæ.

Obiit anno 1630. Villæ Maturi ex Marcellino de Pise to. 3. Annal. Capuccin. §. 136. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M X L I I.

CYRILLUS NEAPOLITANUS provinciæ Principatus Regul. Observ. sac. Theol. Lector concinnavit

Carmen super XV. mysteria nostræ redemptionis, teste Fr. Blasio a S. Gregorio in Relatione ms. prædictæ provinciæ ex Jo: a Anton. to. 1. pag. 286.

D

M X L I I I.

DAMASUS DE PRÆSENTATIONE Lusitanus Discalc. prov. S. Antonii illius regni Definitor, & Custos, sanctique Officii Censor Theologus valde pius scripsit vernacule

Expositionem Regulæ Seraphicæ sub titulo: *Vocatio Fratris Minoris*: quam primo excudit Antonius Alvarez in Conventus de Carnota an. 1627. in 8.; & prodiit etiam Ulyssipone eodem anno in 8. typis Petri Ferreira, ex Nicolao Antonio, & Balthassare a Medina, ex quibus Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 288., & in alia ejus Biblioth. Discalceat.

M X L I V. 490.

DAMASUS SANLAUDENSIS = Regul. Observ., ac Reformationis Gallicanæ; ex Francisco Bordono, & Jo: a S. Anton. to. 1. ex Vaddingo.

M X L V. 491.

DAMIANUS DE CAPELLA = de quo Rodulphius lib. 3. egit, & post eum alii, neque tempus, quo scripsit, neque locum, aut regionem, unde extitit habentes; quare Waddingus inter ignotæ regionis scriptores posuit; Italum tamen fuisse crediderim; etsi *Andreas Capella* Carthusianus seculo XVI. Hispanus extitisse legatur. Est quidem *Capella* etiam in Picardia quinque leucis a Gusa distans in confinio Hannoniæ contra Belgas seculo XVI. erecta. Joannes a S. Anton. to. 1. de hoc agens exscribit Waddingum.

* DAMIANUS CARRARIENSIS = vide *Damianus de Padua*.

M X L V I. 492.

DAMIANUS GINER = suæ provinciæ Theologus, & Ex-Minister, ex Nicolao Antonio, & autore Bibliothecæ Valentinæ apud Jo: a Antonio to. 1.; qui Guardianus Conventus S. Blasii Segobrigæ in provincia Valentiæ Opus

In 1. Senten. Scoti anno 1593. complevit, approbatumque fuit; typis vero datum anno 1598. per Alvarum Francum.

M X L V I I. 493.

DAMIANUS DE LUGONE = Regul. Observ. provinciæ Beticæ, Guardianus magni Conventus Hispalensis edidit etiam

Orationem de morte Joannis de Hierro Seraphici Ordinis Regul. Observ. Generalis impressam Mediolani an. 1614. in 4., ex Indice Biblioth., Barber., & Jo: a S. Anton. to. 1.

M X L V I I I. 494.

DAMIANUS DE PADUA = quem Franciscani etiam Scriptores Bernardinus Busti in Rosario par. 2. serm. 27. pag. 2., Bernardinus Aquilanus in suis Sermonibus, & Rodulphius lib. 1. fol. 98. *Beati* titulo condecorarunt. Anno 1455. die 19. Novembris Placentiæ in majori Ecclesia coram Ministro Generali fuit ab Episcopo illius urbis *cruce* insignitus, teste Antonio Ripalta autore coævo in Annal. Placent. to. 26. Rer. Italic. Scriptor.; & id sane contra Turcas tunc Pannoniam Belgradumque invadentes. Non igitur obiit anno 1401., sed forsan 1461., vel 1471.; anno enim 1449. interfuit Congregationi Mugellanæ in Tuscia Observantium ex Wadd. in Annal. ad dictum annum num. 18. Arturus de eo agit ad diem 20. Decembris 6. 7.; Jo: autem a S. Anton. fere Waddingum exscribit.

M X L I X.

DAMIANUS A PLAGIS Funchalensis insulæ Maderæ urbe prov. Arrabidorum Strict. Observ. Discalceator. alumnus, vir in schola orationis eruditus scripsit hispanice

De mystica Theologia libros duos, qui approbati typis dicuntur editi, teste Chronologo prædictæ provinciæ to. 1. lib. 5. cap. 4., qui & addit, obiisse eum anno 1600. die 29. Martii, ut refert & Jo: a S. Anton. to. 1.

ML.

M L.

DAMIANUS DE PUEBLA Hispanns composuit, ediditque

Dialogos daos poeticos pro Immaculatu Virginis Conceptione. Baëzæ an. 1618. in 4., teste Petro de Alva col. 316. Militiæ, & Jo: a S. Anton. to. 1.

M L I.

DAMIANUS RODRIGUEZ de Vargas Complutensis. ex sodalibus Laicis *Tertii* Ordinis Franciscani versibus edidit in octoades repetitis Opus inscriptum :

Veru fraternitas quinque Martyrum Arabiæ nempe *SS. MM. Cosmæ*, *Damiani*, *Eupremii*, *Lrontii*, *& Euthimii fratrum*. Toleti anno 1621. in 4., ex Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., & Jo: a S. Anton. to. 1.

M L I I.

DAMIANUS TUDERTINUS vir pius, & primævæ Religionis alumnus scripsit

Vitam B. Tientalbeae Tudertini Ord. Miaor., cui synchronos fuisse dicitur, testibus Waddingo in Annal. Minor. ad annum 1233. num. 24., & Jacobillo de Scriptor. Umbris; ejusque etiam meminerat P. Rodulphius lib. 2. fol. 130.

M L I I I. 495.

DANIEL AGRICOLA = Basileensis patriâ Minorum Convent. alumnus, ut habetur ex ejus epistola ad Ludovicum Hornkennium Bibliopolam præfixa libris *Moralium S. Gregorii*, quorum prima editio facta est Coloniæ Agrippinæ anno 1515. per dictum Ludovicum Hornkennium in fol., hæcque extat Arevali in Bibliotheca Conventus S. Lazari Ord. Min., teste Joanne a S. Anton. to. 1.; postea Basileæ ab Adamo Petri; cui Agricola adjecit *daplex Directorium super senteatias*, *& materias*, idest *tabulam alphabeticam* : titulus autem epistolæ est : *Fr. Daniel Agricola Minoritanus Lector suo Ludovico Horakennio salatem* : iidemque *Libri Moralium a Fr. Joanne Lagreno* Minorita castigati excusi sunt Lugduni anno 1546. apud Juntas in 4., quæ editio asservatur Ferrariæ in Bibliotheca S. Francitci.

Tractatus de passione Domini prodiit Basileæ non anno 1614., ut quidam habent, sed 1514. in 4., ut est apud Miræum de Scriptor. Eccles. sec. xvi. n. 28., unde elucet quo tempore vixerit. Hoc opus al. dicitur : *Monotessæroa passionis Christi*.

Coroaam Doctoram ex millibus unum secandum gradas, *& dignitates*, *qai opinionem tenuerunt de Immacalata Conceptione B. V.*, scripsisse tradunt Petrus de Alva & Astorga in Militia Conceptionis col. 317., & P. Strozza *de Conceptione* lib. 4. cap. 3., & lib. 5. cap. 25., Antonius Daza in tractatu *de Coacept.*, ac Marracius. Scripsit etiam

Apologiam contru Wigandum pro Immaculata V. M. Conceptione, de qua cit. Marracius in Biblioth. Mariana;

Tructatum de Conceptione B. V. M.;

Postillam saper Epistolas, *& Evangelia*; quæ a cit. de Alva creditur illa cura Lugduni anno 1541., & alibi sæpe sine nomine autoris; sed hæc forsan est *Galielmi Saperbi*, de quo infra.

Sermones;

Tractatum de Patriarcha Adam, *& alterum de Noe*;

Coronam XII. stellarum; *Carmina*, & alia; ut legimus in præmissis ad Quæstionem 237. Magistralem Joannis Coloniensis editionis Basileensis 1510:, cujus editionis in fronte habetur ejus *epigramma*. Ejus

Coronam XII. *Coronarum B. Virginis Mariæ* incipientem : *Sigaam apparuit in cœlo*, *idest Ecclesia* &c. : jam vulgatam in 4. sine anno, loco, & nomine autoris, quæ habetur Matriti in Bibliotheca Collegii Imp. Soc. J. teste D. Antonio de Leon in ms. Biblioth. Mariana apud Petrum de Alva, iterum recudit cit. Petrus de Alva & Astorga Matriti anno 1648. in to. 2. Biblioth. Virgin., ubi tamen errat scribens, eum vixisse anno MCCCC. ex ejus corona 1. stella 2.; cum ibi quidem is memoret annum 1400., decretum Concilii Constantiensis pro Immaculata V. M. Conceptione, & Joannem Gersonem; sed non inde elicitur, vixisse eum anno 1400.; nam constat in vivis fuisse anno 1510. Dubitanter etiam profert Alva, Opus hoc esse hujus Danielis; sed immerito. Beughemius etiam in Incunabulis Typographiæ pag. 153. refert, *Coronam B. Mariæ Virginis* prodiisse Argentinæ an. 1493. in fol. sine autoris nomine; at hanc quidem incertum, hujus *Danielis* esse laborem.

Corona mystica B. Virginis Mariæ, cujus prologus incipit : *Corona aurea* &c. : prodiit Antuerpiæ anno 1492. in 8. per Gerardum Leew, & habetur in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ sub num. 121. Cum hæc sit *Corona* XII. *Stellaram*, ad singulas *Stellas* cernitur Imago Virginis Mariæ, ad cujus pedes *Frater Minorita* genuflexus cum sandaliis procumbit; ex quibus laudatus Petrus de Alva col. 1279. suæ Militiæ autorem Franciscanum existimat, non obstantibus ab eo dictis in sua Bibliotheca Virginea to. 2. fol. 360. Non abludet autem, qui hanc ascripserit *Danieli Agricolæ*.

In 4. libros Sentent. Comment. Vide in *Gulielmo Voriloago*.

Fr. Danielis tractatus de justitia origiaali, *& peccato* extat ms. in Bibliotheca Vaticana, ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 100., quem hujus esse existimo.

Joannes a S. Antonio to. 1. pag. 289. *Danielem Agricolam*, & *Danielem Meyer* eodem tempore florentes, ejusdem Instituti, &, ut videtur, ejusdem provinciæ, ac urbis confundit ex *Quæstionibus Magistralibus* Jo: Scoti a Joanne Coloniensi collectis, vel selectis, & in compendium redactis, quas iterum typis dari anno 1510. Basileæ *Fr. Daniel Meyer* curavit, ex ejus epistola illis præfixa; *Daniel Agricola* vero in laudem Operis doctum *epigramma* præmisit.

M L I V.

DANIEL ANGLUS sac. Theol. Magister edidit, quo tempore non inveni, antiquitus tamen,

Commentarium super librum Apocalypsis, qui ms. cod. pergam. n. 262. annorum 300. habetur in Bibliotheca Metensi, ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1382.

M L V.

DANIEL CLEMENS Juntii Ariminensis, de quo & Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo, medio seculo XIV. composuit

Vitam B. Claræ, vulgo *de Aquilatiis*, verius *Clarellæ* Ariminensis Ordinis S. Claræ anno 1346. die 2. Februarii vita functæ, cui autor suppar fuit; teste Waddingo in append. Annal. Min. ad eum annum n. 22., & in nova edit. ad annum 1346. n. 25. Et quidem *Daniel Clemens Juntii Fr.* legitur

in fine pag. 18. codicis ms. Vitæ *B. Claræ Arimi-nen.* exscriptæ italice circa finem seculi XIV., & in fine pag. 14. *Fr. Daniel*. Ceterum nec in principio, nec in fine codicis extat nomen autoris; quare dubitari posset, quis illam composuerit, & cujus Instituti fuerit Ille *Fr. Daniel*, & quando vixerit; cum ejus nomen ibi scriptum sit alio charactere ab illo *Vitæ*, ut notavit D. Joseph Garampus Ariminensis in Memor. Eccles. ad Vitam B. Claræ Ariminen. dissert. 18. n. 7. Et sane a Minorita Vitam illam compositam fuisse, parum verisimile videri possit; cum nunquam Fratres Minores in ea memorentur. Attamen *Fr. Daniel de Meldula* fuit Guardianus Conventus S. Francisci Ariminensis circa annum 1360., ex monumentis illius Conventus.

M L V I.

DANIEL MEYER Basileensis concionator, ac sac. Theol. Professor scripsit circa annum 1510.

Sermones, & *Tractatus quosdam*, ut ipsemet autumat in epistola, quam dedit Joanni Gewiler Theologo, Ecclesiæque S. Petri Canonico, præmissa *Quæstionibus Magistralibus* Joannis Coloniensis Minoritæ eusis Basileæ anno 1510. per Adam Petri de Langendorff inquiens, se *quotidianis sermonibus*, *Lectionibus Theologiæ*, *& nonnullorum Tractatuum compilationibus implicitum*. Has *Quæstiones Magistrales* vidit Petrus de Alva a. Biblioth. Virgin. pag. 209., vocatque *Innovationes* 430. *Quæstionum Scoti*, *& Jo: de Colonia*; & tribuit *Danieli Agricolæ Meyer Minoritæ*, ut est apud Joannem a S. Anton. to. 1. Vide in *Daniele Agricola*.

M L V I I.

DANIEL NIGER Polonus Cracoviensis patriâ Min. Conv. sac. Theol. Magister, cum juvenis adhuc Romæ in Collegio S. Bonaventuræ degeret, vulgavit

Orationem in funere, obitumque Cardinalis Radzvilii ab eo ibi recitatam anno 1600., impressam Venetiis typis Georgii Angelerii in 4.; ediditque etiam

Fontem christianæ salutis, qui dividitur in tria capita ad Sigismundum III. Poloniæ Regem; ut legere est apud Jo: Franchinum in Biblios. n. 99., & Theulum in Triumpho Seraph.

M L V I I I.

DANIEL PERUSINUS Regul. Observ. cum Bononiæ moram traheret, edidit lingua hetrusca

Vitam, & miracula S. Elisabeth Reginæ Hungariæ Tertii Ordinis S. Francisci ex gravibus, authenticisque autoribus collectam, & Lucretiæ Campegiæ Lambertinæ ejusdem Tertii Ordinis Moniali dicatam. Bononiæ anno 1607. in 4. ex Officina Joannis Baptistæ Bellagambæ: & in fine adjecit brevem

Catalogum SS. & BB. Ordinis Minorum; quo tamen fusiorem, auctioremque censeo illum, quem citant Act. SS. Collect. Bollandii to. 1. Februarii; editumque dicunt anno 1609.; eumdemque citat & Jacobillus in Vitis SS. & BB. Umbriæ. *Catalogi SS., & BB.* 3. editio facta est Bononiæ anno 1631. ex Joanne a S. Ant.; de quo & Oldoinus in Athenæo Perusino.

Vitam Joannis Graii Scoti Minoritæ, ejusque Martyrii Acta, modumque fusius ex latina Historia Martyrum Franciscanorum concinnavit sermone itidem hetrusco; uti refert Thomas Dempsterus in Hist. Eccles. Scotor. lib. 7. n. 607.

M L I X.

DANIEL DE RETIBUS a S. Maria in Balneo in finibus Flaminiæ, & Hetruriæ oppido Regul. Observ. Lector, Definitor, Commissarius provincialis & prædicator Generalis, doctus vir, & probus ex hispano in hetruscum sermonem vertit

Librum Antonii Dazæ Minoritæ de Stigmatibus S. Francisci cum notis margineis, & indicibus, tit. *Descrizione delle Stimmate del Serafico Padre S. Francesco*, teste Salvatore Vitali in *Floreto Alvernino* pag. 142.; vulgavitque Florentiæ anno 1621. per Juntas in 4.; quemadmodum scribit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minorum; cumque etiam adducit Hugolinus Asisias in Opusc. Defens. sac. Stigm. S. Francisci pag. 24. Obiit Cortonæ anno 1638. die 20. Martii, ex cit. Terrinca. De eo & pag. 434. cit. *Floreti Alvernini*.

M L X. 496.

DANIEL A S. SEVERO = provinciæ Aquitaniæ Min. Capuccin. alumnus vir maximo ingenio, excellenti memoria, omniumque fere linguarum peritia excultus, sac. Theol. Professor eximius, strenuusque fidei catholicæ propugnator edidit

Christomachiam expugnatam &c. *adversus Calvinistas*. Lugduni an. 1618. in 8.

Acta disputationis Bearnensis &c. latine.

Epistolam valde prolixam ad D. Cormam Bardanum Episcopum Carpentoratensem Vicelegatum Legationis Avenionensis de collatione, & disputatione cum Nemausensibus, & Septimaniis factionis calvinianæ vulgavit Avenione anno 1625. apud Jacobum Bremerer, teste autore Biblioth. Capuccin., & Joanne a S. Ant. to. 1. pag. 290.

M L X I.

DANIEL DE TAURISIO Armenus (quamquam *Tauris* est Mediæ Metropolis) anno 1341. Nuncius a Leone Armeniæ Rege ad Benedictum XII. missus est; iterumque anno 1344. a Guidone Leonis successore ad Clementem VI., nec non a Catholico, ceterisque Episcopis, & Antistitibus Armenorum, ex Reges. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min. ad ann. 1341. n. 1., & 1344. n. 1. & 2., & 1346. n. 3., ubi dicitur *Lector, & Vicarius Fratrum Ordinis Minorum in Armenia existentium*; eodemque anno creatur *Archiepiscopus Bostrensis* in Arabia superiore, ex eodem Pontif. Reges.

Responsio Fratris Danielis de Tarrisio Ordinis Minorum, & Legati Regis Armeniorum ad errores Armenis impositos tempore Benedicti XII. extat ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 1653., teste Oudino in Comment. de Script. Eccles. to. 3. ad an. 1330.; de quibus erroribus loquuntur memoratæ Epistolæ Benedicti XII., & Clementis VI.: sed legendum est *de Taurisio*. Ejusdem *Responsio ad errores* &c. legitur in to. 7. Vet. Script. & Monum. ampl. Collect. Martene, & Durand ex Actis Concilii Armeniæ habiti anno 1342. descriptis anno 1346. a Fr. Joanne Episcopo Sutrino, in quibus legimus: *Magistri Ecclesiæ sunt isti* post Episcoporum seriem: *Daniel de Ordine Minorum Lector Sissi*: erat autem *Sissi* Archiepiscopatus Armeniæ majoris. De eo & Joannes a S. Anton. to. 1.

M L X I I.

DANIEL DE TOLENTINIS Cremonensis Min. Conv. Theologus gravissimus, ac verbi Dei præco magni nominis anno 1558. provinciæ Bononiæ Minister electus est; cujus mentionem egit Petrus Rodulphius lib. 2. in prov. Bonon., ac Cremonen. Cœnobio: fertur reliquisse mss. Ope-

Opera quædam Theologica, &

Conciones quadragesimales; inquit Franciscus Arisius in Cremona liter. to. 2. citans autores synchronos Bressianum in V. R., & in Corona Vir. illustr., nec non Franciscum Zavam in Orat., ac Parent. *Pauli Phaerni* ejusdem Instituti.

M L X I I I. 497.

DAVID AUGUSTANUS = cujus meminit vetus autor Bartholomæus Pisanus in Conformit. VIII., & XI. S. Francisci, ubi de provincia Argentinæ, Augustæque Cœnobio verba facit; & virum *sanctum* vocat; & *B. Bertholdi* Ratisponensis *socium*, non magistrum, ut quidam tradiderunt, appellat. Tres libros composuit

De triplici statu Religiosorum incipientium, proficientium, & perfectorum, al. *de interiori, & exteriori homine*, seu *de institutione Novitiorum, & de profectu Religiosorum* eo modo, quo dixi supra in *S. Bonaventura* (79) ex codd. mss. Asisiate, & S. Nicolai de Arena, nec non ex vetusta Veneta editione anni 1487., S. Bonaventuræ adjudicatos, uti & in edit. Vaticana an. 1606., & Parisien. an. 1517. ex officina Bertholdi, in cujus fine legitur: *Explicit tractatus S. Bonaventuræ de profectu Religiosorum*; qui & antea prodierat ibidem anno 1505. in 8. typis Henrici Estienne tit. *Liber eruditionis Religiosorum*, teste Jo: Caille in Vitis Typographor. pag. 78.; & *Libri tres de profectu Religiosorum* sub nomine *S. Bonaventuræ* extare dicuntur mss. Lovanii in Bibliotheca Soc. Jesu, teste Francisco Swertio in Athenis Belgicis: attamen ab universis S. Doctoris *Opusculis* anno 1495. Argentorati, & an. 1504. Venetiis evulgatis probe absunt, & recte; nam tres antiqui codices mss. Bibliothecæ Bodlejanæ in Anglia præferunt nomen *Davidis de Augusta Germani*; & in Basileensi Bibliotheca extat *Tractatus Fratris Davidis de profectu* (non *de perfidia*) *Religiosorum*; ut habet Oudinus in *Davide de Augusta*, & quidam alii heterodoxi. Quare ex his, aliisque Germanicis codd. mss. quamplurimis, Trithemii testimonio, Marcique Velseri viri doctissimi persuasione Henricus Sedulius anno 1593. Augustæ Vindelicorum Opus publicavit sub nomine *Davidis Augustani*; iterumque prodiit Antuerpiæ an. 1600. typis Plantinianis; tum Coloniæ an. 1618., & 1622. typis Petri Chalons in to. 13. Bibliothecæ Patrum; tandem Lugduni an. 1677. in eadem Patrum Bibliotheca to. 25., ubi maxime extolluntur in præfatione, & *medulla perfectionis evangelicæ* nuncupantur. Sed & Marcus Ulyssiponicus Episcopus Portuensis, qui scribebat circa annum 1550., Chronic. S. Francisci par. 2. lib. 1. cap. 25. ei adscripsit duo illa *Opuscula*, vel libros *de compositione hominis exterioris* incip. *Primo semper debes*: & *de compositione hominis interioris* incip. *In priori formula*: Joannes quoque Garetius Lovaniensis S. August. Canon. Regul. in suo libro *de Sacramento Altaris* anno 1560. publicato clas. 1. sub an. 1256. *Davidi Germano* attribuit librum 2. *de profectu Religiosorum*, cujus caput 79. adducit. Porro *tractatus de interiori homine* in italicum sermonem versus est, & impressus Neapoli an. 1596. in 8., ex Indice Biblioth. Barber., sub nomine tamen *S. Bonaventuræ*; sed & *de profectu Religiosorum* hispanice redditus a Fr. Matthæo Boeija, al. Botiza cusus est Murciæ an. 1625. ex Jo: a S. Anton., qui to. 2. cum Waddingo id dicit factum de *speculo disciplinæ* non de *profectu Religiosorum*; nisi forsan Matthæus utrumque transtulerit Opusculum. Matthæus Raderus Soc. J. in Bavaria sancta to. 1. par. 2. ex cod. ms. S. Francisci Monachii refert, Fr. Davidem præter *librum de exteriori, & interiori hominis compositione secundum* triplicem *statum incipientium, proficientium, & perfectorum* scripsisse etiam brevem

Expositionem super Regulam Fratrum Minorum.

De modis revelationum: de generibus visionum: de speciebus tentationum: de virtutibus: de profectu Religiosorum: de affectu orationis: latent in Bibliothecis Belgii, teste Andrea Sandero in Hist. Belg. Erudit. to: 2. pag. 136.

Opusculum ad quid venisti hujus autoris extat excusum inter Opera *S. Bernardi* to. 5. edit. Parisien. anni 1665. vol. 2. typis Friderici Leonhard a Jo: Mabillonio curatæ; & ante alios Jo: Gerardus Vossius vulgavit Romæ an. 1594. hoc titulo: *De honestate vitæ*: D. Bernardo adscriptum, ideo quod hoc dictum *ad quid venisti* in ore Bernardi frequens versaretur.

Epistola de studio veræ Religionis ad Fratres Bertholdum, & Novitios extat in fine Opusculorum *de triplici statu* &c. edit. Constantiæ an. 1727. typis Bæurlein.

Sermones varios memorat Marcus Ulyssiponen. loco cit. *Sermones de tempore, & de Sanctis* habet Rodulphius lib. 3., & post eum alii.

M L X I V. 498.

DAVID CHARLATUS = Regul. Observ. interpretatus est

L'Hostel Dieu: Nosocomium Dei: ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 192.

M L X V. 499.

DAVID HENRERA = Regul. Observ. dicitur vixisse anno 1545. ab Aug. Superbo in Catalogo ms. de Scriptor. Ord. Min.; de quo Possevinus in Appar. sac., qui dicit *Henram*. Joannes autem a S. Anton. exscribit Waddingum.

M L X V I. 500.

DAVID MICHAEL REGIUS = Claustralis; de quo Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

M L X V I I. 501.

DAVID DE LA VIGNE = hujus forsan sunt

Sermones Adventuales editi Parisiis anno 1664. in 8., ex Bibliographia Anisson pag. 46. apud Jo: a S. Anton. to. 1.: idemque, ut puto, qui edidit

Orationem funebrem in exequiis Mariæ Austriacæ Galliarum Reginæ. Parisiis anno 1683. in 4. ex Biblioth. Teller. pag. 387. apud eumdem Jo: a S. Anton. to. 1.

M L X V I I I.

DEODATUS ITALUS forsan provinciæ Mediolanensis, composuit phrasi veteri italica, ut notavit Jo: a S. Antonio to. 1.,

Vitam B. Ioannis a Capistrano; vulgavitque Comi anno 1476., teste Fr. Patritio Duffio in Vita B. Alberti Sartianensis pag. 88.

* DERMITIUS THADDÆUS = vide *Antonius Hiquæus*.

M L X I X. 502.

DESIDERIUS RICHARD = de quo Lassor univ. Terrar. Orb., Imbonatus Biblioth. Latino-hebr., & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 293. ex Waddingo.

M L X X.

DIDACUS DE ALBURQUERQUE provinciæ Beticæ Regul. Observ. alumnus edidit vernacule

Orationem funebrem in exequiis R. P. Joannis

del Hierro Ministri Generalis Ord. Minor. Observ. Hispali anno 1613. in 4. per Alphonsum Rodriguez.

Concionem ad Fratres in Capitulo provinciali congregatos. iisdem typis in 4. an. 1614.

* DIDACUS DE ALEXANDRIA hoc loco positus a Jo: a S. Anton. est *Jacobus de Alexandria*, ut ibi dicitur. Est enim Hispanis *Jago* Latinis *Didacus*: sic & *Jacobus Meneses* dictus est *Didacus*, ut infra.

M L X X I. 503.

DIDACUS A S. ANNA = Magister Novitiorum, ac Definitor, cujus

Speculum Religiosum prodiit etiam Matriti anno 1679. in 4. Obiit cum sanctitatis fama anno 1631.; de quo Joannes a Trinitate to. 1. Chron. suæ provinciæ lib. 3. cap. 60. apud Joannem a S. Anton. in utraque Biblioth.

M L X X I I.

DIDACUS ARANHA de Passione Lusitanus patriâ Bracarensis Strict. Observ. alumnus apud Marianam Mediceam Galliarum Reginam concionator recognovit, atque vulgavit

Cantica CL. *cum Hymnis* XXX. *totidemque Orationibus in B. Josephum B. V. Sponsum a Francisca Gemma Clerico Capuano olim scripta*: quibus e penu suo ipse subjunxit

Flores precum sacræ Societatis Jesu, Maria, Joseph ex sac. Scriptura, & SS. Patribus collectos: Parisiis anno 1624. in 16., de quo Nicolaus Anton. in Biblioth. Hisp., & Joannes a S. Anton. in utraque sua Biblioth.

M L X X I I I. 504.

DIDACUS DE ARZE = aliis Matritensis, Conchensis aliis anno 1614. ex Regul. Observ. ad Ecclesiam Cassanensem promotus est, & anno 1617. ad Tudensem translatus; de quo Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp., Marracius in Biblioth. Mariana, & in Præsulibus Marianis, Antonius Diaz lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 1. & 2., Morerus in magno Dictionario, & Ughellus to. 9. Ital. sac. in Cassanen. Episc. n. 45. eum latine *Deodatum* appellans. Marracius cit. ejus *Opuscula de Conceptione B. Virginis*, & *de Expectatione partus* commemorat; sed hæc inter *Miscellanea* pro *Sermonibus* inveniri dicit Joannes a S. Anton. Itaque

Miscellanea pro Sermonibus conficiendis &c. cusa sunt antea Matriti anno 1600., & postea Murciæ an. 1606. in 4. typis Didaci de Turre.

Sermo diffusus de Cruce Christi, & bono Latrone. Murciæ 1607. in 4. per Aug. Martinez.

Roma sancta, Opus apologeticum &c. prodiit Neapoli anno 1601. in 4. hispano idiomate.

Opusculum de utilitate, & antiquitate Bibliothecarum ms. asservabatur in Bibliotheca Conventus S. Mariæ de Saleeda, & in Bibliotheca Comitis Ducis Olivarum, ex Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 206.

Collatio pro electione Ministri Generalis latine ms. extat in Pinciana Bibliotheca Conventus S. Didaci sub E. n. 313.

Dialogus pro christiano pictore, sive de veritate, & decore picturarum ecclesiasticarum; & *Quinquagena locorum sacræ Scripturæ* promittuntur ab autore in præfatione to. 1. Miscellaneorum; sed incertum, an præstiterit; obiit enim anno 1617. ex Nicolao Antonio, Dupino sec. XVII., Lippenio to. 1. Biblioth. Bibliosoph. pag. 164n., & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 294. Ejus

Sermonem de sacris Stigmatibus S. Francisci impressum Hispali citat Antonius Daza lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 1. n. 10., & cap. 2., quem *De laudibus S. P. Francisci Panegyrim* dicit cit. Joannes a S. Anton. impressum Hispali anno 1608. in 8., & illum se vidisse scribit.

M L X X I V. 505.

DIDACUS DE BASCUNVELOS = edidit etiam

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis, teste Marracio; &

Conciones de SS. Ludovico Gonzaga, ac Francisco Xaverio. Lucroni anno 1622. in 4., teste Petro de Alva col. 323. suæ Militiæ apud Joannem a S. Anton. in append.; sed hæc tribuuntur etiam *Didaco de Camuñas* a prædicto Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 295.; unde lapsum vereor.

M L X X V.

DIDACUS BERMÆUS Hispanus provinciæ S. Joseph Strict. Observ. alumnus, Commissarius S. Officii, Japoniæ regni, & S. Gregorii in Philippinis Insulis provinciarum Minister, doctus, & pius, moriturus scripsit in lectulo ad suum successorem provinciæ Vicarium

Epistolam notatu dignam, quam evulgavit Fr. Antonius de Llave in Chronico prædictæ provinciæ S. Gregorii trien. 10. cap. 4.; ejusque partem Fr. Jo: a S. Anton. par. 1. Biblioth. Minor. Discalc. pag. 50., qui de eo agit & to. 1. Biblioth. Francisc.

M L X X V I.

DIDACUS DE BILLON Gallus prov. Britanniæ Min. Capuccin. concionator, & Missionarius Apostolicus in Pictaviensium locis edidit

Narrationem plurium conversionum Virorum illustrium, quæ factæ sunt opera Capuccinorum in Missionibus Pictaviensibus tom. 1. in 12., ex autore Biblioth. Capuccin., & Joanne a S. Anton. to. 1.

M L X X V I I. 506.

DIDACUS BRAVUS = suæ provinciæ sac. Theol. Lector, Custos, & Pater, cujus

Manuale Notariorum prodiit etiam ibidem anno 1640. typis Nicolai Rodriguez.

Regimen spirituale: iterum ibidem an. 1717. in 4. typis Jo: de Ariztia.

De vocatione Fratris Minoris: in 8. typis Francisci de Lyra.

Theologiam moralem, & *mysticam* scripsit, teste Fr. Andrea de Guadalupe in Chron. illius provinciæ lib. 10. cap. 9., ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 295.; de quo autore & Nicolaus Antonius, & Dupinus sec. XVII. tractant.

M L X X V I I I. 507.

DIDACUS CABRERA = Regul. Observ. prov. Aragoniæ, ex Nicolao Anton., & Jo: a S. Anton. to. 1.

M L X X I X.

DIDACUS CÆSAR Lusitanus Tertii Ord. Claustr. prov. S. Mariæ a Jesu in Portugalliæ Regno Pater, concionator magni nominis evulgavit

Concionem de bulla S. Cruciata. Ulyssipone an. 1644. in 4. ex officina Dominici Lopez Rosæ; & *aliam* de eodem argumento an. 1653. in 4. typis Antonii Alvarez.

Concionem in solemni acta fidei. ibidem an. 1649. in 4. typis Pauli Craesbeeck.

Concionem de Mandato feria V. hebdomadæ Sanctæ. ibidem an. 1653. typis Ant. Alvarez in 4.

Can-

Concionem de SS. Eucharistiæ Sacramento pro levamine quarumdam injuriarum. iisdem typis.

Concionem de Domina nostra a Nivibus. Conimbricæ an. 1673. in 4. apud Rodericum Carvalho, ex Jo: a S. Anton. to. 1.

M L X X X. 508.

DIDACUS DE CEA = Regul. Observ., cujus in Indice Biblioth. Barber. to. 1. p. 253. leguntur impressi

Sermones de S. Joseph. Romæ anno 1634. in 4.; *Sermonem* dicit Joannes a S. Anton. to. 1. editum anno 1635.

Archielogia sacra Principum Apostolorum Petri, & Pauli; quod Opus habetur etiam in Bibliotheca Pontificia Roccaberti to. 8. Romæ anno 1697. excuso, ubi dicitur autor patriâ *Agudensis*; *Audensis* vero diœcesis Toletanæ in Bibliotheca Koningi, & Hispana Nicolai Antonii; de quo & Dupinus sec. XVII. Edidit quoque

Conciones 2. de SS. Eucharistiæ Sacramento, & de Immaculata Conceptione Virginis. Hispali anno 1620. in 4. typis Joannis Serrani.

Concionem aliam de SS. Eucharistiæ Sacramento. ibidem anno 1627. in 4. per Franciscum de Lyra.

Concionem funebrem in exequiis Exc̃ti Ducis Infantadi. ibidem anno 1629. in 4. per eumdem.

Concionem de Mandato in fer. 5. Hebdomadæ sanctæ ibidem anno 1630. in 4. per eumdem.

De origine Conventus S. Mariæ Angelorum suæ provinciæ tomus 1. in 4. ms. extat Hispali in Archivo Conventus S. Antonii, teste Joanne a S. Anton. to. 1. p. 296.

M L X X X I. 509.

DIDACUS CHRISTIANI = Gallus, de quo Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

M L X X X I I.

DIDACUS CISNEROS Hispanus e latino in hispanum idioma traduxit, & vulgavit anno 1526. in 4.

Legendam majorem S. Bonaventuræ de Vita S. P. Francisci, teste Petro de Alva tab. 1. apud Joannem a S. Anton. to. 1., quam *Vitam* citat & Antonius Daza de Stigmat. S. Francisci cap. 2., & Salvator Vitalis in Chron. Seraph. Montis Alvernæ.

M L X X X I I I.

DIDACUS A CONCEPTIONE Lusitanus prov. S. Antonii Discalc. in eo regno Pater edidit

Apologiam adversus Vicariatum Discalceatorum sub Gregorio XV. obtentum, vernacule impressam an. 1622. in 4., teste Jo: a S. Anton. in append. to. 3.

M L X X X I V. 510.

DIDACUS A CORDUBA = & Salinas Reg. Observ. concionator ortus Limæ in Peruano regno edidit &

Historiam provinciæ Limensis SS. XII. Apostolorum, cujus ipse erat Pater, & Chronographus, quam ms. se habuisse scribit Franciscus Haroldus in *Limu limatu Conciliis* pag. 58. *Chronicu provinciæ Peruvianæ XII. Apostolorum* cusa sunt Limæ an. 1651. in fol. apud Georgium Lopez. Scripsit etiam

Monarchiam Limensem, quam ms. detulit in Hispaniam D. Jo: Franciscus Vallisoletanus Canonicus Ecclesiæ Limensis; ex autore Biblioth. Hispanæ to. 2. pag. 287. in append.

Vitam Ven. Fr. Joannis Gomez Laici ejusdem Provinciæ alumni ms.

Vitam Ven. Fr. Andreæ Corzo Laici, ac Fundatoris primæ Recollectionis Peruvianæ ms.

Vitam Ven. Fr. Francisci Ruiz Tertiarii Franciscani ms.

Vitam Ven., ac extaticæ Sor. Elisabeth Porras Tertiariæ, ac Fundatricis Collegii S. Teresiæ ms. Quas 4. Vitas ad suos Superiores misit, ipsomet teste Chronicor. cap. 7.

Theatrum Ecclesiæ Metropolitanæ Civitatis Regum ms. misit ad Philippum IV. Hispan. Regem ex Jo: a S. Anton. to. 1.

Vita, virtutes, & miracula B. Francisci Solani ex fide 500. testium coram multis Præsulibus examinatorum, aliisque apostolica autoritate habitis probationibus primo prodiit anno 1630.

M L X X X V. 511.

DIDACUS DE S. FRANCISCO = ex Castriviridis diœcesis Legionensis oppido provinciæ Discalceat. S. Pauli Minister in omni doctrinarum genere versatissimus scripsit, & mss. reliquit

Formularium praxis judiciariæ; cujus exemplaria in multis provinciis inveniuntur apud Ordinis Prælatos.

Materiarum Theologicarum volumen super 1. & 3. Sententiarum librum ad mentem Doctoris Subtilis.

Expositionem capituli primi, & tertii Isaiæ Prophetæ.

Expositionem Regulæ Tertiariorum S. Francisci tam Regularium, quam secularium jussu P. Petri Maneri Ministri Generalis sui Ordinis.

Obiit anno 1655. iterum suæ provinciæ Ministerio fungens; de quo Matthæus a Nativitate, Nicolaus Antonius, & Joannes a S. Anton. to. 1. Biblioth., & in Chron. provinciæ S. Pauli to. 1. & 2.

M L X X X V I. 512.

DIDACUS DE S. FRANCISCO = e Membrilla oppido veteris Castellæ prov. Discalc. S. Pauli concionator eximius ad Insulas Philippinas salutis animarum amore, indeque ad Japponensium regnum transmissus provinciæ Commissarius instituitur, qua in Missione Apostolica horrendum Vomeræ carcerem expertus est, sæpeque gravia passus; a quibus aliquando liberatus, non multo post tamen iterum navigio in Japponenses anno 1618. pervenit; ubi post multa pro fide Christi patrata, & plurima perpessa, ita ut a cunctis Japponibus Martyr appellaretur, tandem pro eodem Christo vitam amisit mortalem, verumque Martyrium subiit anno 1633.; cum ex præscripto suorum Superiorum scripsisset

Historiam Martyrum Japponensium Ord. Min. provinciæ S. Gregorii Philippinarum cusam Manilæ anno 1625. in 4. apud Thomam Piapin; & postea Mexici anno 1626. De quo Scriptore agunt Nicolaus Antonius post Waddingum, Balthassar e Medina, & Joannes a S. Anton. to. 1. Biblioth. utriusque, & to. 2. Chron. prov. S. Pauli lib. 4. cap. 13. & seq. Eam historiam non semel citat Benedictus Mazzara in Legen. Francisc. die 16., & 25. Aug., & 12. Septem.

M L X X X V I I.

DIDACUS A S. FRANCISCO ex Montejo oppido diœcesis Abulensis, olim Salmanticensis Academiæ Doctor Theologus, ac Parochorum speculum, vir jam maturæ ætatis Institutum S. Francisci inter Discalceatos Strict. Observ. amplexus in provincia S. Pauli veteris Castellæ virtutibus, ac miraculis cla-

claruit; obiitque Salmanticæ in Cœnobio Calvarii anno 1615. non absque sanctitatis opinione; cum scripsisset

De spiritu, ac virtutibus V. Beatricis de Langa epistolam; quam vulgavit Joannes a S. Anton. to. 2. Chron. memoratæ provinciæ lib. 5. n. 88.; & lib. 2. cap. 17. & seq. refert ejusdem *Vitam*; de qua & Fr. Tiburtius Navarrus agit de *Fructibus posthumis S. Petri Alcantar.* pag. 81. apud cit. Joannem a S. Anton. to. 1.

M L X X X V I I I.

DIDACUS IZQUIERDUS Hispanus provinciæ Burgensis Regul. Observ. Lector emeritus, ac Definitor edidit latine

Trilogium Eucharisticum continens sarcincte morale, scholasticum, & mysticum Eucharistiæ, ut Sacramentum est. Pampilone 1650. in 8. typis Martini Labayen, teste Joan. a S. Anton. to. 1.

* DIDACUS A LEQUILIS = v. *Didacus Tafuri*, quem Jo: a S. Anton. diversum putavit.

M L X X X I X.

DIDACUS MAZON Murciensis Strict. Observ. Discalc. provinciæ S. Jo: Baptistæ Valentini regni alumnus summa vitæ austeritate, & erga proximos pestilentia præsertim contactos maxima charitate excelluit, divinis etiam revelationibus ornatus scripsit anno 1642. libros

De Ven. Francisca a SS. Sacramento Tertiaria colloquium sacrum ms. in 8.; &

De gratiis a Deo factis eidem. anno 1645. in 8.; qui asservantur in Arch. dictæ provinciæ.

Memoriale favorum a Deo acceptorum; cujus nonnulla fragmenta evulgavit Fr. Antonius Pañes to. 2. Chronic. lib. 7. cap. 10.

Epistolas nonnullas, quas summatim publicavit idem ibidem cap. 13.

Obiit die 1. Novembris an. 1647. cum opinione sanctitatis, ut produnt cit. autor, & Jo: a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

M X C.

DIDACUS A MEDINA Reynosus Hispanus in Mexicana provincia S. Evangelii concionator emicuit in lucem

Panegyrim de S. Hippolyto Martyre. Mexici an. 1621. in 4. per Jo: de Alcazar, ex Aug. Ventancurt de Scriptor. illius prov. apud Jo: a S. Anton. to. 1. p. 302.

M X C I.

DIDACUS MELER Polonus Min. Conv. apud suos Ecclesiastes magni nominis edidit

Orationes, & *conciones* varias; quarum typis editæ sunt sequentes

Dolor mortis solamine vitæ interceptus ad funera Nicolai Stradomski. Cracoviæ anno 1643. typis Valeriani Pratkouski.

Luna in plenitudine Oratio exequialis Mariano Przylerki. ibidem eodem anno.

Doloris, & lætitiæ certamina Oratio parentalis Constantiæ de Lubomierz Czarakoarka. Posnaniæ anno 1646. per Albertum Regulum.

Veri Salomonis. J. C. Regis Regum curia, seu Sermones de Sanctis ex figuratis dictis Salomonis ordinati.

Regium Cynægeum cælestis Salomonis, seu *Sermones de Sanctis Virginibus, & non Virginibus* polonico idiomate mss., ex Jo: Franchino in Biblios. n. 100.; ubi addit, obiisse Posnaniæ anno 1650.

Monumenta antiquitatis suæ provinciæ, seu *Apparatum ad Chronicon provinciæ Poloniæ* collegerat, quod ms. asservabatur apud Casimirum Biernacki ejusdem Instituti, ut ipse refert in suo *Speculo Minorum* art. 18. n. 4. pag. 218.

* DIDACUS MENESES, qui *Jacobus* est Waddingo, & hic ex Nicolai Anton. Bibliotheca Hisp. dicitur *Didacus* a Jo: a S. Anton., reipsa *Jacobus* vocabatur ex editis a me inspectis Operibus.

M X C I I. 513.

DIDACUS MURILLO = cujus

Quadragesima duplex latine prodiit Coloniæ anno 1612., teste Dupino sec. XVII.

Sermones quadragesimales in Evangelia ex hispano latinitati donati prodierunt Venetiis anno 1613. typis Jacobi Sarzinæ Card. Madrutio Principi Tridentino dicati a Doct. Hipp. Fabro Ubio Agrippinate, qui una cum quodam doctissimo concionatore Ord. Prædicat. Opus castigavit; & antea Brixiæ an. 1612. typis Franc. Thebaldini.

Sermonum duplicium in Evangelia, seu 100. concionum Opus ex hispano in italicum sermonem versum a Thoma Galleto Sacerdote, & Doctore typis datum est Venetiis anno 1613. per Baretium Baretii; deinde anno 1617. in 4. Card. Burghesio dicatum una cum 10. *Sermonibus de Passione Domini* pro Hebdomada Sancta. Laudatur multum hic autor a Paullo Aresio Episcopo Dertonensi, & inter primos Hispaniæ concionatores recensetur lib. 4. de *Arte Orat.*, *ac concion.* cap. 27.

Quadragesimale Sermonum idem est ac *Quadragesimale duplex* supra relatum.

Sermones de Adventu Domini, & Sanctis ejus usque ad Septuagesimam. Cæsaraugustæ anno 1603. in 4. typis Angeli Tabani.

Sermones a Septuagesima usque ad Dominicam in Passione. ibidem anno 1604., & 1611. in 4. per eumdem.

Sermones a Dominica in Passione usque ad Resurrectionem Domini. iisdem typis, & Barcinone an. 1616. in 4.

Sermones de B. Virgine, Vitam, & excellentiam ejus exhibentes: ibidem in 4. per Petrum Cabarte, & Lucam Sanchez.

Discursus de Vita Christi prodierunt & Barcinone anno 1616. in 4., teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 303.; eosdemque gallice redditos a Francisco de Rosset putat Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp., editosque Parisiis anno 1654. in 8. typis Cramoysianis. Ejusdem

Opus fundationis Capellæ B. V. Pelleri laudat P. Sebastianus Selleles *de Materiis Tribunalium Inquisit.* prolegom. 4. n. 2.; ubi eum dicit *prædicatorem insignem*.

Scala spiritualis ad perfectionem Evangelicam, seu *Instructio incipientium pro virtute adipiscenda* sermone hispano tomis 2. in 4.

Sacra poesis una cum Vita S. Eustachii versu expressa. Cæsaraugustæ in 8.

Obiit autor in patria die 13. Augusti anno 1616. in Conventu S. Mariæ a Jesu, ex cit. Joanne a S. Anton.

M X C I I I. 514.

DIDACUS NAVARRUS = Toletanus patriâ primam partem Chronicorum S. Francisci una cum Philippo de Sosa communicata opera translatam in italicum idioma Horatius Diola Bononiensis vulgavit Venetiis, uti & Baretius Baretii non semel; eum prius illa prodierit castellane reddita Compluti

plati in fol. anno 1559. typis Athanasii Salledo, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 303.; postea & Salmanticæ anno 1616., & Barcinone anno 1634., ex Biblioth. Hispana. Hanc italice factam Possevinus in Appar. sac. append. 1., & cit. auctor Biblioth. Hisp. prodiisse scribit Brixiæ anno etiam 1581.

M X C I V. 515.

DIDACUS NAVARRUS alter = de quo Jo: a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

M X C V.

DIDACUS OLARTE Cantaber vir Apostolicus, paupertatis, humilitatis, ac mortificationis diligens excultor, provinciæ Discalc. S. Jo: Baptistæ Valentinæque Pater elaboravit erudite in gratiam piarum animarum circa annum 1640. librum inscriptum:

Medulla mystica; de quo Antonius Pañes to. 2. Chronic. prædictæ provinciæ lib. 6. cap. 49. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M X C V I. 516.

DIDACUS DE OLMOS = Strict. Observ. concionator, ac Definitor, ex Nicolao Anton., & Alphonso Lassor pag. 317. to. 2. univ. terrar. Orbis apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M X C V I I.

DIDACUS PEREA Hispanus provinciæ Castellæ Regul. Observ. celeber ecclesiastes composuit

Conciones plures, quæ mss. asservantur in Bibliotheca Conventus Dominæ nostræ de Saliceto, teste Petro Salazar in Chron. præfatæ provinciæ lib. 2. cap. 23., & lib. 3. pag. 685. apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 304.

M X C V I I I.

DIDACUS DE QUIROGA genere clarus Hispanus prov. Castellæ Minor. Capuccinor. Minister, & sac. Inquisitionis Qualificator, a sacris consiliis Ferdinandi III. Imp., & Philippi IV. Regis Catholici; simulque a Confessionibus Mariæ Austriæ Imperatricis, Mariæ Annæ conjugis ejusdem Philippi IV., filiæque ejus Mariæ Therresiæ Reginæ Galliarum; qui cum curassent, ut ab Urbano VIII. assumeretur in S. R. E. Cardinalium Collegium, amplissimam dignitatem constanter, & humiliter recusavit. Scripsit

Philosophica, ac Theologica multa, uti testatur Jo: Caramuel Episcopus to. 1. Theologiæ Fundament. fundam. 5. tit. *Syntheses Regulares* n. 825. his verbis: *Reverendiss. Patrem Didacum de Quiroga inter intimos habui, dum Viennæ viveret; & modo, dum triumphat inter cælites (sic spero), inter maximos patronos veneror; subtilissimum, doctissimum, ingeniosissimum. In Philosophia habebat multa præclare cogitata: in Theologia multa magni momenti; & ut insinuem aliquid, in materia de Auxiliis, rejecta scientia media, & physicis prædeterminationibus, pulchre, & clare exponebat, quæ Thomistæ, & quæ Molinistæ non clare. In politicis summus; tota enim ille vita negotia publica tractaverat; & jam octogenarius, aut fere, erat auxilio Regi, & directioni universis Legatis.*

M X C I X.

DIDACUS ROBERTUS Gallus provinciæ S. Bonaventuræ Minister, & sac. Theol. Doctor scripsit gallico idiomate, vulgavitque

Conciones XVII. super psalmum: Domine quis habitabit &c., Lugduni anno 1622. in 8., teste Petro de Alva col. 334. Militiæ apud Joannem a S. Anton.

M C.

DIDACUS RODRIGUEZ a S. Joseph Hispanus Discalc. prov. Beticæ S. Didaci edidit

Sermonem de S. Joseph ad Hispalensem Ecclesiam vernacule. Hispali an. 1626. in 4. typis Matthiæ Clavijo, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

M C I.

DIDACUS SALEMIUS Motycensis provinciæ Siciliæ Regul. Observ. alumnus Orator eximius publicavit anno 1650.

Triumphum Principis Apostolorum, ut ex Placido Carrafa scribit Antoninus Mongitor to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

* DIDACUS DE SAXONIA, quem hic ex Biblioth. Mar. ms. Leonis Pinelli exscripsit Jo: a S. Antonio, est *Conradus de Saxonia* perperam ibi dictus *Didacus*.

M C I I.

DIDACUS DE SICILIA Hispanus provinciæ Conceptionis Regul. Observ. Minister scripsit ad Paulum V. Rom. Pont.

Epistolam pro definitione mysterii Immaculatæ Conceptionis Virginis, quam refert Antonius Daza tract. de Concept. cap. 25.

De assumptione R. P. Fr. Antonii Trejo in Vicarium Generalem, & de jure Electorum Opusculum domesticis Ordinis utile in fol. impressum anno 1613. lingua hispana, teste Joanne a S. Anton. to. 3. in append.

M C I I I. 517.

DIDACUS STELLA = de quo Willotus in Athenis Francisc. hæc habet: *tandem factus Episcopus nostra ætate sancto fine quievit*; quod habent & Possevinus, & Miræus; sed cujus Ecclesiæ regimen obtinuerit, reticent. Forte quod morte præventus inaugurari nequiverit, sicut & Alphonsus a Castro. Eum nobili genere natum in Navarra testantur *Joannis Iberi carmina* to. 2. Comment. ejus in Lucam præmissa editionis Venetæ anni 1581.; qua utor.

Commentaria in Evangelium S. Lucæ prodierunt primum Venetiis anno 1581., mox ibidem an. 1583. typis Francisci Ziletti tomis 2. in 4.

De contemptu Mundi lingua hispanica vulgatum est primùm Cæsaraugustæ anno 1572., quod impense laudat S. Franciscus Salesius par. 1. Epist. lib. 2. epist. 31. n. 14.; inde in italicum idioma conversum a Petro Bonfanti Bibienæ Plebano imprimitur Florentiæ anno 1581., mox Venetiis anno 1583. per Hugolinum, & Dusinellum, iterumque ibi anno 1589. per Zilettos tomis 3. in 12.; versum vero a Jo: Baptista Perusco Soc. Jesu una cum *Meditationibus de amore Dei*, & *indicibus* Francisci Montegrini cusum est Venetiis anno 1612. & 1701. in 4. ab Antonio Bortolo ibidem.

De amore Dei meditationes cusæ Salmanticæ anno 1582. in 8. typis Petri Lassi commendantur a S. Francisco de Sales in præfatione sui Operis gallice conscripti *De amore Dei*; latine autem factæ per Jo: Governerium prodierunt Coloniæ an. 1603. in 16. typis Balthassaris Clypei, ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 411.

Tabulas rerum omnium, quæ in libris de vanitate Mundi continentur &c. ex hispano italicum in sermonem transtulit Hieronymus Discipulus Veronensis dicatas Card. Veronensi Aug. Valerio; prodieruntque iterum Veronæ anno 1598. in 12. per Matthæum Valentinum. Alias *tabulas*, *indicesque* Ope-

Operum omnium confecit *Ildefonsus a Saazoles* ejusdem Instituti cusas Salmanticæ an. 1584. & 1587.

Vitam S. Joannis Evangelistæ correxit, auxit, & vulgavit Valentiæ anno 1595. in 8. Christophorus Morerus Minorita Hispanus.

Novissima Didaci Stellæ citat Carolus Gregorius Rosignoli Soc. J. in notitiis Exercitiorum spiritualium S. Ignatii cap. 7. §. 1. Possevinus perperam in append. 1. Appar. sàcri dicit hunc *Franciscum Didacum Stellam*.

M C I V.

DIDACUS DE SYLVA nobilis Lusitanus, quem Minimi contendunt a nostris ad suos transiisse; Continuator vero Annal. Min. Waddingi ad an. 1559. n. 27. & seqq. ostendit, duos fuisse eodem tempore alterum *Minorum*, alterum vero *Minimorum* Instituti; & primum Joanni III. Lusitaniæ Regi a Sacris Confessionibus prius Episcopum Septensem in Africa, ac primum Supremæ Inquisitionis restauratæ Lusitaniæ Præfectum; postea anno 1540. ad Archiepiscopatum Bracharensem translatum fuisse. Miræus in Scriptor. sec. xvi., omissis his dignitatibus, Didacum de Sylva scripsisse tradit unum *Tractatum de obscurioribus, & manifestioribus probandis* contra eos, qui vel scribendo, vel disputando falsa falsis, obscura obscuris, & incerta incertioribus inculcare non erubescunt; ut & Nicolaus Antonius scribit, & Haroldus ad anno 1539. n. 5. Obiit *Minorita* Didacus anno 1541. mense Decembri; sed utrius sit *Tractatus*, nondum inveni.

Dicitur natus in pago *Aldea Nava* prope oppidum Couilham Egæditanensis diœcesis; in seculo extitisse ferunt Senatorem supremi Senatus Regii, vulgo *Tribunalis Palatii*; quo munere sponte relicto, habitum Seraphicum in provincia Pietatis suscepisse, & professionem emisisse; deinde, ut diximus, a Joanne III. Rege in suum Confessorem assumptum, postea *Episcopum Septensem* electum; qua dignitate, secundum aliquos, renunciata, in eodem pago Ædem ædificasse, ibique vixisse per aliquot annos volunt; ac etiam ut patriam suam nobilitaret, in loco proximo, qui *Deixo* dicitur, Sacellum B. Virg. Mariæ in Conventum Fratrum provinciæ Pietatis mutasse anno 1526.: ita legimus apud P. Antonium de Sousa Ord. Præd. in suo *de Aphorismis Inquisitorum* Generalium Lusitaniæ libro; ubi & advertit, Gonzagam de Orig. Seraph. Relig. par. 3. fol. 945. de prov. Pietatis lib. 1. cap. 16., ut & Paramo de Origine Inquisit. lib. 2. tit. 2. cap. 15. n. 8. asserere, eum fuisse *Discalceatum Ordinis S. Francisci Asisiensis*; præsertim cum in Aula Archiepiscoporum Bracarensium ipse Fr. Didacus in habitu *Fratrum Minorum Capuccinorum* (ita Lusitani vocant *FF. Minores Discalceatos*) cernatur depictus: & paucis ab hinc annis Fr. Emmanuel a S. Damaso edidit *Apologiam* anno 1730. Ulyssipone, qua ostendit, hunc fuisse *Minoritam*, non *Minimum*; ut est apud Joannem a S. Anton. to. 1. pag. 307.

M C V.

DIDACUS TAFURI A LEQUILE Liciensis diœcesis in Salentinis oppido Strictior. Observ. sac. Theol. Lector, & concionator Generalis, suæque provinciæ S. Nicolai Barensis custos, expostulatus ab Archiducibus Œnipontanis Austriacis integro octennio Confessarii, Sacellani Archiducalis, Theologi domestici, concionatoris ad Principes, Historiographi publici, & Consiliarii in rebus arcanis munia laudabiliter exercuit; quare ab Imp. Ferdinando III. electus fuit, & nominatus *Episcopus Almaiæ* Almiensis (*Almisso* in Dalmatia) anno 1653.; Romæ vero a Principe Hieronymo Card. Columna Theologus domesticus, quò venerat factus Episcopus, edidit autem, vulgavitque primùm hoc Opus:

Seatenze di S. Aatonio di Padova disposte in proposizioni quadragesimali. Neapoli anno 1646. in 4. typis Camilli Cavalli; & postea Venetiis apud Franciscum Stortum sub titulo: *Novum Quadragesimale*: italice, prohibitum. Item lingua vernacula

Sermones x. de B. Virgine in laudem S. Antonii Patavini titulo *Vitis Mariana* tomis 4. Licii anno 1648. in 4. apud Petrum Michaelem; qui prohibentur ex decreto sac. Congr. Indicis, donec corrigantur.

Sermones Adventuales prodierunt Neapoli an. 1646. in 4. teste Petro de Alva col. 331. Militiæ.

Civitas refugii S. Antonii de Padua Opus ix. Sermones pro Expectatione Partus B. Virginis continens; quorum quinque prodierunt Venetiis apud Joannem Mariam Turrinum; reliqui desunt.

Poema parvum hoc titulo: *L'Epenodoro del P. Tafuro Accademico sconosciato nell' annunzio di buon capo d'anno all' Illustrissimo, ed Eccellentissimo Signore D. Gio: Girolamo Acquaviva d'Aragona Conte di Conversano, Duca di Nardò, e delle Noci*. Licii anno 1649.; quod citat Jo: Bernardinus Tafuri *de origine, & antiquitate urbis Neritoaensis* nuper Venetiis excus. lib. 1. cap. 6.

L'Arcidaca d'Aastria Ferdinando Carlo, overo Panegirici poetici coa le prose politiche. Antuerpiæ anno 1653. in fol.; anno 1665. apud Balthassarem Moretum ait Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 299., sed est error Typographi in anno.

Historia, e saggi vernacula etiam lingua vulgavit *Oeniponti* anno 1654. in 12. apud Melchiorem W.; qua in urbe diu moram traxit.

Descriptionem Tiroli, & *porticum novitatis* italico idiomate composuit, quos citat Eques Jo: Franciscus Lauredanus in suis Epistolis anno 1661. impressis, & ad eum datis tit. *Epist. dedic.*, & *justif.* par. 2., ubi & *Descriptionem Tiroli* sibi ab eo dicatam fuisse, significat; de qua & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 299.

Il Santo di Padoa epiche narrative a cinque Monarchi coa un breve ragionamento intorno la poesia antica, e moderna. Romæ an. 1662. in 8. apud Jacobum Dragondelli; & antea Oeniponti typis Hieronymi Agricolæ, ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 299.

Franciscus Terlegislator Evangelicus, terque Legis Christi, & Ecclesiæ Romanæ per se, & per suos tres Ordines Apostolicus reparator tomis 2. in fol. prodiit Romæ anno 1667. typis Michaelis Herculis; ibique autor excessit ex hac vita anno 1673. ætatis suæ 79. Ediderat autem & sequentia, ex Joanne a S. Anton.

Hierarchiam Franciscanam in 4. facies historice distributam, cusamque Romæ anno 1664. tomis 2. in 4. apud Jacobum Dragondellum.

Quadragesimale de Sabbatis italico idiomate cusum est Venetiis anno 1650. in 4. apud Franciscum Stortum, teste Joanne a S. Anton. to. 1. p. 301.

Anna præsentata Opus comicum drammaticum

, cum

cum prosa delectabili in fine italice. Oeniponti apud Hieronymum Agricolam.

Opasrulum rarmine lyrico, varioque versuum genere conflatum, italice *Libretto di Rime*. ibidem apud eumdem.

Italia lagens ob disressum Adelaidis Sabaudia Principis, Durisqae filia ad Electorales nuptias pergentis, Oenipontemque transeuntis, italice. ibidem apud Michaelem Raguerum; apud quem alia *curmina italira* cusa sunt in electione Ferdinandi IV. in Regem Romanorum; & coronatione Leonoræ Gonzagæ Ferdinandi III. Imp. conjugis; aliisque solemnibus festis.

Priariputus Sacerdotulis Cathedra Romana lingua vulgari italica: *Pars* 1. ibidem apud Michaelem Raguerum; in ea agit de institutione, successione, ac regimine Romani Pontificis contra quemdam scriptorem Italicum. Ejusdem

Pars 2. de potestate Romani Pontificis, ejusque curia, ac duratione adversus hæreticos recentiores, maxime Franciscum Helmontium, & Franciscum Joseph Borri hæresiarcham anno 1664. nondum typis prodierat.

Sapiens Peregrina de Christina Suetiæ Regina Romam ad romanam eatholicam fidem profitendam tendente anno 1655. Opusculum lingua italica perpolitum, & a viris doctis, literatisque commendatum. Oeniponti apud Hieronymum Agricolam.

Philomatista pacem, & amorem Italiæ afflictæ continens italice. Venetiis apud Valvasensem.

Anthippolytus in Hippolytum u Lapide qainque lapidibus percasas in Domus Austriaca defensione latine. Oeniponti.

Res Austriuræ tomis 3. in fol. divisæ; in quorum 1. agitur de origine, antiquitate, & nobilitate Domus Austriacæ: in 2. est quædam moles colossea, angelica, Austriaca, allegorica: in 3. agitur de omnibus matrimoniis domus Austriacæ tam marium, quam mulierum, latine. Oeniponti apud Michaelem Vaguerum anno 1660. Continere debebat VII. *partes*, & VII. *gentilitiu*; sed V. tantum cusæ sunt, & II. gentilitia; reliquæ duæ partes, & gentilitia quinque desiderantur; de eo Alphonsus Lassor to. 1. universi terrarum orbis Scriptor. v. *Austriucu Domas* fol. 129. 130. & 281.; a quo dicitur *Didari Tufuri Ord. Miu. liber de origine, aatiquitate, ac nobilitate Austriuca Fumilia*; & Lippenius to. 1. Biblioth. Philosoph. pag. 1660. Hoc Opus nonnulli rarissimum appellant in *Analertis litter.* Frider. Gotthilf Freytag *de Libris rarioribus* pag. 524.; ubi monet recte, hujus nomen esse *Didarum Tafur* ab urbe Aquilia, vulgo *Lequile*; cujus totius Operis edendi conspectum, ut uberiorem corum, quæ edidit, recensionem inveniri tradit in *Bibliothecu Hamburgensi historira* decur. x. pag. 350. & seqq., ibique doceri, primum gentilitium jam anno 1654.; 2. vero anno 1655. excusum novo tantùm titulo ornatum præseferre annum 1660.: autorem factum Episcopum Almiensem discessum ex aula parasse, depositoque calamo, institutum Opus deseruisse, ac reliquas duas partes, quibus 5. alia gentilitia destinaverat, intactas reliquisse. Ad hunc scripsit Vincentius Armannus in suis epistolis italicis vol. 1., in quibus præter ejus *Sermones* maximopere laudat librum *de domo Austriaca*. Porro *Domas Austriaca una cum Borbonam prosapia* to. 3. cum figuris prodiit Antuerpiæ an. 1653. in fol.; & Venetiis an. 1660., sed to. 2. in fol. ex Jo: a S. Anton. to. 1.

S. Magnus Pater Nicolaus Myræ Episcopus Principum Catholicorum, sed maxime Austriarorum protertor; ubi plurimum de miro liquore, quem incolæ vulgo *Manna* appellant, ab ejus sacris ossibus incessanter, perenniterque manante disserit, latine. ibidem apud Hieronymum Agricolam.

Distichonmillia super Philomatii Masas juveniles rarminibus 94. Venetiis apud Franciscum Valvasensem.

Stalu Iacob Tropologira Historiam synopticam, & encomiastiram omuiam rerum Religionis Frunciscanæ rontinens. Romæ apud Ignatium Lazarum.

Quæ omnia partim latina, partim italica lingua ante annum 1665. typis edita fuerant.

Opera *italicu* nondum impressa anno 1664.

Italia tripudians ob adventum Archiducum Austriacorum. *Pux oriens Italia* in ortu Principis Mantuæ, versu. *Quatuor Austria*. *Septem Columna domus Franciscana* lex Evangelica, sanctitas seraphica, doctrina &c. *Scana passioaum, & rerreationum Principum*. *Tinctara universalis mystira* pro bono regimine Principum. *Ecclesiu eutholicu* semper impugnata, semper defensa, & nusquam expugnata. *Allocutioaes familiares super Poema Torqnati Tassi*. *Polymniu*, seu *Poesis variu* italica, latina, variique generis versus. *Monarrhia ecclesiasticu* in VII. partes divisa. *Antimonarchia catholica, uc monstruosa*. *Anatomiu duplex ia Christi passione*. *Civitas solis*, seu vulnus lateris Christi. *Decalogum Historicum*. *Aulu lætabunda*. *Alphabetum Principum*. *Cometes*. *Sermones quadragesimales, adventuales, & de B. Virgine*, ac *Sanctis per annum* cursu 8. annorum ad Archiduces Austriacos dicti. *Phantasmata symbolira* in quatuor partes distributa. *Galeria sancta*. *Prinreps Ecrlesiasticus*. *Regnum, & rlaves Romani Pontificis*. *Saurtus de Paduu* versibus exhibitus. *Imugo historica S. Antonii de Paduu* in 4. partes, & 36. articulos distributa. *Verum lilium uureum* de B. Joanna Franciæ Regina. *Columna Romana roronata*. *Austriaca Cæsarea* XV. Imperator. coronata. *Domus Austriacu antiqua, Casarea* &c. *Homo bonas ab aulicis* conculcatus, & tamen aulicis infestus. *Christina Regina* Sveciæ Regnatrix, illuminata &c.; & pleraque alia inter mss. autoris posita.

Opera *lutina* nondum impressa.

De ditione, & imperio Domas Austriaca tomus 4. in ordine tum ad alios tres tomos impressos, cum etiam ad imprimendos, quorum 1. est de libertatis in Imperio Romano Germanico introductione per Rodulphum I. Imperatorem domus Austriacæ conditorem contra Hippolytum a Lapide; 2. est de rebus gestis Principum Austriacorum; 3. de fidei catholicæ constantia in domo Austriaca.

Biblica, Introductorium ad sac. Bibliorum codicem pro tyronibus.

Apologetiram in eriticos, qui scriptores linguæ latinæ adhuc novitios minime compatiuntur; eum ipsi Magistri Grammatiees solecismos, barbarismos, idiotismos, & alios errores commiserint.

Srala Iacob tropologica, e qua desnmptum est uti totius rei argumentum *Srala synopticæ* memoratæ.

Arcu Testamenti S. Antonius Patavinus sacrorum Bibliorum mirificus interpres.

Dissidium Cutholicum in catholicos innovatores Franciscum Helmontium &c.

Princeps Ecclesiasticus 5. libros S. Bernardi de Consideratione ad Eugenium PP.

Alphabetum Religiosorum a S. Bonaventura 44. versibus rhytmicis distinctum cum autoris commentariolis.

Scæna anni novi ad Principem Catholicum Hispaniarum.

Iconologia Austriaca Cæsarea icones Cæsarum domus Austriacæ continens cum triplici dissertatione historica, politica, poetica per synopsim.

Iconologia Austriaca Archiducalis, ut supra, super icones Archiducum.

Iconologia Austriaca Monarchica super icones rerum Hispaniarum.

Officium breve pro persequentibus, & calumniantibus nos.

Sex alia Opuscula ad finem declarationis *Hierarchiæ Franciscanæ* promissa, & elucubrata. Hæc Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 298., & seqq.

M C V I. 518.

DIDACUS VALADES = Regul. Observ., de de quo Rodulphius lib. 3., aliique postea scripserunt; ejusque in Opus *Rhetoricæ christianæ* cecinit Julius Roscius Hortinus nobilis poeta, & Camillus Sabellicus. Hic in provincia Mexicana S. Evangelii Indorum conversioni suam præstitit operam; ejusque

Rhetorica christiana &c. prodiit etiam Romæ anno 1587. in 4.

Itinerarium catholicum Joannis Foquier Minoritæ insignis summa cura, ac diligentia expolitum, & auctum publici juris fecit Hispali anno 1574. in 8. typis Alphonsi Scribani; ejusque in prologo ait: *Licet illud sic auxerim, mutaverim, & pene evolverim, ut mihi forsan adscribere possem; nihilominus illud suo principio adscribendum judicavi; tum quod sperem, hoc nomine illum usui magis futurum; tum etiam quod nimis essem infidelis, si virum pientissimum sua laude defraudarem.*

Epitomen Magistri Sententiarum edidit Mexici; ut ex Rodulphio, aliisque prodit etiam Joannes a S. Anton. to. 1.

M C V I I. 519.

DIDACUS A VEGA = Regul. Observ., de quo agunt Nicolaus Antonius, Marracius, Dupinus, & cum laude Ludovicus Bail par. 2. Biblioth. concionat. cap. 91. apud Jo: a S. Anton. to. 1.; cujus

Paradisus gloriæ Sanctorum continens *Sermones de Sanctis totius anni* prodierat Toleti anno 1602. tomis 2. in 4. ex Jo: a S. Anton.; Ulyssipone an. 1603. to. 2. in fol. typis Petri Craesbeeck; Medinæ an. 1604. cum additionibus; Pinciæ an. 1607.; & Barcinone an. 1611.: atque ex hispano in gallicum idioma vertit G. Clapius, ediditque Cameraci an. 1610. in 8.; & Parisiis anno 1614.: atque ex gallico factus latine ab Henrico Paludano editus est Coloniæ, tum Venetiis an. 1611. in 8. typis Societatis Venetæ per Juntam & Ciottum.

Conciones vespertinæ quadrag. in VII. *psalmos pœnitentiales* latine cusæ sunt primo Compluti an. 1595. in 4.; exinde Venetiis an. 1599. in 8.; Lugduni postea an. 1600. in 8.; & iterum Venetiis typis Societatis Ven. an. 1601., & 1604. in 8., qua in editione fit mentio editionum hispanæ, gallicæque, dicatæ Fr. Matthæo de Burgos Commis. Gener.

Quadragesimale Opus pro omnibus Dominicis, & feriis, quæ communiter in Ecclesia prædicari solent a Septuagesima usque ad feriam 2. Resurrectionis, & omnibus feriis Hebdomadæ Sanctæ prodiit latine factum Toleti an. 1600. in 4. apud Thomam Guzman; Venetiis per Hieronymum Polum in 8. an. 1606.; Coloniæ an. 1610. in 8., dicatumque est Fr. Petro Gonzalez de Mendoza Minoritæ anno 1599.

Conciones super Evangelia Dominicalia totius anni ab Henrico Paludano in latinum sermonem versæ typis sunt traditæ Venetiis an. 1611. in 8. per Bernardum Juntam; & an. 1617. in 8. per Jo: Baptistam Ciotti tomis 2.

Apologia sacra contra VII. *criminalia vitia, & pro defensione virtutum* latine prodiit Compluti an. 1622. tomis 2. in 4. apud Didacum Rodriguez; & Mussiponti an. 1623. in 8., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 309.

Mariale, seu de Excellentiis B. Virginis. Compluti an. 1626. in 4. hispanico idiomate.

Exercitia spiritualia super Evangelia Adventus: &

Exercitia super Evangelia Dominicalia totius anni hispanice tomis 2.; quorum prior editus est Matriti an. 1604. in 4., posterior ibidem an. 1607. in 4.; quo anno simul uterque prodiit Barcinone; Salmanticæ vero an. 1617. in 4.; & latine redditi per *Henricum Paludanum* prodierunt Coloniæ an. 1612. in 8. apud Crit. hoc titulo: *Conciones, & pia exercitia super Evangelia Dominicalia totius anni.*

M C V I I I.

DIDACUS A VERA Abulensis Hispanus provinciæ Castellæ Regul. Observ. anno 1545. in Americam est missus verbi Dei disseminandi causa, ubi *ea, quæ per 40. annos gesta sunt*, litteris consignavit anno 1585.; cujus in rebus enarrandis ita implicata oratio est, ut nihil appareat, unde singulorum annorum ratio constet, inquit Continuator Annalium Min. to. 18. ad an. 1545. n. 6. Hic videtur alius a sequenti.

M C I X.

DIDACUS DE VERA Abulensis, Universitatis Salmanticensis Doctor Ordinem Minorum Strict. Observ. Discalceat. amplexus est in Conventu Calvarii prov. S. Pauli; in eoque ita se gessit, *ut nemo pauperior, humilior, & austerior illo, & nemo SS. PP. inopi Francisco, & pœnitenti Petro similior fuerit. Totius Ordinis Definitor Generalis factus ad gravissima ejusdem dubia solvenda sæpissime consulebatur. Moritur denique miraculis clarus, & Abilæ sepelitur. Post septem annos a morte ejus elapsos inventum est cerebrum ipsius ita integrum, & recens quasi nondum spiritus informatione privatus*: inquit Tiburtius Navarrus cap. 18. pag. 81. Fuit autem suæ provinciæ Pater, Visitator vero Commissarius provinciarum SS. Gabrielis, & Joannis, Definitor Generalis, & Præses generalis Discretorii in generali Capitulo anno 1625. Romæ celebrato, cui cum aliis Patribus *Statutorum generalium compilatio*, & reformatio commissa fuit in generali Congregatione anno 1621. Segobiæ celebrata, ut in Chronologia Seraph. pag. 600. & seq., ac Gubernatis to. 3. Orbis Seraphici pag. 621. Scripsit autem

Apologiam in favorem Vicarii Generalis Discalceatorum Ord. Min. impressam in fol., de qua disserit Dominicus de Gubernatis to. 2. Orbis Seraph. lib. 7. cap. 2. n. 61. Obiit

Obiit anno 1628. die 20. Martii apud Cœnobium S. Antonii tumulatus, ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 308., & in Chron. prov. S. Pauli to. 2. lib. 3. cap. 26. & seq. fuse.

M C X.

DIDACUS DE ZAYAS Sotomajor Hispanus edidit a se habitam

Concionem ad honorem purissimæ Conceptionis Virginis Mariæ, quæ impressa est pag. 317. cum aliis Granatæ anno 1651. in 4., teste Marracio, & Petro de Alva col. 338. Militiæ, ut habet & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 309.

M C X I. 520.

DIMAS SERPI =; cujus

Chronica de Sanctis Sardiniæ lingua hispana prodiit Barcinone anno 1600. in 4. apud Sebastianum de Cormellas, ex Biblioth. Hispana to. 2. pag. 352.

Vita B. Salvatoris de Horta habetur italice in 4. parte Chron. S. Francisci a Baretio Venetiis vulgata lib. 5. cap. 42. & seqq. usque ad 60.; latine vero facta, notisque illustrata legitur apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 2. Martii die 18. cum variis ejusdem Vitæ versionibus, & editionibus.

De igne Purgatorio lingua hispanica prodiit Barcinone in 8., ex Indice Biblioth. Barber. ann. 1604. & 1609. apud Jaiminm Cendrat, *contra Lutherum, & alios hæreticos*, ex autore Biblioth. Hisp. to. 2. pag. 352. in append.; & Ulyssipone anno 1617. in 4. typis Anton. Alvarez editio 4. correctior, ex Joanne a S. Anton. to. 1.

Considerationes super lectiones Officii Mortuorum etiam scripsit hispanice, impressas Barcinone anno 1613., ex cit. Indice Biblioth. Barber. Fuit enim in Hispania 24. annis, ut ipsemet scribit in Chronico SS. Sardiniæ Vitam S. Geusipi Episcopi Suellen. describens.

De S. Lucifero Calaritano PP., ac Historicorum sententiam ms. reliquit in fol., quæ servatur Matriti in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. sub A. n. 10.

Ad Paulum V. Pont. Max. apodixim sanctitatis S. Georgii Calaritani cum analitica refutatione quarumdam objectionum ms. in fol. servat idem locus Matritensis, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 309.

M C X I I.

DIMAS TERRE Hispanus Minister provinciæ Aragoniæ Reg. Observ. una cum Fr. Petro Terre Custode Cataloniæ Custodiæ edidit

Supplementum, seu novam compilationem multorum privilegiorum apostolicorum, præsertim spiritualium Fratribus Minoribus, ac aliis Mendicantibus concessorum. Barcinone anno 1523. in 4. per Magistrum Carolum. Citatur a Ven. Antom Lucci Episcopo Bovinen. in *Rationibus Historicis* &c. cap. 18. pag. 349.; at pag. 358. dicit *Speculum Minorum*, de quo supra in Anonymo Hispano n. 138. De eo autor Biblioth. Hispan., Lippenius to. 2. Biblioth. Philosoph., & Petrus de Alva apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 310. V. *Anonymus Hisp.* n. 139.

* DINUS MORONUS ex Lassor hic exscriptus a Joanne a S. Anton. est *Linus Moronus*, de quo intra, corrupte dictus *Dinus*.

* DIONYSIUS DE ABBATIBUS = v. *Dionysius a Montefalco*.

M C X I I I.

DIONYSIUS COMINOTTI Bergomensis Min. Conv. sac. Theol. Magister, concionator, & suæ provinciæ Minister anno 163. . elucubravit

Commentarius in libros Aristotelis de cælo, & mundo: nec non

De generatione, & corruptione: quos memini me anno 1720. mss. in fol. vidisse in nostra Bononiensi S. Francisci Bibliotheca. De eo & Theulus in Triumph. Seraph.

M C X I V.

DIONYSIUS A COSTACCIARO Umbriæ provinciæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & Ecclesiastes egregius; cujus ad conciones christianam fidem amplexum esse *R. Icchiel* Pisaurensem virum in Philosophia, Medicina, Hebræorumque Theologia doctissimum, ac Rabbinorum principem, testatur Bartholuccius in Biblioth. magna Rabbin. pag. 564.; idem ad 25., & ultra annos Florentiæ contra hæret. pravit. Inquisitor fuit; & a Sixto V. anno 1590. inter quatuor ad summam Ordinis sui præfecturam candidatos nominatus, tandem circa annum 1603. vitæ finem posuit; reliquitque mss.

Conciones quadragesimales, ac per annum; nec non

Sermones, & Orationes varias.

Meminit hujus Rodulphius lib. 2. fol. 254. in Cust. Eugubii; Augustinus S. perbus in append. sui Catalogi ms. de Script. Ord. Min. fol. 133.; & Franchinus in Bibliosophia n. 242., & 295.

M C X V.

DIONYSIUS JUANCOVIE DALMATA, seu, ut conjicitur, Bosnensis elaboravit, quando, nescitur,

Historiam provinciæ Bosnæ Argentinæ; teste Petro de Alva col. 340. Militiæ univ., & Joanne a S. Anton. to. 1.

M C X V I. 521.

DIONYSIUS A MONTEFALCO = cognomine *de Abbatibus* cum esset J. V. Doctor, & Aloysii Card. Capponi a Secretis, seculo relicto, Minorum Capuccinorum Ordinem ingressus est in provincia S. Francisci, ubi religiosis, & apostolicis virtutibus emicuit; scripsitque, & meliorem in formam italice redactam

Artem unionis cum Deo olim a P. Joanne Fanensi ejusdem Instituti editam una cum *Vita* ejusdem P. Joannis vulgavit Romæ an. 1622. typis Jo: Dominici Franzini, ex Waddingo, Jacobillo de Scriptor. Umbriæ, & Dionysio Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccin., atque Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 310., ubi additur, obisse eum Perusii an. 1623. cum fama sanctitatis; at alibi vita functus est. Nam autor fuit etiam

Vitæ B. Felicis Capuccini anno 1622., cum esset *Guardianus* Conventus S. Bonaventuræ in Urbe; ubi dum eam componeret, lethali pressus infirmitate a *Beato* liberatur, donec eam perscriberet: qua absoluta, dum Urbeveteri concionaretur, pleuriti correptus subito decessit ex hac vita, ut legitur in *Collectione miraculorum* S. Felicis apud Bollandios Act. SS. to. 4. Maji die 18. num. 7.; quam *Vitam* eo defuncto *Jo: Baptista Perusinus* ejusdem Instituti recognovit, arbitratuque suo novatam, & interpolatam proprio evulgavit nomine; quemadmodum observavit Papebrochius in prævio commentario ad dicti Sancti Vitam n. 9., qui & ex ea *Supplementum* confecit. E e 2 MCXVII.

M C X V I I. 522.

DIONYSIUS PALEOTTUS = Bononiæ nobili genere natus, cujus

Vita B. Catharinæ Bononiensis prodiit primum italice anno 1511. Bononiæ absque autoris nomine; eamque postea supplevit Christophorus Mansueti e Monteclaro historice plura ex libello *de* VII. *armis spiritualibus* B. Catharinæ interserens, ediditque anno 1595., & 1599. Bononiæ typis Jo: Baptistæ Bellagambæ, nec non anno 1611. apud Victorium Benaccium in 8.; ibique cap. 37. hunc *Dionysium* laudat, uti & Possevinus in Appar. sac. Eamdem vero *Vitam* una cum *Libello* prædicto latinam fecit Jo: Antonius Flaminius Forocorneliensis cultissimæ vir literaturæ, vulgavitque ibidem anno 1521. typis Hieronymi de Benedictis; ut adnotarunt Act. SS. Collect. Bolland. to. 1. Martii die 9. in notis ad Vitam dictæ B. Catharinæ.

Officium proprium de B. Catharina; de quo Franciscus Gonzaga parte 2., & autor 4. partis Chron. S. Francisci lib. 1. cap. 41. agunt.

Quartum Sententiarum librum Richardi a Mediavilla una cum *Francisco Georgio* Veneto supplevit, emisitque Venetiis anno 1489.; ut ipsemet Waddingus habet in *Richardo de Mediavilla* pag. 306.

M C X V I I I. 523.

DIONYSIUS DE PULINARI = Florentinus Regul. Observ. vixit seculo XVI., annoque 1580. absolvit vernacule

Chronicon Minorum Regul. Observ. provinciæ Tusciæ ms. in Cœnobio omnium Sanctorum Florentiæ asservatum: in cujus Chronici 2. parte de Monasterio S. Ursulæ Florent. agens, vitamque sororis *Benedictæ de Bettinis* commendans asserit, se illi e latino in hetruscum sermonem transtulisse

Conformitates Bartholomæi Pisani;

Vitam B. Mariæ Virginis ab eodem autore compositam; &

Landulfum Cartus. de Vita Christi. Postea subjungit: *hos igitur libros ei scripsi, aliosque tam multos, ut licet vix sint scriptorum meorum pars centesima; obstupescam ipsemet videns (quod cum omni veritate possum asseverare), neque capere poterim, qua ratione scripserim omnes, quot in servantur armario*; quos tamen omnes se vidisse Seraphinus Tinghi ejusdem Ordinis Lector Florentinus testatur apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 1. Maji die 1. in Vita B. Vivaldi Tertii Ordinis S. Francisci. Obiit autem hic Dionysius anno 1582. in Cœnobio Ducciæ prope Fesulas; si vera scribit Antonius Terrincanus in Theatro hetrusco Minorum; & ex eo Julius Niger in Script. Florent.; ac Franciscus Cionacci Hist. B. Humilianæ par. 3. cap. 2. n. 7.

M C X I X.

DIONYSIUS SOULECHAT, al. Foulechat Gallus sac. Theol. Doctor Parisiensis, acerque disputator seculo XIV. florebat; scripsitque præ ceteris, quæ innotuerunt,

Commentarios in 4. libros Sententiarum pro more illius seculi; in quibus cum nonnulla protulisset, quæ quorumdam in auribus male, ac minus piæ sonare dicebantur, coactus est palinodiam canere Parisiis ann. 1365., & 1369.; in sua namque articulorum revocatione inquit: *Dixi aliqua in Principio meo Sententiarum, quæ in nonnullorum auribus male sonuerunt*: ea autem pertinebant ad molestam illam *de Christi, & Apostolorum paupertate* sub Joanne XXII. quæstionem. Habetur hæc ejus revocatio inter articulos, & errores diversorum Parisiis revocatos, ac sæpe excusos post Commentarios *Magistri Sententiarum* præsertim Parisiis anno 1553. per Audoënum Parvum; & in to. 4. Bibliothecæ SS. Patrum edit. 2., ut adnotat Possevinus in append. 2. Appar. sac.; nec non to. 1. *Collectionis judiciorum. de novis erroribus* Caroli de Plessis Episcopi Tutelensis ad an. 1363.; de qua & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 312.

* DIONYSIUS SILVESTER LAVALLENSIS = V. *Silvester de la Val*.

M C X X. 524.

DIONYSIUS A TURRE DE MARTINIS = de quo & Jacobillus in Scriptor. Umbriæ pag. 94., & Toppius in Biblioth. Neapol. pag. 71.; sed & Ughellus Ital. sac. to. 1. in Episc. Nepes., & Sutrin. agit, quo 2. loco corrupte vocat *Dominicum*, & anno 1616. assumptum tradit; eique Baretius anno 1620. dicavit 4. partem Chronicorum S. Francisci a Bartholomæo Cimarella editorum.

M C X X I.

DIONYSIUS VIRIENSIS Gallus provinciæ Normanniæ Min. Capuccin. alumnus sapientiæ, pietatis, ac zeli salutis animarum dotibus insignis emisit

Schedulam charitativa provocationis ad certamen simulatæ Synodi Quivillianæ mense Majo anno 1650. celebratæ, & toti universaliter Hugonotismo sui erroris venenum respergenti. Parisiis anno 1650. & seqq. apud Jo: Nauclerum latine, & gallice. Opusculum quidem parvum mole, sed magni ponderis, ac utilitatis, plurimisque idiomatibus sæpius impressum, ex Dupino in Supplem. to. 3.

Obiit ipso die S. Dionysii anno 1658., ad cujus sepulchrum ab incolis Bellimontis sequens epitaphium ejus Vitæ cursum describens positum est:
„ J. M. F. Siste viator, & quod inscius calcas,
„ reverere, & time: suo quippe sepultus triumpho
„ illa sub tumba quiescit, qui nunquam quievit
„ R. P. Dionysius Viriensis concionator Capuccinus, Ecclesiæ propugnaculum, hæreticorum
„ fulmen, donec excitetur tuba Dei sonante. Hunc
„ Sorbona formavit Theologum; Religio Seraphica reddidit seraphicum; & Sancta Sedes Missionarium apostolicum delegavit. Vixit ut alter
„ Jo: Baptista neque manducans, neque bibens,
„ solis leguminibus contentus per triginta tres an-
„ nos: conversatus est ut alter Paulus omnibus
„ omnia factus, ut omnes Christo lucrifaceret:
„ quotidie sibi moriens ut alter Franciscus soli
„ suo vixit Ordini. Quem unum sibi concionatorem fecit, Magistrum novitiorum, Guardianum,
„ Lectorem tum in Philosophia, tum in Theologia. Quatuor millia, & amplius virorum, ac
„ mulierum, quos calviniana hæresis eripuerat
„ Christo, Ecclesiæ ejus Sponsæ restituit: ac tandem Definitor tertio electus, & Bellimontis cum
„ duodecim aliis Capuccinis missionem exercens per
„ quadraginta dies raptus est in cælum tempore
„ autumni anno 1658. quasi mortuus æternitati.
„ In Libra, quia justus; in die Sabbati tamquam
„ ad requiem destinatus; & die nona Octobris, ut
„ nominis omen impleret; ætatis anno 65.; Religionis 42. Vade, & ipsum imitare.

Apud autorem Biblioth. Scriptor. Capuccin., & Joannem a S. Anton. to. 1. pag. 313.

M C X X I I. 525.

DOMINICA A PARADISO = *Elmi* cognomento,

to, dicta vero *de Paradiso* a loco mille passus extra Florentiam posito, ubi fere prope vitæ suæ finem habitavit Institutum Tertii Ordinis S. Francisci professa, perpetuæ virginitatis, aliarumque virtutum summopere cultrix. Paulo ante mortem Monasterium vulgo *Crucettæ* Florentiæ Virginibus sub Regula S. Dominici fundavit; quod hucusque magnæ religionis fructus, ac specimina præbet: ipsa vero obiit tanta sanctitatis fama, ut plures ejus Vitæ *processus*, & examina jam sint confecta, quæ Romæ servantur; annoque 1728. mense Aprili jussu Sedis Apostolicæ Archiepiscopus Florentinus suum delegavit Vicarium, qui corpus Virginis recognosceret, scripturas omnes ad ejus vitam attinentes colligeret, obsignatasque Romam transmitteret; quod & factum est; idque, ut quamprimum ad ejus Canonizationem deveniri possit, ex Diariis; ejusque Beatificationis Acta in sac. Rom. Tribunali pendent. Jacet autem ejus corpus in dicto Crucis Monasterio (cui sub vitæ finem nomen dedit ex Joanne a S. Anton. to. 3. in append.) tumulatum prope Aram majorem cum hac epigraphi: *Venerabili Sorori Dominicæ n Paradiso nunc, quæ divina favente gratin Monasterium hoc n solo erexit, instituit, nc dotavit, piissimæ in Christo filiæ tamqnam optime de se meritæ ad perpetnnm facti memoriam posuere. Vixit annos 79. mens. 5. dies 27. Obiit 5. Augusti 1553.*

Scripsit ejus *Vitnm* Ignatius del Nente Florentinus Ord. Prædicat., qui obiit anno 1650., & ms. extat Florentiæ in Bibliotheca S. Marci arm. III. n. 120., prodiitque Venetiis anno 1662. in 4.; egeruntque de ea Hippolytus Marracius in Biblioth. Mariana, Sylvanus Razzi Camaldulensis de SS. & BB. Tusciæ par. 2., Dominicus M. Marchesius to. 4. Diarii sacri, Antonius a Terrinca in Theat. Hetrusc. Minor. par. 3., & Julius Niger Soc. J. in Scriptor. Florent., qui addit præter *Opnsculnm de Stellario B. Mnriæ* in dicto Monasterio alia ejus *Opera spiritualin* mss. asservari; ut ex cit. Terrinca scribit, & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1. Et sane ejus *Opuscnln* hoc titulo:

Meditazione, e divine intelligenze: a Fr. Ignatio del Nente landato Ord. Præd. recollecta servantur mss. Florentiæ in dicta Bibliotheca S. Marci arm. III. n. 122. una cum ejus *Vita* ab eodem conscripta ibi n. 120., teste Jacobo Echard to. 2. Biblioth. O. P.; qui tamen inter fæminas sui Instituti, quæ *scriptn* reliquerint, hanc non recenset.

M C X X I I I. 526.

DOMINICUS DE BARTA = de quo Jacobus Longus pag. 226. Bibl. sac., & Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

Postilla ejus *in Apocalypsim* habetur Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. II. versus Ecclesiam n. 128. ms. membr. in 4. parvo, incipitque: *Ego quasi fluvii Dyorix, & sicut aqnæductus exivi de Paradiso*. *Eccles.* 24. 41. *Quoniam doctrina* &c.: & in fine legitur: *Explicit liber iste compositus a reverendo Pre Frntre Dominico de Bartn provincia Aquitaniæ Ordinis Frntrum Minorum*.

M C X X I V. 527.

DOMINICUS BIATTA = *de Biota* dicitur ab autore Biblioth. Hisp. to. 1. par. 2. Hic Regul. Observ. alumnus prov. Aragoniæ edidit hispanice

Modum placendi Deo una cum Sententiis B. Ægidii socii B. P. Francisci. Cæsaraugustæ 1566. in 8. apud Petrum Bermuz.

Opnscnla plurn S. Bonaventuræ e latino, & italico in castellanum, hispanumque idioma convertit, vulgavitque ibidem anno 1576. in 8. typis Michaelis de Huesca; postea & anno 1580.; & tandem Ilerdæ prodierunt anno 1616. in 8. apud Ludovicum Manescal; in qua editione sunt: *Stimulus Amoris*: *Lignum Vitæ*: *Soliloquinm*: *Collatio contemptus mundi*: *Epistoln eorum, qui pie volunt vivere in Christo*: & *Forma præparntionis Missæ*: *Colloqnium peccatoris, & Crncifixi*: & *Meditntiones S. P. Francisci per totam hebdomadnm*; teste Joanne a S. Anton. to. 1. *Incendium divini amoris*: *Alphabetum spiritnale*; & *Regimen animæ* Opuscula S. Bonaventuræ a Nicolao Antonio to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 253. dicuntur reddita castellane; citaturque hic autor a Fr. Didaco Murillo in Hist. Virginis *del Pilar* tract. 2. p. 443. apud cit. Joannem a S. Anton. to. 1.

M C X X V. 528.

DOMINICUS BONAVENTURÆ = cognomento *Festi*, cujus

Vitnm B. Francisci Fabrianensis, non patrui sui, sed avunculi, ex vetustissimo Fabrianensis S. Francisci Cœnobii codice ms. paucis ab hinc annis ediderunt Act. SS. Collectores Bollandii to. 3. April. in append. ad diem 22., præfertque titulum hunc: *Incipit Vitn B. Patris Fr. Frnncisci de Fabriano collecta per venerandum P. Fr. Dominicum Bonaventuram Fessis* (leg. ex ms. *Bonaventnræ Festi*) *de Fabrinno ejnsdem B. Fr. Frnncisci nepotem filium sororis suæ Johanna nomine: ricopiata vero, & noviter exarnta per me Fr. Dominicum Johannis Mariani de Fnbriano sncrarum literarum prædicatorem* (leg. ibid. *idiotam*) *& indignum Bachalarinm die* XXIII. *mensis Iunii anni Domini* MDXLVII.: (for. MDXLIIII): tametsi ibi *Mirncula Beati* solummodo referantur. Scribebat autem hic autor anno 1347., ut ipsemet innuit cap. 1. dictæ Vitæ, seu Relationis. *Vitn B. Francisci a Fabriano* extat ms. Romæ in Biblioth. Vallicell. H. 3. fol. 248.

Librum majorem, & Memoriale suum ipse citat in memorata Vita n. 20., dum de corporis B. Francisci translatione agens inquit: *quod diffusins pntet in nlio Libro majori, nc etiam in alio Memoriali meo*: quibus fortasse significare voluit *Chronica Ordinis Minornm*. Joannes a S. Anton. de hoc scribit ex Waddingo.

M C X X V I. 529.

DOMINICUS A BUSCHELLO = a *Bnschetto* dicitur provinciæ S. Francisci, passim ab omnibus appellatus *Angelus* ob ejus morum integritatem. Ejus

Tractnins de Virginis Mariæ nominis invocatione prodiit Venetiis anno 1580., & Romæ an. 1610. Autor obiit sanctissime in suo Cœnobio Tiphernensi anno 1589. die 8. Septembris; de quo Marracius agit, & Jacobillus apud autorem Biblioth. Capuccin., & Joannem a S. Anton. to. 1.

M C X X V I I.

DOMINICUS CARPANE Neapolitanus, prius Ordinis Prædicator., deinde Ordinis Minor., scripsit ad Joannam Aragoniæ Reginam

Opusculnm de Conceptione B. Virginis jnxta piam sententiam anno MCCCCLXXXVI., teste Petro de Alva in *Sole Verit.* rad. 264. 275. & 279., qui illud edidit par. 2. Monument. italico-gallic. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 315. dicit impres. Neapoli anno 1496. in 4. die penultima Decembr. per Ayolfum de Cantono.

MCXXVIII.

M C X X V I I I.

DOMINICUS DAVILA Hispanus provinciæ Discalceat. S. Gabrielis concionator, & Minister jussu Reverendiss. P. Fr. Joannis a Palma composuit *Historiam suæ provinciæ S. Gabrielis usque ad an.* 1645., quæ ms. in fol. asservatur in Archivo prædictæ provinciæ; de quo Fr. Antonius Truxillo in Chron. laudatæ provinciæ lib. 8. cap. 24. num. 8. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M C X X I X.

DOMINICUS DE FOSSA Florentinus Regul. Observ., professor picturæ anno 1545. ætatis 66., & Religionis 48. exaravit

Alphabeta diversarum linguarum, videlicet latina, græca, hebraica, chaldaica, babilonica, aliarumque nationum, quæ mss. asservantur Florentiæ in Bibliotheca Laurent. Medicea plut. 44. cod. 24., ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 329. Verùm hic potius scribis, quam scriptoribus accensendus.

* DOMINICUS HESIUS = v. *Joannes Dominicus Hesius*.

M C X X X.

DOMINICUS INTERIANUS Genuen. Capuccinus sac. Theol. Professor, & concionator facundissimus edidit

Sermonem ad Fratres latine. Mediolani an. 1641.; atque italice

Genuam illustratam, Panegyricum carmine una cum Sermone in laudem poëtis. Genuæ an. 1644. apud Calenzanum.

Theatrum Principum de Cybo in duas partes distributum: ex Jo: a S. Anton. to. 1.

M C X X X I.

DOMINICUS A LEONISSA, natus tamen in oppido Sanseverini provinciæ Piceni, sed a Leonissa cognominatus ab oppido Aprutii, quo ejus genitores ad habitandum se contulerunt; Nicolao Auximate concionante conversus a seculo ad Ordinem Min. Observ. confugit, adeoque doctrina, religione, ac vitæ sanctitate profecit, ut septies *Vicarius* provincialis extiterit; inter *famosissimos* sui ævi concionatores a Roberto Liciensi Episcopo Aquinate eo tempore prædicatorum coryphæo in serm. de S. Bernardino par. 2. sit enumeratus; & anno 1497. die 20. Aprilis Urbini magna sanctitatis opinione decesserit; cum jam scripsisset

Conciones, & Sermones plures, ac varios, quibus tota Italia clarus extitit.

Agunt de hoc B. Viro ex Mariano, & Monumentis Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 31. & 32., Waddingus in Annal. Min., & Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 20. Aprilis, nec non Arturus in Martyrol. Francisc., atque Cimarella par. 4. Chron. S. Francisci lib. 3. cap. 37.

M C X X X I I.

DOMINICUS LOPEZ Hispanus prov. Aragonum Regul. Observ. Teologus insignis, & a sacris Confessionibus Comitissæ de Fuentes edidit a se conditas

Constitutiones Cæsaraugustani Collegii S. Didaci, cujus Guardianus fuit, impressas Cæsaraugustæ anno 1628. in 4.

Tractatus Theologicos mss. reliquit, qui asservantur in Bibliotheca ejusdem Collegii sub D. n. 108., ex Joanne a S. Anton. in append.

M C X X X I I I.

DOMINICUS A MALDURA, al. a Casalinovo, Italus ex illis Ecclesiæ verbis: *Felix namque es sacra Virgo Maria* &c.: confecit

Anagramma pulcherrimum cum explicatione diffusa omnium verborum, quod ms. penes se habebat Petrus de Alva, ut ipsemet testatur col. 348. Militiæ; ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 318.

M C X X X I V.

DOMINICUS A S. MARIA de Sebastianopoli Hispanus prov. Discalceat. S. Joseph alumnus, ac celebris concionator scripsit lingua vulgari librum

De via perfectionis, in tres partes distributum, ut habet Fr. Martinus a S. Joseph to. 2. Chron. lib. 3. cap. 10., ubi ejus *Vitam* recenset, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

M C X X X V.

DOMINICUS MARIANI Fabrianensis Min. Conv. reliquit

Duo Volumina, quæ mss. servantur Fabriani in Bibliotheca Conventus S. Francisci, quæque citat autor *Camerini sacri* lib. 5. cap. 2. n. 14. p. 257. Hujus mentio fit in *Dominico Bonaventura Festi* supra relato; unde liquet, vixisse eum seculo XVI., non XV.

M C X X X V I.

DOMINICUS A MONTELEONE, forsan prov. Romanæ, & Custodiæ Reatinæ, edidit italice

Tractatum de statu viduali. Romæ anno 1616. in 8. typis Andreæ Fei, ex Toppio in Biblioth. Neapol., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 318. Sed cum multa oppida sint hujus nominis extra regnum Neapolis, non video, cur Toppius hunc inter suos Neapolitanos Scriptores habeat.

M C X X X V I I.

DOMINICUS MORAN Hispanus, &, ut videtur, provinciæ Castellæ typis mandavit

Epilogum, ac declarationem principalium fundamentorum s. fidei catholicæ, ac autoritatum sacræ Scripturæ. Matriti anno 1644. in 4., teste Petro de Alva col. 348. Militiæ, & Nicolao Antonio to. 1. Bibl. Hisp., ex quibus Joannes a S. Anton. to. 1.

M C X X X V I I I. 530.

DOMINICUS N. GERMANUS = Uratislaviensis diœcesis ex Reform. Observ. provinciæ Romanæ sac. Theol. Lector, Ordinis pater, linguarum orientalium magister, & autoritate apostolica magnæ Tartariæ præfectus. Prima ejus Operis editio fert titulum:

Fabrica piccola, ovvero dizionario della lingua arabica-italiana in 4. Altera

Fabrica linguæ arabicæ cum interpretatione latina, ac italica in fol. Edidit etiam Opus inscriptum:

Veni mecum ad Mohhamadanos, seu *tractatum brevem de divinis processionibus, & Incarnatione Verbi Dei* latine, & arabice, quod ms. in 4. extat in Bibliotheca Scorialis IV. XI., complevitque anno 1647. in civitate Aspahan regia Persarum Regis, teste Joanne a S. Anton. to. 1.

Impugnationem Alchorani arabice, & latine factam anno 1669. Philippo IV. Hispaniarum Regi obtemperans; quæ ms. in fol. extat in dicta Bibliotheca Scorialis plut. 2. & 15., teste cit. Joanne a S. Anton.; qui & existimat ejusdem autoris esse

Doctrinam arabico-italicam in 8. *Ecclesiæ Græcæ orthodoxæ Orientalis cum Romana catholica Occidentali concordiam* in 4. *Septem Psalmos pœnitentiales arabice* in 8. apud elenchum librorum Typographiæ de Propaganda Fide: sed hæc incerta sunt; cum potius Thomæ Obicini Itali dici possit *Doctrina arabico-itala*; vel Marii Calassii. 531.

531.

DOMINICUS N. = a S. Agatha diœcesis Feretranæ. Rodulphius, a quo alii acceperunt, lib. 2. pag. 269. in Cust. Foroliviensi, ac Conv. S. Agathæ tradit, floruisse *Dominicum*, qui *tractatum de Officio Inquisitoris* conscripserat, eumque Romæ ms. habuisse; sed lib. 3. inter Scriptores non *Dominicum*, sed *Donatum a S. Agatha* dicit contra hæreticam pravitatem Inquisitorem, qui *tractatum adversus hæreticos* ediderit: quod factum est, ut inter Scriptores duo legantur, qui unus tantum fuit, nempe *Donatus*, de quo infra. Bumaldus apud Orlandum de Script. Bonon. hunc asserit illum *Dominicum Malaminum* Bononiensem, qui ex Alidosio anno 1546. patriæ Universitatis Doctor Theologus extiterat; & *libros philosophicos* insuper edidisse ex Willoto; qui tamen ne verbum quidem habet, quod cit. Rodulphius non habeat; quippe manifeste scribit *Santagathensem*, non Bononiensem fuisse eum scriptorem. Joannes a S. Antonio autem tomo 1. pag. 315. vocat *Dominicum Foroliviensem in Æmilia contra hæreticos Inquisitorem* ex Rodulpho, qui non ita quidem habet. Lassor denique to. 2. univ. terr. orb. p. 18. secutus est Possevini erratum.

M C X X X I X. 532.

DOMINICUS DE PADUA = hunc juvenem anno 1413. invenio Ferrariæ degisse, & præsentem extitisse cuidam Instrumento usus, quem Fratres S. Francisci familiæ Bardellæ contulerunt, ex Cat. A. fol. 5. Archivi Conventus S. Francisci dictæ civitatis: sed paulo post exortæ *Regul. Observ.* Reformationi S. Bernardini adhæsit. Florebat adhuc anno 1450. clarus doctrina, ac religione, verbique Dei prædicatione, qua quamplures ad pœnitentiam attraxit: inquit ex Mariano Marcus Ulyssiponensis Chron. S. Francisci par. 3. lib. 4. cap. 28.; qui addit, composuisse

Nonnulla Opera, inter quæ *Meditationem Vitæ Christi*: & sane Rodulphius etiam lib. 2. fol. 299. in prov. S. Antonii, Venetaque Min. Observ. tradit, hunc scripsisse *Meditationes de Vita Christi*; ut & autor Supplementi Annal. Min. Waddingi sub an. 1450.; & Arturus ad diem 13. Augusti Martyrol. Francisc., atque ex eo Joannes a S. Anton. to. 1.

533.

DOMINICUS PANTALEO = hic Ordinis *Prædicatorum* fuit, non Minorum; scripsit enim *de Conceptione B. Mariæ* contra Fratres Minores; & tractatum *de Monte communi* adversus Fr. Franciscum Empuriensem Franciscanum. Tractus est autem Waddingus in errorem a Possevino in Appar. sac.; qui tamen in appendice 1. dicti Apparatus eum appellat *Ordinis Prædicatorum*, uti & Poccliantius, aliique fere omnes apud Julium Nigrum in Script. Florent.; quibus addi debet nuperus Cerrachinus in Fastis Theologicis Universitatis Florentinæ ex antiquis Constitutionibus illius Universitatis; falsusque est Petrus de Alva & Astorga, dum hunc Scriptorem fictitium esse putat in Trit. n. 2. At ipse Antonius Terrinca pag. 290. Theatri hetrusco-Minor. apud Joannem a S. Anton. to. 1. pag. 320., & Bibliothecæ Script. Ord. Præd. autores to. 1. pag. 653. clare ostendunt, hunc Ordinis Prædicatorum extitisse. Vide *Franciscus a S. Simone*.

M C X L.

DOMINICUS PASINI Bononiensis Tertii Ordinis S. Francisci Claustralis philosophiæ Lector, & sac. Theol. Doctor, bonarumque literarum excultor in lucem emisit lingua hetrusca

Epithalamium Romæ cusum anno 1633., &

Orationem panegyricam de S. Ludovico Franciæ Rege. Bononiæ anno 1657. typis Jo: Baptistæ Ferroni.

Vitam V. Servi Dei Fr. Jo: Vincentii Ferrerii nobilis Panormitani ejusdem Instituti alumni scripsit vernacule, & emisit Panormi anno 1699. in 4. per Josephum Gragminanum, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 318., ubi hunc appellat *Dominicum Mariam Pasini*. Dicitur etiam

Poemata varia reliquisse ms. *pro Immaculata Conceptione B. V. M.*, quæ habebat Petrus de Alva, ut ipse scribit col. 349. Militiæ apud cit. Joannem a S. Anton.

De eo Bordonus in Chronologio 3. Ord. cap. 38., & Orlandus in Script. Bononien.

M C X L I.

DOMINICUS PASSONI Pedemontanus, & quantum conjicere licet, ex Alba Pompeja Min. Conv. sac. Theol. Baccalaureus, & verbi Dei prædicator

Vitam B. Theobaldi de Alba Pompeja ex antiquis mss. codd. a se interpolatam, & in italicum sermonem conversam edidit Taurini anno 1626. typis Cavalleriorum; quam & latinam reddidit Philippus Malabayla Congr. Reform. S. Bernardi Generalis; vulgaruntque Act. SS. Collect. Bolland. to. 1. Junii die 1.

Orationes duas itidem in laudem dicti *B. Theobaldi* habuit, ex testimonio prædictorum Collectorum Bolland.; sed an eas publicaverit non referunt.

M C X L I I.

DOMINICUS DE PICO Hispanus ex Sariñena Oscensis diœcesis oppido in Aragonia, cum esset inter PP. Conventuales, quibus primitus nomen dederat, fuit Aragonensis provinciæ Minister; postea Vicarius, & Commissarius Generalis: in transmigratione autem PP. Conventualium ab Regno Aragonensi cum PP. Regularis Observantiæ permansit. Cum aliquando a Carolo V. Imp. delectus esset, ut sibi in Belgium proficiscenti a sacris Confessionibus esset, ætatem causavit provectam, ne honorem cum onere peregrinandi admitteret, inquit Nicolaus Antonius to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 255. Scripsit seculo XVI., cum esset Theologus, & ecclesiastes,

Commentarium in Apocalypsim, teste Waddingo in indice *materiarum*, ac in libros *S. Scripturæ*.

De Conversione peccatoris, teste eodem Waddingo in indice *mater.*, ac *Theologiæ asceticæ*.

Dominici Pici Consilia tomis 3. in fol. Mss. extant Romæ in Bibliotheca olim Card. Antonii Barberini, ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 171.; sed forsan alius est.

Trilogium, de ordinaria conversione peccatoris recedentis a Deo Patre Luca 15. *a Salvatore proposita, conciones* 40. Pars prima prodiit Cæsaraugustæ anno 1549. in fol. apud Bartholomæum de Naxera, teste Joanne a S. Anton. to. 1. Forsan ad has conciones pertinet *claus.* 3. *sermonis* 23. *de prodigo*, quam adducit Ferdinandus Quirinus de Salazar in tract. *de Immacul. Concept. B. V.* cap. 42. sec. 16.

Trilogii 2., & 3. partem scripsit; sed an ediderit, ignoro: in prologo enim primæ partis ad Joannem a Pogio Sedis Apostolicæ Legatum, ac His-

Hispaniarum Nuncium scribit: *Quod si gratum (ut spero) apud tuam Dominationem Rev. intellexero; daus alias quadragenas, alteram, quæ de ejusdem hominis ad Deum jam conversi in opere meritorio exercitatione ex Exodo desumpta proloquitur; aliam, quæ de ejusdem hominis proficientis, exercitatique in merito Sacrificiis Deo offerendis ex Levitico accepta desinit, adhuc in nostro scrinio latentes, ut in lucem pro fidelium profectu, & utilitate prodeant, diligentia, qua potero, nitar.*

Funiculum apologeticum antea scripserat, cujus mentionem facit Michael Majus regni Aragoniæ Pro-Cancellarius epistola ad eum data, præfixaque primæ parti Trilogii memorati hisce verbis: *Opus, quod funiculum apologeticum inscripserat, ac epistolam e regione præfixam, quam Illmo, ac Rmo Cardinali nuncupaveras, diligenter eidem obtulimus, religiosissime Pater. Qui cum eam alacri animo suscepisset, statim pollicitus est, se at disertorum examen subiret, elaboraturum. Non dubiam est, quin id, quod promiserat, reipsa præstitisset, modo longiorem vitam agere licuisset. Ego vero, ubi eum vita functum intellexi, Alexo Fontana, qui mihi a secretis erat, Operis servandi curam tradidi: quod equidem cum in manus meas venerit, ad te mittendum curabo.*

Declamationes super visionibus Apocalypsis promiserat, teste Fr. Didaco Murillo in Hist. Dominæ nostræ del Pilar.

De Conceptione Virginis scripsisse eum, prodit P. Salazar. sec. XVI.

Opus de arte cabalistica in fol. se vidisse tradit Petrus de Alva col. 348. Militiæ univ.; sed dubitat, an sit prima pars *Trilogii*, cujus tamen titulus, & argumentum longe diversa videntur. De hoc scriptore Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 321.; & antea Waddingus ad 1280. n. 14. ex addit.; eumque habet etiam in indice *cognominum*, & *nationum* inter Hispanos; sed in Opere *de Scriptoribus* ejus oblitus est.

MCXLIII.

DOMINICUS PONZONUS Hetruscus Regul. Observ. Theologus, poeta haud ignobilis, & concionator Apostolicus tota Italia celebratus, de quo cum laude agitur in 3. par. Chron. S. Francisci lib. 6. cap. 40., ubi legimus, obiisse eum Romæ circa finem seculi XV. apud Aramcœli tumulatum, cum scripsisset

Sermones varios, & *conciones quadragesimales*.

Carmen ejus elegans in laudem *Marialis Bernardini Busti* habetur initio ejusdem *Marialis* editi Mediolani anno 1493.

Librum de oculo morali Joannis Gualensis Minoritæ e latino italice conversum recognovit, vulgavitque Venetiis anno 1496., teste Waddingo in *Jo: Gualensi*.

Commentarios in psalterium sub nomine *Alex. de Ales*, sed qui dicuntur etiam *Card. Ugonis*, imprimi curavit Venetiis anno 1498. in fol.

De eo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1480. n. 13., aitque *de Ponzo Spediano* prædicatorem celeberrimum, in declamando terribilem, Florentiæ acriter in Hieronymum Savonarulam invectum esse, & anno 1499. Romæ ad Aramcœli decessisse.

MCXLIV.

DOMINICUS A TRINITATE Hispanus Discalceat. provinciæ S. Pauli in veteri Castella vir doctus latine elucubravit

Compendium resolutionum moralium D. Antonini de Diana, quod ms. in 8. asservatur in Bibliotheca Conventus S. Francisci oppidi de Tordesillas sub M. n. 120.

Obiit anno 1647. in Cœnobio S. Mariæ Magdalenæ Guardianus ex Jo: a S. Anton. in append. to. 3.

MCXLV. 534.

DONATUS A S. AGATHA = Custodiæ tunc Foroliviensis, nunc vero Ariminensis in diœcesi Feretrana, de quo Rodulphius lib. 3. pag. 313., aliique post eum; estque idem atque ille, quem idem Rodulphius lib. 2. de Conventu '. Agathæ Custodiæ Foroliviensis disserens per errorem dixit *Dominicum*, eumque scripsisse

Tractatum de officio Inquisitoris, non autem *de officio Imperatoris*, ut perperam habet Possevinus in Appar. sac.; quem *tractatum* se Romæ habuisse idem Rodulphius perhibet. *Liber officii Inquisitionis* sine autoris nomine extabat olim ms. in Ferrariensi S. Francisci Bibliotheca ex veteri indice ejusdem anno 1437. confecto pag. 68. & 71., qui index adhuc servatur in Archivo, ac repertorio rerum dicti Conventus; sed liber ille hodie non apparet; nec etiam certum est, an hujus autoris esset. Attamen

Donati de S. Agatha contra hæreticos ms. extat Mediolani in Bibliotheca Ambros. ex Catalogo Montfaucon pag. 513. to. 1.; extat etiam ms. Parisiis in Regia Bibliotheca cod. 3672. in fol. magno hoc titulo: *Fr. Donatus de S. Agatha de hæreticis, & Inquisitione*: ex catalogo dicti Montfaucon to. 2. pag. 744. Vivebat autem circa annum 1330. hæreticæ pravitatis Inquisitor Romandiolæ Arimini, ex *Tractatu de hæreticis* Zanchini Ugolini Senæ Ariminensis J. V. Doctoris & Advocati anno 1340. defuncti, qui in prologo dicit *se filiam spiritualem*, & *devotum* dicti Inquisitoris, & per illum se componere *Tractatum de hæreticis*; quem P. Fr. Camillus Campeggi Papiensis O. P. Ferrariæ Inquisitor hæret. pravit. vulgavit Romæ anno 1668. in 4. typis Bladii cum additionibus.

Joannes a S. Anton. to. 1. hunc refert ex Waddingo, Possevino, & Tossignano; sed errat, dum dicit eum *Regul. Observ. provinciæ Marchiæ*; cum fuerit *Conventualis*, & provinciæ *Flaminiæ*. Vide supra *Dominicus N.* num. 531.

MCXLVI.

B. DONATUS BRASAVOLA Ferrariensis illustri genere ortus doctrina non minus, quam vitæ sanctimonia clarus, de quo autor Chron. S. Francisci par. 2. lib. 2. cap. 16., & Annales Minorum ad an. 1353., quo octogenario major obiit prope Castrum Florentinum non sine miraculorum gloria, ut autor suppar Bartholomæus Pisanus testatur in Conform. vrit. & XI. S. Francisci; reliquitque post se

Speculum profectus spiritualis pro iis, qui vere vita religiosæ, ac perfectioni incumbere desiderant hetrusco idiomate, quemadmodum memoriæ prodidit Doct. Joseph Santucci Pisanus in Vita, quam de hoc sancto Viro edidit, vulgavitque Lucæ anno 1723. typis Marescotti.

MCXLVII.

DONATUS A CORTENO prov. Brixien. Min. Capuccin. alumnus concionator, forsan & in Rhetiis Missionarii Apostolici munere occupatus composuit *Opusculum catecheticum*

De controversiis ad fidem catholicam spectantibus pro

pro usu Missionum: de quo pertractat Fr. Marcellinus de Pisc to. 3. Annal. Capuccin. apud Dionysium Genuensem in Biblioth. Script. Capuccin., & Dupinus to. 3. in Supplem. apud Joannem a S. Anton. to. 1.; ubi & legimus, obiisse eum anno 1630.

M C X L V I I I. 535.

DONATUS LEXOVIENSIS = Regul. Observ. Reformationis Gallicanæ; de quo & Franciscus Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 38., Vernon. in Annal. 3. Ord., & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 122.

M C X L I X. 536.

DONATUS MONOEUS = Regul. Observ., de quo & cit. Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

M C L.

DOROTHEUS AQUENSIS Gallus provinciæ S. Ludovici Minor. Capuccin. alumnus vir candidis moribus, & Regularis disciplinæ studiosus edidit gallice

Tractatum de pœnitentia S. Mariæ Magdalenæ. Aquis Sextiis anno 1649. in 12., teste Genuensi Dionysio in Biblioth. Capuccin.; ex quo Joannes a S. Anton.

M C L I. 537.

DOROTHEUS BETERRA = de quo Cozzandus in Biblioth. Brixien., & Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.; scripsit etiam

Expositionem super Regulam Fratrum Minorum italice, quæ passim legitur in provincia Brixiensi; fuitque concionator celeber, & Theologus s. Congregationis de Propaganda Fide; de quo & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 322.

M C L I I.

DROCO, al. Draco, & Drocho, de Pruino, vulgo *Provins* Gallus Parisiensis Cœnobii Præfectus, & Magister ann. 1272., & 1282. Parisiis nonnullos

Sermones habuit, qui cum aliis diversorum autorum extant Parisiis in cod. ms. Bibliothecæ Sorbonicæ, nimirum primus; nec non in alio cod. ms. Bibliothecæ S. Victoris, nimirum 4. & 26.: in primo autem eod. anno 1272. dicitur *Guardianus*, in altero anno 1282. *Regens in Theologia Minister Ordinis*; in Annalibus vero Waddingi ad an. 1283. n. 1. dicitur *Draco provinciæ Franciæ Minister*, & sac. Theol. Doctor una cum quibusdam aliis delectus ad examinandam Petri Joannis Olivi doctrinam, quibus idem Petrus Joannes scripsit suam Defensionem, quam vulgavit Carolus de Plessis in *Collectione Judiciorum* de novis erroribus to. 1. ad an. 1180., ubi dicitur *Drocho*.

M C L I I I. 538.

DURANDUS CAMPANUS = hujus meminit autor suppar Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. inter Scriptores Ord. Min., ubi ait, edidisse

Summam pulchram, & magnam de casibus conscientiæ; quod ipsum habet & S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. cap. 8., qui & in Summa sua tit. 17. par. 3. cap. 16. hujusce Summam adducit. Extat ms. Toleti in Bibliotheca Conventus S. Joannis Regum Regular. Observant. sub FF. n. 27. plut. 2. *Summa Casuum* incipiens: *In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis incipit Summa Confessionum instructa a Venerabili Patre Fr. Durando Ordinis Fratrum Minorum Illustrissimæ Reginæ Franciæ Confessore principaliter edita; & per quemdam Fratrem ejusdem Ordinis postmodum secundum alphabeti seriem breviter ordinata*: teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 322.

In quartum Sententiarum Opus, quod Rodulphius lib. 3. scribit ms. extasse Bononiæ, hodie desideratur; citatur tamen ab Antonio Bituntino Minorita in q. super Epist. Pauli ad Corinth. cap. 13.; quæ legitur in Dominica Quinquagesimæ: & ex eo ducitur fuisse eum Lectorem sac. Theologiæ, forsan & Magistrum, & in reliquos *tres Sententiarum libros* scripsisse.

Directorium Confessorum ejusdem in 4. partes distinctum extat ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 451.; teste Oudino in to. 3. Comment. de Script. Eccles. ad an. 1340. De hoc Morerus in Diction. Gallico, & Dupinus sec. XIV.

E

EDMUNDUS URSULANUS = v. *Franciscus Matthæi*.

M C L I V.

FR. EHERGLINI DE AUSTRIA *distinctiones* mss. in pergameno sunt Viennæ, ex catalogo confecto anno 1593. asservato in Archivo Ordinis apud SS. XII. Apostolos cit. *Inventariorum liber provinciarum Bohemiæ, & Austriæ* pag. 45.

M C L V.

ELEONORA DE LUNA Hispana Monialis Ord. S. Claræ concinnavit

Carmina varia de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ impressa cum aliis, teste Petro de Alva col. 368. Militiæ Univ., & Joanne a S. Anton. to. 1.

M C L V I. 539.

ELEUTHERIUS ALBERGONUS = antea suæ provinciæ Minister, & in patria S. Inquisitionis Consultor, Lectorque, nec non Pœnitentiarius in Ambrosiana Basilica, inde anno 1611. creatur Episcopus Montis Marani sub Beneventano Archiepiscopo, quam Ecclesiam 25. annos moderatus est ex Ughello to. 8. Ital. sac. Ejus

Concio de modo laudandi, & exaltandi Deum in Cathedra italice habita Venetiis an. 1593. prodiit Romæ apud Stephanum Paulinum an. 1606. in 4. Cardinali de Comitibus dicata, ubi dicit etiam *Adventus*, & *Quadragesimæ conciones*, quas per 23. annos declamaverat, prælo paratas habere.

Resolutiones doctrinæ Scoticæ dicatæ Card. Sarnano impressæ sunt Patavii anno 1593. in 4. per Paulum Mejettum; & anno 1643. Lugduni in 8. cura Fr. Ludovici Cavalli Observ. Reform. typis Jo: Amati Candis. Abbas Picinellus in Athenæo Litter. Mediolan. addit, evulgasse etiam lingua vernacula

De grati, ingratique animi virtute, ac vitio.
De salutari lætitia, & humilitate.

Conciones pro Domini Adventu recitatæ Romæ in Basilica S. Petri, ex Petro de Alva col. 369. Militiæ univ., italice cusæ sunt anno 1631. in 4. Neapoli typis Dominici Roncaglioli.

Conciones quinque, quibus Evangelium ritus Romani cum Ambrosiano concordat, Romæ in 8.: idipsum exscripsit & Franchinus in Bibliosophia.

Connexionem Evangeliorum quadragesimalium, & psalmorum vulgavit Romæ anno 1631. in 4. m.

 ty-

typis Gulielmi Facciotti, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 324.

Conciones Sabbatorum &c. ibidem, ex eodem.

De eo agit & Theulus in Triumpho Seraphico. Autor autem ipse in epistola ad Card. Triultium præmissa suis *de Adventu Domini concionibus* italicis, præfatoque Cardinali dicatis scribit, se jam suum *Quadragesimale* una cum *Cannexione psalmorum, & Evangeliorum* Romæ typis edidisse: id erit, quod in Indice Bibliothecæ Barber. to. 1. legitur: *In Evangelia Romæ 1631. in 4.*; post quam epistolam P. Mag. *Antonius Tarnsius* ejusdem Instituti adjecit autoris *Vitæ Breviarium*, quo tradit præcocis ingenii specimen ita exhibuisse, ut decimo octavo ætatis anno Perusii Magister Studii extiterit sub Constantio Sarnano Regente; & vigesimo quarto anno ætatis Romæ in S. Bonaventuræ Collegio recens a Sixto V. erecto Doctoratus lauream sit consecutus; mox Bononiæ Lector Philosophiæ, & Mediolani Theologiæ, ibique in majori Ecclesia a Pænitentiis; postea per Clementem VIII. Romæ S. Officii Consultor; trigesimo ætatis anno suæ provinciæ Ministerio functus; annis viginti septem in præcipuis Italiæ civitatibus concionatoris munus exercuisse; Theologus etiam, & a Consiliis Cardinalia de Comitibus ad septennium; tantis occupatus in Officiis nihilominus ediderit *Resolutiones Scoticæ doctrinæ*; nonnullas *Lectiones*; *in Canticum Magnificat* ab eo Mediolani in Æde majori post Vesperas habitas; *Quadragesimale latinum*; & in Adventu *conciones* italice: ita ille. Obiit autem anno 1636.

M C L V I I. 540.

ELIAS DE BOURDEILLE = cujus

Pro pragmaticæ sanctionis abrogatione, & de potestate Papæ liber 1. prodiit Tolosæ anno 1518.

Defensia concordatorum hoc titulo prodiit Parisiia anno 1520. apud Franciscum Regnault, quemadmodum edocet Philippus Labbeus in sua Concil. Collectione in fine textus integri *Cancordatorum* inter Leonem X., & Franciscum Galliæ Regem.

Decreta contra dejerantes condidit, quos pœnis variis semper est persecutus.

Sermones sacros plurimos; *aliaque nonnulla* scripsit, ex Joanne a S. Anton. to. 1.

De eo & Arturus ad diem 5. Julii, & Georgius Joseph Eggs in Biblioth. Purpur.

M C L V I I I. 541.

ELIAS CORTONENSIS = non ex antiqua, ac generosa familia *Coppi*, ut quidam somniarunt; sed origine Bononiensis ex patre in castro *Brito* nato, & Asisias ex matre, teste autore coævo Salimbene Parmensi ms.; familiaris fuit Lucæ Tudensia in Hispania Episcopi, qui ejus cum honore meminit in sua de Hispaniæ rebus Historia, ut observat Mariana in prolegomenis ad ejusdem Lucæ Historiam.

Eliæ Generalis Ordinis Minorum præcepta artis chimicæ ad Fridericum Imp. extant mss. Romæ in Bibliotheca Vaticana inter libros olim Reginæ Sueciæ, ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 58. Fertur enim librum edidisse

De lapide Philosophorum conficiendo cum nonnullis *versibus italicis*, vulgo *Sonetti*, verbis subobscuris pro ejusdem confectione; qui ms. extabat apud Hippolytum Magnani Philosophum, & trium Romanorum Pontificum Chirurgum anno 1699. defunctum, ex Mario Crescimbeni de vulgari Poesia vol. 2. par. 2. lib. 1. cap. 11. Et quidem *infamatus fuit, quod intromitteret se de alchimia*, ex Fr. Salimbene Parmensi in Chron. ms. pag. 277., ubi subjungit: *revera ubicumque audiebat, aliquos Fratres esse in Ordine, qui in secula aliquid de materia illa, sive de artificio illo scivissent, mittebat pro eis, & retinebat eos secum in Palatio Gregoriano: fecerat enim Papa Gregorius IX. magnum Palatium fieri in loco Fratrum Minorum de Asisio tum propter honorem Beati Francisci, tum etiam ut ibi habitaret, quando veniret Asisium* &c.

M C L I X.

ELIAS FORBASSI in Scotia nobili natus prosapia diu in Germania, Gallia, atque Italia studiia operam impendit, Doctoratusque laurea Pisis decoratus in avitum regnum reversus Academiæ, Collegioque Glascoæ a Gulielmo Turnebulo Glascuensi Antistite erecto præfuit anno 1455. Philosophiæ Lector; sed rerum humanarum pertæsus S. Francisci Institutum amplectitur; in quo operibus, & meritis, annisque etiam onustus ex hac vita migravit; cum reliquisset

Lecturas Philosophicas;

Orationes Academicas; &

Commentarium super Aristatelem: si fides est Thomæ Dempstero in Hist. Eccles. gentis Scotor. lib. 6. n. 529.

M C L X. 542.

ELIAS DE NABINALLIS = Rodulphius, & post eum alii plures hunc *Eliam* confundunt cum *Elia de S. Heredia* Ord. S. Benedicti ex Episcopo Uticensi anno 1356. ab Innocentio VI. S. R. E. Cardinali creato, & anno 1363. ad Episcopatum *Ostinensem* translato, quem anno 1367. die 10. Maji Avenione decessisse tradit Ughellus to. 1. Ital. sac. in Episc. Ostien. n. 57.; hic autem *de Nablnallis* factus est *Archiepiscopus Nicosiensis* anno 1332. a Joanne XXII.; anno vero 1342. transfertur ad *Patriarchatum Hierosolymitanum* cum administratione Ecclesiæ Nicosiensis; pauloque post *Cardinalatus* titulo insignitus fuit. An autem anno 1367. post obitum Æliæ de S. Heredio factus fuerit Episcopus *Ostiensis* brevi tempore usque ad mensem Octobrem, quo ex hac vita migrasse dicitur, non habeo, quod affirmem; cum non habeam, quo probem. Memorat hunc autor æqualis Bartholomæus Pisanus in S. Francisci Conform. VIII. par. 2., ubi de *Cardinalibus* ex Ord. Min. disserit; sed dum assumptum scribit a *Joanne XXII.*, aut memoria lapsus est, aut Librarii error dicendus. Meminit ejus & S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. cap. 8. §. 15.; Castaneus de Cardin. Scriptor.; Le Longus pag. 874. Biblioth. sac.; & Joannes a S. Ant. to. 1. pag. 325.: aitque Antoninus, eum anno 1328. a Ministerio provinciæ Aquitaniæ, & a *Lectura* Sententiarum Parisiis absolutum resedisse in Cœnobio Montis Albani.

M C L X I.

ELIAS NUCCI Cortonensis Min. Conv. sac. Theol. Magister, ac verbi Dei præco devotus, cum sui Cœnobii, aliorumque, uti Mediolanensis administrationem obtinuisset, obiit in patria anno 1638. die 22. Octobris ex Monumentis Cœnobii Cortonensis, scripsitque italico sermone

Vitam, & miracula S. Antonii Patavini, quæ Patavii impressa est anno 1626. per Petrum Paulum Tozzi; iterumque aucta nonnullis miraculis prodiit ibidem anno 1631. per Donatum Pasquardi in 8.; & postea Perusii anno 1672. per Lauren-

rentium Ciani cum figuris; de qua sola Franchinus in Bibliosoph.

M C L X I I. 543.

ELIAS PETIOT = de hoc Joannes a S. Anton. to. 1. agit ex Waddingo.

M C L X I I I. 544.

ELIGIUS BASSEUS = hujus

Tomus 1. in fol. prodiit primo Antuerpiæ anno 1643., postea anno 1645.; inde Venetiis anno 1648.; & Lugduni an. 1653. per Hieronymum de la Garde.

Tomus 2. in supplementum primi in fol. prodiit Lugduni anno 1659. per Laurentium Anisson, & Jo: Baptistam Devenet, ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 325. Editionem porro *Antuerpiensem* Miræus in Scriptor. Eccles. sec. XVII. n. 245. in *Cypriano Croeseles* vocat tertiam, & auctam: anno enim 1654. addidic *supplementum*, cum quo prodiit iterum Antuerpiæ anno 1659., &. 1660. typis Joannis Baptistæ Verdussen, & Cornelii Woms; deinde Venetiis anno 1666. typis Nicolai Pezzanæ tomis 2. in fol.; tandemque Lugduni to. 2. prodierunt anno 1663. aucti, & novo ordine *alphabetico* dispositi, & anno 1678. *alphabetice* item procedentes. Legi potest & Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.

M C L X I V.

ELISABETH FARNESIA Marchionis de Soragna in agro Parmensi filia Monialis S. Claræ elucubravit

Poemata sacra, quæ una cum Opusculis asceticis *V. Franciscæ Farnesiæ* ejus sororis germanæ ejusdem Instituti alumnæ prodierunt Venetiis anno 1679. typis Jo: Jacobi Hertz; de qua Petrus Ant. Venetus in Viridario Seraphico to. 2. par. 2. cap. 3., & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 326.

M C L X V. 545.

S. ELISABETHA = Andreæ Hungariæ Regis filia anno 1207. nata Ludovico Lantgravio Hassiæ & Thuringiæ desponsata fuit, quo defuncto, Tertii Ordinis S. Francisci Institutum amplexa, vilis tunicæ vestitu contenta fuit, & divitiarum contemptâ jactantiâ, parentumque generositate, se mundo fecit ignobilem, ut nobilitaretur in cælo; tantumque christianis virtutibus profecit brevi, ut in vita, & post mortem plurimis coruscans miraculis, nondum sexto ab ejus obitu anno elapso, a Gregorio IX. Sanctarum Collegio aggregata fuerit anno 1236., cum vigesimo quarto ætatis suæ anno, & 1231. XIII. cal. Decembris ex hac vita migrasset; scripsissetque

XII. *Revelationes*, quas mss. una cum aliis *piis Meditationibus* ejusdem habuit Waddingus, quarum quintam de tempore assumpti corporis B. V. Mariæ in cœlum examinavit ipse in Annal. Min. ad an. 1227., & Cornejus in Chronicis Ordinis Minorum to. 2. Plura de ea habentur in dictis Annalibus Waddingi; sicuti & apud Arturum in Martyrol. Francisc. ad diem 19. Novembris, & Didacum a Lequile in Hierar. Francisc. to. 1. dist. 7. pag. 282. & seq.; annoque 1631. prodiit Parisiis *Originale sanctitatis*, in quo to. 3. habentur *Meditationes* in Vitam S. Elisabeth, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 323.

Hujus *Meditationes* commemorat antiquus autor *Meditationum* auctiorum inter Opera S. Bonaventuræ cap. 4. inquiens, se narrare quædam *ex Revelationibus factis Xpi famulæ devotæ, & creditur, quod fuit Sancta Helisabeth, cujus festum solemniter celebramus*. Circumferuntur tamen & *Revelationes* S. Elisabeth Schonaugen. Abbatissæ Ord. S. Benedicti anno 1165. defunctæ, de qua Martyrologium Romanum die 18. Junii agit.

Revelationes B. V. factæ S. Elisabeth filiæ Regis Hungariæ de 3. Ordine S. Francisci incipientes: *Die quadam Xpi famula Elisabeth dum dilectum suum* &c.: extant mss. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci post tractatum *de Oculo morali* Jo: Guallensis ms. chart. in 4.

M C L X V I.

ELISABETH LOSA literis græcis, latinis, & hebraicis instructa, & quod maximum est, in sacra Theologia versatissima in Italiam remeans Xenodochium sub auspiciis B. V. de Laureto construxit; moxque habitum S. Claræ induit; & sub illius Sanctæ Instituto ad Deum ex hac vita migravit; cum scripsisset

Multa Opuscula pretiosa ob injuriam temporum, vel nonnullorum incuriam amissa; teste supracit. Petro Anton. Veneto in Viridario Seraphico.

M C L X V I I.

S. ELISABETH LUSITANIÆ Regina Petri Aragoniæ Regis, & Constantiæ Siciliæ Reginæ filia anno 1271. orta Dionysio Regi Lusitaniæ desponsatur anno 1282.; quo postea vita functo, habitum Ordinis S. Claræ induit animo & Regulam quoque profitendi; sed a regni magnatibus impedita *Tertii Ordinis S. Francisci* Pœnitentium Institutum saltem profiteri voluit; & inter multa, quæ præclare præstitit, in Lusitaniæ Regno *litterarum* officinam numerosam, locupletem, & salutarem instituit; condiditque *Testamentum* ejus spiritu dignum, quod ms. asservatur in Bibliotheca Dominæ Nostræ de Saliceto, ex lib. 3. Historiæ dicti loci de Saliceto, vulgo *Salzedo*, pag. 682. Ejus autem corpus jacet Conimbriæ in Monasterio S. Claræ a se erecto; annoque 1625. in SS. numerum ab Urbano VIII. relata est: de qua Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Julii; Waddingus in Annal. Min. ad an. 1336., quo ex hac vita ad Dominum migravit; P. Franciscus de Mendoza Soc. J. in Viridario lib. 6. orat. 3.; aliique plures; & nuper Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 323., qui & in append. to. 3. scribit, *epistolas* ejus *duas* impressas legi to. 2. Chronic. provinciæ Aragonen. lib. 1. cap. 13., & 16.

M C L X V I I I.

ELISABETH MARIA a Passione Sicula ex parentibus genere claris *Lancea*, sponsaque Antonii *Morsi* Marchionis Gibellini; quo vita functo, eodem die, quo sepulturæ illius corpus conditum fuit, ad Monialium S. Mariæ Gratiarum Monasterium, vulgo *S. Viti*, sub S. Francisci Regula degentium convolavit; ubi per aliquot annos asperrimam vitam duxit, virtutibusque plurimis inclaruit; donec anno 1639. die 8. Junii Dominus eam ad se vocavit ea sanctitatis fama, ut adhuc miraculis ipsa clarere dicatur. Scripserat autem vulgari italico sermone

Epistolas spirituales, quas primum cum ejus *Vita* edidit Bernardus Collis Panormi anno 1641. in 8. typis Nicolai Buæ, & Michaelis Portanovæ; & postea cum aliis iterum cum ipsius *Vita* Franciscus Scalafani ibidem anno 1706. in 4. typis Jo: Baptistæ Aicardi: de qua Jo: Bonifacius Bagatta

 in

in Admirandis orbis christiani to. 2. lib. 6. cap. 3. §. 5. n. 39.; Fortunatus Hueber in Menol. Francisc. die 24. Martii, ubi mendose dicitur Elisabeth *Sisala* pro Sicula; & Mongitor tomo 1. Bibliothecæ Siculæ apud Joannem a S. Anton. to. 1.

M C L X I X.

ELISABETH A MEDINA Hispana *Tertii Ord. Secul.* Franciscani alumna supernis donis ornata

Epistolam asceticam symbolicam scripsit ad Fr. Franciscum de Medina suum consanguineum, obiitque anno 1636. ex Jo: a S. Anton. to. 1.

M C L X X.

ELISABETH DE LA PAZ Hispana ex *Tertiariis Secularibus* S. Francisci a cælesti Sponso, ut fertur, educta literis mandavit

Super Orationem dominicam exercitia spiritualia ab autore Chron. prov. S. Petri Alcantar. Granatensis laudata lib. 2.

Poemata varia sacra ibidem relata.

Discursus varios doctrinales a Carnara Salmantino Episcopo fideliter transcriptos.

De judicio finali concionem egregiam, cujus apographis utuntur viri docti.

Sanctimoniæ fama illustris abiit ad Sponsum anno 1640.; cujus corpus in Murciano S. Didaci Cœnobio requiescere tradit Joannes a S. Anton. in Biblioth. Min. Discalceat. in appendice; & to. 3. Biblioth. Francisc. in *appendicula*.

M C L X X I.

ELISABETH DE VILLENA in seculo *Eleonora* e regno Valentino genere illustris Abbatissa Clarissarum Monasterii Valentini SS. Trinitatis scripsit

Sermones varios idiomate proprio, vulgarique hispano, qui nunquam excusi fuerunt; &

Vitam Christi eadem lingua, quæ primo prodiit Valentiæ anno 1497. in fol. apud Lupum de Rocca; deinde ibidem anno 1513. per Georgium Costillam; & tandem Barcinone an. 1527. apud Carolum Amoros, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 326., & autore Biblioth. Valentinæ pag. 42., ubi refertur ejus fragmentum de Immaculata Conceptione V. Mariæ ex cap. 1. dictæ *Vitæ*; annoque 1490. ex hac vita migrasse dicitur. Waddingus ad an. 1445. n. 38. hujus mentionem facit; sed *Mariam de Villena* vocat.

M C L X X I I.

ELISEUS PESENTIUS, vel Pesens, Bergomensis prov. Brixien. Min. Capuccin. alumnus Theologus, & Orator ecclesiasticus post Theologicas disputationes totum se dedit *linguæ sanctæ* studio, in quo tantum profecit, & excelluit, ut non solum per 30. annos illam quotidie publice explicaverit; sed etiam propter explicationum subtilitatem, sensuum acumen, versionum excellentiam, vocum interpretationem omnes alios Doctores, qui ante eum Glossas, Lexica, & Dictionaria de ea lingua scripserunt, longe superare communi omnium opinione singulari præconio fuerit existimatus. Extant de hoc præclarissima monumenta in ingentibus voluminibus, quæ mss. reliquit posteritati, suamque Brixiensem Bibliothecam decorantibus, in quibus significationes, arcana, mysteria, etymologias commentando simul, & explicando, ac etiam instrumenta ad formandas, & articulandas in eadem lingua voces exhibet: inquit Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccin., qui & ejus Opera ait esse

Sal Elisei viri divini, sive *Dictionarium hebraicum in 4. tomos in fol. distributum*.

Favus Mellis ex floribus delibatus horti clausi, sive *Grammatica hebræa*. Tom. 1. in fol.

Anatomia alphabeti hebraici, addita Physica pronunciationis, & ratione symbolica litterarum. to. 1. in fol.

Cabala proselyta, & cana. to. 1.

Canones grammaticales una cum scripturalibus advertentiis ad legitimam sacræ Scripturæ intelligentiam. tom. 1. in 4.

Tropi, figuræ, & schemmata linguæ sanctæ. to. 1.

Phrases communes, & vulgares, & claves sacrorum arcanorum, atque mysteriorum. to. 1.

Methodus ad difficultates scripturales dissolvendas, additis variis observationibus. to. 1. in 4.

Paræneses ad Doctores, & discipulos Hebræorum. to. 1.

Lectiones de antiquitate, nobilitate, necessitate, & facilitate linguæ sanctæ. to. 1.

Commentaria litteralia super psalmos. to. 1.

Obiit anno 1637.; laudaturque a Donato Calvo lib. 2. Scenæ Litter. Bergom., & a Jo: Baptista Clerico Regul. epigrammate apud cit. Dion. Genuensem, & Joannem a S. Anton. to. 1.

M C L X X I I I.

ELISEUS VIROLENSIS prov. Brixien. Min. Capuccin. alumnus valde pius, & omnigenæ perfectionis exemplar italice composuit

Hymnos plures diversi generis impressos Brixiæ, & alibi absque ejus nomine, *in honorem B. Mariæ Virginis*, teste autore Biblioth. Scriptor. Capuccin.; qui addit, prænunciato suæ mortis die miraculis clarum cursum consumasse anno 1625., ejusque Vitam descripsisse Marcellinum de Pise to. 3. Annal. Capuccin. ad eum annum; ex quibus & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 327.

M C L X X I V. 546.

ELZEARIUS DOMBARIENSIS = Regul. Observ. Reformationis Gallicanæ Philosophus, ac Theologus insignis, suæque Congregationis Vicarius Generalis vulgavit etiam gallico idiomate

Typum Ordinis de Pœnitentia S. Francisci Assisinatis sexum capientis utrumque trium ejusdem Ordinum Tertii triplici statu, graduque distincti: Opus historicum cum figuris personarum sanctitate illustrium in fol.; inquit Franciscus Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 38.

Manuale de statu, Regula, modisque vivendi pro Tertio Ordine S. Francisci Secularium gallice edidit anno 1647. in 12. Lugduni, etiam ex Joanne a S. Anton. to. 1. Hujus autoris quoque æstimo esse Opusculum, quod gallice prodiit hoc titulo:

La sainte accademie de perfection speculative, & pratique compositum *anno* 1654. a *R. P. F. E. D. D.*, & impressum Lugduni anno 1657., quod citat Franciscus Cionaccius in Hist. B. Humilianæ par. 3. cap. 5.; & ex Petro de Alva col. 1271. Militiæ.

De quo autore Lenglet to. 3. in Catalogo Histor., Vernon. in Annal. 3. Ord., & autor Gallus Hist. omnium Ordinum to. 1.

M C L X X X V.

ELZEARIUS S. ARCHER, ut mihi videtur, Regul. Observ. Gallus edidit Opusculum hoc titulo:

Sacer Mons Oliveti S. Francisci: quod citat Jo: Bol-

Bollandus to. 2. Januarii pag. 65. An autem sit idem ac superior *Dombariensis*, nondum comperi. Citatur & ab Arturo in Martyrol. Francisc.

M C L X X V I.

S. ELZEARIUS DE SABRANO Gallus Comes Ariani *T. O. S. Francisci* genere clarissimus, potentia magnus, & facultatibus opulentus cum B. Delphina conjuge sua castitatem non solum, sed & virginitatem perpetuo excoluit; scripsitque

Statuta pro regimine suæ familiæ adeo sancta, & piis referta documentis, ut gallice, latine, & hispane inveniantur impressa. In cœlum migravit anno 1323.; nec multo post ejus nomen SS. fastis ascriptum fuit; ut legere est Waddingum in Annal. Min., Arturum in Martyrol. Francisc. die 27. Septemb., Cornejum to. 3. Chron. Ord. lib. 4. cap. 69., aliosque plures, & novissime Joannem a S. Anton. to. 3. in *appendicula*.

M C L X X V I I. 547.

EMMANUEL ALCONCHEL = Discalceat. Novitiorum Magister præter

Tractatum de Oratione mentali edidit &

Regimen vitæ spiritualis Hispali anno 1612. Opusculum ab illo diversum, teste Joanne a S. Anton. to. 1. contra Nicolaum Antonium, & Balthassarem Medinam, ex Antonio Truxilla to. 2. Chron. dictæ prov. lib. 8. cap. 24.

* EMMANUEL AB ANGELIS = v. *Antonius Angelorum* supra,

M C L X X V I I I.

EMMANUEL EVANGELISTA Lusitanus provinciæ Algarbiorum Regul. Observ. Lector Jubilatus, ac S. Officii Qualificator edidit a se habitam

Orationem in publico Actu fidei. Conimbricæ anno 1619. in 4. per Nicolaum Carvallo, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

M C L X X I X.

EMMANUEL JACOMELLUS Pinaroli in Subalpinis natus Regul. Observ. alumnus

Vitam B. Paschalis Baylon in compendium redegit, edique curavit Savitiani anno 1622., teste Rossotto in Script. Pedemont., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. p. 330.

M C L X X X.

EMMANUEL A JESU Hispanus Discalc. prov. S. Gabrielis vir devotus literis mandavit

Tractatum de Oratione mentali valde commendatum a Fr. Joanne a Trinitate lib. 3. Chron. dictæ provinciæ S. Gabrielis cap. 70. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M C L X X X I. 548.

EMMANUEL AB INSULA = de quo Nicolaus Antonius, Balthassar Medina, & Joannes a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

M C L X X X I I.

EMMANUEL A S. MARIA Lusitanus Minorita Discalceat. provinciæ S. Antonii Portugal. alumnus, Brasilien. Custos, & Guardianus Conventus Ulyssipon. scripsit Opus tit.

Peregrinus exul: de vocatione divina, teste Fr. Christophoro Ulyssiponen. pag. 11. sui *Viridarii sacr. Scripturæ* apud Jo: a S. Anton. to. 1..

M C L X X X I I I.

EMMANUEL A MATRE DEI Hispanus composuit, nescio quo tempore,

Tractatum super Canticum Magnificat, ut ex Anton. Daza, & Petro de Alva refert Marracius in append. ad suam Biblioth. Marianam apud Jo: a S. Anton.

M C L X X X I V.

EMMANUEL DE S. MATTHIA Lusitanus apud Indos orientis in prov. S. Thomæ Regul. Observ. Evangelicarum Missionum fervidus operator, & minister claruit Goæ, & per tractus illos barbararum gentium, ubi obiit die 5. Junii anno 1632.; ferturque scripsisse

Opera quædam utilissima iis, qui eo ministerio se exercent; in quibus dialogistice in examen vocat, atque erudite confutat omnes earum superstitiones; ut ex Cardosi Agiologio Lusitano die 5. Junii scribit autor Biblioth. Hisp. to. 2. pag. 322., & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1.; & ante eos Fr. Paulus a Trinitate ejusdem Ordinis agit de illo in libro hispano: *Conquista espiritual do Oriente*.

M C L X X X V. 549.

EMMANUEL A MONTE OLIVETI = ex oppido *Villa del Conde* prov. Portugal. in Jure Canonico, & Regulari peritissimus scripsit &

Apologiam pro Immaculata Conceptione circa annum 1630. adversus Gasparem Ram Canonicum, & Archipresbyterum Darocæ Cæsaraugust., teste Thoma Strozza Controv. de Concept. lib. 8. cap. 21. Edidit etiam vernacule

Practicam Regularem, ac modum procedendi in visitationibus, & correctionibus judicialibus alumnorum Seraphicæ Religionis. Ulyssipone anno 1635. in 4. typis Laurentii Craesbeeck.

Expositionem secundæ Regulæ S. Claræ. ibidem anno 1625. in 8. per Petrum Craesbeeck.

De statu Fratrum Secularium Tertii Ordinis Seraphici de Pœnitentia una cum resolutione quorumdam dubiorum. Ibidem anno 1629. per eumdem.

Responsionem ad propositionem, quam contra defensores, & devotos Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ quidam Canonicus, & Præbendatus Cæsaraugustanus in eadem civitate proposuit, & publicavit, quam puto eandem ac suprarelatam *Apologiam*, habuit penes se Petrus de Alva, ut in Militia univ. ipsemet testatur.

De casibus reservatis Opus etiam composuit; sed morte præventus anno 1635. edere non potuit, ex Joanne a S. Anton. to. 1.

M C L X X X V I.

EMMANUEL DE NIZA Lusitanus Strict. Observ. Discalceat. prov. Pietatis in Portugallia, quos Lusitani Capuccinos vocant, Theologus, & concionator scripsit vernacule, hispanoque idiomate

Historiam provinciæ Pietatis FF. Discalceatorum, quam ms. extare tradit Cardosus in Agiologio Lusitano die 3. Maji, & die 8. 9. apud autorem Biblioth. Hisp. pag. 322.; & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 322.

M C L X X X V I I. 550.

EMMANUEL ORCHIUS = provinciæ Mediolanensis Definitor, & sac. Theol. Professor

Sermones quadragesimales italice edidit primo Mediolani; inde Venetiis apud Juntas, & Babam anno 1650., inquit Waddingus in appendice. Prodierunt porro & ibidem anno 1651. typis Junctarum, & Hertz in 4. Opus posthumum; quod quidem inspexi.

Encomium gloriæ Austriacæ conscripsit, vulgavitque Bambergæ in 4., ut refert Alfonsus Lassor to. 1. Univ. terr. Orb. v. *Austriaca Domus*; & Lippenius to. 1. Biblioth. Philosoph. pag. 151.; de quo legendus & Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., qui ait mss. reliquisse

Le-

Lectiones Philosophicas, & Theologicas pluribus tomis in 4., & *multa ad poesim* spectantia morte sublatum anno 1649.; de quo & Dupinus in Supplem. to. 3., & Jo: a S. Anton. to. 1.

M C L X X X V I I I. 551.

EMMANUEL RODERICUS = cui patria fuit *Estremoz* in Portugalliæ regno, ut ipsemet testatur in Quæstion. Regul. & Canon. to. 2. quæst. 65. art. 2., & to. 3. q. 69. art. 12.; Salmanticensis vero Cœnobii alumnus ex to. 2. q. 105. art. 3.; præceptorem habuit *Joannem a Rada* Minoritam doctum postea Archiepiscopum, ut scribit tomo 3. q. 15. art. 8.; & q. 32. art. 13. tradit, se Tolosæ, & Caturci primum, deinde & Salmanticæ geminas in die lectiones habuisse; postea in Gallia quaternas etiam in die, demptis festis, per unum annum.

Summam casuum conscientiæ in italicum idioma translatam etiam a Julio Cæsare Valentino legimus typis editam anno 1609. Venetiis apud Sessam in 4., recusamque plures, ut anno 1621. ibidem dicatur 5. editio; nam & anno 1612., & 1615. impressa fuerat per HH. Varisci, & an. 1612., & 1616. typis ejusdem Sessæ, & dicitur 4. editio. Primus tomus prodiit Salmanticæ ann. 1604. & 1607.; deinde Barcinone an. 1616., Matriti, & alibi. Posterior tomus Cæsaraugustæ an. 1607. apud Joannem de la Naja, ex Joanne a S. Anton. to. 1.; latine vero prodiit Duaci an. 1614., & Coloniæ an. 1620. in 4. apud Hierat; ac Venetiis an. 1622., ex eodem Joanne a S. Anton.

Opinionum communium circa casus conscientiæ liber per eumdem Valentinum italice factus prodiit Venetiis anno 1610. ex officina Baretii in 4. hoc titulo: *Communi opinioni, e decisioni de' casi di coscienza sopra l'esplicazione della S. Bolla della Crociata* &c., *dove si risolvono mille, e più dubbi di casi di coscienza*: quare perspicuum fit, non esse Opus diversum ab *Explicatione Pontificii Diplomatis*, idest *Bullæ Cruciatæ*, ut putavit Waddingus, vel saltem ad illam pertinere: quæ quidem vulgata est etiam Barchinone anno 1617. *Super Bulla Cruciatæ* &c., *ubi supra mille casus conscientiæ resolvuntur*; itemque *Motus proprii Gregorii XIIII. confirmatorii illorum Pii V., & Sixti V. super Interstitiis etiam explicantur*.

Expositio Bullæ Cruciatæ cum *Additionibus*, *ac Motibus propriis Pii V. de censibus*; *& de non admittendis fœminis in Religiosorum domos interiores* prodiit Salmanticæ etiam anno 1599.; Compluti ann. 1589. & 1590. apud Jo: Iñiguez; iterumque Salmanticæ anno 1597. apud Jo: Fernandez, & ann. 1607., & 1612.; nec non Valentiæ an. 1610., ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 334. Italice vero Venetiis an. 1610. typis Baretii in 4.

Explicationem Constitutionis Clementis VIII. de largitione munerum hispanice fecit, quæ ms. in fol. extat in Archivo provinciæ S. Gabrielis in Extremadura, teste Joanne a S. Anton. loco cit., & pag. 68. Biblioth. Minor. Discalceat., nec non to. 1. Chron. prov. S. Pauli lib. 2. cap. 16., ubi refert, Nicolaum Antonium to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 271. asserere, eum *inter Excalceatos decus maximum vixisse* &c.

Nova collectio privilegiorum Apostolicorum castigatius prodiit Venetiis anno 1611. in fol. apud Societatem Minimam, Opusque fuerat approbatum anno 1604., in cujus, & autoris laudem doctum *epigramma* condidit *Fr. Emmanuel Tates Pimentellus* Lusitanus ejusdem Instituti, quod legitur initio Operis.

Quæstiones Regulares, & Canonicæ una cum *Bullario* impressæ sunt Salmanticæ anno 1598.; Turnoni anno 1609. per Claudium Michaelem; Lugduni ann. 1609. & 1613. apud Horatium Cardon; Venetiis an. 1611. in fol. per Baretium; Antuerpiæ ann. 1616. & 1638. in fol. apud Belleros. Simon autem de Grincourt Guardianus Recollectorum Valentiæ in Gallia Belgica cum nonnullis ejusdem Cœnobii Fratribus *Compendium decisionum Regularium, & Canonicarum Em. Roderici* confecit, quod cusum fuit Coloniæ an. 1613. in 12. apud Petrum Hening. v. *Anonymi* n. CCLXI.

M C L X X X I X. 552.

EMMANUEL DE TAMAYO = Regul. Observ. S. Officii Qualificator; de quo Nicolaus Antonius, & Joannes a S. Anton. to. 1. agit ex Waddingo, ubi pro *Arioaa* ait in *Urgavonensi Municipio*.

M C X C.

ENECUS DE MENDOZA Hispanus, ut mihi videtur, Cæsaraugustanus provinciæ Aragon. Regul. Observ. alumnus vir pius, & doctus, poesique in primis amator, ac diversus ab *Eneco Mendoza de Zuñiga* S. R. E. Cardinali, composuit varia, videlicet vernacule

Devotionum Opus impressum Cæsaraugustæ anno 1492.

Vitam Christi metrice, quam scripsit, ut D. Joannæ a Cartagena obsequeretur, incipientem: *Aclara sol divinal la cerrada niebla escura* &c.: cum ejusdem *Coplas a la Veronica*. *Los siete gozos de nuestra Señora*. Et *La justa de la razon contra la sensualidad*: quod ultimum Elisabethæ Reginæ inscripsit, Cæsaraugustæ anno 1495. in fol. typis Pauli Hury de Constantia: extat hæc editio Romæ in Bibliotheca Universitatis Sapientiæ, teste Nicolao Nicolao Antonio to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 275. ex Thoma Tamayo, & clarius to. 2. in append. pag. 290. *Vita Christi* prodiit postea & Hispali seorsum, & Pinciæ anno 1615. in 8. apud Fernandez de Corduba. *Justa ratio contra sensualitatem* metro hispano seorsum postea cusa est Cæsaraugustæ anno 1509. in fol., & Matriti anno 1565. in 4. titulo: *Historia sensualitatis, & rationis super hominis felicitatem* cum *glossis* Operum Joannis de Menna; quæ ultima editio (nisi sit Opus diversum) extat Arevali in Bibliotheca Reg. Conventus S. Lazari prov. S. Pauli, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 335.

M C X C I.

EPIPHANIUS LINSDAY Scotus natione, sanguine vero non minus, quam pietate clarus, ac scientia, non longe a Dunfrisio ortum sortitus est; Capuccinorumque Institutum amplexus sæpe cum hæreticis conflixit, eosque disputationibus impietatis convicit; propter quod scripsit

Controversias de fide, quas cum heterodoxis habuit circiter anno 1620., quo vivebat; uti perhibet Thomas Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 11. n. 803.; ex qua familia extiterat & *Hieronymus* secutus & ipse Francisci vestigia; de quo suo loco.

M C X C I I.

EPIPHANIUS SYLVANECTENSIS Gallus prov. Parisien. Min. Capuccin. concionator vir pietate, & sanctis moribus insignis scripsit

Opu-

Opusculum meditationum de vita, & passione Domini, quod morte præventus perficere, & typis dare non potuit. Mortuus est autem anno 1629. Carnoti pro salute proximorum inserviendo peste laborantibus, ex Marcellino de Pise, qui to. 3. Annal. Capuccin. plura de ipso scribit, ut apud autorem Biblioth. Capuccin., & Joannem a S. Antonio to. 1. pag. 336.

M C X C I I I.

ERNESTUS HELVETUS prov. Austriæ Min. Capuccin. alumnus edidit sermone germanico

Tractatum de perfectione religiosa pro Novitiis tomis 2., teste cit. Dionysio Genuensi in Biblioth. Script. Capuccin., ex quo Joannes a S. Antonio to. 1.

* ESTENIUS EMONERIUS = vide *Stephanus Emonerius*; est enim *Stephanus* Gallis *Estienne*.

M C X C I V.

EVANGELISTA BITUNTINUS Min. Conv. sac. Theol. Magister, pluriumque sui Ordinis Gymnasiorum Rector anno 1514. legitur ejusdem Ordinis *Socius*, ut vocant, & Assistens fuisse; cum antea

Logicam Pauli Veneti cum Commentario Menghi Faventini, nonnullisque ejusdem quæstionibus recognovisset, castigassetque, adjectis etiam margineis notis; quæ excusa fuit Venetiis anno 1504. in fol. per Petrum de Querengiis; extatque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

M C X C V. 553.

EVANGELISTA DE BONONIA = Italus Regul. Observ., cuius

Civitas Reipublicæ Regul. prodiit Bononiæ anno 1625. in 4. ex officina Mascheroni.

Exercitium politica magnorum &c. cusum est ibidem anno 1628. in 4. typis Ferronii, ex Orlando de Script. Bonon. Obiit autor anno 1637. cum Cœnobii Bononiensis regimen haberet, teste Fernando Bononiensi in Memoriis Histor. prov. Bonon. Min. Observ. par. 3. cap. 8. Laudat hunc autor synchronos Augustinus Superbus in ms. Catalogo Script. Ord. Min.; additque, edidisse etiam

Animadversiones politicas, ac *documenta civilia*; *de homine dominante, & privato*; nec non *epistolas familiares*. Joannes a S. Anton. de hoc agens exscripsit Waddingum.

M C X C V I.

EVANGELISTA A CANOBIO Ducatus Mediolanensis oppido, provinciæ Umbriæ S. Francisci Min. Capuccin. alumnus, qui ob præclaram doctrinam, singularemque vitæ sanctimoniam magno in honore dicitur habitus a patribus Concilii Tridentini, & Gregorio XIII. Pont. Max. valde familiaris; proptercaque & sui Ordinis Vicarius Generalis est declaratus. Latine scripsit, ediditque, ut habet autor Biblioth. Capuccin., & Jo: a S. Anton. to. 1.,

Consilia varia in Iure canonico; & *annotationes in libros Decretalium*. Mediolani an. 1591.

Obiit autem Perusii anno 1595. ætatis suæ 84.; cujus Vitam describit Boverius to. 2. Annal. Capuccin.

M C X C V I I. 554.

EVANGELISTA MARCELLINUS = de quo Petrus Rodulphius ejus æqualis scribit lib. 3.

Expositio in Tobiam hetrusca lingua Romæ apud Aramcœli anno 1586. elaborata ibidem impressa fuit anno 1587. per Georgium Ferrarium in 8.

Concionem Florentiæ in majori Æde habitam feria 6. in Parasceve ibidem impressam legimus anno 1585. in 8. apud Georgium Marescotum in VII. partes divisam lingua hetrusca.

Concionem de passione Domini sub titulo Septenarii eandem puto atque prædictam habitam fer. 6. anno 1585.

E Castello S. Marcelli diœcesis Pistoriensis dicitur fuisse, & Doctor Parisiensis, familiaris SS. Caroli Borromei, & Felicis a Cantalicio Capuccini. Ejus *Vitam* scripsit Jacobus Pierius Pistoriensis; ejusque gesta recenset Antonius Terrinca Theatr. 1. prov. Tusciæ par. 2., & alibi. In Ecclesia Aræcœli apud Sacellum Crucifixi sepultus est cum sequenti epitaphio etiam a Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 337. relato:

„ Fr. Evangelistæ Marcellino ex Ordine Minorum
„ de Observantia, & castro S. Marcelli diœcesis
„ Pistoriensis viro christiana eloquentia, doctrina,
„ & vitæ sanctitate celebri, qui obiit III. nonas Ja-
„ nuarii anno Dom. M. D. XCIII. vixit annos LXIII.
„ menses 2. Religionis L. concionibus IIXL. e queis
„ Romæ auditus assidue XXIV. studiis ingeutibus
„ animorum, & bono. Zeno de Zenonibus opt.
„ avunculo mœrens „.

M C X C V I I I. 555.

EVANGELISTA DE MOMINIO = cujus

Directorium Superiorum Regul., & Eccles. &c. prodiit etiam Venetiis anno 1649. apud Minervam; nec non anno 1695. per Combos, & la Noù *sermonibus* 80. conflatum.

Diarium quadragesimale Venetiis cusum est etiam anno 1655. in 4. per Turinos, diciturque 4. editio.

Ejusdem tomus 2. pro feriis typis mandari non potuit ab autore anno 1646. die 11. Septembris Florentiæ morte intercepto; sed ms. servatur in Conventu Jacherini prope Pistorium, ut edocet Antonius Terrincanus in Theatr. hetrusc. Min. par. 3. t. 1. p. 199., & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1. Edidit etiam

Promptuarium sermonum de Tempore Coloniæ an. 1659. in 4. impressum, ex Bibliograph. Anisson. pag. 48. apud cit. Joannem a S. Anton. to. 3. in append.

M C X C I X.

EVANGELISTA PERUSINUS Umber edidit

Catalogum BB. Ordinis Minorum, quem adducit Jacobillus to. 2. de SS. Umbriæ sub die 18. Augusti in *B. Petro a Galliendo*. Sed num hic est *Evangelista Baleoni* nobilissima familia ortus Regul. Observ. Ragusii anno 1494. die 5. Augusti non sine sanctitatis opinione defunctus? de quo ex Mariano Marcus Ulyssiponensis Chron. S. Francisci par. 3. lib. 7. cap. 25. edit. Venet. Baretii anni 1612., ubi legitur sequens *epitaphium*:

„ Balianum soboles, Perusinaque; quem pe-
„ nes omnis
„ Regula lustrandæ Religionis erat;
„ Qui docuit populos, Evangelista beatus,
„ Ragusinam moriens consecrat hospes hu-
„ mum.
„ Cumque piis precibus, passim miracula præ-
„ stet;
„ Dat quoque reliquias uberiora suas. „

* EVANGELISTA SANTONIUS = Vide *Evangelista Bononiensis*.

M C C.

EVANGELISTA ZIGNANUS Genuensis Regul. Observ. Theologus, & concionator egregius edidit italico idiomate

Con-

Concionem in laudem S. Margaritæ Virginis, & Martyris Panormi an. 1631. excusam; teste Michaele Justiniano, & Joanne a S. Anton. to. 1.

M C C I. 556.

EUGENIUS MARTINELLUS = al. *Martanellus*, de quo Cozzandus in Biblioth. Brixien., & Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

M C C I I. 557.

EUGENIUS ODOUVHEE = Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 338. de hoc agit ex Waddingo.

M C C I I I.

EUGENIUS OLIVA Hispanus Valentinæ provinciæ Min. Capuccin. fundator, cum antea esset Regul. Observ. alumnus, vir doctrina, & sanctitate celebris scripsit

Expositionem super Regulam Fratrum Minorum secundum mentem S. P. Francisci ad preces suorum consodalium, senioque confectus piissime decessit ex hac vita Valentiæ anno 1613. ætatis suæ 78.; de quo Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Capuccin. ad eum annum n. 33., ubi ejus Vitam descripsit, & ex eo autor Biblioth. Cappuccin. apud Joannem a S. Anton.

M C C I V.

EUGENIUS A PETRA RUBEA ducatus Urbinatis, prov. Bonon. Min. Capuccin. alumnus, celeberrimus ecclesiastes composuit

Volumina plurima sermonum, & concionum de Tempore, quæ mss. reliquit, Bononiæ anno 1616. defunctus non sine sanctitatis opinione; ejusque Vitam descripsit cit. Marcellinus a Pise to. 3. Annal. Capuccin. apud autorem Biblioth. Capuccin., & Joannem a S. Anton. to. 1.

M C C V. 558.

EUGENIUS ROGER = Gallus prov. Parisien. S. Dionysii, cujus

Descriptio Terræ Sanctæ prodiit typis Antonii Bertier. Scripsit etiam

Historiam Vitæ, & mortis Principis de S. Dny. impressam ibidem ex to. 2. Biblioth. Barber. pag. 311.

Relationem Zagæ Cristiani Principis Æthiopiæ. Ibidem anno 1638. ex cit. Biblioth. Barber. De eo Lassor Univ. terr. Orb., Jacobus Le Long, & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 338.

M C C V I.

EUGENIUS TRIESTIUS Gandavensis vetusta, ac generosa genitus prosapia ex Præfecto cohortis militum Ordinem Capuccinorum ingreditur, in qua regimen præ ceteris Cœnobii Ostendæ obtinuit; de quo legi potest P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.; ejus autem est

Funus Philippi Triest patris sui viri Consularis, Equitis tum propriis, tum aliorum celebrium poetarum versibus exornatum sub nomine *Jo: Baptistæ Triest*, quo in seculo audiebat, quove illud juvenis adhuc composuit, impressum Antuerpiæ anno 1618.; uti &

Elegis in laudem B. Mariæ Virginis, qua eidem pro pio Religionis habitu, aliisque per eam a Deo acceptis beneficiis gratias agit, ibidem an. 1630., ut habet Waddingus infra in *Jo: Baptista Triestio*, & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 339. sub V. *Eugenius Triestius* ex autore Biblioth. Capuccin.

M C C V I I.

EUPHEMIUS, ut videtur, Papiensis Min. Conv. bonarum literarum in primis excultor varia scripsit, ejusque est

Epigramma doctum in laudem *libri* Thesei Ambrosii Albonesii Can. Reg. *Introductionis in linguas chaldaicam, syriacam, armenicam* &c. Papiæ anno 1539. impressi in 4.

M C C V I I I. 559.

EUPHRASIA ALFANI = *Euphrosina Alfana* dicitur a Jacobillo de Scriptor. Umbris fol. 99., nimirum ex familia, ex qua inclaruit *Bartholus J. C.* famosissimus; diciturque obiisse sanctitatis fama. De ea & Oldoinus in Athenæo Perusino, & Joannes a S. Anton. to. 1., qui addunt, ejus *Chronica* mss. servari etiam in Monasterio ejus S. Mariæ Montis Luci.

M C C I X.

EUSEBIUS ANCONITANUS prov. Picenæ Min. Observ. primum alumnus, postea ad PP. Capuccinos recens exortos transiens iis virtutum, ac sapientiæ radiis effulsit, ut anno 1552. eorum Vicarius Generalis, supremusque Præfectus electus fuerit. Scripsit autem

Tractatum de paupertate Fratrum Minorum; & *Opusculum divinarum meditationum*.

Obiit Scapetiani diœcesis Senogallien. in Piceno anno 1569. ætatis suæ 80.; de quo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 11. Januarii §. 4. fuse agit; & Joannes a S. Anton. to. 1. p. 339.

M C C X.

EUSEBIUS MELLOTENSIS Gallus natione, professione vero Minor Capuccinus prov. Parisien. erga B. Virginem singulari devotione affectus scripsit

Sermones varios, & plurimos valde devotos Historiis, & exemplis intextos ad conciliandum erga Deiparam devotionem; in quibus etiam demonstrat, hujus Patronæ necessariam nobis esse clementiam.

Famâ virtutum, ac doctrinæ clarus decessit Provinii anno 1618. ætatis suæ 33. men. 3. die 1. ex Marcell. Pisen. to. 3. Annal. Capuccin. apud autorem Biblioth. Capuccin., & Joannem a S. Anton. to. 1.

M C C X I.

EUSTACHIUS DE CURIA Gallus Doctor Parisiensis, cujus mentio fit in Regesto Ordinis ad annum 1488. 25. Maji tit. *prov. Turoniæ*, ubi dicitur *Magister*, eique conceduntur gratiæ &c. Circa finem seculi xv. fertur scripsisse

Commentarios in 4. Sententiarum libros, ut habet synchronos autor *Firmamenti* 3. Ordinum par. 1. tract. 1.; autorque *Memorialis* Ordinis Minorum sub 20. Vicario Generali, & 37. Ministro Generali; nec non Marcus Ulyssipon. Chron. S. Francisci par. 3. lib. 7. cap. 29.; sed & Waddingus ipse in indicibus hujus Operis scilicet *nominum, nationum* inter Gallos hujus meminit, & *materiarum* in *Theologia scholastica*; qui tamen in Opere eum prætermisit. De illo etiam Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 1. Februarii §. 5.; & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 339.

M C C X I I. 560.

EUSTACHIUS NORMAVILLUS = Joannes a S. Anton. de hoc agit to. 1. p. 340. ex Waddingo.

M C C X I I I.

B. EUSTOCHIA, al. Eustochium, Calafata Messanensis, al. Catanensis, sanguine clara fundatrix fuit Monasterii Ordinis S. Claræ vulgo *Montis Virginum*, cujus & ipsa alumna sanctitatis radiis, miraculisque in vita, & post mortem emicuit. Scripsit autem sermone italico *Tra-*

Tractatum de passione Domini, erga quam magno ferebatur affectu.

Ad Sponsum cælestem migravit die 20. Januarii anno 1491. magna sanctitatis fama; cujus gesta narrat Waddingus in Annal. Min.; Arturus in Martyrol. Francisc.; Marracius in Lil. Mar. §. 13. p. 104.; & Octavius Cajetanus to. 2. Vit. SS. Sicul.; Philippus Cagliola prov. Sic. Min. Conv. explor. 5. manif. 1. ex Rodulphio lib. 1. fol. 138.; aliique multi; & ex his Joannes a S. Anton. to. 1. Ejus corpus etiamnum integrum, pulchrum, molle, odoriferum supra aram maximam Ecclesiæ supradicti Monasterii Montis Virginum coli ferunt; illudque præmonere semper dicunt, dum aliqua ex Monialibus morti proxima est, pulsata sensibiliter arca, in qua jacet.

M C C X I V.

EUTROPIUS ISLEBONENSIS Gallus prov. Turoniæ Min. Capuccin. alumnus, & concionator, magnæ perfectionis vir, humilitate, paupertate, charitate, ac salutis animarum zelo exardescens plurimos rebelles hæreticos jussu Regis Galliarum Nannetæ carceri detentos, aperto suæ vitæ discrimine omnia non tantum animæ, sed etiam corpori necessaria subministrando, ad Catholicæ Ecclesiæ gremium adduxit; vulgavitque a se conscriptum

Tractatum catecheticum de VII. Sacramentis Ecclesiæ pro instruendis junioribus in fide catholica, & doctrina christiana. Nannetæ anno 1616. suppresso ejus nomine. Obiit devotissime in eadem civitate anno 1622. pestilenti febre correptus, dum aliis vitam æternam procurabat; ut refert Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Capuccin. apud autorem Biblioth. Capuccin., Dupinum in Supplem. to. 3., & Joannem a S. Anton. to. 1. pag. 340.

F

M C C X V.

FABIANUS HUNGARUS, qui anno 1330., & 1337. contra hæreticam pravitatem erat Inquisitor in Hungaria, Bosnensique principatu ex Annal. Min. ad eos annos n. 10. & 1., creditur ille, qui composuit

Speculum Vitæ B. Francisci, & sociorum ejus incipiens. *Primo ergo sciendum est*: quod anno 1504. vulgatum est Venetiis sine autoris nomine per Simonem de Luere in 8., & Metis anno 1509. apud Gasparem Offeder. Autoris autem nomen habetur ex pag. 127., ubi legitur: *Dominus benedicat me fratrem Fabianum*: dum refertur S. Francisci benedictio data *Fratri Leoni*; tempus vero ex pag. 99., ubi autor enarrat, se *anno* 1343. ad sacrum Alvernæ montem contulisse; sed & natione *Hungarum* extitisse prodit brevis

Catalogus Sanctorum Fratrum Minorum, quem eidem *Speculo* adjecit, incipiens: *Sanctorum splendor, & gloria*: editus anno 1336., cum initio dicat: *sed absit, ut tantam multitudinem Fratrum a* CXXVIII. *annis citra in trigiuta sex provinciis totius Ordinis, qui fuerunt, & sunt professi Regulam, & evangelicam vitam, & ex vita assumpti, & adhuc multa millia degunt in terris, ad tam exiguum numerum redigam* &c.: cui numero 128. si addatur annus 1208., quo Francisci Ordo incæpit, habetur annus 1336. In eo igitur *Catalogo* per provincias, & loca distributo fusius autor agit de iis provinciæ *Hungariæ*, nonnullaque peregrina refert, veluti se vidisse duos Fratres Ordinis Minorum meritis *B. Joannis* primi Ministri provinciæ a morte revocatos pag. 204. In calce libri additus est

Catalogus Ministrorum Generalium; *Capitulorum Generalium*; & *Ministrorum, atque Capitulorum provinciæ Hungariæ usque ad annum* 1504.; qui utrum ejusdem autoris sit, auctus usque ad illum annum, an alterius, in medio relinquo.

Hoc porro *Speculum* Gulielmus Spoelbergius Bruxellensis Minorita ex ms. Conventus Recollectorum Valencenarum in Belgio in duas partes divisum, a mendis expurgatum, in meliorem ordinem, ac stylum redactum, & notis brevibus illustratum publicavit anno 1620. in 8. Antuerpiæ apud Belleros, deinde apud Gerardum Wolschatium. Philippus Boschierus etiam anno 1623. Coloniæ ex officina Joannis Crithii in 8. vulgavit *Speculum Vitæ S. Francisci, & sociorum ejus*, sive *Antiquitates Franciscanas Fr. Fabiano, & Fr. Hugolino, aliisque Minoritis* adjudicatas cum sua ipsius castigatione; quas immani errore Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1240. in *Thoma de Ceperano* arbitratus est esse idem Opus ac *Legendam S. Francisci* a Thoma memorato conscriptam. Zacharias quoque Firminus Minorita Gallus edidit *Antiquitates Franciscanas a novatorum erroribus, & commentis expurgatas, & vindicatas*. Ruessi anno 1647. in 4. apud HH. Stephani Andreæ: tametsi nescio, an idem Opus ait atque illud a Busquerio, & Spoelbergio publicatum.

Waddingus ad an. 1226. num. 44. agit de hoc Opusculo quærens, cur illud Bosquerius tribuat *Fr. Fabiano*, & *Hugolino* cum aliis Minoritis S. Francisco coævis, quibus ex eodem Philippo Bosquiero tribuit & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 342.: de quo libro agit etiam Teisserius in Catalogo AA. pag. 479.

Ex relato *Speculo* capita 41. sub titulo: *Actus Francisci*: leguntur in dist. 6. *Speculi exemplorum* cusi Hagenaw an. 1519. per Henricum Gran in 4., & antea anno 1481. in fol. per Richardum Paefroed Daventrien., & postea Coloniæ anno 1485., & alias alibi.

Vita S. Francisci, & sociorum ejus ms. membran. in 8. habetur in Bibliotheca Consendocana ex Sandero par. 2. Biblioth. Belgicæ.

Chronica de Vita S. Francisci, & sociorum ejus ms. habetur Parisiis in Bibliotheca Coisliniana-Sangermanen. num. 529. ex Catalogo Montfaucon to. 2. p. 1101.; sed incertum, an sit *Speculum* istud, vel quid diversum.

Actus Sanctorum Fratrum sociorum B. Francisci, al. *liber actuum B. Francisci, & sociorum ejus* incipiens: *Ad laudem, & gloriam D. N. J. Xpi, & Sanctissimi Patris nostri Francisci* &c.: & finiens: *abierunt devote omnia monita servantes*: extabat olim ms. sine nomine autoris Asisii in Bibliotheca Conventus S. Francisci, ex veteri Inventario illius loci anno 1381. facto, ac renovato, in v. solario orient. Forsan autem hoc erat *Speculum Vitæ B. Francisci, & sociorum ejus*.

Extant Oxonii in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis mss. cod. 37. *Actus S. Francisci, & sociorum ejus*; & in Bibliotheca Ultrajectina cod. 248. *Humilis Francisci Vita, & miracula, & actus sociorum ejus*, teste Oudino in *Thoma de Cellano*, &

Thoma de Ceperano : sed an hujus Fabiani, vel alterius, mihi incompertum.

MCCXVI.

FABIANUS ORZESKOVUSKI Polonus circa annum 1510. florebat, scripsitque nonnulla etiam bonarum artium, & poësis,

Carmenque rhitmicum ejus de B. Ladislao Gielnovien. citat Benedictus XIV. in *Actis, & Decretis Beatificationum, & Canonizationum* &c. Romæ 1751. decr. XIII.

MCCXVII.

FABIANUS VNECHOVOSLU prov. Poloniæ majoris Regul. Observ. alumnus multa ab hæreticis Wechovæ perpessus *post patrata multa mirabilia in vita sua moritur anno* 1515., inquit Fr. Augustinus Cieplenski pag. 218. suæ topographicæ, ac chronologicæ Descriptionis dictæ provinciæ subdens:

Hic etiam fuit scriptor quarumdam rerum gestarum Ordinis in regno Poloniæ.

Vitam B. Raphaelis (Warchiæ quiescentis), *ac SS. quinquaginta Martyrum Casimiriensium Polonorum metro (quamvis rudi minerva) satis tamen decenter descriptam* exaravit, teste Joanne a S. Anton. to. 1.

MCCXVIII.

FABIUS PAPAZONIUS Italus edidit

Opusculum de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione; teste Pistoja pag. 158., Marracio par. 1. Biblioth. Marian. pag. 316. apud Petrum de Alva col. 384. Militiæ univ., utque habet Joannes a S. Anton. to. 1.

MCCXIX. 561.

FABIUS SINIS = *Syrii* cognomento e Monteregali in Aprutio suæ provinciæ Commissarius Generalis, rectis pluribus suæ Religionis Gymnasiis, factus est provinciæ Saxoniæ Minister anno 1630., ubi & paucos Catholicos in fide retinuit, confirmavitque, & plures hæreticos ad catholicam Ecclesiam attraxit: inde reversus functus est Romæ munere Theologi, & a sac. Confessionibus Hieronymi Card. Columnæ, aggregatusque Romano SS. Apostolorum Cœnobio nonagenarius obiit ibi anno 1670. die 26. Maji ex Franchino, qui ex Theulo (qui in Triumpho Seraph. eum dicit *Sirium*, ut dicitur & in ejus Opusculis editis) addit scripsisse eum etiam

Manuale sacrum pro intelligenda sacra Scriptura; &

De studio literarum non abdicando. Ceterum quatuor alia *Opuscula*, quæ scripsisse tradit: *De insensata cura mortalium*: *De vulgo, ejusque ineptiis*: *De judiciis Astrologorum parvipendendis*: & *De morbo epidemiali, & ejus cura*: sunt Francisci Florentini Minoritæ, qui anno 1470. florebat, ut ex Rodulphio, ipsoque Waddingo liquet: sed mss. fortasse inventa sunt inter ejus scripta. Romæ siquidem in Bibliotheca Conventus SS. Apostolorum habetur ms. vario charactere in fol. Opus hoc titulo:

Fabii Syrii e Monte regali Ord. Minorum Convent. sac. Theologiæ Doctoris Christianarum Institutionum Opus in XL. capita distributum sacræ Scripturæ studiosis, atque concionatoribus non inutile: Hieronymo S. R. E. Cardinali Columnæ dicatum, & anno 1661. die 21. Augusti a Jacobo Fabretto Ministro Generali, ut ederetur, approbatum; cujus capita sunt: 1. *De humana conditione, & excellentia*: 2. *De aliis operibus divinis*: 3. *De lapsu primi hominis* &c.: c. 15. *Quomodo secunda fortuna non sit latandum*: c. 18. *De vario, falsoque judicio vulgi non curando; & de populorum frequentia vitanda*: & 40. seu ultimum caput est: *De infidelitate*: quæ constat esse etiam Operis *Francisci* Florentini cognomine *Paduani*; cujus ms. nunc Florentiæ apud nostros non extat; ac facile fuit inde extractum pervenisse ad manus hujus Fabii Syrii; huncque tentasse mutata epistola ad Mecænatem in publicum emittere; sed ab aliquo vel admonitum, vel plagii insimulatum abstinuisse. Certe autor hujus Operis cap. 14. citat *Dantem Poetam* Florentinum de S. Francisco disserentem. At extant quoque Romæ in dicta Bibliotheca

Tractatus morales, quibus fidelis homo ad pie, sancteque vivendum facile in hac vita dirigitur: quorum prior est *De insensata cura mortalium illusionibus decem contentus*: 2. *De vulgo, & ejus ineptiis*: 3. *De quorumdam Astronomorum parvipendendis judiciis*; & *De longitudine, ac brevitate vitæ humanæ* epistola ad Amicum: 4. *De literarum studio non abdicando*: & 5. *De ratione studendi sacræ Scripturæ*. Perusiæ anno 1660. in 4. typis Sebastiani Zecchini ad Hieronymum Card. Columnam ab hoc autore missum, dicatumque. De hoc Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo, & Toppio.

MCCXX.

FABRITIUS TETTAMANZI Mediolanensis Ord. Min. Regul. Observ. concionator, & artis Musices studiosus scripsit, edique euravit idiomate vulgari italico

Brevem methodum cantus firmi, seu plani in tres tomos divisam Mediolani anno 1636. in 4. typis Friderici Agnelli.

* FAUSTINUS DE COMMITIONIBUS = Vide infra n. 565. *Faustus de Commilionibus*.

MCCXXI. 562.

FAUSTINUS DIESTENSIS = de quo Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin. Hic sanguine clarus provinciæ Flandriæ Capuccin. Minister latine scripsit

Vitas Joannis de Forbes, & Dominæ Margaritæ Gordoniæ sub titulo: *Alter Alexius natione Scotus, professione Capuccinus sub nomine Fratris Archangeli*: impressas primo Teneramundæ anno 1607., postea Coloniæ &c.; & in italicum idioma conversas Mutinæ anno 1634. apud Julianum Cassianum: de quo Joannes a S. Anton. to. 1.

MCCXXII. 563.

FAUSTINUS GEDEONUS = de quo cit. Dionysius Genuensis, & Cozzandus in Bibliotheca Brixiana; edidit autem etiam latine ex Marracio, Dupino in Supplem. to. 3., & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 343.

De B. Virginis præstantia, ejusque sacratissima, & Immaculata Conceptione tractatum, quem J. V. D. Carolus Romelius edidit Venetiis anno 1641.

MCCXXIII. 564.

FAUSTINUS TASSUS = scripsit etiam sub nomine *Ænea Jason*, quo forsan in seculo vocabatur,

Commentaria in novum Testamentum, teste Waddingo in *Ænea Jason*.

Libellus carminum spiritualium editus est ab eo Taurini anno 1573., ut ipsemet fatetur in sua ad Carulum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem epistola Historiæ præmissa; in qua & meminit

Orationis Hieremiæ Prophetæ a se italico carmine explicatæ. In altera autem epistola ad Seraphinum Montalbanum sui Ordinis Generalem Comissa-

sarium indicat, se Venetiis *sacra Biblia* interpretatum esse.

Historiam rerum inter Catholicos, & hæreticos gestarum ab anno 1566. usque ad 158n. perductam misit ad Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem; vulgavitque anno 1583. Venetiis in 4. typis Guerræ.

Sermones XII. *de B. Virgine* Venetiis anno 1583. habitos super Evangelium *Exurgens Maria abiit* &c., vulgavit ibidem anno 1587. Joannes Baptista Somascus in 4. tomis 2.

Sermones totidem super Magnificat etiam Venetiis anno 1583. pronunciatos idem Somascus evulgavit anno 1587. in 4.

Sermones XX. *de SS. Trinitatis mysterio, & de adventu Messiæ* esse puto, quos citat Antonius Ricciardus in Comment. Symbolicis to. 1. fol. 16. & 187., ac to. 2. fol. 13. 21. &c., ubi citat usque ad sermonem 6. ad Hebræos.

Tractatus de adventu Messiæ. Venetiis anno 1585. in 4. typis Antonii Rumparetti, ex Joanne a S. Anton. to. 1.

De conversione peccatorum Opus egregium in tres libros distinctum sermone italico; ad cujus libri 2. ealcem habet

Tractatum de veritate Purgatorii; & in 3. libro agit etiam

De eleemosyna; & *de oratione mentali, & vocali*; cum eruditissima *expositione Orationis dominicæ*. Venetiis anno 1578. in 4. typis Jo: Baptistæ Guerræ, ex append. Joannis a S. Anton. to. 3.

Rhytmos italicos veteris poetæ Sigibaldi Cini Pistoriensis a se recognitos edi curavit Venetiis anno 1589. ex autore Biblioth. Italicæ, & P. Zacharia in Biblioth. Pistorien. pag. 223. tit. *Sonetti, e Canzoni di diversi antichi autori Toscani in* 10. *libri*: collectio præcedentium copiosor. Agunt de hoc viro autor æqualis Rodulphius lib. 3., aliique post eum; & Donatus Calvus in Scæna liter. Bergomen. Script. par. 1. originem Bergomo traxisse scribit.

M C C X X I V. 565.

FAUSTUS DE COMMILIONIBUS = ita legitur apud Rodulphium lib. 3., a quo alii acceperunt; sed legendum *Faustinus de Commitionibus*, uti nos edoceat quædam ejus *carmina* Historiæ suprarelati Faustini Tassi præmissa, & in laudem ejusdem Operis concinnata. Joannes a S. Anton. to 2. pag. 342. dicit *Faustinum de Commilitonibus*.

M C C X X V.

FAUSTUS GARGANELLI Bononiensis Min.Conv. sac. Theol. Magister, cum in seculo J. V. Doctor extitisset, gymnasiorum sui Ordinis in tota Italia Visitator, & corrector, nec non provinciarum Poloniæ, atque Russiæ, tandem suæ provinciæ anno 1638. Minister constitutus, autor fuit

Cæremonialis ad usum Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci. Bononiæ typis Jo: Rubei, & Florentiæ per Petrum Nestium anno 1631. in 4., sine nomine tamen, evulgati, ut monet Franchinus.

Monita compositionis religiosæ &c. sermone italico edidit hortatu P. Ministri Generalis Catalani cusa Bononiæ similiter sine nomine autoris anno 1647. in 4. typis Jacobi Monti, & postea alibi pluries; ut idem Franchinus in Biblios. refert n. 109.

M C C X X V I. 566.

FEDERICUS PEREGRINUS = Bononiensis Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & ecclesiastes egregius; in patria namque non semel *quadragesimales conciones* habuit in Divi Petronii Templo, aliisque in illustrioribus Italiæ civitatibus; eodemque in Templo *vespertinas* quoque *Lectiones sacræ Scripturæ* recitare jussus est; ejus autem italicus

Sermo, sive *expositio in primum pœnitentialium psalmum 6. Domine ne in furore tuo*, prodiit Bononiæ anno 1585, in 4. typis Jo: Rubei Sixto V. dicatus.

Sermo, sive *expositio in psalmum quintum pœnitentialium* 102. *Domine exaudi orationem meam*, dicatus etiam Sixto V. cusus est anno 1587. in 4. ex eadem officina.

Sermones in 2. 3. & 4. *psalmos pœnitentiales* tomos 3., &

Sermones in 6. & 7. psalmos œnitentiales tomos 4.; & cuti jam typis dicuntur a Felice Ciatto; & autor ipse in epist. ad Sixtum psalmo quinto præfixa testatur, se habere *Sermones in* 2. 3. & 4. *psalmos*, quos cuderet. Franchinus vero se vidisse scribit in Bibliotheca S. Francisci Collis in Hetruria

Sermonem, sive *expositionem in* 2. *psalmum pœniten.* ms. in 4.

Oratio Davidis super primum psalmum pœniten. legitur impressa in fine dictæ expositionis.

Oratio Davidis supra 50. *psalmum pœniten. Miserere mei Deus* extat impressa anno 1579. in fine *Sermonis spiritualis* super ipsum psalmum *Miserere* in 8.

Conversio peccatoris, sive *Reformatio malæ vitæ* binas in partes divisa hetrusco idiomate vulgata est Venetiis anno 1591. per Viottum, ac Baretium.

Carmina plura scripsit, quorum nonnulla metro italico leguntur ante, & post expositiones dictorum psalmorum.

Agunt de eo Rodulphius lib. 2., & Franchinus in Biblios. n. 110. pag. 175., & 583. in appendice; nec non Orlandus in Script. Bonon.

Quadragesimales conciones etiam, & *Lectiones sac. Scripturæ*, de quibus supra mentionem fecimus, elucubravit; sed lucem aspexisse non constat. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 452. de hoc autore agens exscripsit Waddingum. V. *Fridericus*.

M C C X X V I I.

FELIX BINUS nobilis Asisias Minor. Conv. sac. Theol. Magister sacri Conventus Asisiatis Custos pietate simul, ac doctrina floruit; ejusque Opera sunt

Mensa spiritualis idiomate vulgari cusa Perusii anno 1645. per HH. Petri Thomæ in 24.

Thema salutis in Orationem dominicam.

Apologia pro Salutatione angelica. Hujus Opusculi tantum meminit Joannes a S. Anton. to. 1. ex Jacobillo, & Marracio in append., qui ajunt claruisse anno 1658.

De civitate Asisii, & vera patria Propertii, ex Franchino in Biblios. n. 111., & Coronel. to. 6. Biblioth. univ. n. 522.; ejusque ultimum *tractatum* citat Ludovicus Jacobillus to. 2. de SS. & BB. Umbriæ sub diem 23. Augusti in Vita B. Morici Ord. Min., aitque ms. extare. Ex hac familia extitit *Andreas Binus* anno 1665. ejusdem Ordinis Minister Generalis.

M C C X X V I I I.

S. FELIX A CANTALICIO Reatinæ diœcesis oppido cognominatus Ord. Capuccin. professione Laicus mira abstinentia, charitate, obedientia, reliquisque virtutibus ita profecit, ut virorum illius ætatis sanctimoniæ fama clarorum, ac in primis S. Philippi Nerii familiaritatem meruerit; admirandis signis vivus etiam a Deo decoratus extiterit; & tandem post ejus ad cælos felicem transitum anno 1587. die 18. Maji Romæ secutum inter BB. primo anno 1624., deinde & SS. catalogo adscriptus fuerit anno 1712.; cum vivens, simplicem quamvis vitam traduceret, versu tamen scripsisset

De amore Dei multiplicia cantica vernacule, quorum nonnulla leguntur edita apud P. Moncadam par. 2. Chron. Capuccin., ut notavit Joannes a S. Anton. to. 3. in append. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. ad dictum diem §. 10. & 11., & fusius Bolland. Act. SS. m. Majo.

M C C X X I X. 567.

FELIX CIATTI = non *Cialtus*, ut apud Joannem a S. Anton. to. 1., Perusinus origine clarus, sed doctrina omnigena clarior; fuit enim Historicus, Orator, Philosophus, & Theologus, suæque provinciæ Umbriæ anno 1639. Minister; obiitque Hispelli anno 1642. die 16. Octobris; relictis plurimis sui ingenii monumentis partim evulgatis, partim vero mss.

Paradoxum historicum, Perusium Propertii patriam fuisse italice. Perusii anno 1628. typis Angeli Bartoli; ut ex Franchino in Biblios. n. 113.

Paradoxum historicum de statua ænea in agro Perusino inventa, & in musæo Magni Ducis Hetruriæ recondita. ibidem anno 1631. per eumdem.

Beatus coronatus, Mysticologia in laudem B. Stanislai. ibidem anno 1632. apud eumdem.

Religiosus Academicus Oratio; nec non *Oratio in laudem coloris leucophei*, sive cinericii ibidem typis traditæ dicuntur ab Oldoino in Bibliotheca Perusini; extantque & in Bibliotheca Barberina to. 1. pag. 272.; & inter Orationes Academicorum Incognitorum anno 1635. Venetiis impressas per Sarzinam.

Additio ad Vitas Bracchii Fortebracchii, & Nicolai Piccinini; una cum Apologia de patria Bracchii. Perusii anno 1636. in 4., ex Indice Biblioth. Barber. to. 1. pag. 272.

Apologiam patriæ Bracchii, Vitasque Jo: Baptistæ Poggi, & Pompeji Pellini e latino in italicum sermonem transtulit una cum *Historia*, & *Vita Bracchi Fortebracchii a Montone*, & *Nicolai Piccinini* a Joanne Antonio Campano latine scripta, & ab eo in italicum conversa vulgavit Perusii anno 1636. in 4. inquit autor Biblioth. Ital. pag. 76.

Annalium, & Historiæ Perusinæ pars 2. & 3. prodiit ibidem anno 1638. in 4.

Ejusdem pars 4. ibidem anno 1640. in 4. decurrens usque ad annum 1285.

De Annulo Sponsali B. Virginis Perusii existente italice etiam ibidem.

Rhytmorum diversorum italicorum tomus 1.

Apologia pro fragmentis Berosi Chaldæi latine.

De Sepulchro Christi Salvatoris.

De mystica literarum significatione.

De illustribus Minoritis Perusinis; quod Opus citat Jacobillus de SS. Umbriæ die 28. Augusti, ubi de *B. Ventura*, & die 17. Septembris, ubi de *B. Senso* tractatur.

Annales Ordinis Minorum inchoati. Quæ quinque Opuscula latine scripta inedita extare, & mss. tradit sæpe cit. Franchinus in Biblios.; & Jacobillus in Script. Umbris; Lassor to. 2. pag. 326. Terr. univ. Orb.; & Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C X X X.

FELIX FRANCISCHINUS e Cassia Umbriæ oppido diœcesis Spoletinæ Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, & sui Ordinis primum Vicarius, mox Minister Generalis anno 1625. electus; anno postea 1632. Episcopus Andriensis in Apulia constitutus novennio post obiit in sua Ecclesia humatus anno 1642. ex Ughello to. 7. Ital. sac., cum edi, componique per quatuor Ministros Provinciales curasset jam Minister Generalis

Constitutiones Urbanas nuncupatas pro Ordine Min. Conv. ab Urbano VIII. confirmatas, & Romæ anno 1628. in 4. impressas typis Cam. Apost.; quibus ipse *Epistolam* encyclicam, ac præfationem præmisit, vel præmitti fecit: quas quidem Constitutiones *ordinatissimas*, & *regulatissimas* appellat P. Cemorinus in *Mantissa morali* par. 2. cas. 4. n. 34., & cas. 2. num. 230., initioque par. 2.

Ceremonialem Ordinem Romanum ad usum FF. Minorum Conventualium etiam fieri curavit, imprimique Bononiæ anno 1631. in 4. per HH. Jo: Rubei, & Florentiæ per Petrum Nestium; ut scribit Jo: Franchinus in Biblios. n. 114.; de eoque & Theulus in Triumpho Seraph.

M C C X X X I.

FELIX GABRIELLI a Capradoxo diœcesis Asculanæ in Piceno oppido Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & Philosophus insignis, Orator etiam, ac poeta extemporaneus, gymnasii S. Bonaventuræ in Urbe *Regens* constituitur anno 1646., annoque 1653. sui Ordinis Generalis Minister; quo sexennium functo, ad Nucerinam Ecclesiam regendam assumitur, quam usque ad annum 1684., quo decessit, sanctissime, prudenterque administravit; cum edidisset

Orationem de laudibus academici unus Bononiæ habitam circa annum 1630., cum ibi Theologiæ Baccalaureus, & *Academicus Philaleticus* esset; eamque ibi eodem tempore per Nicolaum Tibaldinum in 4. Extat hæc Ferrariæ in Bibliotheca S.Franc.

Disputationes theologicas de prædestinatione Sanctorum, & impiorum reprobatione ad mentem S. Bonaventuræ, & Scoti. Romæ anno 1653. in 4. typis Francisci Felicis Mancini cusas, approbatas vero anno 1652. In laudem Operis cecinisse leguntur *Fr. Thomas Antonius Roberti* Neapolitanus, & *Fr. Joannes Antonius Ghimentus* Phocensis ejusdem Instituti, ac provinciæ Tusciæ, al. *Fossecchio*, seu *Photecchio*.

De virtutibus theologicis fide, spe, & charitate disputationes. Romæ an. 1656. in 4., ex Indice Biblioth. Barber.; quas summe laudat Mastrius in 2. Senten. disp. 7. q. 11. art. 2. n. 380., & & ante eum Theulus.

De Incarnatione tractatum copiosissimum; & *Totam pene Philosophiam* clariori stylo exposuisse, testatur idem Theulus apud cit. Franchinum n. 115.

Conciones etiam *quadragesimales*; ac *Orationes* quamplures; *carminaque* plurima scripsisse eum, literis tradiderunt & Theulus, & Franchinus; sed non omnia vulgata fuisse: legitur tamen *Elogium* ab eo exaratum in laudem *Gulielmi Plati* ejusdem

In-

Instituti Bononiensis Collegii Regentis præfixum *Sermoni* ejusdem Plati in laudem *S. Francisci Asisiatis* impresso Bononiæ anno 1632. typis Nicolai Tebaldini.

M C C X X X I I.

FELIX JUSTUS Utinensis Regul. Observ. alumnus pietate unà, ac doctrina innotuit; cum scripseeit

Triginta gratiarum actiones, ac tres oblationes neeessarias cupienti Domini Iesu amorem. Utini anno 1595. lingua vernacula typis Jo: Baptistæ Natolini.

Sexaginta fructuosa monita eadem lingua ibidem anno 1566., ex Possevini Apparatu saceo; qui tamen Institutum autoris non expressit.

Præparationem, & artem bene moriendi pernecessariam; &

Vtilissimam SS. Sacramenti Eucharistiæ frequentationem Utini anno 1600. impressas, teste Josepho Caputallio in Utino Illustr. par. 1.

M C C X X X I I I.

FELIX DE LOS MOLINOS prov. Castellæ Min. Capuccin. alumnus, & Missionarius Apostolicus, vir probatæ virtutis, ac salutis animarum cupidus edidit hispanice

De veritate, & falsitate Confessionis;

De exhortatione ferventi Orationis mentalis; &

De querelis vehementibus Christi ad Sacerdotes: ex autore Bibliothecæ Capuccin., & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 346.

* FELIX PERETTUS = v. *Sixtus V.*

M C C X X X I V.

FELIX REINECCIUS ex Marchia Brandeburgensi Strict. Observ. alumnus in Austria Ferdinandi Caroli Archiducis concionator aulicus ad S. Crucem edidit

Descriptionem suæ provinciæ Tirolis, quæ ms. in fol. extat Matriti in Archivo Ordinis incip. *Quod ante paucos annos* &c.; teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 347. Ejus est etiam

Sapientia Franciscana: opus in 6. partes divisum.

Prima pars inscripta: *Solon Franciscanus* recenset acta a Franciscanis *per Orbem* diffusis, & præsertim in *Indiis orientali, & occidentali*. Hujus partis librum tertium vidi impressum Oeniponti in Tirolo an. 1650. in 8. per Michaelem Wagnesium.

Secunda pars tit. *Bias Franciscanus* impressa ibidem an. 1650. in 12., teste Petro de Alva col. 401. Militiæ, refert *acta Summorum Pontificum Franciscanorum*.

Tertia tit. *Chilon Franciscanus* germanice recitat *acta Imperatorum* maxime de Domo Austriaca, qui aliquo modo Institutum S. Francisci secuti sunt.

Quarta refert *acta* sapienter edita *a Regibus Galliæ*, & *Hispaniæ*, *eorumque filiis* Franciscanis, latine.

Quinta exponit *acta aliorum Regum*, *eorumque filiorum* Franciscanorum, latine.

Sexta demonstrat *conformitatem Ordinis Franciscani cum Ecclesia catholica*, idiomate germanico.

M C C X X X V. 568.

FERDINANDUS BASACIUS = Regul. Observ., de quo Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo, & Waddingus in Annal. ad an. 1529. n. 42., ubi ait, obiisse Guaxalzingi in Mexico.

M C C X X X V I.

FERDINANDUS BASDEUS Hispanus vernacule vulgavit ante annum 1628., ut est apud Joannem a S. Anton. to. 1.,

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ; ut habet Antonius Daza, & Petrus de Alva apud Marracium in append. ad Biblioth. Marian.

M C C X X X V I I.

FERDINANDUS A BELVEDERIO prov. Marchiæ Regul. Observ. alumnus emisit idiomate vulgari italico

Sermones morales super præcepta Pythagoræ. Æsii anno 1641. tomis 2. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 348. addit, reliquisse etiam

Super Cantica Canticorum tomos 2., qui mss. asservantur in Bibliotheca Conventus Montis Carotti ipsius provinciæ, ex relatione provinciæ ejusdem: sed etiam *Theodorus a Belvederio* ejusdem Instituti, & provinciæ, eodemque tempore vivens a Waddingo dicitur scripsisse *in Cantica*.

M C C X X X V I I I. 569.

FERDINANDUS DEL CAMPO = Regul. Observ., cujus meminit Emmanuel Rodericus to. 3. Quæst. Regul. quæst. 15. art. 8., ac inter viros sui Instituti *Operibus* celebres recenset: factus est & *Episcopus Vssellensis* in Sardinia anno 1621. ex Reges. Vatic. apud Petrum de Alva, & Astorga in Indic. Bullarii Seraph. par. 2. sub annum 1620. n. 9.; inde ad *Barancen.* in Peruano regno translatus. Joannes a S. Anton. tomo 1. de hoc agit ex Waddingo, ut & Nicolaus Antonius; Waddingus autem de eo scribit ad an. 1254. n. 46.

M C C X X X I X. 570.

FERDINANDUS DAVILA = filius Antonii Magni Contestabilis in regno Cypri, & frater Henrici Catharini Davilæ inter Italos Historicos facile principis Jurisprudentiæ Patavii operam dedit anno 1580., mox Seraphicum Ordinem anno 1583. amplexus inter Regulares Observantes Ecclesiastes egregius, & sac. Theol. Lector fuit; atque a Clemente VIII. factus est Episcopus Rethimensis in Creta anno 1593.; biennioque evoluto translatus ad Asculanam Ecclesiam in Apulia eam rexit ad 25. annos, ut legere est apud Italiam sacram Ughelli to. 8. edit. Venet., & Apostolum Zenum, qui fuse de illo agit in Opusculo de Familia, & Vita Henrici Catharini Davilæ præmisso Historiæ ejusdem Henrici *de bellis civilibus Gallicis* anno 1733. cuso, & post eum N. V. Flaminius Cornelius to. 2. Cretæ sacræ pag. 145. par. 3. Ejus

Annotationes in Evangelia Adventus prodierunt Venetiis anno 1590. ex Possevino in Appar. sac.

Conciones in Quadragesimam, & in Festos Sanctorum dies ejusdem temporis ex cit. Possevino, & Waddingo in *Francisco Davila*, cum idem sit, prodierunt ibidem anno 1591.

Orationem in obitu Philippi II. Regis Hispaniarum anno 1598. defuncti in Archiepiscopali Ecclesia Neapoli habitam cal. Febr. an. 1599. vulgatam legimus eodem anno, teste Jo: Cinello sca. 5. pag. 31., eamque in 4. typis Pauli Venturini ex to. 1. Biblioth. Barber. pag. 329., & apud Joannem a S. Anton. to. 1. ex Nicolao Antonio. De hujus *Episcopatu Asculano* testatur & Waddingus in *Francisco Davila*.

M C C X L.

FERDINANDUS DE PAEZ ex oppido Penalvez To-

Toletanæ diœcesis Doctor Complutensis, & Cathedræ Subtilis Doctoris primarius Moderator Minorita factus provinciæ Castellæ, & Complutensis Cœnobii Regul. Observ. alumnus doctrina, & vitæ sanctimonia clarus evasit; conscripsitque plura eruditione, & pietate plena.

Commentarius in 1. librum Sententiarum memoratur a Ludovico Rebolledo apud Anton. Rojum in Hist. S. Didaci lib. 5. cap. 2., Nicolaum Antonium, & Gonzalez to. 6. Chron. Ord. lib. 3. cap. 31.; quos refert Joannes a S. Anton. to. 1., additque, obiisse anno 1583.

M C C X L I.

FERDINANDUS PEREZ Hispanus olim majoris Collegii Complutensis alumnus, postea Regul. Observ. provinciæ Castellæ, teste Fr. Petro Salazario lib. 2. Hist. prædictæ prov. cap. 23., composuit, sed non evulgavit, circa annum 1520.

Commentarium in 1. librum Sententiarum, & *Tractatum de Angelis*.

Tractatus de Matrimonio ms. extat in Bibliotheca Ambrosiana, teste Nicolao Antonio to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 294., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 349.

M C C X L I I. 571.

FERDINANDUS VINTKIUS = ut est in appendice hujus Operis apud Waddingum. Hunc omisit Joannes a S. Antonio.

M C C X L I I I.

FIDELIS A S. GERMANO Subalpinus Ordinis Capuccinorum Theologiæ Lector, & verbi Dei prædicator Apostolicus, & non inelegans ex iis, quæ scripsit, ab eo habitam Mediolani anno 1610. die 7. Novembris occasione Canonizationis S. Caroli Borromæi Cardinalis

Orationem de laudibus B. Caroli Borromæi Cardinalis vulgavit Mediolani eodem anno, ut habet Rossottus in Syllabo Script. Pedemont.; italice edidit etiam

Exercitium pro reductione peccatoris ab ipso in praxim Romæ redactum in Oratione 40. horarum in S. Damaso habita. Comi anno 1614. apud Hieronymum Ferrovam.

Fusius de illo agit autor Biblioth. Capuccin., qui ait, obiisse eum Romæ anno 1622. Hunc ferunt Cardinalitiam Purpuram a Gregorio XV. oblatam respuisse; ut apud Joannem a S. Anton.

M C C X L I V.

S. FIDELIS A SIGMARINGA Suevus, olim J. V. Doctoris lauream adeptus Friburgi, ex honesta Reyorum familia post varias Europæ lustratas provincias superna vocatione illustratus Ordini Seraphico inter Minores Capuccinos adscribi petiit in provincia Helvetiæ, inter quos & eruditione, & sanctitate floruit; unde ex sac. Congregationis de Propaganda Fide præscripto Apostolicis Missionibus in ea provincia præpositus, indefessus extitit operarius, hæreticorumque per Germaniam Rhætiam malleus; adversus quos, & potissimum adversus Calvinistas scripsit latine

Apologiam doctrinæ Catholicæ Ecclesiæ: & *Disputationem contra quosdam hæreticos Prativogienses de sancto Missæ sacrificio*: impressas sine nomine, & loco.

Symbolum fidei composuit typis datum jussu Sedis Apostolicæ ad usum Germanorum illius provinciæ; in qua conspiratione hæreticorum Brecticolæ Geatviæ, al. Sevisii, Martyrium accepit, & gloriose in cælum evolavit die 24. Aprilis 1622., primusque Martyr extitit illius Missionis recens institutæ; sed & exinde miraculis, & signis Curiæ, & Veldekirkii, ubi ejus reliquiæ summa populi veneratione coluntur, clarescens in Beatorum numerum anno 1729. a Benedicto XIII. relatus est; ac Sanctis adscriptus ab ejus successore Benedicto XIV. anno 1746.; cujus Vitam descripsit Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 11. Julii, & Marcellinus e Pise to. 3. Annal. Capuccin. ad eum annum 1622.; nec non Lucianus Montefontanus latine; hispane vero quidam Capuccinus vulgavit Matriti in 8.; e quibus Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 342.

* FIRMANUS CAPITIS = v. *Freminus*

M C C X L V.

FLAMINIUS DE GRITTIS Italus Min. Capuccin. alumnus vir innocentia vitæ, zelo animarum insignis, & Evangelicæ prædicationis munere suo tempore conspicuus composuit sermone vulgari

Pias meditationes, sive præparationes ad sancte moriendum. Maceratæ anno 1620. in 8. apud Petrum Salvionum, ex Joanne a S. Anton. to. 1.

M C C X L V I.

FLORENTINUS, vel Florentius CALETENSIS Gallus prov. Parisien. Min. Capuccin. alumnus doctus, & pius vernacule publicavit

Tractatum Theologicum contra communem hæreticorum propositionem ab illis pertinaciter assertam, nimirum: Bona opera non esse necessaria ad salutem, cum abunde Christus pro nobis satisfecerit: teste autore Biblioth. Capuccin., & Dupino in Supplem. to. 3.

Ejus obitum, vel Martyrium succincte recenset Marcellinus a Pise to. 3. Annal. Capuccin., quod toxici spiculo ab hæreticis mortifere sauciatus placidissime obdormivit in Domino anno 1625.; & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C X L V I I. 572.

FLORENTIUS BURGOINUS = ita quidem cognominatus, ut ipsemet in sua ad Vincentium Lunellum sui Ordinis Ministrum Generalem epistola, qua ad eum *Indicem magnum ad Opera S. Augustini* anno 1541. misit eodem anno Parisiis cum Operibus ejusdem S. Augustini typis Hæ. Æmonis a Porta in fol. vulgatum, ostendit; ex nobili namque Parisiensi familia, de qua scriptores Galli tractant, extitit; Opusque prodiit etiam Valentiæ anno 1552., eodemque anno Venetiis in 4. m. ad signum spei auctius, & correctius in fol. parvo. Joannes Du Dovet Minorita Gallus in epistola, quam Operi *Formalitatum* a se Parisiis evulgato anno 1579. præmisit, meminit celeberrimi *Doctoris Theologi P. Burgongne* Franciscani *Turonensis Ecclesiastæ* sui præceptoris; cujus ex dictatis, quorumdamque Franciscanorum laboribus fatetur se Monotessaron, & Harmoniam *Formalitatum* amplificatam exponere: sed an de isto Florentio, an vero de alio loquatur, haud facile dixerim. De eo Joannes a S. Anton. to. 1. ex Vaddingo; sed perperam *Florentinum* appellat. Vide infra *Florentius Vouropinus*.

* FLORENTIUS CALETENSIS = Vide sup. *Florentinus*.

M C C X L V I I I. 573.

FLORENTIUS CONRIUS = Salmantini Conventus Regul. Observ. alumnus, ex Chron. prov. Compostel. to. 1. pag. 116., obiit Matriti anno

no 1629. ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 351., de quo & Dupinus.

Tractatus tertius de misero statu naturæ lapsæ &c. prodierat jam ibidem an. 1641. in 4. m. typis Claudii Colleville.

M C C X L I X. 574.

FLORENTIUS GRAJUS = Strict. Observan. vivebat anno 1600. De hoc Joannes a S. Anton. to. 1. Waddingum exscribit.

M C C L. 575.

FLORENTIUS AB HANSWICK = concionator; cujus

Concionum maxime de BB. Virgine tomus in fol. prodiit Lovanii anno 1655., teste Petro de Alva col. 399. Militiæ univ.

Cornucopia concionatorum &c. tomum 3. brevi proditurum scribit Aubertus Miræus in suo de Scriptor. Eccles. Auctario sec. XVII. n. 2. 242.; & n. 245. in *Cypriano Croesels* asserit, præter *Cornucopiam* alia præ manibus habuisse, quæ vulgaret. Videatur P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccin., ex quo & Joannes a S. Anton. to. 1., & Marracius.

M C C L I. 576.

FLORENTIUS LEYDANS = prodiit antea Neapoli anno 1581. in 8. juxta Indicem Bibliothecæ Barberinæ. De eo Rodulphius agit lib. 3., & post eum alii plures, cum Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 352.

577.

FLORENTIUS VOUROPINUS = cognomen corruptum; est enim *Florentius Burgoinus*, de quo supra; & qui fratrem habuit ejusdem Instituti *Franciscum* nomine, qui anno 1562. apud Montem Brisonem in provincia S. Bonaventuræ cum tribus aliis ab hæreticis Martyrium pro fide passus est. Joannes a S. Anton. de hoc to. 1. ut sup.

M C C L I I. 578

FORTANERIUS VASSELLI = Bartholomæus Pisanus autor coævus in Conform. XI. par. 2. asserit, eum fuisse *Gordomiensem* provinciæ Aquitaniæ, & Custodiæ Cadurcensis; ejusque etiam meminit Conform. VIII. inter Scriptor., & Cardin. Ord. Minorum. Autor *Informat. Proces. Observantiæ sac.* in Monumentis Ordinis Min. anno 1511. excusis tract. 2. *Constitutiones Farinerias* scribit esse hujus Fortanerii, qui anno 1343. Massiliæ in Comitiis Generalibus *Statutis Narbonen.* S. Bonaventuræ additamenta nonnulla fecit; dictas tamen *Farinerias*, quod Gulielmus Farinerius Minister Generalis eas promulgaverit. Ceterum Fortanerius obiit non Patavii, sed *Ferrariæ die 12. Novembris*, ejusque corpus delatum est Patavium, ibique tumulatum, teste autore Chronici Estensis in to. 15. Rer. Italic. Script., cum præmisisset, eum jam *Cardinalem* die 6. Octobris fuisse Ferrariæ; quare non XV. *kal. Decembris*, ut ait Waddingus, sed XV. *kal. Octobris* in quatuor Temporibus Purpura donatum crediderim.

M C C L I I I.

FORTIUS GALLUS natione, socius individuus S. Ludovici Episcopi scripsit

Vitam ejusdem S. Episcopi, teste Arturo in Martyrol. Francisc. d. 19. Aug., quem secutus est Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 352.

579.

FORTUNATUS FIDELIS = leg. *Benedictus Fidelis*, *filius Fortunati* Medicinæ Doctoris, uti nos docet Franciscus Bordonus in Chronol. 3. Ordinis cap. 38., & cap. 25. n. 82.; de eoque actum est supra V. *Benedictus Fidelis* cum eodem Waddingo.

M C C L I V. 580.

FORTUNATUS A PERUSIO = cognomento *de Copolis*, uti perhibet ex Mariano Marcus Ulyssiponensis in Chron. par. 3. lib. 5. cap. 49., qui & doctissimum virum dicit, & in seculo jam J. V. Doctorem celeberrimum; defuncta uxore Franciscanum Institutum elegisse; unaque cum Fr. Barnaba Interamnensi *Montis Pietatis* institutioni operam navasse circa annum 1450., idque concionibus, & *scriptis* effecisse: fuit enim fervidus divini verbi prædicator; unde extant apud Indiculum Bullar. Seraph. Petri de Alva Litteræ Pontificiæ sub ann. 1471. & 1473., ut Senis, Pistorii &c. ipsi *conciones* habere liceat.

* FRANCISCA BORGIA = Vide *Francisca a Jesu*.

M C C L V.

FRANCISCA FARNESIA Marchionum de Soragna in ducatu Parmensi filia Ordinis S. Claræ *a Jesu Maria* nuncupata Monasteriorum S. Mariæ Gratiarum *Farnesii*, SS. Conceptionis *Romæ*, & *Albani* fundatrix, ac reformatrix Monasterii S. Mariæ Angelorum *Prænestinæ*, virgo, quæ & doctrina, & vitæ sanctitate mire inclaruit, obiitque Romæ die 17. Octobris anno 1651. ætatis suæ 59. in suo Conceptionis Monasterio; cum scripsisset nonnullos

Tractatus instar meditationum pro diebus Dominicis, festisque totius anni italice pro suis Monialibus.

Tractatum meditationum super Oratione dominica in 7. capita divisum italice, valde doctum, atque pium.

Orationes nonnullas pro quotidiano exercitio suarum actionum italice.

Varias orationes dictis, sententiisque sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum refertas de amore Dei latine.

Versus complures in juventute, quos postea igni tradidit; erat enim & versu, & prosa, musica quoque, atque astrologica disciplina instructa, uti Andreas Nicolettus in Vita hujus Ven. Virginis Romæ anno 1660. vulgata, & ex eo Benedictus Mazzara in Legend. Francisc. ad diem 17. Octobris.

Opuscula ejus *sacra diversa Poemata* excudit Venetiis Jo: Jacobus Hertz an. 1679. Jussu quoque sui Confessarii descripsit

Vitam suam; præsertim vero copiosissimas a Deo arreptas gratias.

Canticum de Assumptione B. Mariæ Virginis prodiit anno 1654. in 8., teste Petro de Alva col. 402. Militiæ. Scripsit etiam

Litteras quasi ultimæ voluntatis; sive Nuncupativum sui Cœnobii Monialibus directum pro Constitutionum observantia, & sui Instituti recordatione. De hac Joannes a S. Anton. agit to. 1. pag. 354.

M C C L V I.

FRANCISCA A JESU Hispana Joannis *de Borgia* Ducis Gandiæ filia una ex fundatricibus Monasterii Excalceatarum Clarissarum Gandiæ, & Monasterii Vallisoletani ejusdem Instituti Abbatissa Monialibus suis scripsit

Monita spiritualia; quæ publicavit Fr. Jo: Carillus provinciæ Aragoniæ alumnus in sua *Relatione* hi-

historica fundationis Regii Monasterii Excalceatarum S. Claræ Matritensis edita Matriti anno 1616. in 4. typis Ludovici Sanchez fol. 76. & seq.

Obiit quinquagenaria Vallisoleti die 28. Octobris an. 1557. ex Jo: a S. Anton. to. 1.

* FRANCISCA A JESU MARIA = Vide *Francisca Farnesia*.

MCCLVII.

FRANCISCA DE TRIGLIS a Serrone vico diœces. S. Severini in Piceno humilibus, sed piis parentibus orta, ab ineunte ætate futuræ innocentis vitæ specimen dedit, annoque 1577. die 22. Februarii in Ecclesia S. Francisci Minor. Conventual. S. Severini *Tertii Ordinis* Regulam professa, a nemine instructa, cum nec præceptoris copiam habere posset, fertur literas, & artem scribendi etiam latine prosa, ac versu, acuque pingendi a B. Virgine didicisse; dono prophetiæ fuit ornata, aliaque sanctitatis signa edidit; ac tandem decessit an. 1607. die 7. Aprilis ætatis anno 43. m. 8. d. 4., humata in Ecclesia S. Mariæ Luminum, nunc Clericor. Regular. S. Pauli, apud S. Severinum; cum scripsisset italice

Versus de passione Domini, nec non

Epistolas plures pias ad diversos, etiam ad Christinam Lotharingiæ Hetruriæ Ducis uxorem; & *alia*.

Ejus *Vitam* scripserunt Julius Scampoli Barnabita, & Jo: Baptista Cancellotti Soc. Jesu Sanseverinates, ex quibus Benedictus Mazzara in Legend. Francisc. d. 7. April.; Jo: Baptista Paganus, quæ suppresso nomine edita fuit Panormi an. 1671. apud Isolam ex Mongitore Biblioth. Siculæ append. 2. apud Jo: a S. Anton. to. 3. in append.; & Felix Achilleus de villa Serroni, quæ ms. extat Romæ in Biblioth. Vallicell. L. 3. cum *alia* ex processibus collecta a Jo: Severano Congr. Oratorii L. 1. 4. 5. De ea agit & Petrus Antonius Venetus Viridar. Seraph. to. 2. par. 5. cap. 3.; a quo Jo: a S. Anton. to. 1.

* FRANCISCHINUS FERRARIENSIS, vel Vicedomini = Vide *Franciscus Vicedomini*.

MCCLVIII.

FRANCISCHINUS RIVA Mediolanensis edidit italico idiomate

Opusculum Chordigerorum S. Francisci impressum Papiæ anno 1604., quod citat non semel Franciscus Antonius a Leonibus Minorita in sua *Chordigerorum Instructione* cap. 1. cau. 2. pun. 5. & 8., & alibi.

MCCLIX. 581.

FRANCISCUS DE ABBATIBUS = *de Abbate* etiam dicitur a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1344. n. 8. ex Mariano; estque ille alter *Astensis*, de quo Bartholomeus Pisanus autor suppar in Conform. XI. par. 2. de prov. Genuæ, Cœnobioque Astensi agens ait, edidisse

Postillam super omnia Evangelia dominicalia, & quadragesimalia. Ejusdem codicem ms. inveniri Patavii in Bibliotheca S. Antonii, legimus apud Jac. Philippum Thomasinum in Biblioth. Patav.; nec non in Bibliotheca Cœnobii Valdescopesi provinciæ Conceptionis in Hispania, testatur ipse Waddingus infra in *Francisco Alvato*, quem diversum existimavit.

Postilla Abbatis super Dominicas totius anni incipiens: *Erunt signa in sole, & luna*: finiens vero: *vivit, & regnat. Amen*: ms. extabat olim Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci, ex veteri indice ejusdem Bibliothecæ anno 1437. exarato pag. 15. 66. & 68. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 11. versus Ecclesiam n. 128. cod. in 4. parvo ms. habetur: *Postilla super Evangelia dominicalia totius anni except. quadrages. de novo compilata edita a Fratre Francisco de Abbate de civitate Astensi de Ordine Fratrum Minorum. Dominica prima de Adventu. Erunt signa in sole, & luna* &c. *Quamvis Iesus Christus in morte cujuslibet singulare judicium* &c. Ibidem n. 130. extat *Postilla super Evangelia dominicalia totius anni, exceptis dominicalibus de novo compositis a Fr. Francisco de civitate Asteasi*. Habetur & Asisii ms. in fol. pergam. in Archivo sac. Conventus S. Francisci, & dicitur *Francisci de Abbate Astensis*. Eadem *Postilla super Evangelia dominicalia totius anni* ms. extat Dunis apud PP. Cistercienses clas. 4. n. 42.; Patavii in Bibliotheca Eremitarum S. Aug.; & Salmanticæ in Bibliotheca majoris Collegii S. Bartholomæi scrin. 177. cod. pergam. in fol. incipiens a Dominica prima Adventus, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 355.

Sermones de Sanctis mss. asservantur antiquis characteribus eod. in 4. Toleti in Bibliotheca majoris Ecclesiæ, ex cit. Jo: a S. Anton. pag. 356. to. 1.

Quadragesimale Abbatis ms. & ipsum olim extabat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci ex supracit. Indice pag. 72. & 73. Hoc autem incipere: *Cum jejunatis* &c.: *Sicut apparet ex multiplici experimento*: indicat P. Rodulphius lib. 3. Extat & ms. chart. in 4. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci.

Sermones quadragesimales Fr. Abbatis d'Ast mss. habentur in Bibliotheca S. Albini Andegavensi cod. 153. in 4., ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1226.; & Salmanticæ in Bibliotheca Collegii majoris S. Bartholomæi in fol., ex Joanne a S. Anton. to. 1. p. 356. In Toletana etiam Bibliotheca S. Joannis Regum extat ms. in fol., cujus in calce legitur: *Expliciunt Sermones quadragesimales Fr. S. Abbatis de Ast*: incipiunt: *Cum jejunatis*: titulus autem codicis est *Mediavilla*; unde Joannes a S. Anton. to. 3. Biblioth. Francisc. pag. 59. existimavit, esse *Quadragesimale Richardi Mediavilla*, sed fallitur; nam titulus ille addititius est censendus, vel codex forsan fuit olim Mediavillæ.

Sermones Francisci Astensis Minoritæ citant veteres Jo: Card. Turrecremata in tractatu de Verit. Conceptionis B. V. par. 13. cap. 3., & Gabriel Barletta in Serm. de Concept. B. V.

Distinctiones Astensis incipientes: *AAA significat gemitum, & mentem*: habentur in dicta Bibliotheca Toletana sub 2. n. 65. aptæ multum ad componendos Sermones, teste Joanne a S. Anton. to. 1. p. 144., qui huic Astensi adjudicat.

* FRANCISCUS DE ABILA, quem hic adjungit Joannes a S. Anton. ex Dupino, & Hallevordio to. 1. pag. 357., & iterum pag. 379. ex iisdem, vocabatur *Fr. Ferdinandus Davila*, ut suo loco dictum est.

MCCLX.

FRANCISCUS ADRIANI Bononiensi sac. Theol. Doctor Parisiensis, & verbi Dei prædicator illustris, utraque lingua græca, latinaque peritus, *viri angelica vita* titulo condecoratus in Literis erectionis *Theologici Gymnasii* anno 1363. Bononiæ factæ, eujus e novem fundatoribus unus & ipse extitit, plura scripsisse verisimile est; nihilominus unum dumtaxat Opus ejus inveni, scilicet *Tra-*

Tractatum in Symbolum S. Athanasii; ex Gherardaccio lib. 24. Hist. Bonon., Alidosio to. 1., aliisque Scriptoribus Bononiensibus, nec non Koning in Biblioth. Univ.

M C C L X I. 582.

FRANCISCUS ÆSINUS = Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 431. dicunt cognomine *Repatam*; fecturque post mortem etiam miraculis claruisse. Ejus

Circulus divini amoris prodiit Romæ anno 1521.

Explicatio doctrinæ christianæ jussu Marcelli II. Papæ inter Vaticanæ Bibliothecæ codices est reposita.

M C C L X I I. 583.

FRANCISCUS DE ALCOCER = Regul. Observ., cujus

Confessionarium prodiit primùm Salmanticæ anno 1572. in 8. apud Alex. de Canova; Cordubæ anno 1592.; Matriti anno 1598., & alibi, ex Joanne a S. Anton. to. 1. p. 356., qui tradit, obiisse anno 1580., & scripsisse *hispanice*.

Liber de ludo sermone hispano prodiit Salmanticæ anno 1559. per Andream de Portunenii in 4., teste Possevino lib. 4. Bibliothecæ selectæ cap. 22., & cit. Joanne a S. Anton.; sed alias confunditur cum *Jo: Alcozer*, de quo infra. De eo & Nicolaus Antonius.

Liber itaque *de caremoniis Ecclesiasticis* pertinet ad *Joannem Alcozer* ejusdem Instituti; & cui illum attribuit Gavantus in *Thesauro Caremon. Eccles.* in indice autorum, quibus usus est, & Joannes a S. Anton. to. 1. & 2. Sed & illi quoque Waddingus adjudicat *Confessonarium* cusum Cordubæ anno 1592., utrumque confundens. Franciscus porro anno 1569. castigavit

Tertiam partem Chronicorum S. Francisci a Marco Ulyssiponensi elucubratam; ut legitur in *privilegio* Philippi II. Regis Catholici dictæ 3. parti anno 1570. præfixo.

584.

FRANCISCUS ALVATUS = vox corrupta in errorem attraxit Waddingum, eumque secutum Joannem a S. Antonio; est enim *Franciscus Abbatis*, vel *de Abbate*, de quo supra actum est.

M C C L X I I I.

FRANCISCUS DE AMORE Corleonensis prov. Siciliæ Regul. Observ. edidit lingua vulgari itala

Orationem de vanitatibus hujus mundi in obitu Philippi II. Hispaniarum Regis Panormi anno 1599. in 4. typis Jo: Antonii Francisci, ex Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, ex quo Joannes a S. Anton. to. 1.

585.

FRANCISCUS AMPULLUS = neque *Ampullus*, neque *de Ampullis* hic fuit; cum nomen sit mendose scriptum; sed legendum *Emporiensis*, vulgo *Empoli* in Hetruria; estque *Franciscus a S. Simeone*, de quo infra agitur. Mendum in antiquis codicibus decepit Rodulphium lib. 3., & eos, qui ab eo exscripserunt; quibus accessit & Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C L X I V. 586.

FRANCISCUS ANDEGAVENSIS = Ord. Capuccin. Gallus prov. Parisien. alumnus; de quo Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., & ex eo Joannes a S. Anton.

Vita P. Ioseph le Clerc Capuccini omnium Missionum tam orientalium, quam occidentalium Commissarii Generalis prodiit Parisiis anno 1645. in 4. per Dion. Thierry, ex cit. Genuensi, qui addit, *alia Opera* eum scripsisse.

* FRANCISCUS ANDREAS DE TURRE = v. *Franciscus Torres*.

M C C L X V.

FRANCISCUS ANFRONT Gallus prov. Normanniæ Min. Capuccin. alumnus doctus, & eruditus composuit librum inscriptum:

Scientia Principis tomo 1. in 4., teste Dionysio Genuensi in Biblioth. Script. Capuccin., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 358.

M C C L X V I. 587.

FRANCISCUS DE ANGELIS = Strict. Observ. Discalc. e Castroviridi diœcesis Legionensis insignis ecclesiastes edidit latino idiomate

Pias considerationes super Antiphonam &c. Matriti etiam anno 1648. in 4. apud Franciscum Garciam, una cum

Concordantiis SS. Patriarchar. Dominici cum Francisco, ex Joanne a S. Anton. to. 1.

Considerationes in Evangelia Festivitatum Christi, & Angelorum cum Patriarchis nostris Dominico, & Francisco cum aliis Sanctis mss. in fol. asservantur Vallisoleti in Conventu S. Didaci incip.: *Cur sancta Religio?*

Considerationes in Evangelia præstantiorum Dei mysteriorum, Sanctorumque nostræ Seraphicæ Religionis mss. in fol. ibidem

Considerationes in Evangelia Festivitatum Sanctorum cum Historia Ruth mss. in fol. ibidem.

Elucidationes in fere totam sacram Scripturam mss. in fol. ibidem

De sermonum speculatione, cum *Adventuali*, *Quadragesimali*, & *Mariali* pro sermonum praxi mss. in fol. ibidem, teste cit. Joanne a S. Anton. to. 1.

* FRANCISCUS DE ANGELIS alter = Vide *Franciscus Quiñonius*.

M C C L X V I I.

FRANCISCUS A S. ANNA Hispanus Discalc. prov. S. Joseph alumnus, & Pater, regiusque ecclesiastes edidit in lucem

Quadragesimales conciones. Cæsaraugustæ anno 1641. in fol. apud Jo: de Ibar.

Exhortationem catholicam, seu *concionem tempore belli habitam*. ibidem anno 1640. apud Carolum Sanchez.

Orationem funebrem in exequiis Elisabethæ Borboniæ Galliarum Reginæ. Matriti anno 1642., & Cæsaraugustæ anno 1645. in 4.

Concionem de SS. Dominico, & Francisco impressam anno 1647., teste Petro de Alva tab. 1. Operis tit. *Naturæ prodigium*; & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 359.

M C C L X V I I I.

FRANCISCUS A S. ANTONIO Hispanus Strict. Observ. Discalc. prov. S. Didaci; deinde prov. S. Gregorii in Philippin. Insulis alumnus elaboravit

Artem, & vocabularium linguæ tagalæ tit.: *Institutio linguæ tagalæ* tomis 2., Missionariis valde necessariam, teste Anton. de Llave.

M C C L X I X. 588.

FRANCISCUS ANTONIUS BLONDUS = diœcesis Salernitanæ anno 1637. constituitur Episcopus Capritanus; annoque 1640. ad Ortonensem, & Camplensem Ecclesias transfertur, ubi decessit anno 1644., ex Ughello to. 6. & 7. Ital. sac.

Quaestio de adaequato naturali Philosophiae subjecto prodiit Romae anno 1637. in 4., ex Indice Biblioth. Barber., & ex Biblioth. Conv. SS. XII. Apost. de Urbe, opera Fr. Caroli Bergalli Panormitani ejusdem Instituti, typis Ludovici Grignani, in cujus laudem edidit *epigramma* Fr. Petrus Martini Mayngauensis prov. Argentinae ejusdem Ordinis, ejusque discipulus. Scripsit etiam Opus

De intellectu, voluntate, & scientia Dei, quod anno 1620. examini, ac censurae Matthaei Ferchii commissum fuit, ex Regesto Ordinis apud Franchinum in Biblios. num. 125., qui addit, scripsisse eum insuper

De Unitate, & Trinitate in Divinis; aliosque tum *Philosophicos*, tum *Theologicos tractatus* perfecisse, sed in lucem non protulisse: & Aug. Superbus autor coaevus in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. fol. 49. affirmat, edidisse typis non modo *de praedestinatione*, sed etiam *de scientia Dei*, & *de auxiliis divinae gratiae*. Bartholomaeus Mastrius hunc saepe citat in Morali Theologia disp. 13. *de censuris*. De eo Toppius in Biblioth. Neapol.; Leo Allatius de Viris illustr. pag. 103.; & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 360. ex Coronello Biblioth. univ. to. 6. n. 546.

M C C L X X. 589.

FRANCISCUS ANTONIUS CASIMIRUS = Brundusinus sac. Theol. Magister, ac suae provinciae anno 1607. Minister; quo anno suum Opus Theologicum, quod inscribitur:

Scotus dilucidatus in 2. Senten. librum: iterum excusum est Neapoli in 8. typis Jo: Jacobi Carlini Josepho Pisculio Min. Conv. Generali Ministro dicatum: extat Bononiae in Bibliotheca S. Francisci.

Commentarios in 4. Senten. librum etiam ediderat copiosos, quos morte praeventus aetatis suae anno 50. vulgare nequivit; quemadmodum habet Franchinus n. 126., qui aliud ejus Opus commemorat, videlicet

Sylvam topicam diversarum materiarum scholasticarum, quae Evangeliis quadragesimalibus applicari possunt italico sermone compactam; sed ms. Joannes a S. Anton. to. 1., Nicolaus Toppius, & Sannig. exscripserunt Waddingum.

M C C L X X I. 590.

FRANCISCUS ANTONIUS DE LEONIBUS = dioecesis Barensis in Apulia, cujus

Instructionem Chordigerorum cum *additionibus* iterum impressam legimus Neapoli anno 1644. in 8. per Jacobum Gaffarum; quae editio extat Ferrariae in Bibliotheca S. Francisci; cum primo prodiisset ibidem anno 1638. in 8. per eumdem Gaffarum; atque utraque editio habetur Romae in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum.

Memoriale ex Constitutionibus Urbanis typis editum anno 1634.

De censuris ecclesiasticis, & interdicto: Opuscula Moralia praelo commissa dicit Ciattus apud Franchinum in cit. Biblios. n. 130. Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum.

M C C L X X I I.

FRANCISCUS ANTONIUS MONCADA Matritensis prov. Castellae Min. Capuccin. alumnus scripsit latine

Tractatum de pactis impressum Matriti anno 1639. in 8.

Prosodiam novissimam. ibidem in 8.

Annales P. Zacchariae Boverii ejusdem Instituti alumni e latino in hispanum idioma transtulit, vulgavitque tomis 3. in fol. Matriti ann. 1644. 1645. & 1647., ex Torrecilla in Catalogo AA. pag. 135., & Joanne a S. Anton. to. 1.

* FRANCISCUS DE APINIANO hic recensitus a Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 360. est *Franciscus Rubeus* a Pignano: floruitque, antequam *Reformatio Regul. Observantiae* an. 1368. insurgeret.

591.

FRANCISCUS AB AQUAPUTRIDA = vide *Franciscus Spiaeti* infra; idem enim est. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 360., ac Toppius acceperunt a Waddingo, hic autem a Possevino.

M C C L X X I I I.

FRANCISCUS AB AQUISBORMIIS Rhetiarum oppido Cappuccin. prov. Mediolanen. vitae sanctitate, doctrinae excellentia, ingenii facilitate, & concionandi facundia suo aevo illustris a Gregorio Papa XIII. opera S. Caroli Borromaei apud Catholicos Elvetiorum Principes cum Commissarii Generalis potestate destinatus, ut orthodoxas veritates coram illis protestaretur, omnia regionis illius oppida permeans, haereticorum Ministros partim convicit, partim vero ad Ecclesiae gremium attraxit, scripsitque

Acta disputationis ab eo habitae in Rhetia cum quodam Ministro haeretico de Rochelf nuncupato de SS. Eucharistiae Sacramento an. 1576.

Obiit Uraniae in Helvetia cum sanctitatis fama an. 1583.; de cujus morte ferunt acerbe lacrymatum esse S. Carolum ob gravem jacturam, quam in eo fecerat Ecclesia; ex Annalibus Boverii apud Autorem Biblioth. Capuccinor., & Jo: a S. Anton. to. 1.

M C C L X X I V. 592.

FRANCISCUS AREGATIUS = quem Jacobus Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 14. sub anno 1406. summis extollit encomiis, Ecclesiam Bergomensem *per quatuor & triginta annos doctrina, & exemplo* gubernasse tradens; ac tandem *anno Domini 1437. quarto idus Augusti vita functum apud S. Franciscum ibidem maximis cum lachrymis sepultum*; cum anno 1403. ad eam Ecclesiam assumptus fuisset, ut legitur apud Ughellum to. 4. Ital. sac. Anno autem 28. aetatis suae fuit ad Episcopatum assumptus, ut habet Castellus de Castello in Chronico Bergomen. to. 16. Rer. Ital. Script., ubi dicitur Franciscus *de Regatis die XI. Martii 1403. die Dominica* ingressus Cremonam pro Episcopatu administrando. Itaque pro *Aregatius* legendum est *a Regatiis*. Edidit

Homilias Dominicales totius anni, & alia plurima, quae desiderantur, inquit Waddingus infra in *Francisco Ragatio*, qui idem est; uti constat etiam ex Arisio in Cremona Liter., & Rodulphio lib. 3., & si quid veri perhibet Augustinus Superbus in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 44. scripsit etiam

In Philosophiam, & Theologiam;
In Epistolas Pauli; &
Sermones de Sanctis.

593.

FRANCISCUS ARETINUS = vide *Franciscus de Pitigianis*; nam idem est. Joannes a S. Anton. secutus errorem Waddingi diversum facit; erroremque auxit, ei adscribendo *Interpretationem Commentar. Chrysostomi in Evang. Joannis*, quae est alterius *Francisci Aretini* senioris, & secularis.

MCCLXXV.

M C C L X X V.

FRANCISCUS ARIMINENSIS prov. Bonon. Min. Conv. sac. Theol. Doctor, Scholasticus, atque ecclesiastes insignis, quem puto illum *Magistrum Franciscum Ord. Min.* anno 1433. Bononiæ in Templo S. Petronii Quadragesimæ tempore concionatorem, ex monumentis illius Basilicæ; anno 1437. *Socius Ordinis* erat; eoque munere insequenti anno interfuit Concilio Ferrariensi, al. Florentino, ex Actis: anno vero 1447. die 6. Martii in patriæ Æde majori coram Bartholomæo Malatesta urbis Episcopo, & omnibus utriusque Cleri Ordinibus clarissimam habuisse Orationem in funere Eugenii PP. IV. legimus in Chronico Ariminensi tomo 15. Rer. Ital. Script. publicato. Factus est demum an. 1450. suæ provinciæ *Minister*, teste Waddingo in Annal. Min.; narratque Rodulphius lib. 2. fol. 271. in prov. ac Cust. Veneta, Pium II. anno 1459. die III. idus Decembris ad preces Ducis Paschalis Maripetri, Venetæque Reipublicæ concessisse ei Locum *S. Jacobi in Palude* pro sua Religione. Anno 1455. interfuerat Comitiis Generalibus Asisii pro compositione inter Conventuales, & Observantes; ut habetur apud Waddingum ad eum annum n. 51. Obiit non multo post annum 1459.; eum scripsisset

Conciones quadragesimales, & per annum; nec non

Sermones, & Orationes diversas.

M C C L X X V I. 594.

FRANCISCUS AROLA = de quo Possevinus in Appar. sac.; & Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

M C C L X X V I I.

FRANCISCUS ARRIBA Hispanus prov. Conceptionis Regul. Observ. Minister, Annæ Austriacæ Hispaniar. Reginæ a Confessionibus, Episcopus primum Segobiensis, postea Civitatensis ex præscripto Clementis PP. VIII. perficiendum suscepit opus in 4. libros divisum

De conciliatione prædestinationis, & gratiæ cum humana libertate citatum a Matthia Koning in Bibliotheca. Parisiis an. 1622. in 4. typis Laurentii Sonni ex Jo: a S. Anton.

M C C L X X V I I I. 595.

FRANCISCUS ASCULANUS = *Fr. Franciscus de Marchia* hic dicitur in litteris Ludovici Bavari datis anno 1336. ad Benedictum XII. apud Raynaldum ad eum annum n. 32., idemque est ac *Franciscus Rubeus de Apiniano*, al. de Pignano, nobili diœcesis *Asculanæ* oppido in Marchia Anconitana, seu Piceno, quem Waddingus alios secutus in tres divisit, modo *Franciscum Asculanum*, modo *Franciscum Rubeum de Pignano*, & modo *Franciscum de Marchia* appellans. Etenim in codice 733. scam. 30. Bibliothecæ Florentinæ S. Crucis habetur in principio charactere valde antiquo: *Incipit improbatio Magistri Francisci de Esculo Ordinis Minorum* &c.: in fine vero ejusdem, nec non quorumdam Opusculorum post eum pag. 127. legitur *tabula* omnium in eo codice contentorum alterius quidem characteris, sed tamen antiqui, in qua dicitur: *Improbatio dictæ Decretal. prolixa . . . . edita per Fratrem Franciscum Rubeum de Esculo* &c. Huc igitur revocanda *Opera*, quæ tribuuntur *Francisco de Marchia*, & *Francisco Rubeo*. Discipulus fuit *Jo: Scoti* ex ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad an. 1408. n. 61., & *Doctor Parisiensis*, uti testatur Bartholomæus Pisanus illi suppar in Conformit. XI. par. 2., ubi de provincia Franciæ, & Custodia, Conventuque Parisien. agit, & in prov. Marchiæ, & Cust. Asculana appellat *sacræ Theologiæ Magistrum etiam prædicatione clarum*; & Conformit. VIII. par. 2. inter Scriptores Ord. Minor. *nominatissimum in Theologia Magistrum*. Et quidem eum citant Gregorius Ariminen. in 1. dist. 1. art. 4., & in *Additionibus* dist. 4. q. 1. in margine; Jo: Canonicus in libris Physicorum; Alfonsus Toletanus in 1. Senten. sæpe; aliique plures. Rodulphius lib. 2. in prov. Marchiæ, & Custodia Asculana scribit, eum *de Marchia* cognominatum fuisse, & *quædam Opuscula composuisse*; lib. vero 3. ea habet, quæ Waddingus in *Francisco Rubeo*. Anno 1321. Neapoli morabatur Roberto Regi a consiliis ex cit. Waddingo in addit. ad eum annum num. 40. In Romani Collegii S. Bonaventuræ Bibliotheca Conv. SS. Apostolorum habentur mss. 2. 3. & 4. libri Sententiarum hujus autoris in fol. chart. magno ita inscripti:

Secundus liber Sent. Fratris Francisci Rubei de Marchia incip. *Circa principium secundi libri quæro primo, utrum creatio sit demonstrabilis de Deo*: & in fine legitur: *Explicit secundus liber Sententiarum Fratris Francisci Rubei reportatus per fratrem Gulielmum de Rubione Parisius*: forsan ejus discipulum.

Liber 3. incipit: *Circa tertium quæro, utrum Verbum Divinum absque contradictione potuerit assumere individuum generis subalterni termini præter individuum speciei specialissimæ.*

Liber 4. incipit: *Incipit quartus liber Sententiarum Venerabilis Doctoris Magistri fratris Francisci Rubei de Marchia. Circa quartum librum quæritur, utrum in Sacramentis sit aliqua virtus supernaturalis sine eis formaliter inhærens in objecto* &c.: & in fine extat: *Expliciunt quæstiones Magistri Francisci de Marchia de Ordine Fratrum Minorum super quartum librum Sententiarum.*

In 4. libros Sententiarum Commentarii extant mss. in Bibliotheca Paulina Lipsiensi ex Catalogo ejusdem Biblioth. typis edito pag. 184. numero 25.; diciturque codex scriptus *Parisiis anno* 1329. *Francisci de Marchia liber de Incarnatione*, idest in librum tertium Sententiarum extat ms. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 514. cod. pergam. Commentarium *in 3. Sentent.* citat Gerardus Rondellus Canonicus Leodien. in tractatu de Conceptione; ut & Gionandus Benesis Ordinis Prædicat. de Concept.

Quæstiones ejus *super Matthæum* citantur ab Ambrosio Spiera, qui anno 1450. florebat, in suo Quadragesimali de Floribus sapientiæ serm. 27. cons. 2. concl. 1. Ejusdem

Liber incipiens: *Circa Virginis Matris præconia* &c.: in quo tenet, B. Virginem Mariam conceptam fuisse absque peccato, citatur a Petro de Alva col. 437. Militiæ ex Antonio Cuccaro Episcopo Acernen. lib. de Concept. pag. 63.

In libros Metaphysicorum Commentarius adducitur a Petro Tatareto in 3. dist. 2. q. 2.; & a Jo: Canonico lib. 1. Physicorum q. 5. §. *Quantum ad primum* sub nomine *Francisci de Marchia*.

Opus contradictionum Jacobi a Carthago (leg. a *Caturco*, nempe Joannis XXII.) dicitur a P. Rodulphio lib. 3.

Quæstiones de paupertate Christi, & Apostolorum extant mss., ut dixi, Florentiæ in Biblioth. S.

Crucis scam. 30. versus claustrum n. 733. in fol. hoc titulo: *Incipit improbatio Magistri Francisci de Esculo Ordinis Minorum contra libellum Domini Johannis .... qui incipit: Quia vir reprobus* &c. *De patre impio queruntur filii Eccl.* 41.: quod argumentum diffuse prosequitur. Eum enim in hac controversia contra Joannem XXII. calamum strinxisse, fatetur ipsemet in sua *Confessione*, seu fidei professione anno 1344. coram Clemente VI. facta, quam ex Reg. Pontif. refert Waddingus in Annal. ad eum annum n. 7. inquiens: *me pœnitet, quod unquam aliquid scripserim ..... credens zelare pro Ordine meo adversus præfatum Dominum Johannem scripsi* &c. Anno autem 1341. factum est *examen judiciale Fr. Francisci de Esculo*, Petro Gomesio Card. Episcopo Sabinensi judice, quod publieavit Stephanus Baluzius tomo. 1. Miscellaneor. pag. 315.; quandoquidem ediderat quasdam *Allegationes* una cum Fr. Henrico de Kalem, Guillelmo Ocham, & Bonagratia Bergomate, quibus Michaelis Cæsenatis depositionem infirmare conabatur; ob idque a Gerardo Odonis Generali Ministro anno 1328. Parisiis primùm in Comitiis Generalibus, deinde Perpiniani anno 1331. anathemati subjectus fuit, uti narrat *libellus Nicolai Minoritæ* coævi ms. Romæ in Biblioth. Ottobon. Prædictæ porro *Allegationes* habentur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 2. versus Ecclesiam mss. in fol. in cit. Nicolai Minoritæ libello. Jo: a S. Anton. etiam hic accepit a Waddingo.

M C C L X X I X. 596.

S. FRANCISCUS ASISIAS = cum constet, hunc Sanctum fuisse ex prosapia de *Moriconis*; Joannes *Moriconi* Pisanus anno 114. factus est S. R. E. Cardinalis ab Eugenio III., teste Paulo Tronei in Annal. Pisanis; & antea Petrus *Moriconus* fuerat Archiepiscopus Pisanus anno 1115., ex Monumentis apud Abbatem Grandum in indiee Epist. n. 11., notisque ad Monum. IV. append. ad ipsam Epistolam de Pandectis edit. 2. pag. 17. & 135.; quæ nomina cum inveniantur in familia S. Francisci, verisimile mihi videtur, originem traxisse Pisana ex urbe, & ob bella civilia, aliaque accidentia Asisium emigrasse avum ejus, ibique mercaturam exercuisse, quæ tum in Italia etiam a nobilibus familiis exercebatur. Sunt tamen, qui ajunt, & Pistorio oriundum. De eo Marius Crescimbeni de vulgari Poesia vol. 1. lib. 2. cap. 10., & vol. 2. par. 2. lib. 1. n. 10., ubi ejus italicum *Canticum Solis* vulgavit.

Admonitiones hujus Sancti habentur mss. in Florentina S. Crucis Bibliotheca scam. 18. versus Ecclesiam cod. 208. in 8. inter diversorum Opuscula ascetica.

Cantica ejus vulgavit castigatius supracit. Crescimbeni in tom. Poeticæ Italicæ.

Liber dictorum B. Francisci incipiens: *Quid faciet homo in omni tentatione*: & finiens: *oratio semper est præmittenda propter insidias*: extabat olim ms. Asisii in nostri Conventus S. Francisci Bibliotheca, ex veteri illius Inventario anno 1381. renovato in V. solario orient.; & etiam in Bibliotheca S. Francisci Ferrariæ, sed sine nomine auctoris, ex ejusdem veteri Catalogo anno 1419. confecto pag. 29. Sed ista non habentur in editis S. P. Francisci Opusculis. *Dicta S. Francisci*, una cum *Regula*, & *Vita* extant mss. in Romæ in Bibliotheca Vallicell. B. 131.; & alia *Vita brevis* B. 68. n. 17.; & alia in Biblioth. Barberina cum Historia Fr. Bartholomæi Tridentini Ord. Prædicat.

Opuscula, *Admonitiones*, *Apophtegmata*, *Epistolarum* fragmenta, *Orationes*, *Laudes*, & *Cantica* habentur apud cit. Bartholomæum Pisanum Conformit. XII., & XXIII. par. 2.; quorum etiam nonnulla extant in *Speculo Vitæ B. Francisci*, *& sociorum ejus*; in Monumentis Ordinis Minorum; in Firmam. trium Ordinum; & ad finem to. 3. Biblioth. vet. PP. primæ edit., sed in ultimis editionibus non leguntur; extant tamen & in to. 5. editionis Paritien. anno 1610. factæ prope finem: habentur mss. *Opuscula* aliquot. in Bibliotheca Alnensis Abbatiæ ditionis Leodiensis.

Prodierunt etiam sine Commentariis *Opuscula* Salmanticæ an. 1624. apud Antonium Ramirez studio Fr. Joannettini Niño Minoritæ; ipsaque breviata e latino in gallicum sermonem vertit Franciscus Madry Gallo-Sabaudus Lugduni an. 1645.; cum jam latina, & integra vulgasset Parisiis an. 1641. in fol. Joannes de la Haye Minorita typis Caroli Rovillard; qui eadem iterum cum Operibus S. Antonii Patavini vulgavit Lugduni anno 1653. in fol. per Petrum Rigaud.

Expositionem in *Opuscula* fecit Franciscus Ortisius Lucius Hispanus cusam Compluti anno 1551.

Flores Seraphici S. Francisci publicati sunt a Ven. Viro Carolo Thomasio Cler. Reg. Theatin., ex ejusdem Vita anno 1702. impressa Romæ.

Regulæ, sive Constitutiones Minorum sub S. Francisco militantium cum declarationibus super Iure canonico notatis a Jo: Francisco Brixiano Ord. S. Benedicti prodierunt Parisiis anno 1614. in 4.

Nulla unquam fuit *Regula*, nec forsan futura est, quæ tot, tantosque explanatores invenerit, ut *Regula B. Francisci*. Eam Summi Pontifices Gregorius IX., Innocentius IV., Alexander IV., Gregorius X., Nicolaus III., Clemens V., & Joannes XXII. aut totam, aut ex parte interpretati sunt; ex Minoritis quatuor Magistri Parisienses, tum S. Bonaventura, Hugo de Digna, Joannes Peckan, Joannes Vallensis, Petrus Joannis, Ubertinus Casalensis, & Bartholomæus Pisanus; ex Juris-Consultis Bartholus a Saxoferrato, & Petrus de Ancarano in eam declarationes ediderunt, quæ poterant subjungi editis *Regulis* Minoritarum, Clarissarum, Tertiique Ordinis: ut omittam plurimos alios, qui post illos & ipsi in illam suos labores contulerunt.

M C C L X X X.

FRANCISCUS ASISIAS Min. Conv. sac. Theol. Magister, ac Orator illustris tempore Sixti IV., rectis pluribus sui Instituti Gymnasiis, multisque Italiæ civitatibus concionum gratia perlustratis, tandem constitutus est sui Ordinis Generalis Procurator in urbe Roma; de quo testimonium perhibuit autor æqualis Jacobus Volaterranus in Diario Romano to. 23. Rer. Ital. Script. edito sub an. 1480. his verbis: Dominica 2. Adventus in Vaticana Basilica coram summo Pontifice *homiliam peroravit Franciscus Asisias insignis Theologus ex Ordine Minorum, & ipsius Religionis Procurator in Curia Romana. Oratio fuit luculenta gravissimis sententiis referta: auditus est cum summa attentione; & ab omnibus, quod raro accidit, commendatus*. Scripsie igitur

Orationes, atque *conciones*; quod certum est: alia, si quæ scripsit, temporis cursus obliteravit.

* FRAN-

* FRANCISCUS A S. AUGUSTINO = Vide *Franciscus Macedo*.

M C C L X X X I. 597.

FRANCISCUS AURELIANENSIS = Regul. Observ.; de quo Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

M C C L X X X I I.

FRANCISCUS DE AZEVEDO Hispanus Discalc. prov. S. Gabrielis in Extremadura Custos edidit

Concionem in Capitulo provinciali habitam. Salmanticæ an. 1615. in 4. typis Susannæ Munoz, ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 368.

M C C L X X X I I I.

FRANCISCUS BARAHONA Hispanus prov. S. Michaelis Regul. Observ. Custos, & Vicarius, sanctique Officii Qualificator edidit vernacule

Panegyrim de Conversione S. Pauli Apostoli. Matriti an. 1641. in 4. apud Franciscum Marotum ex Chronicis prædictæ provinciæ lib. 1. cap. 32. apud Jo: a S. Anton.

M C C L X X X I V. 598.

FRANCISCUS BARBARANUS = patritius Vicentinus, cujus

Historia Ecclesiastica urbis, diœcesisque Vicentinæ tomis 2. distributa est, quorum primus prodiit Vicentiæ anno 1649. in 4. apud Christophorum Rubeum; 2. vero ibidem anno 1652. in 4. apud eumdem.

Directorium vitæ spiritualis. Venetiis anno 1647. in 8. apud Jo: Baptistam Costanum.

Horologium spirituale, seu *conciones in omnes SS. Virginis festivitates cum exercitio ad B. Virginem salutandam*. Venetiis anno 1641.

Monile spirituale hominis christiani. Vicentiæ anno 1651. in 4. apud HH. Petri Grossi; ubi peste sublatus est anno 1656.: de quo Marracius in Biblioth. Mariana, & autor Bibliothecæ Capuccin., post quos Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 369.

* FRANCISCUS DE BARROS = Vide *Franciscus a Monte Alvernia*.

M C C L X X X V. 599.

FRANCISCUS BARTHOLDUS = leg. *Bartholi* ex ipso etiam Waddingo in Annal. Min. ad an. 1328. n. 22.; ejusque meminit Bartholomæus Pisanus Conform. XIV. par. 2.

Historia Indulgentiæ S. Mariæ de Portiuncula, al. de Angelis prope Asisium asservatur ms. in Asisiensi S. Francisci Bibliotheca, teste Pompejo Bino in Opusculo *La Verità scoperta* &c. tit. 5. §. 8., & autore *Collis Paradisi* lib. 1. tit. 4., qui ait, scriptum vix legi posse. In ea autor dist. 7. inquit: *Anno Domini millesimo*. CCC. XXV. *Frater Franciscus Bartholi Rubeæ de Asisio assistens tunc Lector in sacro loco S. Mariæ de Angelis* &c.: ut est apud cit. Binum tit. 6. §. 4.; qui tamen ibi & tit. 8. §. 4. tradit, autorem hanc historiam complexisse circa annum 1370. Nunc ea habetur in Archivo dicti Conventus ms. pergam. in 4., quam ego anno 1751. vidi.

Demonstratio Indulgentiæ Portiunculæ prodiit Trevii circa annum 1470., ut inquit Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 369., idque scribit, ut videtur, ex Octavio Episcopo Asisiensi: sed errat; nunquam enim ea *Historia Fr. Bartholi* typis data fuit; etsi id habeat & Waddingus ad an. 1223. n. 2.

Ejus *Historia passionis Christi pro die Veneris Sancti concordata per 4. Evangelistas* incipiens: *Fili matris mei quia te novem mensibus in utero portavi* &c.: & finiens: *vel prædicantium hanc sanctissimam passionem*: extabat olim ms. Asisii in v. solario occid. Sacrarii, seu Bibliothecæ secretæ sac. Conventus S. Francisci, ex veteri illius loci Inventario anno 1381. confecto, ac renovato; quod adhuc ibi servatur in Tabulario ejusdem Conventus.

M C C L X X X V I. 600.

FRANCISCUS BELL = ut in appendice Waddingi ad hoc Opus; de quo & Nicolaus Antonius pag. 366. to. 2. Biblioth. Hisp.

M C C L X X X V I I.

FRANCISCUS BELLUS Saccensis Siculus Tertii Ordinis S. Francisci Regul. Observ. sac. Theol. Professor, & verbi Dei prædicator in regno Siciliæ, Neapolis, ac in Insubria nominatus scripsit italico idiomate

De christiana veritate librum, in quo multæ veteris Testamenti figuræ adducuntur circa mysteria nostræ fidei, impressum Papiæ anno 1601. per Petrum Bartholi.

Super Decalogum quoque eruditum Opus edidisse ferunt; quemadmodum testatur Franciscus Bordonus in Chronologio 3. Ordinis cap. 38., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 1.

M C C L X X X V I I I.

FRANCISCUS BENZONI Cremensis nobili genere prognatus Min. Conv. sac. Theologiæ adhuc Baccalaureus, sed doctus una cum *Mariotto Pistoriensi* ejusdem Ordinis castigavit, edique curavit

Expositionem Pauli Veneti in libros Posteriorum Arist. anno 1477. in fol. per Theodorum de Reiusburch, & Renaldum de Noviomago socios; quæ editio extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci; & *Joannis Canonici ex Ordine Minorum in VIII. libros Physicorum* Venetiis anno 1481. in fol. per Octavianum Scotum; quæ editio extat Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apost. a me inspecta.

Librum primum Senten., & *Quodlibeta Richardi a Mediavilla* jam sac. Theol. Magister emendavit, & dicata Raynaldo Gratiano Cotiniolensi sui Ordinis Generali Ministro vulgavit Venetiis anno 1507. in fol. per Lazarum Soardum. Extant Ferrariæ apud nostros, & Romæ in Biblioth. Conv. SS. XII. Apostolorum.

M C C L X X X I X.

FRANCISCUS BETTOTI a Guilia diœcesis Mutinensis oppido Min. Conv. sac. Theol. Magister, ac Philosophus apprime doctus, Cœnobiique Bononiensis alumnus, rectis Ferrariæ, Venetiis, Patavii, & Bononiæ sui Ordinis gymnasiis, tandem Bononiæ Logicam primum, deinde Metaphysicam publica in Universitate annos duodeviginti interpretatus est; ubi & decessit anno 1624. die XIII. calendas Februarii; cum edidisset

Prælectionem in laudem Logicæ Patavii habitam in Universitate eusam Patavii anno 1638. in 4. typis Sebastiani Sardi.

Examen ad librum de Septimo Quæsitis a Fortunio Liceto Patavino Professore compositum: ibidem anno 1652. in 4. prælo Jo: Baptistæ Pasquati, ex Jo: Franchino in Biblios. n. 132., Coronello Biblioth. univ. to. 5. n. 4236., & ex eo Joanne a S. Anton. to. 1., ubi perperam vocat Franciscum *Belloti*.

M C C X C.

FRANCISCUS BLANCO Hispanus edidit, certe ante annum 1628.,

Ma-

Marinle, teste Antonio Daza in tract. *de Conceptione* cap. 6. apud Petrum de Alva col. 408. Militiæ univ., ut habet Jo: a S. Anton. to. 1.

MCCXCI.

FRANCISCUS BLETH, ut conjicio, natione Gallus circa initium seculi XIV., vel paulo post scripsit

Commentaria in Philosophiam, cum in lib. *Physicorum* citetur a Jo: Canonico Scoti discipulo lib. 4. q. 5. §. *Quantum ad secundum art.*, ubi de *continuo* disputat. Alia, si quæ scripsit, ignorantur; cum apud nullum alium ejus mentio habeatur, quod sciam.

MCCXCII.

FRANCISCUS DE BOBADILLA Hispanus Regul. Observ. provinciæ Castellæ Minister vivebat anno 1576.; scripsitque

Enchiridion, quod mss. asservari testatur autor æqualis, & gravis Emmanuel Rodericus to. 2. Quæst. Regul. & Canon. q. 12. art. 1., & to. 2. q. 12. art. 2., qui Opus doctissimum appellat, conqueriturque, autorem usque eo non vixisse, quo illud publici juris facere potuisset. Alius est autem iste a *Francisco Bobadilla* Ord. Prædicat., quem eodem tempore floruisse tradit Antonius Senensis, & ex eo Possevinus.

MCCXCIII.

FRANCISCUS DE BONAFORTUNA sac. Theol. Doctor, & forsan Parisiensis, paulo post initium XIV. seculi invenitur scripsisse

Commentarios in 4. Sententiarum libros, in quibus cum dixerit, *communem* esse *opinionem*, *quod relatio differt ab essentia, non tantum ratione, in divinis*, teste Jo: Baccono in 1. Sent. d. 34. q. 1. art. 3., liquet ex Schola Scoti fuisse, & fortasse ejus discipulum.

Sermones ejus habentur mss. in Bibliotheca S. Benigni Divionen. cod. 186. cum aliis diversorum autorum, teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1260. V. *Gilbertus de Tornaco*; & ex Catalogo Montfaucon pag. 1285. to. 2.

Magistri Francisci Bonafortuna comment. super Viaticum extat ms. in Bibliotheca Monasterii Fiscanen., ex Catalogo cit. Montfaucon to. 2. pag. 1242. Est autem *Viaticum* secundum Theologos sacramentalis a peccatis absolutio; estque etiam *Eucharistia* in extremo vitæ data.

MCCXCIV.

FRANCISCUS BONARDUS e Monteregali in Subalpinis, al. Pedemonte, sanguine non minus clarus, quam doctrina, ac religione; ob quas a Gregorio XIII. ad Ecclesiam Conseranen. in Gallia sub Auscitano Archiepiscopo in Aquitania anno 1581. promovetur, ex Reges. Pontif. apud Rodulphium lib. 2., & Petrum de Alva & Astorga in Indic. Bullar. Seraph.; scripsit autem

Expositionem psalmi L. Miserere mei Deus; &

Tractatum, quod unius Romani Pontificis est Concilium convocare; quemadmodum enarrat Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont. De hoc Joannes a S. Anton. to. 1. p. 370.

MCCXCV.

FRANCISCUS A S. BONAVENTURA Hispanus ex Recollectis prov. Bæticæ concionator apostolicus adversus indumentorum utriusque sexus luxuriem edidit tractatum tit.

Ornatus animæ, & corporis incuria. Hispali an. 1644. typis Simeonis Faxardi.

MCCXCVI. 601.

FRANCISCUS BONNAL = provinciæ veteris Aquitaniæ Pater composuit Opus inscriptum gallico idiomate:

Christianus hujus temporis; quod citatur a Lucio Ferraris in Biblioth. Canon.; estque in 4. partes divisum, quarum in prima agit *de origine Christianismi*; in 2. *de vocatione omnium hominum ad fidem christianam*; in 3. *de puritate primæva Christianismi*; in 4. *de dissolutis moribus Christiani hujus temporis*; in sermonem latinum translatum a P. Udalrico Soc. J. impressum fuit Augustæ Vindel. anno 1718. in fol. typis Jo: Jacobi Lotteri, teste Joanne a S. Anton. to. 1. p. 370., qui diversum hunc existimat ab autore *Panegyris*, nescio qua de causa.

MCCXCVII. 602.

FRANCISCUS BORDONUS = sui Ordinis primum in Urbe Procurator Generalis, mox & supremus Præfectus anno 1653. constitutus, scripsit etiam, vulgavitque

Syllogistarium, hoc est tractatum de constructione syllogismorum. Mediolani anno 1630. per Anton. Mariam Paganum; & postea Mutinæ an. 1648. per Bartholomæum Sullianum.

Constitutiones sui Ordinis anno 1647. Bononiæ in Capitulo Generali editas, & approbatas; ut ipsemet habet in Chronol. 3. Ordinis cap. 13. n. 57.

De antiquitate Religionis Tertii Ordinis S. Francisci; & de absoluta jurisdictione Itali Generalis illius. Bononiæ anno 1644. typis Jacobi Montii.

Responsionem ad argumenta probantium, valere in Ordine Hierosolymitano professionem sine cingulo emissam. in Hetruria anno 1647.

Calendarium, & Rubricæ Officiorum, & Missarum SS. & BB. Tertii Ordinis S. Francisci. Parmæ anno 1648. per Marium Vignam.

Varias resolutiones, seu consilia &c.: tomus 3. prodiit anno 1652. Romæ per Corbellettos; & postea Lugduni anno 1665. sub titulo: *Controversiæ Morales*: tribus tomis.

Decisiones miscellaneas 500. dubiorum. Venetiis primum anno 1650. in 4. apud Paulum Balleonium; postea Lugduni anno 1665. typis Hugnet to. 5. in fol.

De juribus parochialibus innatis Canonicis Regularibus Lateranensibus ex institutione sui Ordinis. Parmæ anno 1655. per Marium Vignam in 4.; postea Lugduni an. 1665. in fol.

Theatrum præcedentiæ quarumcumque personarum graduatarum. ibidem ann. 1654., & 1665.

Ecclesiasticam ratiocinationem festorum mobilium &c. Bononiæ an. 1657. typis Jac. Montii.

Chronologium Tertii Ordinis S. Francisci Fratrum, & Sororum tam Regularium, quam Secularium. Parmæ anno 1658. typis Marii Vignæ in 4.

De jure præcedentiæ Canonicorum Regularium Lateranensium respectu cujuslibet actus honorifici supra alios quoscumque Regulares. ibidem an. 1655. in 4.; & Lugduni an. 1665. in fol. apud Huguetan.

Archivium Bullarum, Instrumentorum, & Decretorum Fratrum, & Sororum 3. Ordinis S. Francisci. Romæ anno 1658. in 4., ex indice Biblioth. Barber.; & Parmæ eodem anno per Marium Vignam.

De professione Regulari ad leges juris canonici, & Constitutiones Summ. Pontif. tam antiquorum, quam modernorum &c. Venetiis anno 1660. per Bertanos; postea & Lugduni anno 1665. For-

Formulitates Scoti Doctoris Subtilis ab objectis vindicatas. Parmæ anno 1662. in 4. typis Marii Vignæ.

De prima Tonsura non Ordine conferibili irregulari sine prævia dispensatione in ordine ad beneficium non sacerdotale: addita resolutione, in qua parte capitis ungendus sit baptizatus a Parocho: item

Formularium criminale judicibus regularibus accommodatum. Mutinæ anno 1663. per Julianum.

Formularium licentiarum, obedientiarum, & litterarum patentum ad diversa, quæ a Prælatis regularibus solent expediri, cum Bullis legendis in capitulis. Parmæ anno 1664. apud Marium Vignam.

Formularium processuum criminalium utile omnibus tum Ecclesiasticis, tum laicis. ibidem; & Lugduni.

Religiosam paupertatem reformatam ad mentem SS. Patrum, Institutorum, Summorum Pontificum, sacrorum Conciliorum, & piissimi Imp. Iustiniani. Venetiis anno 1664. apud Stortos in 4.

Sacrum septenarium Immaculatæ Conceptionis Deip. Virg. Mariæ completum per Bullam Alexandri VII. Panormi anno 1664. typis Ruæ, & Comagnæ. Autor in Chronol. 3. Ordinis cap. 38. admonet, se duos confecisse *tractatus de titulo* Immaculatæ *debito Conceptioni V. M.*, quorum alter jam esset apud Petrum de Alva Matriti impressus. Duo hujus argumenti *tractatus* extant mss., de quibus infra.

Praxim criminalem, & tractatum de professione regulari in tomo 5. Operum editorum Lugduni anno 1665. per Huguet, & Renaud in fol. una cum *sacro Tribunali judicum in causis s. fidei* &c.: qui est tomus 4.

Homicidii proditorii vindicationem, & restitutionem in eum pristinum statum, in quo illud Bartholus constituerat. Parmæ anno 1667. per Vignam.

Privilegia Clericorum &c. ibidem anno 1668. in 4. apud Viothos; & sunt *in Controversiis occurrentibus inter judices Ecclesiasticos, & Laicos*.

Propugnaculum opinionis probabilis in concursu probabilioris. Lugduni anno 1668. in fol. typis Huguet; estque tomus 6. Operum ejus.

De successione in bonis Clericorum ab intestato decedentium sine legitimis hæredibus. Bononiæ anno 1670. ex Officina Montis.

Thesaurum S. Ecclesiæ Parmensis ortum Sanctorum, & privilegiorum publicæ utilitati. Parmæ anno 1671. apud Viothos Opus posthumum.

Manuale Consultorum in causis S. Officii. ibidem anno 1693. in fol. per Rosates.

De blasphemia, & sortilegio appendicem ad Manuale Consultorum cura *Francisci Odoardi Mancini* Parmensis ejusdem Instituti editam ibidem anno 1703. typis Pauli Monti in fol.; cui adjecit

Opus de Legatis ejusdem autoris; *adjectis* 100. *Consultis tam juridicis, quam regularibus*. Parmæ anno 1688. in fol. apud Joseph ab Oleo.

De dubiis Regularium, Monialium, & secularium in 2. partes:

Consilia miscellanea ducenta:

Tractatum de beneficiis: Opera posthuma.

De miraculis, beatificatione, & canonizatione Sanctorum cum quæstione: *an Deus faciat semper, quod melius est*: & *Advocatus mulierum, quæ probant esse de specie hominum* &c. *contra libellum ejusdem hæretici Valentis Acidalii* Lipsiæ an. 1595. editum. Parmæ anno 1703. cura *Francisci Odoardi Mancini* memorati vulgatum in fol.; cujus initio præmittitur autoris *Vita*, diciturque obiisse Romæ anno 1671. VII. idus Augusti nobili cum *epitaphio* sepultus.

Hucusque edita, & vulgata. Mss. vero ejus dicuntur Parmæ servari in Bibliotheca sui Ordinis.

Sacrum syllabarium SS. & BB. Tertii Ordinis S. Francisci; cujus ipse meminit in Chronol. 3. Ordinis cap. 36. n. 8.

Lilium Immaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ anno 1660. scriptum in fol. extat ms. Matriti in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. sub C. D. n. 153.

Titulus Immaculatæ debitus Conceptioni B. Mariæ ms. in fol. ibidem

De homicidio; & *de immunitate ecclesiastica pro reis*.

Diatriba antiquissimi usus opinionis probabilis licita, rejectu recentiore contraria. Additio ad propugnaculum opinionis probabilis.

Vacuum fistulare, seu Valerianum extra mundum relegatum in mundis imaginariis.

Tractatus de formalitatibus undequaque absolutus.

Decretalium Gregorii compilatio summariorum.

Theologia correctiva philosophiæ ab autore promittitur in Chronol. 3. Ordinis cap. 38.

De 72. discipulis Christi indiculis abecedariis.

Syllabarium poeticum de regulis prosodiæ, & generibus carminum cum locupletissimo indice omnium pene dictionum alphabetice dispositarum, propria unicuique apposita quantitate, in tres libellos partitum.

Tabulæ Paschales laudantur a Francisco Blanchinio to. 2. Anastasii Biblioth. prolegom. ad Vitas Pontificum Rom. Opusc. IV. p. XII.

In proœmium Tertiæ Regulæ S. Francisci; & *Commentaria in* 30. *Capita*.

Tractatus de modo profitendi, quem observant Fratres 3. Ordinis S. Francisci Regularis Observantiæ de Pœnitentia nuncupati &c.

Compendium statuum omnium Conventuum Religionis 3. Ordinis S. Francisci &c.

Nomenclatorium nominis, cognominis, patriæ, & factorum Fratrum Regularium 3. Ordinis S. Francisci per universum orbem, & præcipue provinciarum Italiæ tempore Generalatus, & Visitationis autoris. Hæc ex Coronello to. 6. Biblioth. univ.

Vitas SS. & BB. Tertii Ordinis S. Francisci, quas ipse memorat in Chronol. 3. Ordinis cap. 36. n. 8., & cap. 37. n. 2. Has latine diffuse scripsit, misitque mss. Lugdunum ad Typographum 3. Ordinis, ut proferrentur in lucem; sed nondum typis datas admonet Franciscus Cionaccius in Historia B. Humilianæ anno 1682. Florentiæ publicata par. 3. cap. 1. n. 20.: *Compendium* tamen illarum ms. Parmæ extare penes Hermenegildum autoris nepotem.

De eo Marracius, Dupinus, Sannig, Petrus de Alva in Militia, Coronellus in Biblioth. Univ. to. 6. n. 2008., & ex his Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 371. & 372., qui ait obiisse in patria anno 1671. die 7. Augusti; cum tamen Romæ obiisse in ejus Vita superius relata dicatur. Apposite quidem in patria ejusdem, & super januam Bibliothecæ sui Cœnobii hæc leguntur:

„ Aspice, qui legis: & Parmæ Bordonus, &
„ orbi
„ Mortuus, & vivens Bibliotheca fui.

M C C X C V I I I. 603.

FRANCISCUS BOVILLON = de quo Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

MCCXCIX.

M C C X C I X.

FRANCISCUS BRECCIA Betoniensis Umber prov. S. Francisci Min. Conv. sac. Theol. Magister, Perusini Gymnasii Regens, inde Hispelli publice Theologiam Moralem docuit, & ab Episcopo Spoletino Cæsare Card. Fachinetto in Theologum adscitus est; edidítque italice

Hortum mysticum, &

Paradisum delitiarum; quos mss. extare literis mandavit Bonaventura Theulus in Triumpho Seraph., & ex eo Franchinus in Bibliosoph. n. 133., ubi & Waddingum citat, qui tamen hunc non habet, saltem hoc loco. De hoc & Coronellus Biblioth. univ. n. 3000., ac ex eo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 372.

M C C C.

FRANCISCUS BRITO Lusitanus prov. S. Michaelis Reg. Observ. Definitor scripsit

Tractatum de excellentiis S. Joannis Baptistæ vulgari idiomate. Salmanticæ an. 1644. in 4. apud Franciscum Roales ex Jo. a S. Anton. to. 1.

* FRANCISCUS BURGONIUS, quem hic Jo: a S. Anton. ex Rodulphio, & Gonzaga memorat, vocabatur *Florentius Burgoinus*, de quo supra actum est.

M C C C I.

FRANCISCUS DE BUSTAMANTE Regul. Observ. alumnus seculo xvi. floruit, unusque fuit e Lectoribus Philosophiæ Collegii Mexicani linguæ illius regionis peritus, in qua

Perutiles libros edidit, teste Waddingo ad an. 1536. n. 6.

M C C C I I.

FRANCISCUS BUSTAMANTE alius, si tamen alius est, Aragonen. provinciæ Regul. Observ. in Cœnobio Cæsaraugustano Chori præfectus anno 1576. scripsit Superiorum jussu

Cæremoniale juxta Romanum ritum pro Fratribus, & Monialibus Ordinis S. P. Francisci; hispanice postmodum cusum ibidem an. 1601. in 4., teste Herrera Chronic. ms. illius provinciæ par. 3. lib. 1. cap. 6. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M C C C I I I.

FRANCISCUS CALONA Panormitanus sac. Theol. Magister Prior primum, mox Definitor provinciæ Siculæ, & Provincialis Tertii Ordinis S. Francisci Regul. Observ., librorum Censor, & S. Officii in Siciliæ regno Qualificator vivendi finem fecit anno 1651. in suæ provinciæ administratione die 31. Octobris; cum jam evulgasset italico sermone

Lucernam secretam conscientiæ pro instructione Confessionum generalium, vel particularium. Panormi anno 1643. in 12. apud Alphonsum Isolam, teste Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, & Jo: a S. Anton. to. 1.

Opusculum pium, cui titulum indidit: *Devotus modus recitandi 9. Ave Maria &c. pro singulis hebdomadæ diebus in laudem S. Annæ*. ibidem anno 1645. in 12. per Buam, & Portamnovam; iterumque anno 1654. typis Dominici de Anselmis, ut habet Bordonus in Chronologio 3. Ord. cap. 38.

M C C C I V. 604.

FRANCISCUS CAMBARIENSIS = *Genardus* cognomento dicitur ab Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont. Hic Sabaudus fuit nobili genere satus, suæ provinciæ Minister quinquennio præfuit; sac. Theol. Professor, & concionator, ac Commissarius Generalis; ex cit. Rossotto exaravit etiam

Historiam Episcoporum civitatis Augustæ Prætoriæ, quæ ms. reperitur in Episcopali Bibliotheca Salutiarum. De quo consuli potest & Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., qui ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 373. nihil addit Waddingo; ipse tamen pag. 388. habet *Historiam hanc* ex Rossotto in *Francisco Genardo*, quem diversum credit.

M C C C V.

FRANCISCUS CAMOMILLA Præmisliensis Min. Conv. provinciæ Poloniæ Ecclesiastes edidisse fertur

Varias Orationes, quarum una *in funere Dorotheæ Brudzeronia Tielenska* prodiit Posnaniæ anno 1622. per Jo: Rosouskium, teste Franchino in Biblios. n. 134.

605.

FRANCISCUS DE CAMPOS = Vide *Franciscus Sanchez*; nam idem est.

M C C C V I. 606.

FRANCISCUS E CANDIA = hujus fit mentio primum, quod sciam, ab autore Firmamentorum trium Ordinum edit. Parisien. anni 1512. par. 1.; & ex titulo *Doctoris Fertilis* elicitur, floruisse ante seculum xv., quo tales tituli evanuerunt. De hoc Joannes a S. Anton. to. 1. exscribit Waddingum.

Florentiæ in Bibliotheca Lauren. Medic. extat *Sermo Francisci Cretensis* ms. in plut. 28. ex Montfauconi Catalogo to. 1. Biblioth. mss. pag. 233.; sed incompertum, an hujus Francisci sit, an potius *Francisci a Portu Cretensis*.

M C C C V I I.

FRANCISCUS A CANISVILLA Belga edidit in lucem Opusculum hoc titulo:

Fax Seraphica, seu Francisci Seraphici ad evangelicam perfectionem praxis optima. Ipris anno 1645. in 24., teste Petro de Alva col. 411. Militiæ, ex quo Joannes a S. Anton.

M C C C V I I I.

FRANCISCUS A CANOBIO Cappuccinus provinciæ Mediolanen. vitæ perfectione, moribusque illustris obiit anno 1570., cum scripsisset diligentissime

Chronographiam rerum gestarum a viris illustribus suæ familiæ ab initio usque ad annum 1570. italice; ex quo Zaccharias Boverius Annales Capuccinor. partim desumpsit; teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Script. Capuccinor. Agit de eo Dupinus to. 3. in Supplem.; & ex his Jo: a S. Anton.

M C C C I X.

FRANCISCUS DE CARONELLIS anno 1376. lauream Magisterii contulit Fr. Nicolao Baldecor Eugubino ex Waddingo n. 8., ubi dicitur Franciscus de *Corneclano* (num leg. de *Conerlano*?). Edidit

Librum de Fato dicatum *Antonio de Scala Domino Veronæ*, qui dominari cæpit anno 1381., ex nova Biblioth. mss. Labb. pag. 287. apud cl. v. Scipionem Maffæum in Verona illustr. lib. 2. par. 2. col. 63.; qui tamen ambo ignorarunt autoris Institutum.

De Curru Currariensi extat Parisiis ms. in Biblioth. Regia num. 4994. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 754., ubi dicitur *Franciscus de Coronellis*.

Porro *Francisco de Cornedano*, alias de *Cornechurio*, quem eundem puto, Gregorius XI. anno 1373.

1373. commisit, ut Magisterii lauream conferret Nicolao Mutio Veneto Minoritæ ex Annal. Min. Waddin.; scripsitque

Porismata secundum ordinem Quodlibeti de qualibet materia indifferenter tractantia more dialogi; quæ extant mss. in Bibliotheca Basileensi ex Catalogo ejusdem apud cit. Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 611.

M C C C X. 607.

FRANCISCUS CAROPHILUS = sunt, qui hunc *Benedictum* nominant; sed forsan hoc illi nomen erat in seculo.

OEconomia concionalis prodiit Venetiis an. 1555. per Barthol. Cæsanum in 8.; eamque citat Ludovicus Carbo lib. de Pacificatione, & dilectione inimicorum. In ea sunt nonnullæ *conciones de B. V.*, teste Petro de Alva col. 415. Militiæ; deque eo agit & Toppius in Biblioth. Neapol. V. *Benedictus Sangallus* n. 327.

M C C C X I.

FRANCISCUS CASTANNERI, ut videtur, Hispanus, & prov. Castellæ edidit vernacule

Vitam V. Angeli del Pas ejusdem Instituti. Matriti an. 1623. in 4.

M C C C X I I.

FRANCISCUS CASTELLUS Hispanus Regul. Observ. Procurator in Urbe an. 1536. Orator haud vulgaris extitisse videtur; cujus mentio est apud Emmanuelem Rodericum in Bullario Regul. to. 2. Pauli III. Bulla 2.

Conciones, & *Orationes* scripsisse conjicimus; eumque esse, de quo Ludovicus Vives Hispanus in sua ad Erasmum epistola data Brugis anno 1527. refert; cum in Hispania a Religiosis Mendicantibus ad summum fidei Quæsitorem delatus esset *Erasmus*, auditas tamen pro eo fuisse quorumdam *Orationes*, *& mediam quamdam Castelli cujusdam Minoritæ*; subde partim contra, partim pro illo recitatam.

M C C C X I I I.

FRANCISCUS CASTELLUS alter floruit hoc tempore Riccardinæ prope Budrium oppidum provinciæ Custodiæ,quæ Bononiensis Min. Conv. sac. Theol. Magister, & ecclesiastes magnus, qui posteaquam sui Ordinis illustriora est moderatus Gymnasia, anno 1544. ad suæ provinciæ Ministerium admotus est; quo munere feliciter peracto; Vicarius Generalis trans montes a Sede Apostolica deligitur; & cum Hispaniarum provincias lustraret, ad melioremque frugam revocaret, obiit Toleti anno 1556., relictis nonnullis

Opusculis, quæ morte præventus edere non potuit; ut habet Aug. Superbus in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. pag. 47.

Conciones quadragesimales plane scripsisse constat, quas in celebrioribus Italiæ civitatibus, ac in primis anno 1540. Bononiæ in Templo S. Petronii dixit, ex monumentis illius Basilicæ. De eo & autor suppar Rodulphius lib. 2. fol. 267. in Cust. Bononien., locoque *Riccardinæ* scripsit: *quem suis virtutibus illustravit Magister Franciscus concionator celebris præter naturales dotes, quibus eum insignivit Altissimus*. Habet in Ecclesia sui Cœnobii sequens epitaphium, quod exscripsit & memoratus Superbus:

D. O. M.

„ Francisco Castellio Riccardinati magno Dei verbi præconi; qui in alma Franciscanorum Religione summis honorum cumulis Bononiæ, Pataviique Lector habitus fuit: Bononiæ Præfectus Provincialis omnium consensu electus fuit: Demum Vicarius Generalis Apostolicus Transmontanus extitit; ubi complures provincias ad recte, beateque vivendum miro ordine revocavit: Patres hujus Conventus pietatis ergo p. cur. Vixit an. LXIX. mens. X. dies XX. Obiit Toleti V. kal. Novemb. MDLVI.

M C C C X I V.

FRANCISCUS DE CASTILLO Hispanus provinciæ Carthaginen. Reg. Observ. versu, & prosa vernacule edidit

Proverbia Salomonis cum glossis. Conchæ an. 1558. in 12. per Jo: de Canova.

Tractatum de præservatione Deiparæ Virginis ab Adamitica labe ms. Hispali in Bibliotheca peculiari Conventus S. Antonii num. 200., teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 374., qui hujus autorem diversum dicit ab illo *Proverbiorum Salomonis*, & provinciæ Angelorum alumnum fuisse refert; sed fides sit penes ipsum.

M C C C X V. 608.

FRANCISCUS DE CASTILLO VELASCO = in cujus laudem *Fr. Urbanus Lotharingus* autoris discipulus edidit *carmen acrosticon*, quod legitur initio tomi 2. de fide, spe, & charitate.

Cynosura salutis, sive patrocinii B. V. Mariæ obtinendi praxes optimæ Francisci de C. V. M. Ipris an. 1644. in 16.; quas literas *C. V. M.* ego interpretor *de Castro Velasco Matriten.* ex loco editionis; nam hic Opera sua vulgavit in Belgio.

De hoc Opusculo mentionem fecit Petrus de Alva col. 422. Militiæ, & Marracius in append. ad Biblioth. Marian., ex quibus Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 379., qui putavit autorem diversum ab isto.

M C C C X V I.

FRANCISCUS A CASTROCARO diœcesis Foroliviensis provinciæ Flaminiæ, al. Bononiensis, Regul. Observ. *Alberti Marchesii* Cotoneolensis ejusdem Instituti discipulus, humanarum literarum amicus prosa, versuque non semel, nec infeliciter se exercuit; scripsitque latine

Orationes adversus Martinum Lutherum, testante ipsomet Waddingo in indice *Materiarum* inter scriptores *Orationum*; cujus & meminit in indice *Cognominum*, & in indice *Nationum* inter Gallos; sed cum errore, uti non semel solet, cum certo fuerit Italus; hujus tamen in Opere oblitus est.

Decastichon ejus in laudem *Calliloquii Alberti Marchesii* anno 1509. Bononiæ impressi legitur initio dicti Operis; referturque etiam a Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 58. in *Alberto Marchesio*.

M C C C X V I I.

FRANCISCUS DE CAZERES Hispanus provinciæ Castellæ vulgavit

Ceremoniale divinorum Officiorum juxta ritum Rom. Ecclesiæ. Toleti an. 1571. in fol. typis Petri Rodriguez.

Summarium gratiarum, & indulgentiarum Tertio Ordini concessarum. Compluti an. 1585. in 8. ex Nicolao Anton., & Petro de Alva col. 453. Militiæ.

Septem dies creationis mundi ex gallico Gulielmi Salustii Domini de Barthas hispanice vertit, editque Antuerpiæ an. 1612. in 8. apud Petrum Bel-

lerum, ex Jo: a S. Anton. to. 1., qui dubitat, an sit diversus, vel idem cum autore *Cæremonialis*; & *Summarii*.

MCCCXVIII.

FRANCISCUS CERVINUS a Monte Politiano in Tuscia ex illustri familia, ex qua uatus est *Marcellus II.* Summus; & sanctus Poutifex, Minorum Conv. alumnus doctrina, & pietate clarus, dono etiam prophetiæ illustratus, de quo Rodulphius agit lib. 2. fol. 154.; & post eum Gonzaga, aliique; postquam exemplo, & verbo, concionibusque populis ædificationi fuit, & profuit; non sine sanctitatis fama decessit Florentiæ anno 1513. die ultima Decembris ætatis suæ anno 38. apud suos humatus in Æde S. Crucis loco ab aliis separato fere in medio Ecclesiæ, marmoreoque lapide cum Inscriptione: *Fratris Francisci Politiani ossa. Obiit pridie kalendas Januarii* 1513. Lapis autem præter morem rhomboidis figuræ tribus stellis ornatus invenitur, quas ferunt capiti viventis olim appositas inspectas fuissse. Scripsit vir pius

Orationes plures, & *conciones*, quarum illam

De ubominatiane desolationis vulgavit Florentiæ anno 1590. Laurentius Vivoli Notarius Florentinus, qui eam ab ore autoris exceperat, inquit Franchinus in Bibliosophia n. 135. Cum autem Scriba, seu Notarius in vivis esset initio seculi xv., ut ex editionibus Operum ab eo factis ann. 1519., & 1539.; error irrepsit in codicem a Franchino adhibitum, ac reponendum aut numeris transpositis 1509., vel 1540. loco 1590. Extat Florentiæ in Bibliotheca Riccardiana ms.

Predica da F. Francesco de Monte Pulciano fatta nella Chiesa de S. Croce di Firenze a di 18. *Decembre* 1513. sub Q. 1. cod. chartac. in fol. num. 3., ex Indice illius Bibliothecæ pag. 200., ubi dicitur *de Frati Minori Osservanti*.

Sed & *Franciscus a Monte Politiano* Marcelli PP. II. consanguineus, pietate, vitæ innocentia, sapientiaque præclarus *Ordinis Capuccinoram* dicitur a Dionysio Genuen. ex Boverio, qui reliquit mss. latine

Annotationes super IV. Prophetas majores, præcipue super Ezechielem; obiitque anno 1571. Sed forte legendum numeris inversis 1517., vel verius 1513.; eratque non *Capuccinus*, sed Conventualis. Citatur a Jacobo Longo pag. 730. Biblioth. sacræ apud Jo: a S. Anton. to. 1.

Franciscus Maria Amati Romanus Soc. J. anno 1611. Senis evulgavit *Orationem de laudibus B. Francisci Politiani*: & Bernardinus Stephonius ejusdem Soc. J. anno 1601. in *Oratione de laudibus B. Agnetis Politianæ* prope finem ait: *jam vero Franciscus Cervinus suæ memoriæ summus, idemque religiosissimus Orator, ne quando posteritas obscuram, & invidam oblivionem metuere posset, non tam miraculo siderum caput ipsius præcingentium, quam splendore virtutum in ejusdem animo collucentium, consecutus est*. Cum autem tradunt; fuisse eum terribilem æmulum, & adversarium *Fr. Hieronymi Savonarolæ*, vereor errorem. Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minorum hunc dicit *Magistrum Franciscum de Goris Conventualem* virtutibus, & sanctitate clarum.

MCCCXIX. 609.

FRANCISCUS A S. CLARA = Davemporto Anglus provinciæ Recollectorum Angliæ Theologus, & tertio Minister; de quo videas *appendicem* Waddingi ab hunc Librum *Script. Ord.*; eique addas, edidisse etiam

Historiam Fratrum Minorum provinciæ Angliæ insertam tomo 1. suorum Operum edit. Duaci anno 1665., ex autore Hist. & Antiqu. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 67., & ex Bonaventura Botti in Vita Scoti lib. 1. pag. 3. Hujus quoque Francisci credi potest esse *Opusculum* patrio idiomate editum, ac prænotatum:

The practise of the presence of God, collected and published for those that professe the third Order. Duaci anno 1642. in 16., ex Petro de Alva col. 1271. suæ Militiæ, sine nomine autoris; dicitur tamen Collegii *Duacensis* Anglorum alumnus. Sequentia quidem scripsit

Apologiam Episcoporum, seu sacri Magistratus propugnationem. Coloniæ anno 1640. in 8. per Bernardum Bonum.

Paralipomena Philosophica de mundo peripatetico. Antuerpiæ anno 1652. in 8. typis Jo: Belleri.

Opusculum de definibilitate controversiæ Immaculatæ Conceptionis.

De schismate specintim Anglicano.

Fragmenta, seu Historiam Fratrum Minorum provinciæ Angliæ; eamdem puto, quam supra retulimus.

Manuale Missionariorum; seu Commentaria super nobiliores quæstiones Regulæ S. Francisci ad Missionarios spectantes. Duaci anno 1658. in 8. apud Bellerum.

Liber Dialogorum, seu Summa veteris Theologiæ dialogismis tradita.

Problemata scholastica, & controversialia speculativa.

Opusculum de medio statu animarum.

Religio Philosophi, seu Peripatetica discussio celeberrimi miraculi restauratæ tibiæ. Quæ omnia tomis 2. impressa fuerunt in fol. Duaci anno 1667. typis Balthassaris Belleri, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 376.

MCCCXX.

FRANCISCUS A CONCHA Capuccinus Neapolitanus cum a piratis Turcis captus fuisset, & Algerium perductus gravissimo servitutis jugo premeretur, scripsit

Epistalam ad Vicarium provinciæ Neapolitanæ, in qua captivitatem suam referens, spiritus sui fervorem in tribulationibus, & ærumnis illi aperit, editam Panormi an. 1580. Obiit Asisii an. 1584. ex autore Biblioth. Capuccinor. apud Jo: a S. Anton.

MCCCXXI. 610.

FRANCISCUS CORDUBENSIS = laudatur ab Antonio Sebastiano Minturno Episcopo Crotoniate, & Uxentino in Oratione 6. Tridentina. Fuit Imperatricis Mariæ, & Hispaniæ Reginæ Annæ Austriacæ Confessarius; provinciæque S. Jacobi Minister; scripsitque etiam, ediditque

Tractatum de hæreticis recipiendis impressum Pragæ anno 1562. in 8. typis Georgii Malantrici.

De Officia Prælatorum tractatum, in quo agitur *de residentia Prælatorum: de legibus abrogandis*: & *quomodo pro necessitate temporum expediat sacratissimam Eucharistiam administrari*; seu *de indulgendo Bohemis usu calicis*. ibidem, & eodem anno, ex Waddingo. De eo & Nicolaus Antonius, & Didacus a Lequile, ac Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 377.

* FRAN-

* FRANCISCUS DE CORNEDANO, alias de Corneclario = v. *Franciscus de Caronellis*.

MCCCCXXII. 611.

FRANCISCUS CORIOLANUS = Calaber natione, provinciæ vero Romanæ concionator, ac Definitor, suæque provinciæ Cosentinæ Minister edidit

Tractatum de casibus reservatis &c. Venetiis anno 1614.; Lugduni anno 1616. in 8. apud Ludovicum Muguet; Coloniæ 1619. in 4. apud Anton. Betzerum; & iterum Lugduni anno 1621. in 8. per Ludovicum Prost, ut habet Toppius in Biblioth. Neapol.; quæ postrema editio adeo ab autore est aucta, & locupletata multis in locis, ut novum Opus jure videri possit.

Tractatus de judicio Regulari. Coloniæ anno 1619. in 8. apud Anton. Betzerum.

Summa Theologiæ ad instar Summæ S. Thomæ ex Operibus S. Bonaventuræ &c.: in tomos 7. in fol. distributa, ut constat ex Bulla Gregorio XV. initio primi tomi impressa *Breviarii Chronologici*; sed tantum *tomus primus* prodiit Romæ anno 1622. typis Vaticanis sumptibus Cam. Apostolicæ. Reliqui sex *tomi* ob mortem autoris mss. adhuc asservantur.

Breviarium chronologicum Pontificum, & Conciliorum omnium, quæ a S. Petro usque ad hæc nostra tempora celebrata sunt. Lugduni &c., in quo etiam *acta hæreticorum, & eorum dogmata*, damnationes, confutationes, schismata, persecutiones; & quæcumque insignia in ipsa Dei Ecclesia acciderunt, breviter, & clare enarrantur.

Compendium de Conciliis Generalibus approbatis, & reprobatis cum brevi explicatione Bullæ in Cœna Domini. Romæ anno 1624. in 8., ex Indice Biblioth. Barber., typis Jo: Pauli Gellii, teste Joanne a S. Anton. to. 1.

Summa Conciliorum omnium, quæ a S. Petro usque ad Gregorium XV. celebrata sunt, juxta chronologiam Cardinalis Baronii præcipue, & aliorum Virorum illustrium ecclesiastica monumenta, historicaque; adjunctis in loca præcipua, & difficilia quamplurimis annotationibus cum *appendice omnium Conciliorum Galliæ*, quæ in hac Summa desiderabantur: tomis 2. in fol., quorum primus prodiit Antuerpiæ anno 1623. typis Plantinianis Balthassaris Moreti; 2. tomus ibidem eodem anno; postea Parisiis anno 1639. apud Viduam Petri Chevalier.

Expositio in Bullam Clementis VIII. de largitione munerum omnibus Regularibus utriusque sexus interdicta. Lugduni anno 1623.

Explicatio in Bullam Cœnæ Domini, & absolutionem a casibus dicta Bulla. ibidem anno 1623. in 4. apud Ludovicum Prost.

Horologium spirituale, sive 24. meditationes in omnibus festis B. M. Virginis italice. Romæ anno 1625. in 8. apud Gulielmum Paciottum.

Horologium spirituale, sive 24. meditationes in totam passionem D. N. Jesu Christi italice. Venetiis anno 1626. in 8. apud Jo: Baptistam Ciottum, quod & cusum fuerat ibidem anno 1621. per Ciottos, ex Toppio in Biblioth. Neapol.

Exercitium Angelicum pro salutanda B. Virgine. ibidem anno 1626. in 8. apud eumdem.

Obiit Romæ anno 1625. IX. kal. Januarii ætatis suæ 63.; de quo Marracius, Petrus de Alva, & autor Biblioth. Capuccin., nec non Joannes a S. Anton. to. 1.

* FRANCISCUS DE CORONELLIS = vide supra *Franciscus de Caronellis*, & *Franciscus de Cornedano*.

MCCCCXXIII. 612.

FRANCISCUS CORTESIUS = Theologus, & concionator Generalis scripsit italico sermone Opus hoc titulo:

Giglio angelico esposto in 7. lezioni ne' Sabbati di Quaresima lette nel 1606. in Foligno, e nel 1608. in Padoa. Venetiis 1608. in 4. ad signum spei. Extat Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum. Hunc Joannes a S. Anton. to. 1. vocat *Corterium*, aitque se vidisse librum continentem 7. lectiones super 7. *Sabbata quadragesimalia*.

* FRANCISCUS COSTI = vide *Franciscus Totti*.

* FRANCISCUS C. V, M. relatus a Jo: a S. Anton. = vide *Franciscus a Castillo Velasco Matritensis*: ex loco enim editionis eum putavit *Belgam*.

613.

FRANCISCUS DAVILA = *Ferdinandus* vocabatur, non Franciscus, ut supra est ostensum in *Ferdinando Davila*; Waddingus enim Possevini errorem secutus est, qui modo *Ferdinandum*, modo *Franciscum* appellat. Hunc Joannes a S. Anton. refert hoc loco to. 1. pag. 379. sub nomine *Franciscus Dabila*, & superius etiam exhibuerat pag. 356. sub V. *Franciscus de Abila*; cum tamen sit idem *Ferdinandus Davila*, quem ipsemet habet pag. 348.

MCCCCXXIV.

FRANCISCUS DINET Gallus Recollectus provinciæ Aquitaniæ patrio sermone edidit

Manuale Philosophiæ christianæ. Rupellæ anno 1634. in 12. per Stephanum du Rosne ex Jo: a S. Anton. to. 1.

MCCCCXXV. 614.

FRANCISCUS DURAND = Regul. Observ. De eo Nicolaus Antonius; & Barnabas Morenus in Historia urbis Emeritensis lib. 5. pag. 324. apud Joannem a S. Anton. to. 1. p. 380.

MCCCCXXVI. 615.

FRANCISCUS DE EICIA = seu de *Evia*, vel *Hevia* Hispanus prov. S. Jacobi Regul. Observ., cujus

Thesaurus Angelorum a M. Augusto Beyer in Memoriis Hist. crit. Lib. var. creditur Opus veteris *Francisci Ximenii* Patriarchæ Hierosolym. gallice scriptum, & ab hoc Francisco in latinum conversum. Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum, & carpit Nicolaum Antònium; qui hunc non secernit a *Francisco de Hevia*.

De tribus statibus animæ librum eruditum, & pium scripsit, teste Waddingo infra in *Francisco de Hevia*, quem diversum existimavit, & fecit. Opus fert titulum *Speculum animæ* cusum Pinciæ anno 1550. in 8. apud Franciscum Fernandez, ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 393., qui dicit hunc distinctum a *Francisco Evia*, sed non probat.

Confessionale Francisci Eviæ ex italico hispanicum fecit Ludovicus a Granata Ordinis Prædicat., teste Possevino in Appar. sac. V. *Ludovicus Granata*; prodiitque Coloniæ anno 1592.; postea a Michaele ab Isselt Germano versum typis Birckmanni prodiit. Hoc Opus tamen non habet Jac. Eccardus to. 2. de Script. O. P. in *Lud. Granaten.*

Præparatio mortis Fr. Francisci de Evia notata legitur in Indice librorum prohibitorum. Hunc cit. Joannes a S. Anton. dicit distinctum & a Francisco *de Hevia*, & *de Eicia*, sed item non probat.

* FRANCISCUS ELMETIUS relatus a Jo: a S. An-

Anton. mihi non alius est, quam *Fr. Henricus Helmesius*, qui inter *Sermones* de Sanctis *de Annunciatione* quoque B. V. edidit; sæpe enim hæc nota *Fr.* versa est in *Francisci* nomen.

MCCCXXVII.

FRANCISCUS EMPER Hispanus Discalc. provinciæ Valentinæ S. Jo: Bapt. alumnus, Pater, & Præses Conventus S. Jo: de Ripa descripsit

Vitam, & acta Ven. Fr. Didaci Mazon ejusdem provintiæ alumni ab an. 1627. ad usque 1647. incip. *Reverandi secretum*: quæ mss. in 4. asseveratur in Archivo prædictæ provinciæ, teste Jo: a S. Anton.

* FRANCISCUS DE EMPOLI, al. Empuriens. = Vide *Franciscus de S. Simone*.

MCCCXXVIII.

FRANCISCUS AB EQUIS Capuccinorum alumnus anno 1643. exscripsit, & interpolavit

B. Guidonis Cortonensis Vitam ms. anno 1598. inventam, uti perhibet Papebrochius in notis ad acta SS. to. 2. Junii die 12.

MCCCXXIX.

FRANCISCUS EVERARDUS Belga, ut videtur, & magnus concionator, primus Cœnobii Brugensis Guardianus, ut ajunt, seu Præses, eo missus ad expurgandam ab hæresis labe illam urbem an. 1589. sub regia potestate solertia Ducis Parmensis restitutam. Scripsit

Historiam VII. fratrum Macchabæorum, quam eruditissimis concionibus illustravit, in quibus apparet, qualem se adversus hæreticos exhibuerit; teste Jo: a S. Anton. to. 1., qui eas vidit mss. Memorat eum & Petrus Marchantius tit. 12. fund. 12. §. 12.

* FRANCISCUS EXAMIN relatus a Jo: a S. Anton. to. 1. forsan est *Franciscus Ximenius*, de quo infra.

MCCCXXX. 616.

B. FRANCISCUS FABRIANENSIS = quem Waddingus ipse in Annal. Min. tradit composuisse etiam

Chronicon Fabrianense; nam ad annum 1267. n. 4., & 1251. n. 30. de eo verba texens ait: *sed & ipse B. Franciscus plura de rebus patriis chronologice adnotavit, inter quas obiter res proprias admiscuit*: & in indice mss. codd., quibus usus est Waddingus in conscribendis Annalibus Min., legitur quoque hujus B. Viri *Chronica Marchiæ & Fabriani*. Autor etiam ejus Vitæ apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 3. Aprilis die 22. num. 4. producit *Libellum* Beati autographum nonnulla de sua vita narrantis; & fragmentum adducit D. Cornejus to. 5. Chronicor. Ordinis lib. 5. cap. 36.; eisque utitur Arturus in Martyrol. Francisc. die 5. Septembris §. 3. & alibi. Extat adhuc autographum Opusculum Fabriani in Arch. Conventus S. Francisci ms. chartac. in 4., ubi plura de rebus *patrii* solummodo *Conventus* S. Francisci chronologice adnotavit. In exteriori libri operculo antiquo charactere posteriori manu legitur: *In isto libello sunt antiquitates loci, & rubrica privilegiorum Ordinis, & alia notabilia*: nam circa medium habetur: *Privilegia & copia privilegiorum, quæ sunt in loco. In nomine Domini Amen. Infrascripta sunt omnia privilegia, quæ sunt in loco Fabriani, que ego fr. Nicholutius Vinguntii de fabr. hic contavi. Anno Domini M. CCCLIIIJ.*: & in fine: *In nomine Domini Amen. Anno Domini M. CCCLXIIIJ de mense Madii. In vigilia sancti Venantii fuit congregatum provinc. capitulum fabr. in adjutorium capituli promisit Comune fabr. c. lib.* &c. &c.; & in posteriori operculi parte recentiori manu habetur: *In ista libello sunt multa antiqua Conventus scripta manu beati patris fratris francisci de fabriano: s: de mutatione loci: & de domibus emptis cum bullis & ipsis causis, quæ quidem sunt in loco in cassa nucea. Et plura alia sunt hic exarata. = Tempore domini Johannis papæ 22. obiit beatus Franciscus de fabriano die 22. Aprilis 1322.*:

Nænia ejusdem, seu *Carmen lugubre in obitu S. Bonaventuræ* versu leonino habetur ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 6. cod. 59. in 4. parvo post tractatum Nicolai Lyrani contra Judæos, incipiens: *O lugubris Ecclesia planctus in plaga dura = defunctus est fons gratiæ frater Bonaventura*. Refertur in Annal. Min. ad an. 1274. n. 14., & ab Arturo in Martyrol. Francisc. die 20. Aprilis §. 7.

Opusculum de serie, & gestis Ministrorum Generalium Ordinis Minorum, quod citat Waddingus in Annal. Min. sub an. 1267. num. 5., est *Catalogus* Ministrorum Generalium usque ad Fr. Michaelem de Cæsena insertus in eodem *Chronico*.

De veritate, & excellentia Indulgentiæ S. Mariæ de Portiuncula, cujus duo fragmenta refert Cornejus supracitatus, est excerptum ex diplomate ejusdem Indulgentiæ exarato a Theobaldo Episcopo Asisiensi, & prout ipse B. Franciscus accepit a Fr. Leone socio S. Francisci; extatque in eodem Opusculo.

Quantum sint utilia exempla conversioni, & hedificationi animarum. incip. *Dicit Jo: Damascenus in libro Barlaam quoniam præcipiente Domino missus est* &c. ms. chart. in 4. extat Fabriani in Arch. Conventus S. Francisci.

De hoc B. Viro agit etiam Dominicus Scevolinus Ord. Præd. in Hist. Fabrian. apud Jo: a S. Antonio to. 1. pag. 382.

MCCCXXXI.

FRANCISCUS DE FABRICA Aquitanus sac. Theol. Magister, Ecclesiastesque in partibus Aquitanis valde celebratus fuit provinciæ S. Francisci, seu Umbriæ Minister seculo XIV., eumque vita, scientia, & concionandi facultate famosum appellat autor illi suppar Bartholomæus Pisanus in Conform. XI. in prov. Aquitaniæ, & Cust. Tolosana; quare scripsisse videtur

Tractatus Philosophicos, Theologicosque; &

Conciones quadragesimales, & per anni circulum. Waddingus in Annal. Min. ad an. 1334. n. 25. ex Mariano hunc inter Viros Ord. Min. scientia, & scriptis insignes enumerat.

MCCCXXXII. 617.

FRANCISCUS FAUNUS = a Canthiano diœcesis Eugubinæ oppido Cœnobii Caliensis alumnus Min. Conv. sac. Theol. Magister anno 1622. Venetiis sacras *conciones* habebat. Memorat hunc autor æqualis Aug. Superbus in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. fol. 43., dicitque Musarum amicum. De eo & Franchinus n. 136.

Opus prodiit Venetiis anno 1622. in 4. typis Francisci Babæ, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 382.

MCCCXXXIII.

FRANCISCUS FAURE Gallus genere non minus, quam doctrina, & virtutibus illustris, Regiusque concionator edidit a se habitam

Ora-

Orationem funebrem in obitu Gasparis IV. *de Colygni exercituum Gallicarum Imperatoris*. Parisiis anno 1649. in 4. typis Prouveray, teste Jacobo Le Long. lib. 3. Biblioth. Galliæ n. 1377.; annoque insequenti assumptus est Episcopus Glandatensis, ex Indic. Bullar Seraph. Petri de Alva; deque eo videri possunt Sanmarthani in Gallia Christiana; de quo & Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C C X X X I V. 618.

FRANCISCUS FELIX = edidit etiam

Principium Complutense de scientia Dei; de prædestinatione, & reprobatione; & de Trinitate. Compluti anno 1646. in 4. typis Mariæ Fernandez.

Tractatum de Angelis; & *de Incarnatione* mss. reliquit; sed hic prodiit Parisiis anno 1641. (forsan leg. 1651.) in 4. typis Jacobi Quesnel studio *Fr. Ægidii Nublæ* Minoritæ autoris discipuli, ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 383. Agit de hoc Viro & Nicolaus Antonius ex Waddingo. Scripsit autem &

Tractatus de Penitentia, & Eucharistia, qui mss. habentur Matriti in Bibliotheca S. Francisci sub A. n. 17., teste cit. Joanne a S. Anton. in append.

M C C C X X X V.

FRANCISCUS FELTRENSIS Regul. Observ. socius B. Bernardini Tomitani Feltrensis anno 1494. denati scripsit

Vitam ejusdem *B. Bernardini Feltrensis*; quam fusius postea descripserunt italice Bernardinus Guislinius Doctor Feltrensis, ac Bartholomæus Cimarella, & latine Bartholomæus Simonius Marosticanus; ut notavit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum n. 57.

Breviarium Romanum correxit anno 1513. excusum Venetiis anno 1518. in 4. m., ex Petro de Alva col. 424. Militiæ apud Joannem a S. Anton. to. 1.

M C C C X X X V I. 619.

FRANCISCUS FERNANDEZ = de quo Nicolaus Antonius, & Joannes a S. Ant. ex Waddingo; addens obiisse anno 1653.

620.

FRANCISCUS FERRARIENSIS = Vide *Franciscus Sordellus*. Augustinus de Witte apud Joannem a S. Anton. to. 1. dum ait, floruisse anno 1546., confundit hunc cum *Francisco Vicedomino*.

M C C C X X X V I I.

FRANCISCUS FERRIZ Cæsaraugustanus Reg. Observ. provinciæ Aragoniæ Minister edidit hispanice

Compendium, & summulas orationis mentalis. Cæsaraugustæ an. 1624. in 12. per Jo: de Naja, & Quartanet. Dum autem in Carthaginen. provincia Visitatoris munere fungeretur, edidit

Sermonem in funere Card. Gabrielis de Trejo & Panjagua ab illa provincia in Coenobio Murciano celebrato. Murciæ an. 1630. in 4. per Ludovicum Berosi

Obiit in patria die 5. Maji an. 1631. ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 383.

M C C C X X X V I I I. 621.

FRANCISCUS FEVARDENTIUS = quem Maturinus Quadratus in epistola ad Archiepiscopum Ebredunensem *totius antiquitatis, & eloquentiæ quasi thesaurum* appellat; & Petrus Courcier in *Negotio secutorum Maria* dicit *inter doctos doctissimum*; cujus

Commentarii in epistolam D. Pauli ad Romanos prodierunt Parisiis anno 1599. in 8., etiam ex Joanne a S. Anton.

Commentarii in Epistolas D. Petri. ibidem anno 1611. in 8.

Notæ in Arnobii conflictum cum Serapione habentur in Bibliotheca Patrum edit. Colon., & Paris. anni 1624.

Hieremiæ Patriarchæ Constantinopolitani censura Orientalis Ecclesiæ per eum recognita prostat Paris. anno 1589. in 8., ex Indice Biblioth. Barber. to. 1. pag. 408.

Intermanducationes Ministrales &c. iterum sunt cusæ Parisiis anno 1604. in 8., ex cit. Indice.

Historia fundationis Ecclesiæ, & Abbatiæ Montis S. Michaelis gallico idiomate. Constantiæ in Normannia anno 1611. in 16.

Antiquitates Harflevii oppidi in Normandia. ibidem in 8., teste Langlet de ratione studendi Historiæ to. 2.

Commentarii in librum Ruth prodierunt etiam Antuerpiæ anno 1585., ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 384.

In duo S. Lucæ prima capita, in quibus Christi Dei, & SS. Præcursoris Historia 27. *Homiliis per Adventum* explicatur. Parisiis anno 1605. in 8. apud Claudium Chappellet, teste eodem Jo: a S. Anton.

In Michaelis Pselli librum de VII. *Synodis* &c. Parisiis anno 1576. apud Guillelmum Chaudiere, teste Possevino.

Sermones XII. *in præcipuis S. Dei Genitricis Mariæ feriis*. Parisiis cum *Libro S. Ildephonsi*; & seorsum ibidem anno 1578. in 8. apud eumdem.

Dialogos alios VII. *contra Calvinistas* gallice. Antuerpiæ anno 1598., teste Dupino sec. XVII.

Bella Ministrorum hæreticorum super fundamenta fidei catholicæ gallice. Parisiis anno 1604. in 8. typis Claudii Chapellet, ex Indice Biblioth. Teller. pag. 115.

De Cultu B. Virginis tractatus contra quemdam Calvinistarum Ministrum gallice extat ad calcem sui S. Ephrem translati.

Homilias de Immaculata Conceptione Virginis scripsit, teste Marracio apud Petrum de Alva col. 425. Militiæ, & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 386.; sed forsan comprehenduntur in supradictis *sermonibus* XII. *de B. V.* Ludovicus Bail par. 2. Biblioth. concionat. cap. 112. nonnulla ejus ex *Homiliis in Job* profert in medium.

Augustinus Superbus, qui eo tempore scribebat, in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. pag. 40. ait obiisse anno 1607. ætatis suæ 69. Sed Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 386. scribit obiisse anno 1610. die 7. Januarii.

M C C C X X X I X. 622.

FRANCISCUS FEVARDENTIUS minor = de quo Bonaventura Baro to. 1. Opuscul., & Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

M C C C X L. 623.

FRANCISCUS FICHET = ex vocabulo cognominis, & loco editionis hunc Gallum, non Italum fuisse puto. Joannes a S. Anton. to. 1. de hoc agens exscripsit Waddingum.

M C C C X L I.

FRANCISCUS FILIGELLI ab Asciano Hetruriæ oppido Min. Conv. liberalium artium, in primisque poesis amicus tentabat in epicum, heroicosque versus italice convertere

Con-

Conformitates S. Francisci ad Christum a Bartholomæo Pisano olim latine concinnatas; sed cum ad xvi. pervenisset anno 1608. die iv. nonas Septembris morte præventus Opus imperfectum ms. reliquit; ut enarrat Franchinus in Bibliosoph. n. 137., & Waddingus ipse in Annal. Min. ad an. 1399. n. 14. 43. ex Pompis Senen. par. 1. tit. 14. n. 46., ac Terrinca par. 3. Theatri Hetrusco--Minor. pag. 300., & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 386., sed parum accurate, cum dicat sac. Theol. Magistrum Opus transtulisse, eum nec medietatem Operis transtulerit.

M C C C X L I I. 624.

FRANCISCUS FLORENTINUS = Min. Conv. sac. Theol. Doctor anno 1424. die 29. Junii Perusii Lauream Magisterii suscepit, annoque 1439. die 10. Octobris Collegio Theologorum Florentino aggregatus est, ubi & anno 1441. Decanus fuit; insignis quippe Philosophus, Theologus, & Orator, verbique divini prædicator asseritur a Luca Joseph Cerrachino in Fastis Theologicis Collegii Theolog. Florent. Michael Pocciantius in Scriptor. Florentin. tradit, hunc Philosophiæ, Theologiæ, Jurisque prudentiæ perpetuum fuisse cultorem; *in cujus doctrina*, inquit ille, *quid potissimum sit admirandam ignoratur, sententiarumne gravissimarum, sanctissimarumque pondera; an styli varietates; an rerum decorum; an lepidum vocularum contextum* &c.: de quo legendus est & Rodulphius lib. 3., nuperusque Julius Niger in Script. Florent.

Opus Magistri Francisci Florentini extat ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 24. n. 680., & 681.

Christianarum Institutionum liber, non ad *Braniam*, ut Waddingus, eumque exscribens Joannes a S. Anton., sed ad *Bracciam* Martellum patritium Florentinum *in xl. capita distinctam*, pulcherrimisque titulis inscriptum, de quo supra in *Fabio Sinis*, seu *Syri*; videlicet

De excellentia conditionis humanæ &c. incip.: *Caperum amantissime Bracci*.

De Astrologorum parvipendendis judiciis &c. incip.: *Cogitanti mihi quanta felicitate*.

Breviloquium de epidemia agit, incipitque: *Charitatem* &c.: *ad P. Cosmæ de Medicis anno* 1456. *mense Septembris*: extat ms. Florentiæ in Bibliotheca Riccardiana cod. chart. in 4. n. 9. sub N. III., ex Indice pag. 202. *Fr. Francisci cognomento Paduani ex Ord. Minorum Breviloquium de epidemia ad nobilem, celebremque virum Petrum de Medicis* extat ms. Florentiæ etiam in Bibliotheca Lauren. Medicea plut. 73. cod. 28. membr., cujus in fine legitur: *anno Domini* 1456. *de mense Septembris editum*: ex Catalogo Montfauconi to. 1. Biblioth. mss. pag. 383. Scripsit etiam hic Franciscus cognomento *Paduanus*

Epistolas duas funebres unam ad dictum Petrum Cosmæ de Medicis, alteram *de dormitione magnifici C. ad præstantissimum ejus filium Medicem*, nempe Petrum filium Cosmæ patris patriæ, quæ habentur Florentiæ in Riccardiana Bibliotheca sub N. III. cod. chart. in 4. n. 9., ex Indice dictæ Biblioth. pag. 202. V. *Franciscus Paduanus*.

Orationes coram Summis Pontificibus incipiunt: *Tibi gratam*.

Epistola gratulatoria ad Nicolaum V. Summum Pontificem extat ms. in celebri supradicta Bibliotheca Medicea Florentiæ, teste cit. Cerrachino, plut. 52. cod. 15. inter Epistolas diversorum ex cit. Montfauconi Catalogo pag. 338.

Tractatum de B. Francisco ad plebem Veronensem per octo dies scripsisse eum etiam, tradit cit. Rodulphius lib. 3.; extatque mss. in dicta Lauren. Medic. Bibliotheca plut. 26. cod. 19. cum quibusdam *Bullis, & Indultis* variorum Pontificum pro Ordine Minorum, ex cit. Catalogo Montfaucon pag. 291. Videtur autor obiisse circa annum 1480.

M C C C X L I I I.

FRANCISCUS DE FORTIO, *Force*, provinciæ Picenæ oppido Min. Conv. sac. Theol. Magister anno 1460. Florentiæ in Theolog. Universitate declaratus, dicitur scripsisse, ac reliquisse

Commentarios super octo libros Physicorum;

Commentarios super xii. *libros Metaphysicorum*; &

Commentarios super 4. libros Sententiarum: ut refert supracit. Lucas Cerrachinus in Fastis Theolog. Florent.

Hic anno 1486. factus est suæ provinciæ Minister, pauloque post e vita excessisse videtur.

M C C C X L I V. 625.

FRANCISCUS FORMA = natione Catalanus, ut videtur, ex Nicolao Antonio, & Alphonso Lassor to. 1. Univ. Terr. Orb. pag. 251.

M C C C X L V. 626.

FRANCISCUS DE FRANCHIS = suæ provinciæ Lucaniæ per integrum sexennium Ministerio magna cum prudentiæ laude functus est, fuitque concionator facundus; cujus

Commentaria super Oseam Prophetam sub titulo: *Salvator mysticus, sive Oseas enucleatus*: tomis 3. in fol. constatur; quorum primus prodiit Panormi anno 1643. apud Alphonsum de Insula; 2. Salerni anno 1647. per Franciscum Savium; & 3. Neapoli anno 1650. apud Hyacinthum Passeram, ex Toppio in Biblioth. Neapolit., & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 387. Scripsit &

Commentarios in Jonam Prophetam Neapoli anno 1645. cusos, ut infra habet Waddingus v. *Franciscus a Vitrio*, qui idem est; duosque dicit tomos edidisse, alterum *Panormi*, & alterum *Neapoli*.

M C C C X L V I. 627.

FRANCISCUS FRANCINUS = Aragonensem hunc dicit Nicolaus Antonius; deque eo & Bordonus, & Joannes a S. Ant. ex Waddingo.

M C C C X L V I I.

FRANCISCUS FRANCISCI Fabrianensis provinciæ Piceni cum bonarum literarum studio teneretur, composuit

Hymnum in adventu Nicolai Papæ V. in oppidum Fabriani anno 1449., *& alia*, quæ ad nostram notitiam non pervenerunt; ex Hilario Altobello in ms. Hist. provinciæ Marchiæ.

M C C C X L V I I I.

FRANCISCUS FRANGIPANIS vir nobilissimus, ac doctissimus prov. Romanæ Regul. Observ. anno 1525. Minister, annoque 1539. a Paulo III. creatus Archiepiscopus Colociensis, ac Episcopus Agriensis, & Nitriensis Ecclesiarum in Hungaria unitarum; quo anno a Joanne Vaivoda Hungarorum Principe ad Carolum V. Imp. in Hispaniam missus est Nuncius de pace acturus, nec non ad Ferdinandum Austriacum, ex Nicolao Isthuanfio Hist. Hungar. lib. 17.; cujus meminit & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1539., & Rodulphius lib. 3.; sed & Paulus Jovius in fine Elogiorum

Vi-

Viror. Illustr. magna cum laude & *legationis*, & *eruditionis* viri mentionem egit. Antonius etiam Puccius in Genealogia Frangipanorum pag. 73. scribit, Panvinum hunc appellare *virum excellentissimum*, & a Paulo III. Archiepiscopum Agriensem constitutum: Raynaldus vero in Continuat. Annal. Eccles. sub an. 1534. n. 7. tradit, a Paulo III. eum in Hungariam esse missum, ut Lutheranorum hæresi se opponeret, neve illud in regnum eisdem ingressus pateret. Tandem Jo: Cinellus Florentinus to. 9. suæ Biblioth. vol. publicavit

Orationem latinam in italicum sermonem translatam, quam is Hungarorum Legatus habuit coram *Carolo V.*, *Electoribus*, *ac S. R. I. Ordinibus*: hæc vero oratio habita Ratisponæ anno 1541. extat ms. in 4. in Mediolanen. Biblioth. Ambros., ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 575. Alias etiam habuit *Orationes*, & *conciones*, quæ lucem nondum aspexerunt.

M C C C X L I X. 628.

FRANCISCUS DE FRAXINO = Regul. Observ. prov. Granaten. Lector Jubilatus edidit

Orationem in obitu D. Joannis de Moscoso Antistitis Malacitani ad civitatem Urcesenam habitam. Malacæ anno 1617. in 4. per Jo: Remz, teste Joanne a S. Anton. to. 1. V. *Franciscus Freneda*.

629.

FRANCISCUS FRISATUS = Vide *Franciscus Tresatus*

M C C C L.

FRANCISCUS DE FUNIANO Bononiensis prov. Capuccin. alumnus tum in sacris literis, tum in Philosophicis, ac Theologicis facultatibus excellens, & ecclesiastes eruditus, illibatæque conscientiæ candore præclarus plura scripsisse fertur; quorum

Volumen unum concionum, & sermonum de virtutibus, & vitiis ms. asservatur Arimini in sui Ordinis Bibliotheca.

Vitam ejus, & virtutes recenset Boverius to. 1. Annal. Capuccin. ad an. 1579. §. 6.; de quo & autor Biblioth. Capuccin., & Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C C L I.

FRANCISCUS FUXEUS Germanus Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor insignis, & verbi Dei præco celeberrimus interfuit Basiliensi Concilio, in quo cum Archiepiscopo Panormitano disputavit; uti memoriæ prodidit Æneas Sylvius lib. 1. de Gestis Concilii Basilien.; fuitque unus e Conclavii Custodibus in electione Felicis Antipapæ, ex 38. sess. ejusdem Concilii. Sæpe ejus meminisse legitur laudatus Æneas Sylvius in Epistolis, quarum & nonnullæ ad eum datæ cernuntur, ut epistola n. 177. data ex Vienna 1443. kal. Julii; in epistolis vero 61., & 66. ad Jo: Peregallum eum Scriptorem apostolicum appellat *præstantem*, *& facundissimum Theologum*: & epist. 68. ad Joannem Cardinalem S. Sixti scribit: *Venerabili, & doctissimo viro Theologo de Fuxe refero gratias, qui Antonium Luseum ad me misit. Andream contheologum, & confratrem ejus salvum dicito. Neuter eorum miretur, si non voco dominos; quia nemo dominus absque dominio: Mendicantibus autem nedum dominium, sed omnis proprietas est interdicta. Valeant igitur isti, & me compauperem ament.* De Gestis autem Concilii Basiliensis lib. 2. vocatur ab eodem *Franciscus de Fuxe Theologus, professione Minor, eloquentia magnus*. Hunc reor illum *Magistrum Ordinis Minorum*, qui anno 1433. in Concilio Basileensi *die S. Dominici* sermonem habuit, ex Supplem. Concil. Labb. nuper Lucæ vulgato to. 5. col. 31. Scripsit igitur.

Conciones, & Sermones varios.

De authoritate Concilii OEcumenici.

Controversias in Concilio Basiliensi habitas.

Quæstiones Philosophicas, & Theologicas.

Florebat anno 1440. ex Aug. Superbo in append. ad Catalogum ms. Scriptorum Ordinis Minorum.

M C C C L I I.

FRANCISCUS GALVE, al Galba, Valentiæ in Hispania natus, a teneris annis pietati & literis addictus ab Archiepiscopo illius urbis in Clerum adscitus est, & postea animarum curæ præfectus; sed ad perfectiora aspirans Institutum Discalceator. suscepit in Cœnobio S. Jo: de Ribera rigidioris disciplinæ provinciæ S. Jo: Baptistæ; inde ad Philippinas Insulas, & ad Japoniæ regnum transiit, illucque ex exilio redux cum summo animarum lucro, multis tribulationibus perpessis, multisque periculis superatis tandem proditus an. 1623. die 4. Decembris vivus igne comburitur in Yendo una cum P. Hieronymo ab Angelis Soc. J., & 51. aliis Christifidelibus; cum primus ex hispano in japonicum idioma transtulisset *Vitas Sactorum* sub tit.

Flos Sanctorum tomis 3. in fol.; &

De doctrina christiana libellos; ex Didaco a S. Franc. teste oculato in Relatione Martyr. Japonen., & Martino a S. Joseph par. 2. Chronic. prov. SS. Jos: & Pauli lib. 4. cap. 17. apud Jo: a S. Anton. to. 1. utrinsque suæ Bibliothecæ.

M C C C L I I I.

FRANCISCUS GASCO Gallæcus provinciæ Compostel. S. Jacobi Regul. Observ. Clementi PP. VIII. ob virtutes, & doctrinam charus, scripsit

Commentarios in Evangelia ad mentem SS. Patrum mss. in Biblioth. S. Antonii Monforten. ex Jacobo de Castro to. 1. Chronic. dictæ provinciæ lib. 3. cap. 6. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

* FRANCISCUS GENARDUS = Vide *Franciscus Cambariensis*.

M C C C L I V. 630.

FRANCISCUS GEORGIUS = *Fr. Francisco Georgio Patritio Veneto sac. Theologiæ illustratori* Lucius Paulus Rosellus Patavinus J. V. & sac. Theol. Doctor dicavit *Quæstiones Joannis de Jandunn super Metaphysicam*, quas ipse prius castigatas edi curavit Venetiis anno 1525. typis Hæ. Octav. Scoti. Forsan hic est ille alter *Minorita*, qui una cum *Hieronymo Maripetro* Veneto ejusdem Instituti composuit

Officia SS. Eustachii, & sociorum; *Nominis Jesu*; *& passionis Christi* a Paulo III. anno 1537. approbata cum Indulto, ut ubique a Franciscanis utriusque sexus recitari possent; teste Francisco Haroldo in Epitome Annal. Waddingi ad eum annum n. 7. Scripsit autem hic

Historiam S. Sepulchri Venetiarum Ordinis S. Claræ, quam citat Bartholomæus Cimarella par. 4. Chron. S. Francisci lib. 9. cap. 52. in margine; sed forsan est in *Vita B. Claræ Bugnæ* Monialis dicti Monasterii.

Cantica de harmonia Opus in fol. dicavit Clementi VII., & *Problemata* edita Paris. an 1575. in 4. Paulo III., in cujus Operis laudem cecinit hexa-

xametrô; & eleganti carmine *Fr. Franciscus Casanus* Mediolanensis Minorita. De ejus *Harmonia mundi* Vogtius in Catal. Libr. rarior. gallice pag. 705. scribit: *L'Harmonie du monde divisée en trois cantiques: Oeuvr singulier, & plein d'admirable erudition composée primierement en latin par Francois Georges Venetien de la famille des Freres Mineurs, & traduit, & illustré par Guy le Feure de la Boderie avec l'Heptaple* &c. Paris. 1478. in fol. apud Jo: Macé: Ita habet Frider. Gotthelf Freytag in Analectis Litter. de libr. rar. p. 382.

Extat Lugduni Batavorum publica in Bibliotheca ms. *Liber Pauli Veneti Minoritæ de Terra Sancta*: quemadmodum testatur Oudinus to. 3. Comment. col. 599., censetque spectare ad hunc *Franciscum Georgium*; de qua re cum nullam subdiderit rationem, non video, quin asseri queat esse *Paulini Veneti*, de quo infra suo loco; cum scriptores coævi, & suppares librum hunc huic Georgio Veneto non ascripserint.

In hujus autoris *Dogmata cabalistica* fuse P. Marinus Mersennus Gallus FF. Minimorum invectus est Quæstion. in Genesim.

Quartum Sententiarum librum Richardi de Mediavilla supplevit cum *Dionysio Bononiensi*, & vulgavit Venetiis, ut habet Waddingus adnotatum in *Richardo de Mediavilla*; sed illa *correctio*, non supplementum, est Francisci Gregorii, de quo infra.

Non obiit anno 1510., sed florebat ex autore suppari Sixto Senensi in Biblioth. sancta lib. 4., & Rodulphio lib. 3. Hist. Seraph. Joannes a S. Anton. de hoc agens to. 1. pag. 389. exscripsit Waddingum.

M C C C L V.

FRANCISCUS GLAVINICH Dalmata Regul. Observ. Theologus, Prædicator apostolicus, & Bosinæ, Croatiæque provinciæ Administrator composuit *Opusculum* illyrica lingua, cui titulus est:

Lumen animæ fidelis, cusum Venetiis an. 1632. in 8. Francisco Erghelio Zagrabiensi Episcopo missum: cujus Operis, autorisque in laudem cecinit versu illyrico *Fr. Paulus de Tauris* Croata Carolstadiensis ejusdem Ordinis sac. Theologiæ Studens: extatque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

De origine, & rebus memorabilibus provinciæ Bosnæ Croaciæ, cujus ipse Pater erat, an. 1646. diiomate italico, habetur ms. in fol. Matriti in Archivo Ordinis, teste Jo: a S. Anton.

De translatione Domus Virginis e Nazareth in Tersactum prope Flumen in confinibus Liburniæ situm eodem idiomate, & anno in fol. ms. ibid. ex eodem, & ex Petro de Alva col. 427. Militiæ univ. Porro *Historiam B. Virginis Tersactanæ, quæ postea Lauretana dicta est*, citat Petrus Valerius Martorellus Episcopus Feretranus in Theatro Histor. sac. Domus Lauretanæ to. 2.

Memorias Medvianas, seu Conventus Médnid castri Croatiæ (ex quo forsan fuit autor) citat idem Martorellus.

Manum Christi amoris divisam in 5. libros, quorum singuli sub quinis alphabeti litteris diversas materias comprehendentes plurimis & sacræ Scripturæ locis, & Patrum sententiis, denique & moralitatibus exornati sunt. Venetiis anno 1625. in 4. apud Jo: Salis; cujus in laudem edidit epigramma *Fr. Candidus Barbaritijus* ejusdem provinciæ alumnus sub initium Operis impressum, quod incipit:

„ Junge manus manibus Christi, qui cernis,
„ amoris;

„ Et quicumque cupis noscere quid sit amor.

Analysim Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ scriptam ab Andrea Peruzino de Ortiano ejusdem Instituti edi curavit Venetiis anno 1634. in 4. per Marcum Ginamum; ut habet citat. Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C C L V I.

FRANCISCUS GOMEZ Hispanus, ut conjicio, Mexicanæ provinciæ S. Evangelii Regul. Observ. alumnus descripsit

Vitas quorumdam Virorum venerabilium ejusdem Instituti, & provinciæ, ex Antonio Leonio apud Nicolaum Antonium in Biblioth. Hisp.

De idiomate mexicano varia composuit, quæ mss. extant, teste Aug. Ventaneurt in Menologio Francisc. p. 138. apud Joannem a S. Anton. to. 1. p. 389.

M C C C L V I I. 631.

FRANCISCUS GONZAGA = hunc edidisse (nisi sit *Manipulus Fratrum Minorum*) etiam invenio

Catechismum Fratrum Minorum, in quo agitur de potestate universis Seraphicæ Religionis professoribus tradita; seu, ut ederetur jussisse, ut edocet Possevinus in Appar. sac. V. *Franciscanorum*. Ejus

Historia originis Religionis Seraphicæ prodiit etiam Venetiis anno 1603. in 4. apud Dominicum Imberti; & anno 1606. in 4., ex Joanne a S. Anton. to. 1. p. 390.

Regulam S. Francisci cum declarationibus, & aliis collegisse, & evulgasse Romæ anno 1580. per HH. Antonii Bladii, notavit idem Possevinus V. *Franciscus Assisias*.

Epistolam encyclicam Ministris, Commissariis &c. datam Romæ anno 1582. 19. Martii incip.: *Quoniam ex onere nobis injuncto*: qua trans montes discessurus omnes ad suæ professionis observantiam hortatur, impressam Pisauri eodem anno per Hieronymum Concordiam in 4. una cum multis *Actis Capitularibus* tam a se, quam a suis Prædecessoribus habitis, habemus Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Epistolam aliam *pastoralem ad Fratres* excusam Ferrariæ anno 1585. in 4. legimus in Indice Bibliothecæ Barberinæ to. 1. p. 483.; nec non

Constitutiones Generales pro Monialibus S. Claræ, ac Tertii Ordinis S. Francisci italice impressas Romæ in 4., ex cit. Indice Biblioth. Barber., & ex Joanne a S. Anton. to. 1., qui & addit

Libros de doctrina christiana excudi fecisse, & gratis popularibus distribuisse. Jam Episcopus Mantuanus curavit, ut

Speculum disciplinæ, quod inter Opera S. Bonaventuræ legitur, ex latino in italicum sermonem verteretur; quemadmodum habet epistola Augustini Gallucci Minoritæ eidem Opusculo Venetiis anno 1621. edito præmissa. Composuit

Officia de Sanctis, quorum festum celebrat Ecclesia Mantuana, quæ & a sacra Rituum Congregatione, Sedeque Apostolica approbari curavit; nec non

Instructionem pro Sacerdotibus suæ diœcesis: *Tractatum de tribus votis essentiali.* ad Moniales suæ civitatis; atque *Constitutiones Societatis Pauperum*: quæ omnia cum *Libro de fundatione suæ Ecclesiæ, Pri-*

privilegiis, *Synodis* &c., quem describi fecerat, typis Mantuæ mandavit: aliaque, præsertim *pastorales epistolas*, teste Hippolyto Donesmundi in ejus *Vita*; ex qua & Benedictus Mazzara in Legend. Francisc. ad diem 11. Martii. Edidit etiam

Constitutiones synodales pro sua Mantuana Ecclesia, diœcesique, teste Ferdinando Ughello to. 1. Ital. sac.; ubi & dicitur anno 1620. diem obiisse annos natus 74., in sua tumulatus Ecclesia cum epitaphio, quod ab eodem affertur. De illo & Arturus ad diem 28. Decembris in Martyrol. Francisc.; Thomas Bozius de Signis Eccl. to. 1. lib. 12. cap. 21.; & de Gubernatis to. 2. Orbis Seraph. lib. 3. §. 56.

M C C C L V I I I. 632.

FRANCISCUS GOTTHUS = de quo Sixtus Senensis cum laude agit in Biblioth. sancta lib. 4., Rodulphius lib. 3., aliique postea. Videri posset natione Siculus, ac *Messanensis* patriâ; nam *Nicolaus Gothus* Messanensis Ord. Min. Conv. anno 1582. factus est provinciæ Siculæ Minister, ex Historia illius provinciæ Minor. Conv. Philippi Cagliolæ. Hujus porro Francisci

Compendium Biblicum versu leonino legitur in fine *sacrorum Bibliorum* editionis Venetæ anno 1519. per Lucam Anton. Juuctam factæ; & Lugdunensis anno 1546. typis Jacobi Juntæ in fol.; & antea anno 1529. typis Jo: Crespin.

M C C C L I X.

FRANCISCUS GRASSI Arbensis Dalmata Min. Conv. sac. Theol. Magister, & Ecclesiastes haud ignobilis, Cœnobiique SS. Apostolorum in Urbe Moderator scriptum reliquit vulgari italico idiomate anno 1596.

Quadragesimale cum concionibus pro diebus Sabbati to. 2. in fol.; &

Conciones super Evangeliis Festorum aannorum tomis 2., ut prodidit Matthæus Ferchius ms. apud Franchinum in Biblios. n. 139.

M C C C L X.

FRANCISCUS GREGORIUS Gallus prov. Narbonensis Min. Conv. sac. Theologiæ Baccalaureus cum adhuc esset, castigavit, & a mendis expurgavit

Logicam Johannis de Magistris Doctoris Parisiensis Scotistæ; vulgarique curavit Venetiis anno 1487. in 4. per Bonetum Locatellum: quæ editio extat apud nostros Bononiæ. Theologus autem

Comment. Fr. Richardi de Mediavilla Minoritæ super quarto Sententiarum; cujus in fine legitur, Opus *per reveren. sacræ Theologiæ bachalarium fratrem Franciscum Gregorii ejusdem Ordinis maxima cum diligentia emendatum. Cui finem imposuit Dionysius Bononiensis in florentissima civitate Venetorum, Anno Domini millesimo* cccc. *octogessimo nono die decima Novembris*. Hanc editionem vidit & Jo: a S. Anton. to. 1. Ego vero paucis abhinc annis *quartum Sentent. librum* Venetiis cusum anno 1499. in 4. per Bonetum Locatellum Presbyterum *opera Fr. Francisci Gregorii Ordinis Minorum emendatum* conspexi in Biblioth. PP. Regul. Observ. prope Brisighellam supra Faventiam oppidum; atque hic est, quem Waddingus vocat *Franciscum Georgium*, de quo supra; quemque ait, una cum *Fr. Dionysio Bononiensi* absolvisse librum 4. Sententtarum Richardi Mediavillæ juxta editionem Venetam anni 1489.

Quolibeta Richardi Mediavillæ anno 1509. die 10. Julii prodierunt Venetiis tunc primùm castigata a *duobus Fratribus Minor. Reg. Observ.* in fol.; quæ editio extat Romæ in Bibliotheca Conventus SS. xII. Apostolorum.

M C C C L X I.

FRANCISCUS DE GUADIX Hispanus provinciæ Bæticæ alumnus, Cœnobii Granatensis Præfectus, & S. Officii Censor, vel Qualificatoe scripsit

Opus de vocabulis ex arabica lingua ad Hispaniam derivatis, quo sæpius utitue Sebastianus Horoscus, & Covarruvias in *Thesauro linguæ castellanæ*, teste Nicolao Antonio to. 2. Biblioth. Hisp. pag. 329., & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 391.

M C C C L X I I. 633.

FRANCISCUS GUERRA = ex Villagarcia Palentinæ diœcesis oppido factus est Episcopus Accitanus, al. Guadicanus, circa annum 1640., & postea ad Placentinam Ecclesiam translatus, obiitque Placentiæ anno 1658.; cujus Opus titulo:

Majestas gratiarum, ac virtutum Deiparæ Virginis Mariæ prodiit tomis 2. in fol. Hispali anno 1659. typis Jo: de Ribera, teste Joanne a S. Anton. to. 1., qui addit, ejus autographum asservari Pinciæ in Conventu Regul. Observ. Citatur autem a Ludovico Schonleben Carno lib. 3. *Orbis universi votorum* pro definitione piæ sententiæ de *Immaculata Conceptione V. M.* cap. 3. §. 2. n. 5.; qui & eumdem Episcopum Guadicensem adducit ibi §. 3. n. 5. ut alterius *Operis* autorem.

M C C C L X I I I.

FRANCISCUS GUIDIUS a Monteflorum diœcesis Ariminensis oppido tertii Ordinis S. Francisci Regul. Observ. sac. Theol. Magister, & concionator celeber, suique Ordinis speciale ornamentum obiit plusquam nonagenarius Bononiæ anno 1638. die 25. Januarii; cum in lucem dedisset

Speculum, seu *Vitam S. Marcianæ Virginis, & Martyris* vulgari, sed eleganti stylo Bononiæ anno 1632. typis Francisci Cattanei; ut legimus apud Franciscum Bordonum in Chronol. 3. Ord. cap. 38., & cap. 58. n. 27., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 391.

Historica quædam etiam mss. reliquit, ex quibus *Historiam de B. Virginis imagine* vulgo *Pradelli* prope Imolam prodigiosa se excerpsisse fatetur cit. Bordonus cap. 18. n. 4., eaque penes se servata fuisse; & cap. 13. n. 52. memorat; anno 1616. Romæ illum unum fuisse e candidatis ad supremam Ordinis Præfecturam.

M C C C L X I V. 634.

FRANCISCUS GUSMANUS = non Gotmannus, Toletanus provinciæ Castellæ Regul. Osberv. vir doctrina, & sanguine clarus, ac concionator celebris, in Hispania Transalpinæ Familiæ Commissarius Generalis, cujus jussu Michael de Medina ejusdem Instituti aggressus est Opus scribere *de sacrorum hominum continentia*, nec non persuasionibus multorum Episcoporum, qui anno 1565. Toletano Concilio interfuere; quemadmodum ipse narrat in illius Operis præfatione. Porro ejus

Tractatus de cælibatu Ministrorum sacrorum Altaris prodiit Venetiis anno 1569. apud Gratiosum Porchacinum, & antea Toleti anno 1566. typia Francisci Guzmani; cujus in laudem cecinit Franciscus Tuninius epigrammate, quod & refert Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 391.:

„ Præmia quanta tibi veniant de cælibe vita:
„ Quamque sit innumeris illa beata modis,

„ Vis

„ Vis capere, & gestare sinu manibusque libel-
„ lum?
„ En tibi, qui totus gemmeus irradiat,
„ Hanc divinorum interpres Franciscus, & idem
„ Stirpis Guzmanæ gloria composuit.
„ Hæ redolent chartæ nardum, thymiamata; quid
„ non?
„ Autoris vitam testificatur Opus.

MCCCLXV.

FRANCISCUS HENDRICQ Belga edidit lingua gallicâ

Vitam S. Claræ Virginis. Audomari an. 1631. ex Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 12. Aug. in Comment. prævio ad Vitam dictæ Sanctæ n. 13. §. 1.

MCCCLXVI. 635.

FRANCISCUS DE HERRERA = celebrat hunc Emmanuel Rodericus to. 3. Quæst. Regul., & Canon. q. 15. art. 8. inter Viros sui Ordinis Operibus illustres: obiit autem Placentiæ in Italia circa annum 1600., ex Joanne a S. Anton. to. 1.

Manuale Theologicum prodierat Romæ anno 1606., & 1610. apud Gulielmum Facciotum, ex Indice Biblioth. Barber., & Parisiis anno 1616.

Institutiones christianæ, seu *conciones quadragesimales* hispanice, Medinæ an. 1604., ex cit. Joanne a S. Anton.

MCCCLXVII.

FRANCISCUS HERRERA provinciæ Castellæ Regul. Observ. in Complutensi Conventu concionator jussu suorum Superiorum scripsit

Vitam, ac miracula Ven. Fr. Juliani a S. Augustino Laici ejusdem provinciæ, de cujus Canonizatione tunc agebatur, tomis 3. in 4. mss.; extant Compluti in Archi. S. Didaci. Obiit anno 1608.; ex Jo: a S. Anton. to. 1.

636.

FRANCISCUS DE HEVIA = vide *Franciscus de Eicia* supra; idem enim est, quem Joannes a S. Anton. to. 1. diversum fecit & a *Francisco de Evia*; atque pag. 393. to. 1. ait, hunc in Chron. prov. S. Jacobi to. 1. lib. 3. cap. 6. vocari *Franciscum de Hevia*: at Nicolaus Antonius *de Hevia*, & *de Eicia* unum facit.

MCCCLXVIII.

FRANCISCUS HITA Matritensis Regul. Observ. provinciæ Castellæ ecclesiastes in Conventu Complutens. edidit

Panegyrim de S. P. Francisco. Compluti an. 1635. in 4. per Antouium Duplastre, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

MCCCLXIX. 637.

FRANCISCUS HORANTIUS = ortus Colendæ Regul. Observ. provinciæ Conceptionis Minister, interfuit Tridentino Concilio Lector Vallisoletanus inter Procuratores Episcoporum absentium pro Episcopo Palentino Christophoro Fernandez; eumque magni facit, citatque Petavius lib. de Trident. Concilii, & S. Augustini doctrina cap. 16., uti & Gulielmus Eysengrenius, nec non Ægidius Gonzalez Davila in Theatro Oveten. Ecclesiæ, ac Nicolaus Antonius.

Oratio ab eo *habita in Concilio Tridentino anno 1562.* vulgata est Lovanii an. 1567. cum aliorum *Orationibus* in fol., ex Miræo in Auctario Script. Eccles. sec. XVI. n. 78.; & postea in Labb. Conciliior. Collectione par. 4. Concilii Trident. pluries.

Epistola, *seu tractatus de quibusdam quæstionibus inter Philippum Marnixium S. Aldegonda Abbatem, & Michaelem Bajum Academiæ Lovaniensis Cancellarium circa Ecclesiæ autoritatem, & judicem controversiarum fidei* nuper recusa est in *Resolutionibus tuis Orthodoxo-Moralibus* a Thoma Hurtado Clerico Regul. Minor. eum honorificentissimo autoris elogio.

Opus ejus *de justificatione* citat Franciscus Gonzaga apud Joannem a S. Anton. to. 1., qui dubitat, ne sit aliqua *Locorum Catholicorum* portio seorsum edita.

Commentarii in librum Job doctissimi ab eodem scripti meminit Antonius Daza lib. 1. Hist. Ord. Min. cap. 12.

Commentaria in Danielem etiam scripsisse testatur Mauritius Hylaretus concione Sabbati post Dom. 1. Quadragesimæ his verbis: *Orantius vir profecto de litteris divinis optime meritus, cujus etiam docta scripta in Danielem Prophetam nondum in lucem missa vidi: ex quibus, cum essem cum eo Mechliniæ, aliquas paginas ipso legente magna animi voluptate his auribus attentissime audivi*: ex Joanne a S. Anton. to. 1.

MCCCLXX. 638.

FRANCISCUS HURTADO = Custos Custodiæ S. Catharinæ de Honduras, & Pater provinciæ de Guatimala Regul. Observ. prædicator de Conceptione B. V. edidit

Lamina aurea attributorum Virginalium. Salmanticæ anno 1628. in 4. apud Ramirez; de quo Joannes a S. Anton. to. 1.; qui pag. 394. alium habet *Franciscum Hurtado de Mendoza*, qui edidit

Sermonem pro die octavo Conceptionis Virginis Mariæ declamatum in Hospitali generali urbis Pampilonensis, ibique impressum anno 1620. in 4.; ex Petro de Alva col. 433. Militiæ.

MCCCLXXI.

FRANCISCUS A S. JACOBO Hispanus Discalc. provinciæ S. Gabrielis scripsit

Favores a B. Virgine de Gaadalupe acceptos; cujus operis plura fragmenta vulgavit Jo: a Trinitate par. 1. Chronic. provinciæ S. Gabrielis lib. 3. cap. 42.

De vita sua interiori jussu Fr. Petri Roderici de Llarena sui Confessarii: extat ms. in Cœnobio PP. Hieronymianor. prov. Extremaduræ tit.: *de Gaadalupe sacro*.

Maxima devotione B. Virginem prosequens exaravit hispanice pulcherrimum *carmen* incip. *Todo el mundo en general*: illustratum, editumque a Jo: a S. Anton. par. 1. Biblioth. Minor. Discalc. Ab ipsa B. Virgine annulo donatus, quod asservatur in Cœnobio de Brozas, jussus est prædicare coram omnibus mysterium Immaculatæ Conceptionis: donoque prophetiæ ornatus decessit 8. Decembris an. 1617. De eo agit Chronologus provinciæ S. Didaci in Bætica par. 1. lib. 1. cap. 10. &c., & Jo: a S. Anton. to. 1.

MCCCLXXII.

FRANCISCUS A S. JOSEPH Suessanus prov. Neapolit. Strict. Observ. Discalc. anno 1619. florebat, & in Ecclesia Lateranensi Pænitentiarii munere fungens elucubravit, misitque ad Paulum V. impressum Romæ in fol.

Tractatum de Canonizatione mysterii Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis a pluribus autoribus laudatum, de quo Joannes a S. Anton. in append. to. 3.

MCCCLXXIII,

M C C C L X X I I I. 639.
FRANCISCUS KNAJALUS = de quo P. Rodulphius lib. 3., aliique post eum: vivebat anno 1520. in Germania.

M C C C L X X I V. 640.
FRANCISCUS KRAVENDONUS = Regul. Observ. Germanus vivebat anno 1550.; nec edidit *Sermones Joannis Langspergii*; sed ex ejus Sermonibus collegit

Conciones, seu potius *Explicationes Evangeliorum* ab erroribus vindicatas per propositas quæstiones, & ad easdem responsiones, inquit Petrus Rodulphius lib. 3. f. 316.; unde infra in *Joanne Gravendunk*, qui idem est, scribit Waddingus, edidisse *Postillam in Evangelia ex libris aliorum*. Cæterum non *Sermones*, sed *Euchiridion Joannis Insti Lanspergii*, nisi expurgetur, prohibitum asseritur in Indice Romano; nam *Petrus Lansbergius* omnino ibi proscribitur utpote Lutheranus, non *Joannes Justus Lanspergius*.

M C C C L X X V.
FRANCISCUS LACHERE Gallus prov. S. Bonaventuræ Regul. Observ. Definitor evulgavit

Laudem funeream Francisci le Roux; quam celebrat Jacobus Le Longus in Supplemento Bibliothecæ Gallicæ pag. 912., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C C L X X V I.
FRANCISCUS LANNION Gallus prov. Britanniæ Min. Capuccin. concionator sac. Theologiæ Professor, ac Minister edidit gallice

Orationem funebrem in obita N. de N., ut habet autor Biblioth. Capuccin., & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 396.

641.
FRANCISCUS A LAUDA = vide *Franciscus Quaresmius* Laudensis, qui idem est; de quo Lassor to. 1. pag. 500. Univ. Terr. Orb., & Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C C L X X V I I. 642.
FRANCISCUS DE LEDESMA = Waddingus in *Anonymo Hispano* XIII. n. 142. scripsit, *Monumenta Ordinis Minorum* edita fuisse ab Anonymo per mandatum *Francisci de Ledesma* Guardiani Conventus S. Francisci Salmanticæ; sed nos ad eum locum notavimus, non unum, sed plures collegisse dictum Opus, nimirum Antonium *del Rincon*, Antonium *a Medina*, & Franciscum *a Ledesma*; quod quidem prodiit primùm anno 1506., postea anno 1510., & tertio anno 1515., non 1551. Porro in Capitulo Generali Transalpinorum Observantium anno 1508. prope Barcinonam celebrato electus est *Ledesma*, ut cum nonnullis aliis quinque omnia *Statuta Ordinis* colligerent, breviarent, & ad proximum Capitulum Generale examinanda deferrent. Joannes a S. Anton. to. 1. de hoc agens exscribit Waddingum.

M C C C L X X V I I I.
FRANCISCUS LELIUS UBALDINUS patritius Florentinus Regul. Observ. alumnus, & humanioribus studiis apprime excultus scripsit *varia* oratione partim soluta, partimque ligata; ac ejus

Rhytmus italicus in laudem Montis Alvernæ legitur initio quartæ partis Chronicorum S. Francisci a Baretio Venetiis anno 1608. editæ; citaturque hic autor ab Antonio Daza lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 2.; idemque *Rhytmus* legitur etiam in prima parte libri ab Horatio Civalla vulgati hoc titulo: *Tempio di lodi in honor del Serafico Patriarca S. Francesco*. Maceratæ anno 1620.

* FRANCISCUS LONGUS = vide supra *Franciscus Coriolanus*, qui cognominatus est *Longus*. Hunc quidem Joannes a S. Anton. hoc loco interserit ex Emmanuele Leal Augustiniano; at minime diversus est a *Fr. Francisco Longo Coriolano*: cum enim Emmanuel Leal viderit modo citari *Franciscum Longum*, modo *Franciscum Coriolanum*, duos existimavit, duosque recensuit; sed non dixit, *Franciscum Longum* esse Discalceatæ provinciæ S. Antonii in Lusitano regno alumnum, ut Joannes ipse a S. Antonio.

643.
FRANCISCUS LUCAS = ejus

Notationes ad Biblia, quibus variantia discrepantium exemplarium loca excutiuntur, prodierunt Antuerpiæ anno 1580., inquit Anton. Possevinus in Appar. sac. to. 1., ubi nullius Instituti Regularis eum fuisse dicit: sed tomo 3. V. *Vulgata editionis* eum appellat *Ecclesiæ Cathedralis Audomaropolitanæ Theologum*, & *Decanum*, qui Romanæ correctionis in latinis Bibliis edit. vulgatæ jussu Sixti V. recognitis loca insigniora observata edi curaverit Antuerpiæ typis Plantinianis anno 1603. per Jo: Morettum; ejusque consilium dicit accuratum, & sanctum; addens, omnes etiam hæreticorum sui temporis objectiones accurate diluisse; & multa divinæ Scripturæ loca apposite interpretatum esse. *Decanus* etiam, & *Theologus Audomaropolitanus* appellatur in Lugdunensi editione *Concordantiarum sacrorum Bibliorum* ab eo primum emendatarum. Quare nescio, quo autore, quove monumento hunc Waddingus Minoritis accensuerit; cum synchroni scriptores Rodulphius, Gonzaga, & Willottus eum talem non agnoverint: forsan quod extitit *Tertii Ordinis S. Francisci* in seculo persistens. Joannes a S. Anton. to. 3. de hoc agens exscripsit Waddingum.

M C C C L X X I X.
FRANCISCUS LUCA de Placentia in Hispania, *Laicus* Discalceat. provinciæ S. Gabrielis primum; tum provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis alumnus, ad quas transierat, ut animarum lucra captaret, propriis manibus 15000. Indos a se in lege Christi instructos baptizavit; scripsitque

Dictionarium Missionariis utillimum *idiomatum principalium illarum insularum*; teste Jo: a S. Anton. to. 1. Obiit an. 1639. ex Anton. Truxillo lib. 8. Chronic. prov. S. Gabrielis cap. 22. & 24.

M C C C L X X X.
FRANCISCUS LUCENILLA Regul. Observ. Bæticæ provinciæ Lector emeritus, S. O. Qualificator edidit

Tractatum pro defensione paternitatis R. P. Fr. Francisci Suarez ejusdem provinciæ. Hispali anno 1648. in fol., teste Jo: a S. Anton. to. 1.

M C C C L X X X I.
FRANCISCUS LUCINIANENSIS prov. Tusciæ Min. Conv. liberalibus artibus excultus italico rhytmo decantavit

Vitam B. Michelinæ Pisaurensis Tert. Ord. S. Francisci, addita paraphrasi latina; quemadmodum notavit Papebrochius in Comment. prævio ad Vitam dictæ Beatæ to. 3. Junii die 19. n. 3.

M C C C L X X X I I. 644.
FRANCISCUS LUENGUS = ex oppido Campo diœcesis Toletanæ provinciæ Castellæ Regul. Observ.

serv. obiit anno 1647. in Conventu Salicetano, vulgo *de Salceda*, ex Eusebio Gonzalez to. 6. Chron. Ordinis lib. 3. cap. 32.

M C C C L X X X I I I.

FRANCISCUS LUGANO prov. Mediolanen. Min. Capuccin. concionator composuit

Libram de miracnlis SS. Eucharistiæ, ex Vannotio to. 3. apud Dionysium Genuensem in Biblioth. Script. Capuccin., & Joannem a S. Anton. to. 1.

M C C C L X X X I V. 645.

FRANCISCUS LUGNANUS = cujus

Vitam B.Ioannis Bonvisii Lucensis in latinum translatam fere integram dederunt Act.SS. Collectores Bollandii to. 5. Maji die 21. pro supplemento Vitæ memorati Beati. De eo Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo, licet non citato.

M C C C L X X X V.

FRANCISCUS LUPANI Catarensis provinciæ Dalmatiæ Min. Conv. sac. Theol. Magister, & concionator egregius, quem ob eximiam probitatem, sapientiam, ac prudentiam, ceterasque animi dotes Gregorius XIII. ad patriæ Sedem Episcopalem regendam promovit anno 1578., quam cum triennium dumtaxat strenue administrasset, e vivis subducitur anno 1581.; reliquit que post se

Concioaes quadragesimales;

Sermones de Sanctis;

Comment. super Dialecticam; &

De modo orandi: si fides est Augustino Superbo in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. Memorat hunc Rodulphius lib. 2. in prov. Dalmat. & Cust. Ragusina; nec non Ughellus to. 7. Ital. sac. in Episc. Cataren. Hieronymus vero Bigarella Ord. Prædicat. in funebri *Oratione* pro *Paullo Byzantio* Episcopo Catarensi Francisci prædecessore recitata Utini anno 1587., eodemque anno Venetiis typis edita ait de Paullo memorato: *quapropter erudito, ac religioso viro almi Ordinis Franciscani Summi Pontificis auctoritate petita Episcopatum cessit*.

M C C C L X X X V I. 646.

FRANCISCUS LYCHETUS = Donatus Calvus in Scæna Liter. Scriptor. Bergomen. scribit, hunc ortum habuisse *Loverii* in agro Bergomensi. Theologiam Neapoli publice interpretatus est Lychetus, ubi &

Commentarios in primum Senten. librum evulgavit: postmodum alteram aggressus editionem alios etiam Commentarios exaravit, ut ipsemet in epist. ad Maximilianum Imp. data Brixiæ anno 1517. die 16. Februarii, & iisdem Commentariis præmissa testatur his verbis: *Commentarios illos non in primum dumtaxat, sed in reliquos autoris ejusdem* (Scoti) *& Sententiarum, & Quolibetorum libros non auximus modo, sed & novos conflavimus*. Ex quibus liquet scripsisse eum & in *quartam librum Sententiarum*.

Commentarii in secundam Senten. librum, & *Quolibeta Scoti* prodierunt Sallodii anno 1517. die 8. Maji per Paganinum de Paganinis in fol.

Commentarii in primum, & tertiam Senten. librum ejusdem cusi sunt anno 1518. die 22. Maji per Guidum de Bonazariis Cremonen. *in provincia Brixiæ*: ita codices in Bibliothecis S. Francisci Ferraciensi, & Asisiensi.

Commentarii in quartam librum Senten., & Quolibetorum Scoti. Venetiis anno 1520. per Jo: Pratensem, & postea ibidem anno 1589. apud Zenarum, & alibi ex cit. Donato Calvo: sed perperam.

Commentarii in 1. 2. & 3. Senten., nec non *Quolibeta* prodierunt Parisiis per Joannem de Prato impensis Jo: Granion. ann. 1519., & 1520. in fol. cura, ac studio *Fr. Jo: de Castillione* ejusdem Ordinis; in cujus Operis laudem cecinit *epigramma*, quod refert Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 398., *Fr. Franciscus Flavius* de Carticeto ejusdem Instituti; quæ editio extat in nostra Asisiati Bibliotheca; eamque castigatiorem reddidit Constantius Sarnanus Venetiis anno 1589.

Apparentes contradictiones hujus autoris solutæ extant in Bibliotheca Barberina, ex Indice illius.

Commentarii in lib. Sent., & Quolib. prodierunt Lugduni anno 1639. cum Operibus Scoti.

Commentarii super novem libros Metaphysicorum Scoti ex cit. Donato Calvo; qui & referuntur, in Brevi Leonis X. Paganino Typographo concesso.

Interpretatio, Instructio, & Declaratio ejus *circa Breve Leonis X. dat. anno* 1518. *pro Indulgentiis Fabricæ Basilicæ S.Petri Apostoli* impressa absque anno, & loco, cum esset *Minister Generalis, Nuncius, & Commissarius Apostolicus*, citatur a Petro de Alva in Indiculo Bullarii Seraph. fol. 177. n. 47.

Antonius Donatus Aquaviva Eques Neapolitanus, & Comes Joiæ *in Lycheti laudibus* tetrastichon, & epigrammata edidit, quæ servantur Neapoli in Bibliotheca S. Dominici majoris. Cecinerunt de eo & Baptista Fiera Mantuanus ejus discipulus, & Daniel Cerretus Brixiensis poetæ non ignobiles. Obiit autem hic autor Budæ in Hungaria anno 1520., ex Marco Ulyssipon. in Chron. S. Francisci par. 3. lib. 8. cap. 47.

M C C C L X X X V I I.

FRANCISCUS MACEDO a S. Augustino, non Italus, ut P. Graveson to. 8. Hist. Eccles. par. 2. scribit, sed Lusitanus, patriâ Conimbricensis natus anno 1596., ætatis anno 14. Societatis Jesu Institutum amplexus, postea ad Franciscanos Strict. Observ. Discalceat. anno 1643., demum ad FF. Minores Regul. Observ. transiit; memoria super omnes felicissimus, superior etiam Petro Comestori; Romæ anno 1658. triduo integro de quocumque, quod sciri potest, examen subiit; id quod non multo post Venetiis anno 1667. octiduo toto peregit. Romæ ad limen portæ Aracælitani Cœnobii lapis marmoreus cum ejus effigie, & sequenti elogio a *Fr. Michaele Angelo Farolfo* Cretensi ejus discipulo ejusdem Ordinis sacri Palatii Apostolici prædicatore, & postea Traguriensi Episcopo erectus cernitur.

P. M. S.

Viro omniscio P. F. Francisco a S. Augustino Macedo patriâ Lusitano Veneto civi Minor. Observantiam provinciæ Portugalliæ Lectori Jubilato. In Patavina Academia Ethico Professori. Galliarum Reginæ Annæ concionatori, & Consiliario. Regis Lusitaniæ Ioannis IV. Chronologo latino. Sancti Officii Romæ Qualificatori. In Collegio Propagandæ Fidei controversiarum Lectori. In Romana Sapientia Historia Ecclesiasticæ Magistro. Poetæ extemporaneo celeberrimo. Pluribus in catholicæ, & litterariæ reipublicæ obsequium laboribus claro. Adversæ fortunæ ictibus intrepido, ingenio acri, memoria infallibili. Septuaginta voluminum patri. Die 1. Maji 1681. ætatis suæ 88. Paduæ ad superos profecto.

De

De morte autem *Macedi* luxit versibus Franciscus Balduinus Florentinus nobilis poeta, & Prior S. Felicitatis, teste Julio Nigro in Scriptor. Florent. pag. 542. inter *Anonymos*: & cum vixisset autor diu, plurimumque valuisset in omni arte excellenter, plurima quoque scripsit, quæ partim extant, & leguntur, partim vero aut amissa sunt, aut mss. servantur.

CATALOGUS ejus OPERUM, quem ipse ad preces Antonii Maliabecchii texuit in suo MYROTHECIO MORALI edito anno 1675. pag. 214., ubi primum adducit de se locum Bibliothecæ Alegambæ Soc. J. pag. 126., deinde seriem subjungit in hunc modum:

Apotheosim S. Francisci Xaverii epico carmine. Ulyssipone anno 1621. impressam. (libeis 3. in 8. anno 1620.)

Apotheosim S. Elisabethæ Reginæ Lusitaniæ epico carmine. Conimbriæ anno 1624. (1625. in 4.)

Theses Rhetoricas in unum volumen conjectas. Madriti anno 1628.

Epitomen Chronologiæ ab Orbe condito ad Christum natum anno 1634. (hispano sermone).

Artem poeticam justo volumine. Hæc non vidit lucem.

Elegias VII. in libris non numero. Typis mandatæ sunt Lugduni anno 1626.

Historiam recentium Martyrum Japonensium lingua hispanica in 4. Matriti anno 1632.

Vitam Domini D. Ludovici de Ataide eadem lingua in 4. Ibidem anno 1633.

Hæc in Societate J. In Ordine S. Franc.

Apologeticus pro Lusitania vindicata. Parisiis anno 1641. in 4.

Jus succedendi in regnum Lusitaniæ cum Historia Lusitaniæ liberatæ, & schemate genealogico competitorum de Regno Lusitaniæ. Parisiis eodem anno in fol. (apud Sebastianum Cramoysi in 4., & an. 1642. in fol.)

Elogia Gallorum. Aquis Sextiis eodem anno 1641. in 4.

Descriptio villæ Juquii, & Sanctæ Baumes, idest speluncæ S. Magdalenæ versibus. Ibidem eodem anno in 8.

Panegyricus Urbano VIII. Apes Barberinæ, Lyra Barberina, Roma vetus, & nova carmine heroico in unum volumen conjecta. Romæ anno 1642. in 4.

Honor vindicatus. Rupellæ anno 1642. in 8.

Philippica Portughesa hispanice. Ulyssipone anno 1643. in fol. (1644.)

Propugnaculum Lusitano-Gallicum. (contra calumnias Hispano-Belgicas) Parisiis anno 1646. in fol. (1647. apud Ant. Bertier).

Laurus Hatourtica. Ibidem anno 1647. in 4. (1648. ex Chron. prov. Portugalliæ).

Cortina Augustini. Ibidem anno 1648. in 4. (De prædestinatione, & gratia. Monasterii quoque anno 1640., vel, ex Indice Biblioth. Barber. anno 1649.)

Tessera Pontificia (Romana contra buccinam Thomæ Angli extat in to. 12. Biblioth. Pontif. Roccaberti) *pro dignitate, & autoritate Papæ*. Londini anno 1652. in 4.

Controversia Ecclesiastica inter Fratres Minores. Ibidem anno 1653. in 8.

Lituus Lusitanicus (Apologia mentis Innocentii X.) *contra tubam Anglicam* (Thomæ Angli). Ibidem anno 1654. in 4. per R. Norton.

Mens divinitus inspirata Pontifici Innocentio X. super 5. *propositiones Jansenii*. Ibidem 1653. in 4.

Scrinium Augustini. Ibidem Londini anno 1654. in 4. (de adjutorio sine quo non).

Domus Sadica, idest Familia Nobilium Lusitanorum cum eorum gestis descripta. Ibidem 1654. in fol.

Rosa Alexandrina, idest electio Pontificis Alexandri VII. cum Panegyrico, & poemate omnis generis. Romæ anno 1655. in 4.

Pallas togata, idest Regina Sueciæ ad fidem conversa. Romæ anno 1656. in 4. (perperam in Indice Biblioth. Barber. dicitur edita an. 1644.)

Encyclopedia. Ibidem anno 1657. in fol. (in agonem literatorum producta).

Vita SS. Joannis de Matha, & Felicis de Valois Fundatorum Ordinis Redemptorum SS. Trinitatis. Ibidem anno 1660. in 8. (typis Angeli Bernabò ex Jo: a S. Antonio).

De clavibus Petri. Romæ anno 1660. in fol. (apud Philippum M. Manzini; extatque to. 2. Biblioth. Pontif. Roccaberti).

Archigymnasii Romanæ Sapientiæ descriptio. Ibidem anno 1661. in 8.

Theatrum meteorologicum. Ibidem anno 1660. in 12. (apud Jacobum Dragongellum).

Diatriba de adventu S. Jacobi in Hispaniam. Ibidem anno 1662. in 8. (per Philippum M. Manzini).

Controversiæ selectæ (contra hæreticos, & schismaticos). Ibidem anno 1663. in 12. (apud eumdem Manzinum).

Scholæ theologicæ positivæ. Ibidem anno 1664. in fol. (apud eumdem).

Assertor Romanus, sive vindiciæ Romani Pontificis, & Pontificatus. Romæ anno 1666. in fol. (apud eumdem).

Vitæ Theresiæ, & Sanciæ Reginarum Lusitanorum. Ibidem anno 1667. in 8. (Bolland. Continu. ad diem 17. Junii impres. Antuerpiæ an. 1701.)

Vita S. Turibii Archiepiscopi Limani. Venetiis anno 1668. in 4. (& omnium prima prodierat Patavii anno 1620. in 4. juxta Indicem Bibliothecæ Barberinæ.

Concentus euchologicus &c. (S. Ecclesiæ in Breviario, & S. Augustini). Venetiis anno 1668. in fol. apud Cieras.

(*Armonia Exercitiorum S. Ignatii Soc. J., & Operum S. Augustini*. Ibidem).

Pictura Venera. Ibidem anno 1669. in 4. (Lassor citat pag. 642.)

Collationes S. Thomæ, & Scoti ad 1. *Sententiarum*. Patavii anno 1671. in fol. (per Petrum M. Frambottum).

Azimus Eucharisticus. Veronæ anno 1673. in 8. typis Rubeanis. (Disquisitio *de ritu azimi, & fermenti* prodiit etiam Bononiæ anno 1750. in Bibliotheca selecta de ritu azimi, & fermenti to. 1. in 8.)

Disquisitio ecclesiastica super azimo eucharistico. Ibidem eadem anno in 4. (per Franciscum Gambam).

Commentationes duæ ecclesiastico-polemicæ pro S. Augustino. Ibidem an. 1674. in 4.

Responsio ab notas Critici. (Anonymi in Apologiam Thomæ Mazzæ). Ibidem eod. anno in 4.

(*Responsio ad Notas nobilis Critici Anonymi* (Francisci Sparavieri Veronensis) *in Apologiam R. P. F.*

R. P. F. Thomæ Muzza pro Jo: Annio Viterbiensis, Veronæ 1675. in 4. in fine prædictarum *Notarum*).

Myrotheciam ex documentis Moralibus. Patavii anno 1675. in 4.

Libri, qui perierunt.

Historia expeditionis Brasilicæ ad Bahiam recuperandam: anno 1625. in 4. (memoratur a Fr. Ferdinando a Solitudine).

Liber de generibus, & differentiis styli tum rhetorici, tum poetici, tum historici, tum epistolaris. Conimbriæ anno 1626. in 8. (de hoc cit. Ferdinandus a Solitud. in Chron. prov. Portugal.)

Vita pii viri Dominici Joannis Laici Jesuitæ tum latine, tum lusitanice in 8.

Scientia rhetorica Matriti scripta in fol. casu amissa.

Scientia poetica Opus accuratissimum Matriti in fol. æmulorum fraude interversa.

Bella Hispanorum cum Gallis lingua hispanica. Matriti in 4. apud Ducem de Villahermosa invenitur.

Descriptio poetica heroico carmine Palatii Matritensis rusticani: reperitur in Bibliotheca Comitis de Olivares 3. millia versuum epicorum. (Boni recessus vulgo *del Bonritiro*).

Adversaria collecta ex omnibus Operibus S. Augustini: ingens tomus cujusdam negligentia combustus. (Memoratur etiam a Fr. Ferdinando a Solitudine apud Jo: a S. Anton.)

Vita S. Rosæ Limensis Dominicanæ, quæ prima omnium scripta fuit: servatur ad Minervam Romæ in 4.

Libri confecti, & in lucem edendi.

Historia de bello lusitanico dudum, ex quo fui in Angliam missus, interrupta; cujus libri duo ad ideam Titi Livii sunt confecti; & meam adhuc expectant perfectricem manum.

Liber de Conciliis universalibus, & particularibus in fol.

Liber apologeticus contra Calonem, & Valsium Romanæ Ecclesiæ adversarios in 4.

Calamitas erudita in 4.

Diatriba de opinione probabili in 4.

Lucerna Macedi in 8.

Dissertatio de validitate Matrimonii ethnicorum præsertim Tuachinensium barbarorum in 4.

Traductio Ludovici Camonii principis poetarum Lusitaniæ in latinam linguam heroico item carmine: Opus magni laboris, & accurationis in 4. continet myriadem ferme versuum totidem poetæ versibus respondentium. (de quo & Nicolaus Antonius in append. mss.)

Collationum in 3. Sententiarum S. Thomæ, & Scoti tomus tertius subditur prælo. (Prodiit Patavii anno 1680. in fol. apud Cadorinum cum Collat. *de Immac. B. V. M. Conceptione; de adoratione Christi, Papæ, & Imaginum*; & *de institutione vitæ apostolicæ*; ac præmisso *Panegyrico Innocentio XI.* dicto pro illius ad Summum Pontificatum assumptione.)

Prosper redivivus contra Narratorem (idest Norisium) *præ manibus habetur; uti &*

Accipiter, sive Sparaverius Rafreni plumis vestitus, deplumatus, & vigintiquinque errorum convictus. (Anno 1696. erat sub prælo.)

Opera vaga, & solitaria subdit esse *plurima*; propterea ægre numerari posse, & ægrius inveniri scribit, inquiens: *Panegyricos* dixi 53.; *Orationes latinas* habui 60.; *Orationes funebres* 32.; *Poemata epica* recitavi publice 48.; *Elegias* composui 123. *Epitaphia* 115.; *Epistolas dedicatorias* 212.; *familiares* 700.; *Poemata epica* 2600.; *Elegias* 500.; *Odas* 110.; *Epigrammata*, & id genus alia plusquam 3000.; *Comœdias* latinas 4.; *Satyram unam* hispanice; *Carmina*, quantum recolendo præterita consequi possum, omnis generis, quæ scripsi, ac ex tempore fudi, ea opinor centum & quinquaginta myriades posse conficere. Tandem animadverto, de multis me *Quæstionibus* fuisse consultum &c.; eorum *Responsa*, quæ sunt dispersa, si colligantur, ingentem tomum efficient. Hæc ipse de suis Operibus in suo quod dixi *Myrothecio*.

Postea sunt ab eo conscripta etiam hæc, quæ sequuntur.

Panegyricus Sermo de P. S. Francisco Venetiis in Æde Monialium S. Laurentii recitatus italice. Patavii anno 1675. typis Jacobi Cadorini in fol.

Sermo academicus: quis delectabilius fruatur repræsentatione comica, aut tragica, aut mixta in theatro; an cæcus, qui audiat; vel surdus, qui videat? idiomate italico. ibidem Patavii an. 1676. in 4.

Mantissa responsioni ad notas Critici, nempe Francisci Sparaverii nobilis Veronensis edita typis anno 1676., cui Sparaverius respondit breviter, sed acute, inquit Noris in suo libro *Miles Macedonicus* pag. 48.

Dii tutelares orbis christiani.

Elogia Veneta carmine elegiaco. Venetiis in fol. (Patavii anno 1680. in fol. cum figuris in Rempublicam Venetam, ejusque Duces.)

Responsa adversus gerras germanas Germanicarum Cornelii Jansenii, & Henrici Noris collecta ab Annibale Riccio Veneto.

Responsiones adversus propositiones parallelas Fr. Jo: Guidiccioli collecta ab Annibale Riccio Veneto sac. Theologiæ Baccalaureo prodierunt Patavii anno 1708. una cum Historia Pelagiana &c. Card. Noris.

Panegyricus S. Claræ in 10. *sermones distributus* idiomate italico. Patavii anno 1680. in 4. typis Cadorini.

De mysterio Incarnationis; cui attexuit longam *disputationem contra Monachatum S. Augustini*; cum appendice *itinerarii ejusdem S. Augustini post Baptismum Mediolano Romam*: in quod strinxit calamum Fr. Fulgentius Fosseus Opusculo *Somnia* 50. *Fr. Macedo in Itiner. August.* anno 1682.; uti & Noris sua *Adventoria*, quam impugnaverat, *de quorumdam Lirinensium doctrina* typis Veronæ.

In Apologiam R. P. Thomæ Mazza Inquisitoris Genuen. pro Annio Viterbiensi cum appendice pro suo fratre germano Antonio Macedo Soc. J. contra Henschenium & Papebrochium.

Diatriba de Paulli cum Petro antiloquio, una cum *Quæstionibus* 5. *de auctoritate Papæ*, & *Dissertatione de clavibus Petri* habetur in Biblioth. Pontif. Roccaberti to. 12. edita Romæ anno 1690. in fol.

Panegyris soterica ob propulsatum sacra Eucharistiæ ope imminens ab immisso periculo. Parisiis anno 1648. in 4., ex indice cit. Biblioth. Barber.

Libra inter Calvinianos, & Arminianos. Londini anno 1654., ex cit. Indice.

Oratio in exequiis Abbatis Hilarionis Rancati. Romæ anno 1663. in 4., ex cit. Indice.

Oratio funebris in morte Card. Julii Sacchetti, ibidem eodem anno in 8., ex cit Indice. *Pa*

Panegyricus SS. D. N. Clementi Papæ IX. Patavii dictus, ibique cusus anno 1669. typis HH. Pauli Frambotti.

Medulla Historiæ Ecclesiasticæ emaculata, emidullata, vindicata. Patavii anno 1671. typis Frambotti; sed Gregorius Lætus par. 4. Italiæ Regn. lib. 3. advertit idem Opus esse, ac *Assertor Romanus* supra relatus, & excusus jam Romæ anno 1666. solo titulo mutato.

Azimus Eucharisticus hoc titulo: *Doctrina R. P. Joannis: Bona Abbatis Gen. Cistercien. e Congregatione Fullien. de usu Fermentati in Sacrificio Missæ per mille, & amplius annos a Latina Ecclesia observato examinata, expensa, refutata. Ingolstadii in* 8., sed revera Venetiis anno 1672.: prohibitus ex decreto sac. Congreg. Indicis, donec corrigatur: omissis iis, quæ in eum durius, & acerbius dixerat, recudit hoc titulo:

Em. ac Rev. Domini Cardinalis Bona Doctrina de usu Fermentati in Sacrificio Missæ per mille, & amplius annos in Latina Ecclesia observato in suo Libro Rerum Liturgicarum cap. XXIII. *examinata, & expensa*. Veronæ typis Rubei anno 1673. in 8. Ex scriptis autem ejus

Theses Rhetoricæ sub titulo *Thesaurus eruditionis pro sole zodiacum percurrente = Parnassi nemus poeticis arboribus consitum = Viridarium eloquentiæ rhetoricis floribus distinctum = Elegiæ septem* in obitu præclarissimi Interpretis P. Francisci de Mendoza ejusdem Soc. J. alumni: Lugduni 1626. = *Vita Ludovici de Ataide* Pro-Regis Indici hispanice: Matriti 1629. in 4. Hæc *Opuscula* edita dicuntur in Societate Jesu ab Allegambe, & Nicolao Antonio; ut & *super quinque propositiones Cornelii Jansenii*: Londini an. 1633. in 4.

Inter Franciscanos vero juxta Joannem a S. Anton. to. 1. pag. 364. &c. edidit etiam

Panegyrim de S. Thoma Apost. in Sacello Regio habitam, editam Ulyssipone an. 1637. per Craesbeeck in 4.

Historiam Martyrum Japonen., quæ laudatur a Fr. Ferdinando a Solitudine. to. 5. Chron. prov. Portugal. lib. 5. cap. 2.

Elogium Eminentiss. Michaelis Mazzarini S. R. E. Card. Parisiis, teste Nicolao Antonio.

Officium S. Joannis Evangelistæ. Ulyssipone, ex eodem.

Orationem funebrem in obitu Ludovici XIII. Regis Galliæ habitam in Sacello Regis. ibidem anno 1643. in 4. per Antonium Alvarez.

Concionem de solitudinibus Deiparæ Virginis habitam in Regis Sacello. Ulyssipone 1645. in 4. apud Paulum Craesbeek.

Scrutinium D. Augustini de prædestinatione, gratia, & libero arbitrio. Parisiis an. 1648.; Monasterii 1649.; & Londini 1644. in 4. apud Thomam Royrefort, ex cit. Joanne a S. Anton., qui dicit, se vidisse hoc Opus, esseque diversum a *Cortina* ejusdem *de prædestinatione*.

Mentem Divi Augustini illustratam de duplici adjutorio gratiæ. Londini anno 1655. in 4., teste Joanne a S. Anton.

Lusitaniam infulatam, seu de Pontificibus Lusitanis. Parisiis anno 1663. in 4., ex Lassor to. 2. pag. 440. Univ. Terr. Orb.

Responsiones ad Jo: Guidistiolum. Venetiis an. 1676. in 4., ex Biblioth. Slusianæ Indice.

Commentationes duas Eccles. polemicas pro SS. Vincentio Lirinensi, & Hilario Arelatensi, ac Monasterio Lirinensi; autore P. Fr. Francisco a S. Augustino Macedo Lusitano Minor. Observantiæ Lectore Patav. &c. Veronæ 1674. in 4.; & Maguntiæ 1676. in fol. per Jo: Petrum Lubrodt in fine libri titulo: *Prodromus veritatis* P. Brunonis Neusser.

Librum allegationum pro Sereniss. Dom. Catharina adductarum a Doctoribus Conimbricensibus ex lusitano latinum fecit, Parisiis impressum anno 1641.

Schemata sac. Congregationis S. Officii Romani cum Elogiis Eminentiss. Principum Cardinalium; & *Corollarium* de infallibili autoritate Romani Pontificis in mysteriis fidei proponendis, & ejusdem controversiis decidendis. Patavii anno 1676., ex Ephem. Erudit. Ital. to. 13. anni 1676.; extatque in to. 12. Biblioth. Pontif. Roccaberti.

Trifanum Macedi compositum ex panegyrico poemate ad Archiepiscopum Bracarensem D. Ludovicum de Sousa. Patavii anno 1677. in 4. apud Cadorinum.

Ad Augustiss. Reginam Heroinam Christinam Corona carminibus selectis. Ulyssipone anno 168., ex Ferdinando a Solitudine in Chronic. prov. Portugal.

Ad hunc D. Forstemberg Episcopus Paderbonensis misit nonnullos *Versus*, qui leguntur pag. 274. Carminum VII. illustrium Virorum; ejusque cum laude meminerunt Allegambe in Biblioth. Soc. Jesu; Bruno Neusser in Prodromo velitari; Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispana; Gregorius Læti in Ital. Regn. par. 3. lib. 3., & par. 4. lib. 5.; Co: Julius Scoti in Notis 64. Moral. Censor. Hist.; Carolus a S. Antonio in Anagram., & Ænygm.; Roccabertus in Biblioth. Pontif. to. 12.; P. Finardus in Parnasso aborto; P. Valvassorius; Jo: Cinellus in præfat. ad Carmina Chiabreræ; Gonet, Lauria, Capisucchi, Noris, Morerus.

MCCCCLXXXVIII. 647.

FRANCISCUS MACERATENSIS = Min. Conv. sac. Theol. Magister; anno 1488. constitutus fuit *Lector sacræ Scripturæ* Venetiis, ex mss. Actis Capituli Generalis eo anno Cremonæ a Francisco Sampsone celebrati; annoque 1491. una cum *Fr. Petro Angelo de Monte ulmi*, cum essent *sac. Theol. Bacchalaurei*, correxit *libros Metheoror. Aristotel. cum comment.* &c. Gaetani de Tienis edit. Venet. typis Jo: & Gregorii fratrum de Forolivio. Porro idem *Petrus Angelus* anno 1492. correxit quoque *sac. Biblia* edit. Venet. per Paganinum de Paganinis Brixien.: Franciscus vero anno 1493. castigavit *Metaphysicam Avicennæ* impressam ibidem per Bernardinum; & anno 1494. *Scriptum Pauli Veneti in lib. Poster. Arist.* editum ibidem per Simonem Bevilaquam, cum adhuc esset *sac. Theol. Baccalaureus*; quod extat apud nostros Asisii: & anno 1500. unus ex illis Magistris sac. Theol. fuit, qui in Comitiis Generalibus Interamnæ coactis ediderunt, ordinaruntque

Constitutiones Alexandrinas pro Franciscanis Conventualibus; ut in fine dictarum Constitutionum habetur.

Opus Josephi Hebræi de Bello Judaico cum argumentis singulorum capitum hujus autoris excusum est Mediolani anno 1513. per Alexandrum Minutianum in fol.

Anno 1502. factus est Pater Conventus SS. Apostolorum de Urbe a P. Ministro Generali die 17. Ju-

17. Junii, eodemque anno erat *Procurator Generalis Ultramontanus*; ex ejusdem Conventus SS. Apostolorum monumentis. Quare Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 398. perperam hunc *Regul. Observ. alumnum* facit.

* FRANCISCUS MACLINIENSIS, quem hic recenset Joannes a S. Anton. ex Antonio de Leon, est *Franciscus Monachus Mechlinensis* infra referendus.

M C C C L X X X I X.

FRANCISCUS DE MADRID, al. Matritensis, Hispanus Strict. Observ. Discalc. prov. S. Joseph concionator scripsit

Catalogum Scriptorum Discalceatorum Ord. Min., quem ms. penes se habuisse testatur Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 202. in *Fr. Benedicto a Solitudine*. Ipse laudatur etiam a Quiroga lib. 2. Hist. Matriten. cap. 147. ceu autor libri inscripti vernacule:

Thesaurus pauperum: de quo & Nicolaus Antonius to. 1. Biblioth. Hispanæ pag. 338., & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 398.

M C C C X C. 648.

FRANCISCUS MADRY = de quo & Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont.; & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1.

M C C C X C I.

FRANCISCUS MAJORGA Reg. Observ. provinciæ Granaten. edidit

Rationale symbolicum de excellentiis seraphicis, ut ex additionibus ad librum de Scriptorib. Waddingi in Biblioth. Conventus S. Franc. Matriti extantibus apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M C C C X C I I.

FRANCISCUS MANFREDUS Regiensis prov. Bononien. Min. Capuccin. alumnus sanguine clarus, sed doctrina, moribus, concionandique dono longe clarior complura exaravit, vulgavitque typis, ut

Carmina varia, & Elegias in ortu Magni Principis Hetruriæ Ferdinandi. Bononiæ an. 1612.

Poema elegans, & pulcherrimum de laudibus villæ Arietinæ ad Sereniss. Ducem Parmensem. ibidem, & eodem anno. Verum hæc duo Opuscula tribuuntur etiam *Jo: Francisco Bono Regiensi* Minori Conventuali; ut ibi dicetur.

Orationem de laudibus S. Caroli Borromæi ab eo habitam in Ecclesia Cathedrali Placentiæ anno 1614., impressam ibi eodem anno in 4. apud HH. Jo: Baptistæ Bazachii.

Orationem in Beatificatione S. Francisci Xaverii ab ipso habitam Bononiæ in Ecclesia PP. Societatis Jesu. Bononiæ anno 1620. in 4.

Orationem ad cives Parmenses in gratiarum actionem pro ortu Ducis Parmæ, & Placentiæ. Placentiæ anno 1625. in 4., ex Joanne a S. Anton. to. 1.

M C C C X C I I I. 649.

FRANCISCUS MANINCONIUS = provinciæ Romanæ Minorum Conv. alumnus ex oppido Somnino Tarracinensis diœcesis, de quo Rodulphius autor coævus lib. 2., aliique post eum agunt; eum Theulus, & ex eo Franchinus vocant *Manicombi*, dicuntque circa annum 1590. e vivis excessisse, postquam *conciones*, quas Viterbii, Mediolani &c. habuerat, evulgasset; nec non plura alia *scripta* reliquisset, quæ morte interceptus edere non potuit. *Maniconus* tamen dicitur a Theulo cit. in Appar. Minor. lib. 6. cap. 4. Joannes autem a S. Anton. sequitur Waddingum.

650.

FRANCISCUS DE MARCHIA = est *Franciscus Asculanus*, de quo supra.

M C C C X C I V. 651.

FRANCISCUS MARIA INSUBER = hic forsan est ille *Fr. Franciscus Maria Cugianus*, al. *Corgiarius*, Canapensis a S. Georgio in Subalpinis Regul. Observ. vir devotus, qui, teste Rossotto in Scriptor. Pedemont., edidit italice

Pretiosum thesaurum ad rem divinam faciendam, vel sacram Eucharistiam sumendam:

Tractatum brevem de significato sacri Altaris Sacrificii mysteriorum Taurini cusum anno 1608.

Vitam Venerabilis Viri Fr. Bartholomæi Salutiensis, quæ ms. extat Romæ in Bibliotheca S. Petri in Monte aureo.

Britius in Monumentis Subalpinæ provinciæ S. Thomæ lib. 3. pag. 288. *alia* composuisse *Opuscula spiritualia* tradit apud Joannem a S. Anton. to. 1., qui *Cugianum* dicit, hosque distinctos facit nullo documento pag. 400., & 401., alterum afferens ex uno Waddingo, alterum vero ex Rossotto, & Britio.

M C C C X C V.

FRANCISCUS MARIA FORET Brugis in Belgio patre Scoto genitus Min. Conv. sac. Theol. Magister Veronensis Cœnobii provinciæ S. Antonii alumnus; quem Thomas Dempsterus in epistola ad Jacobum Montanarium Balneocaballen. Min. Con. Generalem Ministrum anno 1621. Bononiæ data virum egregium appellat, ac doctrina insignem; quæ epistola Opusculo: *Joannes Duns Scotiæ assertus*: præfixa legitur. Hic eum adhuc sac. Theol. Baccalaureus esset, & humanioribus literis teneretur, edidit carmen epicum:

Vincentiæ urbis origo poeticis numeris decantata ad Vicentinos Decemviros. Veronæ anno 1629. in 4. apud Angelum Tamum.

Atheists heroico versu decantatus ad Felicem Franceschinum Generalem Ministrum Ord. Min. Conv. impressus ibidem anno 1630. in 4. Extant in Bibliotheca S. Francisci Ferrariæ.

De hoc Theulus in Triumpho Seraph. agit, & plurimis linguis Europeis præter græcam, & latinam ornatum commendat, atque, ægra semper valetudine obiisse Veronæ.

* FRANCISCUS MARIA GENUENSIS = v. *Franciscus Maria Squarciaficus* infra

M C C C X C V I.

FRANCISCUS MARIA GIANCARDUS Genuensis Min. Capuccin. alumnus sub nomine *D. Juliani Giancardi* ejus fratris vulgavit *Opuscula* sequentia vernacule

Impulsiones spirituales pro servitio Deiparæ. Genuæ anno 1630. apud Calenzanum; & Monte Regali anno 1632.

Civitatem sanctam Deiparæ, seu de Ecclesiis in Alaxio. ibidem anno 1648.

De Reliquiis translatis e Sardinia in Alaxium. Ibidem anno 1561.

Hortus sacer Dominæ nostræ a Suffragio de Alaxio. ibidem eodem anno.

Historia purissimæ Virginis a Vigne Genuensis. ibidem eodem anno.

Symbola Alaxii patriæ suæ. Genuæ anno 1653.

Historia sacræ apparitionis Deiparæ in Savona. ibidem anno 1660. tomis 3. in 4.

Exercitia spiritualia, ac Novendiale sacrum in ho-

honorem purissimæ Virginis a Savona. ibidem anno 1660.

Historia Sacratiss. Virginis a Guardia in Ponzevera. ibidem anno 1661.

Historia S. Mariæ a Pietate in Finali. ibidem.

Gemma Augusta liberata, & coronata a Matre Dei.

Historia S. Mariæ a Rapallo una cum ejus miraculis.

Miracula, ac gratiæ S. Mariæ a Pietate in Finali.

Corona gratiarum, ac miraculorum S. Mariæ a Misericordia Savonensis.

Rosa aurea S. Mariæ a Misericordia Savonensis.

Chronologia sacra originis, & fundationis Ecclesiarum, ac Conventuum Savonæ.

Triumphus S. Mariæ a Guardia dictæ.

Elogia L. mirabilium Oceanensium.

Plaga Domini Nostri Iesu Christi. — *Flores S. Birgittæ Reginæ Svetiæ*.

Votum Immaculatæ Conceptionis B. V. — *Vexillum sacrum purissimæ Conceptionis Deiparæ Virg.*

Cor S. Francisci Minorum Patriarchæ. — *Lingua S. Antonii Patavini*.

Vita S. Hugonis Confessoris Equitis Hierosolymitani.

Vita V. Matris Domitillæ Papiensis Capuccinæ.

Obiit Savonæ in Cœnobio S. Mariæ de Misericordia anno 1670. ex Marracio, Oldoino, & aliis apud autorem Biblioth. Capuccin., & Joannem a S. Anton. to. 1.

MCCCXCVII.

FRANCISCUS MARIA MONTAGNANA a Maranello diœcesis Mutinensis oppido Min. Conv. sac. Theol. Magister, & anno 1623. Bononiensis provinciæ Minister; cum Ferrariæ apud suos Philosophiam profiteretur, edidit

Orationem academicam in laudem Thadæi Barberini nepotis Urbani VIII., Torquati de Comitibus, & Horatii Ursini italico sermone; quam postea Fr. Theophilus a Monopolo Vicarius S. Officii Rhodigii vulgavit anno 1626. typis Danielis Bessucci in 4.

In *Actis Capituli* provinciæ Bononiæ Min. Conv. anno 1620. Parmæ celebrati, Præside P. M. Jacobo Montanario Balneocabalensi Ministro Generali, Placentiæ impressis an. 1621. per Alex. Bazachium §. *Commissiones* habetur: *P. Magistro Francisco de Maranello committitur, ut imprimendis Opusculis publico provinciæ bono servientibus, ut sunt: Exercitia boni Religiosi: Meditationes ad Chori commoditatem: Manuale Min. Conv.; & alia hujusmodi, diligentem operam navet*: quæ quidem an perfecerit, non reperi: miror que, hunc latuisse Franchinum; erat enim homo valde pius.

MCCCXCVIII.

FRANCISCUS MARIA PAGNOTTIUS patritius Pistoriensis Capuccinorum Theologus, ac verbi Dei prædicator insignis edidit, teste Marræio in Bibliotheca Mariana anno 1648. vulgata,

Tractatum de origine, & progressu SS. Stellarii. Pistorii anno 1654. in 4. etiam impressum, ex Terrinca pag. 201., & Petro de Alva col. 438. Militiæ.

Mariam triumphantem cum pompa triplicis Coronæ stellarum, liliorum, & rosarum: lingua hetrusca, ex cit. Antonio Terrinca in Theatro Hetrusco Minorum par. 3. cap. 1. serm. 4.; de quo & Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccin.: impress. Pistorii anno 1655. in 4. per Petrum Ant. Fortunati, ex Joanne a S. Anton. to. 1. p. 401.

MCCCXCIX. 652.

FRANCISCUS MARIA *Pugnetus* = reponendum pro *Pagnetus* Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & Cæsenæ Theologiæ Professor, quem P. Rodulphius lib. 2. in Custodia Parmæ, Placentinoque Conventu, & lib. 3. dicit juvenem bonæ indolis, suumque in Gymnasiis auditorem Bononiæ anno 1583. obiisse. Extat ejus

Oratio latina in funere A. R. P. M. Francisci Visdomini Ferrariensis habita Bononiæ, ibique impressa anno 1573. typis Alexandri Benatii in 4., cujus fragmenta refert Franchinus in Biblios., ubi de *Francisco Visdomini* verba facit; qui & suo loco disserit de eo, ejusque Orationis editione, quam ait inveniri in nostra S. Francisci Castri Bononiensis Bibliotheca, n. 141. cit. Biblios.; sed agit de eo jejune admodum. Joannes a S. Anton. to. 1. de ipso scribit ex Tossignano.

MCD. 653.

FRANCISCUS A S. MARIA = cujus extat in Bibliotheca Barberina Romæ

Relatio Martyrii sex Fratrum S. Francisci, & 20. Japonensium anno 1597., ex hispano in italicum idioma translata a Josepho de S. Maria Striet. Observ. Romæ anno 1599. in 8.; &

Reformatio Discalceatorum B. V. de Carmelo primitivæ Observantiæ hispanice. Matriti anno 1644. in fol.: sed in hoc vereor mendum autoris Indicis illius Bibliothecæ, apud quem non paucos adverti; nam illa *Relatio Martyrum Japonen.* a Waddingo tribuitur *Fr. Joanni a S. Maria*;

Manuale vero *Sacerdotum*, & *Speculum* &c. a Waddingo tribuitur etiam *Petro de S. Maria* ejusdem Instituti; cujus esse reipsa censeo hæc Opuscula. Joannes a S. Anton. to. 1. Bibliothecæ univ. Francisc. pag. 399. exscribit Waddingum ad verbum; tantum addit, de hoc scriptore agere & Nicolaum Antonium.

MCDI.

FRANCISCUS MARIA SENEGIENSIS provinciæ Valloniæ in Belgio Min. Capuccin. alumnus, Lector, Guardianus, ac Definitor edidit

Sermones plurimos de tempore tomis 2.; &

Opera spiritualia varia, teste Dionysio Genuensi in Biblioth. Capuccin., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1.

MCDII.

FRANCISCUS MARIA DE SEPTALIA, al. de Scellonibus, ac de Vicecomitibus ex matre, Mediolanensis genere clarus, virtutibus autem clarior Minor. Conv. alumnus, quem ob eruditionem, pietatem, ac prudentiam, aliasque egregias animi dotes Sixtus IV. anno 1472. ad Episcopatum Viterbiensem promovit; quique paulo post Umbriam etiam pro eodem Pontifice frenavit; Ecclesiam vero sibi commissam exemplo, verboque, & factis egregie administravit, erecto a fundamentis Sacello, ubi hactenus gentilitia ejus insignia spectantur; exornatoque Episcopali Palatio. Tandem vivendi finem fecit anno 1492.; de quo quidem Waddingus in Annal. Min.; atque Abbas Picinellus in Athenæo Liter. Mediolan. tradit scripsisse

Vitam Sixti IV., eaque, quæ sub ejus Pontificatu acciderunt: hanc porro cum aliis Romanorum

 Pon-

Pontificum Vitis a Luca Holstenio collectis legatam fuisse Bibliothecæ Card. Francisci Barberini ipsius Holstenii Testamento. In *indice* autem *Opusculorum*, *Versuumque*, quem anno circiter 1490. typis publicavit Joannes Biffi Presbyter Mediolanensis, lego: *ad Rev. Viterbii Episcopum de Settara Versus* 23.: mendose pro de *Septala*, vel *Settala*; Ughellus tamen to. 1. Ital. sac. in Episc. Viterbien. dicit *de Scellonibus*; erat autem hæc familia de *Septala* nobili diœcesis Mediolanensis oppido affinitate cum illa *Vicecomitum* Mediolani dominante conjuncta.

M C D I I I.

FRANCISCUS MARIA SQUARCIAFICUS Genuensis Ord. Capuccin. sac. Theol. Professor, ac suæ provinciæ Minister; cum declamator egregius esset, edidit

Orationem habitam a se Genuæ in Metropolitana Ecclesia in die coronationis Jo: Lucæ de Clavaris Genuensis Reipublicæ Ducis anno 1627. italice.

Orationem aliam, quam dixit ibidem ad Senatum, Ducemque Reipublicæ memoratæ in die Annunciationis B. V. Mariæ anno 1637., *quando fuit electa in Patronam totius dominii Genuensis*.

Obiit Genuæ, dum provinciæ suæ Ministrum agebat, vt. non. Augusti anno 1645., Religionis 23., ætatis 45.; de quo meminerunt Michael Justinianus, & Raphael Sopranus de Scriptor. Ligur. V. *Franciscus M. Genuensis*; fusius vero Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 402., qui & pag. 400. ex Oldoino in Athenæo Ligustico hunc distinxit a *Francisco Maria Genuensi*, quem edidisse refert

Orationem in anniversario libertatis restitutæ Senatui Genuensi impressam anno 1635. Sed Raphael Sopranus in Scriptor. Liguriæ refert *Franciscum M. Genuen.* Capuccinum, etsi plures habuerit, scripseritque *Orationes*, & *conciones*, unam nihilominus edidisse

Orationem, quam habuit in unione coram Ser. Jo: Francisco Brignola Duce italice. Genuæ an. 1635. in 4. typis Calenzani, & Farroni.

M C D I V.

FRANCISCUS MARIA VICI Fanensis Picenus Min. Conv. sac. Theol. Magister gallica, hispana, theutonicaque linguis instructus, Catholicæ *Missionis*, ut vocant, in Argentoratensi provincia, & apud Helvetios Præfectus Apostolicus fuit, ejusdemque provinciæ Visitator: & cum in contubernio Emmanuelis Casatis Hispaniarum Regis ad Helvetios Legati moraretur, edidit

Apem triumphantem Panegyrim in laudem S. Antonii Patavini sermone italico. Mediolani anno 1646. in 4. per Dionysium Gariboldum: extatque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Orationem in laudem humanarum, bonarumque literarum in Academia Clusonensi agri Bergomensis recitatam, teste Donato Calvo in Scæna Liter. Bergom. cap. 64.

Epitomen Vitæ S. Antonii Patavini a Michaele Paccecho Ordinis D. N. Jesu Christi hispano idiomate compositam in italicum convertit, dicavitque Camillo Card. Pamphylio. Mediolani anno 1653. in 8. typis Ludovici Monzæ; reversus pridem ex Hispania, quò una cum Cribello Helvetiorum Nuncio profectus fuerat, ut ipse in epist. ad Lectorem refert; narratque, non paucas eo in itinere gratias sibi, aliisque a Sancto prædicto collatas. Extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Franchinus in Bibliosoph. tradit, obiisse eum anno 1655. Matriti illuc ab Helvetiis ad Hispaniarum Regem ablegatum; & alia, quæ apud eum legi possunt n. 147., ubi eum dicit *Franciscum Vici*.

M C D V.

FRANCISCUS MARTIN Gallus autor, ut videtur, antiquus edidit

Sermonem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, quo late probat immunitatem a peccato originali; extatque ms. in 4. antiquis characteribus Parisiis in Bibliotheca Thuana, teste Petro de Alva col. 438. Militiæ, & Jo: a S. Anton. to. 1.

M C D V I.

FRANCISCUS MARTIUS Pergulanus Picens diœcesis Eugubinæ Min. Conv. Ecclesiastes, cum Bononiæ conciones apud suos haberet, edi curavit, teste etiam Franchino n. 142.,

Sermones quadragesimales S. Antonii Patavini Ministro Generali Catalano dicatos. Bononiæ anno 1649. in 8. typis Jacobi Montii; quæ tamen editio melior non est ea, quam fecit anno 1573. Raphael Maffejus Venetus.

* FRANCISCUS MARTINENGUS = Vide *Franciscus Rasinus*.

M C D V I I.

FRANCISCUS A MARTYRIBUS Hispanus Discalc. provinciæ S. Pauli celebris concionator edidit

Panegyrim de SS. Ignatio de Loyola, & Francisco Xaverio, habitam in Segobien. civitate occasione eorum Canonizationis. Pinciæ an. 1622. in 4. typis Viduæ Francisci Cordubensis ex Jo: a S. Anton. to. 1.

M C D V I I I. 654.

FRANCISCUS MARZAL = Regul. Observ. S. Officii Qualificator scripsit inidem

Tractatus Theologicos; quos citat Joseph Lealis Veronensis ejusdem Instituti pædia 4. Theolog. disp. 4. n. 52.

Arti Generali altimæ &c. præmisit *Archielogiam Vitæ, & doctrinæ ejusdem Lulli*.

Opusculum morale, in quo resolvit, quodnam sit justum pretium frumenti in insula Majoricarum. Majoricæ anno 1650.

De Arte inveniendi mediam, certamen dialecticum. Palmæ anno 1666. in 4. typis Raphaelis Moya.

Artem brevem B. Raymundi Lulli. Majoricæ anno 1669. in 4. per eumdem Moyam; cui adjecta est *Nova, & naturalis discurrendi methodus ex principiis Artis Lullianæ deducta; seu Logica reformata*.

Resolutiones Quæstionum B. Martyris Raymundi Lullii in 4. libros Sententiarum. Palmæ Balearum anno 1673. in 4. apud Petrum Fau.

Exercitium S. Crucis sermone vernaculo. Majoricæ anno 1683. in 8. typis Francisci Oliver. De hoc autore Nicolaus Antonius in utraque Biblioth., & Joannes a S. Anton.

M C D I X.

FRANCISCUS A MATRE DEI (olim *Gaspar Barreiro*) Lusitanus ex Canonico Eborensis Ecclesiæ Romæ Minorita factus, demumque provinciæ Portugalliæ Regul. Observ. alumnus, Theologiæ Moralis Lector non minus eruditione, quam pietate notus edidit

Cosmographiam hispanicam, gallicam, & italicam:

tam. Conimbricæ anno 1561. in 4. per Jo: Alvarez.

Commentarium de regione Ophir apud sacram Paginam commemorata; qui cum præfato Opere prodiit; & seorsum Antuerpiæ anno 1600. in 8. apud HH. Jo: Belleri, ex Joanne a S. Anton. to. 1.

Censuras 4. super Commentaria Jo: Annii Viterbiensis impressas in 4., ex Nicolao Antonio to. 1. Biblioth. Hisp. pag. 397. v. *Gaspar de Barreiros*; & postea latine redditas ab autore, & auctas Romæ an. 1565. in 4. missas ad M. Antonium Amulium S. R. E. Cardinalem. Eas ipsas e lusitano idiomate vertit Andreas Schotus, conjecitque in suam Bibliothecam Hispanam, teste Nicolao Antonio Biblioth. Hisp. to. 1. pag. 398., & to. 2. pag. 294.

Vitam S. P. Francisci latinam, ut ipsemet scribit in epistola Censuris prædictis præfixa; confirmatque Lupus ejus frater superiorum Operum editor; ejusque meminit & D. Franciscus Emmanuel cent. 2. epist. Q.; & ante eum Marcus de Scibon in proœmio 2. par. Histor. Ord. Min.

Genealogicum Opus etiam reliquisse fertur, ex Ressendio apud cit. Joannem a S. Anton. to. 1. Obiit magna cum pietatis opinione ex Emmanuele Severino in Vita Barrii avunculi.

M C D X. 655.

FRANCISCUS MATTHÆI = de quo Joannes a S. Anton. to. 1. exscripsit Waddingum.

M C D X I. 656.

FRANCISCUS MAURUS = de quo summa cum laude scripsit Franciscus Panigarola super *s. Demetrii* particula, Rodulphius lib. 3., aliique plures post istos, quos inter Thadæus Donnola Hispellas Apol. par. 4. cap. 79., & Ricciolius in Prosod. ind. 2. *Medoacus*.

Franciscïados Poema heroicum prodiit primum Florentiæ anno 1571. in 8. typis Caroli Pectinarii; postea Antuerpiæ anno 1572. typis Plantinianis; tertio Rothomagi anno 1634. ex Officina Laurentii Mercy; ultimo Fulginii anno 1652., teste Franchino n. 143. Edidit & nonnullos *versus lyricos* ad diversos, qui leguntur ibidem. Joannes a S. Anton. de hoc agens to. 1. sequitur Waddingum.

M C D X I I. 657.

FRANCISCUS MAURUS E MONTEGRANARIO = Picenus Min. Conv. sac. Theol. Magister, & suæ provinciæ anno 1585. Minister, cum antea a Secretis Ordinis fuerit; de quo Rodulphius lib. 2. in prov. Marchiæ, & loco Montis Granarii. Hic anno 1579. erat Ferrariæ *Commissarius Generalis* ex monumentis Tabularii illius Conventus, ubi & anno 1569. *Magister Studii* fuerat. Anno vero 1604. factus est Pisarum contra hæreticam pravitatem Inquisitor, Theologusque illius Universitatis primarius; quo in munere decessit non circa annum 1590., ut habet Franchinus n. 144., sed an. 1606., ut habet Waddingus in Annal. Min. ad an. 1374. n. 26. Ejus

Epigramma doctum, alterum Jo: Francisci Lombardi græcum exponens legitur in principio *Compendii privilegiorum* Hieronymi a Sorbo Capuccini anno 1594. editi.

M C D X I I I.

FRANCISCUS MAUSOLENSIS Gallus provinciæ Aquitaniæ Minor. Capuccin. alumnus, concionator, ac apostolicus missionarius eruditus composuit idiomate gallico

De modo faciendi Confessionem generalem.

De modo gratiam Dei post Confessionem conservandi.

De modo ignorantes catechizandi; &

De modo orandi, ac meditandi: ex Dionysio Genuensi in Biblioth. Script. Capuccin., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 405.

M C D X I V. 658.

FRANCISCUS DE MAYRONIS = hunc ex Gallia Narbonensi, & ex provincia S. Ludovici, sive *Provincia* extitisse testantur veteres scriptores Bartholomæus Pisanus Conform. xi. par. 2., & Gulielmus Vorilongus 1. Senten. d. 36. Cum autem Bulla Joannis XXII. anno 1322. data eum *de Digna* dicat; & Bartholomæus Pisanus loco cit. non multo post scribens de loco *Sitaricensi* Provinciæ pronunciet; conjicimus, natum eum fuisse uno in loco; in alio vero receptum ad Ordinem, aggregatumque. Nactus est socium in Scholis Parisiensibus, eumdemque æmulum robustum *Herveum Britonem* Ord. Prædicat. Philosophum acutum; ut elicitur ex 1. q. prologi 1. Senten. §. *Sed tamen unus socius*.

Commentarii in Genesim extant mss. in Bibliotheca Paulina Lipsiensi hoc titulo: *Flores ex libris super Genesim*; ut indicat Catalogus illius Bibliothecæ pag. 202., al. 190.; & Hispali in 4. in Collegio S. Hermenegildi, ex Joanne a S. Anton. Philippus Bergomas in Supplem. lib. 13. præter alia ei adscribi *in divinis voluminibus Commentarios multos*; & *super Lucam* adducit Bernardinus Busti in Mariali par. 8. serm. 1. p. 3. Mauritius etiam Hibernicus in epistola ejus 4. Senten. libris anno 1504. præmissa testatur, *in sacram Scripturam* eum nonnulla Opera feliciter auspicatum ingeniosissime absolvisse. Tandem Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ scribit, *Postillas annotationum in totam sacram Scripturam memoria dignas* edidisse.

In quatuor libros Sententiarum = advertit Mauritius Hibernicus in epist. præmissa editioni horum *Comment.*, scripsisse Mayronum *super Magistrum non modo bis, ut plerique alii, in Britannia primum, aut alibi; deinde in Gallia; sed ter, & in quosdam etiam libros quater*: id quod ante eum barbare dixerat Gulielmus Vorilongus 1. dist. 10. de hoc ipso scribens: *qui tantæ extitit sapientiæ, ut in immensis Operibus, quæ condidit, vix destiterit, quin semper sit in quaternitate locutus*. Habetur *in 1. Sententiarum* ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 31. versus Ecclesiam num. 350., sed paginis perperam circa initium dispositis, ita ut initium legatur post pag. 174., ubi dicitur *Conflatus*, & *Lectura Parisiensis*; & num. 352. cod. in fol. ms. incip. *Circa prohemium primi libri Magistri Senten. quæro primo, utrum primum principium complexum possit* &c.: & in fine legitur: *Explicit Reportatio Magistri Francisci de Mayronis Ordinis Fratrum Minorum, quam scripsit fr. Ramundus Boyssati Monachus Monasterii Bonecasæ Cisterciens. Ordinis Rutheu. dyoces. in Studio Tholosano residens pro fr. Matthæo de Ficeclo Ordinis Fratrum Minorum Studente tunc temporis in venerabili Studio Tholosano anno Domini* MCCCXXXVIII. *die vigesima tertia Augusti*: & uterque codicibus typis vulgatis respondet. *Lecturam aliam in 1. Sententiarum* se vidisse Cæsenæ in S. Francisci Bibliotheca testatur vir cl. Antonius Pagius in Crit. Baron. ad an. 1190. n. 10. incipientem: *Attendite popule meus* le-

legem meam: in cujus fine legitur: *Explicit Lectura super primum Senten. Fr. Francisci Mayronis de provincia Provinciæ Ord. Fratrum Minorum reportata sub eo Parisiis anno Domini* 1320.; cujus Operis meminit & Possevinus in fine Apparatus sacri, ubi mss. Bibliothecas; ipsamque Cæsenatensem describit; Ferrariæ quoque in Bibliotheca S. Francisci extabat olim ejus *in* 1. *Sentent. Comment.* incip. *Ab Oriente portæ tres* ex veteri illius loci Catalogo an. 1437. descripto pag. 14. 66. 69. & 78. *Comment. in* 2. *Senten.* extat ms. in Ducali Biblioth. Urbini ex Possevino, nunc in Vaticana. *Liber secundus Sententiarum* habetur ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis in fol. cod. n. 351., cujus prologus incipit: *O principium, & finis. Apocal.* 1. *cap. Quoniam secundum doctrinam B. Dion. de Ang. Ierar. ab eo principio* &c.: Opus vero: *Circa* 2. *libri Sententiarum quæritur, utrum primum principium effectivum* &c.: estque diversus a vulgato, qui incipit: *Circa principium* 2. *libri Sententiarum quæro unam quæstionem* &c. *In* 3. *&* 4. *librum* Cantabrigiæ in Biblioth. Pembroch. cod. 100. *In* 4. *Senten. librum* ibidem in Biblioth. publica cod. 45., & Domus S. Petri cod. 65. *In quatuor libros Sententiarum Commentarii* mss. habentur Oxonii in Biblioth. Balliol. cod. 60., & Merton. cod. 37.; Romæ in Biblioth. Card. Ottoboni, & Mediolani in Biblioth. Ambrosiana in pergam. una cum Opere *de Civitate Dei*, ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 184. 514.; Salmanticæ quoque in Bibliotheca majoris Collegii S. Bartholomæi scrin. 397. cod. pergam. in fol. ex Jo: a S. Anton. *Commentarii in* 4. *libros Sentent.* prodierunt Venetiis an. 1504. cura Mauritii Hibernici, deinde an. 1519. expensis Lucæ Anton. de Giunta; & an. 1520. studio Hippolyti Carmelitæ; nec non ann. 1526. 1556., & 1567. in fol., quos, inquit Mauritius, perfectiores, & completiores reperire potuit, eosque castigatiores effecit, ac notis marginalibus exornavit: qua in editione adhibuit Mauritius scriptum illud super 1. Sententiarum, quod appellatur

Conflatus, incipitque: *Cupientes* &c.: *Circa proœmium primi libri Senten. quæritur* 1.: prodieratque jam separatim ante annum 1504., ut prædictus Mauritius scribit; ejusque editionem factam Basileæ in fol. an. 1498. refert Orlandus de Orig. & progr. Typograph. par. 1. & 2. pag. 386.; qui & refert, ejus Commentarium *in* 1. *Senten.* prodiisse Tarvisii an. 1476. per Michaelem Manzolum Parmen. in fol.; sed nescio, an diversum Opus a *Conflato* fuerit, cum illud non viderim. *Comment. in* 1. *librum Senten.* editionem factam Basileæ an. 1489. in fol. apud Nicolaum Kesser refert Jo: a S. Anton.: tandem separatim iterum impressus fuit Basileæ an. 1579. in fol. juxta Indicem Biblioth. Barberinæ. Habetur autem ms. Oxonii, & Cantabrigiæ in pluribus Bibliothecis, ut legere est apud Oudinum: de quo autor Firmam. trium Ordinum par. 1. inquit, edidisse eum *aliud Opus insigne super primum Senten. diversum a priori scripto; & hoc Opus appellatur Conflatus*. Extat quoque *Conflatus, sive quæstiones variæ theologicæ* ms. pergam. vetustis pulchris characteribus Barcinone in Bibliotheca D. Raymundi Delmasis incip. *Circa primum*: ex Jo: a S. Anton. *Francisci de Marion. Conflatum primum dist.* 43. citat Daniel Agricola in decisione præmissa quæstioni 221. Magistral. QQ. Jo: Scoti a Jo: Coloniensi breviatarum edit. an. 1510. In *Conflatum Tabulam* generalem confecit Jacobus Textor, qui in Concilio Florentino floruit, teste Rodulphio sæpe cit.

Franciscus de communicatione idiomatum in Christo ms. extat in Anglica Bibliotheca Jo: Mori, ex Catalogo Montfaucon pag. 687. to. 1.; antiquis autem Scholasticis nomine *Francisci* veniebat Mayronus.

Quodlibeta num 16. excusa sunt fere semper cum quatuor libris Sententiarum; sed Pagius paulo ante laudatus affirmat, penes se mss. habuisse, in quibus plures extabant *Quæstiones*, quæ in impressis non habentur: & quidem Mauritius asserit in fine editionis suæ *Quolibetorum*, se ms. imperfectum habuisse. Hujus *Quodlibet* incipiens: *Videmus nunc per speculum* &c. *Doctrinam B. Dionysii* &c., & post prologum: *Quia igitur in ista salutari doctrina est nobis innata via a difficilioribus ad faciliora* &c.; *idcirco in nostra generali disputatione facta Parisiis fuit prima quæstio facta, utrum articulus Trinitatis possit defendi a fidelibus contra philosophicas disputationes*: & XVI. quæstio ac ultima est: *utrum in eadem potentia operativa possint esse plures operationes* ms. pergam. in 4. extat Asisii in Archivo Conventus S. Francisci. Prodiit cum *Conflato* Venetiis 1520. per HH. Octaviani Scoti.

De univocatione entis, quamvis sit pluries impressus seorsum quasi *tractatus* particularis, est tamen ad verbum desumptus ex prologo *Conflatus* Mayronis, nempe a 2. quæstione, usque ad 14. prologi memorati.

Tractatus de Formalitatibus non Mayronis est; sed ex Scoto, & Mayrone compactus, ut legitur in fine his verbis: *& sic finitur tractatus Formalitatum secundum doctrinam Doctoris Subtilis Scoti, & Magistri Francisci de Mayro. Ordinis Minorum*: unde in eo ipso Opere citatur non semel *Mayronus*, ac etiam rejicitur semel, ut ibi: *tamen cum reverentia Doctoris Francisci sunt distincta* &c. *Annotationes in Formalitates Francisci Mayronis* fecit Hieronymus de Nucciarellis, & vulgavit Venetiis anno 1517., teste Lippenio to. 1. Bibliothecæ Philosophicæ fol. 523.

Tractatus de primo principio adjudicari potest Mayroni; est enim acutum, & dignum Opusculum ejus ingenio; ac similia habet Mayronus in 1. q. prologi sui *Conflatus* 1. lib. Sent.

De divinorum nominum explanatione, al. *De terminis Theologicis* inscribitur. Prodiit Parisiis anno 1605. in *Gymnasio Scholastico* Aug. Gothutii clas. 5.

Ejus scriptum *in Aristotelem* ms. extat Romæ in Bibliotheca olim Card. Antonii Barberini in 4., ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 171.; sed quidnam contineat, ignoro.

Passus super Universalia, Prædicamenta, & Perihermenias, incipientes: *Arma militiæ nostræ*: extant mss. pergam. in 8. Asisii in nostri Conventus S. Francisci Tabulario, vulgavitque Venetiis Hieronymus Nucciarellus Romanus anno 1517. in fol. typis HH. Octaviani Scoti una cum supramemoratis *tractatibus Formalitatum*; *de primo Principio complexo*; *de terminis Theologicis*; & *de univocatione entis*. *Francisci de Mayronis Passus super Universalia, & Prædicamenta Aristotelis* incip.: *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia* &c.: prodierunt cum *Logica* Nicolai de Orbellis, & aliorum Opusculis

culis Venetiis an. 1489. in 4. per Bernardinum de Choris Cremonensem, & Simonem de Luere: extat editio Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonav. Min. Conv.; quos quidem *Passus* citat autor Joannes Anglicus in exposit. Universalium Scoti q. 21.; Tataretus 2. d. 1. q. 5.; Hieronymus Gadius q. 1. Quolib.; & Mastrius lib. de Gen. & Corrupt. disp. 5. q. 5. art. 2. n. 132.

Francisci de Mayronis Minoritæ Relationes in fol. mss. habentur in Bibliotheca Basileensi, ex illius Catalogo apud Montfaucon. to. 1. Biblioth. mss. pag. 611. Hic prælusit eq. Newtono recentiorum corypheo, dum asseruit, ex variis lucis modificationibus, & refractionibus oriri *colores*.

Expositio in octo libros Physicorum Arist. incipiens: *Quoniam quidem contingit intelligere* &c. *Ista est prima istius libri*: prodiit Venetiis anno 1517. in fol. cura ejusdem Hieronymi Nucciarelli cum *tractatibus* supradictis; & antea impressa fuerat Ferrariæ anno 1490. in 4. typis Laurentii Rubei Valentini studio, atque opera Petri Melfectani sac. Theol. Magistri ejusdem Ordinis, & in Universitate Ferrariensi publici Lectoris castigata.

Conflatile = quod dici potest 2. *Conflatum*; nam Hieronymus Gadius in 5. q. Quolib. citat *Franciscum in prologo primi Conflatus*, videlicet supramemorati in primum Senten. librum; sed & Pelbartus Temisvariensis in suo Rosario Thelog. sæpe adducit hujus autoris *Conflatum* diversum ab excuso. Prodiit Lugduni anno 1579. in fol. ex to. 2. Biblioth. Barber. cap. 48. *Conflatile in lib. primum Sententiarum Petri Lombardi* extat Venetiis in Biblioth. S. Marci cod. 108. Bess. in fol. min. partim chartac. partim membran. foliorum 227. seculi circiter XIV.

Sermones ab Adventu cum Quadragesimali usque ad quartam feriam post Pascha incip. *Fratres, scientes, quia hora est* &c.: *Ad Rom.* 13. *Adventus Domini* 4. *Dominicis celebratur, quia quadruplex est adventus ejus* &c.: sunt *sermones* 92. duplicati de Epistolis, & de Evangeliis, & aliquando triplicati: diciturque in fine *primum volumen de Tempore* eusum Venetiis an. 1491. in 4. per Bernardinum de Novaria.

De festivitatibus B. Mariæ Sermones, quos recenset Waddingus, forsan illi sunt, qui olim extabant Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci, ex Catalogo illius Bibliothecæ anno 1437. conscripto pag. 72., & incipiebant: *Candor lucis*: atque ita incipit *serm.* 2. de Conceptione B. V. inter excusos anno 1493., inter quos quamplures, idest 17., habentur in festivitatibus B. V. Mariæ. *Sermo de laudibus Deiparæ Virginis* Lipsiæ in Paulina Biblioth. in fol. ex Catalogo illius pag. 74.

Sermones de Sanctis mss. habentur Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana ex Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 514. *De festivitatibus*, seu *de laudibus Sanctorum Sermones* num. 90. incipiunt: *Verbum caro factum est* &c. *Quia inter cetera* &c.: nimirum a die Nativitatis Domini per totum annum; & fere semper plures de eodem festo die; ut 9. sermones pro die Natalis Domini; quibus additæ sunt 7. *quæstiones* de eadem Nativitate Domini. Expletis vero cunctis sermonibus 90., exhibentur 14. *tractatus*; *de Baptismo*; *de Angelis*; *de humilitate*; *de suffragiis mortuorum*; *de pœnitentia*; *de Indulgentiis*; *de articulis fidei*; *de jejunio*; *de Corpore Christi*; de 7. *donis Spiritus Sancti*; *de ultimo judicio*; *in orationem Dominicam*; *in canticum Magnificat*; & *super Missus est*: impressique sunt Venetiis an. 1493. in 4. per Peregrinum Pasquali Bononiensem; qui initio Operis admonet, se

Dominicales Sermones ideo non dare, quod nimiam voluminis magnitudinem vitaret, ceteroquin jam promissos altero in volumine daturum: titulum namque libro fecit: *Sermones de laudibus Sanctorum, & Dominicales per totum annum cum aliquibus tractatibus* &c.: quos omnes cum *Quadragesimali* cusos Basileæ legimus apud Orlandum de Orig. & progr. Typograph. par. 1. 2. pag. 386. Joannes a S. Anton. tamen to. 1. pag. 406. scribit, *Sermones Dominicales* prodiisse Venetiis an. 1493. in 4. per dictum Peregrinum de Pasqualibus.

Sermones feriales, festivi, communes, ac funerales LXVI. *cum aliquibus Collationibus, & Exemplis Fr. Francisci Mayronis prov. Provinciæ* incipientes: *Videbant Filium hominis venientem in nube* &c.: olim servabantur mss. in Biblioth. Asisien. sac. Conventus S. Francisci in banco v. occid. juxta vetus Inventarium illius loci an. 1381. factum, renovatumque: extabant & mss. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius loci Catalogo pag. 72.. incip. *Tunc videbunt Filium hominis* &c.: cum Sermonibus incipientibus: *Beati mortui* &c.: sine nomine autoris.

Sermones ejus plures sparsim inter aliorum Sermones habentur mss. chartae. in 4. apud nostros Asisii in Arch. Conventus S. Francisci, Oxonii in Biblioth. Mertonen. cod. 39., & Lipsiæ in Paulina Biblioth.; ubi & ms. extat

Tractatus super Missus est; & *in Pater noster*; ex Catalogo pag. 152. & 190.

Tractatus de Indulgentiis habentur ms. Oxonii, & Cantabrigiæ in pluribus Bibliothecis, ut notavit Oudinus; & Romæ in Biblioth. Vatic. cod. 528. f. 157. ex cit. Montfaucon pag. 102.

Tractatus de Baptismo cum *Sermone super Missus est* incip. *Quia instante devotissimo tempore Adventus*: 2. *De articuli fidei* incip. *Optandum est*: 3. *De S. Agatha* incip. *Verba ista ad literam dixit Angelus Raphael Tobiæ*: 4. *De gratia* incip. *Quia in divinis sermonibus*: 5. *In festo Corporis Christi* incip. *Tria sunt præconia* &c.: sunt mss. Florentiæ in Biblioth. Laurent Medic. plut. 3. cod. 7., ex Catalogo Montfaucon pag. 249.

Sermones ad Clerum, & populum eum scripsisse testatur Mauritius Hibernicus supra relatus.

Sermonem Mayronis *de Eucharistia suscipienda* incip. *Pluit illis manna*: qui inter excusos non habetur, adducit Antonius Vercellensis, Minorita in sermone 60., seu feriæ 4. post Dominicam Olivarum sui *Quadragesimalis* de XII. christianæ fidei excellentiis.

Excerpta ex ejus *Sermonibus super Evangelium* habentur Florentiæ mss. in Biblioth. Riccard. sub S. 11. cod. chartac. in fol. n. 6. & 7., ex Indice illius Bibliothecæ pag. 278.

De conceptu virginali, ms. extat Cantabrigæ, in Bibliotheca S. Benedicti cod. 301., ex Thoma Jamesio, & Oudino.

Determinatio paupertatis Christi, & Apostolorum ejus, quem *tractatum* ms. asservari in nostro Asisiensi Sacrario tradidit Rodulphius libro 2. fol. 151., idque ex veteri Inventario illius loci in v. solario orientali, ubi legitur ita desiisse: *nullius apud Deum ponderis, vel vigoris*; Sed nunc asservatur

vatur in Tabulario, sive Archivo ejusdem Conventus incipiens: *Nota quæstionem de facto incitatam, utrum Christus, ac ejus Apostoli habuerint aliquid in communi* &c.: & notatur, eam edidisse in Pontificia Curia Avenione, cum esset provinciæ Minister: ms. est pergam. in 8. una cum *Cantico pauperis* Joannis Pekan. Quibus subsequitur alia *Quæstio* sine autore incipiens: *Quæritur, an professio Evangelicæ paupertatis, & Apostolicæ possit licite ad talem modum vivendi adduci* &c. Extat autem *Opus* & in Bibliotheca Bodlejana, ex ejusdem Catal. to. 2. cod. 532. n. 65.; extatque ms. etiam Lipsiæ in Paulina Bibliotheca, ex Catalogo ejusdem pag. 74., hoc titulo: *Tractatus de paupertate Christi in vita sua, & Apostolorum ejus*: non: *de perfectione Christi*: ut legitur apud Oudinum; nec non Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 30. versus claustrum cod. ms. in fol. n. 733. post *Improbationem Magistri Francisci Asculani* contra libellum Jo: XXII. hoc titulo: *Quæstio Francisci de Mairone: utrum Apostoli habuerint rerum temporalium dominium in communi. Quod sic. Act. IV. Erant illis omnia communia* &c. Parisiis etiam in Biblioth. Colbert. cod. 506. inter *tractatus* diversorum habetur: *Rationes Fratris Francisci de paupertate Christi*: incip.: *Primo arguitur, quod Christus, & Apostoli nihil habuerint* &c.: & creduntur Mayronis; nam antonomastice vocabatur *Franciscus* apud veteres Scholasticos, ut diximus.

Tractatus ejusdem *de dominio civili* extat ms. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica cod. 47.; & S. Benedicti cod. 100., & 391.; nec non *tractatus de principatu temporali* cod. 391.; qui an idem, vel diversus sit, ignoro.

Tractatus de virtutibus, & vitiis capitalibus. Citatur *tractatus virtutum* a Gulielmo Worillongo in 1. d. 10.: in Paulina vero Lipsiensi Bibliotheca, ex cit. Catalogo pag. 202., extat ms. *tractatus de vitiis se occultantibus sub ficta specie virtutum*. Tractatus *de virtutibus moralibus* incipiens: *Auditu auris audivi te*: & finiens: *quatuor sunt inter ceteros effectus amoris*: extabat ms. Asisii in 3. solario occident. Sacrarii, seu Bibliothecæ secretæ Conventus S. Francisci juxta vetus Inventarium illius loci anno 1381. confectum.

Theologicæ veritates in S. Augustinum de Civitate Dei prodierunt Tolosæ an. 1488.; & Venetiis anno 1489.; sed & antea Tarvisii anno 1476. per Michaelem Manzolum Parmensem titulo: *Flores ex S. Augustino*: ut habet Orlandus de Orig. & progr. Typograph. par. 1. & 2. pag. 386. *Flores S. Augustini ex suis libris de Civitate Dei*. Lugduni anno 1520. in fol., ex to. 2. Biblioth. Barber. pag. 48. Alia editio antiqua in fol. extat in Bibliotheca Conventus S. Mariæ Magdalenæ Truxilli in Extremadura sub L. constans XXII. libris, & incipiens; *Prima veritas est*: finiensque: *Expliciunt Flores B. Augustini extructi per veritates ex libris de Civitate Dei per famosissimum sacræ paginæ professorem Franciscum de Mayronis Ordinis Fratrum Minorum*. Postea prodierunt etiam Lugduni anno 1580. in 12. seorsum apud Guillelmum Rovillium. In Regia Galliarum Bibliotheca extat ms. cod. 3766. hoc titulo: *Libri omnes D. Augustini de Civitate Dei in compendium contracti*: cum tabula fol. 362.; & ibidem fol. 381. ita: *Flores in eosdem Augustini libros*: & in fine habetur: *Conclusiones, sive Commentarius Magistri Francisci de Mayronis in omnes libros de Civitate Dei*: scriptus anno 1449.; quod Opus extat ms. etiam Lipsiæ in Paulina Bibliotheca, ex cit. Catalogo pag. 202.; & Possevinus in fine Apparatus sacri, ubi Bibliothecas mss. describit, affirmat, Urbini in Ducali Bibliotheca mss. asservari hujus autoris *Comment. in D. Augustinum de Civitate Dei; de Trinitate; & de doctrina christiana*. Rodulphius lib. 3. librum hujus *de veritatibus B. Augustini* ait incipere: *Flores B. Augustini*: hinc multi *Flores de Civitate Dei* citant, & appellant, ut Alfonsus a Spina in *Fortalitio fidei* lib. 3. consid. 12. pun. 8., & consid. 1. pun. 3.; multi vero *Veritates de civitate Dei* dicunt, ut Adrianus VI. lib. 4. Senten. c. de Sacram. Confess., ac fraterna correct. Salmanticæ in Bibliotheca majoris Collegii S. Bartholomæi extat codex membran. ita finiens: *Hic continentur Flores extracti de libris B. Augustini de Civitate Dei in veritates redacti a sac. Theologiæ Doctore Venerab. Magistro Francisco de Mayronis, additis pluribus notabilibus documentis, & argumentis theologicis, ethicis, & physicis ex dictis veritatibus conclusis subtiliter ab eodem*. Habentur & Compluti mss. in Bibliotheca Collegii majoris

Veritates super Opera Augustini mss. olim extabant Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 31. versus Ecclesiam n. 353., quæ nunc desiderantur. *Flores B. Augustini de Trinitate sic colliguntur. Prima veritas* &c.: pergam. in fol. mss. extant Asisii in Tabulario S. Francisci. *Conclusiones, seu veritates excerptæ, seu collectæ de infrascriptis libris D. Augustini per florentissimum sac. Theol. Doct. Fr. Franciscum de Mayronis Ord. Fratrum Min.* &c. *De Civitate Dei; de Trinitate; de doctrina christiana; Confessionum; octuagintatrium Quæstionum; Retractationum; super Genesim ad litteram; de mirabilibus sacræ Scripturæ; de lib. contra Manichæos; contra Adamantium; Quæstionum super Matthæum; super Lucam; Quæstionum diversarum Scripturarum: de sermone de Stoicis, & Epicureis*; & *de libro de Sermone . . . . Ego sum* ms. pergam. in fol. extat Ravennæ in Bibliotheca S. Francisci. *Flores*, seu conclusiones ex libris S. Augustini de Trinitate incipientes: *Flores B. Augustini in libro de Trinitate per veritates ecclesiasticas enunciati sic colliguntur: Prima veritas est* &c.: extant Venetiis in Bibliotheca S. Marci cod. membran. in 4. foliorum 78. sine nomine autoris. *Flores in S. Augustini librum Confessionum* extant mss. Hispali in Collegio S. Hermenegildi, ex Joanne a S. Anton. *Flores ex mirabilibus sacræ Scripturæ* mss. in Bibliotheca Paulina Academiæ Lipsien., ex ejusdem Biblioth. Catalogo pag. 202. *Flores D. Augustini de lib. 83. Quæstionum*: apud Biblioth. Bodlej. to. 1. fol. 116. cod. 22024. n. 6. *Flores D. Augustini super Matthæum, & Lucam*: ms. ibidem n. 8. *Flores de quæstionibus diversarum Scripturarum*: ms. ibidem num. 10. & 11. *Flores de Stoicis, & Epicureis*: ms. ibidem n. 1. *Flores de Sermone super Ego sum*: ms. ibidem. *Flores ex Augustini libris de Trinitate* mss. to. 1. Biblioth. Anglic. cod. 22224. num. 4. pag. 116.; & Hispali in Conventu S. Hermenegildi, ex Jo: a S. Anton. cit. to. 1. pag. 405.

Veritates ex libris S. Augustini de Trinitate collectæ: seu Expositio librorum XV. de Trinitate cum ipsismet libris S. Augustini prodierunt Lugdu-

duni anno 1520. in fol. per Jacobum Saccon; quæ editio extat in Conventu Martini Muñoz prov. S. Pauli in veteri Castella, ex Joanne a S. Anton.

Flores in S. Augustini librum Confessionum prodierunt cum *Commentariis Thomæ Anglici* O. P. Tolosæ anno 1488., & Venetiis anno 1489.

Carpit Mayronem Jo: Ludovicus Vives bonus Philologus magis quam Theologus in præfatione Comment. in libros S. Aug. *de Civitate Dei*; quasi, inquit, *veritates* sint illæ tantum apud Augustinum, alia vero falsa: at si non falsa, non tamen vera omnia; cum multa sint dubia, & multa tantum probabilia. Carpit hunc, aliosque veteres etiam ob latini sermonis inelegantiam simul, & incuriam: at ipse latinitatis adeo studiosus annon pluries Romanorum gesta *moralizata* dixit? ubinam vero, & apud quos puri sermonis latinos scriptores *moralizare* inveniemus?

Commentarius in Dionysium Areopagitam de Mystica Theologia citatur a Jo: Francisco Pavino J. V. D. in tract. de Canonizat. S. Bonaventuræ par. 2. art. 9. hoc modo: *Francisci Mayroni puncto 33. Ecclesiasticæ Hierarchiæ*. Ejus porro *Commentarius in S. Dionysium* ms. habetur in Bibliotheca Toletana S. Jo: Regum sub GG. n. 3. in fol. Eum autem *de veritatibus Dionysii super Mystica Theologia* scripsisse, instante Roberto Rege Neapolis, autor est Robertus Liciensis Episcopus Aquinas lib. de laudibus SS. serm. 47. de S. Thoma Aquinate cap. 1. & 3. *Opus* autem extat etiam ms. pergam. in 4. in Bibliotheca Hispalen. Ecclesiæ majoris, teste Jo: a S. Anton. to. 1. p. 407.

De Legibus incipiens: *Summa Theologicæ disciplinæ*: ms. extat in Bibliotheca Toletana S. Joannis Regum tom. in fol. sub. GG. n. 3., ex cit. Joanne a S. Anton. to. 3. append.

Interrogationes circa varias, difficilesque materias habentur impressæ in append. 6. Operum S. Augustini edit. Monach. Maurin. Paris. an. 1685. ex vetustissimis exemplaribus hoc titulo: *Dialogus Quæstionum sexagintaquinque sub titulo Orosii percontantis, & Augustini respondentis*: qui tamen editores adverterunt, monueruntque, ex stylo neque Orosii Opus esse, neque Augustini, sed ex Operibus Augustini decerptum; quod & antea censuerat Erasmus in to. 4. edit. Basileæ anni 1529., & edit. Paris. HH. de Porta an. 1541., nec non Antuerpien. an. 1577., ubi hoc Opus vulgatum legitur. Etiam Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci ad calcem *Glossæ ordinariæ in Evangelium S. Joannis* ms. valde antiquitus in membrana habetur hoc Opus sub nomine *Orosii*, & *S. Augustini*, sed mutilum, cum in 43. quæstione desinat; & ms. mihi sane antiquius videtur Mayronio. Extant itidem in Bibliotheca S. Crucis scam. 16. versus Ecclesiam cod. 180. ms. in fol. inter varia S. Augustini Opera pag. 113. *Quæstiones Orosii ad S. Augustinum* incipientes: *Licet multi, ac probatissimi viri*: & desinentes in quæstione 65. *Quomodo possumus scire, qui mittatur a Deo*: & in verbis: *præesse desiderant, non prodesse*: ut & scam. 17. cod. 195. in 4. parvo; & scam. 20. cod. 233. in 4. titulo: *Dialogus S. Augustini cum Orosio*: quo in scamno 17. cod. 190. in fol. ms. habetur *Epitome librorum S. Augustini de Civitate Dei* incipiens: *De Civitate Dei. Hujus libri divisio patet per Aug. lib. 2. Retract.*: & in fine habetur & brevis Excerptio librorum S. Augustini *de Sermone Domini* sine autoris nomine: hujusne Francisci, non certo dixerim. *Quæstiones* porro *Augustini ad Orosium* adducuntur ab Ægidio Romano in *Examerон* lib. 1. cap. 10. editum circa annum 1280., ut ex lib. 2. cap. 36. deducitur. Quare juxta id, quod censuit Erasmus, existimo, Opus a Mayrone interpolatum, quæstionibusque auctum fuisse.

Tractatus super articulis fidei extat ms. Florentiæ in Bibliotheca Lauren. Medicea plut. 19. cod. 29. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 283.

Tractatum de hæreticis citatum legimus ab Alfonso a Spina in suo *Fidei Fortalitio* lib. 2. consid. 1.

Ejus quemdam *tractatum* vulgavit Parisiis anno 1604. Augustinus Gothutius; ut ibi dictum est in *Augustino Gothutio*.

Lecturam quamdam super Decretales ei adscribunt & autor Firmam. 3. Ord. par. 1., & Rodulphius lib. 3.

Brevis declaratio circa septem peccata mortalia incipiens: *Nota de septem peccatis mortalibus* &c.: & finiens: *in nutritiva, sicut in generativa*: extat ms. Ravennæ in Bibliotheca Classensi PP. Camaldulen. in eodem codice, in quo sunt & *tractatus de restitutionibus, & usuris Fr. Francisci de Platea*, & alii nonnulli tractatuli in 4. parvo chartaceo.

Explicatio Decalogi impressa Basileæ anno 1498. ex Lippenio to. 1. Biblioth. Theolog. p. 494.; postea Parisiis anno 1519. in 4. per Jodocum Badium, & ibidem anno 1619. per Jo: Frelonum etiam ex Waddingo; extabat anno 1586. ms, in Bibliotheca Antonii Augustini Episcopi Tarraconensis. *De decem præceptis explicatio* adhibetur ad Alexandro Areosto par. 2. Enchiridii super 9. præcepto.

Tractatus diffusus de Conceptione Virginis editus est a Petro de Alva in Monumentis Seraphicis pro Immaculata Concept.; extatque codex ms. in 4. vetustus papyraceus Matriti in Bibliotheca Conv. Regul. Observ. incipiens: *Circa Virginis Matris præconia mente devotissima insistendo quæritur: utrum Mater Domini fuerit concepta in peccato originali?* & finiens: *confirmare dignetur, qui de Virgine purissima natus fuit Jesus Christus, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.*

Quæstiones 2. de Conceptione Virginis impressæ anno 1507, & 1520. iterum editæ sunt a Petro de Alva in dictis Seraphicis monumentis.

De oratione mentali tractatus ms. cod. vetustus una cum *variis concionibus* extat Barcinone in Bibliotheca D. Raymundi Dalmasis incipiens: *Sæpe rogatus* &c.: teste cit. Joanne a S. Anton. to. 1. p. 407.

Commentaria in aliquot libros D. Anselmi extant mss. Hispali in Bibliotheca Collegii S. Hermenegildi, teste eodem.

Quæstiones dialectica, libri ethici, & metaphysici editi ab eo dicuntur in epistola Mauritii Hibernici 4. Senten. libris præmissa. *Quæstiones* mss. habentur Oxonii in Biblioth. Merton. cod. 39.; quænam, incertum. *Logica, Physica, & Metaphysica* mss. in fol. habentur Toleti in Bibliotheca S. Joannis Regum sub FF. n. 9.; & ibidem n. 8. *alii tractatus* ejus, teste cit. Joanne a S. Antonio.

Laudatur Mayronus a Bartholomæo Pisano Conform. VIII. par. 2. inter Script. Ord. Min., & Con-

& Conform. xi. par. 2. in provincia Provinciæ, & Custodie, locoque Sistaricen. his verbis: *Magister Franciscus de Maytonis, qui fuit homo excellens verbo, scientia, & vita, qui Opera plura Sermonum, super libros Augustini, & super Sententias composuit*: a S. Joanne a Capistrano lib. de Judicio universali, & Bello spirituali; & Joanne Pico Mirandulano, qui in eo dixit inesse *atre*, & *acutum*, ut in prologo Apologiæ suerum Quæstionum ad Laurentium Mediceum. Obiit non anno 1325., sed post annum 1327., quemadmodum obaervavit Antonius Pagius in Crit. ed an. 1190. n. 11.; & cum ipse q. 5. prologi, & lib. 1. Senten. d. 34. q. 6. citet *Magistrum Thomam Anglicum doctorem modernum*, nempe *Wallensem* Ord. Prædicat., qui adhuc anno 1333. vivebat liquet eo adhuc tempore eum vixisse. De eo Arturus ad diem 26. Julii Martyrol. Francisc.; & Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. concion. pag. 228.; & Morinus lib. 8. de Pœnit. Sacram. cap. 10. n. 28.

M C D X V.

FRANCISCUS DE MAZZARA Siculus primùm Conventualis sac. Theol. Mag., deinde Capuccinus, & provinciæ Messanensis Vicarius, seu Præfectus, eruditione insignis, exemplisque epostolicæ vitæ clarus scripsit

Prælectiones in libros Aristotelis; &

Prælectiones Theologicas secundum doctrinam Scoti tomis 2. in 4.; & *alia*, quæ periere ex Dionysio Genuen. in Biblioth. Capuccinor.

Obiit anno 1588. Drepani; de quo Boverius Annal. Capuccin. ed eum an. n. 25., ac Hueber Menologii Francisc. ad d. 30. Jenuar. epud Jo: a S. Anton.

M C D X V I.

FRANCISCUS MEDIOLANENSIS Capnccinus suæ illius provinciæ Præfectus, ec in Rom. Curia sui Ordinis Procurator Gener., Clementi PP. VIII. acceptissimus, *novusque Apostolus* in Italia appellatus scripsit

Volamen pro immunitate B. Virginis ab omni peccati originalis macula; quod citat Pagnotius lib. de Maria triumphante pag. 328.

Agit de eo Boverius ad an. 1583., quo Romæ obiit, apud autorem Biblioth. Capuccinor. & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 408.

M C D X V I I.

FRANCISCUS DE MEDRANO Hispanus incepit scribere

Historiam provinciæ S. Marthæ, noviqne Regni Granatæ in America, quam moriens in expeditione Adelantati D. Gundisalvi Ximenez de Quesada ad regionem *del Dorado* imperfectam reliquit perficiendam *Fr. Petro de Aguado* ejusdem Instituti Regul. Observ.; ut ex Petri Simonis Hist. refert autor Biblioth. Hisp. hoc loco, & in *Fr. Petro de Aguado*. Confecit &

Artem linguæ Mosca dictæ illius regionis vulgaris; ut ex Anton. Leone tit. 14. Bibliothecæ Indicæ Orient. epud cit. Nicolaum Antonium to. 1. Biblioth. Hisp., & Joannem a S. Anton. to. 1.

M C D X V I I I.

FRANCISCUS MEDRANO elter ex Tordesillas oppido veteris Castellæ ex Minoritis *Conversis* vernacule emisit, ut ait Joannes e S. Anton. to. 1. p. 408.,

Orationem pro agonizantibus super Orationem Dominicam. Matriti anno 1648. in 8. pee Dominicum Garciam, teste Nicolao Antonio to. 1. Biblioth. Hispanæ.

M C D X I X. *659.*

FRANCISCUS MELLADO = citetur ab autore Chron. prov. Angelorum; deque illo agit Joannes a S. Anton. to. 1. ex Vaddingo.

M C D X X. *660.*

FRANCISCUS A MENABBIO = de quo Antonius Terrincanus in Theatro Minor. Hetrusc. par. 3. tit. 1.; scripsit etiam

Historiam provinciæ Tusciæ Reformatæ, quam ms. habuit Petrus de Alve col. 440. Militiæ, ut refert & Joannes a S. Anton.

M C D X X I.

FRANCISCUS MENDOZA Reg. Observ. provinciæ Castellæ e latino hispanice vertit Opus

De Origine Seraphicæ Religionis a Francisco Gonzaga editum, teste Salazario lib. 2. Chronic. dictæ provinciæ cap. 23. apud Jo: a S. Anton.

M C D X X I I. *661.*

FRANCISCUS MENEZES = Regul. Observ. vivebat initio seculi XVI., ennoque 1508. in Capitulo Generali Min. Observ. prope Barcinonam coacto una cum *Francisco a Ledesma* electus fuit pro Hispanis, ut cum eliis quatuor omnia sui *Ordinis Statuta* colligeret, breviaret, & ad proximum Capitulum Generale deferret examinanda; ut legitur in *Memoriali* Ordinis apud *Monumenta* Ord. Min. trect. 2.

Ejus *Epistola* habetur præfixa Operi Alfonsi a Castro *de justa hæreticorum punitione* anno 1547.; & Operi *de hæresibus* edit. Paris. an. 1543., ejusque autoritas adhibetur a P. Ricciolio in sua Bonon. Prosodia ind. 2. V. *Gregori*. Fuit autem clarissimo Doctori *Antonio Nebrissensi* summa benevolentia, etque familiaritate conjunctus, ec in Grammetice suo tempore nulli secundus; edíditque

Summulam prosodiacam, quam inscripsit: *Brevis, ac dilucida accentuum collectio*: capitibus 8. conflatam, & impressam Salmanticæ anno 1546. in 8. per Jo: Junctam, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 409., in qua ait, contineri etiem cepite 3.

Apologiam resolutoriam pro Magistro Antonio Nabrissensi.

Compendium difficilium accentuum memorat ipsemet cep. 6. supradicti libri illis verbis: *Disputationem non exiguam, quam in Compendio nostro super librum primum Regum cap. 26. inseruimus*: quod quidem *Compendium* editum Hispali fuisse, ipsique attexuisse *Alphabetum Nebrissense* de peregrinarum dictionum accentu, testatur ipse Menesius cap. 2. prædicti libri *Summula Prosodiacæ* de 8. dictionum ordinibus, ex cit. Jo: e S. Anton.

Ex hac domo fuit & *Jacobus*, de quo infra.

M C D X X I I I. *662.*

FRANCISCUS MILON = de hoc Joannes a S. Anton. to. 1. egit ex Weddingo.

* FRANCISCUS MIRABELLA = Vide *Franciscus Spineti*.

M C D X X I V.

FRANCISCUS MOLINA Hispanus Reg. Obsev. provinciæ Valentiæ scripsit

Declarationem quatuor psalmorum a Nic. Antonio memoratam to. 1. Biblioth. Hispan. ex Ludovico Rebolledo in Cetalogo Scriptor. Ordinis ed calcem suorum Chronicor. apud Jo: a S. Anton.

M C D X X V.

FRANCISCUS MOLLOY Hibernus Stict. Observ. sac. Theologiæ Professor Romæ in Collegio S. Isidori edidit

Tra-

Tractatum de Incarnatione ad mentem Scoti. Græcii an. 1645. in 4., teste Petro de Alva col. 441. Militiæ univ.

Jubilationem genethliacam in honorem Prosperi Balthasaris Philippi Hispan. Principis carmine, Romæ an. 1658. in 4. typis Nicolai Angeli Tinassi.

Lucernam fidelium, seu fasciculum decerptum ab autoribus magis versatis, qui tractarunt de doctrina christiana hibernice. Romæ an. 1676. in 8. typis sac. Congr. de Propag. Fide.

Grammaticam latino—hibernicam nunc compendiatam. ibidem an. 1677. in 12., ex Jo: a S. Anton.

M C D X X V I. 663.

FRANCISCUS MONACHUS = epistolam dedit ad Octavianum Præconium Siculum ex Ordine Min. Conv. *Archiepiscopum Panormitanum* ab anno 1562., idemque autor creditur Minor Conventualis; & forsan est *Franciscus Vita* Pactensis, de quo infra. Neminit hujus Antonius de Leon pag. 175. geographicæ Bibliothecæ sub nomine *Francisci Maclinensis*.

Familia *Monachi* floruit Drepani in Sicilia; nam Philippus Cagliola in Historia prov. Siciliæ Min. Conv. explor. 2. manif. 5. pag. 36. refert, *Franciscum Monacum* ejusdem Ordinis sac. Theol. *Magistrum* ex Collegio S. Bonaventuræ de Urbe prodiisse, hoc est post annum 1585.; & *Matthæum Monacum* a Terranova illius provinciæ *Commissarium* Congregationes coegisse anno 1593. Buteræ, & anno 1594. Panormi ex manif. 8.; *Dominicus* etiam *a Monaco* ex Burgii Siciliæ oppido Strict. Observ. obiit anno 1703.

M C D X X V I I.

FRANCISCUS A MONTEAUREO, vulgo *Montorio*, prov. Principatus in regno Neapolis. Regul. Observ. delineavit, scriptoque tradidit

Chronologicam descriptionem prædictæ provinciæ, teste Blasio a S. Gregorio in ms. Historia ejusdem provinciæ apud Joannem a S. Antonio. Scripsit autem post annum 1609., cum mentionem faciat *Fr. Bonaventuræ Rosæ* Cavensis, non *de Rota*, ut cit. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 238. habet.

M C D X X V I I I.

FRANCISCUS A MONTECALERIO Pedemontanus, vel Subalpinus Min. Capuccin. genere clarus Theologus, & ecclesiastes, apostolicis vero missionibus, quibus Subalpinos Vallenses, vulgo *Barbetti*, aberrantes a fide Catholicæ Ecclesiæ reconciliavit, & Draconensem pagum ab hæresi funditus expurgavit, valde memorandus, italico sermone elaboravit

Narrationem historicam suæ missionis in Vallibus Macræ, & Draconerii cum relatione earum rerum, quæ simul cum sociis operatus est pro reductione Vallicolarum ad fidem catholicam, missam ad Principem Victorium Amadeum Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis &c. filium primogenitum. De quo Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin. pag. 120., & Joannes a S. Anton. to. 1.

M C D X X I X.

FRANCISCUS A MONTEFERETRO Custodia ultima provinciæ Picenæ Min. Conv., Philosophiæ Lector cum esset Venetiis ad S. Nicolaum, castigavit, & a mendis expurgatos edi curavit

Commentarios Ioannis Canonici Minoritæ in octo libros Physicorum Arist. Venetiis anno 1492. in fol. per Bonetum Locatellum; & iterum anno 1520. per HH. Octaviani Scoti: cujus meminit & Waddingus in *Jo: Canonico*.

M C D X X X.

FRANCISCUS MONTEGRINUS Italus Regul. Observ. elucubravit

Indices tres copiosissimos Operis Didaci Stellæ de vanitate mundi præfixos edit. Venetæ anno 1626. typis Joannis Guerilii a Jo: Baptista Perusco Soc. J. interprete factæ; cujus laboris mentionem fecit ipsemet Waddingus in *Didaco Stella*; & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 410.

* FRANCISCUS A MONTE POLITIANO = v. *Franciscus Cervinus*.

M C D X X X I.

FRANCISCUS A MONTILLA Hispanus Dicalc., Commissarius Visitator provinciæ S. Didaci in Mexico, decursis Indiæ orientalis diversis regnis, indeque reversus obiit in oppido de Almovodar de Campo suæ provinciæ S. Joseph, in Parochiali Ecclesia sepultus. Reliquit ms. librum

De propagatione fidei in Insulis Philippinis; ex Jo: a S. Anton. in utraque Bibliotheca, & to. 1. Chron. prov. S. Pauli.

M C D X X X I I. 664.

FRANCISCUS MORENUS = vol. al. tomis 2. in 4. ex Marracio, Nicolao Antonio, & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 411.

* FRANCISCUS NANNIS = Vide *Franciscus Sampson*.

* FRANCISCUS NAVARRENSIS senior = Vide infra *Franciscum Novariensem*.

M C D X X X I I I. 665.

FRANCISCUS NAVARRUS = Regul. Observ. provinciæ Castellæ veteris scripsit &

Carmina pro Immaculata Conceptione Virginis impressa cum aliis Baezæ anno 1618. in 4., teste Petro de Alva col. 441. Militiæ; de quo & Nicolaus Antonius, & Joannes a S. Anton. 1.

M C D X X X I V. 666.

FRANCISCUS NICOLAI = de quo & Possevinus in Apparatu sacro, Marracius, & Joannes a S. Anton. to. 1.

M C D X X X V.

FRANCISCUS DE NIGRO patritius Genuensis, patriâ Savonensis, Capuccinorum alumnus, Vicarius Generalis, & in Aula Summi Pontificis Urbani VIII. concionator annis 14., edidisse fertur vulgari idiomate Genuæ anno 1638.

Conciones tempore Adventus Domini, ac Quadragesimæ coram Urbano VIII., & Innocentio X. habitas; &

Sermonem in anniversario die unionis Ser. Reipublicæ Genuensis in Æde S. Laurentii recitatum. Genuæ anno 1608. typis Pavoni in 4.; latine vero

De concionatore, sive Rhetoricam Ecclesiasticam a prophanis, & catholicis scriptoribus depromptam, & in quatuor tractatus distinctam: teste Raphaele Soprano, & Michaele Justiniano de Scriptor. Liguriæ. Autor Bibliot. Capuccin. ait, hoc Opus extare ms. Genuæ in Bibliotheca sui Ordini formoso charactere; quo teste, scripsit &

Syllabum omnium declarationum &c. sac. Congr. Concil. Trident. ms. in Biblioth. Portus Mauriti.

Sermonem de Passione D. N. J. Christi habitum Genuæ die 17. Apr. 1609.

MCDXXXVI.

FRANCISCUS NOLANUS Strict. Observ. Reformat. prov. Neapolit. composuit, quo tempore, non refertur,

Relationem, ac Arborem suæ provinciæ S. Angeli, quam ms. apud se habuit Petrus de Alva, ipsomet teste col. 441. Militiæ, & ex Joanne a S. Anton. to. 1.

MCDXXXVII. 667.

FRANCISCUS DE NOVACURIA = de quo Possevinus agit in Appar. sac.: ejus *Opus* cusum est Gandavi, teste Dupino in Supplem. to. 3., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1.

MCDXXXVIII. 668.

FRANCISCUS NOVARIENSIS = *de Navarra* J. V. Doctor dicitur a Marco Ulyssiponensi in par. 3. Chron. S. Francisci lib. 4. cap. 28., Regul. Observ. famosus ecclesiastes, vita, & morte sanctitatis fama floruisse circa annum 1460., de quo Arturus ad diem 29. Aprilis in Martyrol. Francisc. Hunc Rodulphius lib. 3. primus dixit *Navariensem*, a quo alii acceperunt. Nescio, an sit ille *Franciscus Comestor*, cujus *Summam de vitiis* citat Pelbartus Temisvariensis Minorita in Quadragesimali 2. de vitiis serm. 30. Dominica 4.; apud nullum enim alium legi hujus scriptoris mentionem fieri. Fuit quidem alius *Franciscus Comestor*, sed Socius Sorbonicus, & anno 1540. in vivis degens; quod est multo post Pelbartum Temisvariensem. Illum *Navarrentem* etiam ex Bernardo Sannis dicit Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 411.; sed eumdem postea pag. 413. *Novariensem* appellat ex Tossignano, & Waddingo.

MCDXXXIX.

FRANCISCUS NUGENTIUS Hibernus Missionis Hibernicæ Minorum Capuccinorum Institutor, provinciæ Belgicæ alumnus, Guardianus & Definitor, ac provinciæ Coloniæ fundator ac Commissarius Generalis, vir piissimis moribus ornatus; hebrei, græcique idiomatis interpretandi excellentissimus; cum esset mysticæ Theologiæ magister, ac longa temporis exercitatione versatus, scripsit in defensionem Joannis Tauleri librum inscriptum:

Taulerus expeasus, ac defensus; ejusque veluti erronea ab æmilis vendicata 1. to. 1. in 4.

Secreta itinera orationis: to. 1. in 8.

Paradisum contemplationum.

Librum de meditatione, & conscientiæ examine inter Fratres Flandriæ usitatissimum.

Epitomen Coccey de controversiis

Tractatum contra ministrum acatholicum.

Expositionem super Regulam.

Sermones plurimos latine, gallice, italice.

Cursum Theologicum & Philosophicum.

Tractatum de Hibernia.

Refutationem Epistolæ præfixæ libro Expositionis Missa &c.

Recusato Armachano Archiepiscopatu, obiit Carolopoli an. 1635. in festo Ascensionis; ex autore Bullarii Capuccinor. to. 4. pag. 279. 280. & to. 5. pag. 276., Genuen., & Jo: a S. Antonio.

MCDXL. 669.

FRANCISCUS NUNNEZ = cujus

Simulacrum &c. cusum est per Matthiam Gast in 8.

Adnotationes in Evangelia &c. ibidem anno 1595. in 4. per Jo: Fernandez.

Advertentias &c.: tomus 2. prodiit typis Didaci de Cusio.

De eo Nicolaus Antonius pag. 127. to. 1. Biblioth. Hisp. agit, vocatque virum doctum, & eloquentem Regul. Observ. alumnum; de quo & Dupinus in Supplem. to. 3., & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 413.

670.

FRANCISCUS DE ORPHEIS = hunc non legi apud alium; neque tempus, quo vixerit, proditur. Waddingus infra dicit *Orpheum Cancellarium*: est autem in Tuscia vetus illustris familia *Cancellariorum*. Quare videas infra *Orpheum Cancellarium*; ita enim vocabatur. Joannes a S. Anton. exscribit Waddingum.

MCDXLI.

FRANCISCUS ORTIZ, quem Pincianum, seu Vallisoletanum facit Ægidius in Theatro illius Ecclesiæ, provinciæ Castellæ Regul. Observ., ac senior duobus sequentibus ejusdem nominis, cognominis, ac provinciæ alumnis, quo factum est, ut hunc cum alio Waddingus confuderit; vir fuit non vulgaris doctrinæ, ac prudentiæ, atque tempore *concionatorum monarcha*, nec immerito, nuncupatus; in Turrisculanæ Conventu hæc elaboravit fratris germani cura deinceps edita, videlicet

Tractatum de ornatu animæ impressum Compluti anno 1540., & 1549. ex Waddingo; at 1548. in 4. typis Joannis Brocar inquit Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 414.

Quadragesimale, seu Expositionem super psal. L. Miserere: Opus egregium tomis 2. in 4. impress. ibidem anno 1549. typis ejusdem: qua in editione Typographus Brocarius aliorum librorum mss. in xvi. volum. catalogum publicavit, quem exscripsit Waddingus in *Francisco Ortisio Lucio*, & Joannes a S. Anton. hoc loco.

Quæstiones ad Moniales &c.

Formationem vitæ christianæ tripartitam sermone hispano; agens 1. *de instructione vitæ christianæ*: 2. *de pœnitentia virtute*: 3. *de Sacramento Pœnitentiæ*: editione antiqua in 4. absque loco, & anno, Didaeo Dazæ Hispalensi Archiepiscopo dicatam; cujus meminit Nicolaus Antonius in append. ms. ad Biblioth. Hisp. apud Joannem a S. Anton.

Soliloquium inter animam, & Deum. Compluti anno 1551., ex cit. Waddingo.

Expositionem in Orationem Dominicam a S. Francisco notis illustratam, & in alia ejusdem Sancti Viri Opuscula. ibidem anno eodem 1551., ex cit. Waddingo.

Opuscula varia spiritualia. Cæsaraugustæ anno 1552. in 4., ex cit. Waddingo. Joannes a S. Anton. pag. 415. ait, ista prodiisse cum Epistolis familiaribus pag. 99.

Epistolas familiares. Compluti anno 1555., ex cit. Waddingo; al. 1552. per Jo: Brocarium, & Cæsaraugustæ in 4. typis Bartholomæi de Naxera, ex Joanne a S. Anton.

De Vita Christi, ejusque misericordiis versu hispano. ibidem cum Opere prædicto *Epist. famil.*, ex cit. Joanne a S. Anton.

Orationem latinam pro congratulatione capitulari sub themate: *Videte, vigilate, orate*. ibidem cum prædicto Opere pag. 81., ex eodem.

Obiit in Conventu Turris Lacunæ ante annum 1547.; de quo Nicolaus Antonius, P. Salazarius in Chronicis prov. Castellanæ lib. 2. cap. 230., Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 24. Martii §. 6., & ex his Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 414.

MCDXLII.

M C D X L I I. 671.

FRANCISCUS ORTISIUS = *Ortiz* Regul. Observ. prov. Castellæ Doctor Theologus scripsit Annæ Austriacæ Hispan. Reginæ

Mysteria passionis &c. tribus partibus, cusum per Ferdinandum Ramirez, ex Jo: a S. Anton.

M C D X L I I I. 672.

FRANCISCUS ORTISIUS LUCIUS = *Ortiz* junior prov. Castellæ Regul. Observ. Definitor, & ecclesiastes, vir spectabilis famæ, & litteraturæ non vulgaris, ex vetusto autore Bibliothecæ Hispanæ scripsit, ediditque

Summam Summarum &c. tertio cusam Matriti anno 1603. in 8. typis Michaelis Serrani; & quarto auctiorem ibidem anno 1610. in 4. typis Ludovici Sanchez. Porro hujus *Compendium omnium Summarum* lingua hispana compositum, editumque Matriti anno 1603. apud Michaelem Serranum de Vergas censura dignum notarunt Hispani Theologi; ut & ejusdem *Horas*; quemadmodum ex Indice Hispano libr. prohib. apparet. De hoc scriptore agit autor æqualis, & ejusdem Instituti Marcus Ulyssiponensis Chron. S. Francisci par. 3. lib. 9. cap. 43., traditque, conscripsisse

Quadragesimale super psalmum 50. Miserere mei Deus: &

Tractatum de ornatu animæ; in cujus initio ponitur *catalogus multorum* ejus *Operum*; sed hæc spectant ad primum *Franciscum Ortisium*, ut diximus.

Summam Astesanam a se castigatam edi curasse Venetiis anno 1468. per Jo: de Losonia, scripsit Waddingus in *Astesano*; sed ibi adnotavimus, mendum in anno cubare: & forsan legendum 1568. Scripsit etiam

Expositionem in Regulam, sive Compendium declarationum &c. Matriti 1584. in 8. typis Francisci Sanchez; deinde anno 1585. in 8. apud Viduam Alfonsi Gomesii.

Viridarium divini amoris, ac locorum communium. Compluti anno 1589. in fol.; & ab autore auctum anno 1592. in fol. capita, vel tractatus 20. complectens, quorum ultimum est *Compendium Alphabeticum* concionatoribus utilissimum, inquit Joannes a S. Anton., qui capita singillatim enumerat *de amore mulierum*; *de oratione*; *de otio* &c.

Conciones de pænitentia super Miserere. Compluti anno 1595. apud Jo: Iñiguez; & Majoricæ anno 1599. in 4., ex cit. Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 415.

Considerationes Lucii. Salmanticæ anno 1597. in 4., ex Nicol. Anton. to. 1. Biblioth. Hisp.

Flores Sanctorum, seu Vitus Iesu Christi, Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum ad Petrum Portocarrero Conchensem Antistitem anno 1597.; & iterum Matriti anno 1605. in fol. apud Michaelem Serranum de Vargas, ex Joanne a S. Anton.

Tractatum de justo pretio frumenti, & hordei Philippo III. Hispan. Regi dicatum. Matriti anno 1603. in 4. per Laurentium de Ayala sub titulo: *Respublica christiana*.

Viridarium de divinis floribus Sacerdotis Christiani, in quo ostenduntur qualitates, dignitates, & reverentia debita præcellenti huic officio. Matriti anno 1601. in 12. apud Michaelem Serranum.

Viridarium de IV. Novissimis, & fine vitæ humanæ in 4. tractatus divisum de morte, judicio, inferno, & gloria. ibidem anno 1602. apud eumdem; & ann. 1608. & 1650. in 8. per Ludovicum Sanchez.

De creatione mundi, peccato Adami, ac de adventu Domini tractatum. ibidem cum supradictis *Floribus Sanctorum* anno 1605.

De Principe Christiano, Judice Christiano, ac Judicum speculo tractatum. Matriti anno 1606. in 4. typis Jo: Flamenci.

Mysticam Theologiam, in qua agit *de Sacramentis, ac peccatis*. ibidem anno 1608. in 16. per Ludovicum Sanchez.

Agunt de hoc viro Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispana; Waddingus, qui hunc cum alio confundit; & Joannes a S. Anton.

M C D X L I V. 673.

FRANCISCUS AB OSSUNA = Regul. Observ. Commissarius Generalis Indiarum; cujus meminit Marcus Ulyssipon. par. 3. Chron. lib. 9. cap. 43.

Abecedarium spirituale circumstantiarum passionis Domini, aliorumque mysteriorum 5. voluminibus; quorum pars prima prodiit Hispali anno 1528. in 4. typis Jo: Cromberger; tum Metymnæ Campi anno 1544., ex Indice Biblioth. Barber.: 2. pars Hispali anno 1530. typis Jo: Varelæ: 3. partem vulgavit Matriti typis Regiis *Fr. Joannes de Torres* prov. Castellæ spem faciens novæ editionis totius *Abecedarii*; 5. pars titulo *Solatium pauperum, monituque divitum* Antonio Guevaræ Mindoniensi Episcopo dicata prodiit Burgis anno 1541. Demum *Abecedarium* totum 7. Voluminibus constans prodiit Hispali anno 1554. in 4., teste Joanne a S. Antonio. Hoc Opere usa est S. Theresia, ut ipsamet fatetur in sua Vita cap. 4.

Quadragesimale ejus recognovit Fr. Matthæus Wenssen Commissarius Generalis Transmontanus Min. Observ. an. 1532. Tolosæ in Capitulo Generali die Pentecostes celebrato; asseritque, hoc Opus latinum non minus utile esse, quam alia sex, quæ idiomate vulgari hispano composuerat. Prodiit Lugduni anno 1560. per Sebastianum de Honoratis in 8. v. infra *Pars Occidentalis*.

Trilogium Evangel. ipsemet citat in suo Quadragesimali serm. 63. fer. 2. Pachatis. Prodiit autem hoc *Trilogium Evangelicum, sive de Christi Passione, Resurrectione, & Ascensione* Antuerpiæ anno 1536. in 8. apud Gasparum Cocum; & Parisiis anno 1537. in 8. Edidit &

Cynosuram omnium statuum hominum, al. *Polus statuum virginalis, conjugalis, ac vidualis*. Burgis ann. 1510. 1541. & 1550. in 4. apud Joannem Juncti.

Sanctuarium biblicum cum sermonibus 8. Deiparæ Virginis sub hoc themate: Ipsa conteret caput tuum: pro Sabbatis Quadragesimæ, & Resurrectionis sequentis.

Expositionis super Missus est alter *liber*; ubi agitur *de hominis reformatione in Paradiso deliciarum deformati, ac per Incarnationem Filii Dei in Paradiso Virgineo reparati*. Antuerpiæ anno 1535., quo tempore ibi autor morabatur, ex Jo: a S. Anton.

Pars Meridionalis in accommodas hisce temporibus allegorias, ermeniasque mirabiles Evangeliorum Dominicalium totius anni: quam autor Parisiis commorans anno 1533. nuncupavit D. Alphonso Marique Hispalensi Archiepiscopo; prodiit Cæsaraugustæ ann. 1546. & 1549. in 8. apud Jo: Millian; Medinæ anno 1554.; & Romæ 1590. in 8. apud Dominicum Bassam, teste cit. Joanne a S. Anton.

Pars Occidentalis in accommodas hisce temporibus Evangeliorum quadragesimalium expositiones a Dominica Septuagesima usque ad feriam 2. Resurrectionis una cum 7. *sermonibus de B. V. super Beatus venter* &c., & *Passio compassionis*. Cæsaraugustæ 1546. in 8., & Parisiis eodem anno typis Petri Gealtherot; iterumque Parisiis anno 1548. apud Vivantium; Medinæ 1554.; Lugduni 1580., teste cit. Joannes á S. Anton.; qui observavit, autorem in prologo *Partis Meridionalis* meminisse nonnullarum suarum lucubrationum his verbis: *Decrevi, quadruplex Opusculum scribere juxta quadruplicem mundi partem; quorum primum agit de toto Christi Adventu, & hoc vocatur Pars Orientalis, quia ortus est nobis sol justitia* &c. *Alterum Opusculum agit de tota Quadragesima . . . vocatur Pars Occidentalis . . . Tertium Opus agit de totis Dominicis anni; & vocatur Pars Meridionalis . . . Quartum Opus agit de præcipuis Sanctis; & hoc etiam consequenter nuncupatur Pars Septentrionalis* &c. *Nam Adventuale facit ad gaudium: Quadragesimale vero ad tristitiam: Dominicale autem ad timorem: Sanctorale denique spem nostram erigit. De his autem quatuor voluminibus nostris pariter quatuor opiniones audies: nam in Hispania dicitur, quod sunt cujusdam Patris Condiscipuli mei viri sane ingenio celebris. Secundo autem dum hec volumina in partibus Galliarum examinationi obtulissem, dictum est, quod erant Formou viri equidem magna sapientia* &c. Confecit igitur & *Partem Orientalem*, & *Septentrionalem*, sive *de Adventu Domini*, & *de Sanctis*; quæ typis datæ non apparent; vel non recensentur. v. supra *Quadragesimale*.

Tractatus de Eucharistia sermone hispanico prodiit anno 1543. in 4., loco editionis non expresso; qui habetur Matriti in Bibliotheca Conventus Regul. Observ.; italice vero factus á Julio Zanchino sub titulo: *Convivium gratiæ SS. Sacramenti Altaris*: prodiit Venetiis anno 1599. in 12. apud Jo: Baptistam Ciotti, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 417.

Liber de mystica Theologia suppresso nomine vulgatus fuit, ut ipsemet testatur in cit. prologo *Partis Meridionalis* ante annum 1533.

De quinque plagis D. N. Jesu Christi hispanice scripsit, quod Opus in linguam italicam vertit Sebastianus Abbas Siculus Regiæ Majestati a sacris, Romæque vulgavit anno 1616. in 4. apud Gulielmum Faciottum, teste Nicolao Antonio in Biblioth. Hispanâ.

Allegoriæ Evangeliorum totius anni à Waddingo relatæ idem sunt ac *Sermonum in Evangelia totius anni pars Meridionalis* apud eumdem.

Creditur obiisse circa annum 1540., ut habet cit. Joannes a S. Antonio.

M C D X L V. 674.

FRANCISCUS DE OVANDO = edidit etiam

Additiones in quartum Sententiarum librum; quas adducit Franciscus Seguntinus ejusdem Instituti in sua Regulæ FF. Minorum Expositione cap. 10. tex. 3. §. 7.

Breviloquium prodiit Salmanticæ in 4. apud HH. Matthæi Gastii.

Elucidationem Philosophiæ naturalis, & rationalis tomis 3. in 4. composuit, quæ ms. extat in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. Pacensis in Extremadura sub N. num. 234., teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 418.

In Regulam Fratrum Minorum ms. ibidem in 8. apud R. n. 8. Hanc *Expositionem* citat Fr. Antoninus Pactensis in sermone ad Fratres Minores præmisso suæ Expositioni Regulæ FF. Minorum; & cap. 2. præcepti 8. n. 108., & præcepti 9. n. 120. & 121., ac sæpe alias.

Hic anno 1577. factus est Episcopus Truxilli in America; cujus dignitatis nec Joannes a S. Anton. meminit. De eo agit & Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp.

M C D X L V I.

FRANCISCUS PACTENSIS Siculus Min. Conv. edidit

Librum de situ Orbis, & descriptione ejusdem Antuerpiæ, ex Philippo a Cagliola prov. Sicil. explor. 3. manif. 1. apud Antoninum Mongit. to. 1. Biblioth. Sic., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 418.; qui diversum hunc existimant a *Francisco Vita Polinthio* Pactensi. Quare videas *Franciscus Vita* infra, & *Franciscus Monachus* supra.

* FRANCISCUS PADUANUS = Vide supra *Franciscus Florentinus*.

M C D X L V I I. 675.

FRANCISCUS PALUDANUS = cujus

Vita S. Elisabethæ Reginæ Portugal. Lovanii 1627. citatur a Continuat. Bolland. ad diem 4. Julii n. 11.

Stemmata, seu *Genealogias duarum SS. Reginarum* &c.: citat Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Febr., & Joannes Menerus cap. 21. Vitæ B. Joannæ Valesiæ pag. 118.

De Tertio Ordine Franciscano scripsisse memorat Jo: Maria Vernon. 1. Syllabo AA. suorum Annalium Tertii Ordinis apud Joannem á S. Anton. to. 1.

M C D X L V I I I.

FRANCISCUS PAMPILONENSIS prov. Navarræ scripsit, ediditque

Poemata, aliaque carmina de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, teste Petro de Alva col. 444. Militiæ, ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 418.

M C D X L I X. 676.

FRANCISCUS PANIGAROLA = pluries legatus fuit in Gallias; & jam anno 1576. inde in Italiam redierat, cum eo anno conciones habuerit in Quadragesima Romæ apud S. Laurentium in Damaso, annoque sequenti apud S. Petrum jussu Gregorii XIII., ut ipsemet scribit in epistola data Bononiæ anno 1577. die 14. Januarii; & Epist. libro 2., & pluribus in epistolis libri 5. commemorat, se quartum proficisci in Gallias, & ultimo quidem ut Ducis Sabaudiæ anno 1593. Nuncium. Hujus

Homiliæ pro Dominicis &c. impressæ fuerunt Venetiis anno 1604. in 12. per Jacobum Vincentium, & 1617. in 4., teste Joanne a S. Anton. to. 1.

Sancti Petri vita excusa est Astæ anno 1591. in 4. per Virgilium Zangrandis ad Henricum Card. Cajetanum missa, ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Bononiæ.

Brevis paraphrasis in psalmos pœnitentiales, ex Indice Biblioth. Barber. *Declaratio psalmorum David* italice ad Sabaudiæ Ducissam. Venetiis an. 1586. typis Altobelli Salicati in 8., & Taurini eodem anno typis Antonii de Blanchis in 8.; Romæ an. 1587. in 8. apud Gilottum ex autore tractatus de Eloquentia Ital. pag. 113., & Biblioth. Ital. pag. 224.; po-

postea Venetiis an. 1588. per Dominicum Farrum, & 1602. in 8. per Lueium Spinedam ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Ferrariæ, & antea Florentiæ 1585. in 8. typis Domiuici Manzani.

Lectiones contra Calvinistas. Mediolani anno 1582. in 4. apud Paulum Gotardum, ex cit. Indice Barber.; & Ferrariæ anno 1585. in 8. per Julium Vasalinum, & Cagnaccinum, ex Fontanino cit., & Biblioth. Ital. pag. 229. Translatæ fuerunt jam in gallicum, anglicum, theutonicumqoe idioma; quibus mox ipse *additiones* fecit Summi Pontificis jussu; sicut ipse in epist. anno 1591. lib. 2. Domino Toso dat. significat. Versæ fuerunt hæ *lectiones* in latinum eleganter a *Joanne Tonso* Mediolanensi, cusæque Mediolani anno 1604. in 4. vel 1594. in 4. typis ejusdem Gottardi.

Expositio litteralis, & mystica Canticorum Salomonis: cum primo *tractatu Memorialis vitæ christianæ*; & 9. *Oratoriis medicina spiritualis*, seu *Exercitiis spiritualibus*: prodiit Mediolani anno 1621. in 8. apud Jo: Baptistam Bidellum cura *Fr. Bonagratiæ a Varena* Strict. Observ., qui ei adjecit & *Vitam* ejusdem Panigarolæ. Extat liber Romæ in Bibliotheca SS. XII. Apostolorum.

Paraphrases in Lament. Hieremiæ prodierunt etiam Veronæ anno 1586. in 4. apud eumdem, ex eit. Indice Bibliothecæ S. Franeisci Bononiæ.

De ratione componendæ concionis. Brixiæ anno 1584. per Petrum Bozzolum; & Romæ anno 1693. in 4. typis Joseph Vannaccii, ex Joanne a S. Anton.; anno etiam 1644. Venetiis impressum est una cum ejus XI. *Quæstionibus de modo prædicandi*, seu habendarum concionum, aliorumque autorum *de eloquentia ecclesiastica* Opusculis in 4. tomo ultimo.

Rhetorica Ecclesiastica typis data est Coloniæ anno 1605. per Jo: Hantemium, teste Possevino in append. Appar. sacri V. *Jacobus Graffias*.

Prædicator, seu Paraphrasis in Demetrium. Venetiis anno 1609. in 4. per Bernardum Juntam cum nonnullis *additionibus rhytmicis* cura Fr. Stephani Mediolanensis ejusdem Ordinis; postea ibidem etiam an. 1642. tom. 2. in 4. In Epitomen autem redactus est ab Antonio Gazo Veronensi, typisque datus Veronæ anno 1639. in 8. per Franciscum Rubeum; iterumque ibidem anno 1653.

Conciones tres Parisiis habitæ italice adauctæ notis *Fr. Isidori Rotæ Venesi* ejusdem Ordinis editæ sunt Astæ per Virgilium Jo: Grandi; iterumque Bononiæ typis Jo: Rubei anno 1592. in 8.; & postea Taurini anno 1596. in 8., ex Biblioth. Ital. Angeli Hieremiæ pag. 231., & antea Vicentiæ an. 1592. in 8. typis Georgii Græci.

Conciones 28. *extraordinariæ*, variisque in locis recitatæ italice, recognitæ vero, notisque illustratæ prædicti *Fr. Isidori Rotæ* prodierunt Venetiis anno 1592. & 1596. in 8. per Jo: Baptistam Ciottum; & ibidem an. 1618. in 8. typis Petri Miloci; quibus præmisit autor epistolam Astæ datam anno 1591. die 25. Junii ad urbem Romam, qua perhibet, conciones hasce quamprimum in lucem prodituras; se vero nune operam navare, ut etiam *sex Quadragesimalia*, quæ Romæ dixerat, in publicum exirent. Extant hæ Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci.

Oratio habita in die Cinerum de sacrarum Stationum veteri instituto a Sixto V. revocato latine. Romæ anno 1587., ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 159.

Conciones quadragesimales Romæ apud S. Petrum anno 1577. habitæ italice. Venetiis anno 1617. in 4., ex eit. Indice Barber. Biblioth.; & antea Romæ anno 1596. tomis 2. in 4. cum *concionibus sex pro Sabbatis, & tribus pro diebus tribus Paschatis Resurrectionis*, quæ deerant, a *P. Jo: Baptista Cavoto* Melphiensi ejusdem Instituti, ejusque discipulo editis, typis Stephani Paulini; quæ editio habetur etiam Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum.

Conciones Quadragesimales habitæ Romæ apud S. Petrum anno 1588. Venetiis typis Jo: Baptistæ Ciotti annis 1599. in 8., & 1605.

Novum volumen concionum quadragesimalium Romæ habitarum primo vulgatum est Mediolani anno 1608. per Augustinum Tradatem in 4., ex Indice Bibliothecæ S. Franeisci Bononiæ.

Conciones in Evangelia quadragesimalia bipartitæ Romæ prodierunt anno 1596. in 4. per Stephanum Paulinum cura *Fr. Joannis Baptistæ Melphiensis* ejusdem Ordinis italice, ex cit. Indice Bibliothecæ Bononiensis, nee non ex laudato Fontanino, & Biblioth. Italica pag. 231.

Conciones 100. *supra Christi passionem* coram D. Carolo Borromæo recitatæ. Venetiis anno 1585. in 4. typis Antonii Rampazetti; postea Neapoli anno 1586. in 8. apud Carlinum, ex eit. Indice Bonon. Biblioth.; deinde Genuæ anno 1590. in 4. apud Hieronymum Bartolum recognitæ a Paulo Castruccio Ord. Præd. Lectore, teste Joanne a S. Anton.

Orationes funebres pro D. Carolo Borromæo S. R. E. Card. Romæ an. 1585.; & 1611. in 4., ex Indice Biblioth. Barberinæ; ac Florentiæ item anno 1585. apud Sermartellum in 4.; ex eit. Fontanino; ac Venetiis anno 1603. in 8.

Sermones ad Clerum Astensem italice. Venetiis per P. Zanobium Bocchi anno 1597. in 8., ex Indice Biblioth. Barber.

Synodus Astensis anno 1588. *cum Literis Pastoralibus*. Astæ anno 1589. in 4., ex eit. Indice Barber.

Speculum belli impressum est Bergomi anno 1595. in 4. Carolo Emmanueli Sabaudiæ Duci missum: editio omnium melior; ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Bononiæ

Tabulæ 24. *ex variis Conciliis, & Apostolicis Visitationibus deprompta*. Papiæ anno 1594. in 4. ex Indice Biblioth. Barber.

Compendium tomi primi Annalium Baronii. Romæ anno 1590. in 4., ex cit. Indice Barber.; de quo extat Baronii epistola ipsi gratias agentis in fronte ejusdem primi tomi suorum Annalium.

Epistola insignis pastoralis anno 1590. scripta legitur libro primo ejus Epistolarum.

Epistolæ ejus libris 5. *divisæ* vulgari idiomate publicatæ fuerunt ab Alexandro Panigarola ejus nepote anno 1629. in 8. Mediolani per Jo: Baptistam Bidellium; atque in ea libri 2. data 5. Febr. anno 1592. P. Ludovico Savonarolæ texit *catalogum* suorum Operum, quem retulit quoque Ughellus to. 4. Ital. sac. in Episcopis Asten.

Apologia del Panigarola ms. habetur Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, ex Catalogo Montfaucon pag. 525. to. 1.

Tractatum de memoria ms. eitat Paulus Aresius de *Arte Oratoria* lib. 4. cap. 3. & 5.

Theologia Davidica ms. memoratur ab Eq. Emman.

man. Thesauro in tract. de Conceptib. prædicab. cap. 9., ubi eum summopere commendat; ut & Alex. Tassonus in Opere *Consider. divers.* lib. 10. cap. 15.; nec non Rutilius Benzonius Rom. Episcopus Lauretanus lib. 1. de *Anno Sancto Iubilæi* anno 1599. edito inter scriptores viros doctrina insignes hunc celebrat inquiens: *qui ingenii magnitudine, oratoriaque arte dicendi inter omnes princeps est habitus.*

Carmina plura, & varia scripsit tam italice, quam latine, quorum nonnulla habentur inter Delic. Poet. Ital., & inter Illustr. Poet. Jo: Matthæi Toscani, & Ranucci Gheri; ut quidam merito caneret de illo:

„ Si loqueris de suggestu, mihi Tullius ipse „ es:
„ At si blanda moves plectra, Tibullus „ eris.

Operam etiam dederat *Mathematicis* disciplinis Florentiæ, præceptore usus Josepho Horsolino Florentino; quod ipse commemorat serm. super partic. 62. Demetrii Phalerei.

Concionum variarum de quibusdam Dominicis, & Festis anni tom. 1. prodiit prius Genuæ anno 1592. in 4. per Hieronymum Bartolum; quas in hispanum idioma transtulit Gabriel de Valdes Toletanus, edideitque Salmanticæ anno 1620. in 4. typis Andreæ Renaut, teste Joanne à S. Antonio.

Conceptus sacri super varios textus sacræ Scripturæ. Mediolani anno 1625. in 4., ex tomo 2. Biblioth. Barber. pag. 159.

De infirmitate Caroli Emmanuelli Sabaudiæ Ducis scripsit italice, sed non edidit, teste Abbate Ghilino to. 1. Theatri Litterat. pag. 118., ex quo cit. Joannes a S. Anton.

Oravit in ejus funere præ ceteris *Fr. Joannes ab Armis* Bononiensis ejus discipulus, & ejusdem Instituti; cujus Oratio typis est tradita Florentiæ anno 1595. in 4., ex cit. Indice Bibliothecæ Barberinæ.

M C D L. 677.

FRANCISCUS PAREXA = ex oppido Aufion Toletanæ diœcesis, provinciæ Floridæ, seu S. Helenæ in America Minister., ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 422., de quo & Nicolaus Antonius.

M C D L I.

FRANCISCUS PARISIENSIS sac. Theol. Doctor hactenus ignotus circa finem seculi XIV. florebat; scripsitque

Commentarios in 4. Senten. libros, uti nos edocet Dionysius Cisterciensis autor coævus in 1. Sent. lib. d. 1. q. 2. art. 2. illis verbis: *Actum etiam medium* (inter fruitionem, & usum) *ponit præstantissimus Magister, & pater meus Magister Franciscus de Parisio Regens in domo Minorum lib. 1. dist. 1. art. 2. concl. 1., quam probat dictam rationibus* &c.: fuit igitur synchronos, & præceptor Dionysii Cisterciensis, qui viventes scriptores adducit *Henricum de Hassia*, *Gombaldum* Baccalaureum Ordinis Prædicat., *Joannem de Buxeriis*, & *Facinum* Carmelitam, quos omnes constat versus finem seculi XIV. floruisse; nam Henricus de Hassia anno 1375. una cum Gombaldo memorato Parisiis sacræ Theologiæ Professor constitutus est, ex seculo IV. *Historiæ Universitatis Parisiensis* Boulæi: porro Opus *Dionysii Cisterciensis in 4. libros Senten.* prostat Parisiis anno 1502.; *Gombaldus* autem ineunte anno 1376. una cum duobus aliis Ordinis *Prædicatorum*, duobus *Minoritis*, uno *Cisterciensi*, uno *Carmelita*, & *Henrico de Hassia* Parisiis licentiatus fuit, ex Actis illius Universitatis, teste Echardo de Script. O. P. to. 1. pag. 686.; obiitque anno 1384. Alia, si quæ scripsit *Franciscus* iste, prorsus ignorantur.

* FRANCISCUS DE PAULA = Vide *Franciscus Spinellus*.

M C D L I I.

FRANCISCUS PENNA Hispanus olim Ecclesiæ Mexicanæ Canonicus, postea Minorita factus typis mandavit

Panegyrim de S. P. Francisco, teste Petro de Alva tab. 1., & Joanne a S. Anton. tomo 1. pag. 423., qui tempus, & alia non edisserunt. Idem Jo: a S. Anton. refert & alterum *Franciscum Penn* (si tamen alter est) prov. S. Michaelis Regul. Observ. Lectorem Jubilatum, & Guardianum Cæzarensis Cœnobii in Extremadura, qui edidit

Orationem in translatione ossium D. Didaci de Oviedo a se habitam. Salmanticæ anno 1626. in 4. typis Didaci Cussii.

M C D L I I I. 678.

FRANCISCUS PENNEMAN = Joannes a S. Anton. de hoc agit ex Waddingo, & Antonio Sandero.

M C D L I V.

FRANCISCUS PEREZ de Marrulla Italus emisit Opusculum in charta expansa Parisiis an. 1646.

De antiqua devotione erga immaculatam Conceptionem Virginis in fol., teste Petro de Alva col. 447. Militiæ, ex quo Joannes a S. Anton.

M C D L V.

FRANCISCUS PHILETUS Ciconiolanus prov. Neapolit. Regul. Observ. alumnus, & bonarum litterarum, poesisque in primis cultor eximius; cujus specimen, ac

Versus elegi, & hendecasyllabi, & quidem elegantes leguntur in principio *Lecturæ Joannis Vallonis Minoritæ super Formal tates Scoti* vulgatæ Venetiis anno 1566. typis Hieronymi Scoti in fol. Edidit &

Carmen in laudem *Œconomiæ concionalis* Fr. Francisci Carophili Venetiis anno 1551. in 8. impressæ; idque valde elegans.

M C D L V I.

FRANCISCUS DE PIAGGIIS e Roccacontrata Min. Conv. sac. Theol., Jurisque Canonici Doctor egregius edidit anno 1491.

Tractatus varios Moralis Theologiæ, & Juris Canonici libro 1., qui ms. reperitur in Bibliotheca sui Conventus Roccæcontratæ, ex Francisco Abbundantierio cit. supra in *Augustino Ruffi*.

M C D L V I I. 679.

FRANCISCUS PICARDUS = de quo Rodulphius lib. 3., & post eum alii; sed ante omnes autor æqualis Simon Fontanus Gallus in Historia Catholica lib. 16. sub anno 1542. sacræ Theologiæ Doctorem appellat, & verbi Dei concionatorem ferventissimum, vitæ integerrimæ, ab ipsis vel hæreticis nonnisi falsis calumniis impetitum ad annum 1536.; vivebatque adhuc anno 1545. ex eodem Fontano lib. ultimo. Hunc autem illum existimo, quem infra Waddingus appellat *Franciscum Richardum*; aitque correxisse, atque edidisse *Textum Petri Lombardi in libros 4. Sententiarum* Parisiis anno 1541.

Sermones Adventuales vernacule. Parisiis ann. 1561. & 1568. in 8.

In-

Instructionum Christianarum tom. 1. in 8. ibidem ann. 1564. & 1570., ex Jo: a S. Anton.

Homilias in Evangelia totius anni, ex Waddingo, & Possevino.

M C D L V I I I.

FRANCISCUS PICART Gallus Dottor Parisiensis (forsan idem ac superior, ut Petrus de Alva col. 448. Militiæ dubitat apud Joannem a S. Anton. to. 1.) composuit

Officium Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ, quo utuntur Sanctimoniales Monasterii Chalensis Ordinis S. Benedicti, & quod vulgatum fuit Parisiis anno 1658. in 8. a P. Hilarione a Costa Minimo.

M C D L I X.

FRANCISCUS PISTORIENSIS sac. Theol. Magister anno 1429. sub Martino V. erat Apostolicus Nuncius ad Soldanum Babiloniæ Christianorum causas promoturus, ex antiquis Ordinis Chronicis apud Waddingum ad an. 1429. n. 7.; & anno 1435. factus est Minister Orientis, ex Indic. Bullar. Seraph.; eique anno 1438. datus est Successor, ex Waddingo ad eum annum. Ejus

Tres Epistolæ latinæ mss. in cod. Miscell. chart. in fol. habentur Ravennæ in Biblioth. Classensi PP. Camaldulensium; quarum 1. data est *Leonardo Aretino Secretario Apostolico* 29. *Xbris*: 2. *Bartholomæo Compresbytero, atque honorando fratri majori* 2. *idus Januarii*: 3. *Domino Benedicto de Casentino Decano Monasterii Vallisumbrosæ*. Scripsit &

Epistolam Poggio Florentino; quam Poggius ipse citat in sua *Suffreta* Rhodi commoranti scripta, in qua illum dicit *egregium Virum* Magistrum in Theologia ad partes Græciæ proficiscentem.

M C D L X. 680.

FRANCISCUS DE PITIGIANIS = Tusciæ Minister, & Definitor Generalis, Ferdinandi I. Hetruriæ Ducis Theologus, concionator egregius, & Episcopi Mantuani Francisci Gonzagæ Theologus, ex Examinator Synodalis; cujus

Summæ Theologiæ speculativæ, & moralis pars prim. in 3. *lib. Senten.* prodiit Venetiis anno 1622. in fol. typis Jo: Guerilii.

Ejusdem Summæ pars 2. *in* 3. *Senten.* ibidem anno 1615. ab autore dicata Roberto Card. Bellarmino; ideoque nonnisi post annum 1599., quo is in numerum Purpuratorum est cooptatus.

Summæ ejusdem pars 1. *in* 4. *librum Senten.*, uti & *pars* 2.: ibidem anno 1619. opera Fr. Hilarionis Sacchetti Florentini ejusdem Ordinis, & ejus disciputi.

Practica criminalis canonica prodiit primum Perusii anno 1609. in 8. apud Augustos (non 1669., ut ait Joannes a S. Anton.) ex Appar. ad Indiculum Bullarii Seraphici Petri de Alva, & Astorga. Eam Constitutiones Urbanæ Minor. Conven. cap. 10. tit. 2. n. 9. servandam præcipiunt a Judicibus Ordinis in causis cognoscendis.

Libros octo Physicorum sub nomine *Scoti* emisit itidem Venetiis per Guerilium anno 1617. in 4. laudatus Fr. Hilarion Sacchettus; postea Lugduni prodierunt anno 1639. inter Opera Scoti.

Expositionem Bartholomæi Brundulini Minoritæ in Regulam Fratrum Minorum recudi fecit Florentiæ anno 1594. (non 1694., ut apud Jo: a S. Anton. ex Terrinca), ut ipse Waddingus habet supra in *Bartholomæo Brandulino*, & *Francisco Aretino*.

Commentaria litteraria in Genesim methodo scholastica composuit, quæ citat Hieronymus Bocchius Florent. in Monopanthon., & Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor.; edita Venetiis anno 1615. in 4. typis Jacobi Violati, continentia 596. *quæstiones*, teste Joanne a S. Anton.

Expositionem 1., *&* 2. *libri Posteriorum*, ex autore suppari Augustino Superbo in Catalogo ms. Script. Ord. Min. pag. 43., & cit. Antonio Terrincano pag. 199., qui dicit editam anno 1606.

Expositionem in Formalitates Antonii Syrrecti anno 1606. factam, editamque, ex eodem Antonio Terrincano; qui addit, obiisse eum Mantuæ anno 1616., ætatis vero suæ 63., ex quo Joannes a S. Anton.

M C D L X I.

FRANCISCUS DE PLATA Hispanus Reg. Observ. Lector Emeritus typis dedit

Sermones de S. Nicolao Tolentinate; *de S. Jo: ante Portam Latinam*; *de Conversione S. Pauli*; & *de S. Clemente PP. & M.* Hispali an. 1609. in 4. typis Alphonsi Rodriguez Gamarræ.

Conciones panegyricas de SS. Jo: Evangelista, & *Clara Virgine*. ibidem eodem anno in 4. per Gabrielem Ramos, ex Jo: a S. Anton. to. 1.

M C D L X I I. 681.

FRANCISCUS DE PLATEA = celebratur ab autore suppari Jac. Philippo Bergomate in Supplem. Supplementi sub an. 1405. n. 14.; diciturque etiam *egregius divinorum sermonum Declamator*. Citatur autem ejus Opus a Card. Jacobatio de Concilio libro 7. §. *Si Cardinales schismatici restituantur* &c.: & §. *An Papa teneatur observare juramentum* &c.: quare *autor gravissimus* appellatur a Martino Navarro to. 1. Comment. tractat. de redit. Eccles. q. 3. mon. 32. n. 2., & a Trithemio; atque Nuncii Apostolici officio functus asseritur.

Tractatus de restitutionibus scriptus fuit anno 1442. m. Julio, uti habebat codex ms. olim Bibliothecæ Capituli Ecclesiæ Ferrariensis, ex Indice ejusdem Biblioth. anno 1462. confecto. *Tractatus de restitutionibus* cum illo *de usuris* scripto anno 1469. extat ms. in 4. p. Ravennæ in Bibliotheca Classen. Ord. PP. Camaldulensium una cum nonnullis diversorum autorum brevibus tractatibus.

Opus de restitutionibus, usuris, & excommunicationibus prodiit primum Venetiis anno 1472. per Bartholomæum Cremonensem in 4., quæ editio extat Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci; annoque sequenti Patavii in fol. per Leonardum Basiliensem, & habetur Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci, quam editionem adducunt autores Diarii Veneti Liter. Ital. tomo 10. art. 5. Andreas vero Chevillier in tractatu de Origine Parisinæ Typographiæ pag. 69. hæc refert: *Francisci de Platea ex O. M. tractatus de usura, & alius tractatus de excommunicationibus in fol. Parisiis per Martinum, Udalricum, & Michaelem anno* 1476. *die* 4. *Januarii*: inde iterum Venetiis anno 1477. in 4., ex Indice Biblioth. Barber., typis Johannis Coloniæ Agripp.nens., ac Johannis Manthen de Gherretzhem; & tandem anno 1489. Lugduni, & Spiræ in fol.; ex Orlando de Orig. & progr. Typograph. par. 1. & 2. pag. 386., ubi eum dicit nomen *Francisci* in seculo, *Eugenii* vero in Religione tulisse; nisi sit e contrario.

Tractatus de excommunicatione habetur etiam impressus inter *tractatus universi Juris* tom. 14. editos Romæ anno 1584.

De

De actu matrimoniali extat ms. Lipsiæ in Bibliotheca Paulina, ex Catalogo illius pag. 174. n. 34.

Sermones varios scripsisse, habet Willotus, & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 425.; de quo & Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 17. Decembris.

M C D L X I I I. 682.

FRANCISCUS POLYGRANUS = quem valde commendat Henricus Helmesius prov. Saxoniæ alumnus, & fusius Raynerius Pagingius Dentius in præfatione ad suas conciones de Sanctis scribens: *Vir fuit magno, ac divino ingenii acumine, dexter, tantaque non minus quam eruditus, ut amœnus concionum suarum stylus demonstrat. Tam autem in litteris cum prophanis, tum sacris etiam versatus fuit, ut eam doctissimi quibusque facile conferri possit; quod & verborum munda puritas, & sententiarum gravitas ostendant. . . . . Totum hoc Homiliarum Opus tanta est doctrina, gravitate, eloquentia, & amœnitate, pietate plenum, ut in eo nihil ulterius divinæ Philosophiæ candidati ad absolutam concionandi methodum desiderare possint.* Hujus

Assertiones quorumdum Ecclesiæ dogmatum prodierunt iterum Coloniæ anno 1577. in 8.

In Evangelia Postillæ, seu Comment. Ibidem anno 1562. in 4., ex Indice Bibliothecæ Barberinæ; postea Monachi anno 1570. tomis 4. in 8. titulo: *Enarrationes in Evangelia.*

Postilla in Evangelia juxta vitam S. Ecclesiæ per singulas anni totius Sanctorum ferias distributæ. Coloniæ 1559. apud HH. Arnoldi Birckmani.

Postillæ Epistolarum omnium, quæ Dominicis diebus in Ecclesia per anni circulum recitari solent. ibidem anno 1560. in 8. eisdem typis.

Postilla in Evangelia a Pentecoste usque ad Adventum. ibidem anno 1560. eisdem typis.

Postilla in Evangelia ab Adventu usque ad Pentecosten. ibidem anno 1580. in 8. apud eosdem; teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 426.

De eo Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. Concionat. cap. 92. pag. 423.

M C D L X I V. 683.

FRANCISCUS PONTELONGUS = Gymnasiorum sui Ordinis Parmensis, Cæsenatensis, Florentini, & Patavini Moderator; nec non eorumdem in provincia Piceni Visitator; obiit Bononiæ die x. kal. Novembris anno 1680. ætatis suæ 67., cum Ferrariam ad Comitia provinciæ proficisceretur, teste Franchino in Biblios.

Commentaria in Logicam Aristotelis vulgavit Bononiæ anno 1647. in 4. typis Jacobi Monti.

Philosophiæ pars prima excusa est Utini anno 1653. in 4. per Nicolaum Schirattum.

Ejusdem pars 2. prodiit Patavii anno 1662. in 4. per Jo: Baptistam Pasquatum.

Responsiones ad ea, quæ hucusque contra doctrinam P. Pontelongi a P. Rabeo de Lugo adducta sunt. Imolæ primum anno 1657. per Hyacinthum Massensem, quæ editio extat Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci; postea Forolivii anno 1660. in 4. typis Cimat. & Saporet., ex cit. Franchino n. 146. De eo agit Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 426.; sed jejune ex Waddingo.

M C D L X V.

FRANCISCUS POTERON Gallus prov. S. Dionysii Parisien. Recollect. alumnus edidit Opus ex Operibus S. Bonaventuræ hoc titulo:

S. Bonaventura selectus, seu regularis disciplinæ, & perfectionis praxis. Parisiis anno 1632.; quod citat Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Julii §. 8., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1.; prodiitque iterum Mediolani anno 1651., ex Indice Biblioth. Barber.

M C D L X V I. 684.

FRANCISCUS PRADIEL = Gallus, de quo & Dupinus sec. XVII., & Didacus a Lequile, ac Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 427.

M C D L X V I I. 685.

FRANCISCUS QUARESMIUS = Regul. Observ., de quo vide infra *Sebastianus Bollande.* De ejus *Elucidationis Terræ Sanctæ* libri raritate agit Fridericus Freytag in Analectis litter. pag. 733.

De quinque sacratissimis Christi vulneribus &c. prodiit Venetiis etiam anno 1652. in fol. per HH. Jo: Baptistæ Combi, ex Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 421., ubi totius Operis specimen, & compendium, sive epitomen exhibet.

Hierosolyma afflicta, & humiliata deprecationis &c. sub nomine *Fr. Francisci Laudensis Montis Sion Guardiani* meminit & Lassor to. 1. pag. 500. Univ. terr. Orb. Script.

Pro Confraternitate SS. Stellarii B. Virginis Mariæ tractatus. Panormi anno 1648. in 4. nomine supposito, teste Petro de Alva col. 451. Militiæ; de quo agit & Marracius in Bibliotheca Mariana.

Quæstiones circa receptionem pecuniæ, ex Petro de Alva tab. 2. de Expositionibus Regulæ Seraphicæ.

Adversus errores Armenorum scripsit tomos 3. in fol., quorum autographum asservatur in Bibliotheca Conventus S. Francisci Lauden.; in quo autor pie decessit circa annum 1660., ex cit. Joanne a S. Anton. to. 1.

M C D L X V I I I. 686.

FRANCISCUS QUINNONIUS = Legionensis, cui suum nuncupavit *Canonem vitæ spiritualis* Ludovicus Blosius Abbas Lætiensis anno 1539., plurésque tractatus Petrus Galatinus ejusdem Ordinis. Administravit Ecclesiam Ravellensem anno 1536., & Acernensem anno 1539.; sed de *Prænestina* non constat, ut videre est Italiam sacram Ughelli to. 1.; hinc in ejus epigrapho apud Verulas nulla Episcopatus Prænestini mentio fit: Verulis enim in majori Cathedralique Ecclesia extat marmoreus lapis cum hac inscriptione: *Hic jacent viscera Rmi D. Dñi Card. San. Cru. obiit anno MDXXXX. P. T. Pat. B. M. Posuit*: decessit autem die 27. Octobris. Vide in *Anonymo Italo* XXXV.

Breviarium prodiit Parisiis anno 1542. in 4. typis Ambrosii Girault, & typis Francisci Muguet in 8. m.; & 1545. apud Thiel Kevver: ac Lugduni ann. 1538. in 8., 1540. in 12., 1548. in 8., 1544. in fol. apud Balthassar Anaullet, & 1547. ac 1548. in 8. apud Theobaldum Paganum: dictum interdum Breviarium *Colbertinum*, quia ejus autoritate, & sumptibus impressum. Scripsit etiam

Regulam Sanctimonialium B. V. Conceptæ, ut ex Marco Ulyssiponensi autore suppari narrat Georgius Eggs in Biblioth. Purpurea.

Jacet Romæ in Basilica S.Crucis hac brevi Inscriptione: *Franciscus Quinonius Cardinalis S. Crucis in Hierusalem de morte, ac resurrectione cogitans vivens sibi posuit. Expecto, donec veniat immutatio mea. Viator brevi te secuturum memento.*

MCDLXIX.

M C D L X I X. 687.

FRANCISCUS RABELESIUS = hujus Opera castigata, vel potius mutilata titulo *Rablesii reformati* publicavit Franciscus Garassus Jesuita Gallus scriptis jam notus suo tempore, suppresso nomine, Pictavii, & Bruxellis anno 1620. in 8., teste Allegambe in Biblioth. Jesuit. pag. 124. Hunc omisit Joannes a S. Anton.

M C D L X X. 688.

FRANCISCUS RACOLIUS = scripsit italico sermone; extatque ms. in Ducali Bibliotheca, inquit Possevinus in suis Bibliothecis mss. ad calcem Apparatus sacri. Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo.

689.

FRANCISCUS RAGATIUS = Vide *Franciscus de Aregatiis*; nam idem est.

Non obiit autem anno 1470., ut ex Waddingo ait hoc loco Joannes a S. Antonio; sed anno 1437., ut supra ostensum est.

M C D L X X I. 690.

FRANCISCUS RAGGIUS = vide in *appendice* Waddingi ad hunc librum; eique addatur, Opus ab ipso pluribus auctum additionibus proprio nomine evulgasse hoc titulo:

De regimine Regularium prima centuria in tres partes distributa. Genuæ anno 1653. typis Benedicti Guasci in fol.

De regimine Regularium secunda centuria in 13. tractatus distributa. ibidem.

Monita pro Confessariis deputatis tempore pestis ad Sacramenta ministranda, ne morbo inficiantur. ibidem ann. 1656. & 1657. in 8. & in 12.; quo anno autorem peste sublatum scribit Raphael Supranus in Scriptor. Liguriæ, ubi eum appellat *Jacobum*, quo forsan in seculo audiebat. *Jacobum* etiam appellat Ughellus to. 3. Ital. sac. in Episc. Alerien. n. 32., ubi de *Octaviano Raggio* S. R. E. Card., & Episcopo Alerien. ejus fratre disserit; additque, habuisse eum alium germanum fratrem ejusdem Instituti nomine *Marcellum*, & ipsum peste pro patria simul occubuisse; *Jacobum* vero edidisse *tres centurias de Regularium Institutione*, utpote in omni genere scientiarum doctissimum. Legendus est P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., qui ait, eum

Plura alia tam Theologica, quam Moralia scripsisse, quæ morte interveniente imperfecta reliquit.

M C D L X X I I.

FRANCISCUS RASINUS e Cercenasco Pedemontanæ regionis oppido *Martinengus* appellatus Regul. Observ. Minister provincialis, Theologus, a Consiliis, sacrisque Confessionibus Emmanuelis Sabaudiæ Ducis, ejusque in Belgium, Gallias, Hispanias, Romam usque Nuncius, ac magnus Eleemosinarius; qui ab eodem Duce ad Archiepiscopatum Taurinensem nominatus fuerat; sed res successu caruit, uti scribit Franciscus Panigarola ejus familiaris in epist. libri 5. data anno 1592., ex qua habetur etiam, eum Parisiis operam studiis dedisse; unaque cum Panigarola Romæ ad Aramcæli Lectoris munus obivisse. Tandem anno 1600. ad Episcopatum Niciensem ad Varum promotus post 22. annum vivere desiit; cum jam edidisset

Statuta Synodalia diœcesis Niciensis; &

Catalogum Episcoporum Niciensium typis excusum Niciæ per Castellum, ex Andrea Rossotto in Syllabo Script. Pedemont., & Ughello to. 4. Ital. sac. in Episc. Nicien. Ejus *Elogium* legitur in Sacello Corporis Christi ab eo erecto; referturque etiam a cit. Rossotto. De eo & Sanmarth. in Gallia Christ. to. 3.; Augustinus ab Ecclesia in Hist. Pedemont. Eccles.; & Joannes a S. Anton. to. 1. p. 430.

M C D L X X I I I. 691.

FRANCISCUS REGIUS = insignis Theologus, & olim Conventus Nivellensis in Belgio Guardianus, Carolo V., ejusque sorori Hungariæ Reginæ a sacris concionibus per 15. annos, obiit anno 1540. sepultus in prædicto Conventu, quem totum ferme a fundamentis extruxerat, ut habetur in Annal. Min. ad eum annum n. 23. De eo Gonzaga, Willotus, & Possevinus in Appar. sac., ac Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo. Forsan idem est ac *Franciscus le Roy*, de quo infra.

M C D L X X I V.

FRANCISCUS RELLIO Hibernus Cavanensis prov. Burgensis Regul. Observ. alumnus, & sac. Theol. Lector publicavit

Cursum Philosophicum ad mentem Doctoris Subtilis, quem citat Fr. Antonius Castel parte 1. to. 2. Theologici q. 2. n. 48.; cujus *tomus* 2. prodiit Pompejopoli anno 1651. in 4. typis Martini a Labayen, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 431.

FRANCISCUS REPANTUS ÆSINUS = Vide *Franciscus Æsinus*.

692.

FRANCISCUS RICARDUS = cum hunc non legerim apud Rodulphium, aliosque; existimo eumdem esse ac *Franciscum Picardum*; cum tempus, & locus conveniant, suadeantque; ut etiam paulo ante dixi in *Francisco Picardo*.

M C D L X X V. 693.

FRANCISCUS RIVOLLIANUS = Regul. Observ.; de quo Joannes a S. Anton. to. 1. exscribit Waddingum.

M C D L X X V I. 694.

FRANCISCUS DE ROBLES = Regul. Observ.; cujus

Tractatum de accentibus linguæ lat. & hebr. auxit Michael Ascensius Aragonius ejusdem Instituti, edidi̇tque Cæsaraugustæ anno 1621. in 4., ut infra in *Michaele Ascensio*. Prodiit *Ratio accentuum omnium fere dictionum difficilium tam linguæ latinæ, quam hebraicæ, nonnullarumque græcarum; sed præcipue earum, quæ per sacras Litteras sparguntur, cum quibusdam orthographiæ regulis, & additionibus Ioannis de Robles* Compluti anno 1523. & Toleti anno 1572. in 8. typis Fratrum Ferrarien., ex Joanne a S. Anton. to. 1.

Legendarium Sanctorum quoque conscripsit; quod adducit Antonius Daza lib. *de Stigmat. S. Francisci* cap. 2.

M C D L X X V I I. 695.

FRANCISCUS A RODRASEM = al. a *Riodrateu*, scripsit *libros multos controversiarum*, teste Waddingo in indice materiarum tit. *Theologia Polemica*: sed legendus Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.

Tractatus de quibusdam controversiis prodiit primo latine anno 1620. Raudonicii; postea ab autore translatus in theutonicum.

M C D L X X V I I I. 696.

FRANCISCUS DE ROJAS = composuit etiam lingua vernacula hispana

Annales Ordinis Minorum, uti docet Natalis Ale-

Alexander Hist. Eccles. to. 7. sec. XIII. cap. 7. art. 5., prodieruntque Valentiæ typis Chrysostomi Ganiz anno 1652. tomis 3. in fol. Ab initio Ordinis procedunt usque ad annum 102. ejusdem Ordinis: ad Philippum IV. Regem.

Catena aurea SS. Ecclesiæ Doctorum per maris abyssum Evangelicæ Historiæ navigandum, in qua translationes antiquiores, & neotericæ adducuntur, quæ ad litteralem, & moralem sensum utilius conducunt. Lugduni annno 1651. tomis 3. in fol. per Philippum Borde, teste Joanne a S. Anton., qui notat, Nicolaum Antonium confundere hoc Opus cum *Commentariis in Concordiam Evangelistarum* &c., qui partim latine, partim hispanice prodierunt anno 1621.

Super Pentatheucum tomis 2., ipsomet autore teste in prologo tomi 1. Operis supradicti.

Elucidarium SS. Virginum, & Martyrum. Matriti anno 1634. in fol. typis Regiis, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 432.

Elucidarium Deiparæ Virginis. ibidem anno 1643. in fol., teste eodem.

Fragmenta SS. PP. a Dominica Septuagesima usque ad Dominicam in Albis. Cæsaraugustæ anno 1647. tomis 2. in 4. typis Viduæ Petri Verger, teste eodem.

Oratio funebris in obitu Philippi III. Hispan. Regis Matriti impressa in fol.; asservaturque ibidem in Bibliotheca Regis fol. 3008. tomi ms. inscripti *Successus anni* 1619., teste cit. Joanne a S. Anton.

Panegyrim de sacris Stigmatibus S. P. Francisci, ibidem anno 1626. in 4. apud Viduam Alphonsi Martini.

Apologias tragicas contra comœdias impressas in 4., quæ extant Matriti in Bibliotheca S. Franc. sub E. n. 44., teste Jo: a S. Anton. in append. to. 3.

Obiit circa annum 1656.; de eoque Nicolaus Antonius, Dupinus, sed omnium fusius cit. Joannes a S. Anton.

M C D L X X I X.

FRANCISCUS DE ROSARIO Lusitanus Portuensis Laicus Discalc. prov. S. Antonii Brasilien. Cœnobii S. Mariæ de Nivibus oppidi Pernambuco in Brasiliæ regno singularis pietatis vir scripsit vulgari Lusitanis lingua librum *de ritibus, consuetudinibus, vestituque Marañorum*:

Dos ritos, costumes, trajos, & povoações do Maranhaõ: ad quos missus fuit cum ubere christiani nominis proventu; sed liber cum eodem Pernambuci oppido in manus Hollandorum hæreticorum cecidit. Scripsit quoque, vel convertit

Catechismum in brasilicam linguam; obiitque in urbe illius regni Metropoli dicta *La Ciudad de la Bahia* die 20. Junii anno 1649., ex Cardoso in Agiologio Lusitano eo die h., & autore Biblioth. Hisp. pag. 324. to. 2.; ex quibus Joannes a S. Anton. to. 1. in utraque sua Bibliotheca,

* FRANCISCUS ROXAS = V. *Franciscus de Rojas*.

697.

FRANCISCUS LE ROY = provinciæ Franciæ alumnus sac. Theol. Baccalaureus edidit etiam

Formalitatum, seu plurium scientiarum metaphysico coeuntium ordine scitam commixtionem. Parisiis anno 1603. in 8. per Joannem le Bove, teste Joanne a S. Anton., qui & refert *epigramma*, seu decastichon *Fr. Dionysii Debarse Pruvinici Bach. Theol. ejusdem Instituti*, ejusdemque a puero ubique consocii in laudem autoris. De eo Waddingus in append. Annal. ad annum 1270. n. 39. Vide supra *Franciscus Regius*.

598.

FRANCISCUS RUBEUS = dubium mihi non est, quin hic sit famosus *Franciscus Asculanus*, seu de Marchia, de quo supra n. 644.

M C D L X X X.

FRANCISCUS RUGINIUS a Cotonio Mediolanensis ducatus oppido Min. Capuccin. prov. Romanæ concionator, & Theologus eruditus; poesis etiam amator scripsit ad Dominicum Gymnasium S. R. E. Cardinalem Decanum

Epigrammata varia, & disticha impressa Romæ anno 1625. apud Guillelmum Faciottum, ex autore Biblioth. Capuccin., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. Vide *Sanctem Thesaurum*.

* FRANCISCUS DE RUVERE = v. *Sixtus IV*.

M C D L X X X I.

FRANCISCUS SACCENSIS Siciliæ oppido primum Regul. Observ. alumnus, postea Min. Capuccin. provinciæ Panormitanæ ascriptus fuit concionator, Definitor, & Theologus insignis, vitæque sanctimonia clarus; posterisque reliquit

Lecturas Philosophicas, & Theologicas secundum mentem Scoti, quæ mss. asservantur in Bibliotheca Panormitana PP. Min. Regul. Observ., ut refert autor Biblioth. Capuccin., & ex eo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 434., ubi addit, ibi obiisse anno 1575.; de quo & Boverius to. 1. Annal. Capuccin.

M C D L X X X I I. 699.

FRANCISCUS SALAZAR = Hispanus Regul. Observ. Episcopus Salaminæ, & Coadjutor Majoricensis Antistitis anno 1548. adlectus, ex Rodulphio lib. 2. de Episcopis: de quo & Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan. Hujus

Orationem habitam in exequiis Marcelli Card. Crescentii anno 1552., quo dictus Cardinalis obiit, incipere: *Mecum ipse etsi animo consternatus revolvens*: literis tradidit Aug. Superbus in ms. Catalogo Script. Ord. Min. pag. 34. Continuator Annal. Min. to. 18. ad an. 1546. n. 23. de illo agit, traditque aliam anno 1551.

Orationem ad Patres Tridenti habuisse a Julio III. Pont. Max. probatam.

Oratio habita ad Patres Tridentinos in Synodo Bononiæ congregatos in Festo Pentecostes de Spiritus Sancti illapsu, recognita ab Archinto Episcopo Salutiarum, & SS. D. N. PP. Vicario, nec non ab Augustino Zanetto Episcopo Sebastensi, Bononiensique Suffraganeo, Sacrum peragente Card. S. Crucis Sedis Apostolicæ Legato, impressa est Bononiæ anno 1547. in 4. typis Bartholomæi Bonardi; quam ibi vidi in Bibliotheca S. Francisci.

Epistolam ejus ad Augustinum Millium *Dialogi Montis Alverniæ* autorem citat Salvator Vitalis in Chronico Seraphici Montis Alvernæ lib. 2. cap. 3. §. 5., & lib. 5. cap. 2.; de qua & Petrus de Alva tab. 1., & ex eo Joannes a S. Anton.

M C D L X X X I I I. 700.

FRANCISCUS SAMPSON = *Nanis* Brixiano patre, matre, ut volunt, Senensi, puer octennis a matre Deo sub tutela S. P. Francisci oblatus est in Cœnobio Senensi Minorum Conventualium, ubi initiatus, & litteris imbutus est; tantaque solertia omnes Religioso viro dignas disciplinas adeptus est,

est, ut ab humanioribus litteris ad Oratoriam, Philosophiam, & Theologiam veloci gressu conscendens brevi vir eruditissimus & Magisterii lauream, & Theologorum Collegii Bononiensis consortium sit assecutus. Inde Minister Terræ Sanctæ anno 1469. renunciatus in Senensi Cœnobio jurisdictioni, ac filiationi Mediolanensis paternæ provinciæ, in qua adoptatus fuerat, renuntiavit, & maternæ Tusciæ rediit; annoque insequenti 1470. illius Minister eligitur; & quinquennio post Ordinis Minister Generalis. Anno 1477. Romæ coram Sixto IV. in gravissima doctorum virorum disputatione *de Immaculata Conceptione V. M.* adversariorum nodos, & objectiones ea facilitate, ac vi dissolvit, ut admiratus Pontifex doctissimus *Sampsonem* appellaverit, ex quo ei hoc agnomen adhæsit. Senis Philosophiam publice professus est, quo tempore composuit *Quæstiones super octo libros Physicorum* hoc titulo vulgatas:

Recollecta forma Quæstionum &c. *Francisci Sansonis de Senis Ord. Minorum editæ tempore, quo legebat ordinarie Senis primo anno sui Ministeriatus provinciæ Tusciæ. Rut colligebat spicas* &c. Venetiis per Jo: Rubeum Vercellen. anno 1496. in fol.; & in fine legitur: *finito libro, sit laus, & gloria Christo*: quas vidi Bononiæ, & Romæ in nostra Bibliotheca; easque si Waddingus vidisset, imperfectas non dixisset. Edidit & plures

Ordinationes, seu *Constitutiones* pro sui Ordinis regimine; ut sunt illæ 30. capitibus Casali in Capitulo Generali editæ anno 1485., quæ mss. asservantur Ravennæ in Bibliotheca Conventus S. Francisci cod. in 8., in quo multæ aliæ *Constitutiones* Ministrorum Michaelis Cæsenatis, & Francisci a Ruvere continentur: nec non

Constitutiones pro reformatione provinciæ Marchiæ in Capitulo provinciæ ejusdem apud Montem Actonum die 13. Octobris anno 1478. celebrato editæ 28. capitibus; & aliæ, ut in Chronol. Franciscana P. Michaelis Neapol.

Laudat hunc autor coævus Robertus Caracciolus Liciensis Episcopus Aquinas in sermone de S. Bonaventura anno 1482. cap. 3., & Leander Albertus in Italia; sed omnium loco Nicolaus Lugarus Cremonensis Rhetor illius temporis illustris in *Panegyri*, quam habuit anno 1488. in Synodo, vel Capitulo Generali Fratrum Minorum Cremonæ celebrato; quæque typis excusa sine loco, & anno legitur; in ea namque ait: *quum omni doctrinæ genere præfulgeas; tu sacrosanctæ Theologiæ interpres eminentissimus, in qua sicut Ordinis princeps es, & dux, ita principatum obtines; tamquam enim terrestre oraculum inter cæteros haberis. Tu divinas leges, ecclesiasticasque sanctiones optime calles: tu jura gentium: tu varias rerum naturas: tu liberalium artium disciplinas adeo cognoscis, ut tuo archetypo plurimi uti, & frui peroptent. Tu sane radiantissimum Religionis tuæ jubar: tu præstantissimus cujuscumque Gymnasii Italiæ celeberrimi moderator fuisti: te Senensis Academia decantat; Patavinum Gymnasium observat; Bononiense extollit plurimum; Papiense Peripatetica dogmata, quæ ibidem profitebaris, recognoscit in dies* &c. Florentiæ in magna S. Crucis Æde nobile sepulchrum æneum in medio Ecclesiæ conspicitur hac inscriptione: *Francisci Sansonis Brixiani probitate vitæ, & Religion. Christia. doctrina meruit in Ordine Mino. Generalā. honorem. Florentiæ vita functus est transac. in eo honore viginti-quinque annis. Sepul. est suor. Frat. desiderio, & luctu ingenti, qui vitæ, morumque ejus memores pos. Vix. an.* LXXXV. *obiit die* XXVII. *Octobris A. S.* MCCCCIC. *Clarissima Albertorum familia monumentum hoc dicavit*. De eo agit Terrinca par. 1. Theatri Tusciæ pag. 13., & Gubernatis to. 1. Orbis Seraph. lib. 3. §. 39. n. 4. contra Bzovium.

MCDLXXXIV. 701.

FRANCISCUS SANCHEZ = prov. S. Jacobi Regul. Observ. concionator edidit

Compendium, seu *indicem conceptuum, qui reperiuntur in omnibus Operibus Philippi Diez* ejusdem Instituti Salmanticæ anno 1588. in 4., ut ipse Waddingus habet in *Francisco de Campos*, quem diversum extimavit. Idem Opus prodiit postea Genuæ anno 1596. in 4. per HH. Hieronymi Bartoli; mox Venetiis ann. 1597. & 1603. apud Societ. minimam, ex Possevino in Appar. sac. V. *Francus Campos*; & Waddingo in *Philippo Diez*.

Passio duorum (de passione videlicet Christi, & compassione B. Mariæ V.); teste Typographo in prologo apud Petrum de Alva to. 2. Biblioth. Virgin. disserentem de autore *Coronæ* 12. *Coron. B. Virginis*. Prodiit liber in hispanum idioma translatus Compluti an. 1597. ex Nicolao Anton. Biblioth. Hisp. to. 2. par. 2. pag. 267.

MCDLXXXV. 702.

FRANCISCUS DE SANCTIS = Segoviensis inter Patres *Trinitarios* primo ascriptus, deinde ad Strict. Observ. Discalc. S. Francisci prov. S. Pauli vocatus jejuniis, orationibus, ac animarum zelo omnibus exemplar factus est. Romam nudis pedibus migravit, Neapolimque veniens suis concionibus totam illam maximam civitatem commovit; multisque causa salutis extitit. In suam inde provinciam reversus sæpe Guardianus, ac Definitor, & provinciæ Commissarius factus Legionensem S. Froylani Conventum regens ex hac vita migravit die ultima Decembris anno 1612.; cujus sanctitatis fama excitatus Legionensis Antistes, & cæteri Regularium Prælati illius exequias pie celebrarunt. Scripsit, etsi non edidit typis,

Commentaria in Evangelium S. Joannis commendata a pluribus Nomenclatoribus, præcipue a Fr. Matthæo a Nativitate in Hist. prædictæ provinciæ S. Pauli, qui testatur, se ms. vidisse, & legisse Matriti in Conventu S. Bernardini sui Ordinis; & ex to. 2. Chron. prov. S. Pauli lib. 2. cap. 13., nec non Biblioth. Francisc. Joannis a S. Anton. to. 1. pag. 435.

MCDLXXXVI. 703.

FRANCISCUS SANTORATIUS = provinciæ Romanæ Regul. Observ. alumnus; de quo Joannes a S. Anton. agit ex Waddingo.

MCDLXXXVII. 704.

FRANCISCUS SANZOLES = Regul. Observ., cujus

Funerale in exequiis Defunctorum, considerationes ad morum compositionem super Epistolas, & Evangelia Officii Defunctorum prodiit Salmanticæ anno 1585. in 8. typis Jo: Fernandez, teste Joanne a S. Anton.

Verum hic idem est ac *Ildephonsus a Sanzoles* infra a Waddingo relatus, cui hæc duo *Opera* tribuuntur, & plura alia. Sed quia hoc loco cit. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 435. scribit, Opera hujus se vidisse, nempe *Funerale*, & *Indices Operum Lud. Granaten.*, & *Franciscum* appellat, referre-

que *epigramma* in laudem prioris Operis; crediderim in seculo vocatum fuisse *Ildephonsum*, in Ordine vero *Franciscum*, aut utrumque nomen gessisse. Hinc nil mirum, si hujus *Francisci* non meminit Nicolaus Antonius, nec Fr. Jacobus de Castro In Catalogo Scriptorum provinciæ S. Jacobi. Attamen & ipse Joannes a S. Anton. supra pag. 51. in *Alphonso Sanzoles* refert eadem Opera, ac Waddingus, aitque, se ea vidisse.

Tabula omnium librorum Didaci Stellæ de vanitate mundi, ac meditationibus amoris Dei. ibidem impres. etiam anno 1588. apud Jo: Fernand. in 8. ex Jo: a S. Anton. to. 1.

M C D L X X X V I I I.

FRANCISCUS SCARERIUS Episcopus Segetanus edidit

Vitam S. Ludovici Episcopi, cujus individuus comes fuit, ex Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 19. Augusti §. 3. Sed ante Arturum P. Rodulphius lib. 1. Hist. Seraph. in Vita memorati S. Ludovici hoc ipsum habet, sed mendose, cum legendum putem *Ægitanus*, seu *Egitanen.* in Lusitania. Vetus tamen Historia non ait aperte fuisse Minoritam, sed comitem S. Episcopi; quare dubius est mihi iste Scriptor.

M C D L X X X I X. 705.

FRANCISCUS A SECLI = de quo Lassor to.1. pag.501.Univ.terr.Orbis, Reg.Observ. scripsit etiam

Libellum de Vita, & miraculis B. Jacobi Bitectensis Ordinis Minorum impressum Lupiis anno 1642., ut legimus apud Act. SS. Collect. Bollandios to. 3. April. die 27. in Vita dicti B. Jacobi; nec non

Opusculum laudum S. Antonii Patavini. Trani anno 1637.; quod citat Franciscus Anton. de Leonibus in sua *Chordigerorum Instructione* cap. 4. pun. 4. §. 6. Item

Novenam pro Expectatione partus Virginis Mariæ, in qua etiam agit de Immaculata Virginis Conceptione. Trani 1637. in 12., teste Hippolyto Marracio in Biblioth. Mariana, & in Catalogo; ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 436.

Opuscula quædam collecta. Neapoli anno 1642. in 16., ex Indice Bibliothecæ Barber. to. 1., ubi autor per errorem inter Scriptores S. Francisci de Paula locatur.

Opusculum Antonino Mongitori ignotum, ab eo tamen citatum in sua Bibliotheca Sicula ex Placido Samperio, in Iconologia M. V. lib. 2., & Stephano Mauro in sua Messana cap. 21.; de quo & Jo: a S. Antonio to. 1., qui hunc distinguit a Jo: a Secli, qui scripsit Opusculum tit.

Spiritualis similitudo; & aliud

De S. Francisco de Paula: obiitque an. 1672. cum opinione sanctitatis in Conventu S. Francisci civitatis Gallipolis.

M C D X C.

FRANCISCUS SEGGIARI a Manfredonia prov. S. Angeli Min. Conv. sac. Theol. Magister, & verbi Dei solers disseminator, suæque provinciæ etiam Administer, qui cum Bononiæ sacri concionatoris munus obiret, habuit

Orationem Panegyricam in laudem S. Antonii Patavini italice vulgatam ibidem anno 1636. in 4. typis Jacobi Monti, & Caroli Zeneri; quemadmodum memoriæ prodidit Franchinus in Biblios. n. 148.

M C D X C I. 706.

FRANCISCUS SEGUNTINUS = Definitor, & Lector Theologiæ Moralis sccipsit etiam

Declarationem ejusdem Regulæ a Summis Pontificibus factam: & Instructionem Novitiorum; ex Joanne a S. Anton. to. 1.; de quo & Nicolaus Antonius agit.

M C D X C I I.

FRANCISCUS A S. SEVERINO Neapolitanus Ord. Capuccin. prov. Neapol. Minister, ac Definitor Generalis italico sermone vulgavit

Vitam V. Fr. Ieremiæ Valachii ejusdem Instituti sanctimoniæ fama illustris. Neapoli anno 1620. in 4. apud Hyacinthum Passerum, ex Nicolao Toppio in Biblioth. Neapol., & autore Biblioth. Capuccin.; ex quibus Joannes a S. Anton. in append.

* FRANCISCUS SICLENSIS = V. *Franciscus a Secli*

M C D X C I I I. 707.

FRANCISCUS A S. SIMONE = Possevinus in Apparatu sacro anno 1606. primum vulgato ait, forsan ex Gonzaga, aut Willoto, floruisse *Oxonii jam dudum*; & Waddingus addit *Oxonii sub annum 1550.*; utrumque tamen hallucinatum ostendit antiquus autur Conformitatum S. Francisci, qui anno 1385. scribere orsus, Conformitate VIII. par. 2. de Scriptoribus Ord. Min. habet: *Frater Franciscus de S. Simone de Pisis dictus de Empolim suis determinationibus Oxoniæ factis se fuisse Magistrum theologicæ scientiæ præclare ostendit*: & ipsemet Waddingus in Annal. Min. *anno* 1376. floruisse scribit. Fuit enim de Emporio, vulgo *Empoli* celebri diœcesis Pisanæ oppido; & anno 1347. *Fr. Franciscus de S. Simone* invenitur *Vicarius* Conventus S. Crucis Florentiæ ex Tabulario ejusdem Conventus; eodemque anno factus provinciæ Tusciæ Minister, quo die 11. Augusti quasdam super libris Bibliothecæ memorati Conventus S. Crucis ordinationes fecit; videturque ibi quoque diem suum obiisse; nam in *libro sepulchrorum* Templi S. Crucis anno 1440. conscripto legitur, olim ibi fuisse lapidem sepulchralem *Magistri Francisci Fratris de Empoli*; siquidem oppidum illud inter Pisas, & Florentiam situm est.

Determinatio Magistri Francisci de Empoli de materia Montis incipiens: *Casus talis est: Petrus fuit coactus &c.*: extat in Florentina S. Crucis Bibliotheca scam. 30. versus Ecclesiam n. 349. cod. ms. in 4. in fine post libros Senten. *Petri de Aquila*. Mons autem Florentiæ erectus fuit anno. 1345. ex Leonardo Aretino Hist. Florent. lib. 7.; quare circa illud tempus. *Tractatum de Monte communi* scripsit; quem oppugnare aggressus est Dominicus Pantaleo Florentinus Ord. Præd., teste Possevino V. *Dominicus Pantaleo*. Hunc tractatum *de Monte* citat Franciscus de Platea in tract. de Usuris 1. n. 45., ubi mendose dicitur *Magister Franciscus de Neapoli* pro *Empoli*: citat & S. Antoninus in Summa par. 2. tit. 1. cap. 7. §. 46. ex Laurentio de Ridol. tit. *de Usura*; & cap. 11. §. 2. & 4. ex eodem Laurentio tit. *de Monte Florentiæ*, ubi vocatur *de Empulis*; & tit. 1. cap. 11. §. 10. affert ejus rationem super contractu licito &c.; & §. 17. tradit, in eum scripsisse Dominicum de Pantaleonibus Ord. Prædic., sed hunc confutatum fuisse a Laurentio de Ridolf. Ab autore Summæ Angelicæ tit. *Usura* 1. n. 37. dicitur *Magister Fran. de Empoli*; quamquam insequenti n. 38. legitur *Fran. de Ampul.* corrupte: hinc

Fran-

Franciscus de Ampullis, & *Ampullus* apud Rodulphium lib. 3., aliosque post eum, qui unum duos effecerunt & Franciscum de Ampullis, & Franciscum de S. Simone; ut adnotavi etiam supra in *Francisco Ampullo*.

Florentiæ in Bibliothecis Dominicanorum S. Mariæ Novellæ, & S. Marci extat ms. *tractatus Magistri Dominici de Panthaleonibus* supra memorati Florentini Ord. Prædicat. *super Casu de Monte contra Magistrum Franciscum de Empoli Ordinis Minorum*, teste Jacobo Echardo de Script. Ord. Præd. to. 1. sub anno 1376., quo docet, prædictum Dominicum e vivis excessisse: sed errat, cum ait, Waddingum nullo autore *Dominicum* suis accensuisse Minoritis, & *Franciscum* suum asserere omisisse; nam *Dominicum* Panthaleoni *Franciscanum* dixit Possevinus in Appar. sac. edition. Venet. an. 1606.; etsi postea in appendice t. Ordini Prædicatorum asseruit; *Franciscum* vero recenset Waddingus inter Scriptores Franciscanos hoc loco sub V. *Franciscus a S. Simone de Empoli*. Vide supra *Dominicus Pantaleo*.

Plura alia hunc autorem scripsisse, uti *in 4. Senten. libros* de more illorum temporum, verisimile videtur; sed injuria temporis perierunt, atque oblivioni sunt amandata. Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 437. de hoc agens exscribit Waddingum, qui hunc sub annum 1550. floruisse putat; cum tamen ille citet *Marianum*, qui diu ante annum 1550. scripserat, & obierat.

M C D X C I V.

FRANCISCUS SITANIUS Zamoscensis Polonus Regul. Observ. sac. Theol. Professor edidit

Poematum variorum libros 4. impressos Zamoscii anno Domini 1626. in 8.; de quo Jo: Daniel Janoski apud Frider. Freytag in Analectis litter. pag. 867.

M C D X C V.

FRANCISCUS SORDELLUS Ferrariensis Min. Conv. sac. Theol. Magister, de quo Rodulphius lib. 3. sub nomine *Francisci Ferrariensis*, & post eum alii; sed cognomento *de Sordellis* fuisse plurima illius Cœnobii monumenta ab anno 1427. usque ad annum 1443., quo die 27. Novembris obiit, testantur; sed & Aug. Superbus Ferrariensis in suo ms. Catalogo Script. Ord. Min. pag. 46. *de Sordellis* appellat, Theologum insignem, & verbi Dei concionatorem præstantem, virumque rebus agendis peritum; fuit enim non modo sui Conventus, sed & Custodiæ Ferrariensis Moderator; scriptumque reliquit, quod tamen Ferrariæ saltem, quod sciam, non extat,

Quadragesimale, ut ipse Waddingus tradidit in *Francisco Ferrariensi* certe ex Rodulphio citato. Item

Opusculum de Virginitate; &

Summam casuum conscientiæ imperfectam reliquisse, scribit cit. Aug. Superbus in ms. Historia Cœnobii Ferrariensis S. Francisci pag. 16.

M C D X C V I.

FRANCISCUS DE SORIANO Granatensis provinciæ Regul. Observ. alumnus edidit

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis. Granatæ anno 1616. in 4. per Martinum Fernandez.

Concertationem Theologicam pro Immaculata Virginis Conceptione. ibidem anno 1648. in 4., teste Petro de Alva col. 458. Militiæ apud Nicolaum Antonium, & Joannem a S. Antonio to. 1.

M C D X C V I I. 708.

FRANCISCUS DE SOSA = Hispanus Toletanus, cujus

Expositionem in Bullam Clementis VIII. aurcam appellat Diana in indice autorum pro sua Summa Morali.

Non esse multiplicandas Religiones in Hispania existimo esse illum *Sermonem ad Hispaniarum Regem de ingressu Fratrum Capuccinorum*, quem citat Antonius Daza lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 2.

Responsionem ad duos tractatus pro Repub. Veneta emissos &c. ex hispano in italicum vertit idioma Ambrosius Corduba, vulgavitque Neapoli anno 1607.

Censura, seu judicium de libro Ven. Sororis Joannæ a Cruce habetur impressum italice initio 4. partis Chron. S. Francisci a Barthol. Cimarella editæ, vulgatæque Venetiis anno 1621. Scripsit etiam

De Iurisdictione, & optimo genere procedendi in causis Regularium libros sex ad Clementem VIII. Papam, qui mss. asservantur Romæ in Biblioth. Vatic. cod. 5512., teste Nicolao Antonio in ms. append. ad suam Biblioth. Hispan. apud Joannem a S. Anton. to. 1.

De Theologia nonnulla scripsisse ex Bonaventura Barone to. 1. Opusc. par. 14. §. 11. append. colligit cit. Joannes a S. Anton. to. 1. Hunc eumdem puto, qui edidit etiam

Apologiam pro Regularibus valde eruditam, quæ habetur apud Antonium Dazam par. 4. Chronic. Ord. lib. 3. fol. 280., ut refert cit. Joannes a S. Anton. in append.

M C D X C V I I I.

FRANCISCUS SOSA Hispanus provinciæ Castellæ Regul. Observ. sanctæ Inquisit. Censor, ac trium Ordinum Militarium in Lusitano regno examinator edidit

De privilegiis Regularium ab Urbano VIII. confirmatis. Matriti anno 1629. in fol., teste Joanne a S. Anton. in append.

M C D X C I X. 709.

FRANCISCUS A SOTO = *Opuscula* a Waddingo huic adscripta *Andreæ a Soto* sunt, de quo supra actum est, non hujus Francisci, qui longe ante vixit. Narrat enim Gonzaga par. 4. Histor. Francisc., *Franciscum a Soto* Institutum S. Francisci amplexum esse in provincia S. Jacobi Regul. Observ., inde ad provinciam S. Gabrielis Reform. Strict. Observ. transiisse; virum altissimi judicii, ac maximæ prudentiæ; unumque ex duodecim illis primis fuisse, qui ad Indias, ut vocant, occidentales, Americamque, Mexicumque adiverunt christianæ fidei disseminandæ causa, ibique provinciam s. Evangelii fundaverunt Minoritis; cujus provinciæ plura Cœnobia rexit primum, postea totius provinciæ Minister fuit; & cum eximius esset concionator, plurimumque in convertendis illarum regionum idololatris adlaborasset, ingentem inde animarum lucrum reportavit: quapropter anno 1546. defuncto Joanne Zumaraga primo Mexicani regni Archiepiscopo, a Carolo V. nominatur, eligiturque ejus successor; sed dignitatem constanter recusavit; tandemque plenus meritis anno 1551. Mexici finem vivendi fecit apud suos magna sanctitatis opinione humatus. Cujus non aliud extitisse fertur, nisi

Conciones, quibus adeo populis Americanis profuit, sibique ingentia merita peperit. Etiam Joan-

Joannes a S. Anton. notat Waddingum, eumque secutum Nicolaum Antonium huic ea Opera tribuentes. De eo Arturus die 18. Augusti in Martyrol. Francisc.

M D.

FRANCISCUS DE SOUSA Tavares Lusitanus Malacæ olim urbis Præfectus in India Lusitana, seculo deinde relicto Minorita factus edidit

Doctrinam Christianam impressam Ulyssipone anno 1564.; &

Librum de vocatione. Eboræ anno 1587., ut ex Georgio Cardoso habet Nicolaus Antonius in mss. addition. ad Biblioth. Hisp. apud Joannem a S. Anton. to. 1.

M D I. 710.

FRANCISCUS SPINELLUS = Neapolitanus ex Marchionibus de Paula, ideoque *de Paula* vocitatus Min. Capuccin. provinciæ Cosentinæ concionator edi permisit

Concionem, & *tractatum de Epistola B. Virginis Mariæ ad Messanenses* Messanæ anno 1634., ex Marracio, & Lassor Univ. terr. Orb.

Alia Opuscula scripsit, quæ studens humilitati absque ejus nomine circumferuntur, teste autore Biblioth. Script. Capuccin., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 439.

Hunc Ordinis Min. Observ., ac Florentinum patriâ dicit Julius Niger in Scriptor. Florent., atque edidisse

Vitam B. Salvatoris de Hortâ.

M D I I. 711.

FRANCISCUS SPINETI = *Spenatum* vocat Rodulphius lib. 3.; *Spenetum* Villot; & *Spinetum* Possevinus in Appar. sac., quorum nemo retulit, quid, aut quo tempore scripserit. Habet quidem Bordonus in Chronologio 3. Ord. cap. 13. *Franciscum de Spinetis* Genuensem Tertii Ord. S. Franc. an. 1451. Generalem, virum in sac. Literis eruditum, & concionatorem eximium; sed ille *Genuensis* asseritur; hic autem ab *Aquaputrida*, quæ nunc *Mirabella* dicitur, oppidum, non *vicus* diœcesis Frequentinensis. *Dispensatio pro Fr. Francisco de Aquaputrida* facta est anno 1323. die IX. kal. Junii per Joannem XXII. ex Indiculo Bullarii Seraphici Petri de Alva & Astorga n. 54.; unde liquet, quo tempore in vivis esset, ac fuisse *sacræ Theologiæ* Doctorem, cum scripserit *in libros Magistri Sententiarum*. Joannes a S. Anton ibi de hoc agens to. 1. exscribit Waddingum.

M D I I I.

FRANCISCUS A SPIRITU SANCTO Hispanus Discalceat prov. S. Didaci in Mexico vulgavit

Doctrinam Novitiorum. Mexici an. 1636. in 4., teste Balthassare Medina in Chron. illius provinciæ lib. 4. cap. 26. apud Jo: a S. Anton. to. 1.

M D I V.

FRANCISCUS SPOLETINUS a Mariano apud Waddingum in Annal. Min. sub annum 1344. n. 9. inter viros Ordinis Minorum scientia illustres, qui suis *scriptis* Ordinem plurimum illustrarunt, recensetur; sed quid scripserit, minime literis prodidit: & Waddingus arbitratur, circa annum 1334. clarum extitisse. Verumtamen etsi fuit id temporis Franciscus Spoletinus anno 1332. Episcopus Sarnensis assumptus ex cit. Waddingo, & Ughello in Ital. sac. to. 7.; nihilominus ego Marianum dico loqui de *Francisco Spoletino* seculo sequenti florente, quem autor æqualis Robertus Caracciolus Liciensis Episcopus Aquinas vel discipulum, vel imitatorem S. Bernardini deprædicat in sermone de eodem S. Bernardino cap. 2., & inter illius ævi *prædicatores* verbi Dei *famosissimos* Ordinis Minorum enumerat. Scripsit igitur

Conciones quadragesimales, & *per annum*; aliaque forsan, quæ ad nos non pervenerunt.

712.

FRANCISCUS STEPHANI = legendum *Fr. Stephanus Brulifer*, cujus *Commentarii in 4. libros Sent. S. Bonaventuræ* prodierunt Venetiis apud Lazarum Soardum anno 1504., ut ipse Waddingus infra in *Stephano Brulefer* habet. Joannes a S. Anton. to. 1. sequutus est Waddingum.

M D V. 713.

FRANCISCUS SURIANUS = patritius Venetus Regul. Observ. ante annum 1480. composuit

Historiam Terræ Sanctæ, teste Waddingo in Annal. Min. ad ann. 1342. n. 25. & 40., 1480. n. 10.; ubi & narrat, Guardianum Hierosolymitanum factum fuisse anno 1510., quo tempore *Antonius Surianus* Ordinis Carthusiani erat Patriarcha Venetus anno 1504. assumptus; deque illo agit & ad annum 1455. n. 87. De quo & Lassor to. 1. pag. 108. Univ. terr. Orb., & Joannes a S. Anton. to. 1., sed ex Waddingo.

714.

FRANCISCUS TAMAYUS = fuit Ordinis *Minimorum*, ex Petro de Alva in Militia, & Nicolao Antonio apud Joannem a S. Anton. to. 1.

M D V I. 715.

FRANCISCUS TANTIUS = de quo Joannes a S. Anton. to. 1.

M D V I I. 716.

FRANCISCUS TIRADO = cujus

Manuale in auxilium agonizantium prodiit Cæsaraugustæ anno 1614. typis Joannis de Larumbe, ut ait Joannes a S. Anton. to. 1. citans Waddingum, & Nicolaum Antonium.

M D V I I I. 717.

FRANCISCUS TITELMANUS = ejus

Compendium Dialecticæ prodiit Parisiis anno 1539. in 8. per Audoenum Parvum, ex Indice Biblioth. Barber.

Tractatus ejus de definitione, & *divisione* prodiit anno 1605. in *Gymnasio Speculativo* Augustini Gothutii clas. 1. Parisiis excuso; ubi & anno 1604. aliud ejus Opusculum vulgavit idem Augustinus Gothutius, ut ibi notavimus in *Aug. Gothutio*.

De consideratione dialectica. Lugduni an. 1551., & 1575. in 8. typis Guillelmi Rovillii, ex Indice Biblioth. Bononien. S. Francisci. Petrus Hermosillas Hispanus Minorita *Commentarios* edidit in hujus *Logicam* Hispali anno 1555.

Compendium naturalis Philosophiæ. Lugduni etiam anno 1574. in 4. iisdem typis, ex Indice Biblioth. Barber.; & anno 1551. in 8. per Jo: Falconium; & 1596. per Bartholomæum Vincentium.

Paraphrastica elucidatio in Job. Parisiis anno 1547. in 8. per Audoenum Parvum, ex cit. Biblioth. Bononien. S. Francisci; & Antuerpiæ anno 1566. in 8. apud Joannem Stellium.

In omnes psalmos Davidicos &c. Parisiis anno 1540. typis Joannis Roigny in fol.; & eodem anno Lugduni per Trelcos; postea ibidem an. 1548. tomis 3. in 8. typis Rovillii; & Venetiis an. 1572. in 4. per Farreum, & Bertanum; Antuerpiæ iterum anno 1573. tomis 3. in 12.; & Lugduni etiam anno 1588. in fol. typis Guillelmi Rovillii. *Com-*

Compendiam ejas commeatarii in psalmos fecit Joannes Mahusius Belga ejusdem Instituti, & primus Daventriæ Episcopus; ut infra in *Jo: Mahasio.*

Commentaria in Evangelia Matthai, & Joannis prodierunt Parisiis anno 1546. in fol. per Jo: Foucherium; inde Lugduni anno 1556. tomis 3. in 8. typis Rovillii cura Petri Titelmani autoris germani fratris, ex ejus epistola anno 1543. data; quibus præit *Matthaus Evangelista* miro versuum compendio contractus ab autore. Prodierunt etiam Antuerpiæ anno 1576.

Samma mysteriorum fidei. Lugduni iterum an. 1557. 1565. & 1567.; inde Venetiis anno 1575. per Joannem Bertanum. Hæc *Summa* e latino in hispanum idioma translata fuit a Fr. Joanne Cruce Matritensi Ord. Prædic. autoris synchrono; quod Opus Ludovicus Granata ejusdem Instituti suo, quod inscripsit *Gnja de peccadores*, attexuit, teste Jac. Echard to. 1. Script. O. P. pag. 174. in *Joanne a Crace*.

In omaes Epistolas canonicas. Antuerpiæ anno 1529. in 8. apud Hillenium, & 1544.; Venetiis 1547.; & Lugduni, ac Parisiis an. 1553. in 8.

Ia omnes Epistolas D. Pauli. Parisiis an. 1532. in 8., & 1534. in 12.

Commentaria in Ecclesiastem Salomonis cum anaotationibus ex hebræo, & editione græca. Antuerpiæ anno 1536. in 8. per Simonem Cocceum, & 1552. in 12.; item Parisiis anno 1545.; & Lugduni 1555. apud Gulielmum Rovillium.

Comment. in Evangelium S. Joannis. Parisiis an. 1545. 1547. 1553. & 1563.; ac Compluti anno 1566. in 8. Scripsit etiam.

Collatioaem pro editione vulgata sacræ Scripturæ. Antuerpiæ anno 1530. in 8.

Collationes qainqae ia Epistolam ad Romanos contra Erasmum Roterdamum. Ibidem anno 1530. in 8.

Epistolam apologeticam pro Opere suaram collationum ad Erasmum Roterdam. Ibidem eodem anno in 8.

Comment. ia hymnos ecclesiasticos. Parisiis anno 1562.

Expositionem cæremoniarum Sacrificii Missæ. Lugduni etiam an. 1555. in 8. per Joannem Falconium.

Expositioaem sacri Canonis Missæ &c. Parisiis anno 1544. in 8.; & Antuerpiæ, vel Lugduni anno 1561.

Expositionem ia Officium SS. Triaitatis. Antuerpiæ an. 1630. in 8. gallice redditam.

Meditationes sacras divisas ia 7. distinctiones juxta aumerum dierum hebdomadæ. Antuerpiæ anno 1545., & Lugduni 1550. in 16. per Theobaldum una cum *Expositioae Missæ.*

De exercitiis Religiosorum. Lugduni an. 1548.

De prematura morte bonorum. Ibidem anno 1544., & 1573.; Antuerpiæ an. 1565.; & Venetiis 1593.

De Sacrameatis Ecclesiæ tractatus diversos. Lugduni an. 1573.; Antuerpiæ 1565.; & antea Parisiis anno 1542.

De fide, religione, & moribus Æthiopum. Antuerpiæ anno 1534. apud Joannem Coccium; & Parisiis anno 1545. in 8.

Thesaurum christianæ fidei. Antuerpiæ anno 1565.; & Lugduni anno 1576.

De Deipara Virgine contemplatioaes 7. lecta dignissimas, & qaæ iasignem, suavemqae spirant odorem devotionis. Lugduni anno 1562.

Meditatioaes saeras pro cordis in Deo stabilitione. Antuerpiæ anno 1536. typis Michaelis Hillenis.

Vitam Joannis de Mysica Lovaniensis J. V. D., *& Orationem ia funere ejusdem*: ex Antonio Teisserio pag. 94. sui Catalogi.

Annotationes adversus Latherum; quibus Joannes Ekins suum Enchiridion locorum communium illustravit juxta editionem Lugduni anni 1540. in 12. typis Jacobi Croset.

Elucidationem canticorum, qaæ ecclesiasticus usus appellat ferialia, cum annotationibus ex hebræo, atqae chaldæo; in quibus quicquid ex veritate hebraica oecurrit difficultatis, tractatur, & exponitur. Antuerpiæ anno 1553. in fol. apud Philippum Nuncium.

Seribit Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. sub annum 1536. n. 18., a nonnullis observatum, traditumque, celebrem *Erasmam* dicere solitum, se nullius præterquam Titelmani eruditionem pertimuisse: addens, obiisse eum anno ætatis suæ 40., & posteriori a morte Erasmi. De eo Canus in Locis Theolog. lib. 2. cap. 14.; Arturus plura ad diem 12. Septembris; Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.; & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 441. & seqq.; qui p. 57. addit scripsisse etiam *Vitam P. Amandi Zierixensis*

M D I X. 718.

FRANCISCUS A TOLOSA = anno 1579. erat Minister provinciæ Cantabriæ, & Definitor familiæ Ultramontanæ *Regal. Observ.*, ut in statutis Parisiensibus eo anno eonditis a dicto Ordine; mox anno 1587. Romæ in Comitiis Generalibus factus est totius Ordinis sui Generalis Minister; & post sexennium Episcopus Tudensis in Gallæcia assumitur, ex Chron. S. Francisci par. 4. lib. 8. cap. 84.; & ex Roderico in Quæst. Regul. & Canon. to. 3. q. 54. art. 5.; cujus & mentio fit in Vita S. Paschalis die 17. Maji. Joannes a S. Anton. to. 1., & Nicolaus Antonius agunt de eo ex Waddingo, tacentque illius dignitatem Episcopalem.

M D X. 719.

FRANCISCUS TORALIUS = Ubedendis in Bætica provinciæ S. Evangelii apud Mexicanos Minister; inde Episcopus Jucatani anno 1561. ex Rodulphio lib. 2. fol. 235., & Petro de Alva in Indic. Bullar. Seraph.; obiit Mexici anno 1571., teste Gonzaga par. 4. apud autorem Chron. S. Francisci par. 4. lib. 5. cap. 16., & Arturum in Martyrol. Francisc. 20. April. §. 3. cap. 25. De illo & Nicolaus Antonius, Torquemada to. 3. Hist. prov. S. Evangelii lib. 19. cap. 33., & lib. 20. cap. 65., Torres in Chron. provin. Granatensis Regularis Observ. tractat. 3. cap. 25., Ægidius Gonzalez to. 2. Theatri Eccles. Indiarum, atque ex his Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 343.

M D X I. 720.

FRANCISCUS DE TORANO = edidit etiam

Breve Compendiam ad Saperiores quoscumqae Regulares, & præsertim ad Minoritas anno 1647.; & postea ab erroribus expurgatum per *Fr. Timotheam Canavesiam* Mediolanensem impressum est Romæ, & Mediolani anno 1656. Edidit etiam

Breve Compeadiam aliquarum resolationum ad Geaerales Ministros totias Ordiais S. P. Fraacisci, nec non ad provinciales Ministros, aliosque Saperiores spectantium. Romæ anno 1645. typis Ludovici Grignani; ut ex Angelo Lantusca in ms. Relatione dictæ provinciæ refert Joannes a S. Anton. to. 1. pag.

1. pag. 445. in *Francisco a Turano*, quem diversum statuit a *Francisco de Torano*.

De eo Marracius in Bibliotheca Mariana, & Joannes a S. Anton. ex Waddingo.

M D X I I. 721.

FRANCISCUS TORNIELLUS = ex qua familia, ac Instituto paucis ante annis fuit *Hieronymus Turniellus*, de quo infra dicetur. De hoc & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 444. ex Waddingo.

M D X I I I.

FRANCISCUS TORRALVA Matritensis Jucatanensis provinciæ in America Regul. Observ. alumnus scripsit lingua illius regionis, *maja* nempe,

Sermones totius anni, quibus non sine Indorum fructu utuntur.

Decessit septuagenario major anno 1625., ex Nicolao Antonio in Biblioth. Hisp. to. 1., & Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 444.

M D X I V. 722.

FRANCISCUS DE TORRES = al. de Turre, ex Lucra Cæsaraugustanæ diœcesis oppido Aragon. prov. Regul. Observ. alumnus, Theologus, Chronographus, & Pater, sanctique Officii Qualificator evulgavit vernacule

Consolationes devotarum Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis. Cæsaraugustæ anno 1620. in 4. apud Petrum Cabarte, teste Nicolao Antonio, & Joanne a S. Anton.

Vitam V. Fr. Petri Selleras Minoritæ. ibidem anno 1625. in fol.

Memoriale judicum veritatis, ac doctrinæ. Oscæ anno 1627. per Petrum Blusen; & Cæsaraugustæ anno 1636. in 4.

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis. Valentiæ anno 1634. in 4. typis Silvestri Esparza, teste Petro de Alva in Militia, & cit. Joanne a S. Anton. Hujus esse puto quoque

Expositionem super Regulam S. P. Francisci, de qua Petrus de Alva tab. 2.; &

Tractatum adversus Vicarius Gener. independentes vernacule incip. *Escusado estaba*; ad Bernardinum de Senis Commissarium Gener. edit. in 4. sine loco, & anno, teste Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 327. v. *Franciscus Andreas de Turre*, quem eumdem existimo.

Obiit Cæsaraugustæ an. 1636. ex eodem in append. to. 3.

De Francisco de Torres agitur Chron. S. Francisci par. 4. lib. 4. cap. 82.; sed alius est. Hic concionator egregius, & sanctitatis opinione in Hispania conspicuus dicitur a Continuatore Annal. Min. to. 18. ad an. 1541. n. 26., atque S. Francisci Borgiæ familiaris.

M D X V.

FRANCISCUS TOSCHI Bononiensis Capuccinorum concionator, & humanarum literarum studiosus edidit

Orationem in laudem Isabellæ Infantis Sabaudiæ, ac Mutinæ Ducis uxoris lingua vulgari. Bononiæ anno 1631. in 4. typis Catanei.; &

Triumphantem Levitam poema sacrum in laudem S. Laurentii Martyris eadem lingua figuris Jo: Francisci Barberii Centini ornatum. ibidem anno 1632. in 4.

Meditationum super Magnificat volumen in fol. post se reliquit; cum obierit Argentæ anno 1647., ex Orlando Bononien. in Scriptor. Bonon.; de quo agit & autor æqualis Aug. Superbus in ms. Catalogo Script. Ord. Min. pag. 43.; at legendus etiam Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccin.

M D X V I.

FRANCISCUS TOTI Perusinus Jur. in Tuscia contra hæreticam pravitatem Inquisitor; deinde ad Sarnensem in regno Neapolitano Episcopatum anno 1333. promotus, ex Reges. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min., & Ughellum to. 7. Ital. sac.; quem & Joannes a S. Anton. habet to. 1. pag. 444., sed tantum ex Bibliotheca Colbertina; scripsit circa annum 1328.

Tractatum de Potestate Ecclesiastica incipientem: *Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis*: quem Parisiis extare ms. in Bibliotheca Colbertina cod. 506. inter diversorum tractatus sub Joanne XXII. in controversia *de paupertate Christi, & Apostolorum ejus* editos, nos docet Oudinus to. 3. Comment. de Script. Eccles. ad annum 1330., aitque habere: *Ego Frater Franciscus Toti de Perusio professione Minor de mandato Reverendi Patris, & Domini mei Dñi Johannis S. Theodori Diaconi Cardinalis, & Legati Sedis Apostolicæ in Tuscia prædicta juxta ingenii mei tenuitatem zelo urgente honoris Domini, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sui veri Pastoris SS. Patris, & Domini Domini Johannis Papæ XXII. dictavi, & scripsi*: & Baluzius agit de eo in Notis ad Vitas Avenion. Papar. pag. 734. & seqq. Legit hic autor Parisiis

Commentarios in libros Sententiarum, teste Thoma Cracoviensi ms. Sorbon. 774. apud Carolum de Plessis in Collectione Judiciorum de novis erroribus ad an. 1330. pag. 334.

Hujus *Francisci Coti* (leg. Toti) *de Perusio Ord. Min. contra Bavarum tractatus tres* incipientes, ut supra: *quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis*: extat in Bibliotheca Veneta S. Marci cod. 193. Bess. in 4. chartac. foliorum 275. seculi xv. Vide in *Anfredo Gonterio*. Ejusdem *Francisci Cotti* (leg. Totti) *de Perusio tractatus contra Bavarum*, nempe Ludovicum Imp. contra Joannem XXII. dira molientem, extat ms. Romæ in Bibliotheca Vaticana inter Libros olim Reginæ Sueciæ, ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 15. Item ejus

Tractatus de cessione Papali ibidem ms. in Biblioth. Vatic.

Index Sententiarum ex epistolis S. Bernardi jussu Joannis XXII. confectus extat ms. in Gallica Bibliotheca Monasterii Divio-Benign. n. 142., ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1285., ubi corrupte legitur *Francisci Cotti* pro Totti.

M D X V I I. 723.

FRANCISCUS TRESATHUS = Regul. Observ. sac. Theol. Professor, ac provinciæ S. Francisci Umbriæque alumnus Opus

B. Jacoponi Tudertini excudi fecit Venetiis anno 1617. in 4. typis Nicolai Misserini: an. 1579., & 1587. in 8. ait Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 444. ex Petro de Alva in Militia.

M D X V I I I.

FRANCISCUS DE TREVIO Spoletinæ diœcesis oppido Regul. Observ. ecclesiastes tanti nominis, ut inter *famosissimos* verbi divini præcones Ordinis Minorum sui temporis, sanctique Bernardini Senensis vel discipulos, vel imitatores recensuerit autor coævus, celeberrimusque concionator Robertus Liciensis Episcopus Aquinas in sermone de S. Bernardino par. 2. Ipse anno 1437. postulatus est

ab

ab Estensibus Principibus, ut conciones haberet Ferrariæ tempore Adventus, ex Waddingo ad eum annum n. 30. Quapropter id sine dubio constat, composuisse eum

Conciones quadragesimales, ac per annum; &

Sermones varios; quorum exemplaria vel adhuc latent, vel amissa sunt.

M D X I X. 724.

FRANCISCUS DE VALENTIA = provinciæ Genuen. min. Conv., de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum. Castigavit, mendisque expurgatas edi iterum curavit, cum Venetiis esset *sac. Theologia Baccalaureus formatus*,

Quæstiones Antonii Andreæ Minoritæ in Metaphysicam Aristotelis, ut & Waddingus adnotavit in *Antonio Andrea*, Venetiis anno 1514. in fol. per Gregorium de Gregoriis Alberto Bono patritio Veneto ejus discipulo dicatas. Quamobrem errat Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 445., dum ait, ejus Opus laudari a Pisano, qui scribebat anno 1389.

* FRANCISCUS VALERIUS POLIDORUS hoc loci recensitus a Joanne a S. Anton. ex Imbonato vocabatur *Valerius Polydorus*, de quo infra agitur suo loco.

M D X X.

FRANCISCUS DE VEGA Hispanus provinciæ Castellæ Regul. Observ. concionator scripsit vernacule

Vitam S. Joannis a Capistrano. Matriti an. 1623. in 4. typis Thomæ Juncti, ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 445.

M D X X I.

FRANCISCUS DE VELASCO Hispalensis genere clarus Ord. Capuccin. vir apostolicus, & prophetico spiritu clarus evulgavit

Regulas, & Constitutiones pro Valentina Congregatione illibatæ Conceptionis Deiparæ. Valentiæ anno 1610.

Regulas, & Constitutiones pro Congregatione Pietatis ab eo instituta. ibidem anno 1608.

Obiit anno 1615. die 27. Decembris ea sanctitatis opinione, ut de ejus Canonizatione agatur, teste autore Biblioth. Capuccin. pag. 193. in *Joanne Francisco de Velasco*; ex quo Joannes a S. Anton. to. 3. in append.

M D X X I I.

FRANCISCUS VELASQUEZ Hispanus Striet. Observ. Discalceat. provinciæ S. Jo: Baptistæ Definitor edidit

Tractatum de doctrina, & disciplina Novitiorum. Valentiæ an. 1650. apud Viduam Josephi Gasch, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

Historia provinciæ Angelorum scripta a *Francisco Velasquez* asservatur ms. Hispali in Conventu S. Antonii, ex eodem to. 2. pag. 439. in *Petro Cabezudo*.

M D X X I I I.

FRANCISCUS VERDESELLI, al. Undefessi, Picens, vel Umber. Regul. Observ., cujus tempus ignoro,

Vitam B. Pilingotti Urbinatis Tertii Ordinis S. Francisci ab Anonymo Beati coævo latine compositam transtulit in sermonem italicum; ut referunt Act. SS. Collectores Bollandii sub die 1. Junii in Commentario prævio ad dictam Vitam n. 2., ubi dicitur *Undefessi*; *Verdeselli* vero ab Anton. M. Bonuccio in Vita ejusdem Beati anno 1709. publici juris facta cap. 24. Etiam Joannes a S. Anton. to. 1. p. 446. hunc habet ex Bolland.

M D X X I V. 725.

FRANCISCUS VERVOODT = de eo Johannes a S. Anton. to. 1. agit ex Waddingo, Possevino, & Swertio.

M D X X V. 726.

FRANCISCUS VICEDOMINUS = ex antiqua, nobilique Ferrariæ familia, quæ modo extinguitur, doctus fuit linguis latina, græca, & hebraica, optimisque Bibliothecam sui Conventus instruxit, ornavitque libris: ejus autem Opera partim latina sunt, & partim vulgari italico idiomate. *Latina* sunt.

Homiliæ de Adventu Domini; *de Quadragesima*; *& in Catechismum Romanum*: hoc est *homiliæ* num. 99. a prima Dominica Adventus usque post Dominicam quintam post Pascha; & *homiliæ* num. 48. ex Catechismo Romano, nempe in Symbolum Apostolorum; de septem Sacramentis; in Decalogum; & in Orationem Dominicam. Inter quas homilias, nempe post illam *de Purificatione B. V.* extat

Sermo funebris in exequiis D. Virginiæ de Ruvere Gravinensis Ducissæ habitus Pisauri anno 1571. Quæ quidem homiliæ dicuntur prodiisse ibidem etiam anno 1591. a Joanne a S. Antonio to. 1.

Homilias vero *totius anni*, *in Isaiam*, *in psalmos Davidis*, *in psalmos pœnitentiales*, *in Evangelium Joannis*, *in Epistolam 1. Petri*, *& in Epistolam Pauli ad Colossenses* se editurum promisit *Fr. Bernardinus Seraphinus* Ferrariensis in epistola ad Card. Julium Feltrium de Ruvere homiliis *de Adventu*, *& Quadragesima* prædictis anno 1575. præfixa.

Homiliæ de Conceptione, *Annunciatione*, *& Purificatione B. V. Mariæ*, quas Marracius in Bibliotheca Mariana, & ex eo Franchinus in Bibliosophia num. 49. primum excusas Venetiis anno 1626. typis Scotorum tradit, mihi non aliæ sunt, quam illæ, quæ habentur inter *homilias* superiores *de Adventu*, *& Quadragesima* impressas Venetiis non anno 1626., sed 1576. typis Hieronymi Scoti.

Vulgaria italica Opera sunt

Sermones morales super Evangelia, *quæ intercurrunt a Septuagesima usque ad octavam Paschatis*; quibus adjecit *sex sermones* de Cathedra S. Petri, de S. Matthæo Apostolo, de S. Gregorio Papa, de S. Joseph, de S. Benedicto, & de Annunciatione B. V. M. ad Moniales S. Silvestri Ferrarien. missi, & impressi Venetiis anno 1565. per Joannem Baptistam Bozzoli juxta Possevinum in Appar. sac., & Joannem a S. Antonio to. 1. pag. 355.; vel per Dominicum Farri juxta Franchinum; & anno 1566. per Andream Muschium in 8., ex codd. Biblioth. Bonon., & Ferrar. S. Francisci.

Homiliæ, seu *conciones x. de Spiritu Sancto* italice prodierant & Venetiis anno 1557. in 8. per Andream Arrivabene, ex Joanne a S. Anton. cit. to. 1.

Conciones, vel *homiliæ extraordinariæ*, quæ jam antea prodierant seorsum, & disjunctim variis locis, ac temporibus, simul omnes impressæ sunt primum Venetiis anno 1575. in 8. per Jordanum Ziletum in duas partes divisæ; postea ibidem anno 1585. per Nicolaum Morettum a Borgarutio castigatæ, & ordinatæ, suntque num. 27.: nempe *de duplici mysterio*; *de pœnis*, *& suffragiis mortuorum*; *de SS. Trinitate*; *de imitatione Christi*; *de primatu S. Romanæ Ecclesiæ*; tres *de prædestinatione*; *de*

 Na-

Nativitate spirituali D. N. Jesu Christi; *de commoditate mortis* dux; *de gaudiis Romanæ Urbis*; *in Canticum Zachariæ Prophetæ*; *de pace*; *de Concilii necessitate*; *de cultu divino*, & *Sanctorum*: & decem *de Spiritu Sancto*, *ejusque donis*: ac *de Institutione Reipublicæ Christianæ*: quarum illa *de duplici mysterio* prodiit etiam *latine* pluries. In Collectione *Concionum* diversorum autorum, quam fecit *italice* Thomas Porcacchi (non igitur autor fuit, sed evulgator), vulgavitque Venetiis anno 1565. in 8. apud Georgium de Cavallis, par. 1. habentur hujus Francisci 5. *conciones*.

Oratio in funere Mariæ Reginæ Angliæ Neapoli habita *italice* typis excusa fuit ibidem anno 1559. in 4. per Raymundum Amatum; extatque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Librum Bartholomæi Ferrariensis Ord. Prædicat. de Christo abscondito rogatus edi curavit Venetiis anno 1556. in 8. per Cominum de Tridino præmissa longa, & eleganti ad Jo: Trevisanum S. Cypriani Abbatem *epistola*. Legitur alia ejus *epistola* latina data Venetiis anno 1548. præfixa libro Jo: Antonii Delphini Minoritæ *de potestate Ecclesiæ* edito ibidam anno 1549., in qua *de congregandi Concilii potestate Romani Pontificis* erudite scribit; seque & Tridenti, & Bononiæ ad Æcumenicum Concilium fuisse cum laudato Delphino, ejusque præstantiam, & virtutem brevibus extollit. Ejus *Numisma* anno 1564. eusum cum lemmate: *Vox Domini in virtute*: publicavit anno 1742. Jacobus Guarini Ferrariensis par. 2. lib. 2. Supplem. ad Historiam Gymnasii Ferrariensis pag. 33., aitque extare in Musæo Bonaventuræ Pistophili pag. 128. Agit de eo Dupinus sec. xvi.

Orationem habuit in ejus obitu Franciscus Maria Pugnettus Placentinus ejusdem Sodalitii, de quo supra actum; cujus fragmenta recitat Franchinus omnino legenda. Summe laudarunt hunc virum Sixtus Senensis Ord. Præd. in Biblioth. sancta lib. 4.; Raphael a Columbis Florentinus Ord. itidem Prædicat. in tract. de Conceptibus script. concionibus præmisso; P. Rodulphius lib. 2. & 3.; Gonzaga par. 2.; Franciscus Panigarola in Prædicatore, vel supra Demetrium; & Paullus Aresius in Arte Oratoria par. 2. lib. 3.; nec non Augustinus Superbus in Appar. Illustr. Viror. Ferrar. par. 2., qui & refert cujusdam, nempe Rodulphii versus:

„ Visdomini ille ego fama jam super æthera
„ notus;
„ Aurea cui Dominus, sanctaque verba de-
„ dit.

Videas infra *Pancus Visdomine*.

* FRANCISCUS VIDAL ET NOJA Catalaunus prov. Aragon. alumnus Doctor Parisiensis, & a Secretis Regis Aragoniæ, totiusque Hispaniæ Ferdinandi Regis Catholici, Episcopus Cephaludensis, de quo Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1484. n. 56., prælo dedit

Postillas ad Scoti Mariani Doctoris libros, ex P. Fr. Angelo Vidal Cataluniæ prov. Chronol. ms. to. 8. n. 14. apud Joannem a S. Anton. to. 1. pag. 446. Etiam

Salustius hispane translatus, & excusus Lucronii anno 1529. in fol., deinde Antuerpiæ anno 1554. *Francisco Vidal de Noja* tribuitur a Nicolao Antonio to. 1. Biblioth. Hisp. Sed Philippus Cagliola in Hist. Min. Conv. prov. Siciliæ explor. 6. manif. 10. pag. 183. hunc vocat *Franciscum Vitalem e Noja* Apulum provinciæ S. Nicolai Barensis alumnum, & jubar; alterum Socratem, Epaminondam, & Xenophontem Ferdinandi Catholici Regis pædiam, & litterarum Magistrum, nec non a Secretis extitisse; propterea ab eo *Archidiaconum Syracusanæ Ecclesiæ* constitutum, & mox *Cephaludensem Episcopum* anno 1484. ab Innocentio VIII. die 26. Novembris. Verum postea arduis emergentibus pertractandis negotiis in Hispaniam a Rege transmigrare cogitur; Valentiamque ingressus paralysi afficitur, & die 18. Aprilis anni 1492., ipso etiam Rege jacturam ingemiscente, ex hac vita decessit, & ibi apud suos Minores sepultus fuit, celebertima Bibliotheca Ecclesiæ Caphaludensi relicta; idque ex Tabulis Ecclesiæ prædictæ apud Rocchum Pyrrhum in Not. Cephal., quibus major fides habenda est, quam Fr. Angelo Vidal Catalauno. Vide infra *Franciscus Vitalis de Noya*.

* FRANCISCUS VIDAME, quem hic interserit Joannes a S. Anton. ex Dupino sec. xvi., est *Franciscus Vicedominus* perperam ab homine Hispano gallicum verbum non intelligente explicatus; ut ex Operibus a Dupinio relatis, & apud Waddingum pag. 138. legendis apparet.

M D X X V I.

FRANCISCUS DE VILLAFRANCA cognomento *Italus*, sed natione Hispanus, Reg. Observ. Castellanæ provinciæ alumnus vir pius conscripsisse fertur

Tractatus plures de rebus Indicis; &

De prædestinatione; teste Petro Salazar in Hist. illius provinciæ lib. 7. cap. 23. apud Nicolaum Anton., & Jo: a S. Anton.

M D X X V I I. 727.

FRANCISCUS VILLALUPENSIS = al. Villalobos, de quo Koningius in Biblioth. V., & Joannes a S. Anton. to. 1.

M D X X V I I I. 728.

FRANCISCUS VITA = Min. Conv. sac. Theol. Doctor, de quo Philippus Cagliola in prov. Sicil. explor. 3. manif. 1. pag. 82. agit; asseritque, scripsisse etiam plura alia, præsertim

De vetustate Confessionis lib. 1. contra sui temporis hæreses; quod habet & Aubertus Miræus in Script. Eccles. sec. xvi. num. 92. Utique Cagliola memoratus habet, alium *Franciscum Pactensem* scripsisse *de situ orbis*, *ac descriptione ejusdem lib.* 1.; sed eum errore teneri putari potest; nam qui Antuerpiæ edidit *epistolam de situ orbis*, *ac descriptione ejusdem* &c., fuit *Franciscus Monachus Mechliniensis*, de quo superius egit Waddingus. Nil tamen vetat, quin hic *Franciscus Vita Pactensis* cum esset *Mechliniæ* in Belgio, dederit eam *Archiepiscopo Panormitano*, qui tunc erat Octavianus Præconius Siculus Minorita Conventualis, epistolam; & inde creditus sit *Mechliniensis*. Rem dirimere nequeo, cum illam non viderim. Agunt de eo Rodulphius lib. 3., aliique post eum; & Rodulphius quidem cit. lib. 3. sub nomine *Francisci Polyntii*; libro vero 2. fol. 280. in Cust. Messan. hunc ait cognominatum fuisse *Muscam* ob acrimoniam disputandi. Videas supra *Franciscus Monachus*.

729.

FRANCISCUS A VITRIO = provinciæ Neapolitanæ idem est ac *Franciscus de Franchis a Vetro*, de quo supra actum est. Joannes a S. Anton. to. 1. secutus est Waddingum.

MDXXIX.

M D X X I X. 730.

FRANCISCUS A WALONCAPELLA = factus est Episcopus anno 1580.; & anno 1586. interfuit provinciali Concilio Cameracensi; scripsitque etiam

Conciones sacras ad populum habitas. De eo Ferreolus in Catalogo Scriptor. Artesien. pag. 684., & Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 447.

M D X X X.

FRANCISCUS VITALIS de Noya Apulus provinciæ S. Nicolai Min. Conv. alumnus, & Pariaiensis Doctor Ferdinandum Regem Catholicum literis, ac moribus imbuit, eique a Secretis fuit; tum Syracusano Archidiaconatu donatus, & Episcopus Cephaludiensis creatus &c.; ut supra in *Francisco Vidal & Noja* dictum est. Scripsit autem

Commentarios in Philosophiam Scoticam; &

Commentarios in ejusdem Doctoris Theologiam; ut autor est Philippus Cagliola in manif. 10. explor. 6. provinciæ Siciliæ Min. Conv.; de quo & Pyrrhus, & Waddingus, ut in *Francisco Vidal & Noja*.

M D X X X I. 731.

FRANCISCUS WILLER = Basiliensis Min. Conv. sac. Theol. Magister, & ecclesiastes insignis anno 1504. constitutus est cum quatuor aliis *Commissarius Apostolicus* a Raymundo Card. Gurcensi in Germania de Latere Legato pro translatione corporum SS. Virginum Kunegundis, Mechtandis, & Wibrandis Eichseli in diœcesi Constantiensi facta, ex monumento apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 3. Junii die 16., ubi vocatur *Prædicator Ordinis Minorum civitatis Basiliensis*.

Compendium sacræ Theologiæ pauperis, seu Alphabetum pauperum D. Bonaventuræ divini verbi concionatoribus accommodatissimum; sed quod *Joannis Rigaldi* Minoritæ Episcopi Trecoriensis est; a se recognitum, & mendis expurgatum edi curavit Basileæ anno 1501. in 4. per Jacobum Pfortzhemium; quod habetur Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci, citaturque a P. Strozza lib. de Concept. B. V. cap. 25.; cujus *Compendii* lib. 4. rubr. 3., quod sibi visus est autor de *B. V. Conceptione* minus apposite sensisse, & Operis autorem *D. Bonaventuram* statuerat, adjecit notas D. Bonaventuram in *tractatu Meditationum* opinionem de B. M. Conceptione mutasse; subdiditque quinque rationes ad B. Mariæ Immaculatam Conceptionem astruendam, sed ita Operi connexas vel scribæ, vel Typographi oscitantia, ut internosci nequet tam facile, num autoris, vel editoris sit ejusmodi additamentum. Hoc *Compendium* habetur & Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis. Castigavit etiam, emisitque

Ratperti Paschasii Abbatis Corbejensis Ord. S. Benedicti Comment. in Lamentationes Hieremiæ Prophetæ. Basileæ anno 1502. in 4. typis Jacobi Pfortzhemii, ex cit. Biblioth. Ferrar.

Francisci Willeri liber de Religione populi Romani ex institutis Numa prodiit Genevæ anno 1553. in 8., & Argentinæ in fol. cum Cardinalis Poli *libro de Ecclesia*; sed verum autorem, aut interpolatorem, corruptoremque esse Franciscum *Hottomannum* damnatum, legimus apud Gesnerum in Biblioth. pag. 202. edit. Simler.

Versus ejus, poesisque specimen habetur in principio *Compendii Theologiæ pauperis* proxime relati.

Agunt de eo Rodulphius lib. 3., aliique plures; & novissime Joannes a S. Anton. to. 1. ex Waddingo, & Marracio.

FRANCISCUS UNDEFESSI = *Franciscus Verdeselli*.

M D X X X I I. 732.

FRANCISCUS XIMENIUS E CISNEROS = Regul. Observ.

Universum vetus, ac novum Testamentum multiplici lingua; nec non &

Vocabularium hebraicum, & chaldaicum totius veteris testamenti una cum *Interpretationibus hebraicorum, chaldæorum, græcorumque nominum veteris, ac novi Testamenti; varia nominum lectione scriptorum vitio; & Introductionibus artis grammaticæ hebraicæ*: prodierunt Compluti ann. 1514. 1515. 1517. tomis 6. in fol. per Arnaldum Gulielmum Brocarium; deinde Antuerpiæ anno 1573. typis Plantini, & Jussu Philippi II. Hispaniarum Regis.

Aristotelis Opera græce, & latine edi curabat; sed morte impeditum non complevisse tradit Waddingus in Annal. Min. ad annum 1502. num. 21., & Nicolaus Antonius ad calcem tomi 2. pag. 687.

Raymundi Lulli nonnulla Opera; & *Opuscula SS. Claræ Assisiatis, Catharinæ Senensis, Angelæ Fulginatis, Mathildis, & Vincentii Ferrerii*, publicari fecit, ex cit. Waddingo; qui id refert & in appendice ad hunc Script. librum de editione *Operum Tostati* huc retrahenda. *Historias Sanctas*, & *Libros agricolturæ* etiam curasse evulgari scribunt autores ejus Vitæ Alvarus Gometius latine; hispanice Eugenius de Robles, & Ferdinandus de Pulgar; gallice vero Spiritus Flechier Episcopus Nemausensis jam pridem Parisiis an. 1693., postea Venetiis an. 1721., qui tamen cum errore ei quædam attribuit, quæ sunt sequentis *Francisci Ximenii*. Porro *aliena*, quæ vulgari curavit, sunt etiam:

Vita S. Thomæ Cantuariensis;

Meditationes Landulphi Carthusiani;

Libri Hymnorum cum cantu, & notis; quos Ecclesiis suæ diœcesis donavit.

S. Joannis Climaci Opuscula hispanice reddita. Toleti anno 1504., & Barcinone 1598. in 8., teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 450. & seq. Edidit etiam

Constitutiones pro suo majori Collegio Complutensi excusas ibidem an. 1560., & 1716. in fol. per Julianum Garciam.

Epistolas ad Carolum Bovillum, & ad alios relatos lib. 2. Thesauri Parochorum cap. 37. §. 173. tomi 1.

Obiit anno 1517. mense Novembri die 8. Arandæ ætatis suæ 81., ejusque corpus Complutum est translatum. De eo Sixtus Senensis, Rodulphius lib. 2., Sedulius cap. 3. Hist. Seraph., Angelus Rocca to. 2. Indicis Theol. Script., Car. Jos. Imbonatus in Biblioth. Latin. Hebr., Marietta lib. 5. Hist. Eccles., Ferrarius in Catal. SS., Arturus ad diem 8. Novemb. Martyrol. Francisc. §. 3., & fuse Waddingus in Annal. Min.

M D X X X I I I. 733.

FRANCISCUS XIMENIUS GERUNDENSIS = Min. Conv. sac. Theol. Doctor ex Episcopo Elenensi in Catalonia factus est Patriarcha Hierosolimitanus anno 1408., annoque insequenti interfuit Aragonio, seu Perpinianensi Conventui in schismate illo teterrino congregato; & jam anno 1403. bellum Valentinum in Saracenos promoverat, graviaque Aragoniæ regni negotia tractaverat. Obiit autem Perpiniani magna sanctitatis opinione; cum scripsisset

De natura angelica librum quinque tractatibus conflatum, qui primum prodiit Gebennæ anno 1578., teste Morero in Diction. Hist. V. *Imprimeria*; qui tamen labitur, dum illum esse putat Francisci Ximenii Cardinalis, uti fecit & Spiritus Flechier supra memoratus

De christiana vita institutione 13. *volumina* scripsisse tradit Gonzaga par. 3. prov. Cataloniæ Conv. 3. Hoc Opus titulo vulgari *Crestia*, vel *Cristia*, seu *de regimine Principum*, & *Reipublicæ* ms. lingua vernacula varium est, & vastum, Theologico-politicum, doctum, eruditum, & vere christianum ab autore anno 1379. compositum, librisque XIII. conflatum, cujus XII. libri primam partem publicavit Valentiæ anno 1484. Lambertus Polmart Alemanus, teste Nicolao Antonio in Veteri Biblioth. Hisp. to. 2. lib. 9. cap. 7. n. 359., qui & totius Operis, librorumque argumenta descripsit; sed tamen n. 370. autorem perstrinxit, quod scriptores, qui nunquam extiterunt, vel Opera, quæ facta non fuerunt, subinde commentus sit. Verum cum nonnisi in hoc Opere, vel Operis parte, quæ prodiit, isthæc inveniantur, & non in aliis bene multis, quæ ab eo conscripta noscuntur; facile crediderim, Opus hac in parte vel a sciolis, vel ab invidis depravatum fuisse. Scripsit etiam ex cit. Gonzaga

Libellum de mulieribus mira eruditione, sed cathalano sermone; uti & *libellum de Angelis*. Porro *liber de feminit*, vernacule *de les dones*, idest *de virtutibus*, & *vitiis feminarum* 4. libris extat ms. in Bibliotheca Escorialis III. h. 14. & 20., & Barcinone in Bibliotheca D. Raymundi Dalmasses in fol., teste Joanne a S. Anton. Opus interpolatum fuit ab Anonymo Franciscano provinciæ Conceptionis, qui hispanicum fecit, complura immiscuit, & *quintum librum* adjunxit de *memoria æterna*, seu de præparatione ad mortem titulo indito: *El carro de las donas*: dicatumque Catharinæ Portugalliæ Reginæ mandavit typis Pinciæ anno 1542. in fol. apud Joannem de Villaquiram, ex cit. Biblioth. vet. Hisp. n. 363., & Joanne a S. Anton. to. 1. V. *Anonym. Hispan.* XII. n. CCCII.

De vita christiana in 4. partes divisa edit. in 4. testatur & Orlandus de Orig. Typogr. par. 1. & 2. *De vita christiana tribus tractatibus*, & *erudimentis de pœnitentia virtute*, & *pœnitentia Sacramenti* hispanice prodiit Hispali anno 1509. *De vita christiana* Opus valde distinctum a *Vita Christi* libris tribus constans cod. membran. in fol. asservatur Barcinone in Bibliotheca prædicti D. Raymundi Dalmasses, teste cit. Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 449.

Vita Christi libris 8. constare dicitur a Jo: a S. Anton.; prodiitque hispanice Granatæ in fol. an. 1496. typis Meynardi Ungut studio D. Fr. Ferdinandi de Talavera primi Archiepiscopi Granaten., & in vernaculam Castellæ linguam translata absque loco, & anno editionis in principio Typographiæ, castigata, & recognita ab eodem. *Liber de Vita Christi composisus per Magistrum Franciscum Eximenium Ord. Prædic.* gallice ms. extat Parisiis in Bibliotheca Regia ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 782.; & hispanice ibidem ex eodem pag. 787., & correctius dicitur *Vita Christi per Franciscum Ximenium Patriarcham Hierusalem*; nec non gallice Opus traductum extat in eadem Biblioth. Regia six...to. 2. n. 116., teste Philippo Labbe in nova Bibliotheca; & præter alia plura exemplaria etiam cod. 6716. in fol. maximo membran., teste Echard. to. 1. Script. Ord. Præd. pag. 568.; & in Biblioth. Escorialis n. 4. III.

Librum de pomo ipsemet adducit in sua *Crestia* par. 2. cap. 135.

Doctrina compendiosa de vivir justamente vernacule prodiit typis Barcinone anno 1519.

Historia Ecclesiastica citatur a Morla in *Emporii Juris* præfatione.

Flos Sanctorum, seu *Vita Sanctorum*, cujus Operis meminit Petrus Salazar in Chronico provinciæ Castellæ O. M., illudque existimo, quod ms. sub nomine cujusdam *Catelani* extare dicitur in Bibliotheca Olivariensi, ex cit. autore Biblioth. Hispanæ to. 2. pag. 269.

La Gloriosa Opus hoc titulo vernacule, de quo idem autor vet. Biblioth. Hisp. n. 363.

Le Livre des Saints Anges. Genevæ anno 1478. in fol. ex cit. Orlando; exinde Burgis anno 1516. apud Fridericum a Basilea in fol.; & postea Parisiis anno 1518. in 4. apud Michaelem le Noir. M. Augustus Beyerus in memoriis Histor. Crit. libr. varior. n. 48. conjicit, hoc Opus esse, quod latinum fecerit *Fr. Franciscus de Evia* titulo indito *Thesaurus Angelorum* Asturiæ anno 1547. in 4. impressum. *Liber de SS. Angelis* prodierat & Burgis anno 1490.; extatque ms. in Bibliotheca Escorialis III. h. 21. IIII. h. 13. & 16., ex Joanne a S. Anton. Extat etiam ms. in Bibliotheca Ambros. Mediolan., ex Catal. Montfaucon to. 1. pag. 514.; ad preces autem Regis Aragoniæ scriptus asseritur in cod. ms. 229. Bibliothecæ Coislinian. Sangermanen. Parisiis *gallice* factus, ex Catalogo dicti Montfaucon to. 2. pag. 1089., & in illa S. Vincentii Bisuntin., ex cit. Montfaucon pag. 1190. Ejusdem

Tractatus super Hierarchiam cælestem S. Dionysii gallice ms. habetur in dicta Bibliotheca Coisliniana Sangermanen. cod. 215., ex cit. Catalogo Montf. pag. 1089.

Scala Dei prodiit Lubecæ anno 1477. in fol. per Lucam Brandis; postea Barcinone anno 1501., ex cit. Orlando. Scripsit &

Librum de recta gubernandi ratione ad Magistratus Valentinos, ut habet ipse Waddingus in Annal. Min. ad an. 1231. n. 47.

Pastorale pro instructione Episcoporum, & *Superiorum*. Barchinone anno 1495. in fol., ex cit. Orlando; & Bononiæ anno 1485., ex Joanne a S. Anton., nisi sit error. *Pastorale* ms. extat in Bibliotheca Vaticana cod. 5894., ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 121., ubi perperam dicitur *Francisci S. R. E. Cardinalis Ximenii*; sed pag. 140. est tantum *Francisci Ximenii*; uti & in Bibliotheca Ambrosiana Mediolan., ex cit. Montfaucon pag. 515.: extabatque anno 1586. ms. in 4. in Bibliotheca Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis cod. annorum 150. Opus ab autore missum fuit ad Episcopum Valentinum, teste autore veteris Bibliothecæ Hispanæ

Testamentum suum extat ms. idiomate limosino in Bibliotheca Escorialis jva. 23., teste Joanne a S. Anton.

Expositio psalmorum VII. *pœnitentialium* ms. in fol. asservatur Valentiæ in Bibliotheca Conventus Regul. Observ. scrin. 2. B. una cum Opere *de natura angelica*. Habetur etiam ms. in 4. Com-

pluti

pluti in Collegio SS. Petri & Pauli; & Barcinone in Bibliotheca D. Raymundi Dalmasses hoc titulo: *Expositio in psalmos pœnitentiales de laude Creatoris: de altitudine, & excellentia Redemptoris*: incipiens: *Beatus vir, qui se ad gloriam conditum* &c.; teste Joanne a S. Antonio to. 1. pag. 449.

De amore Dei, & virtute justitiæ. Barcinone in 4. typis Caroli Amoros sine anno editionis; habeturque in Bibliotheca Hispalensis majoris Ecclesiæ, teste cit. Jo: a S. Anton.

De devotione ad Mariam Aragonum Reginam tractatus varia agitans argumenta *de precibus, virtutibus, pœnitentia, contemplatione sancta*; codex vetustissimus partim in membrana, partim in charta scriptus apud Bibliothecam Krysianam pag. 215. num. 180.

Historiam Regis Wamba, qui anno 672. in Hispania regnare cæpit; *De peccatis*; & *notas in aliquot loca sacræ Scripturæ* Spiritus Flechier attribuit Francisco Ximenio autori libri *de natura angelica*, quem ille existimat Ximenium Cardinalem; constat autem, illum fuisse Ximenium Patriarcham; igitur hic, non ille dicendus est autor horum Opusculorum. Jo: a S. Antonio to. 1. in *Francisco Examin*, quem diversum ab isto putat, scripsisse dicit

Psalterium ad laudatorium tripartitum, cujus in prima parte habentur *psalmi de laude Creatoris* incip. *Creator omnium Deus*; in 2. *Psalmi de vita Christi Domini, ejusque purissima Matre, de Angelis, & Apostolis* incip. *O inestimabilis dilectio*; in 3. *Psalmi de ordinatione vitæ hominis viatoris, ac de ejus planctu* incip. *O quantum incessanter*: ms. membr. in 4. pulchris, ac deauratis literis habetur Valentiæ in Biblioth. S. Michaelis PP. Hieronymianor. ex dono Ferdinandi Aragonum Ducis.

M D X X X I V. 734.

FRANCISCUS XIMENIUS 3. = Strict. Observ. Discalc. prov. S. Gabrielis in Extremadura, de quo Joannes a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca, primus omnium dicitur Hispanorum, qui linguam *Mexicanam* didicerit; primusque, qui *Dictionarium illius linguæ*, & *Artem* confecerit: de quo agit & Marcus Ulyssiponensis Chron. S. Franc. par. 3. lib. 9. cap. 9., & utrumque Opus fuse commendat P. Augustinus Davila Padilla lib. 1. Hist. Dominicanæ in Mexico; Arturus ad diem 31. Julii; & Gonzaga par. 4. de 1. Conv. prov. S. Evang.

M D X X X V.

FRANCISCUS XIMENEZ Xerecensis Discalceat. provinciæ S. Jo: Baptistæ Valentinæque Custos, concionator insignis, & pietate clarus scripsit

Tomos 20. in concionatorum usum mss. in Conventu de Torrente ejusdem provinciæ.

De consolatione in hora mortis ms. ibidem, teste Jo: a S. Anton. to. 1.

Concio de S. P. Francisco impressa an. 1640. apud P. de Alva tab. 1., creditur hujus autoris a Jo: a S. Anton. cit., dubitanter tamen.

De eo Arturus in Martyrol. Francisc. d. 16. Aug. §. 19., & Antonius Pañes to. 1. Chronic. prov. memoratæ lib. 1. cap. 65.

M D X X X V I. 735.

FRANCISCUS ZAMORA = Hispanus Regul. Observ. provinciæ Carthaginensis obiit anno 1571. in itinere Romam versus, ex Gonzaga par. 1., & Rodulphio lib. 2., Plumbini in Tuscia; natus autem erat Conchæ; & Tudensem Episcopatum tertio recusasse fertur. Curavit, ut ederetur

Commentarium S. Bonaventuræ in 4. libros Sententiarum a Fr. Julio Urceano provinciæ Brixiæ purgatum, & notis margineis illustratum Venetiis anno 1562. tomis 5. in 4. apud Franciscum Sansovinum; quæ editio extat Tridenti in Bibliotheca Minorum.

Homiliæ xxv. in singulos versus psalmi 50. *Miserere* &c. prodierunt Venetiis anno 1674.

Opuscula S. Bonaventuræ vulgata sunt etiam Parisiis anno 1667. in fol. Vide *Anton. Pagnus* supra.

Orationes Romæ habitas coram Paulo IV. Pont. Max. prælo mandatas dicit Dominicus de Gubernatis to. 1. Orbis Seraph. lib. 3. §. 53. pag. 233.

De eo Miræus, Nicolaus Antonius, Dupinus, & Jo: Paulus Martyr par. 3. Hist. Conchensis urbis cap. 14., & ex his Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 452.

M D X X X V I I.

FRANCISCUS ZAZER Hispanus Matritensis Ord. Capuccin. Theologus, S. Officii Consultor, & a sacris Confessionibus Philippi IV. Regis Catholici *plures* evulgavit *conciones*, quarum

Concio de Ascensione Domini impressa est Oriombellæ anno 1632. apud Vincentium Franciscum, teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joanne a S. Anton. to. 3. in append.

736.

FRANCISCUS ZENUS = ipse non edidit, sed edendi potestatem fecit

Thesaurum Theologorum ex 4. libris Sententiarum a Fr. Joanne Picardo Minorita confectum; ut in fine 4. partis ejusdem Operis legitur his verbis: *Quod Opus licentia, & autoritate Reverendi in Christo Patris Fratris Francisci de Zeno provinciæ Mediolanen., Prædicatoris Apost., Vicarii Generalis &c. in Capitulo Generali existentium Mantuæ* 1503. &c. *nec non consensu Venerandorum Patrum in Capitulo*: id enim extat Asisii, & Bononiæ in S. Francisci Bibliotheca: etsi *Capitulum Generale* dicatur factum anno 1504. a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 39.

Conformitates S. Francisci ad Christum a Bartholomæo Pisano elaboratas cudi curavit Mediolani anno 1510. per Gotardum Ponticum, ut supra dictum est in *Bartholomæo Albisio*; laudaturque impense per Fr. Franciscum a S. Columbano in epistola, quam præmisit anno 1510. dictæ editioni *Conformitatum*. Obiit an. 1512. ex cit. Marco lib. 8. cap. 37. p. 3. Neapoli humatus in Ecclesia S. Mariæ novæ sui Ordinis cum hoc epitaphio: *Sepulchrum Rev. P. Fr. Francisci Zeni de Mediolano Vicarii Generalis Ordin. Minorum de Observantia, & Apostolici Commissarii, qui moribus, & doctrina floruit; & Sabbato Sancto anno* MDXII. *spiritum reddidit cælo*. Joannes a S. Anton. de illo agens exscripsit Waddingum.

M D X X X V I I I. 737.

FRANCISCUS ZICHEMIUS = scripsit etiam

In Orationem Dominicam. Antuerpiæ anno 1550. in 8.

In psalmum 40. *Expositionem*. ibidem anno 1556. in 8., ex Jacobo Le Long in Bibliotheca sacra.

De eo agunt Sixtus Senensis autor coævus, Rodulphius, & Sedulius, nec non Joannes a S. Anton. to. 1.

M D X X X I X. 738.

FREMINUS CAPITIS = meminit hujus Possevinus

nus in Appar. sac.; sed Institutum reticet. Hic perperam a Jacobo Le Long pag. 732. Biblioth. sac. dicitur *Franciscus Fremiu*.

Expositio Genesis ab Adami noxa ad natum Isaac usque, aliquot homiliis partita, & concionibus tempore Adventus Domini accomodata. Parisiis an. 1570. In 8. apud Nicolaum Chesneau, & antea 1567. ibidem in 8.

Homiliæ 27. expositionis in Exodum concionibus tempore Adventus Domini accomodatæ. iisdem typis an. 1579. in 8.

De SS. Eucharistiæ Sacramento. ibidem, & Romæ an. 1567.

De eo Dupinus in Supplem. to. 3., & Ludovicus Bail par. 2. Biblioth. conclonat. cap. 101. cum laude scribit: *stilus harum homiliarum non est inconcinnus, & egregie quæ circa agnum paschalem gesta sunt, Eucharistiæ nostræ accomodat per plures homilias, hæreticos identidem vellicans. Interim crebro a sensu literali transit ad tropologicum, aut allegoricum per conceptum subtilem, & satis acutum*.

M D X L.

FRIDERICUS MULINER, forsan Germanus, vel Belga, scripsit, quando non habetur,

Mariale; & *tractatum de Conceptione Virginis Mariæ*; teste Antonio Daza apud Petrum de Alva col. 469. Militiæ, & Ioanne a S. Anton. to. 1.

M D X L I.

FRIDERICUS THEUTONICUS, ut puto, natione, qui anno 1311. factus est Archiepiscopus *Rigensis* in Livonia, ut Waddingus in Annal. Min. ex Vaticanis Monumentis ostendit; quique adhuc anno 1329. sedebat, ut apud Spondanum in Annal. Eccles. Continuat. ad eum annum n. 19.

Quæstionem de paupertate Christi, & Apostolorum sub Joanne XXII. motam exaravit anno 1323., ut est in cod. 3740. Bibliothecæ Vaticanæ apud autorem veteris Biblioth. Hisp. to. 2. lib. 9. cap. 4. n. 199., & Raynaldum ad annum 1323. num. 65. Sed loco Archiep. *Rigensis* forsan legendum *Regensis* in Gallia, nempe Fr. Rosselinus creatus an. 1319.

* FRIDERICUS = Videas & *Federicus*.

M D X L I I.

FULGENTIUS AB ISÆO provinciæ Brixiensis ad Lacum Benacum oppido Min. Capuccin. alumnus religiosis moribus ornatus descripsit italico idiomate

Historiam chronologicam civitatis Isæi. Brixiæ, ut refert Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., ex quo Joannes a S. Anton. to. 1. pag. 453.

Fulgentii Æsini Martyrologium Franciscanum ms. (sed leg. *Iseinus* ab Isæo) ms. extat Romæ in Archivo, seu Tabulario S. Isidori, ex Catalogo librorum illius loci apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 159., quem Franciscanum fuisse reputo; sed an sit idem ac iste, ignoro.

M D X L I I I.

FULGENTIUS MANFREDUS Regul. Observ. edidit *Opusculum* italice

De dignitate Procuratoria S. Marci Venetiarum dicatum M. Antonio Memmo Procuratori S. Marci, quod prodiit Venetiis anno 1602., teste Flaminio Cornelio to. x. Eccl. Venet. antiq. Monum.; ubi Catalogum *Procuratorum S. Marci* attexuit in fine descriptionis *Ecclesiæ S. Marci Venet.*

Apologiam in Reformatos S. Francisci ad mentem S. D. N. tit. *Apologia, overo difensione sopra la riformazione dell' Ordine suo contra quelli, che sotto pretesto di riformare lo difformano*: quam proscripsit sac. Congregatio Indicis decr. edito die 16. Decemb. 1605.

M D X L I V.

FULGENTIUS MELIORUCIUS Typhernas Regul. Observ. Theologiæ Lector Generalis provinciæ Umbriæ, ac Commissarius Cismontanus: nec non concionator haud inelegans edidit

Orationem de idoneo eligendo in Comitiis provinciæ apud S. Mariam Angelorum prope Asisium habitam, eusamque Perusii anno 1634. in 4. per Angelum Bartholum.

Meminit hujus Petrus de Alva & Astorga in Appar. ad Indic. Bullar. Seraph. V. *Regestum Curiæ*.

G

* GABRIEL AVE MARIA = Vide *Gilbertus Nicolai*, qui idem est.

M D X L V.

GABRIEL BAMBASO Regiensis Italus Regul. Observ. alumnus Monialibus Clarissis Monasterii Corporis Christi proprio sermone scripsit *Opusculum* titulo:

Victoriosa scala Paradisi: cusum Mediolani an. 1521. in 8. apud. Jo: Angelum Scinaencel; in quo libro cum aliis Opusculis mysticis extat *Alphabetum majus, & minus libri vitæ*; *Expositio* VII. *verborum Domini in Cruce*; & *Expositio Orationis Dominicæ*; teste Joanne a S. Anton.

739.

GABRIEL BARONUS = non Baronus, sed *Barrius*, de quo mox infra, fuit autor *Vitæ Abbatis Joachim*.

740.

GABRIEL BARRIUS = non Franciscanus, sed *Francicanus* a Francica Calabriæ oppido nuncupatus; ut & libri editi, & autor ipsemet in proæmio lib. de *Antiqu. & situ Calabriæ*, & lib. 2. de *Francica* disserens testatur: sed & S. Pius V. in *Motu proprio* eidem Operi præfixo hunc nulli Instituto Regulari adjudicat; & Rodulphius, Gonzaga, Willotus, & Possevinus eo tempore viventes Franciscanum, Minoritamque minime dixerunt; nisi extiterit *Tertii Ordinis S. Francisci* eorum, qui in seculo degunt; quod tamen ostendendum restat. Cæterum hujus etiam

Pro lingua latina libri tres prodierunt Romæ anno 1571. in 8.; quorum ipse meminit in proæmio libri de Antiqu., & situ Calabriæ.

Vita Abbatis Joachim vulgata est Venetiis anno 1598., & postea ibidem anno 1600. apud Joannem Bertonum, ex Possevino V. *Joachim Abbas Floren.*; iterumque anno 1639. latine, & italice apud Hieronymum Porrum in 4.

De Laudibus Italiæ, & de æternitate Urbis etiam scripsisse fertur; diciturque *Presbyter Secularis* apud Coronellum in Biblioth. univ. to. 5. num. 1405. Cum Waddingo erravit & Joannes a S. Anton. to. 2.

M D X L V I. 741.

GABRIEL BRUNUS = Min. Conv. sac. Theol. Magister, & contra hæreticam pravitatem fidei Inquisitor; anno 1508. erat Minister *Romaniæ*, seu Græciæ, ac Peloponnesii, ex Regesto Ordinis pag. 65.

65. de prov. S. Antonii; annoque 1492. Venetiis degens hortatu D. Lazari Mucciarelli Mutinensis e latino in italicum idioma verterat

Librum Equitis Iordani Ruffi Calabrensis Imp. Friderici II. Equitis de arte equorum cognoscendorum, ac curandorum, nec non tractandorum, dicaveratque Comiti Joanni Brandulino Venetorum Militum Ductori. Venetiis anno 1554. in 8. per HH. Jo: Paduani iterum excusum; cujus in epistola nuncupatoria autor dicitur *sac. Theologiæ Magister, fidei Inquisitor, & Terræ Sanctæ Minister*.

Biblia sacra a se castigata vulgavit anno 1490. in 8.; quorum in limine agit erudite de eorum origine, expositionibus, atque editionibus diversis ab anno 341. ante Christi adventum tempore Ptolomæi Philadelphi Ægyptiorum Regis usque ad S. Ambrosii tempora variis linguis, locis, atque temporibus factis; nec non & de modis, quibus interpretanda sunt, teste Albrico in Scriptor. Venet. pag. 31.

Index alphabeticus, seu *Tabula sacrorum Bibliorum* habetur adjuncta Bibliis editis Venetiis anno 1494., & 1519.; nec non Lugduni anno 1513., auctus a Conrado Pellicano, & Roberto Stephano, teste Senensi Sixto lib. 4. Biblioth. sanctæ. *Tabula Gabrielis Bruni* ms. extat to. 2. Biblioth. Budlej fol. 365.

Quæstiones super Physicam quoque scripsit testimonio Aug. Superbi in Triumpho glor. Venet. lib. 3. pag. 8.

Cæterum ille *Gabriel Bajenus*, quem ex Sansovino refert Possevinus, & ex eo Waddingus, non alius est, quam iste *Gabriel Brunus* mendose a Sansovino descriptus; apud quem, uti & apud Possevinum habentur nomina, & vocabula corruptissima.

MDXLVII.

GABRIEL A BULLANDO Gallus Parisiensis provinciæ Min. Capuccin. concionator vir non vulgaris doctrinæ, ac eruditionis, & in Philosophia, Mathematicisque disciplinis egregie versatus magno studio, & labore confecit Opus astronomicum, præloque submisit hoc titulo:

Tabulæ Ambianenses, in quibus datur nova methodus supputandi motus planetarum. Parisiis anno 1618. apud Dionysium Thierry in 4.; ex autore Biblioth. Capuccin., & Joanne a S. Anton.

MDXLVIII.

GABRIEL CALDERON Hispanus Reg. Observ. provinciæ Compostell. edidit vernacule

Concionem de conversione S. Pauli a se habitam *ad Hispalensem Ecclesiam*; ibique impressam anno 1608. in 4.

Orationem funebrem in exequiis D. Margaritæ Austriacæ Hispaniar. Reginæ habitam *Salmanticæ an. 1611. d. 18. Decembris*; impressam ibidem anno 1612. in 4. typis Didaci Cussii; ex Jo: a S. Anton. to. 2., & in append. to. 3.

MDXLIX.

GABRIEL CASTELLIUS Mediolanensis Minor. Conv. sac. Theol. Professor, jurisque Canonici peritus anno 1518. a Leone X. creatus est Archiepiscopus Dariacensis, datusque Suffraganeus Episcopo Bononiensi, ex Waddingo in Annal. Min. ad eum annum; postea Coadjutor est datus Petro Lipomano Antistiti Bergomati; qui & ab eodem, aliisque duobus Episcopis munus consecrationis suscepit anno 1530., ut scribit Ughellus to. 4. Ital. sac. in Episc. Bergomen. n. 60., ubi eum vocat *Gabrielem Castellium Bononiensem Archiepiscopum Dariensem*; sed in Tabulario Cœnobii S. Francisci Bononiæ habentur plures chartæ, quæ hunc *Mediolanensem* enunciant, quarum una scripta anno 1525. die 3. Januarii, estque supplicatio *Fr. Gabrielis Mediolanen. Archiepiscopi Dariacen. ad Clementem VII.*; altera anni 1530. die 22. Januarii habet: *Cum alias Rev. Pater Dominus Frater Gabriel de Mediolano Ordinis Minorum S. Francisci, ac ad præsens Archiepiscopus Dariacensis . . . . de præsenti Cathedrali Ecclesiæ Bergomensi inservit pro Suffraganeo*: continetque, eum, cum Conventus S. Benedicti Ord. Min. prope castrum Planorium diœcesis Bononiensis ipse Guardianus esset, a Leone X. dictum Conventum, & Ecclesiam in *Commendam* obtinuisse; alia item charta facta anno 1547. habet, quædam bona, prædiaque dictæ Ecclesiæ *S. Benedicti*, nec non *Ecclesiæ S. Laurentii de Guzzano* in emphiteosim locata fuisse *per quondam Fratrem Gabrielem de Castello Mediolanensem Ordinis S. Francisci dictarum Ecclesiarum tunc Rectorem, seu Commendatarium*; idque usque ab an. 1518. *die 17. Januar.* Ex eadem, ut puto, familia *Jo: Baptista Castellius Protonotarius Apostolicus* an. 1572. erat *Vicarius Generalis* S. Caroli Borromæi, ex proemio 3. Synodi Mediolanensis ejusdem Sancti. Videtur autem Gabriel obiisse circa annum 1538., cum eo anno die 13. Septembris sibi in Coadjutorem asciverit Aloysium Lipomanum prædictus Petrus Episcopus, teste cit. Ughello; ferturque scripsisse

Quædam Opera in Ius Canonicum, inquit Morigia de Nobil. Mediolan. lib. 3. cap. 30.

Gabrielis Castelli Chronica Marsorum, Valvensium &c. habetur ms. Romæ in Bibliotheca Vaticana cod. 4964., ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 135.: an autem hujus Gabrielis, non ausim affirmare.

MDL. 742.

GABRIEL FABER = *Avenionensis* dicitur a Franchino, & Genuensis Cœnobii in Italia alumnus; ipse tamen *Parisiensem* se dicit, subscripsitque epistolæ, quam anno 1626. præmisit *Speculo Franciscanæ Religionis*. Extitit pluries provinciæ Galliæ Narbonensis, ac Genuensis Minister, pluriumque provinciarum Visitator cis, & trans Alpes; Parisiis fuit concionator Regius, annoque 1637. finem vitæ posuit Insulæ in Gallia Narbonensi: scripsit autem, ut legimus etiam adnotatum a Franchino in Bibliosophia num. 150.,

Orationem funebrem in obitu Henrici IV. Regis Galliarum. Parisiis anno 1610.

Orationes habitæ in Pontificia Cappella coram Urbano VIII., quas ex Superbo typis traditas ait Franchinus, extant in Bibliotheca Barberina, ex Indice ejusdem Bibliothecæ.

Oratio de SS. Conceptione B. V. impressa Romæ anno 1625. in 4.

Oratio de anno Iubilæi. ibidem eodem anno in 4.

Speculo Franciscanæ Religionis adjecit *Confutationem Responsionis*, quam Frater quidam Anonymus nuncupatæ Observantiæ alumnus eduxerat in favorem sui Ordinis contra *Libellum Regii Oratoris* oblatum Sanctissimo pro reductione magni Conventus Parisiensis, & trium provinciarum Franciæ, Turoniæ, & S. Bonaventuræ ad suum pristinum Conventualium statum.

Pa-

Panegyris, vel *Expositio psalmi 19. Exaudiat te Dominus* &c. *Regi Galliarum Rapellam expugnanti applicata* gallico idiomate. Parisiis anno 1628.; ac iterum ibidem in latinum translata; & Romæ apud Camerales eodem anno in 8., teste Allatio fol. 114.

Arbor Religionis Seraphicæ graphicè cupri laminis incisa, & Carolo Barberino Urbani VIII. pronepoti dicata. Avenione anno 1633. typis Jo: Bramereau. *Catalogum SS. Ordinis Minorum* cum Iconibus dicit autor Historiæ Placentinæ Ecclesiæ lib. 19. pag. 308. anno 1276.

De sacra Scriptura; &

De fide Summorum Pontificum; ex cit. Franchino, qui plura de hoc egregio Viro refert.

M D L I.

GABRIEL GUILLISTEGUI Hispanus provinciæ Cantabrien. Regul. Observ., S. O. Qualificator, tum *Episcopus Paraguay* in America edidit patrio idiomate

Apologeticum defensorium pro Tertio Ordine Franciscano. Flaviobrigæ anno 1643. in 4. apud Petrum de Huydobro; ex Jo: a S. Anton. to. 2.

M D L I I.

GABRIEL GYRELLUS e Flacanico provinciæ Mediolanensis Regul. Observ. Lector emeritus, seu, ut ajunt, *Iubilatus* sac. Theologiæ, castigavit, auxitque

Commentaria in Oseam Prophetam Hieronymi Guadalupensis Ordinis S. Hieronymi. Brixiæ anno 1604. in 4. typis Marchetti. Hujus meminit & Joannes a S. Anton. to. 2.

* GABRIEL HAGAR, quem citat Arturus in Indice authorum sui Martyrol. Franciſc. an. 1637. editi; vide infra *Gabriel Maronita*.

M D L I I I.

GABRIEL A S. HIERONYMO Hispanus Discalceat. provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis pius, & doctus concionator confecit

Historiam autenticam actum, ac Martyrii Ven. Martyrum Molacensium Fr. Sebastiani a S. Ioseph, ac Fr. Antonii a S. Anna Minor. Discalceator. provinciæ S. Pauli alumnorum ad Concilium provinciale Malacense missam; teste Jo: a S. Anton. to. 1.

M D L I V.

GABRIEL HUNGARUS fertur scripsisse, ac edidisse

Descriptionem Terræ Sanctæ an. 1521. in 4., teste Jacobo Le Long pag. 736. Biblioth. sacræ, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 2.

M D L V.

GABRIEL MAQUEDA Hispanus Tert. Ord. Claustralis prov. Bæticæ Doctor Theologus, ac emeritus scripsit patrio idiomate librum

Adversus publicas domos malierum perditarum. Granatæ an. 1622. in 4. apud Bartholomæum de Lorenzana ex Jo: a S. Antonio.

M D L V I.

GABRIEL MARONITA Episcopus anno 1475. virtutibus, & doctrina resplendens syriaco idiomate scripsit

Vitas Sanctorum, teste Fr. Francisco a Jesu Maria lib. 2. *Patrimonii Seraphici* cap. 25. apud Joannem a S. Anton. in append. Forsan discipulus fuit *Fr. Griphonis* Belgæ eo tempore Maronitarum Patriarchæ. Num hic *Gabriel Hagar*, de quo supra?

M D L V I I. 743.

GABRIEL DE MATA = Regul. Observ. prov. Cantabriæ edidit typis Matthiæ Mares in 4., & eodem metro cecinit

Vitas S. Claræ, S. Antonii Patavini, S. Bonaventuræ, S. Ludovici Episcopi, & S. Bernardini Senensis; ibidem, & iisdem typis, ex Joanne a S. Anton.

M.D L V I I I.

GABRIEL MOLINA a Castello Arquato provinciæ Mediolanensis scripsit, & italico sermone vulgavit

Regulam Tertii Ordinis S. Francisci cum ceremoniis, ac modo circa vestem ejusdem Ordinis Fratribus conferendam. Mediolani anno 1586. in 8. typis Petri Tini. De illo & autor Biblioth. Hisp., & Joannes a S. Anton.

* GABRIEL MONCADA Hispanus Matritensis olim in seculo celebris Advocatus Minoritis Capuccinis ascriptus est, assumpto nomine *Francisci Antonii de Madrid*. Hujus eadem Opera hic refert Joannes a S. Anton., quæ retulerat to. 1. in *Francisco Antonio Moncada*; quare videas ibi. *Prosodiæ novissimæ* adjunxit *tractatum carminum, ac figurarum*.

M D L I X.

GABRIEL A MONTENOVO prov. Picenæ Capuccin. vir doctrina, consilio, & sanctis moribus illustris scripsit

Enchiridion spiritualium orationum, & meditationum, nec non exercitiorum in exorando Deum; quod primo prodiit Venetiis anno 1583. sine ejus nomine, ut refert autor Biblioth. Capuccin., Boverius to. 2. Annal. Capuccin., & ex his Joannes a S. Anton. to. 2. asserentes obiisse eum Fabriani dierum, & meritorum plenum.

* GABRIEL MUTINENSIS = Vide *Gabriel Veronensis*.

M D L X.

GABRIEL NASI patritius Florentinus, cum S. Stephani Equestrem Ordinem sequeretur, ad Franciscanum Regul. Observ. Institutum transiit circa annum 1600., scripsitque

Genealogiam familiæ suæ, ac prosapiæ Nasorum, teste Antonio a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4. Hunc autem puto esse illum *Petrum Bernardi Nasi*, qui anno 1571. Militiæ Equitum S. Stephani nomen dedit, ex Historia illius Religionis Eq. Georgii Marchesii to. 1., qui nomen mutaverit in Religionem ingressus. De eo & Jo: a S. Anton. to. 2. ex cit. Terrinca.

M D L X I.

GABRIEL PAEZ. Lusitanus edidit vernacule

Ordinationes Tertii Ordinis Franciscani memoratas a Raphaele Plutean in Catalogo AA. suo Dictionario Lusitano præfixo apud Nicolaum Antonium, Georgium Cardosum to. 2. Agiologii Lusitani, & ex his Joannem a S. Anton.

M D L X I I.

GABRIEL PAMBO Antuerpiensis in Belgio Capuccinorum Instituto addictus, ac bonis litteris, poesique excultus libellum edidisse fertur vulgari lingua, ac metro flandrico, cui titulus est:

Turtur gemebunda: ut habet Aubertus Miræus in Auctario Script. Eccles. sec. XVII. n. 245. in *Cypriano Croesels*. Opus prodiit anno 1648. notis musicis a *Fr. Tiburtio* consodali exornatum. Meditabatur autor & e latino

Translationem Annalium Capuccinorum Zachariæ Bo-

Boverii in Flandricum idioma, teste eodem Miræo; quod an præstiterit, ignoro.

* GABRIEL RANGONIUS = Vide *Gabriel Veronensis*.

MDLXIII. 744.

GABRIEL DE RIBERA = Regul. Observ. alumnus; de quo & Joannes a S. Anton. to. 2.

MDLXIV.

GABRIEL SAGARD Theodat Gallus ex Recollectis S. Dionysii professione Laicus scripsit gallice

Magnam peregrinationem, quam fecit apud Hurones, al. *Magnum Iter Huronum Americæ Septentrion.*, uti vocat P. Rafitau Gallus Soc. J. to. 1. *Menos de Savvages Ameriquains* pag. 217.; in qua autor de *Missionibus Recollectorum* dictæ provinciæ agit. Parisiis anno 1632. in 8. apud Morean, ex Joanne a S. Anton. to. 2.

MDLXV. 745.

GABRIEL TAURENSIS = in urbe Taurenis diœcesis Zamoren. natus Regul. Observ. alumnus, cujus

Opus, in quo disserit multa docte, & pie *de eleemosina* prodiit primo Salmanticæ anno 1536. in 8.; inde Valentiæ an. 1575.; iterum Salmanticæ an. 1597. typis Jo: Fernandea; & Conchæ anno 1599. in 8.; unaque cum Opere emisit etiam

Exequias subtiles, ac devotas Dominæ nostræ Deiparæ Virginis. Cæsaraugustæ anno 1548. in 8. apud Didacum Hernandez; nec non

Theologiam mysticam, in qua agit de unione cum Deo. ibidem, & eodem anno 1548. in 4.; ex Joanne a S. Anton. to. 2.

MDLXVI.

GABRIEL TREJO Panjagua natione Hispanus Antonii de Trejo Minoritæ, & Carthaginensis Ecclesiæ Episcopi germanus frater, Salmanticensis Academiæ Doctor, Archidiaconus Militaris seu Equestris Ordinis Cisterciensis de Calatrava, Regiæ Curiæ Judex fuit, & *Tertii Ordinis S. Francisci* Regulam, Ordinemque postmodum professus est, quum Paulus V., Philippo III. Hispaniarum Rege deprecante, absentem dixit Cardinalem Presbyterum tit. S. Bartholomæi in Insula; quo relicto ad alium *S. Pancratii* transiit. Romæ purpureum Pileum accepit anno 1617., Ecclesiam *Salernitanam* in Regno Neapolitano obtinuit, & duobus post annis ad *Malacensem* in Hispania Sedem translatus est anno 1620., quo tempore inter Patres Congregationum Regularium, Concilii, & Indicis connumeratus, mox & supremi Consilii in Regno Castellæ Summus Præses renunciatus magna cum laude iis muneribus functus est, pro Immaculata Virginis Mariæ Conceptione, sacrorumque S. Francisci Stigmatum cultu multum operæ, studiique posuit; scripsitque, præ reliquis, quæ in lucem prodire permiserit, latinam

Epistolam diffusam eruditione, ac pietate refertam ad P. Lucam Waddingum anno 1621., qua summe commendat excellentiam, atque doctrinam S. P. Francisci, ejusque Ordinis; quam legere est initio *Opusculorum* ejusdem S. Francisci editionis Antuerpiensis anno 1623., & Parisiensis anno 1641. factæ; & in qua hæc habet: *At tu admiraris, & solemnibus celebrare cupis encomiis, me post Purpuram Cardinalitiæ dignitatis habitum Tertii Ordinis induisse, & solemniter Tertiam Patris nostri Francisci Regulam professum fuisse. Sed quomodo, qui me ipsum, & omnia, quæ habeo, Francisci esse profitebar, possem qualecumque exhibere devotionis signum, nisi me ipsum suæ Religioni devoverem? Anne indignus est Francisci funis, quo regia purpura cingatur? Eo præcinctus Ludovicus Rex Galliæ, Elisabeth Hungariæ Princeps in Sanctorum numerum relati, Imperatrices, Reges, Reginæ, & alii Principes viri; quorum numerum tempore mortis suæ devotissime habitum suscipiens auxit hoc anno Philippus III. Hispaniarum Rex; & paulo ante Serenissima Hispaniæ Regina Elisabeth Philippi IV. Domini nostri uxor, & nobilissima Princeps Maria ejusdem Philippi IV. germana soror, quæ etiam huic Tertiæ Religioni nomen dederunt; quas cum potentissimo, ac piissimo Rege Deus diu incolumes servet. An forte non decet Regiam dignitatem cilicium? &c. decet certe, & tempore Elisei Prophetæ eo usum Regem Israel narrat Historia sacra. Unde ergo miraris, quod Cardinalis cinericium habitum Purpuræ imponat, & chorda se præcingat?* &c.

Obiit in urbe Malacensi die 12. Februarii an. 1630., ibique sepultus est; vir undequaque eximius, pietate, & rerum gerendarum peritia celebris; cujus ad sepulchrum Gaspar Jongellinus tetrastichon hoc apposuit:

„ Non te mors rapuit; neque virtus interit unquam:
„ Sed tua adhuc vivit gloria, vivit honos.
„ Nam te Parca senem eripuit, cæloque locavit;
„ Ut superum assessor nunc quoque jura colas.

Tanti viri meminere Theodorus Amydenius, Gaspar Jongellinus in Purpura D. Bernardi, & in Catalogo Cardinalium Hispan., Marracius in Purpura Mariana, & Waddingus in Legat. pro Immac. Virg. Mariæ Conceptione, nec non autor de Rebus gestis S. R. E. Cardinal. to. 4. edit. Rom. 1677.

MDLXVII. 746.

GABRIEL VACCA = dictus *Bacu* a Joanne a S. Anton., & paulo post *Gabriel Vasquez Bacu* ex Petro de Alva in Militia; scripsit patrio sermone.

MDLXVIII. 747.

GABRIEL VERONENSIS = cognomine *Rangonus*, & *Rongonus*, non tamen ex familia *Rangona* Mutinen., ortus apud Clararum (Chiari) oppidum agri Brixiani honesta, & nequaquam obscura familia, sed non valde diviti; ex autore synchrono, & ejusdem loci apud Zenum Dissert. Voss. to. 2. disser. 8.; Regular. Observ. primus, qui Purpura Cardinalitia condecoratus fuerit anno 1477.; scripsisse fertur

Dissertationem de erectione Montis Pietatis a diversis Doctoribus Theologis subscriptam; eamque ms. extare Florentiæ in Biblioth. Antonii Magliabecchi; idque, ut videtur, an. circiter 1470., vel 1473.

Vita S. Joannis Capistrani edita est Comi anno 1479., ex Verona Illustr.; sed nescio, an ejus labor fuerit, an alius.

Orationes varias etiam composuit, quarum unius *pro armis adversus Turcas capiendis* meminit Ughellus to. 9. Ital. sac. in Archiepisc. Cusentin. n. 36., seu potius apud eum Ferdinandus Rex Neapol. in literis anno 1480. super ea re datis.

Relationes, & *sermones* nonnullos composuisse traditur in cit. Verona Illustr. Maffei par. 2. lib. 3. pag. 132. Scripsit etiam

Apologias adversus hæreticos, si fides est Joanni a S. Anton. to. 2.

MDLXIX.

GALFREDUS GALLUS de *Bria*, latine Brigensis, oppido Insulæ Franciæ non multum a Parisiorum urbe dissito, Custos Parisiensis anno 1242. una cum quatuor Magistris Parisiensibus jussu Haymo-

monis Generalis Ministri Ord. Min. exposuit, misitque Bononiam ad Comitia Generalia

Regulam S. Francisci; & vocatur *Expositio quatuor Magistrorum* pluries vulgata in Monumentis Ordinis, & in Speculo Minorum, seu Firmamento trium Ordinum; Incipit autem: *Reverendo in Christo Patri Fratri H. Ordinis Fratrum Minorum Generali Ministro, cæterisque Definitoribus in Capitulo congregatis Frater Gaufredus Custos Parisiensis, Fr. Alexander de Ales, Fr. Joannes de Rupella, Fr. Robertus de Bastia, & Fr. Rigaldus reverentiam* &c. Attamen Alvarus Pelagius *de Planctu Ecclesiæ* lib. 2. cap. 67. ait: *hanc literam sic exponunt* QUINQUE *Magistri Theologiæ Parisienses scribentes Capitulo Generali Fratrum Minorum, sc. Frater Gualdifridus, Frater Alexander de Ales* &c.: & etiam Petrus Joannis in sua Regulæ Expositione cap. 2. inter primos ejusdem Regulæ Expositores *Fr. Gaufredum Parisiensem Custodem* enumerat; & Bartholomæus Pisanus Conform. ix. par. 2. in Regulæ Expositione; autorque Serenæ Conscientiæ quæst. 3. asserunt, *quatuor Magistros* una cum *Fr. Gaufredo Parisiensi Custode*; uti & in Constitutionibus Martinianis anno 1430. compilatis capite 1. habetur. Cur autem vulgo dicta fuerit *Expositio quatuor Magistrorum*, haud satis dispexi; fortasse, quod tunc *Fr. Galfridus* nondum, vel nunquam fuit sac. Theologiæ Magister. Extat hæc *Expositio Regulæ* ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 30. versus claustrum cod. 734. in fol. post *Improbationem Mag. Francisci Asculani*, ubi etiam dicitur *Gaufredus Custos Parisiensis* cum quatuor *Alexandro de Halis, Joanne de Rupella, Roberto de Bastia, & Rigaldo* eam edidisse; ut habetur & scam. 14. versus Ecclesiam cod. 166. in 4.

Extitit eodem tempore, vel paulo post & *Fr. Godefredus de Viersou sac. Theologiæ Magister* in Vita B. Isabellæ commemoratus cap. 2. apud Bolland. Act. SS. Continuat. ad diem 31. Augusti, ut unus e quatuor Magistris Ordinis Minorum, quibus usa est *B. Isabella* ad Regulæ sui Monasterii examen una cum *Fr. Bonaventura, Fr. Gulielmo de Melitone, & Fr. Gulielmo de Harcombaut*.

748.

GALFREDUS DE FONTIBUS = hunc non Minoritam, nec alterius Instituti Regularis, sed Doctorem secularem Canonicum Leodiensem, & Parisiensem fuisse, claræ habemus ex Gulielmo Worilongo Franciscano in 4. Senten. d. 49., ubi eum inter Parisienses Doctores *seculares* recenset; & antiquior autor, & forsan suppar Raynerius Pisanus Ord. Prædicat. in Pantheologia cap. 38. & 40. *de eleemosina Godefridum* appellat *Cancellarium Parisiensem*; sed & anno 1283. Parisiis contra *Mendicantium Ordines*, eorumque privilegia pro Episcopis, & Parochis disputasse notavit Oudin in tomo 3. Comment. de Script. Eccles. ad an. 1280.; unde & *Antimonachum*, & *Antiregularem*, & *Cancellarium Parisiensem* dicit; idque ex Bulæo sec. 5. to. 3. Hist. Univers. Parisien. ad an. 1283.; & in Catalogo Illustr. Academie. in fine tom. 3. v. *Godefridus de Fontanis*; hinc neque veteres Franciscani, neque ante Waddingum ullus mihi occurrit, qui hunc Minoritis accensuerit. Decepit Waddingum, vel si quem alium, superioris Galfredi Minoritæ nomen. Contra *Godfredum de Fontibus* scripsit *Bernardus Claromontanus* Ord. Prædicat. pro S. Thoma Aquinate circa an. 1292., teste Possevino in Appar. sac. v. *Bernardus Claromont.* Hoc loco Joannes a S. Antonio to. 2. pag. 7. secutus est errorem Waddingi, & aliorum.

M D L X X. 749.

GALFREDUS LINGIUS = de eo Jo: Gerardus Vossius, aliique plures, & post hos Joannes a S. Anton. tom. 2.

M D L X X I. 750.

GALFRIDUS O HOGAIN = de hoc mentio est apud Jacobum Wareum in Scriptor. Hiberniæ lib. 1. cap. 10., & Joannem a S. Antonio tom. 2.

M D L X X I I. 751.

GALIANUS DE MAUTINA = hunc undenam habuerit Waddingus, ut sæpe numero solet, non exponit; nec quando vixerit, quisve fuerit; fides igitur sit apud ipsum. *Galianum* certe oppidum est in Salentinis inter Alexanum, & Uxentum civitates; *Mautinam* nondum invenire potui; nisi sit legendum de *Martina*, quod oppidum extat in Apulia inter Monopolim, & Hostunum urbes. Petrus tamen de *Mautina* legitur infra, qui vixisse videtur anno 1640. in diœcesi Hydruntina Ordinis Capuccin., qui & alias dicitur de *Martina*; Neapolitani enim *R* vertunt plerumque in *V*. Legi locum de *Mutina* diœcesis Neritonen.: an de *Mautina*?

M D L X X I I I.

GANDULPHUS SICULUS Regul. Observ. vir pietate insignis, Romanis Pontificibus charissimus, ab Eugenio IV. Montis Sion, & Terræ sanctæ Guardianus electus est anno 1438. adnitentibus S. Joanne Capistran., & Alberto Sartian., & Orientalium provinciarum Indiæ, Æthiopiæ, Ægypti, & Hierusalem Commissarius Apostolicus anno 1444.; scripsitque inter alia

Relationem de statu rerum Orientalium, ut est apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1438. n. 24., & 1444. n. 52. & 54.

Hic videri potest ille *Gandulphus Agrigentinus*, qui jam Vicarius provinciæ Siciliæ anno 1449. Ordinis Comitiis in provincia Tusciæ coactis interfuit ex cit. Waddingo ad eum annum num. 16., ut conjicit Joannes a S. Anton. tom. 2.

M D L X X I V.

GANDULPHUS DE URBINO Italus provinciæ Piceni publicavit incerto nobis tempore

Opusculum de nobilitate Virginis Mariæ, ut ex Antonio Daza perhibet Petrus de Alva col. 558. Militiæ univ. apud Joannem a S. Anton. to. 2. pag. 35., ubi dicitur *Gnandulphus*.

M D L X X V. 752.

GARGANUS SENENSIS = *Augustini* vel filius, vel cognomento, Minor. Conv. sacræ Theologiæ Magister, & aliquando Commissarius Generalis in Italia scripsit etiam;

Commentarios in Philosophiam, & Theologiam, qui mss. Senis asservantur. Florentiæ in Bibliotheca Salviata extat codex membr. ms. n. xxii. hoc titulo:

Garganii Senis (leg. *Senensis*, vel e *Senis*) *de ratione subjecti generis, subjiciendique causa: ad Jacobum Salviatum virum clarissimum, & doctissimum anno* MCCCCXCIII., teste Ang. Mar. Bandino in *Specimine Literaturæ Florentinæ* &c. an. 1748. Florentiæ vulgato pag. 163., ubi notat ejusdem *Garganii* meminisse Nicolaum Angelium Bucinensem in epistola ad Joannem Salviatum data, & Macrobii Operibus Florentiæ a Junctis excusis præmissa, atque Stephanum Sterponium Pisciensem eidem episto-

stolam misisse ms. in codice Salviniano extantem. Hic anno 1488. institutus fuit *Regens Gymnasii* in Conventu Senensi ad triennium ex Actis mss. Capituli Generalis eo anno Cremonæ celebrati, & ex Regesto Ordinis de prov. Tusciæ p. 1., in quo mentio ejusdem habetur etiam sub anno 1509. die 27. Novembris, quod ei nonnulla concedantur, quæ spectant quoque *ad legendi munus*, ad preces Domini Sigismundi de Ghigiis. Porro quæ causa ipsi fuerit scribendi libros *de authoritate Protectoris Ordinis*, quos refert Waddingus, apparet ex literis Julii II. *Æquum, & consonum* anno 1505. datis Ægidio Amerino Ministro Generali, quas memorat Petrus de Alva in Indic. Bull. Seraph. sub anno 1504. n. 57., extantque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci una cum literis ejusdem Generalis Ægidii ad Ministros, & Discretos provinciæ Bononiensis, atque ex Bulla Sixti IV. *Sancta Minorum Religio* alterius Gregorii XI. de eodem argumento confirmatoria in fine primæ partis *Monumentorum Ordinis Minorum* assutæ; in quibus autumatur, complures Ordinis Fratres contempta Ministri Generalis autoritate ad Protectorem Ordinis confugere. Obiit hic Scriptor anno circiter 1523., teste Mariano Florentino apud Antonium Terrincam in Theatro Hetrusco Minorum par. 3. tit. 1., idque die 19. Decembris in patria ex Pompis Senensibus par. 1. tit. 14. num. 50. eum celebrem Theologum dicentibus, citantque Sixtum Senensem in Bibliotheca sancta, post quem & Rodulphius lib. 3., & 2. fol. 231., ubi asserit floruisse *sub Iulio II.*, aliique plures, post quos & Joannes a S. Antonio de illo agit to.2.

M D L X X V I.

GARGANUS SENENSIS senior *Ordinis Minorum magnus concionator* celebratur ab antiquo autore Chronici Senensis in tom. 15. Rer. Ital. Script. sub diem 18. Junii anno 1383. Erat autem anno 1382. Florentiæ contra hæreses Inquisitor; annoque 1384. constitutus est provinciæ Hetruriæ Minister ex Tabulario Conventus S. Crucis Florent., ubi dicitur *Galganus de Massa* ditionis Senarum. Præter *conciones* autem, & forsan *alia*, quæ ignorantur, Galganus de Massa scripsit etiam *Opusculum* hoc titulo:

Esposizione di alcuni misteri della Messa, quod ms. extat Florentiæ in Riccard. Biblioth. sub P.1. cod. chartac. in fol. ex Indice dictæ Biblioth. pag. 205.

M D L X X V I I. 753.

GARSIAS DE CISNEROS = Strict. Observ. in Extremadura provinciæ Hispaniæ, anno 1535. primus Minister provinciæ S. Evangelii, Mexicique constitutus est; obiitque circa annum 1540. ex Gonzaga par. 4., reliquitque

Conciones varias idiomate mexicano scriptas diebus festis populo perlegendas; de quibus & Antonius Leon in Biblioth. Orient., & Occident. Indica, & Joannes a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

M D L X X V I I I. 754.

GARSIAS *alius* = cujus meminit Rodulphius lib. 3., aliique post eum; atque ex nomine ducimus fuisse eum natione Hispanum; & forsan est *Garsias de Quiroga* olim provinciæ S. Jacobi Minister vir gravis, & doctus, qui decessit an. 1537. Lucentiæ in citeriore Hispania in Sacello a se constructo repositus; ut narrat Waddingus in Annal. sub annum 1337. *n. 9.*

M D L X X I X.

GARSIAS MANRIQUE Hispanus, ut admonet Petrus de Alva col. 488. Militiæ universæ, scripsit cum aliis

Epistolam ad Summum Pontificem Paulum V. pro definitione mysterii Immaculatæ Conceptionis, quam refert Antonius Daza cap. 25., ex Joanne a S. Anton.

* GASPAR BARREIDOS = v. *Franciscus a Matre Dei* supra.

M D L X X X. 755.

GASPAR A S. BERNARDINO = Regul.Observ. provinciæ Portugalliæ alumnus vernacule Opus suum edidit anno 1611. in 4. typis Vincentii Alvarez; & *Descriptionem terrestris Hierusalem* ibidem, ex Joanne a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

M D L X X X I.

GASPAR A CONCEPTIONE Lusitanus provinciæ Portugalliæ alumnus scripsit, ut refert Joannes a S. Anton. tom. 2.,

Dietam salutis cusam Ulyssipone an. 1620. in 12., teste Nicolao Antonio tom. 1. Biblioth. Hisp. pag. 401. Sed hoc *Opusculum*, salutem sub hoc titulo, tribuitur S. Bonaventuræ; forsan hispanicum fecit, vel aliud ejusdem tituli confecit.

M D L X X X I I. 756.

GASPAR DE FONTE = hujus sunt

Constitutiones ad regimen Monialium provinciæ Castellæ. Matriti anno 1648. in fol., teste Joanne a S. Anton. in append.

Historia Capituli Generalis Toletani edita est hispanice Matriti anno 1636. in 4. ex Indice Bibliothecæ Barberinæ tom. 1. Edidit etiam hispanice

Apologias plures Ordinis Minorum, ex Relatione suæ provinciæ, teste Joanne a S. Anton. tom. 2. Obiit electus *Episcopus Bejembensis* in Mediolanensi ducatu, teste Petro de Alva col. 491. suæ Militiæ universæ; sed reponendum forsan *Bobiensis*.

M D L X X X I I I.

GASPAR FRANCHI Asisias Minor. Conv. sac. Theologiæ Magister rectis pluribus sui Ordinis Gymnasiis anno 1641. retulit titulum Ministri provinciæ Terræ Sanctæ, inquit Franchinus sæpe citatus n. 152.; ego tamen invenio eum in approbatione *Scoti Moralis* Bonaventuræ Theuli anno 1649. facta se Ministrum provinciæ Saxoniæ subscripsisse. Plura quidem ipse scripsit, sed pauca vulgavit, nimirum solum librum

De distinctione totius essentialis a partibus contra Philippum Fabri Faventinum. Perusii anno 16 . . . in 4. typis Zecchini.

Logicam parvam nomine alieno vulgatam fuisse scribit Theulus, qui eodem tempore vixit, & addit scripsisse:

De Metheorologicis: extant autem mss. Asisii in Bibliotheca magni, sacrique Conventus S. Francisci.

Paraphrasis in libros de physica auscultatione. tomus 1.

Paraphrasis in libros de anima; generatione, & corruptione. tom. 2.

Expositio in tractatum Ciceronis de Fato. tom. 3.

De Trinitate, Angelis, & Incarnatione. tom. 4.

De Virtutibus Theologicis, & Moralibus: (Theulus addit, scripsisse etiam *De auxiliis divinæ gratiæ*.) tom. 5.

De septem Ecclesiæ Sacramentis. tom. 6.

Explicatio Cantici Canticorum applicati Immaculatæ Conceptioni. tomus 7. Insuper scripsisse Theulus ait:

In unam ex epistolis S. Bernardi: &

Historiam brevem Ministrorum Generalium, & *Doctorum Ordinis Minorum*. Videtur autem obiisse circa annum 1650.

M D L X X X I V. 757.

GASPAR GARCIA =

M D L X X X V. 758.

GASPAR DE LEON = Regul. Observ. Legionensis scripsit etiam

Destructorium Repetitionis editæ a quodam Magistro Ord. Prædicat. in Conventu Salmantino de præmiis, quæ debentur meritis mortificatis per pœnitentiam dignam vivificatis ms. incipiens: *Tanta est virtus patis*: ex Joanne a S. Anton.

M D L X X X V I. 759.

GASPAR A S. MICHAELE = hujus secundus liber

De miseriis humanis sex mille carminibus conflari dicitur. Scripsit insuper

Manuale Doctorum eodem indico idiomate in 4., Opus valde utile Apostolicis Ministris.

Super passionem Domini etiam versu ter mille carminibus constans in 4.

De ritibus gentilium eadem lingua in 4.

De Vitis Apostolorum, eorumque Symbolo XVIII. mille versibus eodem idiomate digestum in 4.

Dictionarium, & *Artem linguæ Canarim*.

Dictionarium aliud eodem idiomate, & *lusitano*.

Concionum de tempore, & *de Sanctis* eodem idiomate volumina 4. Hæc omnia recensentur a Paulo a Trinitate ejusdem Instituti, ejusque magistro lib. 1. Chron. provinciæ S. Thomæ cap. 69.; Andreas vero Barcia in Biblioth. Indica tit. XVI. pag. 528. addit

Libros de VII. Sacramentis.

Baculum pastoralem:

Symbolum Fr. Ludovici Granatensis:

Symbolum Cardinalis Bellarmini: in idioma indicum transtulisse; de quo & Joannes a S. Antonio tom. 2.

M D L X X X V I I.

GASPAR DE PINAROLO Subalpinus prov. Pedemont. Capuccinorum alumnus ex nobilissima *Purpuratorum* familia, olim Patritius Aurati Equitis & Magistri militiæ filius, ut erat animi robore, & doctrinæ copia munitus, Apostolicus in Vallibus Cadralii Missionarius deputatus opere, & sermone ita se gessit, ut orthodoxis veritatibus incolis explicatis pravitatem hæreticam in aliis regionibus evellere studuerit, & Catholicæ Religionis ritus, traditionesque confirmando Ecclesiasticum regnum ædificarit, quo sathanæ aliud destrueret; scripsitque

Manuale, seu Directorium pro usu Missionariorum, quod ms. extat; ipse vero decessit anno 1631.; cujus meminit Marcus Aurelius Lucerensis in Relatione Missionum apud autorem Biblioth. Cappucin. pag. 137., & Joannes a S. Anton. tom. 2.

* GASPAR DE PURPURATIS = est idem *Gaspar de Pinarolo*.

M D L X X X V I I I.

GASPAR RAOULT Gallus Min. Conventual. alumnus, qui provinciæ S. Bonaventuræ, vel Burgundiæ dicitur, composuit Opus

De foro Sacramentali cum subjuncto de usuris, & *cambiis*; quod anno 1626. demandatum cognitioni, censuræque Theologorum pro editione scribit Franchinus ex Regestis Gener. Ord. n. 154.

M D L X X X I X. 760.

GASPAR SASGERUS = Bavarus natione, ac superioris Germaniæ, seu Argentinæ provinciæ Minister, cujus *Opera contra Lutheranos* primum sparsim, sejunctimque excusa fuerunt, postea unum in corpus congesta prodierunt Ingolstadii anno 1543. in fol. cum præfatione Joannis Eckii, teste Miræo de Script. Eccles. sec. 16. n. 37. Meminerunt hujus scriptoris Rodulphius lib. 3., Gonzaga par. 3. Alphonsus a Castro in epistola, quam libro de justa hæreticorum punitione præmisit, Bellarminus lib. 1. de Missa cap. 5., Waddingus ad an. 1318. n. 38., aliique plures.

Scrutinium Scripturarum, vel *divinæ Scripturæ* prodiit Tubingæ anno 1527. in 8. a *Conrado Pellicano* olim ejusdem Instituti, postmodum desertore, vulgatum. Sed ex tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ pag. 351. ejusdem *Sasgeri*, al. *Scatigeri*, *Scangeri*, vel *Hatgeri*

Scrutinium divinæ Scripturæ pro conciliatione dissidentium dogmatum circa materias de gratia, & *libero arbitrio* prodiit primum Basileæ anno 1522. in 4. Edidit hic etiam

Apologiam status Fratrum Ordinis Minorum de Observantia impressam in 4. sine loco, & anno; quam in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ se vidisse scribit Joannes a S. Anton., qui addit & Trithemium de Scriptor. Eccles. de eo agere; sed forsan erit Trithemii Continuator.

De vita christiana, & *Monastici Instituti ad eam optima quadratura* contra illius temporis hæreticos prodiit in 8. sine loco, & anno; sed ex formis circa annum 1530.; incipit: *Servator noster sanctus*, & *benedictus*: ex Jo: a S. Anton. 10. 2.; sed Waddingus ait ita incipere librum *de libertate evangelica*; at errat. Opus autem in tres tractatus partitum est: in primo agitur de vera, & essentiali Christianæ Religionis perfectione per 9. indagines: in secundo de optima Monastices ad eam capessendam quadratura, & de quinquaginta erroribus, quibus impugnatur: in tertio respondetur ad insultus contra Monasticen produci solitos, & præsertim contra Minoritas, & Clarissas, quorum Regulas impie impugnaverat quidam apostata Minonorita Germanus Lutheranus, forsan supra memoratus *Conradus* Pellicanus ex impostura 9., & alibi circa initium tertii tractatus. Ejusdem autoris Opus hoc titulo:

Habita Dominicæ precis, quod Pater noster dicitur, ratio secundum divinas literas dumtaxat per V. P. Gasparem Sageram ab Observantibus Franciscanis Guardianum Lipsiæ Marchanicum; anno restitutæ salutis 1534. in 4. dicatum est Alberto S. R. E. tit. S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali Magdeburgen. & Maguntinen. Archiepiscopo Principi Electori &c., & excusum Lipsiæ apud Michaelem Blum, ut refertur in *Analectis litterariis* de libris rarior. Frider. Gotthilf. Freytag pag. 799.

M D X C. 761.

GASPAR SGERRA = leg *Sghemma* sacræ Theologiæ Doctor, Panormitanus in patria, Neapolitanique Gymnasii apud suos moderator; provinciarum S. Angeli, Calabriæque studiorum, nec non in propria Siciliæ, atque Neapolitana Visitator; suæ

suæ demum provinciæ anno 1624. Commissarius, mox etiam Minister constitutus præter id, quod Waddingus retulit, plura alia scripsit.

Conciones sex in laudem B. Virginis pro Sabbatis Quadragesimæ. Catanæ anno 1628. in 4. italico idiomate.

Conciones in Subbatis Quadragesimæ cum Sermonibus super septem verbis Christi in cruce prolatis, aliisque quinque extraordinariis concionibus italice prodierunt Catanæ eodem anno 1628. in 4. per Jo: Rubeum, quæ editio extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Sermones de Christo, & Christiparu. Ibidem apud eumdem in 4., ut inquit Mongitor, & Joannes a S. Anton.; sed videntur iidem ac *Sermones de Beata Virgine in Subbatis Quadragesimæ*.

Conciones de electione Ministri Provincialis, & de sacris Stigmatibus S. P. Francisci. Panormi 1639. in 4. apud Alfonsum Isolam.

Quadragesimale cum concionibus de B. Virgine in Sabbatis. Ibidem anno 1655. in 12. apud Franciscum Terranovam.

Libros de orthodoxu fide addit Baronius in Siculæ Nobilit. Amphitheatro; ut ex ipso, & Mongitore habet Joannes a S. Anton.

Conciones in præcipuis B. V. M. festis diebas. Panormi anno 1630. in 4. italice.

Conciones super annuu Evangelia. Ibidem eodem anno in 4. eodem italico idiomate etiam ex Indice Biblioth. Barber.; & in Ferrariensi Bibliotheca S. Francisci habentur hoc titulo: *Conciones super Evangeliis festivis, annuisque Dominicis u Virginis Assumptione, cum iis, quæ in Adventu fieri solent, aliisque extraordinariis concionibus*. Panormi per Alfonsum de Insula an. 1630. in 4.

Sermones de Eucharistia, Immaculatæ Conceptione, & Corona Stellarii B. V., cum duobus sermonibus S. Casimiri Regis, & S. Theresiæ. Panormi anno 1643. in 4. per Alfonsum de Insula ex Indice Biblioth. S. Francisci Ferrar.

Conciones super multis mysteriis passionis D. N. J. Christi. Italico itidem idiomate Innocentio de Maximis Catanæ Episcopo dicatæ.

Scoticæ Digressiones cum Commeat. in octo libros Physicoram in duas partes divisæ. Panormi anno 1635. in 4. typis Alfonsi de Insula

Manuale Scoticum in 4. libros Sententiaram. Ibidem an. 1638. in 12.

Enchiridion Scoticum in Organum Aristotelis prodiit ibidem anno 1648. in 16.

De Deo trino, & uno, ipsiusque essentialibus, & notionalibus ad intra. Ibidem an. 1645. in 4. apud Alfonsum de Insula, & iterum anno 1652.

De Dei visione, lumine gloriæ, fruitione, beatitudine, prascicatiu, & prædestinatione. *Tomus 2. Opusculorum Scoticorum*. Ibidem an. 1652. in 4. apud Petrum de Insula; extantque Romæ apud nostros.

Scoticum Opusculum de scientia, & voluntate Dei in ordine ad ultimum finem. Panormi anno 1651. in 4. typis Petri de Insula, extatque similiter Romæ in Bibliotheca SS. Apostolorum Min. Conv.

Philosophiam reliquam, & Metaphysicum eum scripsisse testatur Typographus Alfonsus de Insula in fine primæ partis *Scoticarum Digressionum*; uti & Augustinus Superbus autor coævus in ms. Catalogo Script. Ord. Min. in append., ubi

De Incarnatione Verbi librum unum, & quædam alia super Theologiam conscripsisse tradit. Ejus etiam magna cum laude mentionem agit Fbilippus Cagliola in Sicula provincia Minor. Convent. explor. 3. manifest. 2., Marracius, Theulus, & Franchinus n. 155. Meritis tandem plenus, & bonoribus decessit Gaspar Sghemma Panormi die 24. Julii 1657. in Cœnobio SS. Annunciationis sui Ordinis, in cujus Ecclesia ad tanti Viri memoriam servandam hæc lydio lapidi insculpta legitur inscriptio relata a Joanne a S. Anton. in append. tom. 3. Biblioth. Francisc.

„ R. A. P. Gaspar Sghemma Ord. Minor. magnus Theologus, magnus ecclesiastes admirationi nostro natus seculo, profundam cujus doctrinam probavit Neapolis, orbis exinde universus, qui vel de facie vidit, vel de scriptis novit. Sexagenario major extinctus est, si modo gemma extinguitur, æternum quæ lucebit. Franciscani omnes mærore magno magistro bono parenti posuere.

M D X C I. 762.

GASPAR TRULLENCK = provinciæ Coloniensis scripsit versus finem seculi xv., cum responderit *Fr. Alexandro Ariosto*, qui vixit sub Sixto IV., & an. 1480., ut ibi dictum est. Quare perperam Franchinus suis Scriptoribus seculi xvi. hunc inseruit ex silentio Rodulphii; cum Rodulphius plurimos omiserit, uti & Gonzaga, Willotus, & si qui alii ante Waddingum scripserunt.

M D X C I I. 763.

GASPAR DE VERGERA = Granatensis provinciæ Reg. Observ. concionator Opus relatum a Waddingo edidit vernacule in 4.; nec non

Panegyrim in Canonizatione S. Andreæ Corsini. Granatæ 1629. in 4. per Martinum Fernandez, ex Joanne a S. Anton.

M D X C I I I. 764.

GASPAR A VIGACHOAGA = Toletanus typis Didaci de Cusio Opuscula sua vulgavit in 4.; scripsitque etiam, teste Nicolao Antonio tom. 1. Biblioth. Hisp. pag. 410.,

Tractatum de obligatione Episcopi Religiosi impressum Matriti anno 1631.; sed iste, ut advertit Joannes a S. Anton. tom. 2., idem videtur ac ille *Fr. Francisci de Sosa* ibidem, & eodem anno impressus; nisi ambo idem argumentum tractarint, & ediderint.

M D X C I V. 765.

GASPAR DE UZEDA = Regul. Observ. composuit etiam., & ad S. Pium V. transmisit anno 156 . :

Regulæ nostræ Explicationem, quam adducit Emmanuel Rodericus in Quæst. Regul., & Canon. tom. 1. q. 26. art. 4., & suum appellat præceptorem; ejusdemque meminit & tom. 3. quæst. 15. art. 8., & inter viros Ordinis sui, suique temporis Operibus celebres recenset: alibi etiam cum citat in Summa q. 1. cap. 12. n. 4., & cap. 189. n. 8.; nec non in Bulla Cruciatæ de Compos. cas. 10. n. 40. Hic anno 1599. approbavit Opus *Controversiarum* Joannis de Rada. Scripsit etiam vernacule

Commentaria in Job; & *in aliquot psalmos pro Defunctis*.

Expositionem Evangelii: Exiit edictum: & *in aliqua Matthæi, Lucæ, & Joannis capitu*.

In Epistolam primam ad Corinthios; *ad Romanos*; *& ad Hebræos Commentaria* in 4. Tra-

Tractatum de peccatis ad atam roacionatorum.

Cociones quadragesimales, Mariales, vespertinas, ac de Defunctis. Quæ omnia eodem sermone hispano mss. in uno volumine habentur Salmanticæ in Bibliotheca Conventus S. Francisci, teste Joanne a S. Anton. tom. 2.; Petrus vero de Alva col. 495. suæ Militiæ univ. scribit, se & Matriti legisse *Commentarium in Epistolam ad Hebræos.* Certe ejus

Defensio status Minorum Regularis Observantiæ ms. extat Matriti in Ordinis Archivo Generali, ex cit. Joanne a S. Anton. tom. 2.

M D X C V.

GAUDENTIUS PERUSINUS Observ. Reformat. provinciæ S. Francisci Umbriæque scripsit

Descriptionem ejusdem *provinciæ S. Francisci*; quam ms. habuit Petrus de Alva ex col. 498. suæ Militiæ, teste Jo: a S. Antonio.

* GAUFRIDUS = Vide *Galfridus.* Petrus de Alva tabula 1. *Galfredum*, tabula 2. *Gaafridum* facit *Expositorem Regulæ S. Francisci*, eumque secutus Joannes a S. Antonio tom. 2., neque animadvertunt eumdem esse.

M D X C V I.

GENESIUS DE QUESADA Hispanus provinciæ Carthaginensis Regul. Observ. primum alumnus, exin ad illam S. Gregorii in Philippinis translatus a Confessionibus fuit V. Matris Hieronymæ a Conceptione, post cujus beatum ad cœlos transitum scripsit

Vitam ejusdem V. Matris Hieronymæ a Conceptione Clarissæ anno 1630. defunctæ, vulgatam, & auctam postea anno 1717. a Fr. Augustino Matritensi. In Japponiam demum animarum salutis zelo cum transfretasset, Martyrii palma instar Apostolorum Principis coronatus fuit anno 1633., ut est apud Joannem a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca, qui admonet ejus meminisse Antonium de Huerta in Hist. S. Petri Alcantar. lib. 3. cap. 15., & Tiburtium Navarram in S. Petro de Alcantara cap. 17.; Operis vero memorati mentionem facere Bartholomæum Latonam in prologo lib. 1. *Perfecta Religiosa* n. 2.

M D X C V I I.

GENESIUS RAVIGNANI Tertii Ordinis S. Francisci Regularis ex oppido S. Genesii provinciæ Marchiæ Anconitanæ scripsit seculo XVII.

Historiam vulgari italicoque stilo, quæ ms. servatur in Archivo Conventus ejusdem Tertii Ordinis extra mœnia S. Genesii, teste Dom. Octavio Turcho in *Camerino sacro* lib. 2. cap. 2. n. 5. p. 122.

M D X C V I I I. 766.

GENTILIS CINGULANUS = non Possevinus tantum, sed omnium primus antiquus autor, & fere suppar Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. inter scriptores Ordinis Minorum huic *Gentili* adscribit *tria Opuscula* e græco in latinum translata; quem postea secuti sunt Rodulphius, Possevinus, aliique, qui eadem attribuunt etiam *Angelo Clareno* al. *Ciagnlensi* secuti pariter Pisanum Conform. XI. par. 2. in prov. Marchiæ Custodia Anconitana; ac loco Cinguli ista hæc *Angelo de Cingulo* tribuentem. Hinc factum est, ut duo hi apud scriptores confusi legantur, & modo unum, modo duos efficiant; unus est apud Marcum Ulyssiponensem Chron. par. 2. mendose *Joannes a Cingulo*; unus *Gentilis a Cingulo* apud Gonzagam de Scriptor. Min.; & unus dumtaxat *Angelus Clarenus* apud Willottum in Athenis Franciscanis; quam quidem rem ita compones, ut, quemadmodum jam dictum est supra in *Angelo de Cingulo*, vel *Clareno*, existimes *Gentilem Cinguleasem* nuncupatum etiam fuisse Ipsum *Angelum Clarenum*; quod quidem verisimilius videtur. Certe *Fr. Gentilis de Marchia* anno 1317. memoratur in Bulla Joannis XXII. a Waddingo relata in Annal. Min. ad eum annum n. 12. inter Fratres *Spirituales*, vel Spiritualium sectatores, Ordinisque refractarios a Pontifice Avenionem accitos, citatosque.

Joannes a S. Anton. tom. 2. scribit, se errasse cum Waddingo *translationem Joannis Climaci* e græco, & *Opuscula* adscribendo *Angelo Clareno*, cum tribuenda esse dicat *Gentili Ciagulano*; tamen non in eo erravit, sed in hoc, quod diversos scriptores illos esse putavit.

M D X C I X. 767.

GENTILIS E MONTEFLORUM = Bartholomæus Pisanus, qui paulo post hujus exitum vivebat, scribebatque, Conform. VIII. par. 2. hunc dicit *sacræ Theologiæ Magistrum, ob probitatem scientiæ, & Opusculorum fuisse S. R. E. Cardinalem*; quare Marcus Ulyssiponensis Chron. par. 2. lib. 7. cap. 3. ex Trithemio, & Mariano tradit, eum scripsisse

Plures Theologiæ libros; quod habet & Rodulphius lib. 2. & 3., qui tamen amissi creduntur. Ejus

Legationis literarum registrum extat ms. in Bibliotheca Vaticana num. 4013. ex Catalogo apud Montfaucon tom. 1. Biblioth. mss. pag. 114.

Constitutiones ejus pro regno Hungariæ anno 1309. editæ in Conventu Posoniensi, incipientes: *Varietati morborum*: dum illic Legati Apostolici munere fungeretur, leguntur apud Raynaldum in Continuat. Annal. Eccles. Baron. ad an. 1346. num. 73. hoc titulo: *Acta Conventus Posoniensis*; nec non in Labbeana Conciliorum Collectione.

Acta, & *Constitutiones* alias pro Ecclesia, & Regno Hungariæ editas Budæ, & apud Pestum ex ms. Vaticano vulgavit Dom. Mansi in tomo 3. Supplementi ad Concil. Labb. Lucæ col. 307. & seqq.

Obiit non Avenione, sed *Lucæ* in Hetruria ex Regesto Pontif. Joannis XXII. apud Spondanum in Continuat. Annal. Eccles. sub an. 1314. n. 11.; & quidem anno 1312. mense Junio *Lucæ* dedit Gentilis literas Abbati, & Conventui Septimiano Ordinis Cisterciensis, quas publicavit Dominicus M. Manni tom. 5. Observ. Hist. ad vetera Sigilla medii ævi pag. 101.

M D C. 768.

GEORGIUS AMBIANENSIS = hunc laudibus ornat Christianus Lupus tom. 6. de peccat., & satisfact. Indulgentiis cap. 1., de eoque & Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Cappucin. Ipse autem & concionator clari nominis, singularique apud Gallos doctrinæ opinione præfulgens plura, eaque eruditissima Opera in lucem emisit; quorum

Tertullianus redivivus prodiit Parisiis anno 1646., 1648., & 1650. in fol. apud Michaelem Soly.

Trina S. Pauli Theologia positiva, moralis, & mystica, seu omnigena in S. Pauli Apostoli Epistolas Commentaria tomis 3. in fol. Ibidem anno 1649. & 1650. apud Dionysium Thierry.

Theologia SS. Patrum in sex tomos distributa, quæ ms. in fol. asservatur Parisiis in Cœnobio PP. Capuccinorum, ubi ille obiit sexagenarius an-

no

no 1657., ex autore Biblioth. Capuccin., ex quo Joannes a S. Anton.

M D C I. 769.

GEORGIUS ANTONIUS BRIXANUS = Regul. Observ., qui *Gaspar Antonias Rioxano* dicitur ab autore Bibliothecæ Hispanæ, *Georgius Antonius Riojano* a Joanne a S. Anton. tom. 2., cujus *Hierarchia Seraphica*, seu conciones de Sanctis Seraphicæ Religionis, vernacule prodiit primum Pinciæ an. 1633. apud Viduam Joannis Lasso; postea Matriti an. 1640. in 4.; quam demum latinitati donatam a *Fr. Petro Rota* Capuccino Germano legimus impressam Moguntiæ an. 1683. typis Viduæ Joannis Petri Zubrodt.

Discursus morales pro diebus Quadragesimæ prodierunt Matriti an. 1641. in 4. per Carolum Sanchez.

Oratio funebris in exequiis illustrium Patronorum suæ provinciæ cusa est in 4., teste Petro de Alva col. 500. Militiæ, ex quo Joannes a S. Anton.

* GEORGIUS ARCHANGELUS LESLÆUS = v. *Archangelus Leslæus*: ita enim vocabatur in Ordine.

* GEORGIUS BENIGNUS DOGLIONI = v. *Georgius Utinensis* infra

M D C I I. 770.

GEORGIUS BENIGNUS = de Salviatis Dalmata, sive Bossinensis Minorum Conv. sacræ Theologiæ Doctor illustris, & concionator eximius; cujus originem, ac vitæ partem ab ipso audire est in epistola sua ad Senatum Ragusinum Operi *De natura angelica* anno 1498. præfixa in hunc modum scribente: *Me profecto non in parva totius Italiæ, atque propria calamitate constitutum ut filium complexi estis, benigneque susceptam hospitio liberaliter, ac munifice tractastis; atque cum filii locum apud vos dumtaxat expetiissem, patris, ac præceptoris dignitatem summo cum honore mihi detulistis. Equidem Argentina* (Bossina), *totoque Illyrico a Turcis occupato* (quod factum est anno 1463. & 1464.) *puer admodum e manibus sævissimorum hostium ereptus satis tenera ætate ad Italiam delatus sum, in qua & sapientiæ studio ut plurimum incubui: namque & Parisiis, & in extrema Britannia, quam Angliam vocant, Theologiæ vacavi. Inde post tres fere triginta annos partim inimicorum acerbitate, partim cognatorum amore quum ignotam patriam repetiissem, & extraneus essem fratribus meis, & filiis matris meæ peregrinus; vos me singulari amore estis prosecuti; vos hospitio suscepistis; vos agnovistis; vos beneficia contulistis; his mihi, ut jam dixi, calcaria præbuistis: & non modo his, sed fide, magnificentia, magnanimitate, & frugalitate vestræ urbis præclarissimorum civium, atque patrio quodam amore, cujus quidem vim maximam esse omnibus exploratum est. Natura enim in cunabulis nostris afficimur, & loca diligere cogimur, in quibus pueri reptavimus: & quia nescio me ulli, quam vobis obligatiorem. Multæ profecto mihi cum Principe, & civitate Urbinatensi obligationes, nec solum cum Federico illo, aut Octaviano fratre suo Mercatelli Comite viro prudentissimo, atque integerrimo, verum etiam cum hoc præsenti Guido Ubaldo, cui divinarum rerum primus alumnus, atque minister fui, Duce profecto in armis ferocissimo, & in græca, latinaque lingua eruditissimo. Plurima cum domo inclyta Medicum, atque tota civitate Florentina: sed vobiscum non minores, immo potius & majores extant* &c. Et in *Opusculo* etiam, cui titulus *Prophetica solutiones* anno 1497. edito narrat cap. 1. par. 2. post Florentinum tumultum (qui anno 1478. in Medicorum familiam factus fuit) se ignotam patriam repetiisse, Christianos diro Turcarum jugo oppressos non sine lacrymis aspexisse; & consanguineos quosdam, quibus extraneus, & peregrinus erat factus, sub immani servitute detentos reperisse.

Post annum 1472., defuncto Cardinali Bessarione, cui gratissimus erat, ductus est Urbinum a Friderico Duce, donatusque civitate in nobilem *Feliciorum* familiam cooptatus invenitur; at mortuo Friderico anno 1482. Florentiam se contulit, ubi Patribus Cœnobii S. Crucis aggregatus anno 1485. Theologorum Collegio Florentino nomen dedit die 5. Martii ex Catalogo illius Universitatis, ubi dicitur *Magister Georgius Benignus de Feliciis de Urbino*: postmodum est *Regens* Gymnasii sui Ordinis constitutus anno 1488. in Capitulo Generali Cremonæ 25. Maji ex Regesto Ordinis; mox fidei quoque contra hæreticam pravitatem *Inquisitor* in eadem urbe; sequentique anno in nobilissimam *Salviatorum* familiam ascribitur, & adoptatur: anno vero 1490. provinciæ Tusciæ Minister declaratus Pisis etiam publice Metaphysicam, & Theologiam docuit stipendio 150. aureorum conductus. Verum dum anno 1497. Hieronymi Savonarolæ edita *Apologia* patrocinium suscipere temasset, civium, Medicorumque indignationem incursus solum vertere coactus est; quapropter Ragusium reversus docendi publice munus obtinuit, habendarumque concionum usque ad annum 1500., quo Interamnam ad Comitia Generalia se contulit, ibique unus fuit illorum Magistrorum, qui *Constitutiones Alexandrinas* pro Minoribus Conventualibus ediderunt, ut in fine dictarum Constitutionum habetur. Post hæc Romam accitus anno 1502. die 17. Junii Conventui SS. Apostolorum aggregatur, Paterque ejusdem declaratur; & tandem anno 1507. ad Ecclesiam Calliensem promovetur; & anno 1512. ad Nazarenum Archiepiscopatum transfertur a Julio II., ubi videtur obiisse circa annum 1520., cum scripsisset, edidissetque

Quæstiones de natura angelica IX. *libris, & in modum dialogi* conflatas, Ragusinoque Senatui dicatas, quæ impressæ dicuntur Florentiæ anno 1499. in 4., extantque Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis cum epistola ad Ubertinum Risalitum. *Gregorii Benigni Salviati Fratris Seraphicæ Religionis ad Laurentium Medicem Opus de natura angelica*: ita habet codex ms. 16. membr. Bibliothecæ Laurent. Mediceæ plut. 18.; sed in correctiore altero codice ejusdem plutei dicitur *Georgius Benignus* ex Catalogo apud Montfaucon tom. 2. Biblioth. mss. pag. 236., & 381.

Volumen de Dialectica nova missum ad adolescentes optimæ indolis Joannem Sedis Apostolicæ Protonotarium, qui postea *Leo X.* fuit, & Petrum Laurentii Medici filios, quorum præceptor erat, circa annum 1489. prodiit Romæ in 4. nova, & eleganti methodo, styloque compositum.

Vexillum christianæ victoriæ. Forsan est, quod alii vocant *Contemplationes Christianas* ad Franciscum I. Galliarum Regem, qui regnare cæpit anno 1515.

Dialogum Apologeticum ad Ubertinum Risaliti Flo-

Florentinum patritium, ejusque discipulum, titulo indito *Prophetica solutiones pro Hieronymo Savonarola Ord. Prædicat.* anno 1497. excusum Florentiæ per Laurentium de Morgianis, cujus meminit & Bzovius ad annum 1498. n. 23. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum n. 24., & Joannes a S. Anton. tom. 2. ex Bibliotheca Telleriana fol. 60., ubi cum errore alium facit a *Georgio Benigno Italo de Salviatis*, & Typographum corrupte dicit *Laurum Marguteuis*; sequentem vero Georgium Benignum Italum dicit inter *Minores Obervantes* claruisse, cum fuerit *Conventualis*.

Liber de Raptis citatur ab Anonymo, qui paulo post anno 1512. scribebat, in concione Dominicæ 1. Quadragesimæ, qui latine extat ms. chartaceus in 8. in nostra Bononiensi Bibliotheca S. Francisci; scribitque laudatus Anonymus, eum asserere, *dæmonium* illud, a quo Adam, vel Eva tentata fuit, idem illud tentasse Christum.

Opusculum anno 1489. compositum, vulgatumque Florentiæ absque anno, sed hoc titulo: *Georgius Benignus de Salviatis Ordinis Minorum sacræ Theologiæ professor ad magnanimum Laurentium Medicem septem & septuaginta in Opusculo Magistri Nicolai de Mirabilibus reperta Mirabilia præsenti Opere adnotavit*: teste Cerrachino in Fastis Theologicis Collegii Theologici Florent. in addit. pag. 723. Extat autem *Fr. Nicolaus* Ordinis Prædicatorum; idque actum occasione celebris disputationis *de causa mali* habita coram Laurentio Mediceo, Joanne Mirandulano, aliisque pluribus viris doctissimis; cujus tamen Opusculi non meminerunt autores Bibliothecæ Ord. Prædicat. de hoc *Nicolao* tom. 1. tractantes; verum de hac re puto loqui Marsilium Ficinum in Opusculo xv. *Quod necessarium sit ad vitam securitas, tranquillitasque animi* ad Bernardum Canisianum, Joannem Canisium, & Amerigum Cursinum dato anno 1489. illis verbis: *Georgium Benignum Salviatum cognoscitis meum, qui veritatem illam, per cujas nunc vos vestigia passim venando discurritis, jamdiu est sagaciter assecatus: qui & Fratres suos solis instar major ipse Minores illustrat. Hunc igitur, si quidem luporum ululatum audieritis, naucinte: fortissimus ille Georgius omnes facile fugabit lupos, qui & vastum draconem quandoque transfixit. Ille me igitur ille sollicitudine simul & vos levabit.*

Apologiam pro Francisco Maria de Ruvere Julii II. nepote anno 1511. *super Cardinalis Alidosii nece* composuit, cujus meminit & Ughellus in Ital. sac. tom. 2. de Episc. Callien. n. 50., ubi perperam illum dicit *Siculum e Syracasa*, & *Gregorium*.

De Assumptione B. Virginis Mariæ, ut est apud Marracium in Biblioth. Mariana. Ceterum plurimas alias conscripsit

Conciones per annum, & *Orationes varias*, quæ desiderantur, Florentiæ, Pisis, Urbini, Ragusii &c. habitas.

Opus de Gratia scripsit, quod extat Florentiæ in Bibliotheca Riccardiana sub M. 111. cod. membran. in 4. n. 18. hoc titulo: *Georgii Benigni Fratris Seraphicæ Religionis ad virum magnanimum Laurentium Petri Cosmi patris patriæ in Opus septem quæstionum ab ipso propositarum prohemium incipit*. In fine vero legitur: *Finit Opus septem quæstionum a Laurentio Medico viro magnanimo patrio carmine acutissime propositarum*: ex Indice dictæ Bibliothecæ pag. 208. Laurentius autem obiit anno 1492.

Georgii Benigni Salviati artium, & sacræ Theologiæ Prof. Archiep. Nazar. in librum VII. Quæstionum a magnifico Laurentio Medices propositarum ad Leonem X. Pont. Max. cum ejusdem *proœmio in Dialecticam novam ad Joannem Sedis Apostolicæ Protonotarium, & Petrum Mar. Laurentii filios* ms. in Bibliotheca Laurent. Medic. cod. 18. membr. plut. 83. ex Catalogo Montfaucon pag. 402. to. 1.

Commentarios in 4. libros Sententiarum jam elucubratos an. 1512. typis evulgare parabat, uti testatur ejus discipulus, & alumnus Fr. Antonius Saxolinus Florent., qui postea sui Ordinis extitit Minister Generalis, exinde etiam Episcopus, in sua *Illuminata Conscientia* anno eodem publicata cap. 11. tract. 2., in qua multa de eo, ejusque vita cum laude summi viri perhibet; & in epistola ad Jacobum Jo: Salviati Operi præmissa eum *de Salviatis* fuisse scribit.

Alii extitisse volunt Jacensem patriâ, quæ urbs, vulgo *Jaiza*, Bossinæ Argentinæ est Metropolis; alii natum dicunt *Srebarnizæ* in eadem provincia, ac cognomen *Dobrovich*, quod latinis *Benignus* est, tulisse: rectius *Dobrotik*. *Illyricum* sane extitisse fatentur versus utcumque Damiani Banesii Ragusini apud Poccianium in Script. Florent., etsi menduse relati, qui correctiores leguntur initio libri *de natura angelica* cum nonnullis aliis:

„ Ecce quod extremis Scotus fuit ille Britan-
„ nis;
„ Doctus quod Mauris Aureliusve suis:
„ Quod quoque Dalmaticis ardens Hierony-
„ mus undis;
„ Quod Senonum populis Ambrosiusque pius;
„ Illud idem nobis nunc tu, venerande Georgi,
„ Illyrici fateor gloria magna soli.
„ Intima perpetui tibi sunt secreta Tonantis;
„ Et datur angelicos cernere mente choros.
„ Tu bonus, illustris, sapiensque, gravisque
„ Benignus
„ Dictus es; & nostro tempore ubique pius.
„ Tuque Fluentina cantatus in urbe fuisti:
„ Te similis Cosmi Laurus amavit avi.
„ Nicænus Sophiæ te fovit amator honestæ:
„ Te Dux Urbini Martis in arce furens.
„ Defuit ergo nihil, quod posset habere viator;
„ Quæ data sunt vivis, omnia parta tibi.

Epistola latina *Georgii Benigni de Salviatis Archiep. Nazareni* legitur præfixa Operi *de arcanis catholicæ veritatis Petri Galatini* Orthonæ maris anno 1518. excuso; estque ad lectorem in laudem Operis. De eo Cartharius in Syllabo Advocat. Consist. pag. 221., ubi de Julio Benigno Romano Advocato Consistor. anno 1628. functo agit; & Mongitorius in Bibliotheca Sicula tom. 2. in appen. p. 18. ab Ughello deceptus; Seraphinus Ragusæus Ord. Prædicat. Hist. Ragus. lib. 2.; & Epitomes Annal. Ragus. Jacobi Lucari lib. 4.

MDCIII.

GEORGIUS BUCHANANUS Scotus hic recensendus esset, vir ingenii felicitate, scribendique tam prosa, quam versu facultate excellens, & cum quibusvis antiquorum comparandus, & de quo Carolus Utenhonius cecinisse fertur de literaria re, poesique præsertim:

„ Tres Italos Galli senos vicere; sed unum
„ Vincere Scotigenam non potuere novem:

nisi propter apostasiam ab Instituto suo, atque a Religione Catholica perpetuâ apud Catholicos laboraret infamiâ. Ejus versus citantur a P. Riccio-
lio

lio in Prosod. indice 2. v. *præstslsr.* Scripta autem illius omnia prohibentur, excepta, quam Minorita scripsit,

Paraphrasi latine, ac versa in Psalmos Davidicos, cusa Antuerpiæ an. 1582. typis Plantin.; ejusque *Psalmos Davidis* elegantissimo versu musicis notis aptavit Sevianus, edidítque Lugduni anno 1579. Quo tempore composuit etiam

Tragædias Jephte; & *Baptistes*. De eo Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1582. n. 10., Adrianus Furnetus lib. 1. Adversar. cap. 2., Thau Hist. sui temporis, Dempster de Clar. Scot. lib. 2. n. 200., Camerarius lib. 4. cap. 1., Genebrardus in Chron., Cambden., Barchlay, aliique plures, quorum citatus Genebrardus coævus in Chronol. ad an. 1572. eum *bacchicum histrionem*, & *atheam poetam* appellat.

Fuit autem Georgius ex *Leasxia*, al. Lêvinia, nobili, sed tenui loco natus anno 1506. kal. Febr. Parisiis studuit, Burdigalæ, dein in Lusitania, ubi hæresis accusatus in Angliam transiit. Adolescens conturbernio usus est Gavini Duglassi Episcopi Dunkeldensis, quem ipse epigrammate celebrat, ejusque contubernium. Fuit Jacobi VI. Scotorum Regis præceptor; inque hæresim incidit anno 1539. ob idque cum nonnullis aliis ejusdem criminis exilio multatus est. Obiit Edemburgi Scotiæ Metropoli anno 1582. 28. Septembris ætatis suæ annum 76. supergressus. Ejus

Versio in latinam ex anglico Grammaticæ Linacris, de qua Gesnerus, prodiit Lugduni anno 1541. in 8., & Parisiis anno 1540.

Equus in amphitheatro sapientiæ Socraticæ Tragædia.

De rebus gestis Hispanoram ad Diam in India liber 1. tersissimo latino primum in Hispania, postea Romæ cusus sub nomine *Jacobi Tenii*.

Historia Scotarum 20. libris comprehensa omnino prohibetur etiam a Scotis ipsis ex Gulielmo Cambdeno Hist. Anglic. ad an. 1567.

Bucanani Poemata mss. habentur in Bibliotheca secr. Card. Mazarini, ex Catalogo Montfaucon tom. 2. pag. 1328. Scripsit etiam

Sphæram, in quam *Supplementum* edidit Adam Regius, vulgo *Kyag*, Edimburgensis ex Dempstero lib. 16. num. 1090. Hist. Eccles. Scot.

Jambos Simonidis græcos ex Stobæo fecit latinos, & versio extat tom. 2. Poet. Græc.

Opera ejus *omnia* prodierunt Edimburgi to. 2. in fol. an. 1715. cura Thomæ Ruddiman.; & Lugduni Batav. an. 1725. in 4.

Gulielmus Cambdenus Anglus cit. Hist. Anglic. ad an. 1567. inquit: *Bachananus partium studio, & Moravii munificentia abreptus ita scripsit, ut libri isti falsitatis damnati sint ab Ordinibus Regni Scotiæ, quorum fidei plus tribuendum: & ipse coram Rege, cui fuit pædagogus, ingemiscens subinde se reprehendit, quod tam virulentum calamum in Reginam benemeritam strinxisset; moriensque optavit, ut tantisper superesset, donec maculas, quas maledicentia falsa asperserat, revocata veritate, vel sanguine elueret*: & ad an. 1582. habet: *Bachananus factiosorum causam contra Principes jam antea suscepisse dolenter ingemuit; & paulo post obiit. Vir, qui nec cœlo, nec solo, nec seculo erudito, ut ille cecinit, natus, ad summam tamen poeticæ facultatis culmen tam feliciter ascendit, at poetarum hujus seculi princeps merito habeatur*. De eo complures versibus scripserunt, quorum Joseph Scaliger:

„ Postquam laude tua patriam, meritisque bea-
„ sti,
„ Buchanane, tuis solis utrumque latus &c.
„ Namque ad supremum perducta Poetica cul-
„ men
„ In te stat; nec, quo progrediatur, ha-
„ bet.
„ Imperii fuerat Romani Scotia limen;
„ Romani eloquii Scotia finis erit.

M D C I V.

GEORGIUS GAMEFELD Germanus vernacule concinnavit, vulgavitque

De Vitis antiquorum Eremitarum, adjectis illustrationibus, libros 5. Coloniæ an. 1621.

Vitam S. Joannis Chrysostomi. Ibidem, teste Ludovico Dupin sec. 17., quo floruisse dicitur apud Joannem a S. Anton.

M D C V. 771.

GEORGIUS DE PERA = de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum egerunt. *Pera* autem, al. *Peyra* antiquitus est provinciæ Orientis, non *S. Angeli*; potuit tamen ortum habuisse in Oriente, & Ordinem ingressus esse in Apulia, vel aggregatus fuisse provinciæ S. Angeli: nisi sit legendum de *Sera*, vel *Serra* oppido Apuliæ, cujus Cœnobii meminit cit. Rodulphius lib. 2. fol. 300. in provincia Apuliæ S. Angeli Min. Observ. hoc modo: *Locus Serræ S. Angeli*.

Porro hic scriptor accensetur etiam Dominicanis a Razzio, & Fernandez, qui Italum enunciat, & anno 1312. vixisse volunt; a Gozzev, & Pio, qui *Gregoriam* appellant; & ab Altamura, qui putat floruisse anno 1301., addens tamen, nonnullos ad annum 1490. retrahere; traduntque isti, scripsisse eum *super Logicam Aristotelis*; & *in 4. libros Sententiarum*, teste Echardo in Scriptor. Ord. Prædicat.; sed novi scriptores sunt, nec veteres Dominicani hujus meminerunt Bernardus Guidonis, S. Antoninus, Leander Albertus. Equidem Fr. Georgius de Pera Ord. Prædicat. anno 1396. morabatur Forolivii ex Historia Fr. Thomæ Antonii Senensis *De Origine, ortu, & processu status Fratrum, & Sororum Ordinis de Pœnitentia S. Dominici in civitate Venetiarum*, quam vulgavit V. N. Flaminius Cornelius tom. 7. in Eccles. Venet. antiquis Monum. p. 192.

Fuit etiam *Gregorius Corsenagus a Pera* Eremitarum S. Augustini alumnus, qui factus est Episcopus Trapesuntinus anno 1437. ex Reges. illius Ordinis apud Torellum ad eum annum. Viderint, an alius sit iste ab illo, vel idem. Hunc tamen Gandulfus inter Scriptores Augustinianos non habet.

M D C V I.

GEORGIUS ROMEO Hispanus prov. Aragon. Regul. Observ. Organico-Psaltes, generalis concionator, Novitiorum Magister, & a Confessionibus Petri Faxardo Marchionis de los Velea publicavit

Sermones funebres in exequiis memorati Marchionis de los Velez habitos. Panormi an. 1647. in 4. ex Joanne a S. Anton. tom. 2., ubi tradit obiisse eum in Conventu S. Francisci oppidi Mulæ prov. Carthaginen. ex Fr. Felicis Valles ms. Catalogo.

M D C V I I.

GEORGIUS SABINUS Taurinensis Capuecinorum Ordinis vir pius evulgavit a se conscriptum italice

Compendium vitæ S. Valerici, cujus corpus asservatur Taurini in æde B. Mariæ Consolatricis. Taurini 1601. in 8. ex Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont. *Salinas* dicitur a Joan. a S. Anton. to. 2., & paulopost dieitur *Gregorius Salinus* ex Biblioth. Capuccinor.

M D C V I I I.

GEORGIUS DE SANTJAGO Lusitanus Regul. Observ. alumnus scripsit, ut est in append. Joan. a S. Antonio,

Historiam provinciæ Algarbiorum, quam eitat Georgius Cardosus t. 1. Agiologii Lusitani die 17. Februar. pag. 453.

M D C I X. 772.

GEORGIUS A S. GULIELMO = ut in appendice Waddigi ad hunc librum. Hunc ommisit Joan. a S. Anton.

M D C X.

GEORGIUS UTINENSIS Minor. Conv. provinciæ S. Antonii, sac. Theolog. Magister, & fidei eontra hæretieam pravitatem Inquisitor composuit

Traetatum de officio fidei Inquisitoris, quem eitat Thomas Garzonus Ord. Canonic. Regular. S. Augustini in Platea Univ. disc. 63., & Joseph Caputaleus in Utino Illustr. par. 1. Quantum autem conjectura ducor, existimo hunc esse *Georgium Benignum Doglioni* nobilem Bellunensem, qui provinciæ Poloniæ Commissarius, & Minister extitit, Visitator etiam provinciarum Septentrionalium, & demum anno 1594. Episcopus Bellinensis, Suffraganeusque Brixinonensis in Tirolo ex Reg. Pont. apud Petrum de Alva in Indic. Bullar. Seraph., & Franchino in Bibliosoph. pag. 174. & 316., de quo & Waddingus agit, sed eum anachronismo, in Annal. Minor. sub ann. 1399. n. 7., & ejus Epitomator Haroldus; dietumque *Utinensem* reor, quod Opus condiderit, dum Utini *Inquisitor* Aquilejensis moram traheret

GERARDUS = v. *Gyraldus*, vel *Giraldus* infra.

773.

GERARDUS BRIANSONIS = leg. *Guido Briansonis*; ita enim editi libri ejus, & *privilegium* Ludovici Regis ejus libris præfixum habent, ut infra dicetur. Errat Joan. a S. Anton., dum ait floruisse circa *annum* 1400., & leg. 1500. Erat & Gerardus Briansoni eo tempore ex Reg. Ord. sub an. 1492. in provincia S. Bonaventuræ, sed alius ab isto Guidone.

M D C X I.

GERARDUS A BURGO S. Donnini, sed provinciæ Siciliæ alumnus, cum esset Parisiis sac. Theologiæ Lector, circa annum 1252. scripsit libellum tit.

Introductorius in Evangeliam æternum, seu quosdam libros Abbatis Joachim ex Salimbene Parmen. ejus olim socio Chron. ms. pag. 303. 399.; Opus proscriptum ab Alexandro IV. an. 1255. a. non. Novembr. lit. *Libellum quemdam* apud Bouleum in Hist. Universit. Parisien. Scribit cit. Salimbene, cum ad ejus manus post plures annos liber pervenisset, Imolæ comburi fecisse; eaque occasione statutum fuisse, ut posthac nullum novum *scriptum* extra Ordinem publicaretur, nisi prius foret per Ministrum, & Definitores in Capitulo provinciæ approbatum sub pœnis &c. Extat pars Operis ms. Parisiis in Biblioth. Sorbonica, teste Echardo to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. pag. 202.; erroresque in eo contentos recenset Fymericus in Direct. Inquisit. p. 2. q. 9.; qui tamen Opus falso adscribit B. Jo. Parmensi Ministro Generali Ordinis Minor.

M D C X I I. 774.

GERARDUS BURGUNDUS = meminit hujus Bartholomæus Pisanus in Conf. VIII. par. 2. inter scriptores Ord. Min. juxta codd. mss., etsi vulgati habeant *Beraardum Burgundum*: memorat eumdem & Wadingus in Annal Min. sub an. 1328. n. 22.

M D C X I I I. 775.

GERARDUS EMPOLIUS = Regul. Observ.

M D C X I V. 776.

GERARDUS ODDONIS = *Geraldus Othonis* semper vocatur in Bullis Rom. Pontif., cujus

Commentarii in libros Ethicorum prodierunt primum Brixiæ anno 1482. in fol. expensis Bonifacii de Manema cura atque studio *Gratiani Brixiani* Minoritæ Conventualis in Bononiensi Gymnasio Theologiæ Professoris ad Franciscum Samsonem Ministrum Gener. missi: quæ editio extat Bononiæ, & Ferrariæ apud nostros. *Scriptum Magistri Geraldi super libros Ethicorum* ms. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 12. versus claustrum n. 535. in fol., vel 4. magno, & Salmanticæ in Biblioth. Collegii S. Bartholomæi. Ex his Commentariis plura transcripsisse *Augustinum Niphum Suessanum* animadvertit Petrus Pomponatius in *Defensorio de animæ immortalitate* cap. 16. Continent autem *Expositionem* textus Aristotelis, & *Quæstiones* Ethicas.

Quæstiones in Logicam citantur a Mauritio Hibernico in Expositione *Universalium* Scoti quæst. 5. §. *Sed quia*.

In naturali Philosophia lib. 1., unde citatur ab autore synchrono, vel suppari Joanne Canonico lib. 1. Physicorum q. 9., lib. 5. q. 3., & lib. 6. q. 1.; opinionem enim *Zenonis* id, quod *quantum* est, ex indivisibilibus componi suscitavit, inque Scholas invexit, & acriter tutatus est. *In Logicam, & naturalem Philosophiam* tomi 2. in fol. mss. membr. asservantur in Complutensi Biblioth. Collegii majoris.

In quatuor libros Sententiarum Comment. incipiunt: *Vobis* &c., teste Rodulphio lib. 2. fol. 188., qui insigne Opus appellat. *In quatuor libros Sententiarum* extat Abulæ in Hispania in Bibliotheca Collegii, Academiæque S. Thomæ Aquinatis ms. in fol. pergam., eujus ad calcem legitur: *Expliciunt repetitiones super primum Sententiarum secundum Lecturam Venerabilis Doctoris in Theologia Magistri Fr. Gerardi Odonis de Ordine Fratrum Minorum. Super tertium lib. Senteatiarum.* ineip. *Vobis verbum salutis hujusmodi transmissam est Act.* 13., *& salus mortalium, cujus Scripturæ divinitus inspiratæ sunt in duabus* &c. ms. chart. in fol. Asisii in Tabulario S. Francisci

Quolibeta ejus adducit Alexander Ariostus in *Enchiridio Confess.* par. 2. de *jejunio*.

Tractatum ejus *de contractibus* citat autor Summæ Angelicæ v. *usura* 1. n. 59.; an Opus sit diversum ab Ethicæ *Quæstionibus*, aut *Quolibet.* ignoro: citatur etiam a Francisco de Platea in tract. *de usuris, & restit.*

Quæstionum variarum lib. 1. composuisse memorat citat. Rodulphius lib. 2. fol. 188., sed æstimo esse *Quolibeta* supradicta ex Alexan. Ariosto, ad quas puto spectare *duas de lumine, & de continuo* mss. Biblioth. Vatic. ex Waddingo. *Sta-*

Statuta Ordinis a S. Bonaventura edita, pluribus additis ex Patribus, Capitulorum Generalium Constitutionibus, & Ordinis privilegiis, ampliora fecit, & clariori ordine distinxit, ut habet Rodulphius lib. 2. fol. 240., & Wadingus in Annal. Min. ad annum 1331. n. 12.

Caremonias novas pro recipiendis ad Ordinem tyronibus, & ad professionem admittendis scripsit in Comitiis Gener. Perpiniani an. 1331. habitis; quas se quandoque daturum promisit cit. Waddin. ad eum annum n. 12.

De figuris Bibliorum morale Opus extat ms. Parisiis in Regia Biblioth. cod. 4523. incip. *Ecce spiritus grandis, & fortis subvertens montes, & conterens petras* &c., teste Oudino in Comment. to. 3. ad an. 1330. col. 891.

Postilla super Psalterium incip. *Beatus vir, qui non abiit* &c. *Sciendum, quod intentia Psalmorum est facere homines virtuosos* &c.: eatat ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, & Salmanticæ in Biblioth. Collegii S. Bartholomæi in fol. plut. 397.

Reportationes super 1. Epistolam ad Corinthios Fr. Gerardi de Odonis incip. *Carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. 2. Petri 3. Magister Sententiar. lib. 1. dist. 1.* &c. extant ms. chart. in fol. Asisii in Tabulario Conventus S. Fsancisci post *Postillam Vitalis a Furno super Apocalypsim*..

Postilla super Epist. ad Galatas incip. *Galatæ sunt* &c. *Superius Apostolus in Epist. ad Romanos informavit Ecclesiam de justitia* &c.: extat Asisii ibidem ms. pergam. in fol. inter diversorum Opera..

Sermones de Tempore = Abulæ in Biblioth. S. Thomæ extat tomus in fol. ms. membran. *Super Epistolas D. Pauli, quæ leguntur a Dominica infra Octavam Nativitatis Domini usque ad Dominicam* XXII. *post Pentecosten* incip. *Afferte Domino*: &

Conciones quadragesimales tit. *De purgatione justorum*: teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Officium de Stigmatibus S. Francisci composuit an. 1337., cum Benedictus XII. (non Benedictus XI., ut quidam cum errore scripserunt) festum hoc universis Minoritis fieri indulserit eo anno: incip. *Crucis vox hunc alloquitur*. Sed antiphona pro primis Vesperis: *Cælorum candor*; & altera ad Laudes: *O Martyr desiderio* recitari antiquitus consueverant in Monte Alvernæ pro commemoratione B. Francisci, teste Salimbene Chron. ms. pag. 440.

Epistolas plures edidit, quarum una longa, & ad modum libelli *apologetica* ad Fr. Michaelem Cæsenatem olim Ministrum Gener. data Perpiniani incip. *Quid niteris* &c., qua eum incusat, perstringitque, quod se temere Rom. Pontif. opponat, refertur a Rodulphio lib. 2. fol. 186., & forsan est *tractatus* ejus contra Michaelem Cæsenatem, & sequaces ejus, quem ex ms. Vatic. n. 4010. refert Odoricus Raynaldus Annal. Eccles. ad an. 1322. n. 55.

Epistolas alias *ad Ministrum provinciæ Mediolanen.* hortatoria, ne Fratres sint veluti arbores infructuosæ, vel sicut sydera errantia, memoratur a laudato Rodulphio lib. 2. fol. 240.; & alia *ad Burgundiæ provinciæ Ministrum, & Custodem* pro *Constitutionibus Benedictinis* admittendis an. 1337. eatabat apud Waddin., ipso teste in Annal. Min. ad an. 1336. n. 40.

Constitutiones Benedicti XII. vocatæ, quod partim ab eo factæ, confirmatæque vero prorsus anno 1336., & in Comitiis Gener. Caturci in Aquitania anno 1337. receptæ, ac publicatæ respiciunt etiam Gerardum, cujus quoque opera, & consilio conditæ dicuntur in Bulla ejusdem Benedicti XII. incip. *Ad Ordinem vestrum* apud Waddingum citatum ad an. 1337. *n. 6.*

M D C X V.

GERARDUS DE PRATO provinciæ Tusciæ, frater Arlotti Ministri Generalis Ordinis, *ex* Salimbene Chron. ms. pag. 294., qui dicit se cum eo commorasse in *Conventu Pisano*; & Socius Bonagratiæ pariter Ministri Gener. ex Wadd. ad an. 1283. n. 1., qui de eo agit & ad an. 1244. num. 13.; Apostolicæ Sedis Legatus primò ad Michaelem Palæologum Græcorum Imper. pro unione Ecclesiæ an. 1264. *ex* literis apud Raynaldum Annal. Eccles. n. 61.; tum ad Tartaros sub Jo: XXI. ex cit. Salimb.; & iterum ad eosdem an. 1278.: cum esset vir doctus, edidit, quod sciatur,

Breviloquium, quod mss. habetur in Monasterio Lyrensi in Gallia ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1259. Biblioth. mss.

Alius *Fr. Gerardus de Prato* Pœnitentiarius Papæ an. 1244. dispensavit cum Fr. Adolpho olim Holsatiæ Comitæ, ut posset ad Ordines promoveri, ex Wadd. ad eum annum.

M D C X V I.

GERARDUS TEUTONICUS, quem ex Tossiniano lib. 3. Hist. Seraph. Joan. a S. Anton. refert scripsisse *quædam docta, & laude digna Opuscula*. Forsan est sequens Gerardus Veruust, qui tempore Tossiniani florebat, etsi Flander, dictus tamen Teutonicus, quod subesset Teutonicorum imperio.

M D C X V I I. 777.

GERARDUS VERUUST = Regul. Observ., de quo & Jo: a S. Anton. ex Waddin.

778.

GERMANUS = v. *Joannes Nass*; ille enim est autor horum opusculorum. Waddingus enim accepit a Rodulphio lib. 3.

M D C X V I I I.

GERVICUS HAVERLAND Susatensis prov. Coloniensis Minor. Conv. sac. Theolog. Magister, doctus vir, & pius an. 1534. composuit Opus quoddam bipartitum vernaculo idiomate, rhytmicoque stylo, cui titulus

Daniel Susatensis, in quo omnem introductæ hæreseos historiam, & apostatarum tam Monachorum, quam Monialium nomina profert. Argumentum primæ partis perhibet autorem sub typo Danielis castam Susannam a Seniorum calumnia vindicantis, seu Ecclesiam Catholicam contra criminationem falsorum prædicantium defendentem, & novellos illius sectæ pastores acriter perstringentem. Alteram Operis partem edidit autor an. 1537., in qua applicat Susatensi civitati illud Isaiæ 1. *Quomodo facta es meretrix civitas fidelis*. Prodiit hoc Opus typis an. 1539., sed eaemplaria vix inveniri possunt hæreticorum invidia, atque perfidia, ex Hist. prov. Colonien. Min. Conv. fol. 150.

M D C X I X.

GESUALDUS BONONIA Panormitanus nobili prosapia natus, Ordinem Capuccinorum amplexus adeo profecisse moribus, atque literis invenitur, ut Cardinalis Hieronymi Columnæ *Theologus*, &

in regno Siciliæ S. Officii, ut vocant, Qualificator haberetur, scriberetque, ac vulgare quiverit

Cursum integrum Theologiæ moralis. Panormi 1646. apud Alfonsum Isolam.

Opera moralia tomis 3. in fol. Venetiis an. 1645. & 1649. apud Juntas, & Franciscum Babam. Antuerpiæ vero an. 1647. ex Waddin. infra v. *Jesualdus*.

In Scoti formalitates Disquisitionem. Panormi an. 1652. in fol. al. in 4. ex Dionysio Genuensi in Biblioth. Capuccin., & ex Joan. a S. Anton. p. 18. & 109. v. infra *Jesualdus*

* GHERARDINUS A BURGO S. DONNINI = v. *Gerardus a Burgo S. Donnini*

M D C X X. 779.

GILBERTUS NICOLAI = cujus *Vitam* scripserunt Adrianus Huberti Belga, & Joannes Blancona Gallus, ex Waddingo.

Regulam Ordinis Annunciatarum prius ab Alexandro VI., postea a Julio II. approbatam dicit Gonzaga par. 3., & in Chron. S. Francisci par. 4. lib. 1. cap. 12. Legitur hispano sermone in Chron. Seraph. Fr. Eusebii Gonzalez par. 6. fol. 588. una cum tractatu *de triplici devotione B. Joannæ Valesiæ*, & *de tribus coronis* ex Joan. a S. Anton. *Eam*, nec non *declarationem*, & *Statuta generalia pro eodem Ordine* ex gallico in germanicum transtulit idioma Gulielmus Spoelbergius Minorita initio seculi XVII.

Instructiones Religiosæ una cum *Declaratione ejusdem Regulæ capitibus* 15., & *Decem conciones morales de x. virtutibus Virginis* laudantur a Joan. Manero in *Vita B. Joannæ Valesiæ* cap. 21. fol. 118.

Scripsit & *tractatum*: *Veritas omnia vincit*: quem citat Joan. Matere in Dialogo chronol. charit. par. 3. n. 20. V. infra *Nicolaus Gilberti*.

M D C X X I. 780.

GILBERTUS DE TORNACO = vir genere nobilis, sed vita, ac moribus nobilior, cujus

Rudimenta doctrinæ christianæ libris 3. extant ms. Brugis in Cœnobio Dunensi, teste Valerio Andrea in Biblioth. Belgica.

Sermones Dominicales Fr. Gilberti Ordinis Minorum extant Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus claustrum n. 774. ms. cod. in 8. magno incipientes a prima Domin. Advent. *Benedictus, qui venit in nomine Domini. Mat. XXI. Verba hæc ponuntur de Adventu Christi* &c. Postea sermo primæ Domin. Adventus incip.: *Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Luc.* XXI. *Hæc verba de secundo Adventu leguntur* &c. Rodulphius lib. 3. fol. 319. hos sermones scribit incipere: *Rogatus pluries*. Eos in eodem codice sequuntur.

Sermones festivi, sive *de Sanctis* incipientes primo de Angelis: *Stellæ manentes in ordine, & cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt. Jud.* v. *Sermones de Tempore, & de Sanctis* incip. *Rogatus pluries, ut sermones quosdam, quos ad Clerum Parisiensem latina lingua prædicaveram* &c.; alter vero prologus: *Sanctissime Pater*: prodierunt Parisiis anno 1518. in 8., extantque mss. in pluribus Bibliothecis Ambrosiana, Alnensi Cister. Ord. in Belgio, ClaræVallis, & Pontiniaci Cisterc. Ord., nec non Cantabrigiæ in Anglia Collegii Domus S. Petri cod. 63., & 87.; suntque sermones plusquam 72. Extant etiam mss. in Biblioth. Cardinalis Cholæti, quibus præfixæ leguntur *epistolæ Alexandri IV.*, teste Ludovico Bail par. 3. Biblioth. concion. c. 37.; quarum primam exscripsit Joan. a S. Antonio t. 2. pag. 19. Biblioth. Franciscanæ in Gilberto de Tornaco; estque:

„ Alexander Episcopus Servus Servorum Dei dile-
„ cto Filio Fratri Giberto Ordinis Fratrum Mino-
„ rum Parisiis commoranti salutem, & apost. be-
„ nedict. Accepimus satis gaudentes, quod quam-
„ dam de novo non modicum utilem *Compilationem*
„ fecisti, cujus experientiam cupientes ad nostrum
„ profectum, & pro ædificatione fidelium anima-
„ rum, volumus, & devotionem tuam tenore præ-
„ sentium rogamus attente, quatenus *Compilationem*
„ eamdem dilecto Filio Fratri Mansueto, cui sem-
„ per (for. *super*) hoc scribimus, integram, & bene
„ correctam tradere, ac assignare mittendam nobis
„ non postponas. Datum Anagniæ 7. idus Augu-
„ sti Pontificatus nostri anno primo. (*idest* 1255.)

Sermones ad status, alias *de statibus hominum variis* habentur mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. vel ult. versus claustrum n. 778. in 4. cod. valde antiquo incipientes non, ut scribit Rodulphus loco cit., *Vani sunt amantium affectus*: sed: *Elegi David servum meum* &c.: & in fine extat: *Expliciunt sermones ad status Fratris Giberti de Tornaco Ordinis Fratrum Minorum Magistri de Theologia*. Ante Opus autem autor hæc præmisit: *Extentis, inspirante Domino, sex partibus secundi tractatus, cujus est titulus de conditione Doctoris, restat pars septima, quam habemus in manibus, difficilior, & diffusior, quam alia, de doctrina videlicet hominis pertinente ad prædicationes secundum experimentum practica. Sed quoniam de Dominicalibus, & Sanctorum Festivitatibus ad pia memoriæ Papam Alexandrum quartum scribentes ejus imperio, & præcepto nos expedivimus: ideo de his, quæ pertinent ad diversa statuum, & officiorum genera, prout Dominus dederit, subjungamus, & titulos subnotamus*: extant & Asisii ms. pergam. in 8.; & in Biblioth. Aureævallis Cistercien. cod. 77. mss. *Sermones Guiberti Tornacensis ad omnem statum*. Hos Oudinus in Comment. de Scriptoribus Ecclesiast. to. 3. ad an. 1260. sentit pertinere ad *Humbertum Ord. Prædic.*, sub cujus nomine prodierunt Venetiis an. 1603. apud Zalterium; sed longe antea excusi fuerunt sub nomine hujus Giberti Lugduni 1511. in 8. per Joan. de Vingle sumptibus Stephani Gueynard, & apud Biblioth. Tellerianam pag. 102. Hujus *Sermones* citat antiquus scriptor Robertus Holkot Ord. Prædic. lib. in Sapien. c. 6. lect. 74. al. 75., & Bernardinus Busti in Rosario par. 1. serm. 27.; correcti autem summa cum diligentia impressi sunt etiam a Joan. de Vestfalia Lovanii in fol. sine anno edit., ut habet Orlandus de Orig. & progressu Typogra. par. 1. & 2. pag. 273., apud quem mendose legitur *Fr. Suillibertus* pro *Guilibertus*, ac *Gillibertus*. Joan. porro de Vestfalia ab anno 1473. ad 1495. excudisse invenitur.

Sermones super Cantica incipientes: *Varii sunt amantium affectus, quia casus varii* &c., & finientes: *qui enim approximat illi, approximat igni*: extabant olim mss. Asisii in 2. solario orient. Sacrarii, seu Biblioth. secretæ Conventus S. Francisci ex veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto.

Sermones miscellanei de Dominicis, Festis, & aliis rebus collecti ex diversis autoribus *Guiberto de Tornaco*, Jo: de Aurelianis Cancellario Parisien., Joan. de Verdy, *Francisco Bonafortuna*, Guillelmo de Luschy, Nicolao Meldensi, & aliis habentur mss. in Biblioth. S. Benigni Divionen. cod. 186., teste cit. Oudino. Ser-

Sermones septem in Orationem Dominicam incipientes: *Cum pius mundi factor, & Redemptor humana* &c. extant mss. Parisiis in Biblioth. S. Germani cod. n. 746. absque nomine autoris, inquit Oudinus cit., & Joan. a S. Anton. to. 2., qui notat, plura ex concionibus ms. hujus Gilberti deprompta publici juris fecisse Ludovicum Bail Abbavillæum 3. par. Biblioth. concion. cap. 37. fol. 159.

Sermones de Sacramento Altaris etiam edidisse scribit Rodulphius lib. 3. fol. 320. *anno* 1540., qui bis de hoc scriptore agit, primum *Gilberti* nomine, postea *Gailiberti*, a quo alii acceperunt Willotus, & Possevinus; & forsan Sermones illi prodierunt an. 1540., nam *Joannes Garetius* Belga, qui scripsit an. 1560. lib. *de vera præsentia Corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ*, clas. 2. sub an. 1242. adducit *Sermon. de Sacramento Altaris Gilberti Tornacensis*.

De nomine Iesu sermones VIII. extant mss. Tornaci apud S. Martinum ex cit. Valerio Andrea.

Quadragesimale ms. extat Confluentiæ apud Minoritas, teste eodem.

De morte non timenda ms. Tornaci apud D. Virginem ex eodem

De modo addiscendi ad Ioan. Præpositum Brugensem. Brugis in Cœnobio Dunensi ex eodem.

Commentaria in epistolas Pauli, quæ sub nomine *Gilberti*, vel *Guiberti* mss. leguntur Parisiis apud S. Victorem, & alibi, idem Valerius suspicatur huic Gilberto esse attribuenda

Commentaria in Magistrum Sententiarum incip. *Danielis* 12. *Pertransibunt populi, & multiplex erit scientia*. ms. Tornaci ad S. Martinum in antiquo Indice illius Bibliothecæ huic Gilberto adjudicata leguntur, teste citato Valerio Andrea.

Vitam S. Eleutherii Episc. Tornacensis elaboratam hortatu Joann. Episcopi ejusdem civitatis, ejusque consanguinei ediderunt Act. SS. Collectores Bolland. to. 3. Februar. die 20., & antea prodierat in append. to. 15. Biblioth. Patrum edit. Colonien. an. 1618. cum *quatuor sermonibus* ejusdem Gilberti sub nomine S. Eleutherii.

De officio Episcopi, deque Ecclesiæ cæremoniis (quod opus citatur a Bened. XIV. l. 1. de Synodo Diœces. c. 2. n. 3.) nec non

De pace, & tranquillitate animi habentur etiam in Biblioth. vet. PP. edit. Colonien. to. 15., & Lugdunen. an. 1677. to. 25. Tractatus *de officio Episcopi* &c. ad Guillelmum Episcopum Aurelianen. incip. *Quoniam cum multa precum instantia* &c., dividiturque in 48. capita. Alter vero: *de pace* &c., missus est ad Mariam de Dampetra Sanctimonialem de Flines Cistercien. Ordinis, Dominæ Flandriæ, & Hannoniæ Comitissæ filiam epist. incip. *Benedicta Dei providentia* &c.: Opus vero incipit: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. O beata pax, quæ filios hominum* &c. in 29. capita divisum.

De reformatione pacis ms. extat Parisiis in Biblioth. Regia n. 4083. ex Catalogo Montfaucon. to. 2. pag. 747.

De voto: censet cit. Oudinus hoc Opusculum pertinere ad Humbertum Dominicanum, cujus *Epistola de tribus votis*, & *de aliis quibusdam exercitiis* una cum *Sermonibus ad omne genus hominum pertinentibus* excusa est Venetiis anno 1603. typis M. Antonii Zalterii opera Hieronymi a Capuniano Ord. Prædic., quasi esse non queat Opus istud ab illo diversum

De verbis Domini in Cruce idem Oudinus affirmat constare, esse *Arnaldi Bonævallis Abbatis*, & sub ejus nomine sæpe fuisse impressum: sed quot tractarunt istud argumentum, & diversimode? cur igitur non & Gibertus, & Arnaldus scribere de eadem re, sed variis modis, potuerunt?

Libellos duos miraculorum S. Blasii Episcopi, & Martyris apud Viconienses Præmonstratenses interventu Guiberti Tornacensis Minoritæ patratorum se vidisse scribit memoratus Oudinus, quorum ferme quarta pars lacerata fuerat Viconiensium incuria; reliqua vero pars ubique truncata, eo præsente, flammis donata fuit.

Gilberti Pharetra olim ms. extabat Bononiæ in Biblioth. S. Francisci ex ms. Catalogo veteris illius Biblioth. an. 1421. conscripto, & a me perlecto; quare vereor, ne illa sit, quæ S. Bonaventuræ attribui solet.

M D C X X I I.

GILIUS, al. ÆGIDIUS Chaysi Gallus Avenionensis vir doctus evulgavit idiomate gallo, ut & Joan. a S. Anton. refert to. 2., *conciones* sub titulo

Encomia Ecclesiæ triumphantis super 21. *Apocalypsis*. Parisiis an. 1624., teste Petro de Alva col. 516. *Militiæ*.

* GIRALDUS quidam refertur hoc loco a Joan. a S. Anton. to. 2. pag., 20. & to. 3. in appendice ex Bartholomæo Ferrariensi Dominicano l. 2. de Christo abscondito pag. 71. illius *Compendium Theologicum* adducente; sed ille est *Joan. Rigaldus*, corrupte ibi dictus *Giraldus*: cum adducat ex *lib.* 4. *Rab.* 3. ejus dictum, quod B. Virgo fuit ita & taliter in gratia cofirmata, quod non solum potuit non peccare, imo non potuit peccare.

* GODEFRIDUS. V. GALFREDUS Gallus.

* GODESCALCUS HOLEN, quem ex Dupinio seculo XV. Joan. a S. Anton. to. 2. refert, & Minoritam dicit, fuit Ord. *Eremit. S. Augustini*, ut mirer Dupinium latuisse.

M D C X X I I I. 781.

GOMETIUS = Ulyssiponensis Min. Conv. sac. Theol. Doctor insignis, in Philosophicis, Theologicisque facultatibus præstantissimus: rectis namque primariis Ordinis Gymnasiis, Ticini publice Theologiam professus est, & an. 1511. totius Ordinis *Generalis Vicarius* constituitur per obitum Philippi Porcacci Gener. Ministri, ejusque mentio extat in Actis Concilii Lateranen. sub Julio II., cujus primæ, ac secundæ sessioni an. 1512. mense Majo interfuit; & corrupte vocatur *Magister Demetrius Vicarius Ord. Minorum*: nec non apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 3. lib. 8. c. 34., ubi dicitur vir doctissimus, & Julio II. charus; cap. vero 37. narratur, eodem anno 1512. electo in Comitiis Gener. Bernardino de Prato Ordinis Generali Ministro, ipsum fuisse a Julio II. creatum Episcopum, insequentique anno 1513. vivere desiisse: locum, nomenque Episcopatus prodit ejus discipulus Joannes Vigerius ejusdem Instituti, qui in epistola ad lectorem *libro primo Senten.* a se edito præmissa inquit: *admiratus mores integerrimos, & doctrinæ columen Gometii Ulyssiponensis Archiepiscopi Nazareni plurimum reverendi, cujus assidua consuetudine sum usus annis fere viginti* &c.: subditque, non tam suos, quam *Gometii* dicendos esse *Commentarios*, quos in primum Sententiarum librum ede-

edebat, utpote integros ab ejus ore exceptos: cum & in alia ad Clementem VII. epistola ibidem impressa dixisset: *Occurrit testis illa felix memoria solus mihi præceptor Reverendus Magister Gometius Lusitanus, qui tum legendo, tum disputando ceterorum Doctorum disciplinas solebat longe melius explanare; & opiniones ad invicem conciliare, quod illi magis peculiare erat, quam credendum sit; quod si ipsimet autores præsentes extitissent, facere fortasse non potuissent.*

Quæstio de cujuscumque scientiæ, & præsertim naturalis Philosophiæ subjecto incip. *Verum secundum Philosophi, & sui Commentatoris sententiam* &c. prodiit Venetiis an. 1517. in fol. una cum diversorum præsertim Scotistarum tractatibus *Antonii Andreæ, Mayronis* &c. expensis HH. Octaviani Scoti, & studio Hieronymi Nucciarelli Romani J. U. D., qui in fine *Quæstionis* hunc vocat virum excellentissimum, Philosophorum, ac Theologorum suæ tempestatis principem; quam quidem *Quæstionem* non semel adducit Jacobus Bargius in 1. Senten. q. 3. prologi; & in q. de subjecto Metaphysicæ.

Gometii Minoritæ Quæstiones Quodlibetales in via Scoti mss. habentur in Bibliotheca PP. Præmonstratensium Conv. de Retverta prope Vallisoletum in Castellæ regno una cum *Commentariis Hieronymi Pardo super Sententias Holchot*, teste Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. Franciscanæ pag. 27. num. 198.

Summam Astesanam una cum *Bartholomæo Bellati* ejusdem Ordinis; cum Venetiis degeret *sac. Theologiæ Baccalaureus*, castigavit, edique curavit anno 1478., ut dictum est supra in *Astesano*, & in Bartholomæo Bellato:

In *Dialogo Pauli Ricci Physici Cæsarei in Symbolum Apostolorum* vulgato Augustæ Vindelic. an. 1514. in 4., & postea Papiæ 1517. Theologi personam exhibet, cujus Operis in fine legitur ad eum epistola *Vincentii Dodi* Ord. Prædic., in qua eum dicit *Generalem totius Seraphicæ Religionis Vicarium*, & olim suum in Ticinensi Gymnasio Collegam in Theologiæ Lectura; Paulum vero Riccium genere Hebræum, religione Christianum, & doctrina *Gometii* discipulum, ac filium. Extat hoc Opus ad Maximilianum Imper. missum Florentiæ in S. Crucis Bibliotheca. Ad istum uti suum præceptorem misit, inscripsitque *Exameron*, sen de creatione mundi libros Bernardinus Xantes Moroni Ord. Servor. B. V. Mediolani cusum an. 1510. per Gotardum Ponticum; cui Gometius tunc Gymnasii Ticinensis ordinarius Theologiæ Professor *epistolam* elegantem an. 1508. rescripsit. De eo ita cecinit Hermicus Cajadus apud autorem Biblioth. Hispan. par. 1. to. 2. lib. 10. cap. 16. n. 876.

Ad Gometium Lusitanum Theologum.

„ Communi gratulor patriæ, quæ te quoque
„ alumnum
„ Inter delicias gaudet habere suas:
„ Gramina dum terræ fuerint, dum sydera
„ cælo,
„ Per te tolletur noster ad astra Tagus.
„ Tu rerum causas nosti, tu mystica sacra,
„ Quæque sub obscura nube latere solent.
„ Occuluit natura nihil tibi: tu potes ipsos
„ Sublimi haud dubie scandere mente po-
„ los.
„ Quid sanctos referam mores, vitamque pro-
„ batam?
„ Quid linguæ referam plectra latina tuæ?
„ Nil mortale sapis. Divinas cuncta, Gome-
„ ti,
„ Et citra cineres diceris esse Deus.

M D C X X I V. 782.

GONDISALVUS N. = Hispanus ex nomine, ac editione.

M D C X X V. 783.

GONDISALVUS DE VALLEBONA = Gallæcus ex nobili genere dicitur ab Alvaro Pelagio, qui ab ipso ad Ordinem receptus fuit, lib. 2. de *Planctu Eccles.* cap. 67., ubi eum summis laudibus extollit, & titulo *Beati* cohonestat. Scripsit

In Theologica facultate plura, &

Super sacram Scripturam non minora, teste autore suppari Bartholom. Pisano Conf. xi. par. 2. de provincia S. Jacobi disserente; unde a Rodulphio lib. 3. *scriptor clarissimus* appellatur.

Tractatus de præceptis Regulæ, & æquipollentibus prodiit in *Firmamento* trium Ordinum S. Francisci edit. Venetæ an. 1513. par. 3., & antea in *Monumentis* Ord. Min. tract. 2. edit. Salmantic. an. 1511. in 4.

Apologiam pro Communitate Ordinis, & contra scriptum Ubertini Casalensis, & zelatorum tribus libellis, quorum primus incip. *Religiosi viri F. Gunsalvus* &c.: alter vero: *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores* &c.: uti notatum legitur cod. 734. scam. 30. Biblioth. Florentinæ S. Crucis versus claustrum post *Improbat.* Francisci Asculani, & *Responsionem* Ubertini Casalensis. Tertius denique: *Et quicumque hanc regulam secuti* &c.: ex Waddin. in Annal. Minor. an. 1310. n. 4. V. *Alexander ad Alexandria*, qui una cum nonnullis Ministris Provincialibus pro ea conficienda adlaboravit.

Pastorales plures emisit doctrina, ac zelo plenas, quarum unam, & alteram exhibet cit. Waddin. in Annal. Minor. sub an. 1304. n. 32., & 1310. n. 9.

Ordinationes factas Patavii anno 1310. in Comitiis Gen. legimus in Firmamento trium Ordin. par. 1. fol. 30.

Gondisalvus alter *de Vallebona* extitit sequenti seculo, ob doctrinam, moresque optimos Episcopus Granatensis constitutus an. 1437., de quo in Annal. Min.

784.

GONSALVUS SAURATI = duos hic confundit Waddingus, eumq. secutus Joan. a S. Anton. *Gonsalvum a Transtorna* Hispanum cum *Vitali Saurato* Aquitano; ille anno 1342. missus est in Tartariam ex epist. F. Paschalis Victoriensis apud Waddin. in Annal. Min. ad eum annum n. 10.; *Vitalis* vero *Saurati* an. 1332. in Armeniam ablegatus fuit ex cit. Waddin. ad an. præfatum n. 1., idque ex Chronicis antiquis, Mariano, & Rodulphio lib. 2. fol. 240., ubi admonuit, recte a quibusdam *Vitalem* nuncupatum *Gonsalvum*, nimirum a Marco Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 8. cap. 25., Guliel. Plato de bono statu Relig. lib. 2. cap. 30. &c.: *Vitalis* autem Saurati fuisse fertur, qui *libros* transtulit in linguam *armenam*; ideoque illuc transferenda sunt, quæ hic scripta leguntur de *Gonsalvo*.

M D C X X V I.

GOSOINUS, vel GOSVINUS Gallus an. 1272. Parisiis *sermones* habuit, quorum trigesimus, &

56tus

56tus habentur ibi in cod. ms. Biblioth. Sorbonicæ inter diversorum virorum sermones, teste Jacobo Echardo to. 1. Scriptor. Ord. Prædicat. pag. 296. in Fr. Ægidio Aurelianen.

M D C X X V I I. 785.

GRATIANUS BRIXIANUS = Min. Conv. sac. Theol. Doctor sui ævi singularissimus, teste Helia Capreolo lib. 12. Rer. Brixian., qui addit an. 1477. a Senatu Veneto evocatum ad moderandum Patavinum Gymnasium in via *Scoti*, cujusce rei fit mentio etiam in decreto Augustini Barbadici Venetiarum Ducis anno 1490. die 6. Novem. edito pro Patavina in via S. Thomæ Cathedra Theologiæ, quod legitur apud Philip. Jacobum Thomasinum lib. 3. Gymnasii Patavini cap. 3., ubi dicitur *præstans D. Magister Gratia Ordinis Minorum*. Anno 1488. eum jam esset *Magister*, & *Romonlæ provinciæ Minister*, instituitur *Lector Regens* Conventus Patavini ad triennium ex Actis Capit. Generalis eo anno Cremonæ celebrati; & anno 1491. decernitur itidem *Regens* Patavii ex mss. Actis Capit. Generalis Asisii habiti mense Majo. Vulgavit autem etiam plura *Opera* aliorum, nempe

Commentaria Gerardi Odonis in libros Ethicorum Aristot. Brixiæ an. 1488. in fol. per Bonifacium de Manema, dum Bononiæ Theologiam profiteretur.

Scriptum Oxoniense Joan. Duns Scoti in 4. libros Senten. a se castigatum, dum Patavii publice Theologiam doceret, an. 1490. tomis 3. in fol. una cum ejusdem Doctoris *Quolibetis*, & *tractatu de primo principio* Venetiis per Bernardinum Novarien.; quibus præmisit *Tabulam generalem* alphabetice dispositam ex omnibus fere Operibus Scoti, nempe ex *Scripto Oxoniensi*, *Reportatis*, *Quolibetis*, *Collationibus*, *Metaphysica*, *de primo principio*, *Theorematibus*, aliisque *tractatibus* conflatam, quæ & prexit aliis editionibus Venetis anni 1497., & 1503. prædicti *Scripti Oxoniensis*; *Prologo* vero *Sententiarum* adjecit *interpretationem*, quæ habetur in una anni 1490. editione commemorata, & quæ extat in Ferrarien. Biblioth. S. Francisci. Ceterum in prædicta *Tabula* generali quædam occurrunt, quæ non alibi leguntur, multumque conducunt ad agnitionem Operum *Scoti*, ut infra in *Joanne Duns Scoto* demonstrabitur.

M D C X X V I I I. 786.

GRATIANUS MONFORTIUS = de quo legendus Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccin.

M D C X X I X.

GREGORIUS ALBERTI e Massa Umbriæ Tertii Ord. S. Francisci Regul. Observ. sac. Theologiæ Doctor, & sui Ordinis supremus Præfectus anno 1634. Romæ creatus, cum esset nobilis Orator, ac ecclesiastes, edidit

Sermones varios Placentiæ an. 1633., &

Orationem de laudibus Placentiæ ibid. cusam an. 1635. per Bazachium in 4. ex Jacobillo in Script. Umbriæ, & Coron. Biblioth. univer. to. 2. Obiit Placentiæ anno 1637. die 15. Septembris, ut habet Franc. Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 13. n. 55., qui & n. 54. ejusdem meminit; de quo & Joan. a S. Anton.

787.

GREGORIUS ARCHANGELUS = v. supra *Archangelus Leslæus*; ita namque vocabatur.

* GREGORIUS BAPTISTA. V. *Gregorius Hurtado*.

* GREGORIUS BENIGNUS, quem ex corrupto nomine apud Ughellum Anton. Mongitor, & Joan. a S. Anton. hic collocant, est *Georgius Benignus* non Siculus, sed *Dalmata*, ut supra ostensum est.

M D C X X X.

GREGORIUS DE BOLIVAR Hispanus patriâ Placentinus Regul. Observ. alumnus annos 25. integros in America vixit, regnum utrumque Peruanum, & Mexicanum, plurimasque aliis adhuc incognitas, nec descriptas novi Orbis provincias peragravit, verbo, & exemplo infideli illi populo, cujus tres diversas linguas optime callebat, Christi Evangelium annunciando, & ad veram, & catholicam fidem illum inducendo. Cujus rei gratia ad Moluccanas quoque Insulas, & Orientem ipsum penetravit: &

Historiam Americani Orbis conscripsit, teste Linæo in Hist. Rerum Medicarum novi Orbis pag. 506. apud Nicol. Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., & Joan. a S. Anton. to. 2.

Tractatus rationum ad Hispaniæ restaurationem. Matriti an. 1626. in fol. ex append. Joan. a S. Anton.

M D C X X X I.

GREGORIUS BRUGENSIS belga provin. Insulensis Capuccin. concionator. edidit flandrico idiomate

Vitam, & gesta P. Archangeli Leslæi Scoti Ord. Capuccin. Missionarii Apostolici in magna Britannia, in 8. ex autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M D C X X X I I.

GREGORIUS CAMERA LARA Hispanus, recensente Petro de Alva col. 546. suæ Militiæ, perpulchram disposuit *imaginem pro tuenda Immaculata Virg. Mariæ Conceptione*, ubi multa adducit pro hoc mysterio cum autoritatibus antiquorum Seraphicæ Religionis autorum, qui tutati sunt hoc mysterium; quæ impressa fuit an. 1625., teste Joan. a S. Anton.

M D C X X X I I I.

GREGORIUS FOYAS, non Fayas, Hispanus ex oppido Almunia Cæsaraugustanæ diœcesis provin. Aragoniæ Regul. Observ. sac. Theol. Lector edidit vernacule

Sermonem pro electione R. P. Fr. Petri Manero in Vicecommissarium Generalem Familiæ Cismontanæ. Cæsaraugustæ 1649. in 4. ex Joan. a S. Anton. Obiit Cæsaraugustæ anno 1650., teste eod. in append.

M D C X X X I V. 788.

GREGORIUS GALICANUS = prædicator, ac Theologus, de quo & Dupinus sec. XVII., Petrus de Alva in Militia, & Joan. a S. Anton. ex his duobus.

M D C X X X V.

GREGORIUS HIBERNENSIS provin. Flandriæ alumnus Ord. Capuccin. concionator, Theologus, & poeta elegans composuit ex Joan. a S. Anton.

Poemata, & epigrammata varia sacra, & moralia. Coloniæ 1646. apud Arnaldum Kempens teste autore Biblioth. Capuccin.

M D C X X X V I. 789.

GREGORIUS HURTADO = e civitate Tuncal Insulæ Materæ primitus Catalauniæ provinciæ nomen dedit, deinceps ad Patres Benedictinos transiit, & demum ad suos, suumque Portugalliæ regnum reversus *Gregorius Baptista* dici voluit in Algarbiorum provincia: fuitque vir studiis valde addictus, ac sacræ Scripturæ eruditus interpres, ut ejus Opera testantur, ex quibus lucem viderunt

An-

Annotationes in caput XIII. *Evangelii secundum Joannem* latine. Conimbricæ 1621., & alibi lusitano etiam idiomate.

Dominicale 4. *conciones de singulis Dominicis totius anni continens*. Ulyssipone 1630. in 4. typis Antonii Alvarez.

Completorium vitæ Christi pluries excusum, quod e lusitano in hispanum, castellanumque idioma transtulit Ferdinandus Camargo Augustinianus, *duabus concionibus* additis, vulgavitque Perpiniani an. 1633. in 4. apud Ludovicum Roure ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Annotationes in Evangelia totius anni = in cujus operis prologo ita autor scribit: *Post meas in caput* 13. *sacrosancti Jesu Christi Evangelii secundum Joannem Annotationes bis prælo datas, postque meum vitæ Christi Completorium quater jam typis excusum, accipe, humanissime Lector, Annotationum ad totius anni Evangelia partem hanc primam, quam si ea animi aviditate, qua præfatas lucubrationes accepisti, acceperis, secundam, & tertiam habebis quamprimum*.

Celebravit hunc virum Fr. Joannes Guterrius nobili epigrammate, & Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispanica. v. *Gregorius Baptista*, & *Gregorius Hurtate*, quos perperam diversos existimavit.

M D C X X X V I I.

GREGORIUS A LAURINE, al. a Larino Italus Strict. Observ. alumnus scripsit Historiam, seu Relationem

De Monasterio Monialium Calatiæ urbis una cum duplici relatione suæ Reformatæ provinciæ; quam ms. apud se habuisse testatur Petrus de Alva col. 548. suæ Militiæ univ., & ex eo Joan. a S. Anton.

* GREGORIUS DE LICIO = V. *Gregorius Scherlus*.

M D C X X X V I I I. 790.

GREGORIUS MIRAULT = Gallus edidit

Vitam cum miraculis B. Joannæ Reginæ Franciæ Virginis an. 1615. ex Arturo in Martyrolog. Franciscano die 4. Febr. §. 7., & ex eo Joan. a S. Anton.

M D C X X X I X. 791.

GREGORIUS A MONTE CORVINO =

M D C X L. 792.

GREGORIUS NEAPOLITANUS = concionator, ac Theologus magni nominis fuisse dicitur, cujus italico idiomate

1. Pars. *Enchiridion Ecclesiasticum* prodiisse Neapoli an. 1588. in 8. scribit Possevinus in Biblioth. selecta lib. 1. cap. 12., eodemque anno vulgatum Venetiis legimus in Indice Biblioth. Barberinæ, & in *Exposit. Regulæ Minorum* ejusdem autoris cap. 2. & 10. apud Hieronymum Polum; in eoque tractat, traditque *practicam familiarem in omnibus materiis Ecclesiasticis*.

2. Pars. *Expositiones Regulæ Minorum, seu S. Francisci, & S. Claræ cum declarationibus Summorum Pontificum* sunt 2. pars *Enchiridii Eccles.*; prodieruntque idiomate vulgari Venetiis an. 1589. in 8. typis Hierony. Poli ex Ind. Biblioth. S. Francisci Ferrariæ; & Romæ an. 1592. ex Joan. a S. Anton.

3. Pars. *Epitomen privilegiorum Rom. Pontif. in favorem Religiosorum Mendicantium usque ad Clemen. VIII. ad formam Concilii Trident.* edi curavit Neapoli an. 1594. in 8. per Joan. Thomam Aulisium; ob quam rem in se attraxit calamum *Gregorii Lombardelli* Ord. Præd. pro stigmatibus S. Catharinæ Senensis.

Sexdecim admonitiones, seu adnotationes super meditatione bonæ mortis cum christiana præparatione &c. prodiit tertio Venetiis an. 1600. in 12. typis Melchioris Sessæ ex Toppio in Biblioth. Neapolitana; estque tertia editio; prodiit enim primum ibidem 1589.

Monita necessaria pro infirmis, & specialiter pro illis, qui ultimo supplicio sunt plectendi. Venetiis 1589., & 3. editio facta ibid. apud HH. Sessæ 1600. in 12. ex Joan. a S. Anton., qui *Meditationes mortis*, seu *Præparationes ad pie, & sancte moriendum* facit Opus diversum, aitque circumferri una cum Opusculo P. Bartholomæi de Angelis Ord. Prædic. *de consolatione pœnitentium*. Petrus etiam de Alva tab. 2. hunc commendat. Videatur autor Biblioth. Capuccin., qui adhæret Nicolao Toppio in Biblioth. Neapolitana.

* GREGORIUS PP. IX. a Joan. a S. Anton. Franciscanis Scriptoribus adjungitur.

M D C X L I. 793.

GREGORIUS PETROCHA = Episcopus non Albæ Pompejæ, sed *Aquensis* sub Archiepiscopo Mediolanensi an. 1620., ubi obiit anno 1632. ex Ughello to. 4. Italiæ sac., ubi eum dicit *Fedrocæam Strict. Observ.* alumnum.

Oratio dissertissima &c. prodiit Romæ 1615. ex to. 2. Biblioth. Barberinæ pag. 196., & hispanice redditam vulgavit etiam Joan. a S. Anton. to. 2. Chron. provin. S. Pauli Discalc. lib. 3. n. 97.

* GREGORIUS POMUS AUREUS, quem ex Hierony. Lorte affert Joan. a S. Anton. in append., scripsit quidem in Scotum; Franciscanus tamen non fuit, neque ullius Instituti Regularis.

M D C X L I I.

GREGORIUS PUCCIATI a Prato veteri Clusentinæ regionis in Hetruria Regul. Observ. concionator, ac Lector *Jubilatus*, humanarum sacrarumque litterarum Professor edidit Florentiæ an. 1636.

Carmina XIV. *actiones totidem Salvatoris nostri Jesu Christi commendantia*.

Carmina XII. *super illis verbis: Domine non sum dignus: ter a Sacerdote repetitis*.

Canticum in nocte Nativitatis D.N.J.C., & aliud super Antiphonam: Stella cœli exstirpavit: tempore pestis decantandam; teste Antonio a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M D C X L I I I.

GREGORIUS DE REYOCHO, leg. *de Rrischo* Helvetius *Friburgensis* provin. Argentinæ alumnus fuit; nam lib. 7. tract. 2. cap. 29. & ult. ait: *dum studio insisterem in Universitate Friburgensi* lib. 3. tract. 2. cap. 6. memorat *Friburgum, vel Argentinam*: tract. 4. c. 24. adducit in exemplum: *Basileenses, & Friburgenses sunt affines; igitur Basilienses pugnare contra Friburgenses malum est*: in fronte operis primus, qui in ejus laudem, fuit *Udalricus Zasius L. Doctor Studii Friburgensis*. Post lib. 6. extat *Martini Ilacomysi Friburgensis epistola* ad Philesium de Perspectiva &c. dat. Argen. Joannes Rigmannus Philesius suam *Europæ descriptionem* dicavit *Martino Hylacomilo*, teste Freytag. p. 449. Analect. litter. de lib. rar., ubi fatetur, se invenire non potuisse quis fuerit.

Tempus autem, quo scripsit Opus, habetur lib. 3. tract. 2. cap. 6. his verbis: *Ut diem, men-*

ses

tes anni, in quo scribimus, ponamus: ut 20. *Novembris anni millesimi quingentesimi secundi*: & lib. 1. tract. 2. de Institutione hebraica habet: *qualis fuit nostris temporibus vir ille doctissimus Jo. Picus Comes Mirandulanus*: qui obiit an. 1494.; lib. 3. tract. 2. cap. 5. nominat *Gasparrinum Bergomensem*, & *Marium Philelphum*: lib. 7. tract. 1. cap. 50. de regno Granatæ inquit: *quod nostro ævo Rex Hispaniæ Ferdinandus Saracenis decennali obsidione, & bello abstulit, & Christianitati adjecit*.

Lib. tertio tract. 2. de epistolis condendis cap. 3. habet: *salutem plurimam dicit Gregorius Reisch artium Magister Friderico Episcopo Augustensi*: lib. 1. tract. 2. cap. 5. ait: *ego Gregorius scribo: tu, Francisce, legis*: & inter elogia Operis, quæ initio leguntur, tertio loco extat illud incip.: *Suo Gregorio Reisch generosi Comitis de Zolm alumno Adam Wernherus Temarensis salutem P. D.*; quare non videtur fuisse *Minorita*, aut alicujus Regularis Instituti. Attamen post lib. 6. in tract. Architecturæ, & Perspectivæ positivæ cernuntur figuræ Fratrum Minorum cum hac epigraphi: *Minoratio personarum ex elevata sede*: inter elogia Operis in fronte impressa ultimo loco extat *carmen sapphicum Fr. Pauli Wolffii Osfoburgi Cœnobitæ Schutterani*: tract. 2. lib. 7. cap. 8. de influxu astrorum post *Augustinum* S. hæc refert: *Sequuntur nunc Bonaventura, Alexander de Ales, Scotus & Theologorum numerosa turba*: & plerumque utitur autoritate *S. Bonaventuræ*, & *Scoti*, ut lib. 8. c. 12. 35. & 40., lib. 11. cap. 33. 35. 36. & 45. Cum esset vir omnigenæ lectionis, & eruditionis, composuit, vulgavitque

Margaritam Philosophicam impressam in 4. sine anno, & loco editionis, inquit Joan. a S. Anton., libris 12. conflatam, quorum in primo agit *de Grammatica*: in 2. *de Logica*: in 3. *de Rhetorica*: in 4. *de Arithmetica* speculativa, & practica: in 5. *de Musica* speculativa, & practica: in 6. *de Geometria* speculative, & practice, in 7. *de Astrologia*: in 8. *de principiis rerum naturalium*: in 9. *de origine rerum naturalium*: in 10. *de anima, & potentiis ejusdem*: in 11. *de potentiis animæ intellectivæ*: & in 12. *de principiis Philosophiæ moralis*. *Margarita Philosophica nova* prodiit ex Argentorato veteri an. 1508. prid. kal. April. in 4. per Joan. Gruningerum impressa, *denuo recognita, emendata, sententiis, tractatibus, & figuris novis aucta, & illustrata*: quæ editio extat Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum. Prodiit etiam edit. 3. Basileæ an. 1508. in 4.; postea in italicum idioma translata per Jo: Paulum Galluccium Salodiensem cusa est Venetiis an. 1600. in 4., cum jam castigata, & aucta ab Orontio Phinæo Delphinate prodierit Basileæ an. 1535. in 4. ex Indice Biblioth. Barberinæ to. 2., & Bibliothecæ Conventus S. Francisci Ferrariæ.

Alia eum scripsisse constat; nam post lib. 1. tract. 3. in fine *Institutionis Hebraicæ* habet: *quod doluisse mirum in modum Franciscum Picum, scripsimus in præfatione Divi Gregorii Nazianzeni*. Provectæ ætatis factus est Ordinis Carthusianorum ex Petrejo in Biblioth. Carthus.

M D C X L I V. 794.

GREGORIUS RUIZ = Pincianus sac. Theolog. Lector Emeritus, & S. Officii Qualificator edidit

Controversias Theologicas in 4. lib. Sentent. Scoti usque ad 50. distin., vita Scoti præmissa, ex Joan. a S. Anton. Male *Gulielmus* dicitur ab Arturo die 8. Novemb. §. 10.

* GREGORIUS SALINUS = v. supra *Georgius Sabinus*, uti vocatur a Rossotto; sed *Gregorius Salinus* dicitur ab autore Biblioth. Capuccin., & Opus emisisse an. 1602., ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 30.

M D C X L V.

GREGORIUS SCHERIUS Liciensis in Apulia prov. S. Nicolai Strict. Observ. Reformat., Aloysii de Cruce Discalceati discipulus, in Hispania aliquando Lorcæ auditor, Historicus celebris, in rebus scholasticis, Scoticaque Theologia professor, suæ provinciæ Reformatæ Vicarius, & Definitor obiit in patria an. 1642., cum scripsisset

Disputationes, & Quæstiones de Deo trino, & uno ad mentem Subtilis Doctoris: quæ cusæ sunt Licii an. 1646. in 4. apud Petrum Michaelem, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 33., de quo & pag. 27. egerat ex Didaco de Lequile to. 2. Hierar. Francisc. fol. 275. sub v. *Gregorius de Licio*. Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol. dicit, prodiisse Licii ante annum 1669. in 4., & cum errore dicit *Bonaventuram Liciensem*, ex quo Joan. a S. Anton. to. 1. p. 239. de eo iterum agit sub illo nomine.

M D C X L V I. 795.

GREGORIUS VALENTIANUS = provinciæ Panormitanæ alumnus, S. Inquisitionis in regno Siciliæ Theologus, & Qualificator, vir propter compositam morum gravitatem, pietatem, ac non vulgarem in divinis litteris eruditionem in sua provincia valde commendatus.

Commentaria in Hymnodiam SS. Patrum cum Mantissa Epistolæ B. M. Virginis scriptæ ad Messanenses. tomus 2. Messanæ 1649. in fol. apud Jacobum Matthæi.

Practica Moralis XI. casuum reservatorum, quatenus pertinens ad Religiosos juxta Decretum Clementis VIII. Pont. Maximi. Panormi 1664. in 4. apud Dominicum de Anselmo.

Auxilium agonizantium, adjectis *tractatibus de* 4. *Novissimis, ac de Confessione generali* italico idiomate, Opus posthumum. Panormi 1668. in 8. typis Josephi Bisagni. De eo pluribus autor Biblioth. Capuccinorum, Mongitor to. 1. Biblioth. Siculæ, Dupinus, & ex his Joan. a S. Anton.

* GREGORIUS ULYSSIPONENSIS, quem Joan. a S. Anton. dicit fuisse primitus Minoritam, deinde S. R. E. Cardinalem, ac edidisse *Constitutionem pro Conceptione B. M. Virginis* laudatam a Petro de Alva col. 558. Militiæ univer. ex Spondano ad an. 1494. num. 14., forsan idem est cum *Georgio Ulyssiponen.* S. R. E. Cardinali *Ordin. Minor. Viceprotectore* an. 1494., qui decretum de Conceptione B. M. V. una cum alio S. R. E. Cardinali condidit.

M D C X L V I I. 796.

GRIPHON FLANDER = de quo Trithemius, & Marianus apud autorem Chron. S. Francisci par. 3. lib. 3. cap. 38., ubi dicitur & græcam, & arabicam linguam didicisse, & concionatum iisdem diu fuisse

* GUALFRIDUS = v. *Galfridus*.

* GUALISIUS ita vocatur in nonnullis mss. = v. *Gulielmus Varro*.

M D C X L V I I I. 797.

GUALTERIUS BRINKELIUS = forsan *Tabula originalium nominum* Gualterii Brugensis memorata est idem, ac sequens Opus. Rr De-

Derivationes Gualterii extabant olim mss. Bononiæ in Biblioth. S. Franc. ex Catalogo veteris Bibliothecæ ejusdem urbis conscripto an. 1421., a me paucis abhinc annis lecto. Sed an hujus, vel alterius *Gualterii* Opus, non satis comperi; nisi sit legendum *Determinationes*

MDCXLIX. 798.

GUALTERUS BRUGENSIS = anno 1279. assumptus est Episcopus Pictavien., ejusque ...

Commentarii in lib. Senten. extant mss. in Biblioth. S. Michaelis in Periculo maris Ord. S. Bened. incip. *Ego novissimus omnium evigilavi* &c., hoc titulo insigniti: *Magistri Gualterii Pictavien. Commentarii Theologici*.

Quodlibeta Theologica incipere: *Quærunt*, al. *Quæritur, quomodo virtus*, tradit Jac. Philippus Bergomas in Supplemento Supplementi lib. 13. ad an. 1252., & Trithemius. Horum meminit Bartholom. Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scripr. Ord. Minor., & extant mss. Florentiæ in nostra Biblioth. S. Crucis post *Quolibeta Gulielmi de Mara*, & *Joan. Pekam*; agitque *de virtute, voluntate, conscientia, correctione fraterna* &c. in fol., & incip. *Quæritur, quomodo virtus ab habente possit cognosci*: alias[?] nomine autoris.

Quæstiones disputatæ citantur ab autore illius vicino Astesano in *Summa* lib. 2. par. 1. tit. 3. art. 2., qui & sæpe citat ejus *libros in 4. Senten.*

Rudimenta pro concionatoribus memorat Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in provin. Turonen., & Custodia Pictavien. inquiens: *Magister Gualterius homo sanctus, qui ad prædicandum fecit Opus, quod dicitur Rudimentum; valet enim ad omnem statum informandum: fecit etiam multa in Theologia; & signis, & vita mundo prædicavit*. In provincia vero Franciæ, & Custodia Parisiensi hunc inter *Theologos Parisienses* enumerat. Extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. al. ult. versus Ecclesiam n. 407. cod. ms. in 4. parvo, & antiquo, incipitque: *Tractatus iste, qui dicitur Rudimentum doctrinæ, vel erudimentum*, IIII. *habet partes de doctrina exequentes* &c.: & quidem initio habentur tituli 4. partium; attamen codex continet dumtaxat tres partes, estque sine nomine autoris; & tract. 3. par. 5. c. 14. procedit usque ad Martinum IV. in serie Rom. Pontif. an. 1281. assumptum. Fatetur Joan. a S. Anton. in Biblioth. Franciscana se vidisse Salmanticæ tomum in 8. editum sub hoc titulo, sed absque principio, & fine; unde incertum, an hujus autoris sit Opus.

Sermones per annum, quos Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Magistris, Scriptoribusque Ord. Minor. vocat *Sermones ad Status*, aitque a Gualterio compositos fuisse jussu *Alexandri IV.*, qui eos approbavit: & paulo post repetit: *Magister Gualterius Sermones ad omnem Statum disposuit*: quod exscripsit citatus Bergomensis in primo Supplem. Histor. ad an. 1260.; in altero vero Supplemen. ad an. 1252. dicit: *Sermonum libros duos pro totius anni tempore*: sed hi confundere videntur Gilbertum Tornacen. cum hoc Gualtero; ille enim jussu Alexandri IV. composuit *Sermones Dominicales, & Festorum, & ad omnem Statum*.

Opus Galterii de Brugis Epist. Pittaviensis de sex speciebus & earum præceptis ms. extat in Biblioth. Monasterii Lyrensis ex Catalogo Montfauc. to. 2. pag. 1259.

Tabula originalium nominum &c., cujus videtur meminisse laudatus Pisanus, dum ait accepisse & in *sacra Scriptura*, ut & commemoratus Bergomensis.

Excerpta in Sanctis Patribus Augustino, Gregorio, Hieronymo, Ambrosio, Hilario, Isidoro, Origene, Cassiodoro, & aliis: incip. *Non partum in Philosophia profectum puto, tum in comparatione recti, verique inveniendi contemnitur a disputante victoria* &c. In fine vero amplissima Operis *Tabula*, quæ clauditur his verbis: *Hanc tabulam composuit Dominus Frater Gualterius Episcopus Pictaviensis de Ordine Fratrum Minorum*: extat ms. Parisiis in Regia Biblioth. cod. 4906., al. 1106., teste Oudino supracitato ad an. 1280., & Joan. a S. Anton. to. 2.

Tabula Theologiæ Fratris Gualteri Pictaviensis Episcopi habetur ms. Patavii in Biblioth. S. Antonii ex Thomasino in Catalogo Biblioth. Patavin. mss.; nescioque, an idem Opus sit cum *Commentariis Theologicis* supra relatis, ut videtur velle citat. Oudinus.

Catalogum Præsulum Pictaviensium texuisse, eumque ms. extare in antiquo illius Ecclesiæ Tabulario hoc titulo; *codex Gualteri*, testantur Sanmarthani in Gallia Christiana to. 3., Antonius Pagius in Crit. Baron. to. 4. ad an. 1181. n. 6., & Franciscus Antonius Pagius in Breviar. Romanor. Pont. in Lucio III. n. 3.

Constitutiones ejus factæ an. 1280., & aliæ anno 1284. in Synodo S. Lucæ leguntur in novissimis Conciliorum editionibus ex ms. Collegii Parisien. Soc. J., ubi & leguntur ejus *Literæ* an. 1284. ad Simonem Bituricen. Archiepiscopum in Actis Visitationis prov. Bituricen.

Citatur hic nedum in Summa Angelica, sed etiam in Summis Rosella, & Silvestrina edit. Antuerpien. an. 1585, & non inter Doctores Theologos, sed *Summistas*, eos videlicet, qui Summas ad *Moralem* facultatem ediderunt. Agit de eo Bollandus in Act. SS. to. 2. Januar. sub die 22. Antiquus autor *Catalogi SS. Fratrum Minorum* scripti an. 1336., de quo dixi supra v. *Fabianus Hungarus*, hæc habet: *In provincia Turonia in Pictavia Frater Gualtherius Episcopus Pictaviensis multa miracula fecit; illuminavit cæcos; & discooperto suo sepulchro ad præceptum Clementis Papæ nobis brachium ostendit, ostendens illud, quod tenebat in manu* &c.: quasi autor præsens extiterit facto, vel rem ab his, qui aderant, acceperit: quod quidem factum postea retulerunt Chronica antiqua Ordinis, quæ an. 1373. desinunt, apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 2. lib. 4. cap. 24.; pauloque post Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2.; & inde S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 8.; quare falsus est Oudinus cit., dum scribit, de hac re testes nullos autores veteres haberi.

* GUALTERUS BURLÆUS Franciscanis Scriptoribus adjungitur a Joan. a S. Anton. to. 2. ex Angelo a S. Franc., & Hieronymo Lorte, sed nimis recentes sunt autores, & antiquos non habent suffragatores in hac re, nisi quod fertur extitisse *Joannis Scoti* auditor.

MDCL. 799.

GUALTERUS CATTONUS = memorat hunc autor illorum temporum Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter Doctores, Scriptoresque Ordin. Min., vocatque *Gualterum Cepton* Anglum sac. Theol. Magistrum tam in editis, quam in quibusdam mss. codicibus, & *Gualterus Canto* sac. Theol.

Ma-

Magister dicitur in prologo *Constitutionum Benedicti XII.* an. 1337. Caturci in Gallia conditarum, quarum & ipse autorum unus fuit. *Catonem* porro sæpe citat Alfonsus Toletanus scriptor æqualis in 1. dist. 17. q. 2. art. 3. opinionem, & argumenta ejus adducens. Joan. vero Major in *Vita*, quam præmisit editioni 4. *Senten. Adami Goddam* an. 1512. Parisiis factæ affirmat, *Cathonem* fuisse prædicti *Adami* præceptorem, cujus tamen in quæst. 52. lib. 3. Senten. adducitur *Cathonis* opinio, *continuum ex divisibilibus finitis componi*; quam *Adam* impugnat, & refellit. Hunc scriptorem commendat etiam Joan. Picus Mirandulanus lib. 12. contra Astrologos cap. 7., vocatque mendose *Joannem Caton*. Ceterum revera dictum fuisse puto Gualterum *Cepton*, seu *Ceuton*, & *Cauton*; vulgo vero *Catton*. Joan. a S. Anton. secutus Willotum, & Pitseum, & Angelum a S. Francisco diversos facit *Catonum*, & *Ceton*, quod ille dicatur obiisse 1343., hic vero in Annal. 1236. vixisse dicatur, sed error est in secunda, & tertia numeri nota, cum legendum sit 1326. transposite.

M D C L I. 800.

GUALTERUS WIBURNUS = de quo & Pitseus, aliique plures.

M D C L I I.

GUIBERTUS, vel Gilbertus natione Gallus seculo nostri Ordinis primo florebat concionatoris præsertim munere, & anno 1282. Parisiis *sermonem* habuit, qui 56. est in eod. 762. Biblioth. Victor. Parisien. relato a Jac. Echardo to. 1. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 386., ubi de *concionatoribus variis* agit, & in quo codice dicitur *Fr. Guibertus, qui fecit Summam*; eumque puto, quem Bartholomæus Pisanus, qui seculo sequenti scripsit, Conform. VIII. par. 2., ubi de claris Ordinis Scriptoribus agit, in provincia Franciæ floruisse prodit, scripsisseque *Summam de virtutibus*, *quæ* (subdit) *jungitur cum Summa de vitiis, qua hodie communiter utuntur*, quæque forsan est Joannis de Rupella, quem vide infra: & Conf. XI. par. 2. de eadem Franciæ provincia repetit in fine: *& qui Summam composuit de virtutibus, Frater provinciæ Franciæ fuit*, nomine suppresso. Scripsit itaque

Summam de virtutibus, forsan illam, quæ olim Asisii sine nomine autoris extabat in Biblioth. sac. Conven. S. Francisci, incipiebatque: *Præsens Opus habet quinque partes principales*: finiens: *sunt debita, quibus obligaverunt parentes nostri cælestem hæreditatem*: ex Inventario dictæ Biblioth. an. 1381. confecto, aut renovato solar. orient. 3. & 6., quod hucusque servatur in Tabulario memorati Conventus.

Conciones etiam, & *Sermones* composuit ex dictis, sed qui adhuc majori ex parte vel latent, vel exciderunt.

M D C L I I I.

GUIDO BARTHOLUCCI Asisias Conventualis sac. Theologiæ Magister insignis, qui & sui Ordinis Gymnasiorum, ac in primis Veneti diu Moderator fuit, & postea contra hæreticam pravitatem fidei Inquisitor Adriæ 1605. usque ad 1610., quo obiisse videtur, edidit que

Opusculum de ducentis quadragintatribus contradictionibus, quæ in Scoti Operibus apparere videntur, solutionum cusum an. 1589. Venetiis apud Joan., & Andream Zenarium, iterumque publicatum ad calcem Operum Scoti ab Hibernen. Minor. editorum Lugduni an. 1639. in fol. Illud memorat Matthæus Ferchius in Vita Joan. Scoti cap. 52. prope finem.

Commentaria in scriptum Mauritii Hiberni Minoritæ de Distinctionibus, teste Jacobillo in Scriptor. Umbriæ, qui tamen decipitur; etenim partem *Dictionarii sacræ Scripturæ* Mauritii Hibernici ad Matthæum Zane Patriarcham Venetum missam vulgari curavit Venetiis an. 1603. in fol. per Franciscos, & per errorem adscripsit *Mauritio de Fortu Hibernico* Archiepiscopo Tuamensi, cum sit antiquioris *Mauritii* Hibernici, qui florebat an. 1280., & cujus Opus titulum ferebat *Summa Distinctionum* eorum, quæ sunt in sacra Scriptura, ut in *Mauritio* dicetur.

Expositionem Scotelli, *seu Petri de Aquila* ex cit. Jacobillo. *Indicem* certe ad opus Scotelli, vel Petri Aquilani a Card. Sarnano confectum recognovit, auxitque, ut ex ejus epistola eidem Operi, Indicique præmissa an. 1583., vulgataque cum eodem Opere Venetiis an. 1584., & iterum 1600. in 4. per Hieronymum Zenarium.

Opus de Vita, & laudibus B. M. V. a Bartholomæo Pisano Ordin. Min. compositum, & ab *Hieremia Bucchio* castigatum, correctumque, & ut ederetur præparatum vulgavit Venetiis an. 1596. in 4. per Petrum Dusinellum.

Reportata Scoti in 4. Sentent. libros olim a Joan. Majore Parisiis evulgata recudi curavit Venetiis an. 1597. in fol. typis Sessæ.

Citat sæpe hunc virum Marcus Scarsella in Casuum Moral. *Summa*, præsertim v. *Assicuratione*, *Assolutione*, *Careere*, *Comprare*, *Consecratione*, *Giuramento* &c., nec non in epistolis Operi præfixis; meminitque ejus etiam Franchinus in Bibliosophia Script. Min. Conv. n. 320.

M D C L I V. 805.

GUIDO BONATTUS = non Florentinus, ut perperam quidam Scriptores Florentini posterioris ævi tradiderunt, sed *Foroliviensis*, ut ipsemet autor in suo de *Astronomia* Opere scriptum reliquit, nec non Monachus Patavinus ei synchronos in Rer. Italicar. Script. to. 8. sub an. 1259.; atque Fr. Salimbene Parmensis Ord. Min., qui pluribus annis fuit Ravennæ, Imolæ, Faventiæ, Forolivii, Balneocaballi eo seculo, in suo Chron. ms. pag. 278. de *Forolivio* appellat. His addatur Jacob. Philippus Bergomas in Supplemento Histor. libro 6., Alexander Vellutellus, & Christophorus Landinus Florentinus in can. 20. Com. Dantis; de qua re legi potest Eques Georgius V. Marchesius in Vitis Virorum Illustr. Forolivien. lib. 2. cap. 6., ubi ex vetustis illius urbis monumentis ostendit, din ante Guidonem ea in civitate familiam *Bonattorum* floruisse, ut inde potius Florentiam postmodum migraverit, quam e converso.

Opus Guidi Bonatti de Forolivio continens decem tractatus Astronomiæ, & de judiciis astrorum prodiit Augustæ Vindelic. an. 1491., postea Venetiis an. 1506. in fol. ex Ind. Biblioth. Barberinæ, & Basileæ an. 1550. Ejus *Astrologia* ms. extat Romæ in Biblioth. ol. Reginæ Sveciæ, nunc Vatic. cod. 479. ex Catal. Montfaucon to. 1. pag. 24.

Ejusdem *Introductio*, *Astronomia*, & *de extractione quarumdam partium in Nativitatibus, & revolutionibus* ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medicea plut. 29. ex Catalogo dicti Montfaucon to. 1. pag. 237. 298., & 299.

Tractatus de particularibus revolutionibus, & de

de quarumdam partium projectione ma. in Bibliotheca S. Marci Florentiæ ex ejusdem Catalogo pag. 428. acm. 4., ubi semper dicitur *Forolivienesis*.

Opera ejusdem *Astrologica varia*, & *de Imbribus* mss. sunt Parisiis in Regia Biblioth. codd. 5015. 6392. 6393. & 6391. ex Catal. Montfaucon pag. 754. & 762. to. 2.

Historiam celebris Gallorum cladis prope Forolivium etiam scripsisse prodit Leo Cobellus apud cit. Marchesium, qui subdit in laud. Opere de Viris Illustr. Forolivien., cetera, quæ scripsit, partim Parisiis, ubi Astronomiam docuit, partim Romæ apud familiam Roncionam, partim vero Cæsenæ apud Carolum de Lapis Linarii Comitem mss. asservari

Joan. Picus Mirandulanus in Opere adversus Astrologos hunc præ ceteris exagitat.

M D C L V.

GUIDO BRIANSONIUS = *Guido Briansonis* reipsa vocabatur, non *Gerardus*, ut supra habet Waddingus, idque constat & ex Opere vulgato, & ex privilegio Regis Galliarum Operi præmisso, & ex ipsomet Waddingo in Annal. Minor. ad an. 1480. n. 12. Conventus Aurelianensis Min. Conv. extitit alumnus, perfecitque Opus suum Theologicum *an.* 1435. 22. *Januarii in die S. Vincentii*, ut habetur in fine dicti Operis, cui titulum fecit: *Quartam Collectarium sacræ Scripturæ ex dictis Doctorum*: & sane super *Quartum Sententiarum* dumtaxat prodiit Parisiis an. 1512. per Stephanum Balant in 4., & in privilegio Ludovici Regis memorato gallice hæc habentur: *e mettre en ordre Guido Briansonis super quarto Sententiorum par un venerable Docteur en Theologie nomme Raymundus Dayneri*. Refert Waldingus supra in *Gerardo Briansonis*, haberi ms. in Conventu Murallen. prov. Aquitaniæ; ac scripsisse etiam

In septem psalmos pœnitentiales,

In Dionysium Areopagitam de cœlesti Hierarchia: de quo Rodulphius lib. 3., aliique postea. Errat Oudinus ad an. 1450. to. 3., quando scribit, Waddingum asserere, hunc post annum 1330. vixisse; id enim Waddingus non de isto, sed de *Gerardo Burgundo* affirmat, qui alius est a Gerardo, al. Guidone Briansonia.

M D C L V I.

GUIDO FINARIENSIS in littore Maris Ligustici natus prov. Genuen. Ord. Capuc. Sacerdos piissimus, qui vitam cum maxima perfectione, & sanctioris vitæ exemplis ad extremum usque perduxit; B. V. Mariæ vero cultor eximius composuit

Compendium multarum devotionum, & orationum in honorem B. V.; ac morti tandem proximus an. 1589. genuflexus recitata hac oratione: *Ave filia Dei Patris* &c., obiit, ut referunt Boverius in Annal. Capuccin., P. Courser apud Biblioth. Ligustic., autor Biblioth. Capuccin., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M D C L V I I. 802.

GUIDO FULGINAS = Lector Fulginas dicitur a Rodulphio lib. 3., ejusque Opus incipere dicit: *Hoc opus est de Festivitatibus Sanctorum*: sed Operis initium non apponitur.

M D C L V I I I. 803.

GUIDO DE MARCHIA = vivebat an. 1291. ex Bulla Nicolai IV. *Apostolicæ Sedis*: eratque filius Hugonis Comitis Engolismen., & Marchiæ, & hinc forsan per errorem Picenus appellatus. Possevinus in Appar. sac. ait, scripsisse ad Summum Pontificem

Querelam mundi contra Religiones rhytmice lib. 1.

M D C L I X.

GUIDO PERUSINUS *magnus Theologus*, & in aliis disciplinis, facultatibusque versatus, ac *universalis*, in Geometria vero Bartholi J. C. clarissimi Magister, testante ipsomet Bartholo in procem. tractatus *Tyberiadis*, scripsit

Comment. in 4. libros Sententiarum, & *alia*, quæ forsan perierunt, ni lateant hucusque. De eo agit Waddin. in Annal. Minor., florebatque an. 1340.

M D C L X.

GUIDO DE TEMPLO an. 1272. Parisiis *sermonem* habuit, servaturque adhuc ibi in vetusto cod. Sermonum diversorum autorum Biblioth. Sorbonicæ, & est inter eos numeros 46tus, teste Jacobo Echardo to. 1. de Script. Ord. Præd. pag. 269. in Fr. *Ægidio Aurelanen.*

M D C L X I. 804.

GULIELMUS ALMOINUS = *Almoit* dicitur apud Barthol. Pisanum Confor. VIII. par. 2. inter Doctores, Scriptoresque Ordin. Minor., *de Almut sac. Theolog. Doctorem* appellat Alvarus Pelagius de Planctu Eccles. lib. 2. cap. 62., asseritque anno 1322. interfuisse Comitiis Perusinis, in quibus Quæstio *de paupertate Christi, & Apostolorum* est agitata; ibi autem in charta determinationis a Waddingo relata in Annal. Minor. ad eum annum n. 52. vocatur *Gulielmus Almuchiæ sac. Theologiæ Doctor*; a Marco Ulyssiponen. Chron. par. 2. lib. 9. cap. 24. dicitur *Almoith*, ac *in Theologia* scripsisse, annoque 1360. floruisse: etiam Rodulphus lib. 3. *Almoic*, aliique postea vocarunt.

In Apocalypsim Comment. initium est idem cum illo *Vitalis a Furno* Minoritæ, ut ibi legere est apud Waddingum, qui secutus est Pitseum, & Angelum a S. Francisco, hos vero Joan. a S. Anton. Habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 2. versus Eccles. cod. 127. in fol. ms. sine autoris nomine incip.: *Spiritu magno vidit ultima, & consolatus est lugentes* &c. *Cum in sacra Scriptura revelata B. Johanni in Apocalypsi sint consideranda* &c.: & scam. 7. cod. 76. in 4. etiam sine nomine.

Quæstiones 28. *rerum variarum* sunt, quæ temporibus illis dicebantur *Quodlibeta*, & pro more temporum scribebantur ab omnibus ad Magisterii lauream accedentibus. Quæstiones num. 24. rerum variarum Theolog. incip.: *Quæritur, utrum gaudium accidentale Beatorum* &c.: habentur mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 16. versus claustrum cod. 586. in fol. sine nomine autoris; sed in fine quidam charactere diverso, antiquo tamen, scripsit: *Quæstiones Gulielmi dela Mara* &c.; & ibidem scam. 30. versus Eccles. cod. 347. post *Quolibeta Scoti*, & *Jacobi Asculani*: *Quæstiones Magistri Guillelmi Amoyt Anglici Lectoris Bononiæ* in fol.; incipiuntque: *Utrum intellectus agens sit substantia separata*: vel *Utrum possibile fuerit, entia permanentia alia a Deo fuisse ab æterno*: est enim scriptum eo loco nonnihil confusum. Juxta temporum illorum morem scripsisse eum etiam liquet

Commentarios in 4. libros Sententiarum.

M D C L X I I. 805.

GULIELMUS ALWEVICUS = quem *Alverricum* di-

dicit, Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1330. n. 12., eumque ex Pitseo scribit fuisse *Episcopum* Juvenacen. in Apulia Peucetia, & paulo ante an. 1330. ea dignitate ornatum ex Reg.Regio, ex quo & Ughellus to. 7. Italiæ sac. recensuit in Juvenacen. Episc. n. 16. Videri posset, censerique ille *Gulielmus Angliæ provinciæ Minister, & sac. Theologiæ Magister*, qui an. 1322. Perusii interfuit Comitiis Gen., & determinationi *de paupertate Christi, & Apostolorum ejus* subscripsit, ut est apud citat. Waddin. in Annal. Minor. ad eum annum num. 52. una cum superiori *Gulielmo Almuchia*, vel *Almoic*: quod si ita res est, perperam Willotus hunc cum superiori confundit, & ante eum Rodulphius lib. 3.

* GULIELMUS, sive Guilielmus Alneris, quem ex Petro de Alva profert Joan. a S. Anton. in append. to. 3., est *Gulielmus Alvevicus*, qui scripsit primus non *Schismatum elenchum*, sed *Sophismatum elenchos* ex Waddingo.

* GULIELMUS, al. Guilielmus Alnewier, quem ex Hieronym. Lorte, & Aug. Wite autoribus parum accuratis adfert Jo: a S. Anton. in append. cit., est *Gulielmus Alvevicus*.

* GULIELMUS DE AQUITANIA, quem hoc loco recenset Joan. a S. Anton. ex ms. Biblioth. Toletanæ S. Joan. Regum, nil vetat, quin fuerit vel *Gulielmus de Fulgario*, vel potius *Gulielmus Farinerius*, uterque Aquitanus, & scriptor, aut *Gulielmus de Lanicia*.

M D C L X I I I. 806.

GULIELMUS AUGERUS = al. Angerus, de quo & Pitseus, & alii plures.

M D C L X I V.

GULIELMUS DE BELLOMONTE sac. Theologiæ Professor scripsit circa an. 1350.

Commentarios in 4. Sententiar. libros, eumque citat Gregorius Ariminen. in 2. dist. 42. quæst. 1. art. 1., ubi notavit autor marginearum notationum ejusdem Gregorii, a quo dicitur *Ordinis Minorum, & Doctor modernus*, idest tempore Gregorii Arimineu. vivens: an autem fuerit a *Bellomonte*, vulgo *Beaumont* in Gallia, vel in Belgio, aut in Italia, in obscuro est, cum apud neminem alium extet hujus mentio: nam nedum in Gallia plures sunt hujus nominis civitatulæ, sed etiam una in Belgio, & in Italia. Extat & oppidum, seu castrum in Sabinis ab urbe Reate 5. mill. distans, ubi Minores Convent. parvum Cœnobium habent: est & oppidulum in Calabria ad mill. 3. prope Amantheam in littore maris; sed & vetusta, nobilisque familia viguit in Flaminia ab oppido non longe ab Appenino supra Forolivium posito nuncupata, unde circa an. 1280. Ariminum transmigravit, ibique adhuc extare dicitur; ut omittam aliam in Gallia generosam familiam, quæ fertur jam paulo post annum 1200. extincta.

M D C L X V. 807.

GULIELMUS BERNARDI = de quo Rodulphius lib. 3. fol. 319., & alii postmodum egerunt.

M D C L X V I.

GULIELMUS BERNARDI de Podio Gallus provinciæ Aquitaniæ sac. Theologiæ Doctor, & ecclesiastes præstantissimus seculo XIV. floruit, de quo Bartholomæus Pisanus illius ætatis scriptor Conform. xt. par. 2. de prov. Aquitaniæ, ac loco *Castrinovi* disserens ait: *de quo fuit Magister Gulielmus de Podio præ aliis tempore suo singularissimus prædicator ad populum, & ad Clerum*: quod ipsum habet & Rodulphius lib. 2. fol. 285., & Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1334. n. 25. ex Mariano, hic vero ex Chronicis antiquis Ordinis. *Gulielmus Bernardi de Podio Doctor Theologus* dicitur in prologo *Constitutionum Benedicti XII.* an. 1337. Caturci in Gallia conditarum, quarum ipse etiam unus ex autoribus extitit, scripsitque, quantum conjicimus,

Conciones quadragesimales, & per anni circulum.

Sermones etiam *diversos*; & forsan *alia*, quæ ad nostram non pervenerunt notitiam.

Nec abest a vero, hunc esse illum *Gulielmum Bernardum Cancellarium Parisiensem*, qui an. 1332. die 2. Januarii una cum aliis Doctoribus Parisiensibus sententiam tulit *de visione beatifica* &c. ex seculo VI. Hist. Universit. Parisien. ad eum annum: quod si quis inficias eat, eo quod *Ordinis Minorum* non enunciatur, sciat etiam Petrum Paludanum *Ord. Prædicat.* ibi dumtaxat appellari *Petrum Patriarcham Hierosolymitanum*.

M D C L X V I I.

GULIELMUS BORRITOS, teste P. Quirino de Salazar Soc. J., sec. 15. scripsit

In 4. libros Sentent. Comment.; inquit enim: *Alius etiam Minorita doctus Borriton floruit hoc tempore, cujus de pura Conceptione extat nobile monimentum in 3. dist. 5.*, ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 36., ubi sentit, hunc diversum esse a Vorrilon.

M D C L X V I I I. 808.

GULIELMUS BRITONUS =

Brito de vocabulis Bibliæ habetur ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 28. num. 720. in fol. versus claustrum. Incipit Opus: *A litera, sicut dicit Isidorus in p. lib. Ethimol*; incedit enim alphabetice. Habentur etiam ibidem scam. 9. num. 105. in 4. parvo versus Ecclesiam *Vocabula G. Britonis*. In Biblioth. S. Victoris Parisien. extat ms. Opus inscriptum: *Gillelmi Britonis Vocabolarium sacræ Scripturæ*: & in Biblioth. S. Germani Parisien. cod. 564. *Petri Brisonis Vocabolarium Biblicum*. Habetur etiam *Briti Vocabolarium sacrum* ms. pergam. in fol. in Biblioth. Sfortiana, teste Possevino in fine Apparatus sacri, ubi Bibliothecarum mss. codd. describit. *Vocabolarium sac. Scripturæ*, seu *Expositio vocabulorum difficilium sac. Scripturæ* habetur ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 4518.; Turoni in Biblioth. Ecclesiæ Cathedral. cod. 60.; & in Biblioth. Belgica p. 142., & 152. ex Sandero par. 1. *Vocabolarium* hoc extat etiam pergam. ms. in 4. dupl. Asisii in nostro S. Francisci Archivo. Extabat olim & in Biblioth. Ferrarien. S. Francisci *Vocabolarium Britonis* incip. *Difficiles studeo*: finiens vero, *bonorum*, ex veteri Catalogo illius Biblioth. an. 1442. scripto pag. 15.; ubi pag. 67. legitur: *Item*

Briton de accentibus forsan verborum sacræ Scripturæ; vel *Grammaticalia quædam*, quæ indicat Waddingus.

Ex hujus *Vocabolario* suum confecit *Glossarium*, seu *Vocabolarium latinarum vocum sac. Scripturæ* Joan. Erfordiensis Minorita vetustus, ut ibi dicitur.

In prologos omnes sacrorum Bibliorum a S. Hieronymo editos Commentarii mss. habentur in cit. Biblioth. S. Victoris Paris.; & prodierunt una cum Po-

Postilla Nicolai Lyrani, & *Glossis* Venetiis an. 1588. in fol.; in iisque non semel adducit suum *Vocabularium Bibliorum*, seu *de Vocabulis Bibliæ*. Habetur etiam in cit. cod. 720. scam. 8. Biblioth. S. Crucis, in quo postea subditur etiam

Correctio, seu castigatio quorumdam locorum sacræ Scripturæ ex S. Hieronymo, variisque Bibliis incipiens: *Quoniam super omnes scripturas verba sacri eloquii necesse est, ut in fundamento veritatis innitantur* &c.; non prætergreditur tamen Paralipomenon libros.

Vocabularium Ecclesiasticum ms. extat in Toletana Biblioth. S. Joan. Regum, teste Petro de Alva *Principio A*; ubi tradit, huic primò deberi *Bibliothecam Veterum Patrum* a Margarino dela Bigne deinceps anno 1577. auctam, ut est apud Joan. a S. Anton. in append.

Synonyma Britonis prodierunt Parisiis an. 1508. per Dionysium Rosseum: & hujus esse rentur autoris, etsi Labbeus in Biblioth. mss. autor. ascribat Joan. Ægidio Ord. Eremit. S. Augustini; sed perperam, judice Carolo Fresnensi in præfat. ad Glossarium mediæ Latin. n. 49.

Fr. Goillelmus Britto Ord. Min. an. 1248. fuit Viennæ Allobrogum, teste Salimbene Parmensi in Chron. ms. pag. 307., ubi & ipse tunc erat, aitque de eo: *cujus est libri memoria*, idest compositio; & paulo post: *adhuc Frater Guillelmus non fecerat librum suum, qui suo nomine titulatur*; & forsan periit. Primus antiquorum, qui hujus scriptoris autoritatem produxerit, fuit Raynerius Pisanus Ord. Prædic. in *Pantheologia* to. 2. tit. *de laude Dei* cap. 11. pro explicatione vocis *Chori*: Raynerium autem obiisse an. 1351. scribit Echardus to. 1. de Script. Ord. Prædicat., ut infra in *Jacobo Florentino*. Brito in *Vocabolario* citatur etiam a Roberto Holkot Ord. Præd. in lib. Sapien. cap. 4. lect. 49., cap. 5. lect. 68., & cap. 12. lect. 148. Holkot porro comes fuit, & amicus Richardi de Bury Episcopi Dunelmen. an. 1345. defuncti ex Walshingamo; ut habetur in Hist. Dunelmensi. Aut ergo duo ejusdem nominis, & agnominis fuerunt, aut ejus Opera aliena manu interpolata sunt; citat enim *Durandum* a S. Portiano, qui circa annum 1333. finem vivendi posuisse videtur, & nedum in Expositione epist. S. Hieronymi incip. *Frater Ambrosius* cap. 7. citat Matthæum Vindocinen. an. 1286. denatum, sed etiam in Expositione *prologi* in Zachariam Prophetam ad illa verba: *Vidi nocte, & ecce vir* &c. dicit: *Vir est Angelus . . . . . . Vide glossam marginalem, quæ exponit totum autoritatem*: hæc autem est glossa Nicolai *Lyrani*, quæ exponit de Angelo; non autem *Ordinaria*, quæ de Salvatore interpretatur: at Lyranus an. 1332. glossam suam complevit, ut ibi legitur. An autem unus, vel duo fuerint, non facile asseruerim.

M D C L X I X. 809.

GULIELMUS BUTLERUS = latine sonat *pincerna*; scripsit contra Wiclefistas, Lollardos, similesque sui temporis hæreticos. De eo Pitseus, & alii. Fuerat jam suæ provinciæ Minister, cumque officio se abdicasset, denuo tamen assumptus fuit a Joanne XXIII. anno 1413. mense Majo ex Reg. Vatic. apud Waddin. ad eum annum n. 5.

* GULIELMUS DE CANITIA = v. *Villelmus a Canitia*.

M D C L X X.

GULIELMUS A CASALI Montis ferrati provinciæ Genuensis sac. Theolog. Doctor eximius, Ordinis primum sui in Curia Romana Procurator, postea in Capitulo Gener. Asisii an. 1430. convocato, habitoque supremus ejusdem Minister electus rexit tredecim annis; quo tempore Nuncius Apostolicus an. 1440. ad Regem Galliarum Carolum VII., ut pacis fœdus componeret, est constitutus, annoque 1442. Florentiæ diem suum obiit 3. idus Februarii, in Ecclesia S. Crucis marmoreo sepulchro ante Aram S. Francisci expensis Eugenii IV. tumulatus omnium mœrore, cum edidisset

Declarationem primæ Regulæ S. Claræ incip. *Quam admirandæ Virginis Claræ* &c., teste autore Monumentor. Ordin. Min. tract. 3. v. *Concessiones vivæ vocis oraculo* fol. 67. n. 124. edit. Salmantie. 1511., ubi refertur eam Sixtum IV. concessisse etiam Sororibus S. Claræ sub cura, ac obedientia Vicarii Gen. Cismontani Observantini degentibus: quam quidem declarationem citat & Rodulphius lib. 1. fol. 138., & antiquior autor Firmamenti trium Ordinum S. Francisci tract. 1. par. 2. fol. 8. edit. Venetæ 1513. Edidit etiam

Constitutiones pro Sororibus Colletanis incip. *In primis possent Sorores* &c. approbatas a duobus S. R. E. Cardinalibus S. Crucis, & S. Angeli A. S. Legatis, in quarum fine legitur: *Datum Gebennis provinciæ Burgundiæ sub anno Domini millesimo quadrigentesimo xxxiiij. die xxiij. Septembris Pontificatus SS. in Christo Patris, & Domini Eugenii Papæ IIII. anno tertio*: quæ habentur in Firmamentis trium Ordin. par. 5. edit. Parisien. an. 1512., & in Annal. Waddin. ad an. 1435. n. 23., & seqq., capitulis 16. conclusæ, quasque commemorat Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Francisci par. 3. lib. 3. cap. 2. ex Mariano, qui eas dicit conditas, postulante *B. Coletta*, & ab Eugenio IV. confirmatas fuisse: eas etiam a Pio II., & a Sixto IV. approbatas ostendit ejusdem Sixti Bulla: *Ut æterna*, quæ legitur in cit. Firmam. 3. Ord. par. 2. fol. 56.

Epistolas plures scripsit, quarum illam ad S. Jacobum de Marchia legimus to. 1. Orbis Seraphici lib. 3. pag. 180.

810.

GULIELMUS CATTONUS = non vixit anno 1530., ut Waddingus, eumque secutus Joan. a S. Anton. habent, sed 1350. circiter; memoratur enim ab antiquo autore Bartholomæo Pisano Confor. XI. par. 2. in provincia Angliæ, ubi inter viros doctrina celebres illius provinciæ enumerat & *Gulielmum Cepton*; sed nis. Ferrararien. babet *Gullim*; quam notam cum Librarii exscribere deberent *Gualterium*, nobis dederunt *Gulielmum*: dictum est enim supra, *Gualterum Cattonem* al. *Ceptonem* dictum fuisse etiam a Bartholomæo Pisano in Conform. VIII., non autem Gulielmum; & ibi inter Anglos Doctores Ord. Minor. unum tantum *Cattonem*, vel *Ceptonem* habere, non duos; ideoque Gulielmus iste Librariorum sphalma censendum est.

M D C L X X I. 811.

GULIELMUS DE CENTUARIA = corrupte de *Cantuaria* dicit Joan. a S. Anton. to. 3. Hujus cum laude meminit S. Bernardinus in Tract. de contractibus, & usuris serm. 41. Dominicæ de Passione art. 2. cap. 3. §. ad 7. argum. his verbis: *sicut manifeste apparuit Florentiæ in nostro Capitulo Generali an.* 1354. (leg. 1365), *vel circa, ad quod utique convenerunt valentes viri, inter quos fuit Magister Gulielmus de Cremona, qui postea fuit Episco-*

scopus Papiensis, vir utique ingentis scientiæ, & magnæ famæ: & paulo post cap. 4. scribit, in ejus *quarto Senten. libro* se legisse, eum ad Urbanum VI. Genuæ commemorantem fuisse Nuncium: celeberrimus enim Theologus e Minoritis primus docuit in Papiensi Universitate testimonio Hieronymi Vidæ Episcopi Alben. Act. 2. adversus Papienses: & Franciscus Arisius in Cremona Liter. to. 1. pag. 184. adnotavit, duos ejus libros asservari Cremonæ in Biblioth. S. Franc. Min. Conv., quorum alumnus fuit, holoserico tegumento, hedinisque paginis compactos mss. in fol., & rubro charactere insigniri in hunc modum:

Incipit prologus quarti libri Sententiarum Rev. in Christo Patris, & D. D. Fratris Guillelmi de Centueriis de Cremona Ordinis FF. Minorum S. Fra. Professoris Parisiensis, & Episcopi Papiensis: quem librum citat Ambrosius Spiera Ord. Servorum B. V., qui tempore S. Bernardini vivebat, in suo de *Floribus sapientiæ* Quadragesimali serm. 44. conc. 2. Composuit &

Officium S. Syri primi Ticinensis Episcopi ex Spelta apud Waddin. ad an. 1383. n. 3., &

Constitutiones nonnullas an. 1390. ex eodem ibi.

Hymnum in honorem SS. Præsulum Papiensium suorum prædecessorum, inquit Ughellus Ital. sac. to. 1. in Episc. Papien. n. 86.; ubi eum Theologica facultate clarissimum dicit, & inter optimos Antistites collocat, magna dexteritatis, & pietatis fama eam Ecclesiam sexdecim annos administrasse, ac obiisse anno 1402. tradens.

Tractatus de Monarchia mundi editus a Reverendissimo in Christo Patre, & Domino D. Guillelmo Episc. Papiensi sac. Theolog. Magistro, & Commentatore subtilissimo. Incipit: *Veritatem, & disciplinam meditatum est guttur meum* &c. Desinit: *a Summo Pontifice, quantum ad hoc Imperatori concessa. Deo laus, honor, & imperium in secula seculorum. Explicit tractatus de Monarchia seculi editus per R. P. Dominum Guillelmum Episcopum P. sacræ Theologiæ commentatorem profundissimum*. Habetur Ravennæ codex ms. membran. in 4. in Biblioth. Classensi. Extat & in Vatic. *tractatus de Monarchia Fr. Gulielmi Ord. Min.* ms. cod. 6602. In codice autem Classen. postea sequitur

Tractatus Reverendi Patris Domini Fratris Guillelmi Ordinis Minorum Episc. Papiensis sacræ Theologiæ Doctoris profundissimi editus ad probandum, quod Fratres Minores possunt esse testes contra determinationem Collegii Advocatorum Mediolani, qui collegialiter consuluerunt in contrarium. Incipit: *Fecit Deus hominem rectum* &c., & desinit: *quæ utinam determinatores adversarii dimisissent pro honoribus suis. Amen.*

Quanti fieret hic vir a Joan. Galeatio Vicecomite Mediolani Duce, liquet ex literis apud Campum Hist. Placent. par. 3.

* GULIELMUS DE CENTURIIS, quem Augustinus de Vvite in Catalogo illustrium Scriptor. Ordinis pag. 66. ait floruisse an. 1561., non est alius a *Gulielmo de Centuariis* Episcopo Placentino, & Ticinensi anno 1400., ut putavit Joan. a S. Anton. in append. to. 3.

MDCLXXII. 812.

GULIELMUS CHAUBBES = habet hunc Possevinus in Appar. sac., vocatque *Chubbes*, & ait edidisse

Declarationem Scoti in lib. 2. Magistri: tempus vero, institutum, & nationem reticet. Waddingus in indice *Materiarum* de Theologia Scholastica dicit *Chaubles*, quare mihi videtur natione Gallus, aut Hispanus. Scripsit etiam

In secundum librum Sententiarum ad mentem ejusdem Doctoris, teste Fr. Bonaventura Baro to. 1. Opuscul. par. 14. in append. §. 11. G. Sed forsan est idem Opus cum *Declaratione* a Possevino memorata.

MDCLXXIII.

GULIELMUS CHERIENSIS Pedemontanus, sive Subalpinus Nicolai Papæ IV. Pœnitentiarius, ejusque ad Tartaros, & præcipue ad *Argonem* illorum in Media, & Persia Imperatorem pro amplianda fide catholica una cum *Fratre Matthæo Theatino* Lectore Nuncius scribere jussus est ab eodem Papa

De statu, situ, & conversatione Religiosorum illarum partium tam Ordinis Minorum, quam aliorum Ordinum quorumcumque, ut habetur ex ejusdem Pontificis epist. *Ad partes Tartaricas* &c. ipsis data an. 1291. 10. kal. Septem., Vatic. Reg. epist. 841.

813.

GULIELMUS DE CONCHIS = neque Franciscanus fuit, neque alicujus Instituti Regularis, sed nobilis Grammatices professor, & longe antequam S. Franciscus nasceretur, floruit, præceptorque fuit *Joannis Sarisberiensis* Carnoten. Episcopi anno 1170. clari ex autore Hist., & Antiquit. Univers. Oxonien. lib. 7. pag. 58., & lib. 2. pag. 106., & Oudino to. 2. Comment. de Scriptor. Eccles. ad an. 1140. Vossius etiam de Historic. Latinis lib. 2. cap. 55., & Hallorvord in Spicilegio pag. 84. consuli possunt; nam male Possevinus a Waddingo secutus ex libro Bibliothecæ Franciscanæ *Franciscanum* autorem conjecit. Waddingum secuti sunt Bernardus Sannig, & Joan. a S. Anton. to. 2. Cæsar Bullæus Hist. Univers. Paris. sec. IV. tradit obiisse circa annum 1150.

MDCLXXIV.

GULIELMUS COSDRE Anglus edidit

Tractatum de Corpore Christi incipientem: *Ratione solemnitatis jam instantis de Corpore Christi ad rogatum aliquorum debeo pertractare materiam de Sacramento Eucharistiæ* &c.: qui ms. chart. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci dupl. Gandulphus de Scriptor. Erem. S. August. ita incipere ait *tractatum de Sacramento Eucharistiæ* Joannis Waldebii Angli sui Ord. August. circa an. 1390. scribentis: & tamen duo codd. mss. citati attribuunt *Fr. Gulielmo Cosdre Ordin. Minor.*

* GULIELMUS CREMONA, quem ex Episcopo Acernensi, & Petro de Alva hoc loco refert Joan. a S. Anton., non est alius a superiori *Gulielmo de Centuariis Cremonensi*, qui in 3. lib. Senten. scripsit *de Immaculata Conceptione V. M.*

MDCLXXV. 814.

GULIELMUS EDOM = est porro *Eddon* locus, vel oppidum Angliæ. Memorat ex Pitseo Melissanus ad an. 1227. quemdam *Gulielmum Ectonum*, qui primum Londini, postea Oxonii prædicavit, & in Scholis docuit; & de eo Lelandus apud memoratum Pitseum habet: *Nec mihi dubium est, quin in tam eminente doctrina gradu constitutus aliquid ad posteritatis fructum, & utilitatem reliquerit, quamvis quid illud fuerit, hactenus non invenio*. Possevinus autem in Catalogo mss. Librorum Biblioth. Columnensis ad calcem sui *Apparatus*

tus sacri habet: *Compendium Theologicæ veritatis attributum Gulielmo Edom anno* 1466.: hic ergo alius est a Gulielmo memorato a Melissano. Opus autem indicatum est *Joannis Rigaldi* Minoritæ sub Joanne XXII. Episcopi Trecoriensis, ut legere est infra, & apud Waddingum; quare existimo Gulielmum Edom anno 1466. illud exscripsisse, & forsan interpolasse, aut aliquid ei addidisse, ideoque autor illius est creditus.

M D C L X X V I. 815.

GULIELMUS ESBRAM = Gallus e Fauvilla in solo Caletensi Rothomagensis diœcesis pago oriundus, concionator, provinciæ S. Dionysii Recollectorum alumnus, cujus

Carmen sapphicum in laudem S. Ludovici Regis Franciæ incip.: *Galliæ Reges pietate culti*: vulgavit Arturus in suo Martyrologio Franciscano ad diem 25. Augusti 2. edit. Paris. 1653.

M D C L X X V I I. 816.

GULIELMUS DE FALGARIO = *Fr. Gulielmus a Fulgaria sac. Theologiæ Doctor eximius*, & familiaris *S. Ludovici Episcopi* Tolosatis dicitur ab autore Vitæ ejusdem S. Ludovici apud Act. SS. Collect. to. 2. Augusti die 19. cap. 2., & ut Sanmarthani in Gallia Christiana in Episc. Vivarien. scribunt. De eo Rodulphius lib. 2. fol. 180. in *Arlotto* Ministro Gener. tradit *libros S. Bonaventuræ*, cujus discipulus extitisse videtur, *in 4. Sententiarum* correxisse, & *in epitomen* redegisse.

Abbreviatio super tribus libris S. Bonaventuræ ms. extabat Urbini in Biblioth. Ducali, teste Possevino in Catalogo illius Biblioth. ad calcem Apparatus sacri descripto: hujus ne, an vero alterius autoris, ignoro. Etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 26. n. 302. habetur *Bonaventura abbreviatus*, & num. 301. *Veritas summaria librorum Bonaventuræ*.

Conciones ejus *variæ* mss. extant Tornaci in Monast. S. Martini, quarum breve fragmentum exscripsit Petrus de Alva col. 569. Militiæ univ., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 38., apud quos corrupte dicitur *de Fulgar*, propthereaque diversum existimarunt a Guliel. de Falgario, & Joan. a S. Anton. dixit esse forsan *Gulielmum Furleo*.

Petrus de Alva col. 569. Militiæ univ. ait scripsisse *de Immaculata Conceptione Virginis*; sed id non aliud Opus esse constat, ut putat Joan. a S. Anton., & in lib. 3. Senten. illud sensisse potuit.

M D C L X X V I I I. 817.

GULIELMUS FARINERIUS = sac. Theologiæ Doctor, quem autor coævus Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. de Magistris, & Scriptoribus Ordinis Minorum ait, scripsisse *in Theologia, & Philosophia*: & Rodulphius lib. 3. habet edidisse eum

Opuscula multa lectu digna tum in Philosophia, tum etiam in Theologia.

Constitutiones, quas *Farinerias* vocant, anno 1354. in Comitiis General. Asisii vulgavit. Idem initium retinent Constitutionum anteriorum, quas *generales* vocabant, scilicet: *Quoniam, ut ait Sapiens, ubi non est sepes, diripietur possessio*: habeaturque in Firmamento trium Ordinum edit. Venetæ an. 1513. par. 3., easque citat Bernardinus Busti in Rosario serm. 26. p. 6., Summa Sylvestrina v. *Legatum* 2. n. 4., & Rodulphius lib. 2. fol. 241.; sed affirmare easdem esse, atque illas, quas condidit S. Bonaventura an. 1260. in Capitulo Narbonen., *ut nihil iis suum immiscuerit*, quemadmodum Waddingus ait in Annal. Min. ad an. 1354. n. 9., aliique post eum ex autore *Memorialis Ordinis Minor.* par. 1. in 21. Ministro Generali, nemo certe admittet, qui attente utrasque nonnihil evolverit. Habentur in Chronolog. Seraph. pag. 66.

Gulielmi de Aquitania Ord. Min. de casibus, qui in Confessionibus contingunt una cum *Compendio Scripturali Fr. Petri Aureoli*, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 36., quem ego puto esse hujus *Gulielmi*, si non *Gulielmi de Falgario*, vel *de Lanicia*. Simile Opus edidit quoque *Gulielmus de Nuvali*, de quo infra.

M D C L X X I X. 818.

GULIELMUS FOLVILLUS = de quo Pitseus, & alii, anno 1382. interfuit Concilio Londinensi contra errores Wicleñ congregato ex Actis ejusdem Concilii, in quibus dicitur *Willelmus Folville*.

M D C L X X X. 819.

. GULIELMUS FORLEO = *Gulielmus Forleo Britannus* dicitur a Trithemio coævo autore, & Stephani Bruliferi præceptor, teste Waddingo etiam in Annal. Min. ad an. 1470. n. 10., quo anno ait floruisse, sed leg. *circa ista tempora*, idest paulo ante. *Gulielmus Forlung* dicitur in addition., & annotat. præmissa quæst. 237. ex Magistralibus Quæstionibus Joan. Colonien. an. 1510. excusis Basileæ. *Vorlion* dicitur ab Hieronymo Gadio quæst. 1. Quolibet. *Vorilion* dicitur a Rodulphio lib. 3.; *Vorlian* a Laurentio Brixiano in Isagog. Expos. Formal. Scoti; *Vorillon* a Petro Tatareto in 3. d. 1. quæst. 1.; *Vorilongus* a Jo: Garetio de Sacram. Altaris clas. 1. ad an. 1470.; & denique in editis Operibus *Vorrilong* dicitur. In eorum prologo autor ait: *Ex Judith occurris sermonum flosculus mei cognominis includens tenorem, aliasque pluribus in Universitatibus meis in Principiis acceptus, hujusque artificiosæ scientiarum deæ premens fastigia charitatis; sc. gyrantes vallem venerunt ad portam civitatis*: erat igitur cognomen Gulielmo *Vorlion*, ac *Forleon* gallice, quod latine est *gyrans*, ac circumiens, Italis etiam quibusdam *Farlano*. Idem est ergo, ac *Gulielmus Vorilong*, & *Vorilongus*, de quo infra, modo germanice, modo gallice, modo latine pronunciatus; uterque enim *Brito* natione dicitur, quin & Waddingus ipsemet infra in *Stephano Brulifer* affirmat, fuisse cum *Gulielmi Vorilongi* discipulum, quem hic dicit *Gulielmi Forlei* discipulum. V. infra *Gulielmus Vorilongus*.

In 4. libros Sententiarum Comment. prodiit primùm Lugduni an. 1489. per Jo: Trechel Alemanum, & 1495. in fol.; postea Venetiis an. 1496. in 4. per Jacobum de Leucho; tandem Basileæ an. 1510. tomis 2. in 4. studio *Fr. Danielis Agricolæ* Minoritæ, qui adjecit *Directorium* alphabetice digestum cuilibet libro, typis Petri de Lagendorff; citaturque persæpe a Pelbarto Themiswarien. in Rosario Theolog. sub nomine *Gulielmi Scotistæ*, vel *Gulielmi* tantum, & par. 1. v. *charitas* §. 12. dicitur *Guil. Recol.*

Repertorium Vade mecum, vel *Collectarium opinionum*, non contra Scotum, ut ait Waddingus in *Gulielmo Vorilonga*, sed *in Scoto nullatenus signatarum* ex 4. libris Senten., & Quolibetis incip. *Quoniam Letius intellectus* &c.; notaturque in proœmio, quod Scotus *secundum Senten. librum* non comple-

plevit in Anglia, & *ex Parisien. Reportatis a* xv. *distinctione inclusive usque ad* xxvi. *exclusive* insertum est: & in fine habetur, Opus *delatum ab urbe Parisii per Magistrum Petrum de Cruce Regentem in Conventu S. Antonii Paduæ* fuisse, *& ad ipsius petitionem, ut omnibus proficeret, impressum per Magistrum Matthæum Cerdonis de Vindesgretz*; quod credo factum ante annum 1488., quo *Petrus de Cruce* constitutus est Regens Venetiis, & anno 1491. Mediolani. Vidi Opus Asisii, & Florentiæ apud nostros in 4. sine anno, & loco impressionis; habeturque & in Bibliotheca Hispalen. Ecclesiæ ex Jo: a S. Anton.

Summaria recapitulatio totius quarti libri Subtilissimi Doctoris sumpta ex Collectario Magistri Guilielmi Varrilionis de Ordine Fratrum Minorum habetur ms. Cantabrigiæ in Bibliotheca Domus S. Petri testimonio Oudini to. 3. Comment. de Script. Eccles. ad an. 1280. in *Gulielmo Varrone*, ubi perperam arbitratur, illud *Collectarium* esse Gulielmi Varronis Scoti præceptoris, eoque judicari, Scotum plurima a Varrone surripuisse.

Quæstio de relationibus, & necessitate fundamenti earum Magistri Dominici Episcopi Torcellani (postea & Brixiensis) *contra Magistrum Guillelmum Varallon Britonem dictum Aquilam Ordinis Minorum anno Domini* MCCCCLXII. extat Parisiis cod. ms. olim D. Jo: d'Estrèes Cameracen. Archiepiscopi, nunc S. Germani in Pratis, cum aliis tractatibus variarum rerum n. 4., teste Jacobo Echardo in Biblioth. Scriptor. Ord. Prædicat.; qui to. 1. pag. 822. ad an. 1463. scribit *Guillelmum Vallerovillonis* an. 1448. die 29. Januarii *licentiatum* fuisse ab Universitate Parisien. ex Actis illius Academiæ; & Gobelliuum refert male de eo sentientem, & scribentem: at non erat, cur multum de eo obloqueretur, si perpendisset, ipsum jam senem eo anno, & male affectum in Italiam descendisse, proptereaque non multos post menses a disputatione diem obiisse; ceterum jam anno 1448. Doctorem Parisiensem eidem de *Sanguine Christi* disceptationi Parisiis interfuisse, refert ex Actis Carolus de Plessis to. 1. Collectionis Judicior. de novis errorib. ad eum an. 1448.

Gulielmus Griloti Minorita memoratur ab Anton. Possevino in Biblioth. selecta lib. 3., ubi Scholasticorum elenchum texit, exhibetque; & ait ejus Opus *in Magistrum Senten.* ms. extare; sed ubi, & quando, reticet: suspicabar legendum esse *Worlan*, vel Vorilon; sed hujus Opus typis jam pluries excusum legitur; quare nescio, an reponendum sit *Wilot*, consanguineus forsan *Henrici Willat* Belgæ.

820.

GULIELMUS FULGINAS = vox corrupta apud Volaterranum Anthropol. lib. 21., ubi de *S. Francisco*, ejusque Ordinis viris claris disserit, & inde mendum ad alios quoque emanavit, cum legendum sit *Falgarius*, vel potius *de Falgaria*, de quo supra actum est. Joan. a S. Anton. to. 2. secutus est erratum Waddingi.

M D C L X X X I. 821.

GULIELMUS GAINESBURGUS = non an. 1310., quo Clemens V., non *Bonifacius VIII.* sedebat, sed an. 1302. ad Episcopatum evectus est ex ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 9., ubi eum vocat *Garesburgum*, quod & ipse notavit ad an. 1316. n. 9. Pitseum redarguens. Constat autem ex Bulla Pontif. ejus ad eam dignitatem assumptionis extitisse eum Romæ *sacri Palatii Lectorem*.

M D C L X X X I I.

GULIELMUS GAUDANUS, Waddingo in Syllabo Martyrum *Goudanus*, Hollandus Reg. Observ. alumnus, vir excellenti facundia, & gratia prædicandi præditus Gertrude-Bergæ pro fide catholica a Gheusiis hæreticis martyrio coronatus an. 1573. die 4. Septembris, scripsit, cum in vinculis esset,

Epistolam consolatoriam ad matrem suam, quam habes in Hist. Seraphica Sedulii pag. 689., inquit Joan. a S. Anton. in append.

Waddingus loco cit. ait passum an. 1572.; inter Scriptores vero nequaquam hunc, sed alium seniorem memorat.

822.

GULIELMUS GORRIS = natus est in villa Sariñena Oscensis diœcesis in Aragonia. Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. dicit patritium *Seaensem*, forsan deceptus voce *Sariñena*, & *Regular. Observan.* alumnum, nullo tamen producto monumento. Hunc adhibet Joannes Picardus in *Thesauro Theologorum* an. 1506. vulgato par. 3. & 4.; sed inter Doctores *seculares*, seu *non Regulares* collocat, secutus a Willoto in Athenis Francisc. de *Joanne Picardo* disserente, & Matthæo Aquario in fine suarum Controversiarum, idque deprehenditur etiam ex prologo ejus Operis, quod ita inscribitur:

Scotus pauperum, in qua Doctorum, & Scoti opiniones in 4. libris Sententiarum consentæ dilucidantur, Tolosæ editus per eximium artium, & sac. Theologiæ Professorem Guillermum Gorris Araganensem ad pauperum utilitatem. Misit Opus ad *Alfonsum de Aragonia* Archiepisc. Cæsaraugustanum, qui sedebat circa an. 1500., & cujus hortatu scripserat. Vidi librum apud nostros Asisii sine loco, & anno editionis in 4. minori, sed sub initium typographicæ artis cusum. Extat & in Biblioth. Barberina Romæ ex Indice ejusdem Biblioth. Prodiit etiam Tolosæ an. 1480., & 1486. in 8. m., teste Joan. a S. Anton., qui fatetur, illum librum vidisse Zamoræ in Biblioth. Hieronymiana, Cæsaraugustæ in Biblioth. Augustiniana, & in Extremadura in Biblioth. Llerenen. Conventus S. Sebastiani sub G. n. 31. Errat tamen & ipse eum Minoritis adjungens.

Gulielmus de Gorris adducitur in Decis. 8. addition., seu annot., vel *Corona* autorum ad quæst. 237. Magistri Joan. Scoti per Joan. Coloniensem breviatam an. 1510. Basileæ excusam opera *Fr. Danielis Meyer* Minoritæ.

M D C L X X X I I I. 823.

GULIELMUS A GOUDA = Belga, vel potius Batavus ex Joan. a S. Anton., qui eum dicit *Ganda* Regul. Observ. alumnum.

Tractatus de Expositione Missæ extat ms. in Biblioth. Canonic. Regul. Tungren., teste Anton. Sandero par. 2. Biblioth. Belgicæ. Prodiit primum Daventriæ an. 1488., postea 1491. in 4., teste Orlando de Orig. & progressu Typograph. par. 1. & 2. pag. 373., tandem Dilingæ 1504., & Antuerpiæ an. 1564. in fol., teste Miræo in Script. Eccles. sec. XVI. n. 36.

Tractatus de modo celebrandi Missam unitus Opusculo Innocentii III. *de Officia Missæ*. Daventriæ 1496. in 4.

Dialagus inter Clericum, & Laicum super digni-

gnitate regia. Ibidem an. 1497. in 4. ex cit. Orlando.

* GULIELMUS GRILOTI. V. *Gulielmus Vorilongus*.

M D C L X X X I V. 824.

GULIELMUS HERBERTUS = de hoc Possevinus agit in Appar. sac., & Institutum reticet, quod autor Universit. Oxonien. lib. 2. pag. 57. clare edisserit.

* GULIELMUS HICETUS, ita dictus a Rodulphio, & ex August. Wite relatus a Joanne a S. Anton. in append., est *Gulielmus Huetus*, de quo infra.

M D C L X X X V. 825.

GULIELMUS HOLMUS = non Reg. Observ., sed Conventual. alumnus, cum nondum Angliam penetrassent Minores Reg. Observ. initio seculi xv. Hunc commendat Paschalis Gallus in sua Biblioth. Medica pag. 119.

M D C L X X X V I. 826.

GULIELMUS HUETUS = ita etiam appellatus a Rodulphio, *Hicetus* autem dictus ab Aug. Vvite, & a Jo: a S. Anton., Gallus fuit, non Anglus; Pitseus enim confundit hunc cum *Gulielmo Ivæo*, de quo Possevinus agit in Appar. sac., & quem quidam *Franciscanum* dixerunt, apud quos hujus rei sit fides. Ceterum hic Gulielmus Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor insignis, & an. 1515. Parisien. Conventus Moderator erat, cujus in laudem legitur *decastichon Orontii Finei* quarto Senten. libro *Joannis Bassolii* Doct. Minoritæ Parisiis impresso anno 1517. præmissum.

Dicitur Opus ejus typis prodiisse sine nomine autoris opera *Fr. Stephani Nobileau* Turonen. Conventus Guardiani an. 1528. septem tractatus continens, teste Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 12. Biblioth. Franciscanæ, haberique Hispali in Biblioth. Conv. S. Francisci.

Hic forsan est, quem Petrus de Alva in suis *Assertionibus principio* 16. appellat *Gulielmum Parisiensem*, & ait edidisse *Postillas in Epistolas, & Evangelia totius anni*, de quibus in *Gulielmo Superbo*, quem vide infra.

Obiit Parisiis, hoc illi posito epitaphio, quod refert Rodulphius lib. 3. fol. 319.:

„ Hic tegitur pastor longe vigilantior Argo,
„ Quem revocant plebes, & Minor Ordo
„ gemit.
„ Vox populo dulcis, doctrina, modestia, ju-
„ ris
„ Divini interpres, Theologusque jacent.
„ Hoc ne terra foret cœlesti clarior aulâ,
„ Est celer in superas nunc receptus opes.

Fortasse ex domo, ac provincia hujus *Gulielmi* fuit *Ivo Huetus* vir doctissimus Conventus Lavallæ provinciæ Turonen. alumnus, qui an. 1451. autor fuit reformationis Conventus *Confluentiæ*, ubi Mosella, & Rhenus in unum confluunt, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1331. n. 22.

* GULIELMUS DE LANICIA. V. in fine *Vuillelmus de Lanicia*.

M D C L X X X V I I. 827.

GULIELMUS LEMSTERUS = floruit seculo xiv. De eo Possevinus in Appar. sac., & Pitseus.

M D C L X X X V I I I. 828.

GULIELMUS LETARDUS = nec Jo: a S. Anton. habuit, quod Waddingo superadderet, nec quo tempore vixerit.

M D C L X X X I X. 829.

GULIELMUS LISSEJUS = de quo Bulæus, Pitseus, ac Jacobus Le-Long in Biblioth. sacra.

M D C X C.

GULIELMUS DE MAGISTRIS Somninensis provinciæ Romanæ Min. Conv. sac. Theol. Mag. concionator, & provinciæ S. Francisci Visitator typis dedisse legitur

Sermones prædicabiles lingua vernacula, teste Bonav. Theulo in Appar. Minor. lib. 6. cap. 4. ; florebatque an. 1630., de quo & Franchinus in Bibliosophia n. 231.

Carmina quædam ejus leguntur in *Collectione* pro exequiis Principis Michaëlis Peretti Romæ facta an. 1631. apud Jacobum Mascardum.

M D C X C I. 830.

GULIELMUS DE MARA = Anglus Doctor Parisiensis, & S. Bonaventuræ discipulus, cujus autoritate usus est Astesanus autor suppar in *Summa*, quam paulo post annum 1316. composuit, & inter S. *Bonaventuram* an. 1274., & *Gualterum Pictavien.* Episcopum an. 1307. defunctos collocat in prologo sui Operis. Bartholomæus etiam Pisanus illi vicinus in Conform. viii. par. 2. inter Scriptores Ordinis Minor. post S. Bonaventuram, & ante Joan. Scotum recenset. Conformit. vero xi. par. 2. in provincia Franciæ, & Custodia Parisien. Doctorem Parisiensem extitisse dicit, ubi per errorem legitur: *Magister Ioannes de Marra* in vulgatis; sed ms. codex Ferrarien. habet: *Mr de Marra*; & in cit. Conformit. viii. dicitur *Gulielmus de la Mara* tam in vulgatis, quam in mss. codd., legiturque ibi: *Fr. Gulielmus dela Mara scripsit super Sententias ad Opus Domini Fratris Bonaventuræ multa superaddendo, & multa Quodlibeta faciendo; ac contra Fratrem Thomam de Aquino Correctorium componendo: in quibus quam magnæ fuerit sufficientiæ declaratur.*

In Florentina S. Crucis Biblioth. scam. 33. versus Eccles. extat cod. ms. in fol. n. 380. incipit prologus: *Valde reprehensibilis judicatur, qui in sua perfectione acquirenda torpescit* &c. Opus vero: *Quoniam quidem intelligere* &c. *Liber iste dividitur in duas partes* &c.: & in fronte legitur vetusto charactere *Guillelmi* nomen; in præcedenti vero pagina alio, sed tamen antiquo charactere legitur: *Primus Guilelmi de Mara super Sententias*, perperam quidem quoad argumentum, cum sit *Expositio libri Physicorum Aristotelis*.

Primus Senten. liber incipiens: *Fecit Beseleel Rationale Opere polymito* juxta prologum: Opus vero: *Ad evidentiam hujus doctrinæ solet hic quæri de genere* &c. extat ibi ms. in fol. cod. num. 381.

Liber secundus Senten. Gulielmi de Mara incip. *Primo quæritur, utrum sit creatio: videtur, quod non: actio Dei exigit* &c. extat ms. in fol. ibid. cod. 381.

Liber tertius Senten. ejusdem incip. *Cum igitur venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum* &c. *Circa partem istam quæruntur duo* &c. ms. ibidem in 4. magno cod. num. 382. Codex vero n. 383. in fol. ms. continet *lib. 1. & 2. Senten. Gulielmi de Mara*: quibus adjunctus est *liber 3. Senten.* brevis, & incompletus sine nomine autoris incipiens: *Utrum sit possibile, unam personam incarnari sine alia.* Itidem 1. 2., & 3. *Gulielmi dela Mara* olim mss. extabant Bononiæ in Biblioth. S. Francisci ex veteri Catalogo illius Biblioth. an. 1421. conscripto.

Sum-

Summa Fr. Gulielmi de Mara Ord. FF. Min. contra D. Thomam habetur ms. in 4. Patavii in Biblioth. S. Anton., teste Thomasino in Catal. mss. Patavin.; in qua refellit primo 49. articulos ex prima parte Summæ S. Thomæ; secundo 12. ex prima secundæ; & tertio 16. ex 2. 2. Contra quem cum *Joannes de Crapuel* dictus *Jo: Parisiensis* Ord. Prædicat. scripsisset Opus, quod alii tribuunt *Ægidio Romano*, Gulielmus reposuit

Correctorium Gulielmi de Mara Ordinis Fratrum Minorum secundum dicta D. Thomæ de Aquino contra Correctorium Fratris Joannis de Crapuel Ordin. Fratr. Prædicat.; ms. prostat in fol. membr. in Biblioth. S. Anton. Patavini ex cit. Thomasino. *Correctorium Fr. Magistri Guillelmi de Mara Ord. Min.* incip. *Quæstione 12. art. 1. quærens utrum divina essentia videatur ab intellectu creato* &c., cujus in fine ponuntur opiniones *Thomæ*, habetur ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario secreto Conventus S. Franc. cum Opusculis *de Sphæra* diversorum; memoratur etiam in Invent. libror. dicti Conventus an. 1381. men. Januario confecto 2. solario orient. *Reprobationes Magistri Gulielmi Mare* incip. *Quæstione* 12. *art.* extabant olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. juxta veterem illius loci Catalogum an. 1437. scriptum pag. 21. & 70.

Gulielmi de Marea Sylvarum libri quatuor impressi in 4. antiquis characteribus absque anno, & loco habentur in Anglia in Biblioth. Jo: Mori Norvicen. Episcopi ex Catalogo mss. codd. Angliæ, & Hiberniæ vol. 2. pag. 383. cod. 187.

Paraphrasim Musæi scripsisse, quæ prodierit Francofurti anno 1627. in 4., legimus tomo 2. Biblioth. Barberinæ pag. 41.; sed vereor lapsum.

Adducit eum Nicolaus de Orbellis in 4. Senten. dist. 38.; sed *Fr. G. de Mara in Correctionibus Thomæ in reprobatione positionis quod in homine est tantum una forma substantialis* citatur a Fr. Petro Joannis Olivi in *Impugnatione* 37. *articulorum* quæst. 7. *an potentiæ sint partes formales animæ* edita circa 1285. *Guliel. Correptor Thomæ* citatur etiam ab antiquo autore Petro Aquilano, al. Scotello, in 2. dist. 3. q. 1.; propter quod Natalis Alexander in Selectis Hist. Ecclesiast. Capitibus to. 21. dissert. 2., & 3. hunc *Antesignanum Antithomistam* appellat; juxta quem *contra Thomam* scripsit & *Thomas Stravershanus* Anglus Minorita, ut infra docet Waddingus in *Thoma Stravershano* forsan hujus discipulo. Nec mirum, si iste contra D. Thomam Aquinatem aliqua scripsit, cum extiterint quamplures ejusdem Ordinis Prædicatorum, præsertim in Anglia, qui *de ipso, vel scriptis suis irreverenter loquerentur etiam aliter sentientes*; contra quos Joannes Vercellensis Magister Generalis illius Ordinis an. 1279. in Comitiis Generalibus Parisiis coactis scripsit Provincialibus, & Conventualibus Prioribus, ut illos acriter punirent ex Jacobo Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædicat. pag. 211. in *Jo: Vercellensi*. Ille autem *Jo: Parisiensis*, de quo supra, obiit an. 1306. in festo S. Mauritii ex coævo autore Bernardo Guidonis ejusdem Instituti; idest die 22. Septembris.

MDCXCII.

GULIELMUS A S. MARCELLO Summi Pontificis *Pœnitentiarius*, ut ajunt, & contra hæreticam pravitatem in Comitatu Venaysino, Galliaque Narbonensi an. 1290. Inquisitor, & anno 1309. a Sede Apostolica in Siciliam primum de quibusdam Templariis cogniturus, mox & Romam ad componenda civilia bella Legatus ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min., scripsit

Vitam S. Ludovici Episcopi Tolosani; vel ab Anonymo compositam cultiorem, auctioremque perfecit, ut videtur tradidisse Waddingus in Annal. Min. ad an. 1298. n. 23., quam & adducit Petrus Rodulphius lib. 1. pag. 121. de eodem S. Ludovico verba texens; eaque forsan est, quam evulgarunt Act. SS. Collectores Bollandii to. 3. Augusti die 19. jam interpolatam, & commentario illustratam ab Henrico Sedulio Belga. Incip. *Ludovicus patre Carolo II. Rege Siciliæ, & Franc.* Citatur ab Arturo in Martyrol. Francisc. die 19. Augusti §. 3.

831.

GULIELMUS DELA MARE = idem est cum superiori *Gulielmo de Mara*, quem Pisanus commemoratus Conf. VIII. dicit *dela Mara*; Confor. vero XI. *de Mara*; hinc varie relatus ab autoribus invenitur: *dela Mara* dixit Jacobus Philippus Bergomas in Supplem. lib. 13. sub an. 1276.; *de Mara* Summæ Angelica, Rosella, & Sylvestrina edit. Antuerpiæ 1581., inter Doctores Theologos, non *Summistas*, citantes; *Lamarensem* Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 4. cap. 12., & Rodulphius lib. 3. Hinc Possevinus in Appar. sac. ter eumdem describit, modo *dela Mara*, modo *Lamarensem*, & modo *de Mara* ipsum nominando, & forsan ante eum Willotus. Hinc creditum est, scripsisse *Summam juris*, cum scripserit *Summam* de rebus theologicis.

MDCXCIII. 832.

GULIELMUS MARTINUS = de quo & Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo, quem tamen non citat, & loco 1612. corrupte habet 1712.

MDCXCIV.

GULIELMUS MAUROCOCCHIUS sac. Theolog. Magister scientia, & pietate eo profecit, ut anno 1346. Episcopatum Chissamensem in Insula Cretæ obtinuerit, annoque ineunte 1349. una cum Gasperto Ord. Præd. Episcopo Cenetensi a Clementem VI. ad Imperatorem CPolitanum pro utriusque Ecclesiæ unione legationis munere sit functus; de qua, personarumque meritis ita scribit Joan. Cantacuzenus Orientis Imper.: *Duobus Episcopis, quorum unus erat Ordinis Minorum Guilielmus nomine, alter ex Prædicatorum familia Gsadespertus vocabatur; uterque virtuti deditissimus, & in profanis litteris apprime versatus: quare & in congressu erant festivissimi, & poterat multum eorum ad persuadendum sermo. Quos Imperator perbenevole, & magno cum honore excepit, quotidieque cum illis jucunde collocutus est; ipsique operæ pretium maximum duxerunt omnia, quæ in dies singulos proposuisset, & super propositis disseruisset toto illo tempore, quod apud eum manserunt, literis consignare, ne e memoria laberentur. Quæ in Italiam* (idest Avenionem) *secum portantes, ibique & Papæ, & viris sapientibus exhibentes, quantus vir esset* (Imperator) *ostendebant* &c. Scripsit igitur cum Episcopo Gasperto

Legationis suæ ad Imperatorem CPolitanum pro unione Græcæ, Latinæque Ecclesiæ Relationem Clementi VI. Papæ oblatam. Alia vero accepit a Rom. Pontifice, quæ legi possunt apud Waddingum in Annal. Minor.

MDCXCV.

GULIELMUS MENUNUS, al. Menand Gallus pro-

provinciæ Franciæ seculo xv. in gallicum sermonem transtulit

Vitam Jesu Christi a Landulpho Chartusiano latine sceiptam. Peima editio sine loco, & anno extat in Biblioth. Eccles. Turonen.; altera facta an. 1488. in fol. habetur Paeis. apud Clarissas *Avemariæ*; altera vero facta Paris. circa an. 1490. per Anton. Venod tomis 2. in fol. pergam. extat etiam Parisiis in Reg. Biblioth.; tum edita est & Lugduni 1493. in fol. pee Matthæum Hus. Ms. vero servatur Paeis. pluribus codd. Biblioth. Regiæ, teste Jac. Echard, tomo 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 568. in *Landulpho Saxone*, & dicitue *Fr. Guillelmus le Menand Ord. FF. Min.* Altera editio facta Paris. tomis 2. in fol. absque anno impress. memoeatue ab autore de Incunabulis Typographiæ pag. 190., & ab Orlando de Orig., & Progres. Typographiæ pae. 2. pag. 431.

Biblia sacra quoque in gallicum sermonem vertit Jussu Ludovici XI. Galliarum Regis circa an. 1484., ut habet Jacobus Le Long in Indice Biblioth. sacræ to. 1. v. *Gulielmus le Menand.*

M D C X C V I. 833.

GULIELMUS DE MILITONA = Anglus, sac. Theologiæ Doctor, & discipulus Alexandri Alensis, ante an. 1247. sac. Theologiæ Magister erat; etenim *Fr. Gulielmus de Meliton Ord. Fratrum Minorum* in censura ab Odone de Castro Radulphi S. R. E. Cardinali Episc. Tusculano, & Apostolicæ Sedis Legato, allisque Doctoribus data Paeisiis m. Majo an. 1248. contra Thalmud Judæorum, relata in Collect. Judicior. de novis erroribus Caroli Du Plessis, & a Jacobo Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 166. recensetur nedum ante Fr. *Albertum Theutonicum* al. Magnum an. 1247. Magisterii laurea decoratum, sed etiam ante Fr. *Joannem Pungensinum* Ord. Præd. Alberto anteriorem. Memoratur & in vita B. Isabellæ S. Ludoviei Regis sororis cap. 2. apud Bolland. ad diem 31. Augu. circa an. 1264. De eo Thomas Cantipatrensis autor synchronos Ord. Præd. lib. 1. de Apibus cap. 1. inquit: *Vidi alium eminentis vitæ virum de Ordine Fratrum Minorum fratrem Guillelmum de Militona, qui Magister Theologiæ Parisius sanctissimam, & devotissimam vitam duxit. Hic cum die quodam Parisius prædicaret, per horam obmutuit, & verbum vitæ resumens, omnibus cum vultu serenissimo vale dixit, & sic in pace quievit.*

Tractatus super Missam Incipiens: *Ad honorem Dei, & utilitatem simplicium quærentium pie Deum intendo aliqua breviter dicere*: & in fine: *Explicit Opusculum super Missam F. G. de Militone*: extat ms. chart. in 4. cum diversorum Opusculis Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci. Memoratur hoc Opus in antiquis Ordinis Chronicis an. 1370. editis apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 4. cap. 9., & autor dicitur *Magister doctissimus*, morumque probatissimorum, & in hostia consecrata Christi Corpus videre meruisse, ut legitur in *Summa* Theolog. Alexandri Alensis par. 4. quæst. 10. mem. 7. art. 3. §. 4., & apud Rodulph. lib. 3. fol. 319.

Comment. in 4. Sententiarum libros Guillelmi de Melitono extant mss. Patavii in Biblioth. S. Antonii ex Thomasino in Catalogo Biblioth. mss. Patavin. Habes supra in *Alexandro Halensi* pag. 17. literas *Alexandri IV.* dat. an. 1256. *Ministro Fratrum Ordinis Minorum in Francia*, quibus jubet, ut ei ad perficiendam *Halensis Summam Theologicam* ob mortem incompletam relictam jam *deputato* quot necessarios habuerit, Fratres suæ *Administrationis* absque mora congregatos Operi adjutores assignet; dubitat autem Oudinus, an Complementum dictæ *Summæ* sint Comment. in 4. lib. Senten., quod Opus impressum est Lugduni cum ipsa *Alensis Summa* an. 1515., & 1516. tomis 4. in 4. per Antonium Koberger; de qua re dixi supra in *Alexandro Halensi* quid sentiendum sit. Corrigatur Waddingus, qui scribit Gulielmum ad hoc Opus perficiendum assumptum an. 1252. jussu Alexandri IV., qui nonnisi anno 1254. Pontifex electus est; nisi pro *Alexandro* IV. legendum sit *Innocen. IV.*; vel etiam uterque id ei demandavit.

Postillæ in Genesim, Exodum, Leviticum, Deuter., & Num. libros incipientes. *Prima ad Corinth.* xiiij. *Volo quinque verba sensu meo loqui, ut alios instruam*, & finientes: *quo patet ex textu in fine* xxxiiij. mss. olim extabant Asisii in banco 3. occid. Sacrarii Conventus S. Francisci ex veteri illius loci Inventario anno 1381. facto; habenturque nunc ibi in Archivo dicti Convent. mss. pergam. in fol. *Postilla super librum Genesis* extabat olim ms. Bononiæ in Biblioth. S. Francisci.

Commentarius in Cantica Canticorum incipiens: *Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus. Cantic.* 5. &c.; & in fine habetur: *Explicinnt Cantica secundum Gulielmum de Militona*: extat ms. in fol. membr. Parisiis in Biblioth. Sorbon. cod. 1555. ex Echardo de Script. Ord. Prædic. to. 1. pag. 488.

Postilla super Ecclesiasticum Fratris G. de Militona, cujus peologus incipit. *Multorum nobis* &c. *Operi principali duo præmia, sive prelagi præordinantur* &c. ms. ibid. in fol. membr. cod. 921. ex cit. Echardo.

Postilla, seu *Commentarius in Ecclesiastem*, quæ ms. habetur in Biblioth. S. Victoris Parisien. incip. *Memini me* &c. *Iste prologus dividitur in duas partes* &c.

Comment. in Sapientiam Salomonis incip. *Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis. Eccles.* 1. *Sapientiam ait Eccles.* 38. *scribe in tempore vacuitatis* &c. extat ms. in eadem Biblioth. S. Victoris Parisien.

Comment. in xii. *Prophetas minores* incip. *Stabat mare super* xii. *boves, e quibus tres respiciebant ad* &c., quem ms. haberi Placentiæ in Italia apud PP. Dominicanos scribit Possevinus in Appar. sac. to. 1., & Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. S., qui eum dicit Ord. Præd., & Cancellarium Parisiensem. Oudinus vero tradit extare ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. sub nomine *Alexandri de Ales* cod. 429. Sed tam in dicta Placentina Bibliotheca, quam in alia S. Victoris Parisien. cod. 607. fol. extat sub nomine *Fr. Guillelmi de Militona*, teste cit. Oudino. Extat & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis ms. scam. 8. versus Ecclesiam cod. 89. in fol. sine nomine autoris, incipitque: *Stabat mare super* xii. *boves, e quibus tres respiciebant ad aquilonem* &c. *Secundum literam mare hoc dicebatur lavatorium* &c.; habetque *thema* commune cum Alexandro Halensi, vel Hugone Card., sed expositionem diversam, cum illa Halensis, vel Hugonis Card. incipiat: *Loquitur ad literam de mari fusili, quod significat doctrinam* &c.: quod decepit Oudinum. Extat ms. in Biblioth. Sorbon. cod. 570. fol., teste Echardo in Scriptor. Ord. Præd. to. 1.

Com-

Comment. in Danielem ex cit. Possevino

Comment. in Machabæos ex eod.

Comment. in Epist. ad Hebræos incip. *Narrabo nomen tuum fratribus meis* &c. extat Bononiæ in Biblioth. S. Dominici ex cit. Possevino, & Sixto Senen. lib. 4., qui inde ansam arripuit asserendi, & existimandi eum fuisse *Ordinis Prædic.* perperam in hoc secutus ab Altamura ad an. 1296., ut notavit, castigavitque memoratus Oudinus to. 3. ad an. 1240. Habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 5. versus Ecclesiam cod. 54. in fol. sine nomine autoris, etsi in frontispicio legatur *Postilla Nicolai de Lyra*; cum constet Lyranum diversam habere expositionem.

Postilla super Apocalypsim, & Collationes, edita a Magistro Guillelmo de Ordine Minorum habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis ms. scam. 11. versus Ecclesiam cod. n. 126. in 4. incipiens: *Apocalypsis Jesu Christi* &c.: *Legimus in Ecclesiasticis historiis B. Johannem Evangelistam Christi Apostolum* &c.: cujus in fine legitur: *Explicit scriptum super Apocalypsim finitum anno Domini* M. CCC. XXVII. XV. *kalend. Novembris*. Postea sequuntur breves *Collationes* incip. *Veni Domine Apoc. ult. In istu clausula fatetur Johannes* &c.: & in fine: *Explicit liber Collationum super Apocalypsim compositus a Magistro Willelmo Doctore sacræ Theologiæ Ordinis Fratrum Minorum scriptus per manum Zofridi* &c.: credique possunt hujus Gulielmi. V. *Philippus de Gisulfis*. Habentur etiam Postilla Apocalypsis, & Collationes in eadem Biblioth., & scam. num. 130. Asisii in 2. solario orient. habebantur mss. *Postillæ super Apocalypsim* incip. *Ipse revelavit profunda, & abscondita, & novit in tenebris* &c. *Dan.* 11. *n.* 22. *In hoc verbo notantur tria* &c.; & finien. *quam nobis præstare dignetur* &c. *Amen*. Nunc asservatur in Archiv. dicti Conventus ms. pergam. in fol. dupl.

Sermones in Evangelia composuisse testatur laudatus Possevinus, duciturque ex supra relatis Thomæ Cantipatrani verbis.

Librum de cœlesti musica etiam illi tribuit cit. Possevinus.

Quæstiones Fratris Guillelmi de Melitona extabant olim mss. in Bononien. S. Franc. Biblioth. juxta veterem illius Bibliothecæ *Indicem* an. 1421. elaboratum.

Agunt de eo Marcus Ulyssipon. cit. Chron. par. 2. lib. 1. cap. 55., Sixtus Senen. in Biblioth. sancta lib. 4., autor Hist. Universit. Parisien. sec. V. ad an. 1245., & in catalogo Illustrium Academic., Carolus Dufresn. Cangen. in Indice autorum mediæ, & infimæ latinitatis; diciturque interdum *de Maltona, de Militone, de Melton*; quin quod & cit. Possevinus dixit *Cancellarium Parisiensem*, al. *Eboracensem*.

MDCXCVII.

GULIELMUS N. Ecclesiastes nobilis, & postea Episcopus Constantiensis in Normannia, Armoricaque Britannia sub Archiepiscopo Rothomagensi circa annum 1270., cum antea scripsisset

Conciones, easque recitasset Parisiis in Æde Minorum, & aliqua *de libero arbitrio, damnatisque opinionibus* minus veritati consentanea dixisset, illico revocare coactus est, admonitusque a Stephano Parisien. Episcopo, aliisque Theologis an. 1277., ut ex erroribus eo anno damnatis in Biblioth. Max. PP. to. 25., & ad calcem Petri Lombardi Paris. an. 1553. apud Audoënum Parvum, aliasque cusis in 4. Senten. lib. apparet. Nescio, an hujus Gulielmi sint *conciones variæ*, quarum nonnullas in lucem edere promisit Petrus de Alva in suis *Monumentis antiquis* col. 572. Militiæ univer. Sed forsan est *Gulielmus Huetus*, de quo supra, vel *Gulielmus Superbus*.

MDCXCVIII. 834.

GULIELMUS NORTONUS =

MDCXCIX. 835.

GULIELMUS NOTTINGHAMUS = Antonius Vvod Anglus lib. Hist. Antiquit. Universit. Oxonien. pag. 75. duos hujus nominis, & agnominis distinguit ex quodam veteri Catalogo ms., quem refert & Waddingus in Annal. ad an. 1400. n. 42., & ex Ecclestono, in quo asseritur *Gulielmum Notingamum* floruisse sub *Joanne* Ministro Gen. VIII. Oxoniæ, provinciæ Angliæ Ministerium exercuisse ad annos 14. post Haimonem, a quo absolutum in Metensi Capitulo Gen. paulo post ex peste Genuæ in Italia obiisse, in Catalogo Ministrorum provinciæ Angl. virum sanctissimum audire, & celeberrimum haberi; redarguitque merito Balæum, & Pitseum pro uno eodemque duos habentes: sed & fol. 72. refert *Adami de Marisco* epistolas ad *Gulielmum de Noshingam* Provincialem Ministrum; Adam autem Mariscanus florebat primo Ordinis Minorum seculo, ut dictum est. Sed quid, si epistolæ essent *Adami Waddam* seculo secundo florentis?

Ceterum *Gulielmus* alter *de Nottingham* an. 1330. erat prov. *Angliæ Minister* ex Reg. Vatic. ad eum an. n. 18. apud Waddingum in Annal. Min., & forsan est ille *Gulielmus Angliæ prov. Minister, & sac. Theologiæ Magister*, qui an. 1322. Perusii interfuit Comitiis Gen., in quibus actum est *de paupertate Christi, & Apostolorum* ejus ex documento a cit. Waddingo relato sub eo anno 1322. n. 52. Lelandus solum seniorem commemorat, alii vero tantummodo juniorem, cumque & ipse litteris claruerit, non liquet, an ea omnia, quæ secundo tribuuntur, reipsa sint ejus, vel aliqua ad primum spectent.

Sermones incipientes: *Cum appropinquasset Jesus* &c.: extabant olim mss. absque autoris nomine Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci ex veteri illius Bibliothecæ Catalogo an. 1437. descripto pag. 25. *Sermones super Evangelia Dominicalia anni ab Adventu* &c.: incipientes: *Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis, & venisset Bethphage* &c.: extabant etiam mss. Asisii in v. solario occid. Sacrarii, seu Biblioth. secretæ Conventus S. Francisci ex Inventario illius loci an. 1381. facto, vel renovato; sed & ibi deest nomen autoris. Eodem quoque modo incipere dicuntur *Sermones Antonii Parmensis* Ordinis Prædicat. an. 1410. in vivis degentis, teste Petro Lambecio Comment. Biblioth. Cæsar. Vindobon.; verumtamen initium ex sacra Scriptura desumptum potest esse pluribus commune.

Expositio Evangeliorum ms. extat Londini in Biblioth. Regis Angliæ ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 627.

Quæstiones in Evangelia habentur mss. cod. pergam. in 4. magno Ravennæ in Biblioth. Conventus S. Franc. hoc titulo: *Istæ sunt quæstiones, quas movet Notingam in scripto suo super Evangelia extractæ secundum ordinem alphabeticum. Abel. Quæritur super illo dicto Matth. 23. ut veniat super vos omnis*

omnis sanguis justus, qui effusus est, a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ: quare potius nominat hic Christus hos duos, scilicet Abel, & Zachariam; quam alios &c.: & finit: *quia malum in bono sustentificatur; in bono unquam per naturam* &c. Unde videtur alius a Nottingam fecisse *exceptum* ex opere illius super Evangelia.

Citatur Gulielmus *Nottingham* ab Alexandro Anglo autore *Summæ vitiorum*, seu *Destructorii vitiorum* par. 4. cap. 63. n. 2., par. 5. cap. 15., & 22. n. 4., par. 7. cap. 9. n. 3., & par. 8. c. 1. n. 1. & 3., nec non cap. 2. num. 1., aguntque de eo Thomas Jamesius in Ecloga Oxonio Cantabrigen., Philippus Labbeus in brevi Chronol. Scriptor. Ecclesiasticor., Possevinus in Appar. sacro, Dufresnius Cangen., & ex illis Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1320., ac Jacobus Le-Long in Biblioth. sacra.

MDCC.

GULIELMUS DE NUVALI provin. Aquitaniæ alumnus composuit, quo tempore ignoratur,

Opus de casibus, qui in Confessionibus contingunt incipiens: *Rogatus* &c. ms. in fol. asservatur Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub F. n. 11., teste Joan. a S. Anton. in append. to. 3. Vide *Gulielmus Farinerius* supra.

MDCCI.

GULIELMUS OGAHASA Hibernus, Vicarius perpetuus Clonmelianensis vir eruditus

Dictionarium Antonii Nebrisensis additionibus locupletavit juxta editionem factam Matriti 1635., & scripsit Opus tit.:

Vindicationes apologeticas Doctoris Subtilis, jam an. 1638. approbatum, ut imprimi posset, teste Samaniego in suo de *Vita Doctoris Subtilis* lib. 4. c. 9. apud Joan. a S. Anton.

MDCCII. 836.

GULIELMUS OCCHAM = quantus fuerit hic autor, ejusque *Nominalium* Secta, legi potest in *Collectione judiciorum de novis erroribus* Caroli de Plessis Doctoris Sorbonici, & Episc. Tutelensis to. 1. ad an. 1473. Citatur autem ab autore suppari Petro Aquilano, al. *Scotello* in 1. dist. 23. q. 2., & a Gulielmo Vorilongo in 1. dist. 45., & in 4. dist. 11. dicitur *Fr. Guillelmus Ocham, qui flos modernorum dicitur, & Inceptor Venerabilis*. Mengus Faventinus Philosophus super Logicam Pauli Veneti tract. 2. hunc vocat *Terministarum principem*; ejusque discipulum extitisse *Gregorium Ariminensem* prodidit Dionysius Carthusianus in 1. Senten. dist. 2. q. 2., & *Adamum Woddam* scripto tradidit Jo: Major in Vita ejusdem Adami; breviatorem vero suorum Operum *Gabrielem Biel* indicat ipsemet Biel in prologo sui Comment. in 4. Senten. libros, inquiens: *Cum ergo nostri propositi est dogmata, & scripta Venerabilis Inceptoris Guil. Ocham Anglici veritatis indagatoris acerrimi circa quatuor Sententiar. libros abbreviare* &c.; quod de quibusdam fecit etiam *Henricus Zemerea* Theologus: sicut itidem *Expositionem circa decisiones QQ. M. Gulielmi Ocham super potestate Rom. Pontificis* Paris. 1526. in 8. typis Claudii Chevalloni, & super quædam alia fecit *Jacobus Almain* Gallus Doctor Paris. De eo agit etiam Barthol. Pisanus Confor. VIII. par. 2.

Super Magistrum Senten. libri quatuor prodierunt Lugduni an. 1495. tomis 4. in fol. per Joan. Trechsel una cum *Centilogio Theologico* castigati, & recogniti ab Augustino Ratisponen. Ord. Eremit. S. August. Baccalaureo Parisien., dicatique Joanni Trithemio Abbati Spanhemen. ex epist. Jodoci Badii Ascensii data an. 1497., præmissaque libris Roberti Holkot in 4. Senten. Lugduni an. 1510. impressis, & ex alia ejusdem an. 1495. his Okam libris præfixa. *Super 1. & 2. Senten. libros* extat Florentiæ ms. in Biblioth. S. Crucis versus Eccles. scam. 32. n. 475. in 4., & scam. 33. num. 479. in fol.

Tractatus de Sacramento Altaris, & septem quæstiones Quolibetales cusæ sunt Parisiis an. 1487. per Petrum Rubeum, al. Roge in 4., postea Argentinæ an. 1491. in fol. ex Orlando de Orig. & progr. Typograph. par. 1. & 2. pag. 386.; extatque Asisii apud nostros incip. *Circa conversionem panis in Corpus Christi* &c. Florentiæ quoque in Biblioth. S. Crucis habentur ejus 7. *Quolibeta* pluribus quæstionibus conflata incip. *Prima quæstio est, utrum probari possit per naturalem rationem*, quod tantum est unus *Deus* in 4. sine anno, & loco editionis, castigata per Cornelium Oudendiick Artium Magistrum, & in sacra Pagina Licentiatum. *De Sacramen. Altaris* prodiit etiam Paris. typis Jo. Parvi, & ibidem per Nicolaum de Barre 1513. in 8., ac Venetiis 1516., est enim idem Opus ac *de Corpore Christi*; & non duo, ut putavit Waddin., & ex eo Joan. a S. Anton.

Concionum variarum lib. 1. habetur ms. in Biblioth. Eccles. Cathedr. Wigornien. cod. 74., teste Oudino, & Joan. a S. Anton.

Tractatus de potestate Ecclesiæ incip. *Contingit, quod vitare volens errorem aliquando dilabitur in errata* &c. sine autoris nomine extat ms. in Biblioth. Colbert. Paris. cod. 506. inter diversorum *tractatus* de paupertate Christi sub Joanne XXII. compositos, crediturque hujus Gulielmi Ocham. *De potestate Ecclesiæ* extat ms. in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag 15. *Opus de potestate Ecclesiastica* etiam edidisse ad tuendum Philippum Pulchrum Galliarum Regem adversus Bonifacium VIII., scripto tradidit autor Historiæ Ecclesiasticæ gallice concinnatæ, sive D. Dupinius sec. 14., qui & sec. 15. addit, ejus opinionem prosecutum esse *Petrum Alliacensem* Episcopum Cameracen.

Super potestate Summi Pontificis octo Quæstionum decisiones prodierunt Lugduni an. 1498. per Joan. Trechsel in fol. cum aliis ejus Opusculis. *De potestate Papæ* extat & in Biblioth. Vatic. inter libros olim Alexandri Petavii ex cit. Catalogo pag. 65. Hujus Operis *Expositionem* edidit Jacobus Almainus, ut superius innuimus, quæ habetur in appendice to. 2. Operum Joan. Gersonis edit. Antuerpien. anni 1706., & antea prodierat Parisiis anno 1526. In cit. cod. Vaticano habetur etiam

Disputatio inter Clericum, & Militem una cum *Dialogo*, qui extat etiam in memorato cod. Reginæ Sveciæ apud Montfaucon Biblioth. mss. to. 1. pag. 22. & 65. *De potestate utriusque jurisdictionis* ms. ibidem pag. 22.

De fautoribus hæreticorum ms. extat in Biblioth. Anglica Regia ex Catalogo Montfancon pag. 629.

Opus 90. dierum, & *Dialogi*, ac *Compendium errorum contra Joan. XXII.* impressa sunt Parisiis an. 1476. per Petrum Cæsaris in fol., inde Lovanii 1481., postea Lugduni 1496. per Joan. Trechsel

sel in fol. ex cit. Orlando de Orig. & progressu Typogr.; sed leg. 1494.; *Dialogorum* enim pars 1. & 2. una cum *Compendio errorum* excusa sunt Lugduni an. 1494.; pars vero 3. Dialog. sive *Opus 90. dierum* an. 1495. in fol.; extantque mss. Oxonii in Biblioth. Collegii S. Joan. Baptistæ cod. 70. ex Oudino, & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. versus Ecclesiam cod. 412. in fol. ms. sine nomine autoris. Incip. *In omnibus curiosus existis, nec me desinis infestare* &c.; sunt enim inter magistrum & discipulum *Dialogi* l. 7. p. 1., quod Waddingus dicit *de fautoribus hereticorum lib. 7.*, & aliud facit ab Opere 90. dierum. Extat etiam ms. Cæsenæ in Biblioth. S. Franc. ex Possevino in Catalogo Biblioth. mss. Hoc *Opus 90. dierum* una cum

Tractatu de jurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus, aliisque, quæ pro Ludovico Bavaro scripsit, extant in Monarchia S. R. J. Goldasti ex Indice Biblioth. Barberinæ, & ex Boeclero de Scriptor. secul. post Christum XIV. In Bibliotheca Laurentiana–Medicea Florentina Plut. 20. cod. 40. ms. habetur

Henrici de Zomezen Epitome ex Dialogo Gulielmi Ocham jussu Bessarionis Tusculani Episcopi S. R. E. Card. Nicæni ex cit. Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 288. *Epitomes primæ partis Dialogi Gulielmi Ocham*, per Henricum Zoemeren Theologum Lovaniensem, & Decanum Antuerpien. prodiit Lovani an. 1481. in fol. typis Joan. de Westfalia, uti refert Franciscus Swertius in Athenis Belgicis. *Dialogorum volumina duo* prodierunt an. 1474. in fol., teste Maittayre in Annal. Typograph. fol. 118., postea Lugduni 1494. in fol.

Compendium errorum Ioannis XXII. prodiit Paris. in fol. per Jod. Badium Ascensium una cum *Opere 90. dierum* ad Abbatem Trithemium misso. Incipit prologus: *Locuti sunt adversum me lingua dolosa* &c.: non est igitur Opus diversum a *libro errorum, quos affinxit Ioanni Papæ* Compendium citatum, ut notavit Waddingus.

Abbreviatio Ocham de hæreti, & de hæreticis per Henricum Zemeren Theologum licentiatum extat ms. Cremonæ in Bibliotheca S. Augustini, teste Possevino in Catalogo Biblioth. mss. Rodulphius enim lib. 3. ait, Ocham inter alia scripsisse *Dialogum de hæreticis Opus prolixum, & scabrosum*

Defensorium Venerabilis Inceptoris Willelmi Ocham adversus errores Papæ Ioannis XXII. habetur ms. in Biblioth. Colbert. cod. 731., & in Biblioth. Collegii Magdalen. Oxonii ex Catalogo Thomæ James n. 52., vulgatumque fuit ab Eduardo Broun in *Fasciculo Rerum expetend., & fugiend.*, qui iterum recudi curavit Londini an. 1690. apud Richardum Chisuel.

Defensorium paupertatis contra errores Joan. XXII. incip. *Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis humiles Christi pauperes fideles, & Catholici oppressi* &c. editum post an. 1342., ut eruitur ex §. *Ad primum*, & §. *Ad secundum*, ubi agit de Successoribus Joannis XXII., inquiens: *tum quia Successores ejus non tenuerunt, nec tenent* &c.: nempe *Benedictus XII.*, & post eum *Clemens VI.* an. 1342. assumptus; legitur impressum in *Firmamento trium Ordinum* S. Franc. editionis Venetæ anni 1513. par. 3. Opus autem per modum epistolæ incipit: *Veritatem Sapientis animus non recusat* &c.

Epistola ejus *ad Fratres Minores an. 1334. Assisii in Capitulo congregatos* extat ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 731., ubi & habetur ejusdem ms.

Tractatus, quod Benedictus XII. nonnullas hæreses Joannis Papæ XXII. amplexus est, & defendit, teste cit. Oudino. Jacobus enim Fornerius Cardinalis *Albus* nuncupatus, qui postea fuit Benedictus XII., adversus Ocham hac in causa scripserat, ut ex cod. 2743. dictæ Biblioth. Colbert. notavit Baluzius in notis ad Vitas Papar. Avenionen. pag. 797.

De actibus hierarchicis citat Joan. Picus Mirandulanus in sua Apologia quæst. 1.

Tractatus de electione Caroli IV. in Rom. Imper. an. 1346. facta, &

Vindex pacis christianæ mss. citantur a Joan. Aventino lib. 7. Hist. Bojariorum; consulique potest Henricus Canisius Lect. Antiqu. to. 5. par. 2.

Reportata etiam scripsisse habemus ex ejus discipulo Adamo Woddam, qui eorumdem *quartum librum* adducit vel ipse, vel ejus Epitomator in 4. quæst. 1. §. *ad primum*, qui quoque in 1. d. 33. quæst. 2., & 5. citat ejusdem Ocham

Responsiones ordinarias, nimirum *theologicas*, ut existimo.

Summa totius Logicæ extat ms. in Biblioth. Compluten. Majoris Collegii cod. membran. in fol. ex Joan. a S. Anton. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis extat ms. cod. in fol. scam. 10. n. 515., & scam. 11. cod. 527. in fol. habens: *Hanc tabulam trado tibi karissime frater* &c.; præmissaque Operis *Tabula*, subditur præfatio: *Quam magnas veritatis sectatoribus* &c.: postea alia præfatio, seu epistola: *Dudum me, frater, & amice* &c.: mox Opus: *Omnes Logicæ tractatores* &c.: cod. vero 526. scam. 11. in 4. habet præfationem: *Dudum me, frater, & amice kariss., tuis literis* &c. Habetur & Volaterræ apud nostros ms. membran. in 4. incip. *Quam magnos veritatis sectatoribus afferat fructus sermocinalis scientia* &c. Hæc *Summa* missa est ad Adamum Woddam ejus auditorem, & dividitur in tres partes, quæ castigata per Marcum Alexandreum Monachum Cælestinum prodiit Venetiis an. 1508. in 8. typis Lazari de Soardis ex Indice Biblioth. S. Franc. Ferrariæ, cujus prologus incipit: *Dudum me, frater, & amice charissime*: Opus vero: *Omnes Logicæ tractatores* &c.

Tractatus de successivis incip. *Videndum est de loco* &c. extat Volaterræ apud nostros cum altero superius memorato.

Super Logicam Aristotelis in Biblioth. Florent. S. Crucis scam. 11. cod. 523. in fol. ms. incip. *Quoniam omne operans* &c.; quod initium juxta Waddingum est Operis super Porphyrium. Extabat & Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex sæpe cit. Catalogo.

In librum Porphyrii, & 6. Principia incipiens: *Circa librum Porphyrii quædam primo* &c. ibidem ms. cod. 525. in fol. in frontispicio quidem dicitur *Ocham*, sed dubium est, nam quædam in eo codice dicuntur *Petri de Hibernia*.

Scriptum Ocham super libros Elenchorum ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius Catalogo an. 1437. confecto pag. 30. *Scriptum Ocham* ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 13. versus claustr. n. 563.

Comment. in VIII. *Physicorum* incipere: *Ea de re* &c. inquit Rodulphius lib. 3. fol. 319.; forsan est

est prooemii initium, cum Opus dicat Waddingus incipere: *Utrum privatio sit aliqua res*.

Summulæ in libros Physicorum in 4. partes distributæ: incip. prooemium: *Studiosissime, sepiusque rogatus* &c. Opus vero incipit: *Solent ante præambula* &c.: prodierunt primum Bononiæ an. 1494. in 4. per Benedictum Hectoris Bononien. correctæ a proxime memorato Marco Alexandreo Beneventano Ord. Cælestinor., dicatæque Alexandro de Achillinis; postea ibid. an. 1498. in fol., & tandem recognitæ ab Augustino de Filizano Ord. Eremit. S. Augustini Venetiis an. 1506. in 4. per Lazarum de Soardis, extantque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., quas præcedenti seculo Bonav. Theulus recudi curavit Romæ anno 1635. typis Robletti tit.: *Philosophia naturalis Guilielmi Ocham*.

Ejus *Expositio Physicæ* incipiens in prologo: *Phylosophos plurimos sapientiæ titulo decoratos* &c.: in Opere vero: *Quoniam quidem intelligere* &c. *Iste liber dividitur in duas partes* &c. ms. pergam. in folio habetur Asisii in Tabulario sacri Conventus S. Francisci.

Comment. in Metaphysicam citantur a Gabriele Zerbio Veronensi lib. 12. Metaphys. q. 11. §. *Propter secundum*.

Opuscula ejus plura *Theologica*, *Opera Philosophica* cum *Summa Theologica* mss. membr. in fol. asservantur Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum sub GG. n. 36., ex Jo: a S. Anton. in append. to. 3.

Obiit autem Ocham circa an. 1350., ut observavit Waldingus in Annal. Min. ad an. 1347. n. 19., ab excommunicatione, quam literarum caussa incurrerat, solutus, ut etiam ex Jo: Lelando in Antiquit. Britanniæ scripsit Rodulphius lib. 3. fol. 319. Laudatur a Caramuel apud Castel in suo Francilogio disp. 15. lib. 2. §. 4. n. 423.

837.

GULIELMUS DE OONA = vox corrupta apud Rodulphium lib. 3., & inde apud alios, Possevinum præsertim; sed & Rodulphius, & Willotus, & ipse Waddingus infra in *Gulielmo Varrone* fatentur eumdem esse cum *Gulielmo Warra*, vel *Varro*, de quo infra. Waddingum secutus est Joan. a S. Anton.

* GULIELMUS PARISIENSIS, de quo Petrus de Alva in suis *Assersionibus principio* 16., edidit

Postillas in Epistolas, & Evangelia totius anni, quæ cusæ sunt Hispali an. 1492. apud Menardum Ungut, & Ladislaum Polonum socios, & Lugduni 1597. apud Matthæum Buiz; incip. prologus: *Vitam bonam, exitum beatum, ego Fr. Gulielmus sacræ Theologiæ Professor minimus Parisiis educatus sacrorum Evangeliorum, ac Epistolarum de Tempore, diebus Dominicis, & Sanctis, etiam super Commune Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & pro Defunctis Expositiones in unum colligere volumen minus expertis Clericis, ac insipientibus prædicatoribus pernecessarium fore judicavi* &c. Decursu autem temporis a Jacobo Draco Augustiniano, & a Joan. Verdolai Artium interprete auctæ, emendatæ, & ad clariorem methodum redactæ fuerunt, ut patet ex editionibus factis an. 1506. per Gregorium Coccium, & an. 1614., nec non 1542. Lugduni sub titulo: *Postillæ majores*: atque anno 1569. studio *Fr. Antonii a Matelica Bituntini* nostri Seraph. Ordinis; ita Petrus de Alva relatus a S. Anton. to. 2. pag. 46. Sed Alva non semel erravit hoc in loco; primum quia *Antonius a Matelica* alius est ab *Antonio Bituntino*; deinde *Postillæ*, quæ an. 1569. Lugduni prodierunt, & alias alibi cum Annot. Joannis Verdolay, sunt *Antonii Bituntini Quæstiones in Epistolas & Evangelia*, ut in *Antonio Brituntino* ostensum est. Puto autem hunc autorem esse vel *Gulielmum Huetum*, vel *Gulielmum Superbum*.

MDCCIII. 838.

GULIELMUS PLATUS = sac. Theologiæ Doctor, & concionator eo tempore clarus ab Hieronymo Ghilinio, non *Philinio* in suo Virorum Literat. Theatro celebratus, vix expletis 17. annis, jam Philosophiam docuisse narratur, plurium sui Ordinis, in primisque Mediolanen., & Bononien. Gymnasiorum Regens, Papiæ publice Metaphysicam est interpretatus, & ab Hispaniarum Rege Historiographi munere decoratus, Mediolanensis provinciæ Visitator fuit, obiitque Lucarni an. 1654., cum edidisset italico sermone

Sermones de Eucharistia n. 7. pro diebus Veneris quadragesimalibus tit. *Sacræ Rosæ*, cusos an. 1633. Bononiæ typis Clementis Ferroni, & anno 1645. Venetiis typis Oddonis in 4., & antea Mediolani typis Jo: Petri Card. an. 1642. in 12.

Montem Olympum; *Sermonem de S. Francisco Assisiate*: ibidem an. 1632. in 4. typis Nicolai Tebaldini, nec non Mediolani per Joan. Baptistam Malatestam ad Honoratum Vicecomitem Archiepiscopum Larissen., Ravennæque Præsidem; & in edit. Bonon. Typographus admonet penes se habere hujus autoris *Templum Seraphicum* x. Sermonibus in laudem SS. Ordinis Minorum conflatum, videlicet *S. Francisci*, *Immaculatæ Conceptionis B. V.*, *S. Antonii Patavini*, *S. Bonaventuræ*, *S. Bernardini* Senen., *SS. 5. Martyrum* Ordin. Min., *S. Ludovici*, *S. Claræ V.*, *S. Didaci*, & *S. Elisabeth* Reginæ Hungariæ.

Septem orbis miracula pro gloriis Matris Dei sunt 7. *Sermones pro Sabbatis Quadragesimæ*: prodierunt iterum Venetiis an 1645. per Oddonem in 4.

Sacras Metamorphoses: (sunt *Sermones* 7. *varii* Mediolani impressi an. 1636. per Philippum Ghisulphium, & postea Venetiis an. 1645. in 4. per Oddonem).

Imaginem Alexandri pro S. Syndone, quæ prodiit Mediolani per Ghisulphium in 8. an. 1638.; postea Venetiis an. 1645. per Oddonem in 4. in Musæo sacro, vulgo *Galleria sacra*.

Partus Virginis expectatus cusus est Venetiis an. 1639. in 4. per Thomasinum.

Gloria Sanguinis pretiosi. Ibid. an. 1633. per Jo: Antonium.

Gemma Pyrrhi pro SS. Sacramento Eucharistiæ. Ibid. an 1643. in 4. per Gulielmum Oddoni.

Sacrum Gemmarium, sive *Mariale*. Venetiis an. 1645. per Oddonem in 4. edit. 2.

Sacrum Proscenium, seu *conciones* 12. *de Adventu*. Ibidem an. 1644. in 4. per eumdem Oddonem. *Sacrum Scenarium* prodiit & Mediolani an. 1653. in 12. apud. Ludov. Monzam.

Sacrum Capitolium continet 7. *orbis Miracula*, *Sacras Rosas*, *Sacras Metamorphoses*, & *Galleriam sacram* supramemoratas. Ibid. an. 1645. in 4. per Gulielmum Oddonem.

Mundus haud personatus, sive *Sermones politici, & morales, & lapis heraclius veri*. Patavii eodem anno 1645. in 12. sub nomine anagrammatico

co Glemogilii Talpi, de quo autor libelli italici *La Visiera alzata* pag. 68.

Apparatus funesti de Purgatorio. Venetiis typis Thomasini an. 1647.

Sacrum Ambulacrum, vulgo *Galleria Saera*; sunt sermones 11. varii. Venetiis an. 1645. per Oddonem 2. editio, & Maceratæ 1641. in 12. per Augustinum Geisel.

Sacrum Theatrum, seu *Quadragesimale*. Ibid. per eumdem Oddonem eodem an. 1645. in 4.; postea vero anno 1661. per Baleonium in 4.; & Bononiæ 1647. in 4. per Carolum Zennerum ex Jo: a S. Anton.

Sacrum Areopagum, conciones aunales. Mediolani an. 1649. typis Archiepiscop.; eodemque anno Venetiis typis Thomasini in 4.

Sucram Elisam, aut Sanctuurium 20. Sermonibus compactum. Mediolani per Ghisulphium 1650. in 4.

Mysteriu Præsepii, Novena pro expectatione partus V. M. Mediolani anno 1654. typis Ludovici Monzæ.

Vita B. Claræ Ariminensis tit. *Pænitens Claustralis* an. 1651.

Vitu S. Antonii Patavini, sive *Considerationes historicæ, & morales super Vita, & gestis ejusdem Sancti*. Pisauri an. 1649. in 8. typis Jo: Pauli Gotti.

Miles, sea præcepta militariu Camillo Pamphilio S. R. E. Card. missa.

Iden artis militaris D. Martino Lopez dicata.

Pædagogus, seu *Institutor Priacipum, axiomatu politicu* ad Marchionem de Leganes Mediolani Gubernatorem.

Gloriæ Ferdinandi Imperatoris clecti ad eumdem Marchionem, cujus Theologus erat.

Nonnullas alias *Orutiones*, & *Opuscala* italice edidit, quas refert Franchinus in Biblios. n. 232.

Orutiones latinas varias etiam vulgavit, teste Abbate Hieronymo Ghilino in Theatro Liter. Viror., qui addit, elucubrasse eum etiam, sed non publicasse,

De supremu autoritate Petri, & Successorum tomos duos: de quibus & Lud. Moreri in Dictionario ex Biblioth. P. Allegambe, melius dixisset, ex Bibliosophia Franchini.

De eo agit etiam Bonaventura Theulus in Trinmpho Seraphico.

M D C C I V. 839.

GULIELMUS DE RUBIONE = Joannis Scoti discipulus existimatur, & plura alia scripsisse, quæ perierunt; extitit namque sac. Theolog. Doctor: de quo Nicolaus Antonius, & Rodulphius lib. 3., aliique post eum tractant. Approbatum vero fuit ejus Opus an. 1333. die 25. *Maii Asisii* jussu Geraldi Ministri Generalis a *Fr. Petro Aquilano* provinciæ Tusciæ Ministro, *Bernardo de Arctio*, *Simoae Spoletino*, *Nicolao Iatcrumnensi* Lectore Romano, & *Jacobo de Sosa* Lectore Paduano, ut legitur initio Operis, sed reponendum 1334., eo enim anno Asisii habita sunt Comitia Generalia; & Alphonsus de Villasancta, qui editionem anno 1518. curavit, in epistola Operi præmissa testatur, Opus summopere commendatum fuisse a *Joanne Quiatana* Priore Sorbonico, & Parisiis sac. Theol. Professore apud Minoritas.

M D C C V. 840.

GULIELMUS RUYSBROKIUS = al. *Rubrock*, quem Franciscus Swertius in Athenis Belgicis *Brabantum* fuisse dicit; Pitseus vero *Anglum*, florebat anno 1253., non 1293., loco enim MCCXLIII. scriptum est MCCXCIII. A. S. Ludovico Rege ad *Mangu* Nepotem Cingiskam tunc regnantem in tota, & magna Tartaria missus una cum Fr. Bartholomæo Cremonensi edidit

Itinerarium Orientis, quod extat ms. in Anglia Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti cod. 72. n. 1. hoc titulo: *Itiaerarium Fratris Guillelmi de Rubrock de Ordiae Frutrum Miaorum an. 1253. ad partes Orientales*; & inter mss. codd. Ecclesiarum Angliæ Cathedr. in mss. codd. Jacobeæ Biblioth. cod. 602. inscribitur: *Galielmi de Rabrock itiaerarium ad partes Orientules: floruit aano 1253.*

Relatio de Turtaris, quam anno 1255. præfato S. Regi misit, quamque novissime D. Fleury inseruit suæ Hist. Eccles. to. 17., extat ms. Romæ in Biblioth. Vaticana inter libros olim Alexan. Petavii cum tit. *De gestis Tartarorum* ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 86. n. 292. & 933., & apud Abraham Ortelium, ut ipsemet scribit in *Tartariæ* descriptione, ubi enumeratis pluribus antiquis, & novis de ea natione Scriptoribus, testatur, neminem eo plenius de iis populis scripsisse, & anno 1253. ad eos missum. Habetur etiam inter mss. codd. Ecclesiarum Cathedr. Angliæ, aliarumque insignium Bibliothecarum in mss. codd. latinis Isaaci Wossi cod. 104. n. 10. hoc modo signatum: *Fratris Willelmi de Rubruc a S. Ludovico ud Tartaros missi ad eumdum Ludovicum de Tartaris relatio*, al. *narratio*: qui codex nunc habetur in Biblioth. Lugduno--Batava cod. 104., teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1250., qui videtur velle *Opus* idem esse cum superiori *Itiaerario*, docetque hoc Opus gallice conversum una cum alio *Itinerario Fr. Joannis e Pluno Carpinis* itidem Minoritæ impressum fuisse hoc titulo

Relation du vojage fuiit l'an. 1253. en Tartaric par Frere Guillaame de Rubruqais &c.: Parisiis an. 1634. in 8. per G. Josse: postea in linguam batavicam conversum prodiisse cum pluribus aliis *Itinerariis* an. 1706. in 8. Lugduni Batavorum apud Petrum Vandersta, de eoque agere Gerardum Joannem Wossium lib. 2. de Hist. latin. cap. 58., Alph. Lassor, & Acta Eruditorum Lipsiæ an. 1708. m. Martio. Hunc citat autor synchronos Rogerus Baccon in Opere magno ad Clementem IV. nuper vulgato par. 4. dist. 4. cap. 15. pag. 168. 171. 172. 174., & 189.

Extant Romæ in Biblioth. Barberina mss. *Georgii Metropolitæ Corcyrensis Disputationes duæ cum Frutribus Minoribus* (quorum unus dicebatur *Bartholomæus*) *de Purgatorio, & pane fermentato habitæ Constantiaopoli iudict.* IX. *die* XIII. *Iunii Parasceve* anno non 1136., ut habet Leo Allatius in diatriba de Georgiis, eorumque Scriptis, & eum secutus Gulielmus Cavus ad an. 1136., sed anno 1236., ut recte emendavit Oudinus to. 2. Comment. ad an. 1170. col. 1537., & to. 3. ad an. 1230. col. 110.; cum anno 1136. nondum *Ordo Minorum* incepisset, nec eorum Institutor natus esset; nec eo anno indictio IX., sed XIV. excurreret; diesque 13. Junii non Parasceve, seu Veneris, sed Sabbati dies esset. *Fr. Bartholomæus Cremonensis* quidem an. 1253. socius fuit hujus *Gulielmi* in itinere ad Tartaros; sed isti ne, an alii disputationem egerint, incertum.

* GULIELMUS DE SAMUCO Gallus Montis Carmeli inhabitator tempore Rodulphi Imper. an. 1280. erat : at Sarracenorum vi ex Achonensi urbe pulsus, quæ capta est an. 1291., Cyprum aufugit, ubi & composuit, teste Gerar. Joan. Vossio lib. 2. de Histor. Latin. apud Joan. a S. Anton.,

Chronicon de amissione Monasteriorum Terræ Sanctæ, & de multiplicatione sui Ordinis per Europam, atque alia. Sed iste videtur Carmelita, non Minorita.

MDCCVI.

GULIELMUS A SEMINARIA oppido diœcesis Militensis in Calabria Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, & verbi Dei *concionator egregius*; *qui præclarum ubique sydus appellatus est*; inquit Petrus Rodulphius lib. 2. Hist. Seraph. Religionis de provincia Calabriæ Custodia Rhegii, locoque Seminariæ disserens, floruitque, quantum conjicimus, sub initium sæculi xvi., & scripsit

Quæstiones Theologicas: &

Conciones quadragesimales, ac per annum; pluraque alia ab eo scripta refert Augustinus Superbus in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 60., quæ quoniam mihi suspecta sunt, in medio relinquenda duxi.

MDCCVII. 841.

GULIELMUS DE SOLANGA = al. Solagna loco diœc. Mutinen., non Patavinæ, ut scribit Waddingus cum aliis a Rodulphio deceptis. Hujus codex autographus, quem nuperus Illustrator *Historiæ B. Odorici* Inquisitor Utinensis pag. 39. ait, nesciri, quæ fata subierit, nunc asservatur Asisii in Archivo nostri sac. Conventus ms. pergam. in 4. asseribus ligneis coopertus, & num. 20. signatus, cujus initio habetur: *Incipiunt hic multæ, & diversæ historiæ Beati Odorici Fratris Minorum de ritibus, & conditionibus hujus mundi, & de martyrio iiij. Fratrum Minorum*. Opus vero incipit: *Licet multa, & varia de ritibus, & conditionibus hujus mundi a multis enarrentur, tamen est sciendum, quod ego Frater Hodoricus de Forojulii volens transfretare, & ad partes infidelium volens ire, ut fructus aliquos &c.*; & in fine legitur: *Prædicta autem ego Fr. Gulielmus de Solagna in scriptis redegi, sicut prædictus Frater Odoricus ore proprio exprimebat, anno Domini M. CCC. XXX. de mense Madii Paduæ in loco S. Antonii; nec curavi de latino difficili, & ornato, sed sicut illa narrabat, sic ego scribebam, ad hoc, ut omnes facilius intelligerent, quæ scribuntur, & dicuntur*. Ex his corrigatur Waddin. in Annalibus Min. ad an. 1331. n. 14., qui habet, *Gulielmum de Saxonia* Scriptorem provinciæ S. Antonii, jubente Fr. Guidotto ejusdem provinciæ Ministro ex ore *B. Odorici Naonensis* Minoritæ *Utini* infirmi excepisse, & dictantis scripsisse quæcumque ille vidit prodigiosa in regionibus Orientis, indito titulo: *De mirabilibus mundi*: non enim *de Saxonia*, sed de *Solagna* fuit, neque *Utini*, sed *Patavii* exscripsit. Postea sequitur in codice: *Supradictus autem Frater Odoricus postea ex hoc seculo transivit ad Dominum in Conventu Utini anno Domini M. CCC. XXXI. die XIIIJ. Januarii, qui postmodum multis, & magnis coruscavit miraculis*. In hac autem parte codicis exaranda Guliemus simpliciter scribæ vices gessit.

Post hæc sequuntur *Miracula* a B. Odorico statim ab ejus obitu patrata, & jussu Pagani Patriarchæ Aquilejen. per duos Delegatos collecta, quibus præit ejusdem Patriarchæ epistola ad dictos Collectores.

Tandem in extrema pagina veteri etiam charactere hæc habentur annotata: *In isto libro sunt multæ Historiæ Beati Odorici de Ordine Fratrum Minorum de Forojulio, qui est sepultus in Conventu Utini: & est etiam hic passio & martirium quatuor Fratrum Minorum, & plusquam septuaginta miracula, quæ operatus est Deus per Beatum Odoricum: & etiam est hic* (nempe Utini) *cingulus ferreus prope reliquias, quem portavit ad carnem, & capellus de capite suo, & etiam aliæ res suæ*. Fuit igitur hic codex Cœnobii Utinensis; non enim illæ res sunt, vel erant Asisii, sed Utini, ubi nunc etiam habetur *cingulus ferreus* a cit. nupero Illustratore Historiæ B. Odorici descriptus pag. 36. sub nomine *cilicii*; & videtur ille codex, qui anno 1410. adhuc extabat ibi ex Indice librorum ejusdem Conventus relato a prædicto Illustratore in præfat. pag. 38. his verbis: *Item Ystoria B. Odorici cum tabulis, & corio rubeo ad ligaturas*. At an. 1448. a Fr. Alberto Utinensi exscripto veteri codice, conjicimus hunc veterem distractum fuisse uti parum post hac utilem, & demum Asisium pervenisse. Ceterum hic codex Asisias, perpaucis exceptis, idem omnino est cum codice Utinensi Fr. Alberti, seu Monteniani, interpolatus vero ab autore codicis Lirutiani: hinc variantes lectiones codicis Monteniani a memorato Illustratore indicatæ leguntur & in codice Asisiensi. Alias lectiones variantes ab *Illustratore* ommissas, cum mihi licuerit codicem Asisiatem evolvere, annotavi, collegique, & ad calcem animadversionum, quas ad Opus dicti *Illustratoris* effeci, mss. apposui.

MDCCVIII. 842.

GULIELMUS SPOELBERGIUS = Reg. Observ., de quo & Dupinus, aliique apud Joan. a S. Anton.

Catholicam instructionem contra Catechismum Philippi &c. Antuerpiæ 1620.

Concionum moralium &c. tertio prodierunt Antuerpiæ volum. 2. in 4. an. 1643. ex Joan. a S. Anton.

MDCCIX. 843.

GULIELMUS STANNIE = ut in append. Waddingi ad hunc librum de Scriptor., quam cum non legerit Joan. a S. Anton., to. 2. pronnnciavit ex Dupino sec. XVII. Opus emisisse Mediolani, loco Mechliniæ, & dubitavit, an sit Minorita.

MDCCX.

GULIEMUS SUPERBUS Turejensis in Normandia Bajocensis Cœnobii Custos, sàc. Theolog. Magister, Min. Conv. Parisiis Regens, ut vocant, seu Gymnasii moderator, vir non minus literis, quam pietate, probitateque morum insignis edidic nonnulla, quæ latent, & desiderantur, inquit Rodulphius lib. 3. fol. 320., ubi & refert *epitaphium* ei positum Parisiis in S. Francisci æde, ubi decessit, tumulatusque est, in hunc modum:

„ Flebile tempus adest: ploret gemebunda Mi-
„ norum
„ Turba: virum extinctum defleat omnis
„ homo.
„ Flere licet; plorare potest Normanna pro-
„ pago,
„ Quæ dederat nobis hunc probitate vi-
„ rum.

„ O tru-

„ O truculenta nimis mors, o sevissima!
„ nempe
„ Quæ ingenio claros non sinis esse diu.
„ Hic poterat longos vitam proferre per an-
„ nos;
„ Hunc cupiente Deo sed rapis ante di-
„ em.
„ Semper adhuc vivas, vivas Gulielme Snper-
„ bi,
„ Quo illustrata fuit Relligiosa domus.

De eo agit & Waddingus ad an. 1222. n. 37. de Conventu Bajocensi disserens.

Postilla Majores totius anni Fr. Gulielmi, nempe *Expositiones Epistolarum, & Evangeliorum annuorum, ac de Sanctis singillatim, & in communi cum Quæstionibus* post alias editiones castigatiores, auctioresque prodierunt Venetiis anno 1536. in 8. per Bernardinum de Tridino. Autoris nomen habetur ex prologo Operis, in quo *Fr. Gulielmus* testatur se sac. Theologiæ Professorem *Parisiis* extasse, Opusque ex variis Doctoribus collegisse, quos inter *Minoritas* præcipue adhibet & veteres, & suorum temporum vicinos Nicolaum de Nise an. 1509. mortuum, Nicolaum de Orbellis, & Angelum a Clavasio; *Durandum*que Summæ Confessorum autorem, & *Franciscum* Mayronem adducens in expositione Fer. 5. post Dominicam de Passione quæst. 40. *Doctores nostros* appellat; quo Franciscanum se prodit aperte: ac floruisse exeunte seculo XV., & XVI. initio; ideoque Opus vel ad hunc *Gulielmum* spectare, vel ad *Gulielmum Huetum* supra recitatum, & forsan quoque alterutrer est ille *Gulielmus Parisiensis*, de quo supra egi ex Petro de Alva, ut Operis titulus innuere videtur.

M D C C X I.

GULIELMUS TOMSONI natione Scotus, sed provinciæ Romanæ Min. Conv., Cænobiique SS. Apostolorum de Urbe alumnus, & Pater, Collegio D. Bonaventuræ adnumeratus an. 1608., & sac. Theolog. Magister, linguis latina, græca, hebraica, gallica, italica ita peritus, ut græcam, & hebraicam Romæ sub Paulo V. etiam docuerit: Philosophus itidem, Theologusque egregius eum esset, in patrium regnum amandatus est *Missionarius*, ut ajunt, quo fidem catholicam promoveret; quo in officio, laboreque quatuor & decem annos insudans, & biennio Londini carceres expertus est, & Catholicæ Reginæ Angliæ demum Sacellanus extraordinarius evasit, & provinciæ Angliæ Minister, quo etiam tempore in eum debaccatos hæreticos legimus: sexennioque elapso Romam reversus ibi octogenarius extremum diem obiit, sui ingenii monumenta sequentia relinquens:

Consultationem Physicam, & Theologicam, an inter Henricum Valliæ Principem, idest Iacobi Magnæ Britanniæ Regis Primogenitum, & Leonoram Magni Hetruriæ Ducis sororem legitime, & sine fidei dispendio nuptiæ possint contrahi: Opus quidem pium, & eruditum, teste Dempstero apud Franchinum in Biblioso. n. 233., qui etiam lib. 9. n. 731. ait se illam vidisse Romæ apud Card. Philonardum, sed nomen, agnomenque autoris ignoravit.

De Clarissarum subjectione, & regimine.

Contra centurias Patritii Simpsonii Ministri Puritani in civitate Sterlini Scotiæ, uti referunt Dempsterus in Hist. Eccles. Scot. lib. 9. n. 731. sub nomine *incerti Scoti*, qui & addit scripsisse an. 1612., & Theulus in Triumpho Seraphico, & in Appar. Minorit. lib. 1. cap. 1. de Conventu Romano SS. XII. Apostol. p. 4. & 6., ubi habet vixisse adhuc anno 1648. Hujus mentio extat in *Mercurio Victoris Siri* lib. 3. ad an. 1641. prope finem. Insignis benefactor extitit Collegii S. Bonaventuræ, cui redditus assignavit pro augendis alumnis, Conventus SS. XII. Apostolorum, & sac. Conventus Asisii, in quorum Tabulis Sacrariorum ejus nomen occurrit.

M D C C X I I. 844.

GULIELMUS DE TORTONA = autor antiquus, cujus Opus incipit: *Dialectica est ars artium, & scientia scientiarum ad omnium methodorum principia viam habens. In principio hujus libri, sicut & in principiis aliorum librorum Logicæ octo genera sunt videnda* &c. ms. chartac. in fol. usque ad *lib. Posterior.* habetur Asisii in Tabulario Convent. S. Francisci. Plura etiam alia eum scripsisse verisimile est.

M D C C X I I I. 845.

GULIELMUS VARRO = non solum Joannes Picus Mirandulanus hunc *Ioannem* vocavit, sed & Jacob. Philippus Bergomas, & post istos Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 55., idque acceperunt ab antiquo scriptore Bartholomæo Pisano Conf. VIII. par. 2. de Doctoribus, Scriptoribusque Ord. Minor. disserente; & XI. par. 2. de provincia Angliæ, & Custodia Londinensi, locoque *Warra* dicente; *de quo fuit Magister Ioannes, qui scripsit super Sententias, & fuit, ut dicitur, Magister Doctoris Subtilis Scoti*: Confor. vero VIII. *Fr. Ioannes Guarro Anglicus Magister Scoti scripsit super libros Sententiarum, & plura alia Opera fecit*. Nihilominus tamen *Fr. Guil. de Varra in 2. parte Script.* citatur bis a Scoto in 10. al. 1. q. libri 5. Metaphysices. *Varro* etiam dicitur a Petro Aquilano, al. Scotello in libris Senten., a Joanne Baccone 2. dist. 7. q. 1. art. 2. dist. 35. q. 1. art. 3., & Aphonso Toletano q. 9. prologi Senten. art. 3. *Garro* corrupte. *Gulielmus Varronis* vocatur a Guliel. Vorilongo in 4. dist. 11. aliisque locis; & a Petro Tatareto 1. d. 2. q. 7. par. 2. & alibi; ac Trithemio in Scriptor. Eccles., nec non in notis marginalibus Scripti Oxonien. Scoti edit. Ven. 1490. 1497., & seqq.

Opus Guillelmi Guarræ super 4. Senten. Item aliud Opus ejusdem extabat olim ms. Bononiæ in Biblioth. S. Francisci ex veteri Catalogo illius Biblioth. an. 1421. confecto, qui adhuc in Tabulario illius Conventus asservatur: & Ferrariæ in Biblioth. itidem S. Franc. olim ms. habebatur *Opus Guaronis* juxta veterem illius Bibliothecæ Catalogum an. 1437. pag. 21. & 70. exaratum. Extat ms. & Chamberii in Sabaudia in Biblioth. Franciscana, teste Matthæo Ferchio in Vita Scoti cap. 6. n. 17. *Varro de Anglia Ordinis Minorum in libros Sententiarum* extat ms. in Lipsiensi Biblioth. Paulina ex Catalogo mss. codd. illius Biblioth. pag. 182. num. 19.; similiter in Biblioth. Patavina S. Antonii dicitur haberi ms. *Guillelmus Varro, Comment. in 4. libros Sententiarum*, teste Thomasino in Catalogo Biblioth. mss. Patavin., & in Cæsenaten. S. Francisci extat ms. *in 4. Senten. libros Guiselmi Guare* ex Possevino in Catalogo Biblioth. mss. post Apparat. sacrum: habetur etiam ms. Asisii in Biblioth. sac. Conventus S. Francisci, teste Waddin. infra in *Wexillo Ware*, cum sit legendum *Willelmus Ware*. Extat etiam *Opus Guare super quatuor libros Sen-*

Senten. ms. Hispali in Biblioth. Ecclesiæ cod. membran. in fol. ex Joan. a S. Anton. *Gulielmi Vorronus* in 4. libros Senten. ms. pergam. extat Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 515. Ejus Opus in Magistrum Senten. incip. juxta parvum prologum: *Quoniam testante B. Augustino 8. de Civit. c. 4. finis ideo finis dictus est* &c.: Opus vero: *Quæritor, utrum finis per se & proprius Theologiæ, ut est habitus scientificus* &c.: ita codex ms. Biblioth. S. Crucis Florent. scam. 32. versus Eccles. n. 365. in fol, ubi habetur & n. 364., nec non scam. 34. cod. num. 396. in fol., sed sine prologo; in omnibus tamen codd. valde antiquis vocatur *Fr. Willelmus de Ware Anglicus Ordin. Fratrom Minorum*, & in ultimo: *Magister Guarro Dottor fundatus*: unde error est eorum, qui hunc *Joannem* appellarunt.

Super hujus scriptoris *Scriptum Theolog.* Commentarios egit Thomas Straveshanus Anglus Minorita vetustus ex cit. Waddin. in *Thoma Straveshano*: citatque eum laudatus Joan. Picus Mirandulanus etiam in sua Apologia q. 3. & 4., & Joan. Garetius de SS. Sacramen. Altaris clas. 1. ad an. 1272. ejus *Decisiones de Sacramentis*. Scotus laudatus citat ejus 2. *par. Scripti*, ejusque *quæstionem, utrum spiritualia habeant mensurum proprium*, nempe unam ex *Quolibet.*, vel *Ordinariis*.

M D C C X I V.

GULIELMUS VASGHO Doctor Parisien., sive scripserit

Tractatum de usura, vel de *contractibus*, seu similia continentem, citatur a Baptista Trovamala de Salis, qui an. 1483. scribebat *Summam Baptistinianam*, & *Rosellam*, v. *Usuro* §. 12. Potuit & scripsisse

Comment. in 4. libros Senten., uti Doctores Parisien. præsertim veteres solebant; nam & in 3. & in 4. libro *de usura*, *contractibusque* agitur a quibusdam.

Anno 1358. factus est Episcopus Comaclensis, & an. 1371. ad Senensem in Tuscia translatus, annoque 1377. ad Taurinensem Sedem in Subalpinis, ut in Italia sacra dicitur; erat enim natione Gallus.

846.

GULIELMUS VORILONGUS = al. *Vorlion*, quem Waddingus etiam in Annal. Min. ad an. 1464. n. 1. & 49., nec non an. 1470. n. 10. perperam, & contra autoritatem Trithemii, qui unius tantum meminit, diversum facit a Gulielmo *Forleo*, Brito natione, & Doctor Parisien. ex autore Chron. S. Franc. par. 3. lib. 5. cap. 27., nec non præceptor *Stephani Bruliferi*. De eo agit Petrus Chambonis epist. in Firmamentis trium Ordin. edita, in fine 5. partis §. *Secundom malum* referens quid passus sit apud Casterum Radulphi, diciturque famosus Magister *Guillermos Vourrilonis*, & lucet fuisse Congregationis *Colletanorum*; passus autem est ante an. 1460. propter Conventum *Castri Radulphi*, quem rapuerant Fratres de Familia, seu Regul. Observ.; anno enim 1460. facta est conventio, quæ legitur in Annal. Min. ad eum an. n. 56.

M D C C X V. 847.

GULIELMUS WODFORDUS = al. Windefordensis sepultus fuit Londini in Ecclesia Minorum sub lapide cruce exarato ex autore Hist. Universit. Oxonien. to. 1. fol. 77.

Super Ecclesiasten lib. 1. extat in Anglia ms. in Biblioth. Jacobæa cod. 450.

In Ezechielem Notationes Guil. Woodefordi ms. ibid. cod. 450.

Postilla soper Matthæum incip. *Sume tibi librom grandem* &c.: extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri Catalogo ejusdem Biblioth. anno 1437. confecto pag. 24. 66., & 72., nunc vero Florentiæ scam. 7. versus Eccles. n. 79. sine nomine in fol.

In epistolam ad Romanos habetur ms. in cit. Anglica Biblioth. Jacobæa cod. 450.

Determinatio contra Trialogum Wicleffi ms. extat inter codd. mss. Bodlejanæ Biblioth. in Fasciculo zizaniorum Jo: Vvicleffi cum tritico cod. 163. n. 39., teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1400. in *Thoma Nettero* Vvaldensi, & ad an. 1380. in *Guillelmo Vvodefordo*; & ibid. cod. 3. n. 2. habentur mss. *Vvillielmi Vodeford determinationes quosnor contra Jo. Vvickleffe, & ejus sequoces, quas determinavit Oxoniæ in Scholis Minorum, & die Vesperorum an.* 1390.; nec non cod. 9. n. 9. 10. 11. & 12.; & cod. 10. n. 4.) Jo: Saldeni, atque in Biblioth. Baronis Lumlei cod. 297.

Contra ejus (Vvicleffi) 18. *articulos* scripsit an. 1396. ad Thomam Arundelium Cantuarien. Archiep., prodiitque anno 1535. in fol. Coloniæ in Opere inscripto *Fosciculus rerom expetend., & fugiend.* pag. 94., & ms. in Biblioth. Jacob. cod. 365., ejusque fragmentum protulit Raynaldus in Annal. Eccles. ad an. 1396. n. 10. & seqq.

Vvillelmos Vvydford contra Conclusiones Joannis Vvickliff ms. in Biblioth. Cathedral. Ecclesiæ Oxonien. cod. 45., & in Biblioth. Collegii Corporis Christi cod. 183. Idem *Voodford contra Vvickliffum* ms. in Biblioth. Jacobea cod. 353., & in alia Simonis d'Erres Boronetti cod. 68.

Super causis condemnationis articulorum Vvicleffi ms. etiam in Biblioth. Bodlej cod. 9. n. 1. cum *Responsionibus ad argumenta adversarii*: num. vero 2. habentur ejusdem *Responsiones contra Mag. Joonem Vvicklif, & Lollardos* mss.

Quæstionum 72. *de Eocharistia* lib. extat ms. etiam in cit. Biblioth. Bodlej cod. 9. num. 15. hoc tit. *Opus notabile de Sacramento Altaris*; & in Biblioth. Oxonien. cod. 11. & 25., nec non Collegii S. Joan. Baptistæ cod. 95., quas citat Joan. Garetius Lovanien. ad Sacram. Altaris clas. 1. ad an. 1371. sub nomine *Gulielmi Angli*.

Mendicitatis defensoriom contra Armachanum ms. Oxonii in Biblioth. Collegii S. Mariæ Magdalenæ cod. 67. & 75. n. 1.

Extroctio errorum e libris ejusdem Armachani ms. in cit. Biblioth. Magdalen. cod. 75. n. 2., & in illa Collegii novi codd. 168. & 290.; in Biblioth. vero Jo: Mori Episc. Norvvicen. cod. 67. extat ms. *Refutatio errorum Armachani*; quam correctores illius Catalogi in append. pag. 401. arbitrati sunt esse *Guliemi Vodford*; sed cum plures Armachani errores refutarint, ac in primis *Rogerius de Convvoj* Minorita, ideo dubia res est.

Varii tractatus Willelmi Vvydford contra Vvicliffe in materia de Religione mss. habentur Oxonii in Collegio Merton. cod. 198.

Summa de virtotibus Domini Will. de Vvudeford Abbatis, quam perfecit *Vvolterus Prior* a medio usque ad finem extat ms. Cantabrigiæ in Biblioth. Universit. inter codd. mss. Collegii Caii cod. 105., teste Oudino cit., qui dubitat, an Opus sit hujus *Gulielmi*, cum dicatur *Vvadeford*, & *Abbas*, non

Wo-

Wodeford; Abbatisque titulus non usurpetur a Franciscanis: verum advertere poterat per scribas crebro errata exarari; nam *Regula Novitiorum S. Bonaventuræ Cardinalis* juxta veterem editionem Venetam 1487. dicitur Opus *secundum Bonaventuram Abbatem*: prætérquamquod in Annal. Min. non raro occurrunt *Abbatiæ* Franciscanis collatæ.

Opusculum de Religione tradit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1395. n. 2. scripsisse ad *Julianum Cardinalem Cæsarinum* an. 1433.; sed error irrepsit vel in nomen autoris, vel Cardinalis, cum Gulielmum obiisse dicat anno 1397., licet falso; nam an. 1411. Oxonii erat *Regens in Claustro Carmelitarum*; & unus fuit eorum Doctorum Oxonien., qui ex decreto Synodi Provincialis Angliæ eo anno Londini coactæ ab Archiep. Cantuarien. una cum *Thoma Claxton* Regente in *Claustro Dominicanorum* examinarunt nova scripta in primis Joan. Wiclefi ex Hist. Universit. Oxonien. pag. 206., & apud Carolum Plessium to. 1. p. 2. Collect. Judicior. pag. 29. Potuit etiam esse alius, ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 50. v. *Gulielmus Waterfordiensis* Anglus, & ille forsan, de quo plura tradit Waræus de Scriptor. Hiberniæ lib. 1. cap. 11., obiitque Claudiocestriæ.

M D C C X V I. 848.

GUMMARUS A QUERCU = Regul. Observ. Recollectus

Vitam B. Joannæ Valesiæ latine promisit in fine Elogii dictæ Beatæ, quod an præstiterit ignoro.

Regulam B. Mariæ Virginis Annunciatæ e vernaculo latinam fecit, cum *Elogio B. Joannæ Valesiæ*, nec non *Epitome Privilegiorum* dicto Ordini B. M. Annunciatæ concessorum a Roman. Pontiff., quæ cum morte præpeditus publicare non potuisset, typis dari euravit Adrianus Huberti, quem vide supra.

M D C C X V I I.

GUTERRIUS DE OCCAMPO Hispanus, teste Petro de Alva col. 563. Militiæ univ., emisit in lucem, ut est & apud Joan. a S. Anton.,

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis. Salmanticæ an. 1619. in 4.; & commendatur a Marracio in Biblioth. Mariana.

M D C C X V I I I. 849.

GUTIERRUS A TREJO = de quo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43., & Rodulphius lib. 3., aliique post istos.

Comment. in Evangelia vulgavit *Fr. Hieronymus a S. Michaele* ejusdem Instituti ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M D C C X I X.

G. DE BOSCO JANDONIS Gallus an. 1272. Parisiis *Sermones* habuit, quorum 183. adhuc ibi servatur in ms. codice Biblioth. Sorbonicæ inter diversorum Sermones ex Echardo Scriptor. O. P. to. 1. pag. 269.

H

HACA = v. *Anonymus* XXIII. *regionis incertæ* num. CDXI.

M D C C X X. 850.

HANNIBAL ROSSELIUS = meminit hujus Anton. Possevinus in Appar. sac. to. 2. v. *Mercurius Trismegistus*; & perperam hunc *Conventualibus* accenset Franchinus in Bibliosophia n. XXXIV. ex mss. P. Rodulphii. Ad ejus laudem, ejusque Pymandum legitur præfixum to. 1. sequens *Epigramma Fr. Jacobi Garilli* a Portu Mauritio ejusdem Instituti:

„ Prisca fides nostræ quantum consentiat al-
„ mæ,
„ Hannibalis Calabri connotat istud Opus.
„ Aptior interpres certe non convenit ipsi
„ Mercurio, quam qui mente viget simi-
„ li;
„ Nam pius, & doctus voluit, potuitque
„ juvare
„ Huic seclo scriptis, & probitate sua.

M D C C X X I. 851.

HAYMO DE FEVERSHAM = de eo Trithemius, D. Antoninus, Bulæus to. 3. Histor. Universit. Parisien., & alii apud Arturum ad diem 3. Octobris.

De Missæ cæremoniis lib. habetur excusus in Monument. Ordinis Minor. edit. Salmantic. anni 1511. tract. 2. fol. 287., & in fine libri *Familiaris Clericorum* eusi Venetiis an. 1561. typis Francisci Bindoni.

Relatio disputationis hujus, sociorumque ejus habitæ cum Græcis in causa fidei an. 1234. primo apud Nicæam Bithyniæ, postea apud Nympham legitur in Actis Concil. Labb., & in Annal. Min. ad an. 1233. n. 15., & seqq., sed emendatior prodiit per PP. Quietif & Echard in fine Biblioth. Scriptor. Ord. Prædic. to. 1., & inde in Supplemento ad Concilia Veneto-Labb. to. 2.

M D C C X X I I.

HELENA BONONIENSIS Ord. S. Claræ ad hortatum, profectumque Annæ Marchionis Montisferrati italice scripsit

Modum vitæ spiritualis. Venetiis 1554. in 8. per Bartholomæum Imperatorem, quam editionem in Pineiana Bibliotheca Collegii S. Ambrosii se vidisse scribit Joan. a S. Anton. to. 2.

852.

HELMANUS TEUTONICUS = idem est, ac *Hermannus de Nexemburg*, de quo infra. Waddingus a Rodulphio accepit lib. 3.

M D C C X X I I I.

HENRICUS DE BALMA diœcesis Genevensis provinciæ Burgundiæ vir magnæ religionis, pietatis, ac doctrinæ. De eo in Memor. Ord. Min. apud Firmamenta trium Ord. sub 30. & 31. Ministro Generali. Magister fuit *B. Coletta Corbejen.*, cujus in Vita apud autorem Chron. S. Francisci Marcum Ulyssipon. par. 3. lib. 3. cap. 15. legimus initio suæ *Reformationis* ipsam degisse *Balmæ diœces. Genevensis*; propter quod in nonnullis Rom. Pontif. Bullis *Sabauda* nuncupatur B. Coletta. Morerus in magno Dictionario Hist. dicit Henricum *de Balma*, & de *Baume* floruisse an. 1360., apud quem Guichenon Hist. *de Bresse*, *& de Bugei* affirmat, Henricum ex Baugesia, vulgo *Bugei*, Galliæ provincia fuisse ex illustri domo *dela Baul mesur Cerdon* filium Joannis *dela Baulme*, & Margaritæ *de Coligni*. Ceterum ipse vixisse dicitur an. 1428. in Annal. Min. a Waddingo concinnatis, & inter Scriptores Ecclesiasticos recensetur a Genebrardo sub an. 1363., & Possevino in Appar. sac. to. 2. v. *Henricus de Palma*, ubi ei tribuit

Meditationum ante, & post Missam librum; sed Institutum Regulare ignoravit: *Scripsit*, inquit cit.

cit. Possevinus, *Meditationem ante, & post celebrationem Missæ; & in ceteris quotidianis actionibus. Ascribitur item ei liber de Theologia mystica, qui est inter Opuscula S. Bonaventuræ*. Scripsit etiam

Stimulum amoris divini ad Christi passionem, diversum Opus ab illo S. Bonaventuræ; extatque ms. in Biblioth. S. Mariæ de Lyra in Gallia hoc titulo: *Stimulus amoris divini Henrici de Balma*: teste Oudino; incip. prologus: *Ad te Domine levavi* &c.: Opus vero: *Currite gentes* &c. Extat etiam Romæ in Biblioth. Vatic. inter libros Alexan. Petavii cod. ms. *Henrici de Palma tractatus de Stimulo amoris* ex Catalogo apud Montfaucoo to. 1. Biblioth. mss. pag. 65. Sed cum in Veneta Opusculorum *S. Bonaventuræ* editione hoc Opus adjudicatum fuerit anno circiter 1484. Doctori Seraphico, postmodum vulgatum pluries est semper S. Doctori attributum, de qua re dixi supra in S. Bonaventura (75); docuique ex Joanne Gersone aliud Opus esse, & suo tempore compositum, dum ille io *Adnotatione Doctorum aliquorum, qui de contemplatione* scripseruot, recensitis *Itinerario*, & *Stimulo amoris* S. Bonaventuræ, subjungit: *Sunt alii tractatus compilati a novellis, ut Stimulus amoris ad Christi passionem, & alter de triplici via, cujus initium est: Viæ Sion lugent* &c.: Et quidem sub oomine *Fr. Henrici de Balma* citatur a Joan. Garetio Lovaniensi in lib. *de vera præsentia Corporis Christi in Sacramento Altaris* classe 1. sub an. 1363.

Prodiit an. 1535. in 16. Venetiis per Jo: Patavinum, & Venturinum de Ruffioellis, & an. 1537. ibid. ad signum putei in tres partes divisus; in prima agitur de Christi passione meditanda; io secunda de his, quæ ad meditandum disponunt; & in tertia de ipsa contemplationis quiete. In prologo habetur: *tu autem Frater Joannes de Ordine Fratrum Minorum, qui Eucharisticus appellaris, accipe munusculum*: est eoim *Eucharisticus* græce latinis *bene gratiosus*, & Hebræis *Johannes*: estque hæc editio valde diversa ab altera anni 1487., ut adnotavi in S. Bonaventura; hæc tamen iterum recusa est Ven. an. 1582. ex Ind. Biblioth. Barber., postea Romæ an. 1606. inter Opuscula S. Bonav. to. 7., ac deinceps alibi cum ejusdem Opusculis.

Opus autem ab autore interpolatum est *ex Opusculo Meditationum Fr. Jacobi Lectoris Mediolanen.*, de quo iofra, & ex pluribus a *S. Bonaven.* depromptis; aliqua etiam ipsi posteriori manu adjecta sunt; nam tredecim prima capita 2. partis editioois antiquæ, vel primæ; seu cap. 1. partis secundæ, cum cap. 2. par. 1. aliarum editionum continent *Remedium defectuum Religiosi*, quod unum est ex Opusculis S. Bonaventuræ ad preces *Fr. Roberti* compositum, etsi caput ult. prolixius sit io *Stimulo amoris*, & io libro Fr. Jacobi Lectoris, quam in Opusculo commemorato. Sed & capita quatuor, nempe 16. 17. 18., & 19. partis 3. Expositiooem *Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, & Antiphonæ Salve Regina* contineotia nec in prima editione habentur, oec io Veneta Scotti 1611.; & Jam an. 1521. prodierunt Parisiis sub oomine *Martini de Magistris* Doctoris Theologi typis Jodoci Badii Ascensii in 4., & an. 1657. Romæ Anselmo Lucensi Episcopo adjudicata a Waddingo, deinde in Biblioth. SS. PP. edit. Logdunen. an. 1677. to. 27.; sed & Oudinus to. 2. Comment. col. 722., & seqq. sentit esse *Martini de Magistris*. *Expositio Antiph. Salve Regina* est etiam in Opusculo *Fr. Jacobi* Lectoris, cujus interpolator fuit Fr. Henricus, aliqua resecando, aliqua vero addendo. Quin quod & *Meditatio super Salve Regina*, quæ in hoc *Stimulo amoris* efformat cap. 13. partis 3., habetur inter Opera *S. Bernardi* to. 2. edit. Venetæ an. 1583., sed interpolata a Ludovico Miræo, qui admonet, ex Veneto exemplari transcriptam habuisse labeculis undique contaminatam. Vide *S. Bonav.* supra, ubi disserui de hoc Opusculo.

Ceterum *Stimulus amoris* in flandricom idioma versus fuit a Cornelio Thielmano Minorita anno 1625., Antuerpiæque vulgatus; & in anglicum per Ludovicum a S. Augustioo Fraociscanum an. 1642. Duaci publicatus. Hispanice prodiit Beatiæ an. 1551. in 4. ex autore Biblioth. Hispanæ; & Compluti an. 1597. in 8. per Fr. Alphonsum Ponce; & versu hispano per Fr. Antonium Panes Valentiæ an. 1655. in 8.; item Bruxellis anoo 1683. io 12. hoc titulo: *Amoris divini elixir ex passione D. N. J. C. ex Bonaventura*, teste Jo: a S. Aoton. to. 1. pag. 158. Italice translatus prodiit, Venetiis ao. 1521. io 8. per Fratres de Stabio, & an. 1542. in 12. per Joan. Patavioum: prima editio incipit: *Trapassa Signore mio Gesù le medolle dell' anima mia* &c. io tres partes divisus; & in fine continet tantum *Expositionem* longam Orationis Dominicæ *Pater noster*: altera vero coutinet quidquid habet latina editio Veneta 1535., & 1537. sine tamen prologo: *Ad te Domine levavi*: & io fine admonet, se ea addidisse huic Opusculo, quæ in priori editione noo habentur, ex latino Opere ejusdem S. Doctoris. Vidi has duas editiones Florentiæ in nostra S. Crucis Biblioth.; & iteruo Venetiis italice anno 1538. in 16. apud Aloysium de Fortis. Ex Biblioth. Italica pag. 233. habetur italice prodiisse jam an. 1501., & quidem in 4. apud Antonium de Zanchis. Alias editiones vide supra in *S. Bonaventura* (75).

De Mystica Theologia, al. *de triplici via* incip. *Viæ Sion lugent* &c.: habetur ms. io Gallica Biblioth. Casalis Benedicti hoc titulo: *Henricus de Balma de triplici via ad sapientiam*: nec non io Biblioth. S. Victoris Parisien. eodem titulo. *Libellus de triplici via, qui dicitur Ternarium* sine autoris nomine extat ms. in Biblioth. S. Vincentii Bisuotin. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1190. Qui autem Argentinen. Opusculorum S. Bonaventuræ anno 1495. curavit editionem, & hanc Theologiam mysticam S. Doctori adscripsit, fassus est tameo hoc Opus adjudicari etiam *Henrico de Balma*; respoditque aliud Opus Henricum cudisse, & alio stylo; quod quidem verum; utrumque scilicet hoc argumentum pertractasse; sed istud pertinet ad Henricum, non ad S. Bonaventuram, ut & supra in S. Doctore demonstravi, & verba Gersonis proxime recitata aperte evincunt. Prodiit igitur sub nomine S. Doctoris Bonaventuræ & pluries, & pluribus in locis; & Hieronymus Gratianus Carmelita in hispanum idioma conversum vulgavit typis Regiis Matriti an. 1607., teste ipso Waddin. in *S. Bonavent.* Latine vero impressum est Amstelodami an. 1647. in 12. ab A. Francisco de Monte sub titulo *Theologiæ Mysticæ*, seu *Trivii sacri*, quod agit de triplici via animæ, *Hugonis de Balma*, legendum *Henrici*. Thomas Raynaudus de mal. & bon. lib. pag. 142. *Gersoni* a quibusdam attribu-

butum cum aliis eripere sategit. Etiam Possevinus in Appar. sac. to. 2. *Hugoni a Palma Carthusiano* vendicat *Librum de triplici via* purgativa, illuminativa, & unitiva incip. *Via Sion lugent*: & quidem Waddingus pag. 80. in *S. Bonav.* notavit ex edit. Romana, hanc *Mysticam Theologiam* a quodam Ordinis Carthusiani antiquitus interpolatam, vitiatamque fuisse, & ea, quæ autor de Regula Minorum dicit, ipsum vertisse, suoque Instituto accomodasse. Extat quidem Mediolani in Biblioth. Ambros. ms. hoc titulo: *Hugonis de Patma via ad veram sapientiam*: juxta Catalogum Montfaucon to. 1. pag. 516. cod. pergam., sed legendum: *Henrici de Balma*, uti habet ms. Biblioth. S. Victoris Parisien. *Henrici de Balma De triplici via ad sapientiam* ex Catalogo dicti Montfaucon to. 2. pag. 1372. In Biblioth. vero Monasterii Montis Dei habetur ms. *Stimulus conscientiæ Fr. Henrici de Balma*; an autem sit idem, ac *Stimulus amoris divini*, vel diversum Opus, me latet.

Librum de revelationibus, & gratiis B. Colettæ a Deo acceptis scripsit; sed ipsum flammis tradere coactus est ab ipsa Beata, quemadmodum legitur apud Marcum Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 3. cap. 3. & 4. & apud Arturum die 23. Febr.

Epistolas varias, & pias dedit, præsertim ad dictam B. Colettam, quarum aliquæ adhuc asservantur mss., ut est apud Bolland. Act. SS. Collect. to. 1. Martii die 6. in Vita ejusdem Beatæ.

Vita B. Colettæ, quam vulgavit Surius die 6. Martii, dicitur esse hujus Henrici a Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 56., qui errat, dum ait obiisse anno 1499.

Soliloquium animæ incip. *Consolationis gratia* &c. extat ms. Lipsiæ in Biblioth. Paulina. Etiam in Parisien. Biblioth. Colbert. cod. 2743. fol. 107. habetur ms. liber *Soliloquiorum animæ pænitentis ad Deum ad impetrandam gratiam, & lacrymas*, & creditur *Cardinalis de Giffono* Minoritæ, inquit Baluzius in notis ad Vitas Papar. Avenionen. col. 1261.; sed forsan est hujus *Henrici Balmensis*, qui his agumentis pietatis delectabatur, & tenebatur. Porro in eadem Paulina Lipsiæ Biblioth. habentur sub hujus *Henrici* nomine & sequentes tractatus, seu libri, scilicet

Liber de imitatione Christi:

Liber de compunctione:

Liber de interna consolatione: &

Tractatus incip. *Venite ad me omnes* &c. mss. ex Catalogo illius Biblioth. impresso Lipsiæ an. 1686. pag. 90. n. 54. Sed hi 5. libri dicuntur esse *Thomæ a Kempis* Can. Regul. S. Augustini, etsi paulo post obitum ejusdem Thomæ quatuor prodierint sub nomine *Joan. Gersonis*, & *S. Bernardi*, & interdum sine autoris nomine; sed post tot dicta tantorum virorum, & maxime Launoy fusissimam de hujus libri autore to. 5. suorum Operum Dissertationem, & Dupinii post omnes longum, & accuratum to. 1. Gersonian. Operum examen concludi adhuc potest cum Dupinio: *In summa Operis de Imitatione autor æque incertus remanet, ac fuit ab initio*. Alii enim Opus ascripserunt *Joanni Vercellensi* Ord. Præd., alii *S. Bonaventuræ*, alii *Hubertino Casalensi*, alii vero *S. Bernardo* inscitius, & *Joan. Gersoni*; prodiit enim Brixiæ an. 1485. in 12. per Jacobum Britannicum Brixien. sub nomine *S. Bernardi*, *quod Joanni Gersoni Cancellario Parisiensi attribuitur*, inquit editor; & quidem anno 1488. cusum est Mediolani in 8. per Leonardum Packel de Alemania *Joanni Gersoni Cancellario* Parisiensi ascriptum, ut & Venetiis eodem anno, & Romæ an. 1493. per Stephanum Planck Patavien., quæ tres editiones extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci: iterumque Venetiis tit. *de contemptu mundi* lib. 4. an. 1486. typis Francisci de Madiis, adjuncto tractatu *de Meditatione cordis*; translatum vero in linguam hetruscam pariter sub nomine *Gersonis Cancellarii Paris.* ms. antiquum in 8. vidi Bononiæ in nostra S. Francisci Bibliotheca, citaturque a Vocabolario italico inter autores linguæ hetruscæ, & impressum legitur Romæ an. 1590. in 16. apud Dominicum Basam; anno vero 1494. Norimbergæ dicitur prodiisse sub nomine *Thomæ a Kempis*, cui postmodum & scriptis, & editionibus vindicari cæpit. Prosper Faraudus Canon. Regul. an. 1637. vulgavit Venetiis apud Juntas ad duo autographa, inquit, recensitum eum autoritatibus, ac testimoniis, quæ Thomam a Kempis autorem prodant post P. Rosvveydi vindicias; sed quæ plus probant scriptorem, quam autorem. Anno vero 1667. *autor* quidam *Conjecturæ* Romæ publicatæ non dubitavit illud ascribere *Fr. Petro Raynalducci* Corbariensi Minoritæ ob schisma in Joan. XXII. notissimo; sed confundit forsan argumentum cum Opere; quapropter anno 1678. editum est Parisiis apud Claudium Herissant *Thomæ a Kempis* adjudicatum ad fidem autographi an. 1441. per Rosvveydum recensitum. Tandem alii acrius contendunt esse *Joannis Gersen* Abbatis Vercellen. Ord. S. Benedicti ex nonnullis mss. Scribit Mabillonius in Itinere Ital. pag. 208. n. xxi., se Parmæ a Benedicto Bacchino dono accepisse libros *De Imitatione Christi*, cod. antiq., in quorum fine hæc clausula legitur: *Explicit liber quartus, & ultimus Sancti Johannis Gersem de Sacramento Altaris*: & pag. 219. ex Biblioth. Monasterii Bobiensis mutuo accepisse mss. *libros de Imitatione* nullum autoris nomen habentes præter *quartum*, in cujus initio legitur: *Incipit liber Johannis Gersem: Cum quanta reverentia* &c.; qui est titulus capitis primi, omisso proœmio.

Notare est autem, autographum Thomæ a Kempis anni 1425. Kirchemii extans postea Antuerpiam delatum, teste citato Faraudo §. 2., habuisse tantum *tres Libros*, uti exemplar Lipsiense; nam qui in editis dicitur quartus liber, est *tractatus de Sacramen. Altaris* diversus a libris *de Imitatione Christi*, ut ex dicto cod. Lipsiensi; & Trithemium in lib. de Viris illustribus Germaniæ an. 1491. edito asserere, seniores sui temporis dixisse, seniores suos jam ante multos annos libros *de Imitatione Christi* legisse; quod est circa an. 1400., vel 1410., quo *Thomas* ad transcribendum aptior, quam ad componendum Opus judicari posset. Insuper *liber de Compunctione* est titulus capitis 21. libri 1. in editis; in quibus liber 2. incipit *De interna conversatione*: & observare est, autorem libri *De Imitatione Christi* lib. 3. cap. 50. al. 55. citare *S. Franciscum*, nunquam *S. Augustinum*, aut *S. Benedictum*; lib. 1. cap. 17. dicere: *teneas te tanquam exulem, & peregrinum super terram*: quod videri potest sumptum ex cap. 6. Regulæ S. P. Francisci, sicut & illa lib. 3. cap. 43. §. 4.: *nam quidam amando me intime didicit divina, & loquebatur mirabilia: plus profecit in relinquendo omnia, quam in studendo subtilia*, S. Franciscum innuunt: obser-

observare est etiam *Thomam a Kempis* libros quidem composuisse, sed libros etiam exscripsisse, ut liquet de Vita *S. Lidvvinæ* a Joan. Brugmano Minorita conscripta, de quo infra suo loco: & qui dixit autorem illius Opusculi *de Imitatione Christi* habere glossemata flandrica, errorre ducitur, cum illa glossemata nonnullis etiam Gallis, & Italis sint communia, habeatque voces sordidas, barbarasque *abyssabilis*, *bussuri*, *commodosus*, *conscientiosus*, *licentiatus*, *nihilelitus*, *passionatus*, *pulverizavero*, *redire*, *regratiando*, *simplificatus*, *solutiosissimus*, *sustinentium*, *vilificare* &c., quæ multum congruunt Opusculo *Stimuli amoris* supramemorati, non Joanni Gersen an. 1220. in vivis degenti.

Obiit autem Henricus Vesuntione an. 1439. die 23. Februar. in Sacello S. Annæ sepultus Monasterii S. Claræ, præsente B. Coletta, ut habet Arturus in Martyrolog. Francisc. ad eum diem.

853.

HENRICUS BOYCH = Waddingus confundit hunc Henricum cum *Henrico Merburgensi*, de quo paulo post agitur. Henricus Boych non Merseburgensis, sed *Leonensis* in Armorica, vel Britannia Galliarum regione fuit J. U. D. nulli Regularium Instituto addictus; alter vero *Merspurgensis* in Saxonia Minorita extitit: uterque *Summam* condidit alter *Decretalium*, alter vero *Casuum conscientiæ* pro sua quisque facultate. De Henrico *Boych* legi potest Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1390., quo ille floruisse scribitur, Simlerus, & Possevinus, qui tamen in Appar. sac. tres hujus nominis, agnominisque refert *Henricum Boyc* J. U. D. Leonensis diœces. Britonem; *Henricum Boyck* Germanum Carmelitam Episcopum Croatiensem ad an. 1360., quem neque Trithemius, neque Petrus Lucius commemorant; & *Henricum Boych* Mersepurgensem Franciscanum: nullo tamen autore id astruit, firmatque. *Henricus Bock Coloniensis* Carmelita anno 1426. erat Episc. Mirræ, & Suffraganeus Episcopi Spirensis a Martino V. costitutus ex Specul. Carmel., & Furnario to. 1. die 24. Maii. Quod si Mersepurgensis *Henricus* cognomento *Boych* fuit, cum nihil sane repugnet, ejus etiam erunt *Quolibeta*, quæ citat S. Antonin. in Summa tit. 17. par. 3. cap. 16. §. 2. de *Confessario*, ejusque *scientia*; quod Opus Theologi magis est, quam Jurisconsulti. Sannig, & Joann. a S. Anton. secuti sunt Waddingum.

M D C C X X I V.

HENRICUS BRISINGHAM Anglus in Oxonien. Universitate Professor Theologiæ celeberrimi nominis ex Lelando in Antiquit. Britan., *Thomæ*que Dockingi itidem Minoritæ successor præter alia quamplurima a se composita scripsit

Summam de Sacramentis, testante Anton. Vood in Hist., & Antiqu. Universitatis Oxonien. lib. 1. pag. 73. n. 8.

Meminit hujus etiam Waddingus in Annal. Min. ad an. 1280., & in addit. ad to. 2. ex Joan. Pitseo in append. ad Opus de Scriptor. Anglis, qui eum, sicut Angelus a S. Francisco, & Joan. a S. Anton., inter Scriptores recensent. Floruit circa annum 1280.

Paulinus Puteolanus Episcopus, qui floruit sub Joan. XXII., in *Speculo* de gestis mundi usque ad initium Pontificatus Bonifacii VIII. cap. 229. par. 26. disserens de viris, qui floruerunt in Ordine S. Francisci, refert *Henricum Anglicum* fecisse *Legendam B. Antonii*: nec video, de quo alio ipse intelligi queat, nisi erraverit in nomine, ut pro *Joanne* scripserit Henricum; nam de *Joanne Pekam* Anglo fertur edidisse *Vitam B. Antonii Patavini*.

M D C C X X V. 854.

HENRICUS BUSCHEY = de quo Willotus, & ex eo Possevinus in Appar. sac., Belga erat e tractu Leodiensi ex Swertio in Atheneo Belgico.

M D C C X X V I. 855.

HENRICUS CALETENSIS = al. de *Calais* Gallus provin. Parisien. vir morum compositione, Regulæ observantia, aliisque virtutibus valde commendatus scripsit gallico idiomate, teste autore Biblioth. Capucc., & Jac. Le Long Hist. Franc. lib. 2. §. 4. ex Joan. a S. Anton.,

Apologiam contra impugnantes Minores Capuccinos. Parisiis 1649. apud Dionysium Thierry.

Vitam Ven. P. Honorati Bouchart de Champigny &c. Ibidem an. 1650. apud eumdem.

M D C C X X V I I. 856.

HENRICUS DE CARETO = ex generosa, vetustaque *Caretorum* prosapia *Savonæ*, *Finalis*, aliorumque oppidorum in Ligustica regione *Marchionatus* titulo insignita, obiit anno circiter 1330. ex Waddingo in Annal Min., & Ughello to. 1. Ital. sac. de Lucanis Episcopis; & mendose Carolus Dufresnius Cangen. in Indice autorum, quem Glossario mediæ, & infimæ latinitatis præmisit, vocavit *de Caleto*, ut & Joan. a S. Anton. to. 2.; unde suspicatus est Oudinus, eum fuisse natione Gallum e *Caleto* in Morinis oppido to. 3. Comment. ad an. 1320., ubi & docet, Opus a se inspectum extare ms. Parisiis in Colbert. Biblioth. e Fuxensi translatum hoc titulo:

Logica, & modus, atque resolutio sacræ Scripturæ in Ezechielem Prophetam &c. *edita a Fratre Henrico de Careto de Ordine Minorum Lucano Episcopo*. Incipit prologus: *Sanctissimo in Christo Patri, & Domino suo Domino Papæ Joanni Romano, & universalis Ecclesiæ Summo Pontifici Frater Henricus Lucanus Episcopus licet indignus se ipsum ad pedes* &c. *Quoniam secundum Apostolum oportet Episcopum irreprehensibilem* &c. Opus vero satis prolixum incipit: *Cum opera omnia Dei perfecta sint* &c. Ita scribit etiam Jacobus Lelong in Biblioth. sac. fol. 669., & 670. In Bibliotheca vero Coisliniana Sangerman. cod. 253. fert hunc titulum: *Libri oraculorum, seu Expositio visionum Scripturæ autore Joan. Henrico Lucano Episc.* ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1089., ubi tamen pro *Joan. Henrico* reponendum *Fr. Henrico*

In Synodo sua Diœcesana an. 1308. babita edidit *Constitutiones* cap. 77. conclusas, quas nuper vulgavit Mansi in Supplem. Concil. Labb. Lucæ to. 3. col. 307., & seqq.

M D C C X X V I I I. 857.

HENRICUS CASTELA = de quo Possevinus in Appar. sac. to. 2., & Alfonsus Lassor to. 1. pag. 499.

M D C C X X I X.

HENRICUS DE CHALHEM Germanus sac. Theologiæ Doctor; quem illum æstimo *Henricum superioris Germaniæ Ministrum, & sac. Theologiæ Magistrum*, qui anno 1322. interfuit Comitiis Generalibus Perusii habitis, unaque cum aliis subscripsit determinationi Quæstionis *de paupertate Christi, & Apostolorum ejus*, ut ex documento apud An-

Annales Min. ad eum an. n. 51., & seqq.; ea in controversia adhæsit Michaeli Cæsenati Ministro Gen. a Joan. XXII. dissentienti, & Ludovico Bavaro an. 1328., ut ad eum annum n. 19. in Annal. cit. Waddingus habet, & simul cum *Francisco Asculano*, *Gulielmo Ockam*, & *Bonagratia Bergomensi* conscripsit

Allegationes quasdam, quibus canonicam Michaelis Cæsenatis depositionem a Joan. XXII. factam infirmare conatus est: propter quod a Gerardo Odonis Ordin. Min. Gen. Ministro Cæsenati substituto anathemate cum aliis est innodatus eo anno in Capit. Generali Parisiis celebrato, iterumque an. 1331. Perpiniani in alio Gen. Capitulo ex Libello Fr. Nicolai Minoritæ ms. Biblioth. Ottobon. Romæ. Sed anno demum 1333. cum resipuisset, ut ad Curiam Pontificiam tuto accedere posset, literas *Salviconductus* accepit, ut ex Reg. Pontif. idem Waddingus ad eum an. n. 9. demostrat. *Allegationes* ille leguntur in cit. Historia Nicolai Minoritæ, quæ ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 2. versus Ecclesiam in fol. Scripserat autem antea in schismate

Tractatum informationis de nullitate processuum Joannis XXII. Papæ contra Ludovicum Bavarum Imperatorem pro superioritate Imperatoris in temporalibus impressum a Melchiore Goldasto to. 1. Monarchiæ, ubi per errorem vulgatum legitur nomine *Magistri Johannis de Jandano Doctoris Parisini*; sed Goldastus in præfatione de Scriptoribus eo volumine comprehensis præmissa admissum errorem corrigit, & *tractatum* adscribendum ait *Fr. Henrico de Calhem Ordinis Fratrum Minorum, ac Ludovici Bavari Cancellario*: codex tamen ms. Bibliothecæ Freheri nullum autorem refert: utcumque sit, vir certe doctus fuit, quem constat Ludovicum Bavarum Imp. ad munus Scribæ Imp. vulgo *Cancellarii* extulisse; quemque plura elucubrasse verisimile est, quæ tamen temporis cursu perierunt. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 506. habentur plures *Tractatus* diversorum occasione prædictæ *quæstionis de paupertate Christi, & Apostolorum* conditi; quos inter hujus Henrici esse creditur *tractatus*, ac

Quæstio de paupertate Christi, & Apostolorum particularis incip. *Quæritur, utrum Christus, & Apostoli habuerant aliqua bona temporalia in communi* &c.: aut ille *tractatus de paupertate Christi* incip. *Perquisita sapientia antiquorum lucide intellexi* &c.

M D C C X X X. 858.

HENRICUS COSSEJUS = scripsit etiam

Sermones Dominicales lib. 1.

Sermones festivales lib. 1. incip. *Ecce sponsus venit*.

Sermones feriales lib. 1. Quæ omnia aliquando mss. servata fuisse Radingæ in Cœnobio S. Francisci feruntur usque ad exterminium Monasteriorum in Anglia sub Henrico VIII., teste Willoto, aliisque apud Waddingum infra in *Henrico Oxoniensi*, qui idem est.

M D C C X X X I. 859.

HENRICUS CREMONENSIS = Joseph Bressianus Cremonen. in V. R. hunc de *Bonseriis* fuisse scribit; fides sit penes eum, qui modicæ fidei mihi scriptor est. P. Rodulphius lib. 3. hujus meminit, & ex eo alii; sed quo tempore floruerit, non exprimunt. Franciscus Arisius nuper in Cremona Liter. to. 2. ait vixisse an. 1580., sed longe ante floruit. Ravennæ in Biblioth. Monast. Classen. extat ms. membran. in 4. hoc titulo:

Incipit prologus Fratris H. in libros quatuor Sententiarum: incip. *Quoniam velut quatuor Paradisi flumina libri Sententiarum hortum irrigant Ecclesiæ* &c. Desinit: *non comprehendemus aliter quam cognoscendo, & diligendo*. Facile adducor conjectura, ut Opus sit hujus Henrici, quem dicunt confecisse *Compendium 4. librorum Senten. in via Scoti* cum in ea Biblioth. extent etiam alia duo Opera mss. *Fr. Gulielmi de Cantuaria Cremonensis*, de quo supra.

M D C C X X X I I.

HENRICUS GLATIENSIS, vulgo *Glatz* Boemiæ civitate Comitatus titulo condecorata scripsit Pragæ existens an. 1340.

Itinerarium, seu Peregrinationem B. Odorici Forojuliensis, quam Avenione existens an. 1331. in Curia Domini Papæ audierat, ipsomet teste, & ex qua Bollandus ad diem 14. Januarii extraxit facta, & evulgavit interpolate. Hujus non meminit Waddingus.

M D C C X X X I I I. 860.

HENRICUS HARVILLÆUS = de quo P. Dionysius Genuensis in Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum, & Joan. a S. Anton. to. 2.

Secundus liber Isagog. Chronol. complectitur ea, quæ pertinent ad Historiam, & prodiit Paris. an. 1626. apud eumdem.

Sermones de SS. Eucharistiæ Sacramento to. 2. in 8., quorum primus prodiit Paris. 1629. apud Nicolaum Buon, secundus vero Lugduni 1631. apud Anisson.

M D C C X X X I V. 861.

HENRICUS HELMESIUS = Regul. Observ., de quo Ludov. Bail par. 3. Biblioth. concionatoriæ cum laude.

Homiliæ in Epistolas, & Evangelia anni, quas anno 1549. Jo: Groppero J. V. Doctori dicavit, prodierunt Coloniæ an. 1556. per Gasparum Genepæum ab autore adhuc superstite recognitæ, & multum auctæ tomis 2. *Sermones*, seu *Homiliæ de SS.* cusæ sunt Parisiis an. 1553. in 8. apud Audoënum Parvum; estque tomus 3. Prodierunt etiam Lugduni an. 1575. in 8. apud Jacobum Pesnot tomis 5. hoc modo:

Homiliæ in Evangelia, & Epistolas Dominicales totius anni tomus 1., & 2.

Homiliæ in Evangelia quadragesimalia tomus tertius.

Homiliæ in Epistolas, & Evangelia de Sanctis per totum annum to. 4.

Homiliæ de Sanctis ex sacris utriusque Testamenti literis concinnatæ to. 5.

De Verbo Dei lib. citat Mauritius Hilaretus autor æqualis in sac. Ennead. Adv. hom. 3. in Joel, & Dom. 3. Quadrag. Prodierunt Coloniæ 1560. in 8. apud HH. Arnoldi Birkemanni.

De Purgatorio, & *de suffragiis pro mortuis* ex Dupino sec. XVI., qui dicit impressa Parisiis 1553., & 1557.

De Charitate lib. 5., de Spiritu Sancto, de passione Christi, de justificatione, & alia Coloniæ diversis annis evulgasse scribit Auber. Miræus in Auctario Scriptor. Eccles. sec. XVI. n. 77.

De eo Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43.

MDCCXXXV. 862.

HENRICUS HERPIUS = leg. *Harpius*; neque enim a loco *Erp* coguominatus est, sed ab instrumento musico *Cithaea*, quæ geemaaice dicitur *Harpff*, ab Italis etiam, Gallis, & Hispanis adoptatum, idque manifeste habetur ex epigraphe in fine ejus Theologiæ Misticæ edit. Colonien. an. 1538. posita hujusmodi: *Libroram Theologiæ mysticæ R. P. Henrici Citharedi Guaediaai olim Obiervantum Merklinensiam Theologi profandissimi, & contemplativi maximi finis*. Laudat hunc Jac. Philippus Bergomas in Supplem. 2. Chron. ad an. 1471. lib. 15., Liexus in *Trisagio Mariano*, Bail. pae. 3. Biblioth. concionat. cap. 71., Sixtus Senen., Bellarminus, Labbæus, & Aetueus die 22. Febe. §. 2., & ex his Joan. a S. Anton. Ejus

Orationes duæ prolixa de Passione Domini habentue mss. Bruxellis in Monasterio Vieidis Vallis Canon. Regul. S. August., teste Sandero par. 1. Biblioth. Belgicæ.

Speculam aureum x. Præceptoeum vulgatum est primo Moguntiæ an. 1474. pee Petrum Schoeffee in fol.; postea Norimbergæ an. 1481.; exinde Basileæ anno 1496. in 4. per Joan. Froben. ex Orlando de Oeig. & progees. Typogeaph. pae. 1. & 2. pag. 386.

Sermones de Tempore, & alia Opera tomis 2. cusa sunt Noeimbeegæ an. 1481. ex eit. Oelando.

Theologia Mystica latine facta, teibusque libeis distributa peodiit Coloniæ anno 1538. in fol. typis Melchioris Novesiani opera vero Fe. Theoderici Loher a Steatis Carthusiani. Peimus liber titulum fect: *Soliloquiam divini amoris*; estque inteepeetatio *Caatici Canticorum* capitib. 140. conclusa: libee 2. appellatur: *Directorium Coatemplativorum*: quod est de præpacatione vitæ activæ, & contemplativæ: liber tertius dicitue: *Eden*, seu *Paradisus Contemplativorum*; estque fere idem cum 2. libeo, ut etiam notavit Possevinus: quem 2. asseri potest e teutonico idiomate in latinum ipsum autoeem transtulisse, atque interpolasse, tertiumque librum effecisse. Hunc autem notaee est peæcedere ordine primum librum, cum autor ipse citet eum lib. 1. cap. 81., præposteeoque ordine vulgatus est a collectoribus, & editoribus, & primum a Petro Leydensi, qui testatur, se totum Opus emendasse ex 5. exemplaribus, tribus a Franciscanis, duobus veeo a Carthusianis acceptis: nam 3. libeum ab autore latine sceiptum fuisse idem Petrus Leydensis testificatur in peæfatione ad 2. libeum. Poeeo *Theologia* hæc *mystica* in gallicum sermonem versa est a N. *dela Mote Romanroue*, prodiitque Paeisiis an. 1617. in 4., ut eefert Moreeus in Diction. Histor., in eamque Annotationes egit Franciscus Ortisius Lucius Hispanus ejusdem Instituti, quemadmodum Waddingus perhibet in *Franciseo Ortisio*. Petrus Paulus Philippinus Ordin. Prædic. castigavit, & correxit *tres libros Theologiæ Mysticæ*, addiditque *Introduetionem ad doctrinam secandi libri*, eudique curavit Romæ 1686. (foete legend. 1586.), & Beixiæ 1601., dicitueque 3. editio, teste Jac. Echard to. 2. Biblioth. Ord. Prædicat. pag. 559., ubi habet P. Philippinum obiisse an. 1647., quem puto eumdem esse cum Fr. Paulo Philippi Ord. Peædic., quem scribit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 58. hanc *Theologiam* Mysticam vulgasse Coloniæ an. 1609. pee Arnoldum Quentelium, & au. 1611. in 4. Anno 1598. Parisiis apud Nivellium in 8. prodiit *Index expurgatorias Theologiæ Mysticæ ad exemplar eoeumdem Libeorum Romæ impeessoeum collectus opera Carthusianæ familiæ* ex cit. Joan. a S. Anton. pag. 59.

Speculum perfectioais idem est, ac *Directoriam Contemplativorum*, seu libee 2. Theologiæ Mysticæ commemoeatæ, ut etiam innuit Marcus Ulyssiponen. par. 3. lib. 3. cap. 38. In italicum seemonem translatum prodiit Venetiis an. 1522. in 8. per Nicolaum Zopinum, & Vincentium socium, nonnihil tamen interpolatum, ut uteumque legenti patebit; nam *Directoriam* in capita plura dividitue, *Speculum* veeo in 4. paetes: Prologi quoque initium utrique idem, sed eeliquum valde in uteoque diveesum. Prodiit & Ven. 1523. in 8. per Joan. Antonium, & Fratees de Sabio

Dieetoriam auteum Contemplativoram non est Opus diversum a Theologia Mystica, ut Waddingus, & ante eum Bellarminus in Script. Eccles., & Rodulphius existimarunt; sed liber secundus ejusdem Theologiæ in editis, vel reipsa peimus, ut supra est ostensum.

Tractatum de effusione cordis Waddingus accepit a Bellarmino, & Possevino, qui hac in re lapsi sunt: non enim Henricus hunc tractatum composuit, sed *Petras Blomovenna* Leydensis, ut ipsemet Petrus in prologo 2. libro bujus Theologiæ Mysticæ præfixo testatue.

Collationes tres de perfectioae vitæ, seu *Compeadium Directorii* vulgatæ sunt etiam Coloniæ an. 1538. in fine libri 2. Theolog. Mysticæ, seu *Directorii Contemplativoeam* opera Fr. Theodorici Lohee Carthusiani incip. *Qaicumqae post rudimenta*. Forsan est *Liber de tribas viis*, quem Coloniæ cusum an. 1536. ait Dupinus sec. xv.

De tribus penitentiæ partibas lib. 1. incip. *Nemo potest daobus Dominis servire*, teste Jac. Philippo Beegom. cit., & Teithemio in Script. Eccles., qui hunc dicit *Henricum Hierp*, Beegomas veeo *Henricum Teutonicum* peovin. Coloniæ; sed Marianus apud cit. autoeem Chron. S. Franc. pae. 3. lib. 3. cap. 38. peovinciæ Tueoniæ, leg. Coloniæ, extitisse sceibit: & quidem *Beabantiæ* Custodia ad Coloniæ provinciam pertinebat. Rodulpbius tamen lib. 3. ascribit provinciæ Coloniensi.

MDCCXXXVI. 863.

HENRICUS DE HUDA = forsan est ille *Fr. Henricus de Buda Pœnitentiarius Papæ Vebani VI.*, qui an. 1380. testis est adhibitus in caussa schismatis teterrimi ex Actis Conventus eo anno apud Medinam Campi in Hispania habiti, & ex cod. Parisien. ms. ab Oudino to. 3. Comment. in *Joaane Rege Castellæ* eelatis; corrupte *de Bada* pro *de Huda* dictus. Erat *Pœnitentiaeias* etiam Urbani V., & Gregoeii XI. ex Waddin. ad an. 1371. n. 15. Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. n. 8. ex Mariano refert, *Henricum Aaglicum* composuisse eo seculo

Quolibeta varia, quod erat Theologorum illius ætatis. Angelus etiam a S. Franc., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 55. *Henrico Aaglieo* inceeta ea *Quolibeta varia* adscribunt; & facile est, hujus *Heariei* esse, nisi sit qui existimet esse *Heneicum Barchelesum* Anglum, quem Possevinus in Appar. sac. tradit scripsisse *ia* 4. *libros Scaten.*, *Quodlibeta*, *Qaastiones Theologicas de Transubstantione*, & *Determinationes*; ac floruisse an. 1396., sed sine Instituto Regul., cum tamen aliqui, ut August. Su-

Superbus in ms. Catalogo sæpe cit. eum Franciscanis accenseat.

Liber, in quo sunt Sententiæ Magistri Enrici de Anglia ms. in pergameno extabat olim Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci ex veteri ejusdem Biblioth. Indice an. 1442. scripto pag. 66.; hujus ne, vel alterius Henrici ignoro. *Henricum Anglicum* certe adducit Martinus Navarrus to. 2. Comment. de Oratione, & Horis Canonicis c. 7. n. 4.

864.

HENRICUS JANUENSIS = est *Henricus a Montejardino* Genuensis, de quo infra. Waddingum secutus est Joan. a S. Anton.

M D C C X X X V I I.

HENRICUS KARRER Germanus a Willinga provinciæ Argentinæ Min. Conv. sac. Theolog. Magister, *concionator Cæsareus, & Prothonotarius, qui multa litteris mandavit* ex Petro Rodulphio in Hist. Seraph. lib. 2. fol. 290. de provin. Argentina, atque Custodia Laci verba texente; sed quæ sint ea, quæ scripsit, non expressit.

Conciones sane elucubrasse facile conjicimus, quippe qui dicitur *concionator* Aulæ Imper. extitisse: cetera ignorantur.

Hic ille est, qui an. 1425. cum Bononiæ moraretur studiorum caussa, exscripsit *Postillam Magistri Beltrandi Ordinis Minorum super Epistolas quadragesimales ad mandatum P. Magistri Philippi Bononiensis* Ordinis, prædicti, & Custodis Bononien., ut supra in *Bertrando de Turre* dictum est; unde lucet, quo tempore vixerit.

865.

HENRICUS LEODIENSIS = hic mea quidem sententia est *Henricus Willot* Leodiensis, qui de *SS. Eucharistiæ Sacramento*, & alia scripsit, ut infra: sæpe enim Waddingus, & alii scriptorem unum modo per cognomen, modo vero per patriam exprimere consueverunt, indeque ex uno duos efficere.

M D C C X X X V I I I.

HENRICUS DE MASSA sac. Theolog. Magister circa an. 1400. florebat, scripsitque, quod sciatur,

Quadragesimale, quod olim extabat Asisii ms. in Biblioth. sac. Conventus S. Franc. ex veteri illius loci Inventario in addit. ad illud facta post an. 1381. & puto fuisse Minoritam, non enim apud alios hunc invenio.

M D C C X X X I X. 866.

HENRICUS MAUROY = de quo Possevinus agit in Appar. sac. Ejus *Apologia* prodiit etiam ibidem an. 1563. in 4. ex Joan. a S. Anton. cum schematibus graduum cognationis Christi.

M D C C X L. 867.

HENRICUS A MERBURCH = sive Mersburgensis in Saxonia, de quo Rodulphius lib. 3. agit, inquitque ejus *Summam* incipere: *Sicut*. Quemadmodum autem supra notatum est in *Henrico Boych*, aut unus cum altero confusus est, Theologus cum J. V. Doctore, aut hic etiam fuit cognomento *Boych*, & olim Professor Magdeburgensis, ut velle videtur Possevinus in Appar. sac., ac floruisse potest seculo xv. Joan. a S. Anton. scribit vixisse an. 1368., nescio quo monumento.

M D C C X L I. 868.

HENRICUS A MONTEJARDINO = sac. Theologiæ Magister, ac verbi Dei concionator insignis, cujus meminit autor suppar Bartolomæus Pisanus Confor. xt. par. 2 in prov., & Custodia Genuæ inquiens: *De hoc loco* (Genuæ (*fuit Magister Henricus de Montejardino homo sufficientiæ magnæ, & prædicator egregius, qui super Joannem scripsit luculenter, & Quadragesimalia plura utilima confecit.*

Postilla Magistri Montiszardini in Apocalypsim olim ms. extabat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci juxta veterem illius Biblioth. Indicem an. 1437. conscriptum pag. 69. & 79. Nescio an hæc sit Opus diversum ab ejus scripto *in Joannem* memorato a Pisano, & a *Commentariis in Joannem* recensitis a Waddingo, qui tamen in Annal. ad an. 1344. n. 8. indicat non *Apocalypsim*, sed *Evangelium S. Joannis* ex Mariano.

Sermones quadragesimales incip. *Assumpsit Jesus* XII. *Discipulos suos* &c.

Alii incip. *Convertimini ad me in toto corde vestro*. *Joel.* 2. & finien. *juxta illud Isaiæ* 21. *lætitia sempiterna super capita eorum* &c.

Alii incip. *Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes Matt.* 6. *Quantæ efficaciæ sit jejunium* &c.: & finien. *Consumunt carnem istam.* (nunc asservantur in Tabulario Asisiensis Conventus mss. chart. in 8.)

Alii incip. *Cum jejunatis* &c. *Sapiens Magister* &c.: & finien. *Est itaque Ecclesia locus terribilis dæmonibus*. Extabant mss. omnes olim Asisii in IV. solario occid. Sacrarii Conven. S. Franc. ex veteri illius loci Inventario an. 1381. renovato.

Alii incip. *Erant mirantes Pater, & Mater* &c. & finien. *Ita per te percipiamus gloriæ collationem. Amen*. Ibid. mss. ex addit. ad illud Inventarium facta post an. 1381.

* HENRICUS N., quem hoc loco ex Paulo Gryaldo Jo: a S. Anton. interposuit, facile censeri potest vel *Henricus de Monte Jardino*, vel *Cossejus Oxonien.*, vel *Harpius*, vel *Helmesius*, qui omnes scripserunt *Conciones de B. Virgine, & de Sanctis*; quare numerum augere non debet.

869.

HENRICUS DE ÓXONIO = idem est, ac *Henricus Cossejus* Oxonien., ut supra dictum est. De hoc Pitseus, & Angelus a S. Francisco, ac post omnes Joan. a S. Anton.

M D C C X L I I. 870.

HENRICUS PALUDANUS = Lector in Cœnobio Bruelensi Reg. Observ. an. 1609. vertit non ex hispano, sed ex *gallico* idiomate tres libros *Didaci Vegæ Minoritæ* Hispani, scilicet

Conciones Dominicales totius anni in duos tomos distributas, &

Paradisum gloriæ Sanctorum; qui tomus tertius continet *Sermones de Sanctis totius anni*, prodieruntque Coloniæ 1609. & 1610., & Venetiis an. 1611. in 8. typis Bernardi Juntæ, & Joan. Baptistæ Ciotti: & initio tomi 3. legitur *Fr. Antonii de Monte Legii* Minoritæ in laudem versionis *epigramma*, quo canitur:

„ Auspice te, Latium percurrit Vega latina
„ Indutus palla, qui modo Gallus erat.

Legitur etiam ibidem alterius Minoritæ *Fr. Jo. Pereis* elegans *carmen lyricum* in ejusdem translatoris laudem. Alia, si quæ vertit hic autor, non vidi.

M D C C X L I I I. 871.

HENRICUS PIPINUS = de quo & Henricus Willotus autor coævus apud Possevinum in Appar. sac.

M D C C X L I V.

HENRICUS PISANUS *Custos* Senensis erat anno

 1241.

1241., prædicator *solemuis*, & cantor: composuit *maltas Sequentias*, seu *Cuntilenas* versu illorum tempoeum, ut: *Christe Deus*, *Christe meus*, *Christe Rex & Domine*: Item: *Miser homo cogita facta creatoris*: atque: *Natus pasent Dominus resurrexit hodie* &c. Factus postea *Minister* provinciæ Romaniæ, seu Græciæ obiit in Comitiis Corinthi celebratis ex F. Salimbene Parmensi ejus discipulo in Chron. ms. pag. 287.

MDCCXLV. 872.

HENRICUS REGIUS = Possevinus in Appar. sac. agit de eo, ex quo, vel potius ex Rodulphio lib. 3. accepit Waddingus.

MDCCXLVI. 873.

HENRICUS SEDULIUS = vulgavit

Sermones encharisticos Fr. Adriani Hofstadii Antuerpiæ 1608., ut ipsemet Waddingus ait in *Adriano Hofstadio*. Laudant hoc Opus Dupinus, & P. Graveson to. 7. Hist. Eccles. sec. XVI.

Specalam discipliaæ Jo. Pekam discipuli S. Bonaventuræ, & Archiep. Cantuarien. vulgavit primum Antuerpiæ in 12. an. 1591. typis Plantin.; deinde an. 1600. ibid.; meritoque dubitavit, utrum *Bonaventarn* Operis autor fuerit, de qua re dixi in *S. Bonaventura* (78); tertio prodiit Antuerpiæ anno 1610. in 12.

Tractatas Davidis Augustaai Minoritæ de profectu Religiosorum, seu *Formula iaterioris hominis* Augustæ edita est annis 1593., & 1600. ex ipso Waddingo in *S. Bonaventura*, & Bellarmino in Sceiptor. Eccles.; typis Plantin., & Antuerpiæ cunt superiori *Speculo* &c.

Vitu S. Ludovici Episcopi Tolosani est eujusdam veteris Anonymi, quam ipse interpolavit, & Commentario illustravit; edita iterum ab Act. SS. Colleet. Bolland. to. 3. Augusti die 19. Anonymus ille vero forsan est *Gulielmus a S. Marcello*, de quo supra.

Elogia in Sanctorum Imagines, qui ex tribus Ordinibus S. Francisci &c. Antuerpiæ 1620. ex Joan. a S. Anton.

Vita S. P. N. Francisci cum Imaginibus prodiit an. 1587., & postea eadem *Vita cum Scholiis illustrata* Antuerpiæ 1598. in 8. m., teste Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 63., ubi & Justi Lipsii hæc veeba refert ex epist. 28. cent. 1. select. ejus epistol.: *Librum tuam accepi, atque uno nomine libens legi: quia argumentam pium erat, quia jam de capite, & priacipe Ordinis vestri erat, quia a te ipso erat, quem jam pridem cum veneratione quadam (serio loquor) amo. Vidi igitur libens, & legi libentius: ita me & ipsa scriptio tua, & judicium trahebant. Multa opportune miscuisti ad fidem, ad iatelligentiam, ad vitam & mores; quam partem in his scriptis ego maxime requiro, & amo. Non dicam de stylo tuo, qui gravis simal, & præter communem morem disertus est; sed illum adesse etsi gaudeo, tamen si absit, ipsa etiam res sic tractata delectat. Ordo, & judieiam, & optimus ille finis ea sunt, quæ ia re pietatis me capiant; & tum maxime, cam a spirante animo, & incenso veniant, & qui sentire se osteadit, quæ dicit. Fateor me his moveri, trahi, rapi; fac me ta sæpe mi Pater, & in Dei honorem, & nostrum bonum scribe. Loquentem olim audivi cam fructu; recognosco nuac la scriptioae. Quod dixi, amo te, & veaeror: ta illad prius, tu mihi facito, & precibus etiam juva* &c. Prodiit etiam cum Commentariis iterum an. 1601. ex Ind. Biblioth. Barber., & Pompejo Bini in Opusculo: *Veritas discooperta* &c. tit. 2. §. 4. Hos *Commentarios* memorat Possevinus in Appar. sac., & citat Waddingus ipse infra in *Iodoco de Ryck*, & in *Iosepho Angles*.

MDCCXLVII. 874.

HENRICUS STANDICIUS = Min. Conv. sac. Theolog. Mag., & Oxonien. Universitatis Doctor, de quo plura inter lites quasdam selectiores a Roberto Keibrey an. 1602. Londini publicatas. Anno 1508. erat Angliæ provinciæ Minister ex Rege. Ordinis Min. Conv. p. 34., ejusque mentionem facit Anton. Vood in Histor., & Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 1. cap. 77. Sceipsit etiam

De Matrimonio Catharinæ Reginæ cum Henrico VIII. non dissolvendo, teste Sandero de Schismate Anglie. lib. 1. apud Spondanum in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1529. num. 7.

Factus est autem Episcopus Asaphensis in Anglia an. 1518. ex Reg. Pontif., seditque annos 16. ex Catalogo Antistitum illius Ecclesiæ: obiit igitur an. 1534., quo quidem teterrima in Anglia hæresis, & schisma incœpit. Hic idem cum in *Erasmam* calamum strinxisset, ab ipso in scœnam inductus legitur, aut *Joannes* ejus nepos adag. 96. cent. 5. chilia. 2.

MDCCXLVIII. 875.

HENRICUS VILLALUPENSIS = provinciæ Compostellæ S. Jacobi Regul. Observ., cujus

Theologia Moralis prodiit tandem Matriti anno 1682. typis Bernardi de Villadiego tomis 2. in fol. edit. 13.

Manuale Confessariorum, seu *Compendium Summæ Moralis* suæ cusum est etiam Matriti 1643. apud Franciscum Martinez; 1650. typis Mariæ de Quiñones; & 1653. apud Didacum Diaz de la Carrera in 8. ex Joan. a S. Anton.

Candelabram aureum de Sacramentis, & censuris citat P. Claudius la Croix Theol. Moral. de autoribus in suo Opere relatis, & nuperus sceiptor Lucius Ferraris ejusdem Instituti in sua Biblioth. Canonica Jurid. Moral. Theolog.

MDCCXLIX. 876.

HENRICUS WERLIUS = ab *Werl* Ducatus Angariæ oppido, in quo natus est, cognominatus, Min. Conv. sac. Theol. Magister insignis, Philosophus, vita, & conversatione clarus, necnon Ecclesiastes conspicuus cum provinciæ Coloniensi annos 32. præfuisset, Ministerium dimisit anno 1438., & in Cœnobio Osnaburgensi diem obiit 4. idus Aprilis 1463., cujus effigies adhuc cernitur depicta in fenestris Sacrarii nostri Coloniensis. De eo in Chronicis S. Francisci Marci Ulyssiponen. par. 3. lib. 2. cap. 22. ex Teithemio, Mariano, & Monum. Ordinis. Scripsit

Librum de Potestate Pontificis supra Concilium contra Basileense schisma 1441.

Clarificatoriam ia Opas prædictum.

Tractatus quosdam Theologicos. Quæ omnia mss. servantur Coloniæ in nostra Biblioth. ex Hist. provin. Colonien. fol. 75. Scripsisse etiam fertur

Sermones de Tempore, & de Sanctis, &

Libros 2. de variis quæstionibus præter *Libros 4. Sententiarum*.

MDCCL. 877.

HENRICUS WILLOT = Regul. Observ., cujus libee *de Scriptoribus Ordinis Min.* inscribitur

Athenæum orthodoxorum Sodalitatis Franciscanorum

rum &c. cusum Leodii anno non 1589., sed 1598. apud Arnoldum a Consuvarenia, & postea Antuerpiæ 1600. in 8. apud Petrum Bellerum, teste Joan. a S. Anton.

Quatuor Evangelia Commentariis exornavit ex ipsomet Waddingo supra in *Henrico Leodiensi*, quem dictum est, eumdem esse. De eo Possevinus, Dupinus, Teisserius, Lequile, & ex his Joan. a S. Anton.

MDCCLI.

HERCULANUS PERUSINUS Umber Regul. Observ., & S. Bernardini Senen. vel discipulus, vel imitator eos in verbi Dei prædicatione progressus fecit, ut Robertus Liciensis Episcopus Aquinas illorum temporum prædicatorum antesignanus inter *famosissimos* 20. Ordin. Min. Observ. in Italia concionatores ipsum enumeraverit serm. de S. Bernardino c. 2. Scripsit itaque

Conciones quadragesimales, aliasque per annum, quæ forsan cursu temporis perierunt.

MDCCLII. 878.

HERMANNUS BERGH = provin. Colonien. Regul. Observ.

MDCCLIII. 879.

HERMANNUS BRUCHER = quem habet Rodulphius lib. 3., & post eum alii; quibus addendum extitisse eum provinciæ *Saxoniæ* alumnum. Hic forsan est ille *Hermannus*, cujus

Tractatum elegantem de Virginis Conceptione incip. *Sapientia ædificavit sibi domum* citat Bernardinus Busti in suo Mariali par. 1. serm. 4. pag. 3.; nec abest multum a vero hunc esse *Hermannum de Saxonia*, cujus

Liber de casibus conscientiæ habetur Asisii in Biblioth. sac. Conventus, teste ipsomet Waddingo infra in *Hermanno de Saxonia*. Extat nunc ibidem cod. chartac. in 4. ms. *Sermonum Fr. Gilberti Tornacen.*, in cujus calce hæc habentur: M. CCC. XXXVII. *tempore Geraldi Generalis. Terminum posuisti, quem non transgredientur in psal. Una ista immaculata columba alma Mater Ecclesia* &c.; & in fine legitur: *Expliciunt casus abstracti a jure per Fratrem Hermannum de provincia Saxonie per Capitulum Generale apud Caturcum examinati sub anno Domini* MCCC. XXXVII. *tempore Gerardi Generalis Ministri*.

In eodem Tabulario extat codex ms. chart. in 4. varios autores de *casibus conscientiæ* tractantes, ut *Bartholomaum* Mediolanen., & *Bonagratiam* Bergomatem Ord. Min., continens, quos inter habetur & *Summula de casibus in foro pænitentiali ex dictis in Directorio juris* compilata per *quemdam Fratrem Minorem Alemanum*, *qui fuit Doctor in utroque jure* incipiens: *Quoniam multitudo librorum, & temporis brevitas, memoriæ quoque labilitas non patiuntur* &c. Nescio, an ad hunc Hermanum, an vero ad Joannem Saxonem pertineat.

Fr. Hermanni Dialagus prodiit Lignitii an. 1481., teste Orlando de Orig., & progressu Typograph. par. 2. pag. 342.; hujus ne, an insequentis, alteriusve adhuc me latet.

MDCCLIV. 880.

HERMANNUS GERMANUS = *Gigas* cognomento; dicitur edidisse

Chronicon de Floribus Temporum circa an. 1430. ab Oudino to. 3. Comment.; sed errat, cum legendum sit *circa ann.* 1340. V. infra *Martinus Germanus*.

Hermanni Minoritæ Chronicon ms. adhibuit is, qui Abbati Uspergensi *Paralipomena* adjecit, teste Vossio de Histor. Latin. incertæ ætatis lib. 3. par. 2., & creditur is *Hermannus*, de quo disseritur.

Fr. Matthæus Gigantis Minorita anno 1477. creatus est *Episcopus Iuliensis* in partibus Infidelium a Sixto IV. ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min., sed an fuerit hujus familiæ, & patriæ ignoro.

MDCCLV.

HERMANNUS LAPPE Susatensis provinciæ Colonien. circa an. 1434. scripsit docte

Tractatum de nobilitate hominis, & *alia Opuscula* ex Hist. provin. Colonien. Min. Conv. fol. 150.

881.

HERMANNUS DE NEEZEMBURG = quem Rodulphius lib. 3. dicit *Helmanum Teutonicum Nechemburg*, de quo supra est actum, & ut puto, *provinciæ Saxoniæ* extitit, & alia, quæ ignorantur, exaravit. V. *Hermannus Germanus*.

882.

HERMANUS DE SAXONIA = quem non alium puto, quam superiorem *Hermannum Brucher*, vel proxime relatum *de Neezemburg*. Joan. a S. Anton. in his omnibus secutus est Waddingum, eumque exscripsit.

MDCCLVI. 883.

HERMES HAUVVAERT = Observ. Recollect., de quo Bonav. Baro to. 1. Opuscul. par. 14. in append., Possevinus, Carolus de Coudhenove in Chronol., & ex his Joan. a S. Anton.

MDCCLVII.

HERMOGENES THORIUS Salernitanus Min. Conv. cum jus civile didicisset, & ei sedulo operam navasset, scripsit, typisque vulgavit etiam ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Ad principium tituli Institut. de Actionibus Commentarium. Neapoli apud Dominicum de Ferdinando Maccarani an 1623., teste Toppio in Scriptor. regni Neapolit. apud Franchinum in Bibliosoph. n. 234.; sed vereor nomen esse ejus, cum esset in seculo, vel aliud nomen assumpsisse, & sub eo librum publicasse.

MDCCLVIII.

HERNANDUS DE MORAGA Hispanus provinciæ S. Gregorii in Philippinis Discalceat. alumnus, ibique christiani nominis indefessus propagator jussu Philippi III. Hispaniarum Regis coram ipso conscripsit, quippe qui universum ferme orbem peragraverat, ut habet Joan. a S. Anton.,

Librum de rebus, ac moribus Sinarum, Japonensium, Tartarum, aliarumque plurium nationum; qui prodiit Matriti anno 1619. ex ejusdem Regis præscripto; teste Fr. Antonio dela Llave, qui plura de eo scribit Chron. provin. S. Gregorii trien. 23. c. 4. & seqq.

MDCCLIX.

HIERONYMA AB ASSUMPTIONE Hispana primum Monialis Toletani Monasterii S. Elisabethæ, deinde Fundatrix Manilensis Monasterii Discalceatarum in Philippinis Insulis, mulier fortis, tantæque pietatis, ut in præsenti de ejus Canonizatione agatur; suorum Confessariorum jussu scripsit

Vitam suam, quæ ms. in fol. extat Matriti in Biblioth. Conv. Regul. Observ., & in lucem ediderunt Genesius a Quesada, & Augustinus Matritensis, de quibus dictum v. *Genes. de Quesada*.

Pixidiculam nauticam Opus mysticum Immaculatæ Conceptioni V. M. sacrum, & in 4. partes di-

distributum ms. in 4. asservabatur olim in prædicto S. Elisabeth Monasterio.

Soliloquia devotissima versibus expressa, quorum decimum publicavit Joan. a S. Anton. par. 1. Biblioth. Min. Discalc. pag. 103. & seqq.

Anno 1630. die 22. Octobris, cantantibus Sororibus: *Veni electa mea*: in cœlum migravit eximiam sanctitatis opinionem de se relinquens: de qua Fr. Bartholomæus de Latona agit in lib. *Perfecta Religiosa* cap. 28. fol. 210., & cit. Joan. a S. Anton. to. 2.

M D C C L X.

HIERONYMA CASTELLANA Florentiæ ex illustri familia genita Ordinis S. Claræ Virgo pietate, & doctrina, ac religione nomen sibi comparavit; cumque poesim in primis, & præ ceteris excoluisset, edidit

Carmina varia hetrusca lingua, quæ typis data fuerunt an. 1485., uti refert Julius Niger Soc. J. in Scriptor. Florentinis, qui tamen Institutum Regul. reticuit. Ex qua familia floruit & *Trancistus* poesi etiam ipse clarus, & *Jacobus Ordin. S. Francisci* Episcopus Marturanen.; Fr. vero *Robertus Joannis* an. 1496. ab Alexandro VI. beneficium accepisse legitur in Reg. Pontif. apud Indicul. Bullar. Seraphici Petri de Alva n. 20. Ut innotescat, quantum familia hæc Franciscanorum Ordini addicta esset, legere est cap. 19. tractatus 3. *Illuminata conscientia* Antonii Saxolini Florentini an. 1512. vulgatæ. Habet in Templo S. Crucis Minor. Convent. proprium Sacellum, & eo in Templo tria sepulchra. Ex eadem familia circa annum 1460. obiit *Fr. Dominicus* non sine opinione sanctitatis ex Chron. S. Franc. par. 3. lib. 4. cap. 32.

M D C C L X I.

HIERONYMA MESSANENSIS Monasterii Montis Virginis Ord. S. Francisci alumna Regularis disciplinæ leges didicit a B. Eustochia: quare scripsit anno circiter 1490.

Vitam ejusdem B. Eustochiæ, cujus autographum asservatur in eodem Monasterio, & ex eo ejusdem Beatæ Vitam cultiori stylo exaravit Franciscus Maurolicus, quam refert Octavius Cajetanus in animadvers. ad to. 2. SS. Siculorum pag. 91.; de qua & Mongitor in append. 1. ad to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex his Joan. a S. Anton. to. 3. in append.

* HIERONYMA MONSFELTRIA. V. *Baptista Monsfeltria*.

M D C C L X I I.

HIERONYMA TUDERTINA Ord. S. Claræ, discipula B. Antoniæ Florentinæ Monasterii Corporis Christi in loco S. Victorini Fundatricis an. 1472. vita functæ collegit, descripsitque

Actus, *Vitamque* prædictæ *B. Antoniæ Florentiae*, ut refert Waddingus ad eum annum n. 66.

M D C C L X I I I. 884.

HIERONYMUS ACETTUS = *Acceptus* ex Urceis novis Brixiani agri oppido scripsit etiam

De privilegiis, ac juribus civitatis Brixianæ aliquot libros, teste Alfonso Lassor to. 1. *Universi terrarum Orbis v. Brixia*, ac *Hieronymus Acettus*; sed sine ullo Regul. Instituto. Item

Tractatus Theologiæ symbolicæ, scholasticæ, & mysticæ Vespasiano Gonzagæ Duci Sablonetæ dicatos; dumque Romæ esset Socius, ac Commissarius sui Ordinis, ac S. Officii Inquis. Qualificator, pronunciatum fuisse *Episcopum Fundanum*, sed morte præventum non obtinuisse scribit Cozzandus in Scriptor. Brixian. Biblioth. par. 1. Videtur obiisse an. 1616. Hunc Ord. Præd. statuunt nonnulli apud Echardum to. 2. Scriptor. O. P., ajuntque fuisse aliquando Cremonæ Inquisitorem, postea Commissarium S. Inquisitionis Romanæ, annoque 1560. ad Fundanam Ecclesiam promotum ex hac vita migrasse, antequam inaugureretur: ita Echardus pag. 174. ad an. 1560. ex Octavio Rubeo, Cozzando, & Rovetta; sed omnes hallucinatos puto, cum viveret an. 1600.

M D C C L X I V.

HIERONYMUS ALBERICI Brisighellensis provin. Bonon. Min. Conv. sac. Theol. Magister, ac Minister, insignis Theologiæ Romæ Professor apud SS. Apostolos, & Ecclesiastes suo tempore non vulgaris edidit italice

Concionem egregiam de vero Jubilæi anno Romæ 1576. Hieronymæ Columnæ Montis Leonis Ducissæ, suæque spirituali filiæ dicatam, & theologice, historice, ac moraliter elucubratam, inquit Franchinus in *append.* ad Biblios., ejusque meminit autor coævus Petrus Rodulphius lib. 3. inter Scriptores, & lib. 2. in prov. Bononiæ, & Cust. Raven. Habet autem Romæ, ubi obiit an. 1590., sequens epitaphium apud SS. Apostolos, quod & cit. Franchinus refert:

„ Hieronymo Albericio Brisighelensi Min. Conv.
„ viro pietate, morum integritate, atque omni
„ scientiarum genere ornatissimo, concionatori ce-
„ leberrimo, quem Bononiæ provincialatu maxima
„ omnium laude functum, cum Sixtus V. P. M.
„ S. Bonaventuræ Collegio præfecisset, in ipso vir-
„ tutum, & gloriæ cursu mors magno Francisca-
„ næ familiæ luctu, & jactura eripuit anno ætatis
„ suæ LV. F. Baptista a Casali majori comes in-
„ dividuus perpetuæ benevolentiæ, & pietatis er-
„ go. Obiit anno MDLXXX. die XXVI. Aprilis.

August. Superbus eo tempore vivens in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 65. tradit, eum scripsisse etiam plura *Opuscula*, quæ desiderantur, & ut puto, *Theologica*, aliasque *Orationes*, & *conciones*, quibus inclaruit.

M D C C L X V. 885.

HIERONYMUS D'ALICANTE = vir generis nobilitate, vitæ integritate clarus, concionator, & Theologus, de quo Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capucc. Opus suum edidit Hispali 1646. tomis 2. in 4.

M D C C L X V I.

HIERONYMUS ARELATENSIS Gallus genere clarus Mediolanen. provinciæ Min. Capuccin. aggregatus vir fuit opere, & sermone admirabilis, ac humilitate, qua Archiepiscopatum Arelaten., Ebredunen., & Aquen. ab Henrico IV. sibi oblatos respuit, insignis. Scripsit

Volumina 4. concionum, & sermonum, &

Volumen unum in sacram Scripturam, quæ mss. servari dicuntur.

Obiit an. 1617. die 2. Augusti Massiliæ sepultus, ob cujus mortem omnes ingemuerunt, multæque Ecclesiæ etiam Metropolitanæ Aquensis, Arelatensis, Tolosana, Massiliensis, & Arausicana eumdem solemnibus sunt prosecutæ exequiis; ipseque Arausicanus Episcopus funebri Oratione, assumpto themate: *Justus si morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit*: ut refert autor Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton.

* HIE-

* HIERONYMUS ASCULANUS = v. *Hieronymus Picenus*

M D C C L X V I I.

HIERONYMUS AVENIONENSIS Gallus prov. S. Ludovici Capuccinus scripsit

Tractatum de Sacramentis Ecclesiæ, & de sacrosancto Sacrificio Missæ contra Calvinistas. De eo autor Biblioth. Capuccin. scribit, meritis, & virtutibus divitem, piisque laboribus *in* conversione hæreticorum perfunctum obisse an. 1629. apud Sevenenses in oppido S. Antonii, dum ibi Apostolicus Missionarius fidem catholicam propagaret.

M D C C L X V I I I. 886.

HIERONYMUS BALBANUS = de quo Rodulphius lib. 3., Gonzaga, aliique postea: nemo tamen edocuit, quo tempore in vivis fuerit: & videtur confundi potuisse eum *Bernardino a Balbano* Lucaniæ oppido Ord. Capuccinor., qui & ipse scripsit *Methodum orandi*. Certe *Hieronymus Balbanus* Lucensis Innocenti VIII. a Secretis an. 1491. factus est Perusinus *Episcopus*, insequentique anno Romæ vivere desiit ex to. 1. Italiæ sac. Ughelli.

M D C C L X I X.

HIERONYMUS BOCCHIUS Florentinus Conventualium primum alumnus, postea ad Capuccinorum Claustra se transtulit, apud quos cum aliquot annos perstitisset, ad priscos Conventuales regressus, apud eos diem obiit suum an. 1660. in castro Pomaurantiæ prope Volaterras *in* Hebdomada Sancta, dum ibi conciones quadragesimales haberet; vir multæ lectionis, pietatis, religionis, ac doctrinæ scripsit, typisque dedit

Monopanthon harmonicum, & chronologicum in duas partes, ac 10. libros digestum, in quibus plurima tam sacra, quam profana themata ex divinis, & humanis literis, ac insuper ex quingentis, ampliasque codicibus novissime compilata, & ad normam Psalterii decem chordarum coaptata, concordata, & probata continentur. In quorum primo libro, qui vocatur Isagogicus &c. Legi potest Julius Niger Soc. J. *in* Scriptor. Florent., ubi omnium x. *Librorum* argumenta, atque indicem exhibet, aitque prodiisse Bononiæ an. 1654. in fol. per H. I. Ducios Uldarico Card. Carpineo dicatum; ac ejus mentionem facere Antonium a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4.; sed mutationis Congregationum Minorum ab eo factæ ordinem invertit. Tamen *ejusdem pars* 2. jam completa, & ut edi posset, approbata, nondum in lucem prodiit, sed ms. servatur in Biblioth. S. Franc. Sanminiaten., teste Franchino in Biblios. *n.* 207., qui observavit, autorem in hoc Opere aggressum esse proseeutionem, & castigationem *Harmoniæ Mundi* a Francisco Georgio Veneto Minorita conscriptæ.

Rhapsodia veteris, ac novi Testamenti; de quo Waddingus infra in *Hieronymo Boutrio*.

Hæresum, & hæreticorum Chronologia, series doctrinæ, & confutationes.

Breviarium Historicum in duas partes, & libros 9. distinctum; de quo idem Waddingus cit.

Encomia historica Florentiæ, & insignium Florentinorum.

De Ordinibus Regularibus, & Militaribus compendiosa narratio.

Psalmodia poetica, idest psalmi aliqui carmine elegiaco expositi.

Le bellezze della Città di Fiorenza descritte da Francesco Bocchi preparate alla ristampa coll' aggiunta dall' anno 1591., in cui furono stampate, sino all' anno 1658. Quæ cuncta mss. servabantur penes P. M. Americum Mugnanium Pratensem Min. Conv., testimonio prædicti Franchini.

Sunt qui ei attribuant etiam Opus hetrusca lingua *de justa, & universali mensura* tomis 2., quorum 1. titulum ferat *Anima monetæ*; alter vero *Corpus monetæ*, Venetiis cusum an. 1621. in 4. ex Coron. Biblioth. univers. to. 2. num. 1072., sed Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin. de his 2. tomis nihil habet, sed tantum *Monopanthon*, seu *Harmoniam novissimam*, & *Rhapsodiam*, seu *Nucleum totius Testamenti* to. 2. in fol., quæ utraque dicit impressa, & primum Venetiis 1656. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M D C C L X X. 887.

HIERONYMUS A S. BONAVENTUA = V. appendicem Waddingi *in* fine, ex quo & Lequile, & ex eo Joan. a S. Anton.

M D C C L X X I. 888.

HIERONYMUS BORDONIUS =

889.

HIERONYMUS BOUTRIUS = leg. *Bocchius*, ut supra; & perperam Julius Niger supra relatus hunc existimavit diversum ab illo, ut duos scriptores constituerit.

890.

HIERONYHUS BRIXIGHELLENSIS = V. *Hieronymus Albericius* supra.

M D C C L X X I I.

HIERONYMUS CABANILLAS Hispanus provinciæ Valentinæ Regul. Observ. Apostolicus concionator, ac Definitor, & S. Officii Censor typis edidit

Orationem habitam pro Canonizatione S. Raymundi de Peñafort. Valentiæ 1602. *in* 8. apud Joan. Garriz.

Concionem de S. Ludovico Episcopo. ibid. 1602. in 4. per Petrum Patritium Mey.

Concionem de Beatificatione S. Ludovici Beltrandi. ibidem 1609. in 8. apud Joan. Garriz ex autore Biblioth. Valent., & Joan. a S. Anton.

* HIERONYMUS CAPHENSIS Episc. = V. *Hieronymus Tartarorum* Episcopus.

M D C C L X X I I I.

HIERONYMUS A CASTROFERRETORUM Piceuæ provinciæ Min. Capuccin. vir eximius, & incomparabilis, cujus vitæ sanctitas, præclara doctrina, animi fortitudo, in rebus agendis peritia non solum omnes fere Europæ populos, sed etiam ipsos Summos Pontifices, Reges, & Principes præcones habuit, quem ipsemet Deus signis cælitus editis illustravit. Multa scripsisse fertur, e quibus editæ dumtaxat extant

Ordinationes, & Constitutiones pro bono regimine aliquarum Religionum, præsertim pro Monialibus S. Claræ. Romæ an. 1628. typis Cameræ Apostolicæ. Ibidem obiit sanctissime an. 1626., ætatis suæ 70., Religionis 55., tota condolente Urbe, & confluente ad ejus exequias, quæ ei solemnes jussu Urbani VIII. celebratæ fuerunt; inquit autor Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton.

M D C C L X X I V.

HIERONYMUS CAITANEI a Gallerato provinciæ Mediolanensis Min. Conv. edidit

Carmina sacra Francisco Duodo N. V. Veneto dicata. Venetiis an. 1632. in 4. typis Joan. Antonii Juliani

Etho-

Ethopeja rapti in cœlum ad eumdem, & ibidem impressa eodem anno in 4., ut habet Franchinus in sæpe cit. Bibliosophia Scriptor. Conv. n. 209.

891.

HIERONYMUS CAVALLUS = hic est *Joannes Canales*, de quo infra suo loco agitur; corrupte, & mendose hoc loco dictus *Hieronymus Cavallus*; non semel invenimus nomen Joannis in *Jeronimum* ivisse. Waddingi erratum secuti sunt plures, inter quos & Joannes a S. Anton.

M D C C L X X V.

HIERONYNUS CENSIUS Fulginas Regul. Observ. Canonum, sacræque Theologiæ provin. S. Francisci Lector edidit

Medullam Aristotelicam Philosophicam tripartitam ex Logica, Physica, & Metaphysica ad mentem Scoti. Perusii anno 1618. in 8. typis HH. Alexandri Petrucci ex Catalogo Librorum Miscellan. Genuæ impress. 1726. apud Gabrielem de Tournes ex Joan. a S. Anton.

M D C C L X X V I. 892.

HIERONYMUS COMBONUS = cujus

Legendarium Tertii Ordinis S. Francisci citat Waddingus ad an. 1415., Jacobillus de SS. & BB. Umbriæ ad diem 23. Octobris, aitque excusum an. 1638., sed Act. SS. Collector. Bolland. ad diem 9. Martii in Vita Sanctæ Franciscæ Romanæ n. 2. §. 1. dicunt italice vulgatum Bergomi an. 1648. De eo Marracius, Petrus de Alva, Vernon, & Joan. a S. Antonio agunt.

Comment. in Regulam 3. Ordinis &c. Bergomi iterum an. 1640. in 8. typis Marci Antonii Rossi.

M D C C L X X V I I.

HIERONYMUS COMITIS Italus, &, ut videtur, provin. Neapolitanæ, edidit, teste Alfonso Lassor in Universo Orbe delineato fol. 226.,

Relationem translationis S. Vultus Mariæ Virginis Constantinopolitanæ, nunc S. Mariæ Montis Virginis nuncupatæ a civitate CPolitana in Neapolitanum regnum. Neapoli an. 1646. in 12.; de quo & Joan. a S. Anton.

M D C C L X X V I I I.

HIERONYMUS CRIBELLUS Regul. Observ. provin. S. Antonii, Venetæque recognovit, atque expurgatum edidit

Augustinum Niphum Svessanum in octo libros Physicorum Aristotelis, textu Philosophi, notisque, ac Scoti, aliorumque famosorum Doctorum quæstionibus ad materias appositis. Venetiis an. 1549. in fol. typis Hieronymi Scoti; extatque editio hæc Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Summulas Nicolai de Orbellis correctas, & notulis margineis auctas. Venetiis 1516. in 4. per Lazarum Soardi, quæ editio habetur Florentiæ apud nostros.

M D C C L X X I X.

HIERONYMUS DINAMI Capuccinus provinciæ Rhegii in Calabria doctrina, eloquentia, sanctitate illustris edidit latine

Tractatum de prædestinatione. Tarenti an. 1566. apud Quintilianum Campum.

Historiam originis familiæ Capuccinorum in Calabria; teste Gualterio S. T. P. in Historia sac. Calabriæ apud autorem Biblioth. Capuccinor., & Jo: a S. Antonio.

M D C C L X X X.

HIERONYMUS A DIRUTA Perusinus Min.Conv., artis Musicæ studiosus, & Claudii Merulæ discipulus edidit Opus ea in arte egregium sermone italico a memorato ejus præceptore approbatum, titulo indito:

Il Transilvano Dialogo del vero modo di sonar l'Organo, libris 2. dispositum. Venetiis primum an. 1609., & 1612. pars 1. & 2. typis Jacobi Vincenti in fol.; postea an. 1622., & 1625. in fol. apud Alexandrum Vincenti; quod laudatur a Zaccono in Practica Music. lib. 5. pag. 241., & ab autore Biblioth. Ital. pag. 212., necnon a Joanne Franchino in Bibliosoph. n. 210., Joan. Maria Boncino in Musico practico par. 2. cap. 19., Laurentio Penna, Mauritio Zappata, aliisque.

Nonnulla alia musicis notis composuit, quæ ibidem prodierunt, ab eodem Alexandro Vincenti cusa: extantque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Agit de eo & Joan. a S. Anton. to. 2., aitque Chori moderatorem Ecclesiæ Cathedralis Eugubii ex quodam libro hispane inscripto: *Curiositades del Canto Plano*: Matriti 1709. cuso.

M D C C L X X X I.

HIERONYMUS FALCIONI a Monteregali provinciæ S. Francisci, Umbriæque Min. Conv. alumnus, & humanioribus studiis instructus italico carmine cecinit

Martyrium S. Margaritæ, quod Perusii vulgatum est an. 1601. in 8. ex Franchino cit. num. 211.

M D C C L X X X I I. 893.

HIERONYMUS FERRER = al. *Hieronymus Michael* Ferrer concionator, & S. Officii Censor.

Christianus reformatus prodiit Cæsaraugustæ 1612. in 16. per Joan. de Larumbe.

Obiit an. 1635. ex Nicolao Anton., & Joan. a S. Anton.

M D C C L X X X I I I. 894.

HIERONYMUS FRANCÆSELIUS = leg. *Franciscus*, vulgo *Franceschi* natus an. 1607. Benalbii diœces. Lucens. nobili oppido, sed Conventui *Montis Politiani* aggregatus, Gymnasiorum Veneti, ac Florentini, suæque provinciæ an. 1662. Moderator, Ferdinando II. Magno Hetruriæ Duci, & Cosmo III. illius successori in primis acceptus, eorumque Theologus, ac Ecclesiastes eruditus scripsit ea, quæ sequuntur, partim latine, partim vero italice; suntque

Descriptio Montis Alvernæ carmine heroico decantata. Bononiæ an. 1636. typis Joan. Baptistæ Ferroni.

Carmina sacra varia italice pars 1. Pistorii an. 1638., deinde cum additionibus Florentiæ an. 1655.

Eorumdem carminum pars 2. Florentiæ an. 1678. apud Evangelistam.

Pœnitens Ægyptiaca, seu *Vita S. Mariæ Ægyptiacæ*. Venetiis an. 1644. typis Misserini.

Oratio Panegyrica in laudem S. Hieronymi italice. Florentiæ an. 1648. in 4. per Amatorem Massi, in qua vocatur patria *Lucensis*; diciturque habita Florentiæ an. 1646.

Pœnitens Cortonensis, seu *Vita B. Margaritæ Cortonensis*. Ibidem an. 1652. italice per eumdem Massum.

Panegyrici sacri, nempe *de Sanctis Franciscanis* hetrusca lingua; nec non de *SS. Dominico*, *Thoma Aquinate*, & *Hieronymo*. Bononiæ an. 1654. in 12. typis Jacobi Monti; suntque numero 12.

Conciones diversæ super nonnullos Evangeliorum locos. Patavii an. 1654. in 4. typis Petri Luciani.

Conciones quadragesimales italice *pars* 1. Florentiæ an. 1660. in 4. typis Stellæ. *Earum-*

Earumdem concionum pars secunda. Ibidem an. 1661. in 4. typis Scalarum Badiæ.

Conciones in Adventu Domini cum 9. sermonibus de Expectatione partus B. V. italice. Ibidem an. 1667. in 4. typis Evangelistæ, & Mattini, cujus in limine autor suorum Operum Catalogum exhibet.

Instructio pro examinandis ad Ordines, & Confessionem sacram. Ibidem an. 1668. typis Cameralibus.

Theologia Moralis pars prima. Ibidem an. 1677. typis Conductæ in 4.

Ejusdem pars 2. Ibidem an. 1680. typis Vincentii Evangelistæ in 4.

Conciones, & carmina latina, atque italica de SS. Trinitate, & passione D. N. J. C. Ibidem an. 1680.

Sermo, & carmina latina, atque vulgaria pro animabus Purgatorii. Ibidem an. 1681.

Teste Franchino in Biblios. n. 211., ubi plura de eo, vivebat adhuc anno 1692., ejusque fit mentio in *Vita Ven. Angelæ Gini* Florentinæ Ord. S. Claræ an. 1664. defunctæ cap. 19. edita Florentiæ an. 1738. typis Viviani; memoraturque etiam, atque commendatur a Gregorio Læto par. 3. Italiæ regnantis lib. 4. Terrinos, & Joan. a S. Anton. secuti sunt Waddingum.

MDCCLXXXIV.

HIERONYMUS FRANCISCUS A MERATO Italus Strict. Observ. Reformat. provinciæ Mediolanen. alumnus duo volumina conscripsit hoc titulo:

Speculum Prælatorum, & *Schola Fratrum Minorum* ex historica Descriptione ms. Fr. Joan. a Vacallo apud Joan. a S. Anton.

MDCCLXXXV. 895.

HIERONYMUS GADIUS = Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, cognomine etiam *Capacelli*, Mauritii Hibernici olim auditor, postea in patria Universitate Metaphysices, Theologiæque pluribus annis publicus Professor, cujus

Quolibeta prodierunt non Romæ, ut ex Possevino exscripsit Waddingus, sed *Bononiæ* an. 1533. per Joan. Baptistam Phaellum in fol. opera Darii Gadii autoris fratris germani; quorum in fine legimus completa fuisse Bononiæ anno 1517. die 16. Septembris tempore, quo magna pestis ibi grassabatur: in epistola vero ejusdem Darii ad Franciscum Sfortiam Mediolani Ducem Operi præmissa dicitur autorem obiisse an. 1519. die 3. Novembr., postquam per 20. anno ære poblico professus divinam Philosophiam in Bononien. Gymnasio fuisset. Hunc Leander Albertus Ord. Præd. autor suppar in *Italia* sua, ubi Bononiam describit, inter celebriores Philosophos Bononienses recenset.

In 4. libros Sentent. Comment. scripsisse, videtur elici ex quæst. 1., & ult. Quolibetorum suorum, quæ mss. servantur Bononiæ in Biblioth. S. Francisci, sed aperte adstruit Hieremias Bucchius in addit. *ad Confor.* VIII. Bartholomæi Pisani pag. 100.

Epigrammata varia edidit, quod alterum legitur in principio *Expositionis* Mauritii Hibernici in Logicam Scoti, alterum vero in fine *Conflatus*, seu libri 1. Senten. Francisci Mayronis edit. Ven. an. 1519., cum adhuc Baccalaureus esset.

MDCCLXXXVI. 896.

HIERONYMUS GALLUS = de quo agunt Bonaven. Baro, Sannig, Petrus de Alva, & Joan. a S. Anton.

MDCCLXXXVII.

HIERONYMUS DE GAMA Hispanus Tertii Ordinis S. Francisci Regul. Observ. sac. Theolog. Doctor, & sui Ordinis in Andalusia, regnoque Granatensi Moderator, scripsit

Epistolam excusatoriam, & defensoriam an. 1612. *kal. Februar.* Romam ex Conventu S. Antonii Granatensis urbis Ministro Generali Observantinorum missam, in qua refert causas, ob quas Hispaniarum Tertii Ordin. Fratres inducti fuerant ad quærendam eum Italis ejusdem Ordinis Fratribus unionem sub eorum Generali; ut habet Franciscus Bordonus in Chronologio 3. Ordin. c. 10. n. 24.

MDCCLXXXVIII.

HIERONYMUS A S. GREGORIO Siculus prov. Messanen. Capuccin., vir pius, pueri Jesu devotissimus, ejusque Matris Immaculatæ cultor eximius; teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton., scripsit italice Opusculum sub titulo:

Corolla florum sacrarum laudum in honorem Deiparæ Virginis. Messanæ 1633. in 16. apud Joan. Franciscum Blancum.

MDCCLXXXIX. 897.

HIERONYMUS GIRELLUS = Petri Rodulphii, Maximiani Benizmi, & Joannis Delphini Episcoporum præceptor, Minor. Convent., Philosophus insignis, sacræque Theologiæ Doctor, & Patavino in Gymnasio Professor, cujus

Quæstiones de primo cognito, & de cognitione singularis in lucem emisit Maximianus Benismus Cremensis (non Cremonensis) Joanni Delphino Patritio Veneto dicatas. Patavii an. 1553. in 4. per Aloysium Segalinum, cujus in epistola dedicatoria & Delphinum, & se ipsum illius discipulos extitisse scribit.

Tractatus adversus quæstionem M. Antonii Zimarræ de speciebus intelligibilibus ad mentem antiquorum, Averrois præsertim. Venetiis 1561. in 4. ex Toppio in Biblioth. Neapol., qui perperam hunc Neapolitani regni Scriptoribus accenset.

Ejus *Epistola* carminibus præfixa Angeli de Fagiis Sangrini Monachi Casinen. dat. Patavii an. 1565. refertur ab Abb. Gattula in Histor. Abbatiæ Casinen. par. 2. sec. XI. pag. 684.

Interpretationem in proœmium Physicæ Arist. etiam dictavit Patavino in Gymnasio, quam ad Jacobum Turianum Patritium Venetum missam vulgavit *Fr. Antonius Baptista* ejusdem Ordinis, ejusque alius discipulus Patavii an. 1553. in 4. apud eumdem Segalinum. Extat autem una cum *Quæstione de primo cognito* Ferrariæ in Biblioth. Min. Conv. Mentionem hujus viri faciunt Rodulphius lib. 2., & 3., aliique post eum. Cozzandus in Biblioth. Brixiana male hunc dicit Min. Observ.

MDCCXC.

HIERONYMUS GIVELE provinciæ Basilicatæ in regno Neapolitano Regul. Observ. composuit *librum*, qui an approbatus fuerit, & quo tempore, & de qua materia, reticetur. Tantum Joan. a S. Anton. to. 2. ex Chronol. Seraphica Capitulo Generali LII. pag. 561. refert hæc verba: *Committitur visio, & examinatio libri Patris Hieronymi Givele de provincia Basilicata Rev. P. Custodi Siciliæ, Patri Fr. Antonio de Ebulo, & Patri Hieronymo de Oppido*.

MDCCXCI.

HIERONYMUS HASTEUS a Portunaone, vulgo

Pordenone insigni Concordien. diœcesis oppido provinciæ S. Antonii, Venetæque nobili ortus genere Min. Conv. Institutum ingressus latinæ, græcæ, hebraicæque linguis operam dedit, adeoque profecit, ut in cunctis his cultissimus haberetur; in facultatibus vero Philosophicis, & Theologicis, dogmaticisque ita versatus fuit, ut cum antiquioribus, vel doctissimis comparari posse videretur; propterea que primùm suæ provinciæ Minister est creatus, postea Aquilejensis contra hæreticam pravitatem Inquisitor an. 1599.; & tandem anno 1608. Episcopus Verulanus in Latio a Paulo V., ubi anno 1611. diœcesanam Synodum habuit, in qua plura ad ecclesiasticam vitam rite instituendam, tum ad depravatos plebis mores reformandos, & ecclesiasticam libertatem, immunitatemquem retinendam, vel restituendam decrevit: & post decem, & octo annos, quibus prudenter, & pie, utiliterque Sedem eam tenuit, an. 1626. ex hac vita migravit prid. idus Augusti, ætatis suæ anno 63., relictis pluribus sui ingenii monumentis partim vulgatis, partim vero mss., quæ quidem sunt:

De jurisprudentiæ methodis ad Paulum V. impres. Brixiæ an. 1614. in 4. per Baptistam, & Anton. Bozzolas, quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Francisci.

Commentarii in l. Diffamari c. de ingen. & manum. = L. Si contendat ff. de fidejuss. = L. Aurelius §. centum ff. de liber. Legat. = L. Ut nemo invitus agere, vel accus. tene c. eod. tit. = Sive de 4. primis juris emendativi principiis, a quibus id jus universum pendet: ad Scipionem Burghesium S. R. E. Cardinalem. Patavii 1617. in 4. typis Lauren. Pasquati.

De eleemosyna prædicatoribus subministranda in Consilium Surdi Casalensis.

Diatriba de Iudicibus suspensis in Consilium ejusdem.

Diatriba in allegationes pro Cavensi contra Clerum S. Laurentii, eorumque confutatio.

De osculandis pedibus Summorum Pontificum libri tres ad Card. Lantem.

De potestate Papæ in Reges libri tres hetrusca lingua hortatu Thomæ Bosii.

De prudentia sicut serpentum libri duo.

In Logicam Aristotelis.

Notitia novæ Logicæ libri duo.

Notitia novæ Philosophiæ, & Metaphysicæ ad Card. Lantes.

Ilias avellana inclusa physicales considerationes.

Tabulæ insignes diversorum præsertim ad Medicinam spectantium. Omnia hæc mss.

Synodus suæ diœces. an. 1611. habita, de qua supra.

De captivitate Joannis Papæ XI. versu italico, teste Ughello to. 1. Ital. sac. in Verulan. n. 4.

Conciones; epistolas ad diversos; aliosque *tractatus* imperfectos reliquit ex cit. Ughello n. 48., & ex Franchino in Bibliosophia, non sine tamen errore, num. 213.

MDCCXCII.

HIERONYMUS DE JESU Vianensis patriâ Interamniæ regionis, & provin. S. Antonii in Lusitaniæ regno Min. Discalceat. scripsit

Theologicum Opus, in quo S. Thomæ tum Scoti doctrinam conciliat, teste Georgio Cardoso in Agiologio Lusitano die 13. Junii, & ex eo Nicol. Anton. in Biblioth. Hispan. pag. 326., Hieronym. de Lorte in Mappa Subtili, & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 72.

Series sacræ Scripturæ ms. Opus in fol. latino sermone, jamque, ut typis ederetur, approbatum extat in Biblioth. Ulyssiponen. Conventus S. Anton. Discalceat., tribuiturque *Fr. Hieronymo a Jesu Maria* Lusitano Discalceato a Medina, Nicolao Anton., & Joan. a S. Anton., tamquam diverso autori; at ego non video, quin idem esse nequeat

MDCCXCIII.

HIERONYMUS DE JESU Ulyssiponensis in provincia Granatensi Ordinem S. Francisci ingressus est inter Fratres Regul. Observ., in qua non levia dedit humilitatis, charitatis, & sanctitatis indicia. Inde perfectioris vitæ zelo ductus ad Insulas Philippinas, & S. Gregorii provin. Discalceat. transivit, sociusque factus est postea in Japonensi regno BB. Martyrum Japonensium Petri-Baptistæ, & Sociorum in tribulationibus, non in martyrio, sic disponente Deo, reservatus ad majorem suæ omnipotentiæ manifestationem, catholicæque fidei propagationem: ejus autem est

Succincta relatio rerum Japponensium. Typis dedit Fr. Marcellus de Ribadeneyra in Hist. Insular. Archipelagi lib. 5. cap. 32.

Epistolas varias ejusdem in lucem dedit Joan. a S. Maria par. 2. lib. 3. cap. 25., & non paucæ mss. asservantur Matriti in Archivo Regalis Conventus S. Ægidii, teste cit. Joan. a S. Anton., qui de eo agit ex Martino a S. Joseph par. 2. lib. 4. cap. 9., & Arturo die 29. Decembris.

MDCCXCIV. 898.

HIERONYMUS KAKOVUSKI = in Annal. Min. ad an. 1483. num. 14. Waddingus vocat *Hieronymum Kakoroskium* provinciæ Russiæ, virum doctum &c.

Acta, & miracula B. Simonis de Lipnica, quæ ipsi adjudicat Joan. Baptista Sollerius in Actis SS. Bolland. die 18. Julii §. 4., & Waddingus in Annal. loco citato, puto contineri in *Supplemento Chronicorum*, neque Opus diversum constituere; contrarium autem scripsit Joan. a S. Antonio.

MDCCXCV.

HIERONYMUS LAPIS Bononiensis generoso stipite satus Min. Conv. sac. Theolog. Magister pietate in primis, ac religione enituit; propterea constitutus est Visitator provinciarum Germaniæ, & ad Septentrionem positarum, ubi Minister electus provinciæ Bohemiæ, ac Gen. Commissarius, quantum egerit eo in regno cum belli, tum Religionis motibus agitato, testantur literæ Pontificiæ, & Imperatoris, quas legisse, & penes se habuisse scribit Franchinus in append. Bibliosophiæ pag. 591., qui addit scripsisse, ac typis etiam publicasse

De vigilantia pastorum, scilicet super gregem ipsis commissum, super Ecclesiam, super propriam dignitatem, super fortitudinem in fide, contra diabolum, contra hereticos: cui præit *epistola* encyclica data die 22. Septembris an. 1624. Rigetdorffii Præpositis sibi subjectis: quandoquidem *Visitator* fuerat constitutus, & *Commissarius Generalis* a Card. Ernesto Haraccensi Archiepiscopo Pragensi in diœcesibus Lierocenicensi, & Ilamensi.

De cautelis circa juramentum &c. typis evulgatum.

Fuit autem Præfectus *Missionum*, ut vocant, Ecle-

Ecclesiæ Catholicæ, Romanæquæ in Septentrione, & Ferdinando II. Imperatori gratissimus, coram quo pluries *conciones* habuisse fertur, ab eo impetrasse, ut Pragæ in Minor. Convent. Cœnobio *Collegium* studiorum caussa erigeretur. Anno enim 1628. Pragæ moram trahebat ex monumentis Tabularii Cœnobii S. Francisci Bononiæ.

M D C C X C V I. 899.

HIERONYMUS LEOPOLITANUS = de quo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. c. 43. agit, aitque composuisse nonnulla *Opera*. Waddingus accepit a Sixto Senensi, Rodulphio, & Possevino, qui addit, eadem *Biblia* jussu Gregorii XIII. versa iterum accuratius fuisse a P. Jacobo Vicco Theologo Soc. Jesu, & Cracoviæ impressa anno 1599. Prodierunt etiam Hannoniæ an. 1608. in 8., teste Jacobo Le Long in Biblioth. sacra to. 1., qui & advertit, hunc a Sixto Senensi vocari Joannem in Biblioth. sancta lib. 4., sed perperam.

M D C C X C V I I.

HIERONYMUS LINDSAY natione Scotus Comitis Cranfordiæ filius J. V. D. in seculo, a Fr. Cornelio Zirixien. Regul. Observ. in regno Scotiæ introductore, & propagatore ex Waddin. in Annal. Min. ad an 1446. n. 17. ad Ordinem Minorum receptus circa an. 1450. celebre suis Fratribus Perthæ Cœnobium ædificare cœpit; scientia vero, pietate, vitæque sanctimonia multos antecelluit, scripsitque, quantum quidem memoriæ prodidit Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 11. n. 826.

De legum antiquarum abrogatione lib. 1., quod Opus utile prædicat Jordanus, inquit Dempsterus.

De Regularitate: nisi legendum sit *de Irregularitate*.

De vi excommunicationis, & *alia*. Meminit hujus etiam Gonzaga par. 3. pag. 829. in Chronicis S. Francisci par. 4. lib. 1. cap. 59., & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1460. n. 59. Obiit an. 1500. ex autore Supplemen. Annal. Min. Ex eadem familia fuit etiam *Epiphanius* Ordinis Capuccin. seculo præterito, de quo dictum est supra.

M D C C X C V I I I.

HIERONYMUS LOMBARDELLUS Brixiensis ex Continuat. Annal. Waddingi ad an. 1546. num. 25. Theologus valde eruditus composuit tempore Concilii Tridentini, cui interfuisse dicitur,

Opus de summa potestate Sedis Apostolicæ, & varia de autoritate Papæ, & Concilii, quod ms. asservatur Romæ in Biblioth. Vatic. n. 4140. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 115.

De immunitate Virginis a peccato originali, teste Petro de Alva col. 609. *Militiæ univ.*, & P. Velasquez *de Maria immaculate concepta* fol. 289., & 417. apud Joan. a S. Anton.

M D C C X C I X.

HIERONYMUS MAGNANUS Patavinus Conventualium, quem Scardeonius de Antiquit. urbis Patavii lib. 2. clas. 7. dicit eximium Theologum, *qui aliquando per universam Italiam præclarus divini verbi concionator non sine magnæ probitatis opinione refulsit*, & autor æqualis Leonicus vocat *virum & religione conspicuum, & litterarum etiam studiis in primis clarum*: Petro Bembo, & Jacobo Sadoleto maxima familiaritate conjunctus: Episcopus non *Vestanus*, ut scribit Scardeonius, sed Buduensis in Dalmatia a Julio II. primum factus an. 1512., mox an. 1518. ad Vestanam Ecclesiam in Apulia translatus a Leone X. interfuit Lateranensi V. Concilio; mox in patriam reversus ibi finem vivendi fecit an. 1527. ex P. Rodulphio lib. 2. Hist. Seraph. pag. 270. in provincia S. Antonii, Venetaque, ac Custodia Patavina; reliquitque post se

Conciones quadragesimales, & per annum:

Sermones, Orationesque valde elegantes; nec non

Opuscula quædam, præter elegantem illam *epistolam*, non ad *Hadrianum Pontif. Max.*, ut ait cit. Rodulphius, & Scardeonius, sed ad *Marianum Grimanum Patriarcham Aquilejen. dat. Patavii xv. kal. Octob. M. D. XXII.*, appositamque in fronte *Operis Hadriani Pontif. Max.* sub titulo *Quodlibeti*, in qua se *Vestanum Episcopum* subscripsit. Opus vero Hadriani VI. cusum fuit Venetiis eo anno 1522. per Lucam Anton. Junctam in fol.

Inter *epistolas* quoque, quæ præmittuntur *Mauri magno* Scotico Antonii de Fantis Physici Tarvisini, legitur & una hujus Hieronymi eidem Antonio de Fantis rescribentis *dat. Romæ ex Pontificiis Ædibus IV. idus Octobris an.* 1515., seque *Buduensem Episcopum, sacræ Theologiæ, & Decretorum Doctorem* appellat. De eo Scardeonius agit etiam lib. 2. de claris Theologis, & Ughellus to. 7. Ital. sac. in Vestan. Episcopis n. 21.

M D C C C. 900.

HIERONYMUS MARAFINIOTUS = Waddingus accepit a Possevino in append. to. 2. Appar. sacri.

De arte reminiscentiæ libellum in italicum sermonem transtulit Theseus Mansuetus Urbinas Canonicus Regul. S. Salvatoris, quem typis Venetis Joan. Baptistæ Bertoni traditum an. 1602. in 8. vidi apud nostros Minoritas Conventuales in Finali Mutinæ. Ante igitur eum annum in lucem prodierat latine; sed & anno 1616. ibidem ab eodem Bertono vulgatus fuit hic libellus latine simul, & italice in 8. Hujus Operis meminit & Paulus Aresius de Arte Oratoria lib. 4. par. 2. cap. 3. & 5.

In laudem *Chronicorum* ejus cecinit *Fr. Paulus Vaccarius* Minorita Jatrinolensis *tetrastichon* sequens:

„ Quod fuit Italiæ, nomen discesserat olim;
„ Et leto dederant tempora multa frui.
„ Ast ubi de cœlo procedens mittitur iste,
„ Jam felix radiat, claraque semper erit.

M D C C C I. 901.

HIERONYMUS DE S. MARCO = neque *Anglus* fuit, neque *Regul. Observ.*, sed Italus ex urbe S. Marci in Brutiis, nunc Calabria, *Baccalaureus* vero *Oxoniensis* ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; unde ansam arripuit Waddingus existimandi eum fuisse natione Anglum. Augustinus Superbus in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. fol. 64. scribit in vivis fuisse an. 1330., de qua re fides sit penes ipsum: certe titulus *Baccalaureorum* neque est, nec unquam fuit Fratrum *Regul. Observ.*, sed Conventualium. Pitseus, Angelus a S. Francisco, & Joan. a S. Anton. idem ac Waddingus habent.

M D C C C I I. 902.

HIERONYMUS MARIPETRUS = patritius Venetus Opus suum dicavit Clementi VII., non VIII., cusum Venet. in ædibus Jo: Tacuini de Tridino 1532. Porro

Seraphiras Anonymus Polonus vulgavit Cracoviæ an. 1594., ut ipse Waddingus scripsit in Anonymo Polono, de quo suo loco.

Petrarcha spiritualis, quem elaboravit an. 1534., ut ipsemet testatur in *Dialogo*, quem libro præmisit, ab ipso autore emendatus, & auctus prodiit iterum Venetiis an. 1545., & postea an. 1587. in 8., nec non 1567. in 8. typis Dominici Farri, teste Joan. a S. Antonio; & iisdem typis an. 1575., ubi se dicit *Hieronymum Malipetrum*.

Vitam Clemeatis VII. laudat Teisserius in suo Catalogo to. 2. pag. 113.

Officia SS. Eustachii, & Sociorum; Nominis Icta; & Passionis Christi, quæ posse recitari per universum Ordinem S. Francisci indulsit Paulus III. an. 1537., ipse una cum alio *Minorita* composuit, teste Francisco Haroldo in Epitome Annal. Min. Waddingi ad eum an. n. 7.

Samma divinarum, ac naturalium difficilium Quæstionum Romæ in Capitulo Gen. FF. Minorum publice discussarum per Fr. Hieronymum Tajapetram patritium Venetum to. 1. in fol. Venetiis 1506. per Doninum Pincium, quam editionem vidit Joan. a S. Anton. Hispali in Biblioth. Ecclesiæ to. 2. pag. 80., ubi legit *Domiaicum* loco *Donini*, & diversum autorem existimat: at ego lapsum cognominis vereor, cum cetera in hoc Scriptore conveniant, nomen, tempus, patria, conditio &c.

Trartatas plures *in sarram Scriptaram* edidisse scripto tradidit Augustinus Superbus in *Triumpho glorioso Veneto* lib. 3. pag. 10., & ejus *epigramma* legitur in principio *lib. 4. Seaten. Ricrhardi a Mediavilla* impressi Ven. an. 1509. per Lazarum Soardum.

MDCCCIII. 903.

HIERONYMUS MAUTINUS = ex matre Anthea *Cardoli* nobili Narniensi natus, cujus

Sermo de convivio prodiit Romæ an. 1603. in 4. ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 46.

Conciones 4. de Immacalata Conceptione B. Virginis, &

Aliam de B. Virgine Annunciata impressas Romæ an. 1632., ubi illas habuit summa cum laude coram Eminentiss. Patrum conventu, tradit Marracius in Mariana Bibliotheca, ut notavit autor Biblioth. Capuccinor. pag. 152., qui longe pluribus hunc Apostolicum Oratorem celebrat.

Coaciones ejus sermone hetrusco iterum prodierunt Venetiis an. 1634. al. 1637. in fol. ex cit. Bibliothecæ Indice; postea Romæ an. 1639. in 4. typis Vaticanis ex Fontanino, & Biblioth. Ital. pag. 231., iterumque Ven. eodem anno 1639. per Juntas ex Ind. Bononien. Biblioth. S. Francisci, nec non & per Paulum Balleonium, tandemque ibidem an. 1713. Laudatur autem magnopere ab Alexandro Tassono in suo italico libro, cui titulus: *Pensieri diversi* lib. 10. capite 15.

MDCCCIV.

HIERONYMUS MEDICEUS Placentinus inter Min. Conv. sac. Theolo. Magister, & verbi Dei prædicator minime vulgaris an. 1537. provinciæ Bononiensis Minister constituitur; quo munere feliciter functo, in patria publico ære sacras edocuit literas, ubi obiit, & apud suos insequens meruit *epitaphium*, quod in Æde S. Francisci haberi, testatur Crescentius de Nobilit. Ital. par. 1. narrat. 23. cap. 2.; de quo & Franchinus in Biblios. n. 242. §. 2.

„ Fr. Hieronymo de Medicis Plac. eximio a „ sacris concionibus, ac Theolog. Consul. apud „ Placentinos sacrarum literarum publ. Profess., „ Bonon. provinc. Præfectura functo: qui vixit „ an. 69., Fr. Lucius Anguissola alumnus, & Fr. „ Lelius ex nepos patri optimo, & de eis beneme- „ rito PP. an. D. 1572. die 11. April.

Nec ita vacavit literis, quin aliqua sui ingenii monumenta reliquerit; scripsit enim

Trartatum de formarum intentione, ac remissione: &

Expositionem in Physicam Aristotelis: quæ duo memini me, cum Bononiæ studiis operam navarem, ibi mss. vidisse in nostra S. Franc. Bibliotheca to. 1. in fol.; & quidem August. Superbus Ferrariensis, qui paulo post eum scripsit, in suo Catalogo ms. de Scriptor. Ord. Min. pag. 64. summum virum appellat, omnium temporum memoria dignum, in omni literarum genere tam latine, quam græce insignem, Theologum, ecclesiastemque celebrem, vita, ac doctrina toti Ordini innotuisse, *Opuscula*que multa mss. reliquisse.

MDCCCV.

HIERONYMUS MEDIOLANENSIS Ord. Capuccin. genere, ac vitæ puritate insignis, duarum provinciarum fundator, qui verbo, & exemplo plurimos hæreticos Galliæ ad catholicam fidem perduxit; tandem miraculis, ac spiritu etiam prophetiæ clarus obiit Lugduni anno 1584. Scripsit italico idiomate

Tractatum de paupertate FF. Minorum, adjunctis pluribus declarationibus Summorum Pontificum ad illius perfectam observantiam pertinentibus, ut Boverius in Annal. ad an. 1584., autor Biblioth. Capuccin., & ex his Joan. a S. Anton.

MDCCCVI.

HIERONYMUS MEINERIUS Albensis provinciæ Genuensis Min. Conv. alumnus, & sac. Theologiæ Magister, provinciæ vero Transylvanæ Minister ea doctrinæ opinione excelluit, ut etiam Taurini publice Metaphysicam sit interpretatus. Scripsit vero

Elenchum Subditorum, in quo de autoritate Guardiani in censuris ferendis, earumque absolutione agitur, quod *Opusculum* an. 1643., testatur Franchinus in Bibliosoph. Script. Convent. se in Gener. Ordin. Regesto legisse admissum, & ut typis ederetur, probatum n. 214.

MDCCCVII. 904.

HIERONYMUS MELFRETA = leg. *Molfetta*, *Molfeta*, al. *Melfetta*, & *Morfetta* urbe Apuliæ, provinciæque Barii Capuccinus concionator, cujus virtutum memoria diu viguit, vir in divinis scientiis eruditus, salutisque animarum zelo totus incensus ex autore Biblioth. Capuccin., ex quo accepit Joan. a S. Anton.

MDCCCVIII.

HIERONYMUS MENDIETA Victoriensis Hispanus prov. Cantabrigiæ Regul. Observ., & prov. S. Evangelii in Mexicano regno sac. Theol. Lector, & Apostolicus concionator circa an. 1580. scripsit

Historiam Ecclesiasticam Indianam, quam ms. laudat autor Biblioth. Orientalis, & ex eo Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., & Torquemada, qui subdit, scripsisse insuper

Epistolas varias eruditione plenas ad Franciscum Gonzagam sui Ordinis Ministr. Generalem, ut notavit & Joan. a S. Anton.

MDCCCIX.

HIERONYMUS MENGHI patritius Foroliviensis Min. Conv. Theologus, & ecclesiastes nobilis præci-

cipuos sui Ordinis literarios ludos aperuit, ministravitque Mediolani, Patavii, Bononiæ, & Neapoli. Romæ vero cum publice de Immaculata V. M. Conceptione inter sapientissimos Viros disceptaretur, iis rationibus argumentisque thesim propugnavit, & adversariorum tela retudit, ut & hi fasces argumentandi submitterent, & reliqui omnes eum summopere collaudarent. Illustriores Italiæ suggestus ad 40. annos Bononiæ, Florentiæ, Ferrariæ in Cathedrali, Genuæ, Venetiis, Mediolani, Neapoli, & Romæ &c. calcavit haud sine applausu: Visitator Generalis provinciæ Tusciæ, & tandem Angliæ, Bononiæque provinciarum an. 1644. Ministro adlecto, atque perfuncto, postmodum ætate, meritis, ac existimatione plenus cessit ex hac vita in patria an. 1655., cum scripsisset, quantum ad nos pervenit,

Orationes, &

Conciones quadragesimales, *ac de Adventu Domini*; ac si qua alia, quæ neque vulgasse scitur, neque si mss. extent, adhuc comperire potui.

Memorat hunc Franchinus in Bibliosoph. n. 53. §. 13., Theulus in Triumpho Seraph. cum laude, Eques Georgius Viv. Marchesius in Vitis Viror. Illustr. Forolivien. lib. 2. cap. 1., & in Memor. Histor. Academiæ Philargit. par. 3., cui ob ejus eloquentiam aggregatum fuisse scribit, & Paulus Bonolus lib. 12.

M D C C C X. 905.

HIERONYMUS MENGUS = provinciæ Bononiensis, ex oppido vulgo *Viadana* in agro Mantuano. Hunc primum extitisse, qui *Artem Exorcisticam* condiderit, sentit Petrus de Alva *pricipio E.*, cujus

Flagellum dæmonum prodiit primùm Bononiæ an. 1577. & 1578. in 8. typis Joannis Rossii, & 1581. Gabrielli Paleotto Cardinali, & Episcopo Bononiensi ab autore an. 1576. dicatum; mox Francofurti an. 1582. inter *tractatus* diversorum, quibus titulus est: *Malleï Maleficarum* to. 2. in 8.; deinde iterum Bononiæ una cum *Fusti dæmonum* an. 1586. apud Joan. Rubeum, tum Venetiis an. 1595. & 1606. typis Dominici Maldura, & denuo anno 1644. ibidem, ac tandem an. 1697. typis Pauli Baleoni in 8.

Fustis dæmonum vulgata est Bononiæ an. 1586., ut proxime dixi; postea Venetiis 1596., & an. 1630. per Petrum Milochum; necnon anno 1644. una cum *Flagello dæmonum*. In Analectis Litter. Frider. Freytag pag. 592. *liber sacerrimus* dicitur; & *Fuga dæmonum* adjurationes potentissimas, & exorcismos formidabiles, atque efficaces &c. continens. Venetiis an. 1596. in 8., nisi sit alter a *Fuste dæmonum*.

Compendium artis exorcisticæ impressum est Bononiæ an. 1580. per Joan. Rubeum, & an. 1582. in 8. lingua italica; postea Venetiis an. 1601. tomis 2. ex Biblioth. Ital. pag. 205. Prohibetur tamen ex decr. sac. Congr. Indicis sub die 4. Martii 1709. Prodierat italice etiam Maceratæ in 8. an. 1580. per Sebast. Martellini.

Compendium vulgare de operationibus dæmonum, & *maleficarum lib.* 3. autor ipse citat in 1. & 2. documento Flagello dæmonum præmissis: nescio, an idem sit cum *Compendio artis exorcisticæ*.

Hortus deliciosus &c. Bononiæ typis Joan. de Rubeis in 8. magno.

Thesaurus cœlestis gloriosæ Matris Dei Mariæ Virginis italice 4. libris distributus prodiit Bononiæ an. 1607. in 4. typis Joan. de Rubeis Vincentio Gonzagæ Duci Mantuæ dicatus; cujus meminit ipsemet Waddingus infra in *Hieronymo a Viadana*, putavitque diversum, cum sit idem ex hujus Operis cit. editione, quæ Ferrariæ extat in S. Francisci Min. Conv. Bibliotheca. Ipse Waddingus tamen editum dicit Bononiæ 1610., ut & Joan. a S. Anton.; forsan est alia editio.

Obiit autem eo anno 1610. Agit de eo Marracius par. 1. Biblioth. Marianæ, Donesmundus Hist. Eccles. Mant. par. 1. lib. 5., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 75., & 81.

M D C C C X I. 906.

HIERONYMUS MEYERE = Regul. Observ. Recollect. poeta latinus, de quo & Swertius in Biblioth. Belgica, & Joan. a S. Anton.

M D C C C X I I.

HIERONYMUS MICHAELI Savonensis provinciæ Genuensis Convent. liberalium artium, in primisque poësis amicus, & cultor vivebat an. 1609., typisque vulgavit Taurini hetrusca lingua

Opus, cui titulum fecit: *Primavera amorosa* versu decantata sub nomine *Olnerii de Michaelis Saonensis*, quo nomine forsan in seculo vocabatur, Thomæ Sabaudo Savonæ Principi dicatum; cujus scriptoris meminerunt Jo: Vincentius Vercellensis lib. 8. de urbe, Virisque Illustr. Savonen., & Raphael Sopranus de Scriptor. Liguriæ, Oldoinus in Athenæo Ligustico, & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 405.

M D C C C X I I I.

HIERONYMUS A MONTE Hispanus prov. S. Gregorii Discalceat. in Philippinis Insul. alumnus idiomate tagalo composuit

Devotionale, cujus initium latine versum est: *Priusquam loqui incipiam*: pluries impressum, cujus 2. edit. facta est Manilæ 1648. in 8. per Simonem Pimpin, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

* HIERONYMUS A MONTEFLORUM = V. *Hieronymus Pratellus*.

M D C C C X I V.

HIERONYMUS MORONEUR, ut videtur, natione Gallus, & sac. Theologiæ Doctor, composuit, quo tempore non dicitur,

Quæstionum Theologicarum volumen excusum sine loco, & anno in fol., inter quas est *Quæstio de regno*, & *Dominio Christi*, & alia *De B. Virginis præservatione ab Adamitica labe*, teste Petro de Alva col. 612. Militiæ univ., & ex eo Joan. a S. Anton.

* HIERONYMUS NARNIENSIS. V. *Hieronymus Mautinus*.

M D C C C X V.

HIERONYMUS NEAPOLITANUS Min. Capucc. alumnus, ut videtur, prov. Barii scripsit italica lingua an. 1625.

Chronica Minorum Capuccinorum provinciæ S. Angeli, quæ mss. extabant in Biblioth. Telleriana, ut liquet ex ejus Catalogo fol. 253., ut notavit Joan. a S. Antonio. Ignotus autem hic autor fuit Scriptori Biblioth. Capuccinorum.

M D C C C X V I. 907.

HIERONYMUS NIBIA = Capuccinus doctrina, ac moribus præclarus, & in cœlestium contemplatione assiduus ex Boverio in Annal., & autore Biblioth. Capuccinorum, qui & habent edidisse

Meditationes devotissimas de Passione Domini, & in

& in Orationem Dominicam. Brixiæ 1579. sub nomine cujusdam *Servi Dei Ordinis S. Francisci*; ibique obiisse anno 1582.; de quo & Joan. a S. Anton. Forsan hujus consanguineus fuit *Bartholomeus Nebbius*, vel *Nibbia* Novariensis Regul. Observ., qui vivebat an. 1500., de quo dictum est supra suo loco.

* HIERONYMUS DE NUCCIARELLIS, quem hoc loco ex Lippenio Joan. a S. Anton. recenset, putatque Minoritam fuisse, fuit Secularis, Romanusque, & plura alia *Mayronis*, & aliorum castigavit, & evulgavit, ut & *Scoti Quæstiones de Anima* eodem anno 1517.

MDCCCXVII.

HIERONYMUS PALLANTERIUS e Castro Bononiensi in Æmilia Minor. Conv. sac. Theol. Doctor, & ecclesiastes eximius, pietate vero, ac religione quam maxime notus; Taurini, Papiæ, atque Patavii qua Philosophiam, qua Theologiam publice professus, S. Caroli Borromæi, & Card. Felicis Peretti Theologus commensalis evasit; anno 1566. Ferrariæ in ea Universitate Lector *Metaphysices* institutus, postmodum an. 1582. provinciæ Bononiensis Præfecturam obivit: sub Clemente vero VIII. in celebri illa Congregatione *de Auxiliis divinæ gratiæ* pro controversia de *scientia media* an. 1602. die 20. Martii incepta una cum *Julio Santucio* Episcopo S. Agathæ, *Joan. de Rada* Procuratore Generali, postea Archiepiscopo Tranensi, *Anselmo Monopolitano* Procuratore Gen. Capuccinorum ecclesiaste Pontificis, postea S. R. E. Cardinali, & *Propertio Resta* Taleaeotiensi Episcopo Geruntin. & Cariaten. ex Minoritis inter 14. Consultores & ipse sedit; quare & doctrinæ, & religionis fama clarissimus Ecclesiæ Bituntinæ anno 1603. a memorato Clemente VIII. præficitur, ubi ea integerrime, sanctissimeque administrata ad Deum migravit an. 1619. magna sanctitatis opinione, ut etiam de eo inter Cœlites referendo actitatum fuerit. Extant autem ab eo tradita literis sequentia Opera:

Lectiones in primum Sententiarum doctissimi Patris Magistri Fratris Hieronymi Pallanterii a Castro Bononiensi publici Lectoris Patavii in primo loco. Incip. *Quoniam absoluta consideratio præcedit respectivam* &c. mss. in 4. extant Romæ in Biblioth. Convent. SS. XII. Apostolorum exaratæ a *Fr. Felice Ranthe a Licio Minorita Conventuali ex proprio illius ore*: ita in eo codice.

Positiones ad mentem peritiorum virorum in XL. *capita distributa* ad Rodulfum Pium Card. Carpensem Ord. Protectorem, dum Bononiæ *Artium Lector* esset. Cremonæ an. 1562. in 4. typis Vincentii Coneti. Extant Ferrariæ.

Passio D. N. J. Christi carmine exametro, & saphico narrata, teste Antonio Riccobono apud Paulum Freherum in Theatro Viror. erud. clar. to. 1. par. 1. sect. 3., & Franchinum in append. ad Bibliosoph.

Oratio in funere Regis Hispaniarum Mediolani in Comitiis Gen. Ordinis an. 1562. habita, & ibidem eodem anno impressa.

Oratio gratulatoria Collegii Theologorum in primo adventu Marci Cornelii Episcopi Patavini ad suam Sedem dicta in Aula Episcopali die 29. Martii an. 1595.; ibique eodem anno eusa per Laurentium Pasquatum.

Alia *Oratio ad idem pro Aloysio Cornelio Episcopo Coadjutore Patavino gratulat. pro eodem Collegio*. Ibidem impressa per eumdem an. 1595.

Epistola ad Fr. Archangelum Puteum a Burgo præmissa legitur illius libro, suæ *Apologiæ* pro defensione Cabalæ cotra Petrum Garziam Episcopum Ussellensem favore Mirandulani impressæ Bononiæ an. 1564. in 8. per Alexandrum Benacciuin.

Commentaria in Catechismum Romanum usque ad cap. 3. partis 2. deducta, & partim suppleta a *Joanne Ferretto* Regiensi ejusdem Ordinis discipulo autoris mss. asservantur in Regiensi S. Francisci Bibliotheca, quemadmodum asseverat cit. Franchinus in Bibliosoph. n. 186., & 215.

In veteri S. Francisci Bibliotheca Bononiæ extabat olim sequens monumentum, quod refert Alidosius to. 1. pag. 145., & Ughellus to. 7. Italiæ sac. in Bituntin. Episc. n. 35.:

„ F. Hieronym. Pallanterius a Castro Bononien. „ Ord. Min. cum multis maximis suæ Religionis „ muneribus tum legendo, tum regendo egregie „ functus Ticini, & Patavii summa cum laude „ publicus sacræ Theologiæ professor, B. Caroli „ Borromæi Card. primum, deinde Card. de „ Montealto, qui fecit Sixtus V., Theologus com„ mensalis, a Clem. octavo Rom. ad graves de re„ bus fidei controversias vocatus, & Episcopus „ Bituntinus creatus Bibliothecam hanc, ut huic „ sacro Cœnobio de se optime merito aliqua ex „ parte se gratum ostenderet, & studiorum com„ moditati consuleret, eorumque precibus juvare„ tur, copiosa suorum librorum suppellectili adhuc „ vivens ditavit, & auxit ætatis suæ 72., salutis „ vero 1607.

Augustinus Superbus in suo ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Min. pag. 66. asserit, se eum Patavii præceptorem habuisse, multaque *Opuscula latina* post se reliquisse. Franciscus Zava Cremonensis to. 2. Epistol. lib. 2. scribens ad Joannem Paulum Pallanterium autoris nepotem ait: *Vale, & maximo Pallanterio hujus seculi Dialecticorum disertissimo, & eloquentissimo acutissimo verbis meis plurimam salutem dicito*: ejusque etiam cum laude meminit Franciscus Contarenus in præfatione ad suum *de Deo* librum. De eo agit Paulus Leonardus Ibernus in *Respons. ad expostulationes contra scientiam mediam* par. 1. sect. 3. n. 10. inter 14. Consultores memoratæ Congregationis *de Auxiliis*. Sed & Joan. Marius Crescimbeni in Hist. Vulgar. Poësis clas. 2. n. 245. hunc inter Italos Poëtas recenset, & Aloysius Contarenus Ord. Crucifer. in suo italico libro *Giardino* an. 1588. vulgato inter viros literis sacris, & prophanis florentes *Hieronymum Pallanterium* enumerat Poësi lyrica exercitatum, inventoremque dicit *Elogiorum symbolicorum* versu. De eodem agunt & Tonduccius in Hist. Favent. lib. 4., Riccobonus de Gymnasio Patavino lib. 1. cap. 26., Garavinus de Viris Illustr. Castri Bononien. pag. 10., & Fer. Borsettus in Hist. Gymnasii Ferrarien. par. 2. lib. 2. ad an. 1566., Rodulphius lib. 2. fol. 268. in prov. Bonon., & Cust. Raven.; inter Bartholomæi Ricci epistolas vol. 2. legitur & illa ad eum data in obitu Philippi Braschii Faventini Minoritæ quondam ejus præceptoris: Ughellus tandem proxime laudatus refert elegans *elogium* ei adhuc viventi an. 1611. in sua Ecclesia a Clero Bituntino positum.

MDCCCXVIII.

HIERONYMUS PALLANTERIUS junior e Castro

tro Bononienti superioris Hieronymi nepos Conveat. sac. Theologiæ Magister, & concionator suo tempore in pretio habitus scripsit sermone hetrusco, italicoque ea, quæ sequuntur:

Speculum sanctitatis, observationes ex Vita S. Antonii Patavini extructæ. Mutinæ anno 1649. per Solianum in 12., emissum sub autoris nomine anagrammatico.

Conciones panegyricæ. Venetiis an. 1653. in 8. typis Joan. Baptistæ Soriani: sunt numero 3. cum *Sermonibus* Academ.

Oratio in laudem Card. Alderani Cybo Episcopi Æsini sub titulo *Triumphi pietatis*.

Vita P. M. Iacobi Fabretti Ravennatis Ord. Min. Conv. Generalis Ministri anno 1659. assumpti seorsim edita, iterumque an. 1660. in 2. tomo *Sermonum Panegyr.* recusa Florentiæ.

Sermones sacri, morales, panegyrici. Florentiæ an. 1660. per Marcum Rabujatum.

Hercules purpuratus, Panegyres Academici super vita Card. Caroli Rossetti Episcopi Faventini. Bononiæ an. 1674. in 4. typis Jacobi Montis. Sunt n. 5. *Sermones Panegyrici*, quibus adjecit autor binos *Sermones sacros* alterum ad Academicos Philoponos Favent., quibus ipse aggregatus erat; alterum vero ad Pacificatores Faventinos D. Constantio Zano Episcopo Imolensi dicatos.

In epistola P. M. Francisci Crassi, quæ ad autorem data an. 1673. legitur præmissa *Herculi Purpurato*, scribitur plura ejus Opera jam ter recusa fuisse magno Literatorum applausu.

Panegyricos sermones Martialis Peregrini Ord. Min. Conv. Gener. Ministri imprimi curavit Bononiæ an. 1677. in 4. typis Recaldini.

Epistola, seu Relatio styli concionum P. M. Lucii Franchini Mutinensis cusa Faventiæ an. 1682. 4. typis Maranti, teste Jo: Franchino in Biblios. n. 216.

908.

HIERONYMUS PANCORVUS = Hispanus fuit *Carmelita*, non Minorita, teste Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan. pag. 451., & ex eo Jo: a S. Anton.

M D C C C X I X.

HIERONYMUS PANORMITANUS Siculus Ord. Capuccin. Theologus, Definitor, ac Commissarius Gener. vitæ sanctimonia claruit an. 1579.; scripsit

Lectionum Theologicarum ad mentem Scoti libros 2., qui adhuc mss. extare dicuntur, exarati, dum inter Excalceatos moraretur, e quorum Congregatione ad illam postea Capuccinorum transiit ex Boverio to. 1. Annal., & autore Biblioth. Capuccin., & ex his Joan. a S. Anton.

M D C C C X X. 909.

HIERONYMUS PEREZ =

HIERONYMUS PERUSINUS = V. *Hieronymus Ubaldus*.

M D C C C X X I. 910.

HIERONYMUS PICENUS = sed proprius *Asculanus*, ut ab antiquis vocabatur.

Nicolai IV. de Indulgentiis ms. extat Parisiis in Biblioth. S. Victoris ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1373.

Regulam 3. *Ordinis S. Francisci* Fratribus ejusdem Ordinis in seculo degentibus composuit anno 2. sui Pontificatus 20. *capita* continentem, quæ habetur in fine *Firmamenti trium Ordinum* edit. Ven. an. 1513., & memoratur a Marco Ulyssiponen. Chron. par. 2. lib. 10. cap. 12.; hanc autem in 10. capita restrictam, modificatamque reddidit Leo X. an. 1521., quæ legitur apud cit. Marcum Chron. par. 3. lib. 10. cap. 22., & in to. 2. Bullarii Romani.

Statuta pro retinendo disciplinæ regularis rigore edidit; quæ memorantur, & confirmantur a Bonagratia Ministro Gen. ejus successore in sua ad totum Ordinem *epistola* an. 1279. data in dicto Firmamento par. 1. legenda.

Statutum de divisione fructuum, redituum, & proventuum Ecclesiæ inter Papam, & Cardinales extat ms. in Collectaneo Nicolai Card. Aragonii inter codd. mss. Cottonianæ in Anglia Bibliothecæ, teste Oudino to. 3. Comment. in *Nicolao Roselli* ad an. 1350.

Constitutiones quædam ejus habentur mss. in Bibliotheca S. Martini Turonen. n. 66. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1341.

Bulla de censibus Ecclesiæ Romanæ in to. 2. Veter. Scriptor., & Monument. Collect. Martene, & Durand col. 1303.

Epistola 2. *de captione Accon* ms. in Biblioth. regis Angliæ et Catalogo Montfaucon pag. 629.

Bullarum ejus; & *epistolarum volumina tria* in fol. asservantur in Biblioth. Vatic., teste Ludovico Castaneo in Scriptor. Cardinal. v. *Hieronymus Asculanus*: & apud Joan. a S. Anton. to. 2. legitur elogium Joan. de Palatios to. 3. de Gestis Rom. Pontificum.

Ceterum non Trithemius unus, primusque hunc cum errore vocavit *Joannem*, sed Ptolomæus Lucensis Ord. Præd. autor eoævus, vel ejus scriba in Annal. nuper to. 25. Biblioth. Vet. PP. editis ad an. 1288. ait *Joannem Card.* creatum fuisse Summum Pontificem, nuncupatumque *Nicolaum IV.*, eumque exscripsit Fl. Blondus; sed isti confundunt Nicolaum III. cum IV.; de quo diligentius egit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. parte 2.

M D C C C X X I I. 911.

HIERONYMUS PISTORIENSIS = *Tinugi* cognomento, si verum scribit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minoritico. Sacri Concilii Tridentini Theologus cum esset,

Concionem in eo habuit die 18. Octobris Dom. 22. post Pentec. an. 1562., quæ cum aliis ibi habitis concionibus aliorum vulgata est & Brixiæ eo anno, postea Lovanii anno 1567.

De quantitatibus rerumque distinctionibus nil aliud est, nisi *Expositio Formalitatum Antonii Syrecti* Minoritæ ad modum *Dialogi* in 37. Lectiones divisa, quibus præit integer Syrecti textus: in ædibus Populi Rom. in 8.

Librum Sermonum &c. sunt *conciones* 22. lingua hetrusca, quas illæ habuit Romæ, Neapoli, Venetiis, Bononiæ, & Florentiæ, ut ipsemet scribit in proœmio, impressæ Bononiæ an. 1567. in 8. per Joan. Rubeum. Edidit etiam

Conciones IV. *de Immaculata Conceptione V. M.* italice. Neapoli 1564. apud Virginios, & Cœlium Aliphanez.

Concionum variarum partem primam. Venetiis 1571. in 8. typis Hieronymi Scoti.

Capuccinorum ipse præcipuus egit apud S. Pium V., ut typis Vaticanis ederetur *Scriptum S. Bonaventuræ in 4. libros Senten.* an. 1569., ut initio dictæ editionis habetur. Dum in Classe Vene-

antura præsidiis adjuvari, ut nemo unquam eo melius hoc persuadendi munus tractare posse videatur. Ejus oratio operosa, & grandis; nihil, quod usitatum sit, aggreditur . . . . illas quinque Oratoris partes ita tenet, ita prosequitur, ut, quod usu plane appareat, omnium judicio excellat; nam ut dicere ommittum, quod commode disponit; egregie exornat; memoria complectitur; singulis rebus inveniendis, atque actione exprimendis omnes, qui hac dictione concionaria utuntur, omnino superat. Et paulo post: *iisdem artificiis, eodem ex Collegio, quo Rocca prodiit, Fidardus* (Augustinus Cassandri a Castrondardo in Piceno) *duos ab hinc annos hoc eodem in Templo admirabili eloquentiæ laude sese extulit: His profecto duobus, ut est omnium opinio, cedit nostra etas dicendi virtute, fascesque eloquentiæ submittit*. Augustinus etiam Superbus Ferrariensis illis suppar in mss. Catalogo Scriptor. Ord. Min. testatur fol. 66. eum *per annos triginta maximo Cardinalium, Prælatorum, Oratorum, & clarissimorum Virorum concursu* conciones habuisse *sententiarum gravitate, reconditæ doctrinæ excellentia, ordinis dispositione, ingenii perspicuitate, ac magnitudine* &c.: subditque eum

Opuscula multa composuisse, ac reliquisse, quibus venam ingenii sui posteris notificavit, & ex his extare

Commentaria in Iob: alia vero temporum injuria, & quorumdam incuria periisse; decessisse vero ex hac vita anno 1610. Ceterum omitti non debent ea, quibus adeo excelluit,

Conciones quadragesimales, & per annum reliquum, nec non

Sermones, & *Orationes* variæ, quas quidem scripsit, recitavitque; tametsi omnia amissa dicantur.

MDCCCCXXX. 915.

HIERONYMUS RODERICUS = de quo & Nicolaus Antonius, & Joan. a S. Anton., ex fratre nepos Emmanuelis Roderici: ejusque *Compendium* prodiit iterum Lugduni 1634. in 8.

MDCCCCXXXI.

HIERONYMUS SALMERON Hispanus, & provinciæ S. Evangelii in America alumnus scripsit anno 1624.

Relationem expeditionum Francisci Vasquez Coronado ac Io: de Oñate in novo Mexico, ut refert Fr. Augustinus Ventancourt in Catalogo autorum apud suum Theatrum Mexicanum, & ex eo Joan. a S. Anton.

MDCCCCXXXII. 916.

HIERONYMUS E SEGORBIO = de quo P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., qui eum dicit provinciæ Valentiæ alumnum, & Magistrum Novitiorum, ut & Joan. a S. Anton.

MDCCCCXXXIII. 917.

HIERONYMUS A SORBO = provinciæ Neapolis an. 1596. factus est *Vicarius Gen.* sui Ordinis, quem triennio gubernavit, & an. 1612. obiit Neapoli, ubi quinto prodiit ejus *Compendium* an. 1615., de quo Nicolaus Toppius, & Joan. a S. Anton.

Compendium Privilegiorum FF. Minorum &c. cum *Annotationibus etiam Antonii Cordubensis* Minoritæ recognovit Neapoli an. 1594., evulgavitque ibi an. 1595. in 4.; prodiitque postea & Venetiis an. 1603. typis Petri Ricciardi, & 1617. apud Petrum Milochum; de quo legendus etiam Dionysius Genuensis supra citatus.

MDCCCCXXXIV.

HIERONYMUS A SOTERA Strict. Observ. provinciæ Siciliæ, italice scripsit

Vitam Ven. Innocentiæ Ricci Virginis T. O. S. Francisci Drepanensis defunctæ anno 1624., cui a sacris Confessionibus erat, quam postea ampliavit Jacobillus, editaque fuit Fulginei an. 1629. in 12. typis Aug. Alterii. Obiit Romæ an. 1627. Pœnitentiarius Basilicæ Lateranen. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. die 1. Decembris §. 6., & in Gynmecæo §. 5., Tognelottus, Mongitor in Biblioth. Sicula to. 1., & ex his Joan. a S. Anton.

MDCCCCXXXV. 918.

HIERONYMUS STRASSER = Strict. Observ., demum *Episcopus* N. creatus asseritur a Petro Antonio Veneto in Fastis Seraphicis. Ejus est & liber, cui titulus:

Dux Fratrum Minorum continens *Regulam S. Francisci* cum aliquibus *Bullis*, impressus Viennæ Austriæ an. 1621. in 12., teste Petro de Alva in Apparatu ad Indic. Bullarii Seraphici. Neque de hoc libro, neque de Episcopali ejus dignitate meminit Joan. a S. Anton.

MDCCCCXXXVI.

HIERONYMUS A STUFA Florentinus Reg. Observ. alumnus, moribus, & doctrina, ac concionandi virtute tota Italia celebratus, Sanctique Bernardini vel discipulus ea in arte, vel imitator adeo, ut Robertus Caracciolus Liciensis Episcopus Aquinas omnium consensu eo seculo concionatorum princeps in sermone de S. Bernardino cap. 3. hunc *Hieronymum Florentinum* inter *prædicatores famosissimos* sui temporis Ordinis Minorum recenseat. Hujus autem meminit & Marcus Ulyssiponensis Chron. par. 3. lib. 1. cap. 43., lib. 4. cap. 32., & lib. 5. cap. 29., ubi ex Mariano, & Monum. tradit an. 1461. floruisse in provincia Apuliæ, ac obiisse Florentiæ in Cœnobio S. Salvatoris humatum. Scripsit itaque, quantum conjicimus,

Conciones per anni circulum, quæ cursu temporum periisse creduntur, &

Quadragesimales.

• HIERONYMUS TAJAPETRA = V. *Hieronymus Maripetrus* an sit idem.

MDCCCCXXXVII. 919.

HIERONYMUS TAMARIT = quem Antonius Castel to. 2. in 2. Senten. quæst. 52. n. 38. dicit *Franciscum Tamarit*,

Alia duo volumina Florum Theologiæ mss. reliquit morte præventus ex Relatione suæ provinciæ, laudaturque a Nicolao Antonio in Biblioth. Hispan., & ab autore Biblioth Valentinæ pag. 173. illis verbis: *autor aurei Operis, quia sui ingenii acumine sic res abstrusas aperit, difficilesque quæstiones, ac Theologiæ nodos dissolvit, doctrinamque D. Thomæ Angelici Doctoris, & subtilissimi Scoti modeste, & perdocte explicat, ut bene scribendi, & interpretandi multis esse possit exemplar*: ex Joan. a S. Anton.

MDCCCCXXXVIII.

HIERONYMUS in Tartarorum Imperio creatus Episcopus a Clemente V. anno 1311., ubi ita pro vinea Domini laboravit una cum sociis, ut Abuscamum Koskami illarum regionum Regis filium ad Christi fidem perduxerit, & an. 1322. primus *Caphensis* urbis in Taurica Chersoneso Antistes sit declaratus, ut ex literis Joan. XXII. apud

Annal. Min. ad an. 1322. apparet; anno 1323., cum inde reversus Avenionem moraretur apud Rom. Pontificem, scripsit

Quæstionem de paupertate Christi, & Apostolorum eo tempore in Rom. Curia agitatam, ut habetur ex cod. 3740. Biblioth. Vatic. apud autorem veteris Biblioth. Hispanæ to. 2. lib. 9. cap. 4. n. 199., & Raynaldum ad an. 1323. num. 65. Anno 1324. m. Decembri adhuc in vivis erat, & forsan Venetiis ex Aula Pontificia profectus, ut ad suum Episcopatum reverteretur, ut conjicere est ex literis *Marini Sanuti* ad Andronicum Imper. CP. dat. *Venetiis anno* MCCCXXIV. *de mense Decembris* apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad eum annum n. 40., & seqq., quibus significat, se per Fr. Hieronymum Episcopum Caphensem facere certiorem ipsum Andronicum Imp., quantum pro eo cum Occidentalibus Principibus egisset.

Hic porro non alius esse videtur, quam ille *Hieronymus*, quem Leander Albertus omnium primus dixit *Genuensem Ord. Præd.*, & *Episcopum Caphensem* an. 1404., & Leandrum secuti sunt Pius, Fernandez, & Fontana; sed Ant. Senensis Lusitanus scripsit Episcopum fuisse an. 1490., Rovetta 1496., & Altamura 1498.; additque Rovetta scripsisse eum *in libros de Cœlo, & Mundo, de Anima, ac Metaphysicorum*, necnon *Postillam super 7. psalmos Pœnitentiales*; omnes autem autores recentes, & sine monumentis, cum constet Episcopatum istum erectum fuisse a Joan. XXII. an. 1322., eique datum Fr. Hieronymum Ord. Minorum, qui anno 1323. interfuit, ut dictum est, Avenione controversiæ de paupertate Christi, & Apostolorum ex monumentis certis, eique postea suffectum *Fr. Thaddæum* circa an. 1328.; huic vero anno 1358. *Fr. Conradum de Pregoantia*; an. 1398. erat Episcopus *Fr. Joannes*; 1426. *Fr. Giffredus Cigalla*; annoque 1 . . . *Fr. Joan. Georgius* sedebat, omnes ex Ord. Min. S. Francisci; falsumque dico id, quod nuperus autor Jac. Echard. to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 749. ad an. 1404. scribit, hunc Episcopatum fuisse Suffraganeum Archiepiscopi *Sultaniensis* in Persia an. 1318. erecti a Joan. XXII. pro Dominicanis, qui & *Taurisiensem* in Media, vel Armenia iisdem dedit; nam pro Franciscanis Clemens V. erexit *Chambaliensem*, & Joan. XXII. *Sarajensem* in Tartaria, cui alteri suberat finitimus Caphensis Episcopatus; in Bulla enim Joan. XXII. *Caffa* dicitur an. 1322. *tunc villa infra Cambaliensis diœcesis limitem constituta*: hinc neque apud Laurentium Pignon, qui obiit an. 1446., neque apud S. Antoninum, qui paulo post decessit, Virorum Illustr. Ord. Præd. Scriptores extat hujus Hieronymi Episcopi memoria. Eodem errore ducitur Michael Pio de Viris Illustr. Dominic. par. 2., cum ad annum 1268. scribit *Joannem Rothomagensem* sui Ord. extitisse Episcopum *Capha*, & postea *Taurisiensem* in Persia. Capta autem fuit *Capha* a Turcis an. 1471.

MDCCCXXXIX.

HIERONYMUS TEGGHIA a Saxolo diœces. Regiensis ad colles supra Mutinam oppido Min. Conv. alumnus, & consanguineus Pauli Tegghiæ viri celeberrimi Gregorii XIII. a Secretis, seculo XVI. affecto vivebat humanioribus literis excultus, ejusque fertur extare

Patientis Redemptoris compassio, carmen elegiacum.

Imago Salvatoris a similitudine valaeram Francisci, carmine exametro.

Antonii Vlyssiponensis suspiria in Africam elega mss. in Biblioth. Cœnobii dicti oppidi ex Franchino in Biblios. n. 219.

MDCCCXL.

HIERONYMUS TERTIUS patritius Bergomas Min. Convent. sac. Theol. Mag. suæ provinciæ Mediolanen. Minister constitutus est an. 1517., & postea Commissarius Generalis, ad plures provincias pro patria Orator, cujus actiones, & encomia descripsit autor æqualis Bartholomæus Peregrinus in *Vinea Bergomensi* an. 1553. typis excusa cap. 116. par. 2. his verbis: *Hujus quoque Bergomensis vineæ indefessus cultor extitit ex Seraphica Religione ille Reverendus Pater Hieronymus Tertius, qui cum liberalibus disciplinis apprime eruditus, sacræque Philosophiæ, ac Theologiæ Doctor eminentissimus, facundissimusque Orator esset, & haberetur, ob nostræ urbis salutem ad Ludovicum Gallorum Regem Legatus missus civitatis Concilio bonum inde reportavit nomen. Hic paulo post per civitatis Concilium pro Urbanis rebus ad Viceregem Hispaniarum cum spectabilibus viris Oliverio Augusto Doctore, Christophore Romano J. C., & Comite Coriolano Brembato Orator missus est, nec non ad Maximilianum Imperatorem electus fuit Orator cum prædictis. Is igitur (ut tot memorabilia facta brevitatis causa prætermittam) pro populo catholico instituendo quamplurimas conciones, lectionesque habuit: minans ruinam Cœnobium reparavit suum: factiosos cives sui eloquii virtute pacavit: lites diremit innumeras: octuagesimum tandem annum agens in Domino obdormivit anno Christi 1541. ultima Augusti, ac in D. Francisci æde solemniter humatus est*: & quidem in sepulcro a communi aliorum distincto cum hac inscriptione:

„ Hieronymi Tertii viri pietate insignis, Ordinis
„ Minorum, domi, forisque clarissimi; Artium,
„ & Theologiæ Doctoris profundissimi; verbi Dei
„ præconis eloquentissimi; hujus Cœnobii magna ex
„ parte reparatoris diligentissimi; provinciæ Medio-
„ lani Provincialis Magistri æquissimi; omnibus citra
„ supremum sui Ordinis honoribus integerrime fun-
„ cti, emisso ad Deum spiritu, illustrique virtutum
„ fama ad mundi plagas, pars corruptibilis ad diem
„ usque novissimum hoc marmore tegitur. Vixit an-
„ nos octoginta: obiit pridie kal. Septemb. An. M.D.XLI.

Scripsit itaque

Conciones, & *Lectiones*, nempe Philosophicas, & Theologicas, quæ mss. forsan asservantur.

MDCCCXLI.

HIERONYMUS TINELLI e Monte Alcino in Hetruria Min. Conv. sac. Theolog. Magister haud mediocrem eruditionem pari cum pietate conjunxit, & Tridentino Concilio Theologus Mutinensis Episcopi interfuit, unde reversus, ab eodem Antistite plura quidem munia, sed & plura beneficia recepit, ut etiam Finalis nobilis illius diœcesis oppidi *Archypresbiter* extiterit ad annos 36.; ubi non sine sanctitatis fama obiit anno 1596. hoc *epitaphio* honestatus, quod in majori illius oppidi Ecclesia legitur:

„ Pacem æternam Fratri HIERONYMO TINELLO
„ Ilcinensi Ord. Min. viro omnibus virtutum nu-
„ meris absoluto, Theologiæ, sacrarumque litera-
„ rum misticæ hujus Templi per duodenas triete-
„ rides Rectori; cujus doctrinam Tridentum in
„ sacrosancta Synodo audivit; pietatem Finalis
„ aspe-

„ aspexit; prudentiam orbis suspexit: Qui dexte-
„ ritatis, & orationis clava monstro pernicialis
„ Finalensium discordiæ prostrato, impio furori
„ lacrymis lætitiæ parentans civile bellum penitus
„ funeravit: UNIVERSITAS FINALENSIUM velut
„ in parentem optime meritum gratitudinis dam-
„ nata hoc nunquam interituræ benevolentiæ signo
„ apprecatur. Ipse anno 1596. meritorum, & an-
„ norum onere pressus, ut gloriam indueret, ho-
„ minem exuit: nunc omnis particeps æternitatis
„ spiritu cœlum, cinere hoc Templum decorat.

Autor vero Pompar. Senen. par. 1. tit. 14. n. 52. postquam retulit, ejus agnates nunc in Senensi Collegio, quod *Magistratum* vocant, extare, affert & *elogium* in Alcinensi S. Francisci Ecclesia ei erectum:

„ Fratri Hieronymo Tinello Mutinensis Episcopi
„ in Tridentina Synodo Theologo, ejusdem diœ-
„ cesis Visitatori, Ædis S. Ambrosii Campi Ga-
„ jani Canonico, majoris Ecclesiæ Finalis Recto-
„ ri, & Cœnobii hujus munificentissimo benefa-
„ ctori.

Additque, eum, quod vir apprime doctus esset, scripsisse

Comment. super Psalmum CXVIII. *Beati immaculati in via*.

Augustinus Superbus, qui eo tempore vivebat, eique superstes fuit, in suo de Scriptor. Ord. Min. Catalogo ms. non semel citato adjungit reliquisse etiam post se sequentia Opera, quæ tamen desiderantur:

In Evangelia Quadragesimæ.
Super Orationem Dominicam.
Tractatum super Symbolum Apostol.
In Epistolam Pauli ad Romanos.
In libros Aristotelis de Anima; &
In quartum librum Sententiarum. Hunc Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 81. dicit mendose *Hieronymum Trivellum* ex Terrinca. Agunt de eo Rodulphius lib. 1. fol. 128., & lib. 2. fol. 265. in prov. Tusciæ, & Custodia Clusina, Cœnobioque Alcinensi. Antonius Terrinca in Theatro Hetrusco Minor., & Franchinus in Biblios. n. 220.

* HIERONYMUS TINUGIUS = V. *Hieronymus Pistoriensis*.

MDCCCXLII. 920.

HIERONYMUS TITUS = e Civitate Plebis in Hetruria, cujus provinciæ Minister etiam fuit, & in Universitate Perusina primùm Metaphysicam, mox & Theologiam diu interpretatus est: annoque 1625. unus fuit e quatuor Ministris Provincialibus, qui in Comitiis Gen. sunt delecti ad *Constitutiones Urbanas* componendas, teste Franchino in Biblios. num. 114. pag. 180., apud quem & n. 221. habetur

Synopsis Evangelica, idest Commentaria in Evangelicas narrationes. Senis apud Bonettos an. 1643. in 4.

MDCCCXLIII. 921.

HIERONYMUS TORNIELLUS = Novariæ nobili familia natus; anno 1487. cum *Lectoris* munere fungeretur, *epistolam* dedit ad *Angelum de Clavasio*, rogans eum, ut typis tandem suum Opus traderet, cui rescripsit Angelus, se ei Opus imprimendum mittere; ut in principio *Angelicæ Summæ* editionum Venetarum an. 1487. habetur; in aliis tamen editionibus, se Opus mittere dicit ad Jacobinum de S. Germano. Anno 1495. Aquilæ in Comitiis Gen. factus est *Vicar. Gener.* Cismontanus ex Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 26. Huic etiam *Vicario Generali* anno 1502. Fr. Seraphinus Mantuanus ejusdem Instituti *Sermones quadragesimales* Fr. Cherubini Spoletini nuncupavit. Tandem anno 1508. obiit Mediolani m. Augusti *tertio Vicarius Generalis* an. 1507. factus ex Chronicis lib. 8. cap. 33.

MDCCCXLIV. 922.

HIERONYMUS DE VALENTIA =

MDCCCXLV. 923.

HIERONYMUS DE VALERA = de quo agunt Nicolaus Antonius, Didacus Cordubensis, & Joan. a S. Anton.

MDCCCXLVI.

HIERONYMUS UBALDI patritiæ familiæ Perusinæ Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor ultra 20. annos in patria Philosophiam professus est, & Pisis in Academia 12. annis, ubi & vivendi finem fecit, reliquitque posteris plura mss.

De re Philosophica, & Commentarium in Aristotelem teste Oldoino in Athenæo Aug. Perusino. De eo mentionem faciunt Alexan. Balestrinus in Gymnasio Perusino, Cæsar Crispoldus in Perusia Augu., Ludovicus Jacobillus apud Continuatorem Annal. Min. Waddin. to. 19. ad an. 1555. n. 16., & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 77.

MDCCCXLVII.

HIERONYMUS VENETUS Strict. Observ. Reformat. prov. S. Antonii alumnus composuit

Opus de contradictionibus cum solutionibus ex Scoto tomis 2. conflatum, quod mss. asservatur in Biblioth. Patavina Minorum ex Relatione memoratæ provinciæ pag. 19. apud Archivum Ordinis Min. Matritense, teste Jo: a. S. Anton. to. 2. pag. 81. ubi tamen mendose legitur *cum solitudinibus* pro *cum solutionibus*: & cum Thomasinus qui ms. Bibliotheeam Patavinam publicavit an. 163.., hujus autoris non meminerit, facile conjicitur, Opus memoratum post illud tempus vel elaboratum fuisse, vel in illam Bibliothecam immissum.

MDCCCXLVIII. 924.

HIERONYMUS VERATUS = an. 1508. Socius fuit Reverendissimi P. Raynaldi Gratiani Cotoneolen. Ministri Generalis, cum Hispaniam se contulit visitandi simul, recuperandique caussa contra quorumdam conatum ablata; uti adnotatum legitur in schedis P. M. Francisci Ghinucci e Montevarchio tunc a Secretis Ordinis, quæ servantur in Tabulario dicti Conventus Montisvarchii in Tuscia, & ex Regesto. Ordinis Min. Conv. Romæ in Archivo Ordin. apud SS. Apostolos; & an. 1513. factus est provinciæ Bononien. Minister, & post alia, variaque sui Ordinis munia obita ex hac vita in patria decessit an. 1539., annoque insequenti *epitaphium* ei ponitur. In Kalendario namque ms. cartaceo, quod extat in Tabulario S. Francisci Ferrariæ ad calcem Catt. C. pag. 20. legitur: *die 27. Octobris An. 1539. obiit R. Pr. Mag. Hieronymus Veratus de Ferraria, qui fuit Provincialis M. provinciæ Bononiæ, Terræ Sanctæ, prædicator excellentissimus, in regimine rarissimus, virtutibus undequaque ornatissimus, & huic Conventui nostro Ferrariensi benefactor singularissimus; nam reliquit in morte possessionem Milliarii, & unam domum magni pretii, & trecentos aureos aureatos, & alia multa mobilia: & in vita huic Conventui, & Fratribus pauperibus in particulari incessanter benefa-*

ciebat: ideo tenentur omnes Fratres orare Deum pro ejus anima benedicta: erat enim filius unicus, & hæres matris suæ juxta literas, quas a Leone X. obtinuit an. 1516., & 1517. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. num. 18., & 42.; habuitque consanguineum *Jo. Mariam Veratum* Carmelitani Ordinis doctrina, & scriptis editis virum insignem. *Hieronymi* meminerunt Rodulphius lib. 2. fol. 267. in prov. Bonon., & Custodia, Conventuque Ferrarien., necnon Augustinus Superbus In Appar. Viror. Illustr. Ferrarien. par. 1., qui tradunt excessisse eum an. 1540. decepti ex epigraphi sepulchrali, quæ in marmorea arca, lapideque in medio fere Ecclesiæ sui Ordinis non longe ab Ara majori visitur cum ejus sculpta effigie, habetque:

" Fr. Hieron. Verato, qui emeritis per egre-
" gias virtutes humanæ vitæ stipendiis, auctus-
" que SS. Minn. dignitatibus D. Francisci Ordi-
" nem mirifice honestaverat; nec non & ceteris
" ejus numeri F., qui in Theologorum albo con-
" ser. erunt, F. Aug. Rig. Divini J. Consultus
" H. M. E. M. P. 1540. " Anno enim 1496. die 18. Novembr. ascriptus fuerat albo Theologorum Universitatis Ferrariensis ex Catalogo illius Collegii nuper in fine 2. partis Hist. Gymnasii Ferrarien. a Ferrante Borsetto publicato lib. 5. De eo & Dupinus in Supplem. to. 3., & post omnes Joan. a S. Anton. to. 2.

925.

HIERONYMUS A VIADANA = idem est, ac *Hieronymus Mengus* Vitellianensis vulgo *Viadana*, de quo jam actum est supra.

M D C C C X L I X.

HIERONYMUS VIPERANUS Siculus bonis literis, ac in primis Poësi delectatus; anno 1509. factus est Magister Grammatices Novitiorum Neapoli ex Regesto Ordin. Min. Conv. pag. 145. *prov. Terra laboris*. Inter alia dedit in lucem

De orta, vita, & gestis Martyris Laurentii Hymnum diffusum. Neapoli 1512. in 4. apud Sigismundum Maji; & citatur par. 3. Biblioth. Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconen. an. 1586. impressæ, ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2.

M D C C C L.

HIERONYMUS URBANI e Monte Politiano provinciæ Tusciæ Min. Conv. sac. Theol. Magister, & sui Ordinis in Urbe Roma Gen. Procurator an. 1584., de quo Franchinus In Bibliosoph. pag. 386. n. 242., conscripsit

Bullarium compilatum an. 1591. ex Bullis originalibus Florentiæ in Conventu S. Crucis Min. Conv. existentibus, quod ms. asservari in Cœnobio Montis Politiani Min. Convent. testantur Petrus de Alva in Apparatu ad Indiculum Bullarii Seraphici v. *Bullarium ms.*, editum, ut puto, dum Florentiæ Cœnobium regeret, & gubernaret.

M D C C C L I.

HIERONYMUS UTINENSIS in Forojulio provinciæ S. Antonii, seu Venetæ Regul. Observ. socius fuit S. Joannis a Capistrano, & bonarum literarum etiam amicus; quapropter scripsit

Vitam ejusdem S. Joannis Capistranensis satis eleganter, teste Petro Rodulphio lib. 1. fol. 115. Hist. Seraph. de præfato S. Joanne verba texente, necnon Antonio Amico Aquilano J. V. D. in præmissis ad librum ejusdem S. Joannis *De judicio universali* a se Venetiis an. 1578. vulgatum. Laudatur hic autor in primis a synchrono Scriptore *Joanne Taleacotiensi* ejusdem Instituti, de quo suo loco dicetur, altero memorati S. Joannis socio, a stylo politissimo; ac in dicendi genere præclarum ipsum prædicat: forsan & alia scripsit, ut *Orationes*, & *Conciones*, quæ ignorantur. Meminit & Sedulius in notis ad vitam ejusdem S. Joannis, & post hos Joan. a S. Anton. to. 2.

M D C C C L I I.

HIERONYMUS ZAPATA Hispanus Regul. Observ. prov. Angelorum, & concionator eruditus edidit

Concionem de Immaculata Conceptione Regiam Angelorum pro decreto de ea a Gregorio XV. expedito. Hispali 1622. in 4. typis Francisci Lyræ.

Orationem de pompa funerali D. Andreæ de Guzman, & Acaña. Ibid. 1633. in 4.

Contionem de Conversione S. Pauli Apostoli habitam ad Hispalen. Ecclesiam. Ibid. an. 1622. in 4. apud eundem.

Orationem funebrem in exequiis Marchionissæ Algavensis Antoniæ Portocarrero. Ibidem 1647. in 4. apud eumdem.

Historiam Susannæ discursibus litteralibus, mysticis, ac moralibus illustratam hispano idiomate. Extat ms. in fol. Hispali in Biblioth. Conventus S. Anton., teste Joan. a S. Anton. Laudatur etiam a Petro de Alva col. 619. Militiæ Univ., & in Chron. suæ provinciæ fol. 492.

M D C C C L I I I.

HILARION PICHUS Biturgiensis, seu e Burgo S. Sepulchri scripsit, ediditque Perusii anno 1538.

Vitam Ven. Fratris Bartholomæi Cordoni Tiphernatis Ord. Min. sanguine, & christianis virtutibus illustris an. 1535. vita functi, quam & dedicavit Marino Card. Grimano tunc Perusino Legato ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1535. n. 40.

M D C C C L I V.

HILARION SACCHETTUS Florentinus senior nobili prosapia genitus Reg. Observ. institutum amplexus eo vitæ tenore, atque doctrina profecit, ut etiam *Vicarius Gen.* sui Ordinis extitisse inveniatur; quo quidem munere

Epistolam latinam eleganter scriptam an. 1520. dedit ad Raphaelem Maffei Volaterranum virum disertissimum, quam dudum evulgavit Franciscus Cionaccius Florentinus in Hist. B. Humilianæ de Cerchiis par. 2. cap. 14. *Fratri Hilarioni* pro fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe scripsit Clemens VII. an. 1525. ex Reg. Pontif. apud Waddin. in Annal. Min. De eo & in vita Ven. Fr. Stephani a Molina Reform., & pluries in Annal. Minor. Waddingi.

* HILARION vero Junior ejusdem familiæ, ac instituti neque vita, neque doctrina inferior floruit insequenti seculo discipulus Francisci Petigiani Aretini, Theologus, & concionator clarus; vulgavitque

Comment. Francisci Pitigiani in 8. libros Physicorum Scoti. Venetiis an. 1617. in 4. typis Guerilii.

Comment. in 3. & 4. partem Theologiæ ejusdem Pitigiani. Ibid. in fol. an. 1619.

Practicam criminalem canonicam ejusdem Pitigiani auctiorem, & castigatiorem. Ibid. an 1621. in 8. typis Joan. Baptistæ Ciotti, teste ipsomet Waddingo in *Francisco de Pitigianis*, & Anton. Terrincano in Theatro Hetrusco Minor., nec non Julio Nigro in Scriptor. Florent. Juniorem hunc memorat & Joan. a S. Anton. to. 2. MDCCCLV.

MDCCCLV.

HILARIUS ALTOBELLUS a Monticulo provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theolo. Magister, die 8. Decembris 1591. *Doctoratus lauream* accepit in suæ provinciæ Capitulo Firmi coacto ex Regesto Ordinis Romæ in Archivo apud SS. Apostolos pag. 169., & 174., factus postea an. 1592. die 29. Januarii *Pater Romani Conventus SS.* XII. *Apostolorum*. Omnibus fere numeris vir absolutus quamcumque disciplinarum liberalium, ad quas a natura quodammodo factus videbatur, percurrit; linguis etiam præter latinam, gallica, hispanica, illyricaque ita familiariter utebatur, ut *carmina* subinde componere sit compertum: pluribus autem sui Ordinis rectis Gymnasiis, inter quæ illud Firmi an. 1595.; provinciæ Orientis Ministerio decoratus; a Secretis Ordinis; in Piceno, Aprutio, & Styria Gen. Commissarius; a Card. Francisco Boncompagno Theologus adhibitus nunquam a scribendo feriavit; Mathematicis disciplinis, Gnomonicæ, Algebræ, Astronomiæ, Geometriæ, Altometriæque summopere, & præ ceteris delectatus, Historiam tamen non prætermisit, neque verbi divini prædicationem. Ejus Opera sunt:

De proxima Reipublicæ Venetæ inclinatione ex astris conjectura. ms. extat Paris. in Biblioth. Regia n. 6388. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 762.; ubi mendose legitur *Celtobelli*, pro *Altobelli*. Ex Theulo vero in Triumpho Seraph. scripsit etiam sequentia:

Dialogus Theologicus.

De occultatione Stellæ Martis edit. an. 1615.

De nova Stella.

Nova doctrina contra opinionem Aristotelis circa generationem Cometarum epistola italice. Venetiis 1627. typis Jacobi Sarzinæ in 8. edit. 2.

Tabulæ Regiæ Astronomicæ ad Franciscum Card. Boncompagnum editæ anno 1628. Maceratæ typis Joan. Baptistæ Bonomi in 4.

Chronica numeri annorum mundi, & Ordinis Minor. inchoata ms. in fol. Romæ in Archivo Conventus S. Isidori.

Chronica Conventuum S. Francisci Conventual. provinciæ Marchiæ, quæ amissa putavit Franchinus in Bibliosoph. n. 235., olim extasse ferunt Sarnani apud nostros, nunc autem habentur mss. Romæ in Archivo S. Isidori. Præterea ejusdem

Animadversio physica in Novilunium Eclypticum observatum Veronæ die 24. *Decembris anno* 1601. *ad Rodulphum II.* Imper. extat ms. in Biblioth. Vatic. ex libris Reginæ Sveciæ, ut Bernardus Montfaucon habet to. 1. Bibliothecæ Bibliothecarum mss. pag. 58. n. 2013., ubi & addit extare *Joannis Kepleri Examen ejusdem Animadversionis physicæ*.

Plures *epistolas* eruditionis plenas ad diversos literatos viros scripsit, quas citat Henricus Zuck Agrippinas Epist. in Apologia Jo: Anton. Magini Patav. Mathematici suarum Ephemeridum contra Davidem Origanum an. 1604. cusa n. 4.; earumque aliquas misit præcipue ad V. C. Galilæum, quæ Florentiæ servantur apud Nobilem Virum Joan. Baptistam Nellum; unamque harum an. 1754. vulgavit V. C. Joan. Lamius in *Nov. Litter.* n. 7. die 15. Febr. Florentiæ, an. 1610. Anconæ datam die 15. kal. Maji ad eumdem Galilæum Patavii publice Mathesim profitentem, qua eum admonuit, *ex necessario positis* conjici, certoque affirmari posse, 5. *planetas circum Saturnum* ferri; quod ita esse, post eum observarunt Hugenius, & Cassinius senior, aliique postmodum astrorum cultores.

In Comitiis Gener. Romæ coactis an. 1617. Ordinis sui *Chronologus* declaratus fuit; obiitque octogenarius vel an. 1628., vel paulo post; nam anno 1626. adhuc inter viros reperitur. Ejus cum laude meminerunt Maginus *de primo mobili*, Keplerus *de Stella Serpentaria*, Laurus Perusinus *de Anulo*, Angelus Bellomi in *Anagram. libris*, & Canobius in *Annalibus Veronen.*

MDCCCLVI.

HILARIUS BIRIFF Gallus, & ut conjicitur, prov. Parisien. publici juris fecit

Commentaria in IV. *Evangelia*. Parisiis an. 1581., teste Dupino in Supplemento to. 3., & ex eo Joan. a S. Anton.

MDCCCLVII.

HILARIUS COQUI Gallus Conventus Axuenensis Guardianus vivebat an. 1567., & vernacule typis dedit

Compendium Antiquitatum Axuenensium laudatum a Jacobo Le-Long lib. 4. Biblioth. Gallicæ n. 15080., & ex eo Joan. a S. Anton.

MDCCCLVIII.

HILARIUS MONT-LOVYS Gallus prov. Parisiensis vernacule condidit

Genealogium animæ fidelis, ac devotæ a mundi constitutione usque ad an. 1649., quo impressa fuit Parisiis in fol., teste Petro de Alva col. 619. Militiæ univ., & ex eo Joan. a S. Anton.

MDCCCLIX.

HIMERIUS DE ANSELMIS Cremonensis Regul. Observ. scripsit anno 1501.

Sermones super Evangeliis tomis 3.

Super Epistolis D. Pauli tomis 2.

De Statu religioso, & claustrali libros 10. Ita refert Franciscus Arisius in Cremona liter. to. 1. ex Bressiano in V. R.; sed mihi autor iste suspectus est.

MDCCCLX.

HIPPOLYTUS BRIXIENSIS Capuccinus, sanguine clarus, ecclesiastes egregius, & sac. Theologiæ subtilis Professor scripsit, & effinxit

Icones nonnullas ad pleniorem abstrusissimæ litteræ libri Apocalypsis intelligentiam, & Commentariis elegantissimis loca difficiliora illustravit. Brixiæ an. 1638., inquit autor Biblioth. Capuccinor., & ex eo Joan. a S. Anton.

MDCCCLXI. 926.

HIPPOLYTUS DONESMUNDUS = Regul. Observ. alumnus, concionator insignis, cujus

Historia Ecclesiastica Mantuæ suæ patriæ prodiit etiam an. 1616. ex Langlet, & autore Biblioth. Italicæ pag. 61. in 4.

Historia S. Mariæ Gratiarum prope Mantuam cusa est an. 1604.; quam citat Hieronymus Mengus ejusdem Instituti lib. 2. c. 12. Thesauri cœlestis B. V. Mariæ; postea Casali an. 1630. in 4. typis Bernardi Grassi ex Joan. a S. Anton. Scripsit etiam

Conciones 7. *super Angelica Salutatione Ave Maria* italice, Isabellæ Ursinæ Gonzagæ Comitissæ Guastallæ dicatas. Veronæ an. 1618. in 4. per Joan. Baptistam Marinum; extantque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Conciones super Magnificat, ut ex Andrea de Peruzinis autore æquali, ejusdemque Instituti refert

Pe-

Petrus de Alva col. 622. Militiæ univ. De eo & Marraeius par. 2. Biblioth. Marianæ, & Joan. a S. Anton.

* HIPPOLYTUS FANTOCCIUS = V. infra *Hippolytus Pantoctius*.

MDCCCLXII. 927.

HIPPOLYTUS FLORENTINUS = ejus

Opusculum de miraculis B. Humilianæ de Circulis Florent. 3. Ord. S. Franc. una cum *Vita* ejusdem Beatæ ex ms. Biblioth. S. Crucis Floren. editum est ab Act. SS. Collector. Bolland. to. 4. Maji die 19., ut in *Vito Cortonensi* fusius etiam dicitur; scriptumque fuit an. 1249.

MDCCCLXIII.

HIPPOLYTUS LYRICIUS Polonus Min. Conv. vir pius vivebat an. 1600., cujus typis cusa extat

Philadelphia fraternitatis quatuor Ordinum Mendicantium. Cracoviæ an. 1607. in 4. per Nicolaum Lobium;

Methodus vitæ communis pro Minor. Conventual. Ibidem an. 1615.

De Confraternitate Chordigerorum, additis nonnullis Orationibus, & Hymnis ad S. P. Franciscum. Ibidem typis Andrionii Matthiæ.

De modo recitandi coronam B. V. Mariæ cum Orationibus, & meditationibus de eadem. Ibidem ex Franchino in Bibliosoph. n. 297.

MDCCCLXIV.

HIPPOLYTUS MAFFÆUS Delaitus Rhodiginus exeunte seculo XVI. inter Min. Convent. edidit hetrusca lingua

Effigiem hominis in umbra mortis ad Crelium Nicolium. Tarvisii anno 1593. in 4. typis Aurelii Reghettini, teste eit. Franchino n. 238.; agitque de meditationibus hujus vitæ, ac mortis. De eo Bartholomæus Burchelatus Tarvisinus Philosophus, ac poeta cecinit tetrastichon:

» Cum superes alios hoc libro arte, atque
» lepore,
» Hippolyte; & tempus sic superabis edax.
» Nam vitæ casus referens, mortisque trium-
» phum,
» Mortuus & vives nomine, mente, fide.

MDCCCLXV. 928.

HIPPOLYTUS PANTOCIUS = leg. *Fantocius Delphicus*, qui inter vivos erat an. 1550., Min. Conv. alumnus; erronee *Philippus*, & *Regul. Observ.* dictus ad an. 1548. in Continuat. Annal. Wadd.

Poema *Gritias* prodiit Venetiis an. 1541. per Benedictum de Bindonis, cujus & meminit V. C. Apostolus Zenus epist. 73. vol. 3. p. 116. data an. 1736. Annibali de Abbatibus Oliverio Pisaurensi. Dicatum est Andreæ Gritti Duci Venetiarum, agitque de *ejus laudibus*.

Feltrias incipit

» Feltranas acies belli flagrante tumultu,
» Magnanimumque Ducem canimus, qui
» temperat arcem &c.

Quatuor libris divisum, & *Francisco Mariæ Urbinati* Venetorum militum Duci dicatum. Extat ms. in 4. Ravennæ apud nostros, & in Biblioth. Classensi PP. Camaldulen.

Orationem latinam de laudibus Venetæ urbis habitam in Comitiis Generalibus anno MDXLVI. Venetiis celebratis; ibidemque typis evulgavit in 4., cujus & Apostolus Zenus meminit in eadem epistola.

Ejus *epigramma* etiam legimus præmissum *Commentario Iacobini Bargii* in 1. lib. Senten. Scoti Patavii an. 1560. impresso.

De eo Rodulphius lib. 3., & post eum alii. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum, citatque Oldoinum in Athenæo Perusino.

MDCCCLXVI. 929.

HIPPOLYTUS A PONTE = sac. Theol. Magister e latino in italicum idioma transtulit libris 2.

Compendium Vitæ S. Antonii Patavini, ut ipsemet scribit in epist. ad Ludovicum S. Bonifacii Comitem, & Patavinum Canonicum Compendio præmissa. Quis autem autor fuerit illius *Compendii*, nempe *Xicco Polentonus* Patavinus, qui anno 1433. vivebat, & scripsit, non indigitavit: In fine autem ejusdem Compendii adjecit *Bullam* Sixti IV. Indulgentiarum Templo S. Antonii Patav. collatarum, & *Epitomen Sanctorum Ordinis Minorum* lingua vernacula. Bollandii porro to. 3. Junii die 13. in Vita S. Antonii Patav. plus æquo fidentes Waddingo *Compendium* istud aspernati non paucis Vitam eamdem adminiculis privarunt: habet enim quædam præsertim *miracula*, quæ vel alibi non leguntur, vel ex ipso deprompta noscuntur, utpote suo tempore patrata; ut lib. 1. cap. 13., & 14., & lib. 2. cap. 9., & 11.

MDCCCLXVII.

HIPPOLYTUS DE SCALVE, qui locus est in agro Bergomensi, dicitur exposuisse, quo tempore non promitur,

Regulam S. Patris Francisci ex Petro de Alva in Portento Gratiæ tab. 1. n. 63. pag. 15., teste Joan. a S. Anton.

MDCCCLXVIII. 930.

HONORATUS DE CHAMPIGNI = *Borthart* cognomine, cujus *Vitam* scripsit Henricus Caletensis ejusdem Instituti, ut supra de eo agens Waddingus tradidit. De eo Arturus die 26. Septem. in Martyrol. Franciscano, fusius autem autor Biblioth. Capuccin., Marcellinus Pise to. 3. Annal. Capuccin., & Suessayus in Martyrol. Gallico; sub cujus imagine legitur sequens epigramma:

» Dum mundi vanos humilis fastidis honores
» Fit tibi divino dignus honore coli.
» Nomen Honoratus prædixerat; addita vir-
» tus
» Id meruit, quod nunc gloria jure da-
» ret.

Tanta enim vitæ sanctimonia refulsit, & tantis a Deo signis etiam post mortem ornatus fuit, ut pro ejus Canonizatione Ludovicus XIII. Rex Galliæ literas dederit anno 1637., & 1639. & ad suum in Curia Rom. Oratorem, & ad Summum Pontificem Urbanum VIII.

MDCCCLXIX.

HONORIUS CARPENTERIUS Foroliviensis Regul. Observ. Philosophiæ Lector Bononiæ, & ecclesiastes in Italiæ præcipuis civitatibus auditus evulgavit sermone italico

Conciones Quadragesimæ, & Dominicarum anni. Forolivii an. 1611. in 4. per Franciscum Surianum, teste Paulo Bonolo Hist. Forolivien. lib. 12. sub an. 1605., & Eq. Georgio V. Marchesio de Viris Illustr. Foroliv. lib. 2. cap. 8.

MDCCCLXX. 931.

HORATIUS DE CAPOSALE = ab oppido Principatus Ulter., Beneventanæque regionis Min. Convent. Opus edidit in 4.

MDCCCLXXI.

M D C C C C L X X I.

HORATIUS CIVALLA Maceratæ in Piceno parentibus nobilibus ortus, quod puer a faucibus mortis sit precibus S. Francisci, & voto a genitoribus emisso erutus, Ordinem ejusdem Sancti, dum per ætatem licuit, inter Minores Conventuales ingreditur, eoque ibi & morum honestate, & doctrinæ ubertate progressus fecit, ut in patria primum Philosophiam publice docuerit, deinde Perusina in Universitate Theologiam anno 1587. sit interpretatus; mox an. 1594. suæ provinciæ præfecturam gessit, iterumque anno 1611.; scripsitque isthæc:

Discorso spirituale del male considerato tempo di carnevale per gli molti inganni, e diversi stratagemmi del diavolo inimico dell' umana salute. Perusii an. 1589. in 8. typis Petri Pauli Orlandi; & iterum Maceratæ an. 1620. typis Jo: Baptistæ Carboni cura Fr. Ansovini de Sarnano tit. *Stratagemmi del nemico infernale*.

De Sacramento extremæ Unctionis. Maceratæ an. 1618.

La Vedova Cristiana. Ibid. an. 1619.

Tempio di lodi a S. Francesco: Raccolta di Poesie volgari, e latine, antiche, e moderne in lode di S. Francesco con le Annotazioni del P. Civalla impres. an. 1620. cura P. M. Antonii Sarnani in 4. typis Carboni Maceratæ cum ejusdem Tractatu *de Stigmatibus S. Francisci*.

Annotationes ad librum P. M. Io. Antonii Delphini de nobilitate, & varia provincia Marchia nomenclatura. Perusii an. 1622. impress., teste Felice Ciatto apud Franchinum.

Delli istromenti della Passione di N. S.

De Sepulchro Christi.

De fructuoso tempore Quadragesimæ.

Triplex disputatio de Sacerdotio, Episcopatu, & primo Ecclesiæ Episcopo.

Apologia pro Scoto in quartum Sentent. cum notis adversus Dominicum Sotum.

Visita triennale, che divisa in tre parti contiene le cose più notabili della provincia, e de' Conventi della Marca Anconitana. Quæ sex *Opuscula* mss. servari in Biblioth. Conventus S. Francisci Maceratæ testatur Franchinus in Biblios. n. 239. Ibidem etiam habentur ejusdem

Epistolæ plurimæ, quas ad diversos, & diversi ad eum dederunt, tomis pluribus mss. ex eodem Franchino lib. cit. n. 267. §. 17. in *Matthæo Ferchio*.

Waddingus ad an. 1399. n. 30. hujus meminit, aitque multa scripsisse *de naturalium, politicarumque rerum varietate*, & egregium instruxisse Musæum in sua patria.

Floruit eodem tempore *Jo: Baptista Civalla* forsan *Horatii* frater ejusdem Instituti Regul. a S. Genesio dictus, qui anno 1603. factus est Austriæ provinciæ Minister; exinde fuit an. 1608. Episcopus Nigropolitanus, & Olomucensis Ecclesiæ Suffraganeus, Præpositus Creminiciensis, & Canonicorum Regular. Omnium SS. Olomucien. Prælatus; quo loco ex hac vita migravit in majori, ac Cathedrali Ecclesia humatus an. 1617. ex autoribus *Quinti Seculi provinciæ Austriæ Ord. Min. Conv.* an. 1734. Neostadii vulgati; a quibus dicitur vir doctrina, prudentia, morumque integritate insignis.

M D C C C C L X X I I.

HORATIUS COLUMBANUS Veronensis Constantii Portæ discipulus in arte musica, in qua valde peritus evasit, pluribus in locis Min. Conv. sacris modulationibus præfectus fuit, quo in munere quamplura composuit, edidítque

Sacra, quæ musicis notis canuntur passim in Ecclesiis. Brixiæ an. 1580. in 4. apud Vincentium Sabbium, & Venetiis 1583., & 1587. per Jacobum Vincentium, & Ricciardum Amadinum, aliosque.

* HORATIUS DIOLA, quem hoc loco ex Petro de Alva in Militia col. 630. Joan. a S. Anton. *Minoritam* dicit, fuit vir secularis, & laicus, etsi S. Francisci, ejusque Ordinis Historiam italicam fecit.

932.

HUGARIUS = hic nullus est; sed est *Anonymus Hungarus*, qui in Cœnobio Pestiensi composuit Opus inscriptum *Biga Salutis*: quare v. *Anonymus Hungarus* supra: mendum enim fluxit a Rodulphio lib. 3.

M D C C C C L X X I I I.

HUGO AQUENSIS Gallus ab Aquis Sextiis, vulgo *Aix*, prov. S. Ludovici Capuccinus, Senatoria familia progenitus sub Henrico IV. Galliæ Rege prætoriæ cohortis miles fuit, inde ad Ordinem S. Francisci vocatus maxima austeritate, & singulari abstinentia vixit; gallice composuit Opusculum tit.

Flammas divini amoris, quibus per plures orationes jaculatorias cor nostrum ad Dei dilectionem excitetur. Tolosæ, & Aquis Sextiis sine nomine. Obiit Salonii an. 1620. ex autore Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

* HUGO BILOVIUS, quem recenset Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 84. ex Waddingo in Annal., & Angelo a S. Francisco, & in append. ex Aug. Wite, fuit Ord. Prædicator. S. R. E. Card., & Episc. Ostiensis a Nicolao IV. creatus an. 1288., de quo Scriptores Dominicani.

M D C C C C L X X I V. 933.

HUGO CARBONELLUS = edidit etiam

Artis Lullianæ, seu memoriæ artificialis secretum explicatum, Oratoribus, & Prædicatoribus utilissimum. Parisiis anno 1633. in 8. apud Joan. Laguehay ex Catalogo Operum *B. Raymundi Lulli* apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 5. Junii die 30., & aliis. Hunc laudat Jacobus Le Long in Biblioth. sac. pag. 667.

* HUGO DE CASTRO NOVO = V. *Hugo de Novo Castro*.

M D C C C C L X X V. 934.

HUGO CAVELLUS = declaratus *Archiepiscopus Armachanus* ab Urbano VIII. dum ad iter in Hiberniam se accingit, insperato fato abripitur, ait Nicolaus Vernulæus pag. 174. Academiæ Lovaniensis. Composuit

Catechismum Hibernum, quo hæreses Lutheri, & Calvini breviter, & nervose refelluntur, ut liquet ex Relatione Romani Collegii S. Isidori, ubi forsan ms. asservatur.

Scoti Comment. in 4. libros Senten. cum *Scoti Vita*, *Apologia*, & *appendice* sunt tomi 3. in fol.

Scoti Commentaria, seu Reportata Parisiensia cum *Quolibetis* prodierunt post annum 1626., eo mortuo.

Ejus *Commentaria in 23. Quæstiones Scoti super lib. de Anima*, quibus adjecit *Supplementum* ad reliquas *de Anima quæstiones* disput. 4. una cum *Pa-*

negyrico Nicolai Veraalei in laudem Scoti primo prodierunt Coloniæ an. 1603. ex Joan. a S. Anton., deinde Lugduni anno 1625. in 4. sumptibus Claudii Landry.

Tractatum de peccatis etiam edidit, quem ms. citat Mastrius in 1. Senten. lib. disput. 3. quæst. 3. art. 4. n. 110.

Cavelli Rosariam, ut conjicio, *pro Immaculata B. V. M. Conceptione* adducit Claudius Frassen in Comment. Theol. Dogmat. to. 8. tract. 1. disput. 3. art. 3. sect. 3. quæst. 1. *de illibata Conceptione B. V.*, & iterum §. 5. *secalo* XIII.

M D C C C C L X X V I. 935.

HUGO DE DINA = leg. *de Digna* in Narbonensi Gallia, nunc vulgo *Provenza*, frater B. Rossolinæ Virginis Carthusianæ, Elzearii Episcopi Diniensis, & Helionis Equitis Hierosolymitani ilniusque Ordinis Magistri, filius Beatricis filiæ Elzearii de Sabrano Ucetensis, & consobrinus S. Elzearii Comitis Ariani Tert. Ordinis S. Francisci ex Papebrochio to. 5. Maji Act. SS. die 11. in Vita B. Rossolinæ. De eo agit plurihus Salimbene Parmensis ipsius amicus in Chron. ms. pag. 303., & seqq., vocatque *Fratrem Ugonem de Bariola, qui & de Digna, quem Lombardi Fratrem Hagonem de Mont pessulano dicebant*. Deinde sequitur: *hic erat unas de majoribus Clericis de mundo, & solemnis prædicator, & gratiosas tum Clero, quam populo, & maximus disputator, & paratas ad omnia . . . lingaam disertissimam habebat, & vocem tamquam tubæ sonantis . . ., semper ad omnem responsionem erat paratas, mirabilia dicebat de cælesti Curia, & de gloria Paradisi, & terribilia de infernalibus pœnis . . . spiritualis homo altra modum, ita ut alterum Paulum crederes te videre, seu alterum Helisæum; nam in diebas suis non pertimait Priacipem, & potentias* &c. Hic est ille *Fr. Hugo magnæ sanctitatis vir*, qui, teste Petro Matthæi in Histor. S. Ludovici IX. Regis lib. 3. to. 1., in Insulis Stœchadibus maris Ligustici concionem habuit coram prædicto S. Rege an. 1254. de Syria revertente: quique, quoniam Rex & doctrina, & dicendi libertate summe delectatus apud se eum habere cupiebat, solitudinem Claustrorum in Aulam commutare recusavit; de qua re etiam autor suppar Joan. Joinvillius in Vita S. Ludovici Regis meminit cap. 27. apud Act. SS. Continuat. Bolland. sub die 26. Augusti. Paulinus Puteolanus Episcopus in Speculo gestorum Mundi cap. 229. par. 26. de iis, qui in Ordine S. Francisci floruerunt, ait: *Hugo in Provincia, qui ibidem apud Areas incœpit Ordinem Saccitarum* &c.; quod etiam narratur a Salimbene Chron. pag. 305. Amicitia conjunctus erat Fr. Adamo de Marisco, & B. Joan. de Parma Ministro Gener. ex eodem Salimbene Chron. pag. 438., & alibi, dicitque obiisse apud Massiliam, sepultum *in Choro Ecclesiæ Fratrum Minorum in arca saxea, quem Deas miraculis demonstravit illustrem*. Etiam Joinvillius citatus scripsit *multa patrasse præclara miracula*. Hujus B. Viri vitam hispano sermone scripsit, vulgavitque D. Cornejus to. 2. Chronicorum Ordinis lib. 5. cap. 35.

Expositio in Regalam S. Francisci una cum altero, sed sine nomine autoris,

Tractatu de paupertate, seu *Dialogo inter zelatorem paupertatis, & inimicum domesticam ejus*, vulgata legitur in Speculo Min. tract. 3., Firmamento Trium Ordinum edit. Ven. an. 1513. par. 3.; & Monumentis Ord. Min. edit. Salaman. 1511. tract. 2., in quibus erronee asserit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 86. omnia hujus Opera contineri.

De finibas paupertatis extat ms. Florentiæ in Laurent. Medic. Bibliotheca plut. 17. cod. 29. membr. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 280. Biblioth. mss., ejusque in fine ait legi: *ad usam Francisci Tedaldi de Mucillo*: sed reponendum: *Fratris Thedaldi de Mucello*; est enim ille *Frater Tedaldas a Casa* de Mucello, al. Mugello Ord. Min. vir illustris, qui tempore Francisci Petrarchæ vivebat, & de quo suo loco dictum est. Fr. Petrus Joannis Olivi eadem ætate vivens in eadem provincia in Defensione suorum articulorum an. 1285. edita art. 13. *de usu paupere* citat *Libellam de finibus paupertatis Fr. Hugonis viri in diebus suis famosissimi, atque sanctissimi*: erat igitur mortuus an. 1285.

Tractatum de triplici via sapientiæ ei adscribit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2.

Constitutiones pro Fratribus Tertii Ordinis Rodulphius lib. 2. fol. 286. in provincia Provinciæ, & Custod. Massiliæ asserit condidisse pro *Dulcina* ejus sorore, aliisque matronis, quæ ipsius exhortatione a seculo remotam ducere vitam statuerunt: easdemque adhuc suo tempore asservatas fuisse Massiliæ memorat. Etiam Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 2. lib. 5. cap. 1. ex antiquis Chronicis, & Mariano docet, Hugonem edidisse Regulas, & Ordinationes pro *Dulcina* ejus sorore, aliisque matronis. Hanc Fr. Salimbene in Chron. ms. pag. 439. vocat *Douolinam*, eamque commendat ab extasibus: nullum Regulare Institutum dicit amplexam, sed solummodo ob devotionem in D. Franciscum chorda se cinxisse.

Manaale de laudibus S. Mariæ Hagonis Minoritæ ms. extat Parisiis in fol. magno in Biblioth. Regia cod. 3683. ex Catalogo Montfauconi to. 2. Biblioth. mss. pag. 744.; an autem hujus, vel alterius, nondum comperi

In libros Sententiarum quoque scripsisse puto, & forsan hic ille est, quem Fr. Jacobus Trisantus indicat in fine 4. *libri Senten.*, dum inquit, ea, quæ scripsit, excerpsisse ex libris *Doctorum fratris Bonaventuræ, fratris Riccardi, fratris Ugonis, & fratris Thomæ de Aquino*: non enim potuit innuere *Hugonem e Novocastro*; cum is adhuc an. 1322. in vivis esset; Jacobus autem scripsisse videtur antea, ut suo loco dicetur; de qua re tamen nihil certi decerno.

* HUGO ETRUSCUS, quem hic recenset Joan. a S. Anton., est *Hugo a Prato provinciæ Tusciæ*, de quo infra. Tractatus vero *de triplici via sapientiæ*, qui nullo monumento ei adscribitur, est *Hugonis de Digna*, de quo supra.

M D C C C C L X X V I I.

HUGO DE HERTIPOLL, al. de Hargilopo Anglus sac. Theol. Doctor, & suæ provinciæ Minister, quem Antonius Vood in Hist., & Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 2. pag. 69. & 73. tradit constitutum fuisse *Procuratorem* Collegii Baliolensis Oxonii a Joanne Balliolo Milite, Regisque Scotorum patre designato an. 1267., cum anno 1302. in Italiam transfretasset ad Comitia Generalia Genuæ celebrata, & postea Romam, & Asisium loca sacra veneraturus se contulisset, postremo loci decessit in S. Patris Basilica tumulatus cum hac brevi epigraphi, quam refert etiam autor Collis Paradisi lib. 1. tit. 45., sed paulo aliter: *Hic*

Hic jacet Frater Hugo de Hergilpol Angliens Magister in sacra Theologia quondam Minister Angliæ, qui obiit III. id. Septembr. anno Domini MCCC. *stdō. Orate pro anima ejus.*
Meminit autem ejus etiam Rodulphius lib. 2. fol. 239. de XXVI. *Capitulo* Generali disserens, & perperam scribit obiisse an. 1303., diciturque ab eo *Vgo de Hargrlpol Anglicus Theologus insignis*, uti & Catalogus provinciæ Angliæ Ministrorum apud cit. autorem Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 79.; & scripsisse fertur

Comment. in quatuor libros Senten.
Quæstiones disputatas;
Conciones de Tempore, & *alia*.

M D C C C L X X V I I I. 936.

HUGO DE HIBERNIA = non *forte*, ut scribit Joan. a S. Anton., sed *certo* idem est, ac *Hugo de Irlanda*; notum enim est Hiberniam nunc dici Irlandam: temporibus Eduardi Regis seculo XIV. floruit, deque eo agit Vossius de Histor. Latin. lib. 3. cap. 9., & ante eum Anglus, & heterodoxus Balæus de Scriptor. Angl.

Relationem suorum Itinerum composuit; nec non

Tractatus varios, teste Ludovico Morero in Dictionario Gallico.

M D C C C L X X I X.

HUGO MAGNESIUS Hibernus Strict. Observ. Reformat. discipulus Hugonis Cavelli supramemorati, & Episcopus Dunensis in Hibernia edidit

Apologiam Apologiæ pro V. Subtili Doctore. Parisiis an. 1623. in 4. apud Michaelem Sonnium, & Coloniæ Agrippinæ an. 1635. in fol. sumptibus Bernardi Gualtheri ex Joan. a S. Anton.

937.

HUGO DE MANCESTRIA = Narrat Thomas Walsingham Anglus ad an. 1295. hunc Hugonem *Ordinis S. Dominici* una cum Gulielmo Gainesburgo *Ord. Minorum* ab Eduardo I. Angliæ Rege ad Philippum Francorum Regem pro componendis in Aquitania rebus legatum fuisse, ut etiam notavit ipse Waddingus supra in *Gulielmo Gainesburgo*: Eysengrenius igitur decepit Rodulphium lib. 3., aliosque..

938.

HUGO NARBONENSIS = hic censeri potest *Hugo de Digna* provinciæ Narbonensis, nunc vulgo *Provenza*, ut dictum est supra. Waddingum exscripsit Joan. a S. Antonio. Quæ vero ipsi tribuuntur *Commentaria* ex Rodulphio, sunt *Hugonis de Novocastro*, de quo infra mox.

M D C C C L X X X. 939.

HUGO DE NOVOCASTRO = quem *Doctorem Parisiensem* Bartholomæus Pisanus scriptor illius seculi XIV. Confor. XI. par. 2. in prov. Franciæ, & Conventu Parisien. tradit ibi sepultum fuisse, ac scripsisse ea, quæ de eo feruntur. Citatur autem ab autore synchrono Alfonso Toletano in 1. d. 1. quæst. 4. art. 3.; Gulielmus autem Vorilongus in 4. d. 48., & alibi sæpe, nec non Bernardinus Busti in Rosario par. 2. serm. 9. p. 1. & *libros Sententiarum*, & alterum *de Antichristo* producunt. Erravit vero Joan. Garetius de *Sacramento Altaris* clas. 1., dum hujus autoris Comment. *in 4. lib. Senten.* adducens existimavit floruisse an. 1404.

Opus Hugonis super 4. libros Senten. dupl. olim extabat ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 32. vers. Eccles. n. 366., & 367.; nunc ibi habentur 2., & 3. *Hugonis cum* 2. *Landulphi* scam. eod. n. 368. in fol., quos libros ad hunc Hugonem e Novocastro spectare crediderim, sed Rodulphius attribuit Hugoni de provincia Provinciæ, seu Narbonensi, al. de Digna, de quo supra. Secundus incipit: *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis: in Psal. Dicebatur in primo Sententiarum prosequendo illud verbum: Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus: quod in sacra Scriptura IV. mirabilia continentur* &c.: in fine vero legitur: *Secundus Sententiarum compositus a Magistro Hugone de Ordine Fratrum Minorum*. Primus igitur Sententiarum incipit: *Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus* &c. *Eccles.* 43. 20.; habetur quoque ms. pergam. in Biblioth. S. Francisci S. P. M. A. tit. *Incipit secundus Lectura Fratris Hugonis Ordinis Fratrum Minor. suppletus ab eodem. Mirabilia opera tua, & anima mea* &c.: & in fine: *Explicit secundus liber Senten. scriptus a Gaufrido Durandi anno Domini* M. CCC. XVII. Liber 3. Senten. Florent. ibid. incipit: *Auditum audivi a Domino Ie. 49. Quia veritas primi principii* &c.: & brevis est.

De victoria Christi contra Antichristum per Fr. Hugonem de bono Castro O. M. extat ms. in Biblioth. Monasterii Murbacen. diœc. Basileensis ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1176., sed leg. de *Novocastro*. Extat ms. pergam. in fol. inter diversorum Opera Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci tractatus *de Adventu Antichristi* incipiens: *Non sum Propheta, nec filius Prophetæ* sine titulo, & nomine autoris. Scripsit &

Collationes, quarum una fuit *de mysterio Immaculatæ Conceptionis V. M.*, ut ex Daniele Agricola, aliisque refert Petrus de Alva col. 632. Militiæ univ., & ex eo Joan. a S. Anton.

Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. n. 8. ex Mariano tradit, eo circiter seculo floruisse *Hugonem Bilronum* e Novo Castro Custodiæ Scotiæ, sed vereor lapsum Mariani eum exscripsisse.

M D C C C L X X X I.

HUGO DE PETRAGORIS, quem constat Minoritam extitisse, & in Gallia seculo XIV. sac. Theologiæ Doctorem floruisse; ejus enim

Lectura super tertium Senten. incip. *Misit verbum suum, & sanavit eos. In præsenti libro tractat Magister de persona reparatoris humani generis* &c.: in fine vero habetur: *Explicit Lectura Fratris H. de Petragoris provinciæ Aquitaniæ Ordinis Minorum super tertium Sententiarum*, ms. servatur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 32., versus Eccles. n. 269. in 4. post Lecturas *Nicolai Angliei* Ordin. Min.

M D C C C L X X X I I. 940.

HUGO DE PRATO = vere dictus de *Panzera*, quod puto familiæ cognomentum, cum se ipse talem appellet.

Trattatus (XII.) *de statibus perfectionis, ac vita contemplativa*, cum altero per modum *Epistolæ*, nec non *Epistola ad Salvatum, Lalbertum, Iacobum, & Monem Procuratores Fratrum Minorum Prati, & sæpe Cippi simul congregantur*; qua ostenditur, quantum nos Jesus Christus diligat, & quantum exigat de suo amore: *dat. in partibus Orientis, ubi conjungitur mare majus Orientis cum mari, quod ex Ponente venie* (nempe Peræ apud Cpolim, ut videtur) *an. Domini* MCCCXII.:

 lin-

lingua hetrusca prodierunt Florentiæ an. 1492. in 4. & iterum ibidem eodem anno cit. *Incominciano alcuni singulari Tractati di Ugo Panciera da Prato nuovamente ricorrepto di poi che fu stampata la prima volta, cioè adì IX. Giugno MCCCCLXXXXII. Firenze per Antonio Miscomino*, typis Laurentii Morgiani, & Joannis de Magantia in 4. die XV. Decembris. Utraque editio habetur Florentiæ in inferiori Biblioth. S. Crucis Min. Conv.; sed prima extat & in Biblioth. Antonii Magliabecchi, teste Papebrochio in append. ad to. 7. Maji pag. 826. edit. Antuerp., qui tamen labitur, dum putat, Waddingum hujus inter Scriptores mentionem non fecisse: eamque citat & P. Daniel Bartholus Ferrarien. in Opusculo contra Malavallem, Molinos, aliosque *Orationis quietis* assertores. Prodiit hoc Opus etiam Genuæ an. 1535. die 30. Septembris typis Antonii Bellon in 8. hoc titulo: *Opera spirituale devotissima del reverendo padre Ugo Panziera del Ordine de Frati Minori divisa in XIII. Trattati, e questi in varj capitoli* &c.: habetur Ravennæ in nostra Bibliotheca. *Librum de vita contemplativa in 12. Tractatus divisum* vocat Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 2. lib. 7. cap. 25. ex Mariano Florentino; quod Opus *de contemptu Mundi* dicunt Rodulphius, Willotus, & Possevinus; nisi sit aliud Opus.

Responsio de his, qui orantes attentione non utuntur, ubi se dicit *Fr. Hugonem de Panzera*, habetur apud cit. Marcum cap. 27., estque quartus *tractatus* inter editos, quem scribebat an. 1319. ex eodem tractatu, seu epistola; quem annum affert & in 2. tractatu cap. unico contra Beguardos, qui ajebant, non esse cogitandum de Deo in perfecta contemplatione.

Pistola di Fr. Ugho Panziera da Firenze del Ordine de Frati Minori extat ms. in Biblioth. Laurent. Medicea plut. 42. cod. 17. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 328. Biblioth. mss. Nescio an eadem sit cum aliqua ex supradictis impressis, an illa eadem

Epistola longa ejusdem ad quasdam Deo sacratas Virgines, quæ habetur apud cit. Marcum cap. 26.

Scripsit etiam italice plura *cantica*, & *versus spirituales*, quorum nonnulli leguntur impressi Florentiæ an. 1578. inter illos diversorum autorum, aliqui vero inter illos B. Jacobi Tudertini mss. in Biblioth. Chisiana cod. 577. fol. 55., ubi per errorem dicitur *Guido*, teste Mario Crescimbeni de vulgari Poësia vol. 2. par. 2. lib. 2. cap. 7., qui eum ab elegantissimo dicendi genere tusco commendat.

Tractatus qualiter Christus cum suis Sanctis per gratiam conversatur forsan est pars Operis *De vita contemplativa*.

Circa an. 1307. missus fuit cum aliis in Tartariam ad prædicandum Evangelium, crediturque obiisse circa an. 1330. De eo Arturus in Martyrol. ad diem 5. Martii, Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3., & Joan. a S. Anton. Citatur autem ab Antonio Moneliano in Opere *Sursum Corda* lib. 1. cap. 4., & a Card. Laurentio Brancato de Laurea in Opere de Orat. Christ. Opusc. 2. cap. 4.

MDCCCLXXXIII. 941.

HUGO SLETSTADT = Jo: Hugo Slestadiensis Germanus *ex Ordine Prædicator.* dicitur ab Oudino to. 3. Comment. ad an. 1450.; sed, ut videtur, confundit duos, *Hugonem Selestadien.*, & *Joannem Hugonis* ejusdem loci: primum Rodulphius lib. 3. fol. 321. dicit *B. Bonaventuræ interpretem*, & Possevinus in Appar. sac. to. 2., Instituto Regul. suppresso, refert scripsisse *in 4. libros Sententiarum* circa an. 1460., quod Opus ms. habetur Lipsiæ in Paulina Bibliotheca ex Catalogo illius Biblioth. mss. an. 1686. Lipsiæ publicato pag. 179. n. 21., & 22., & pag. 183. n. 24. Alter autem, videlicet *Joan. Hugo Sletstadien.* memoratus etiam a Trithemio in Catalogo Illustrium Virorum n. 30., quem Ambros. Altamura in Biblioth. Ord. Præd. *Dominicanum* facit ad an. 1460. florentem, *Johannes Hugonis de Sletstat Vicarius Parochiæ S. Stephani Argentinensis* dicitur in Opere, cui titulus, *Quadrivium Ecclesiæ*, seu de 4. Prælatis Ecclesiæ Catholicæ, composito an. 1498., & excuso Argentinæ an. 1504. typis Joannis Grunniger in fol., misso ad Raymundum Gurcen S. R. E. Cardinalem Legat. Sedis Apost. per Germaniam, ad Maxilianum Rom. Regem, & ad Bertholdum Moguntin. Archiepisc., quorum etiam se dicit *Capellanum*; etiam cit. Possevinus nullius Instituti Regul. fuisse sentit, sed J. C. Opus autem *Quadrivii* habetur & in Collectione *tractatuum juris* to. 13., de quo & Martinus Lipenius in Biblioth. Jurid. Reali, & Josias Simlerus in Epitome Biblioth. Gesneri; aitque floruisse anno 1452., Thomas Bozius vero de Signis Ecclesiæ Dei to. 2. lib. 22. cap. 5. *Hugonem Sletaden.* inter *Summos Philosophos* enumerat.

MDCCCLXXXIV. 942.

HUGO VARDÆUS =

MDCCCLXXXV. 943.

HUGOLINUS FERRARIENSIS = ex Rodulphio lib. 3. fol. 321., aliisque post eum. Ejus Opus ms. pergam. in fol. parvo vidi Asisii in Tabulario nostri Conventus S. Francisci, ubi asservatur, cum hoc titulo:

Incipit prologus super Epistolas Dominicales totius anni editus a Fra. Ugolino. Sicut ait B. Jeronymus Doctor Ecclesiæ in epistola super transitu Nepotiani: grandes materias ingenia parva non sufferunt &c. Opus vero incipit a prima Dominica Adventus: *Hora est jam nos de somno surgere* &c. *Adventus Domini quatuor Dominicis ab Ecclesia celebratur, quia ejus quadruplex est Adventus* &c. Et in fine habetur: *Expliciunt Sermones Dominicales super Epistolas totius anni editi a fratre Ugolino de Donorio de Ferraria Ordinis Minorum anno Domini M. CCCVIII. & nona, & completi sunt ab eo in festo S. Johannis Apost., & Evangelistæ ante portam Latinam.*

Alius hujus nominis *de Medicis* cognomento fuit nobili Ferrariensi familia, quæ jam pridem extincta est, ac verosimilius est hunc fuisse unum ex illis, qui jussu Innocentii IV. an. 1252. Regulam conscripserunt Monialibus S. Antonii prope muros Ferrariæ, ut dictum est supra in *Anonymis Italis* prov. Flaminiæ num. CCCXXXIII., & an. 2254. interfuit, quando *B. Beatrix Estensis* Religionis vota emisit coram Joanne Quirino Episcopo Ferrariensi; annoque 1268. nominatur in Testamento *Vliana* ejus sororis, & uxoris Domini Friderici Bolognoli; & anno tandem 1273. erat Cœnobii Ferrarien. *Guardianus* ex monumentis Tabularii ejusdem Cœnobii. August. Superbus, qui in Appar. Illustr. Ferrariensium hunc omissit, postmodum in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 68. memorat

rat Ferrariæ, & Mediolani ad plures annos sac. Scripturam eum interpretatum esse, scripsisseque *Quadragesimale*, & *Commeut. super Epistolas, & Evangelia totius anni*, & tandem Genuæ finem vitæ posuisse an. 1377.; sed & in ms. Catalogo Viror. Illustr. dicti Cœnobii Ferrarien. *de Assassinis* nobili progenie extitisse scribit: verum istahæc arbitratu suo, ut ibi solet, effutiit.

M D C C C L X X X V I.

HUGOLINUS HERBIPOLENSIS provinciæ Argentinæ Min. Conv. sac. Theol. Magister scripsit Opus

Speculationum Scotico—Theologicarum super prologum Senten. complecteus 150. *Theoremata*: &

De natura Dei, modis intrinsecis, attributis in genere, & aliquibus in specie complectens 157. *Theoremata*: quæ an. 1643. die 28. Januarii, ut typis mandarentur, ei a Censoribus potestas facta est, ut ex Ordinis Regesto Gen. prodit sæpe citatus Franchinus in Bibliosoph. num. 240.

M D C C C L X X X V I I. 994.

HUGOLINUS DE SANCTA MARIA IN MONTE = leg. de *Monte S. Mariæ*, nunc de *Monte Georgio* Firmanæ diœcesis oppido; non fuit synchronos S. Francisci, sed insequenti seculo vivebat, cum scripserit *Vitam B. Joannis Alverruicolæ* an. 1322. defuncti, testimonio ipsius Waddingi in Annal. Min. ad eum annum num. 48.; & autor *Speculi vitæ B. Francisci, & Sociorum ejus*, qui in vivis erat an. 1343. ex ipsomet in eo Speculo pag. 99. antiquæ editionis, fatetur pag. 96. Historiam acquisitionis Montis Alverniæ se accepisse *ab ore Fratris Hugolini de Monte Sanctæ Mariæ viri fide digni, & boni*; Hugolinum vero ab ore *Fr. Jacobi de Massa*; hunc autem ab ore *Fr. Leonis Socii B. Francisci*.

Historiam Floretum nuncupatam crediderim diversam ab ea, quæ titulum fert *Fioretti di S. Francesco* italice, cum hæc dicatur desinere in *Alexandro IV.*, illa vero nec chronologice incedit, & ultra an. 1320. progreditur; quandoquidem Acta *B. Joannis Alvernicolæ* an. 1322. mortui refert. Deinde autor *dei Fioretti*, sive *Flosculorum* S. Francisci cap. 44. scribit, se quædam accepisse a Fr. Hugolino; conjecique autorem fuisse *Fr. Johannem Marignollam* Florentinum, ut infra dicetur in *Joanne a S. Laurentio*.

Tractatus de provincia Piceni huic autori etiam adscribitur ex ind. codd. mss., quibus Waddingus usus est in Annal. Min. Opere concinnando, qui index præmittitur etiam 2. edit. Romanæ dictorum Annalium; & Ludov. Jacobillus de SS., & BB. Umbriæ to. 2. die 6. Julii in B. Angelo e Burgo S. Sepulchri citat *Chronica mss. S. Franci. Fr. Hugolini*, nempe superiorem *Historiam*, ac *Floretum*.

Habentur mss. in Bibliotheca Ultrajectina cod. 248. *Humilis Francisci Vita, & Miracula, & Actus Sociorum ejus* ex Catalogo illius Bibliothecæ Ultrajecti an. 1670. vulgato par. 1. codd. mss.; & in Oxonien. Bibliotheca Collegii S. Trinitatis cod. 37. mss. extant *Actus S. Francisci, & Sociorum ejus*: hujusne *Hugolini*, an vero *Fabiani Hungari*, de quo supra actum est, non possum affirmare.

M D C C C L X X X V I I I.

HYACINTHUS AMBIANENSIS Gallus Parisien. provinciæ Capuccinus ecclesiastes celebris, scripsit patrio idiomate duo Opuscula, quorum tituli:

Imago animæ morientis in doloribus Jesu Christi. Parisiis 1632. in 8. apud Dionysium Thierry; &

Imago animæ viventis in gloria Jesu Christi. Ibidem an. 1635. in 8. apud eumdem ex autore Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

M D C C C L X X X I X.

HYACINTHUS BRUSSOTTUS, teste autore Biblioth. Capuccin., Lassor to. 1. Universi fol. 290., ex quibus Joan. a S. Anton. to. 2., edidit

Doctrinam Christianam ad profectum Missionis totius Regni Congi in 4. linguas dispartitam, scilicet latinam, italicam, lusitanicam, & congicam. Romæ an. 1650. in 4. typis Congreg. de Propag. Fide.

M D C C C X C. 945.

HYACINTHUS E CASALE = Montisferrati ex nobili familia *de Natta*, teste Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont., natus an. 1575. studiis vacavit Ticini, Salmanticæ, & Bononiæ, ubi in utroque jure lauream obtinuit: anno vero ætatis suæ 25. Venetiis Capuccinorum Ordinem ingressus doctissimi, & eruditissimi Theologi famam sibi comparavit. Laudat hunc impense, ejusque facundiam mirabilem, & efficaciam summopere extollit Alexander Tassonus in Opere Italico *Pensieri diversi* lib. 10. cap. 15., aitque *conciones* habuisse Cæsenæ, Brixiæ, Placentiæ, Mediolani, & alibi. Nec ab hoc diversum crediderim *Capuccinum* illum, quem adeo Claudius Achillinus in Epistolis, scilicet ea Lamberto data commendat a concionandi eloquentia, doctrina, efficacia, ut cum eum dicat in majori Ecclesia Bononiæ auscultasse, testetur similem se nunquam, nec majorem Apostolum audivisse. Hujus meminit etiam Ardinghellus libro Congeminatæ Vocis Turturis ostens. 4. de Vinea S. Francisci, scribens: *P. Fr. Hyacinthus Casalensis a Gregorio XV. ad omnes christiani orbis Principes Nuncius destinatus illud assecutus est a Casare, ut ullo modo pax cum Palatinata concluderetur: inde tot præclaræ reportatæ victoriæ: inde Calvinismi ex Imperio expulsio*. Scripta ejus sunt etiam, præter *Conciones quadragesimales*,

Oratio in laudem S. Caroli Borromæi habita Mediolani in Ecclesia Metropolit. die 4. Novemb. 1612.

Tractatus de paupertate Religiosa. Mantuæ an. 1622. in 8. apud Henricum Aurelium Tannam.

Censor Christianus italice conscriptus. Brixiæ 1626. in 8. apud Franciscum Marchettum, postea gallice translatus editus fuit Parisiis an. 1629. apud Joan. Fabrum.

Considerationes de deformitate, & gravitate peccati. Neapoli anno 1626. in 8. apud Secundinum Roncalium ex append. Joan. a S. Anton.

Obiit in patria an. 1627. die 7. Januarii non sine sanctitatis opinione, ipsi etiam erecto ad memoriam monumento. Ejus gesta fusius describuntur a Marcellino Pisensi to. 3. Annal. Capuccin.; aguntque de eo etiam Gravina lib. 4. in Voce Turturis, Octavius Rubeus in Epistolis, & Dionysius Genuens. in Biblioth. Capuccin. Scriptor.

M D C C C X C I. 946.

HYACINTHUS KERVER = patriâ *Parisiensis* fuit: de quo infra Waddingus quasi diverso tradit scripsisse gallice: *De passione D. N. Jesu Christi*, ac edidisse Parisiis in 8. (supple) *an.* 1624. *apud Dyonysium Thierry*; fusius vero, & distinctius in *appendice* ad hunc suum librum v. *Hyacinthus Parisiensis*.

Institutio exaltationis S. Crucis in urbe Parisiensi 1632. per P. Hyacinthum Capuccin. cum *Statutis ejusdem Societatis* gallice habetur ms. Paris. in Biblioth. Regia n. 8370. ex Catalogo Montfaucon to.. 2. pag. 831.

Articuli catholicæ fidei sur. Scripturæ textibus confirmati. Paris. 1637. in 8.

Catechismus super omnes articulos professionis fidei catholicæ. Ibid. 1638. in 8.

Motiva conversionis Domini de Claromonte de Amboyse Domini de Garland. Ibid. 1646. apud Ludovicum Boulanger.

Tractatus controversiarum &c. Ibidem in 4. apud Dion. Thiercy.

Collectio, seu Dictionarium præcipuorum &c. Ibidem an. 1644. in 4.

Joan. a S. Anton. hunc dicit concionatorem magni nominis, strenuum acatholicorum impugnatorem, Academiæ Controversiarum per plurimos annos Parisiis congregatæ promotorem, doctrina, sapientia, virtutibusque insignem.

* HYACINTHUS NATA. V. *Hyacinthus Casulensis*.

MDCCCXCII. 947.

HYACINTHUS A NOVOCASTRO = de quo & Bordonus in Chronolog. Tertii Ord. S. Franc., sed ex Waddingo accepisse videtur.

948.

HYACINTHUS PARISIENSIS = idem est, ac superior *Hyacinthus Kerver*, de quo etiam agit Waddingus, & fusius infra in appendice ad hunc librum.

J

MDCCCXCIII.

JACOBA POLLICINA Sicula Monialis Monasterii Eustochiani Ordinis S. Claræ Messanensis scripsit rudi minerva

Vitam B. Eustochiæ Calafatæ Messanensis Ordin. S. Claræ defunctæ an. 1486. juxta nonnullos, vel 1491. juxta alios ad Cæciliam Perusinam Monasterii S. Luciæ Fulginatis Abbatissam, teste Waddingo in Annal. Minor. ad an. 1491. n.41., qui docet, hanc extitisse Beatæ individuam comitem, & *Vitam* ms. extare Fulginei in Monasterio S. Luciæ prædicto. De hac & Joan. a S. Anton.

* JACOBINUS BARGIUS = V. Jacobinus, vel Jacobus Malafassa: utroque modo namque vocabatur.

MDCCCXCIV.

FR. JACOBINI DE CORTONA Concordantiæ numerales incipientes *A.a. Jerem. 1. c. D. Ezech. IV. f. Joel 1. f.*, & finientes: *Johannis b. a. e. vadens.*, extabant olim mss. in a. solario orient. Sacrarii, seu Biblioth. secretæ Conventus S. Franc. Asisii ex veteri illius loci Inventario an. 1381. facto, ac renovato; quem crediderim *Minoritam*.

MDCCCXCV.

JACOBINUS FERRARIENSIS filius *Riccobaldi* Notarii Obizonis Marchionis Estensis, Ferrariæque Vicarii an. 1292. interfuit testis adhibitus *testamento* ejusdem Marchionis Obizonis, quod asservatur in nostro S. Francisci Bononiensi Tabulario; & an. 1294. Bononiæ moram trahebat; cumque Ravennatum civitas anathemati Pontificio subjecta fuisset, jussus est una cum *Hugolino* Ord. Prædic. eo se conferre, & civibus absolutionem impartiri; quod hoc anno factum in majori Ecclesia perhibent monumenta Bonon. Franciscan.; quæ quoque produnt, hunc primum extitisse Præfectum, & *Rectorem Societatis*, ac *Sodalitatis S. Francisci* circa an. 1300. prope Ecclesiam, Cœnobiumque Fratr. Minor. Bononiæ erectæ, que hucusque perstare noscitur, regiturque a nostris Minoritis Convent., & cui nobile adjectum est *Xenodochium* pro Peregrinis accipiendis; ut etiam monumenta ejusdem Societatis habere dicuntur. Scripsit autem hic autor, quantum quidem sciatur,

Sermones, ut ex veteris Bibliothecæ S. Francisci Ferrarien. Indice an. 1437. confecto, & an. 1442. recognito, qui adhuc in Tabulario dicti Cœnobii asservatur in Repertorio al. *Inventario* rerum omnium Conventus, ubi pag. 70., & 73. legitur: *Item Sermones Fratris Jacobini de Ferraria, qui incipiunt: Rogatus &c.: cum Tabulis, & corio rubeo alligatis*: sed hi *Sermones* modo in eo Cœnobio desiderantur.

Jacobini Quadragesimale ms. in fol. extat Crumloviæ in Bohemia in Biblioth. Conventus S. Mariæ Min. Conv. ex Catalogo librorum illius loci an. 1593. a P. M. Georgio Benigno Doglioni Bellunensi confecto, & in Archivo Ordinis Romæ asservato pag. 19. Nescio an autorem habeat a Jacobino Ferrarien. diversum.

MDCCCXCVI. 949.

JACOBUS ALBENSIS = idem ne ac *Jacobus Brancus Albensis*, de quo infra, ut etiam putavit Joan. a S. Anton.; vel alius, & Regul. Observ., adhuc hæreo: certe versus leoninus, quo incipit Opus, indicat autorem seculi XIV. magis quam seculi XV.

Tractatum, vel *Sermonem de Immac. Conceptione V. Mariæ* scripsit, cujus verba adducit Fr. Bernardinus de Bustis in Mariali par. 1. serm. 9., laudaturque & a Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont., & a Petro de Alva col. 636. Militiæ univ.

* JACOBUS DE ALCALA'. V. *Jacobus Complutensis*.

MDCCCXCVII. 950.

JACOBUS ALEXANDRINUS = hic est *Jacobus de Blanchis*, corrupte *Brancus* apud Pisanum, & Rodulphium, qui dictus sit etiam *Albus*, latine reddita italica voce *bianco*; quam cit. Pisanus accepit pro cognomine Conform. XI. par. 2., ubi de provincia Genuæ, Custodia Astensi, & Conventu Albensi disserit, inquiens: *Locus Albæ, de quo fuit Fr. Jacobus Brancus, qui per conclusiones omnes Philosophiæ libros compilavit, & Regi Roberto direxit*: a quo accepit Rodulphius lib. 2. fol. 274., & unum in duos dividit lib. 3. fol. 321.

Magister Jacobus de Alexandria super totam Philosophiam naturalem, & moralem habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 14. versus claustrum n. 565. in vet. cod. ms. in 4. parvo. Incip.: *Serenissimo Principi Domino Roberto Hierusalem, & Siciliæ Regi Fr. Jacobus de Alexandria Ordinis Minorum Professor* &c. *Vestris itaque votis, quæ mihi censeo reputanda precepta, me coaptare desiderans, libros naturales, metaphysicales, nec non & morales distinctos capitulis conatus sum ad evidentiam clariorem reducere* &c. *Physicorum libri 1. capitulum 1.* &c.; cujus in fine legitur: *Explicit* Com-

Compilatio xii. *Metaphysicæ distincta capitulis edita a Fr. Jacobo de Alexandria Ordinis Minorum ad postulationem Serenis. Principis Dñi Roberti Hierusalem, & Siciliæ Regis*. Hæc impressa antiquitus sine loco, & anno in fol. habentur Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, & in Biblioth. Conventus Regul. Observ. sub D. n. 77., teste Joan. a S. Anton., qui tamen to. 1. pag. 293. per errorem dicit *Didacum Alexandrinum*.

Fr. Jacobi Albi de Alexandria Postilla super Evangelia Dominicalia ab Adventu usque ad Fer. 2. Paschæ incipiens: *Erunt signa in sole, & luna* &c. *Luc.* 21., & finiens: *& nunc cognoscunt in gloria. Amen*. ms. olim extabat Asisii in Sacrario Conv. S. Franc. 4. solario occid. juxta Inventarium Biblioth. illius loci an. 1381. renovatum.

Fr. Jacobi Albi Postilla quadragesimalis incipiens: *Audistis quia dictum est antiquis* &c., & finiens: *hic per gratiam, & ille per gloriam. Amen*. ms. extabat ibidem ex cit. Inventario.

Fr. Jacobi de Alexandria Ord. Min. Postilla quadragesimalis incipiens: *Assumpsit Jesus* xii. *discipulos suos* &c. *Lucæ* 17. *Sapientis medici potius evitare volentis* &c.: & finiens: *ad quæ etiam propter sanctitatem* &c. ms. extabat ibidem ex citato Inventario. Hæc Postilla forsan illa est, cujus initium Rodulphius, & qui eum exscripsit Waddingus in *Jacobo Alexandrino* dicunt esse: *Post sapientis medici*.

Ad Babiloniæ Soldanum proficiscens, ut sacrorum locorum negotia cum illo tractaret, ipso die Parasceve 20. Martii in vasta solitudine efformata ex occurrentibus lignulis cruce, in ejus amplexu pie moritur, & socii corpus Alexandriam Ægypti detulerunt, & in Ecclesia S. Marci sepelierunt, inquit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 95., quam relationem nescio unde hauserit; non certe ex Annalibus Waddingi, quare vereor commentum esse, quemadmodum cum ait, eum *Regularis Observantiæ in Tuscia Vicarium, & Guardianum Hierosolymitanum* extitisse, cum tempore Roberti Regis nondum Reformatio *Regularis Observantiæ* incœpisset, sed tantum anno 1368.

* JACOBUS ALMAINUS, quem hic Minoritis accenset Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 96., etsi nonnulla *Scoti* interpretatus est, & nonnulla *Gulielmi Okam*, tamen nullius Instituti Regularis fuit, sed secularis Doctor Parisiensis, qui & aliqua etiam Roberti *Olkot* Ord. Præd. vulgavit.

MDCCCXCVIII.

JACOBUS DE AQUIS circa an. 1300. conscripsit

Chronicon magnum mundi titulo indito: *Imago mundi* a Cajo Caligula incipiens usque ad Bonifacium VIII., quæ est secunda pars, quod ms. in fol. extat in Biblioth. Ambros. cod. 526. D. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 517., & etiam ex Muratorio, quodque Jacobus Echard. to. 2. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 996. in addit. suis addendum existimat. Citat *secundam partem Chronicæ tit. Imaginis mundi Fr. Jacobi Aquensis* Stephanus Breventanus Papiensis in Chron. civitatis Papiensis an. 1570. italice vulgato to. 1. In Bibliotheca Gallica Monasterii Lyrensis extat ms. num. 201.

Libellus Imago mundi dictus in gratiam eorum, quibus deest copia librorum: estque descriptio orbis non contemnenda, & maxime *Galliæ* sine nomine autoris ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1256.; sed cum *libellus* sit, forsan est Epitome superioris Chronici magni, vel aliud *Opusculum*, ut mihi probabilius, eodem titulo. In Biblioth. Vaticana inter libros olim Alexandri Petavii extat ms.

Fr. Jacobi de Aquis Minoritæ Compendium Histor. Aquensis, & aliarum civitatum Lombardiæ ex Catal. cit. Montfaucon pag. 82. Citat hunc Joan. de Mussis Placentinus in Chron. Placent. to. 16. Rer. Italic., & Benvenutus a S. Georgio in Chronico Marchionum Montisferrati to. 23. Scriptor. Rer. Italic., qui & eumdem non semel impugnat.

MDCCCXCIX.

* JACOBUS ASCULANUS, quem hactenus plerique cum *S. Jacobo* Piceno, vulgo *de Marchia* confuderunt, eo quod ille etiam in agro Asculano natus est, recte a Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 96. ex Gonzaga, nonnullisque aliis alter ab altero distinguitur: errat tamen, vixisse scribens circa an. 1476. ex Villoto, & Morero in Dictionario Gallico; floruit enim initio seculi xiv. sacræ Theologiæ *Doctor profundus* appellatus; annoque 1310. erat provinciæ superioris Germaniæ Minister ex Waddingo in Annal. Min. ad eum annum num. 4., ubi connumeratur inter eos, qui pro Communitate Ordinis adversus nonnullos Regulæ zelatores, dissidentesque stabant, pugnabantque. Bartholomæus Pisanus scriptor illi suppar Confor. viii. par. 2. inter Scriptores Ord. Min. illustriores eum recenset, aitque: *in sacra Theologia suo tempore fuit singularis*: cujus & meminit Rodulphius lib. 2. in prov. Marchiæ, & Custodia, locoque Asculano una cum cit. Pisano Confor. xi., iisdemque locis; necnon autores Firmam. 3. Ord. edit. Paris. an. 1512. par. 1. inter Ord. Min. Scriptores ajunt scripsisse.

Commentarios in 4. libros Sententiarum: quorum primus, & secundus incipiens: *Quæritur utrum Deus sit subjectum in Theologia* &c.: & finiens: *nec ut ultima æqualiter movere, antequam præeligat*: ms. extabat olim Asisii in Sacrario, seu Bibliotheca secreta Conventus S. Francisci ex Inventario illius loci facto anno 1381. 2. solario occid. Subdunt cit. autores edidisse etiam

Quodlibeta plurima valde profunda: quorum prœmium incip. *Quia teste B. Joan. Apoc.* 1. c. *Deus est principium, & finis omnium, scilicet Alpha, & Omega* &c. Opus vero: *Utrum simplicitas divinæ naturæ compatiatur secum aliquam distinctionem ex natura rei* &c.: extant Asisii mss. pergam. in fol. Hæc *Quolibeta* n. 28. habentur etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus Eccles. n. 347. ms. cod. in 4. Denique tradunt scripsisse

Tabulam super doctrinam Jo: Scoti. In Tabulario Conventus S. Francisci Asisii post memorata *Quodlibeta* subjungitur *Tabula Operum Scoti* diffusa incipiens: *Abstractio*, & finiens: *Imago* &c. Hæc Opera Possevinus cum errore adjudicavit to. 2. Appar. sac. *B. Jacobo Asculano*, seu *de Marchia*.

Citatur ab autore illius seculi Joan. Baccone Carmelita in quæst. 2. prologi lib. 1. Senten. art. 4. §. *Propter quod*: diciturque mendose *Jacobus de Assola* pro *de Asculo*: *Jacobus Minor* vero, idest *Minorita* vocatur ibi in 1. d. 1. quæst. 2. art. 2., ubi legimus asseruisse eum, *quod in priori originis, quo Pater est prior Filio, Pater habet notitiam omnium intrinsecorum, quæ sunt propria Patri, non vero intrinsecorum omnium, quæ sunt propria Filio,* ut

ut Filius, nec Spiritui Sancto, ut Spiritus S., ex quibus lucet fuisse Joan. Scoti aut discipulum, aut sectatorem. Hunc etiam *Ascalanum* illum exputo, quem Jo: Franciscus Picus Mirandulanus Antonio Faventino Philosopho scribens tradit sensisse *malum esse nihil*; & Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 7. cap. 3. ex Trithemio, & Mariano dicit celeberrimum, & floruisse simul cum Card. *Gentili de Monteflorum* an. 1312. vita functo. *Quodlibetam Jacobi de Esculo* citat Adam Goddam, vel Voddam, sive ejus Epitomator, Collectorque in 1. Senten. d. 33. quæst. 5., qui scribebat paulo ante annum 1378.

Tabulam, seu Indicem Scripti Oxonien. Scoti habet Possevinus in Appar. sac. to. 2. v. *Jo. Duns Scotus* vulgasse Salvatorem Bartoluccium Asisiatem in Veneta edit. Operum Scoti an. 1580., seu ex illo Indice alium effecisse. Sed errat Possevinus, eum Tabula a Bartholuccio vulgata non alia sit, nisi *Tabula generalis Antonii de Fantis*, dicta etiam *Mare magnum Scoticum*, ordine tantum nonnihil immutato. An autem Antonius de Fantis illam excerpserit ex alia Jacobi Asculani: vel potius an illa Jacobi Asculani sit, quam anno 1490. Gratianus Brixianus vulgavit in fronte 4. librorum Senten. Scoti, non audeo definire.

951.

JACOBUS AUGUSTODUNENSIS = ut in append. Waddingi ad hunc librum, est *Jacobus de Chevanes*, de quo infra: legatur Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccin.

M C M.

JACOBUS BALNEUS Aquilanus Aprutinæ regionis, & provin. S. Bernardini Min. Con. sac. Theol. Mag. elucubravit

Tractatum de censuris, & pœnis carmine italico incip. *E me venuta voglia*. Aquilæ 1482. in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 96. v. *Jacobus de Bangio de Aquila*, quæ editio extat in regia Biblioth. Scorialis ex eodem Joan. a S. Anton.

Tractatum de Excommunicatione tum papali, tum Episcopali jam typis evulgatum in 4. absque anno, & loco editionis, ut refert Toppius in Scriptor. Regni Neapolit. apud Franchinum in Bibliosoph. n. 159., qui tempora autoris ignoraverunt.

M C M I.

JACOBUS BAMBINI Florentinus Conventualium inter septa receptus bonarum artium studiis operam sedulo navavit, quibus egregie excultus edidit de *Arte Prosodia*, seu

Metrologiam excusam Florentiæ an. 1639. in 8. per Amatorem Massam.

Methodum in Grammaticam Institutionem. Ibidem an. 1649. in 8. ad Scalas Abbatiæ.

Acroamata grammaticalia, ut typis ederentur an. 1659. permissa, & approbata ex Reg. Gener. Ordin.

Pneumatica Diatriba, hoc est *Spirituum alloquia*. Ibidem an. 1672. in 4. typis Stellæ; suntque *epistolæ* versu elegiaco inter vivos, & mortuos diversorum statuum Paradisi, Purgatorii, & Inferni, teste Franchino in Bibliosoph. n. 160. De hoc Waddingus infra in Jacobo N. pag. 187., & Joan. a S. Anton. pag. 104. Waddingum secutus.

952.

JACOBUS BARGIUS = v. *Jacobus Malafossa* infra; idem enim est.

M C M I I. 953.

JACOBUS DE BENEDICTIS = Asisii in 5. solar. orient. Sacrarii Convent. S. Francisci ex Inventario illius loci an. 1381. confecto extabant olim

Laudes Fratris Jacobi de Tuderto incip. *Soprône langua amore*: & finien. *l'alto Dio Padre ringraziato tanto*: cum *Legenda S. Elisabeth.* Quædam autem cum aliis extabant in 4. sol. orient. Habentur etiam *Laudes*, seu *Cantica* mss. in 4. in Bibliot. Hispalensi, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 108. Incipit codex hoc modo: *Incipiunt laudes, quas fecit Sanctus frater Jacobus de Tuderto Ordinis Fratrum Minorum ad utilitatem, & consolationem omnium capientium per viam salutis crucis, & virtutam Dominum imitari. De perfectione sancta paupertatis distincta per tres gradus* &c. Prodierunt *Cantica* impressa Florentiæ an. 1540. in 4. typis Bonacorsi ex cit. Joanne a S. Antonio; deinde cum nonnullis *sermonibus* super iisdem prodierunt recusa Romæ an. 1558. in 4. apud Hippolytum Salvianum; postea Neapoli studio Joan. Baptistæ Modii cii. *ejus Cantica* cusa sunt cum Vita autoris anno 1615. in 4. typis Lazari Scorrigii; similiter auctiora per *Fr. Franciscum Tresatum* Ven. 1617. in 4. apud Nicolaum Misserinum; cum antea jam vulgata fuissent Venetiis an. 1514. per Bernardinum Benalium, iterumque ibidem an. 1556., postea & Bononiæ, sed mendis inquinata ex Possevino in Appar. sac. to. 2. v. *Jacoponus Tadertinus*, & etiam in appendice. *Laudes*, & *Cantiones* ejus nonnullæ *italicæ* ab erudito Poëta castigatæ, & correctæ leguntur in fine *Mysticæ Theologiæ* S. Bonaventuræ a P. M. Casimiro Tempesti Min. Conv. elaboratæ, & an. 1746. Lucæ cum ejusdem notis publicatæ. Hispanico sermone prodierunt Ulyssipone 1576. in 4. typis Francisci Correa ex cit. Joan. a S. Anton. In ista Cantica, seu Rhytmos, & Poemata annotationes scripsit Joan. Baptista Modius Calaber a S. Severina anno circiter 1550., qui fuit Medicus, & Philosophus, unus ex primis sociis S. Philippi Nerii, ut habet Angelus Zavarone in Biblioth. Calabra pag. 89.

Prophetia Fratris Jacoponi edita est *anno* 1305. non 1350. numeris transpositis.

Canticum de contempta mundi incip. *Cur mundus militat sub vana gloria*, refertur latine a Rodulphio lib. 1. fol. 109., & hispane redditum a Cornejo in Chronicis Ordinis to. 1.

Rhytmus ad B. V. Mariam incipit: *Stabat Mater dolorosa*; habetur apud Bernardinum Busti in Rosario par. 2. serm. 15., quem perperam Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 14. sub an. 1399. adscripsit *B. Gregorio*, eum eo tempore versus leonini nondum audiri cœperint.

Sententiæ, & monita salutaria, quæ & *apophtegmata*, & *aurea dicta* nuncupari possunt, primus omnium vulgavit Bartholomæus Pisanus in Confor. VIII. par. 2. in provin. S. Francisci, & loco Tuderti, & Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 6. cap. 31., & seqq. 8. §. discriminata ex Mariano Florentino. *Detti notabili di Frate Jacopone*: incip: *Io: examino me stesso, se sono in caritade, direva Frate Jachopone, de avegnache certo questo non possa sapere*, habentur Venet. in Biblioth. S. Marci mss. cod. 11. in 4. chartac. seculi circiter XVI.

Ejus *Spiritualia colloquia, & alia diversa* haben-

bentur mss. Romæ in Aechivo Basilicæ S. Petri ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 157.

Opusculum tit. *Doctrina* incipiens: *Quicumque vult ad veritatis cognitionem* &c. ms. in 4. extat in Biblioth. Hispalen. Eccles., teste cit. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 108.

Bulgarinus, Corbinellus, & Crescimbenius vol. 2. *de valgari Poësi* par. 2. lib. 2. magna cum laude de hoc Viro loquuntur; & autor Operis *de vulgari Eloquentia* Danti attributi memoriæ prodidit *Dantem* Parisiis B. Jacoponi, cui amicitia conjunctus erat, versus Francorum Regi explicasse. Sed & autores Dictionarii linguæ hetruscæ vulgo *Vocabolario della Crusca* hunc inter autores linguæ italicæ recensent, ejusque autoritate utuntur.

954.

JACOBUS DE BLANCHIS = idem est cum *Iacobo de Alexandria*, de quo supra. Familia de Blanchia una erat ex vetustia, & illustribus Alexandrinæ urbis. Rodulphius in errorem traxit Waddingum.

M C M I I I. 955.

JACOBUS BLASÆUS = jam suæ provinciæ extiterat Minister, cum an. 1596. creatus est Episcopus Namurcensis in Belgio. Obiit an. 1618. die 21. Martii, & in Sacello S. Joan. Evangelistæ tumulatus accepit hoc epitaphium: *Hic jacet Fr. Iacobus Blazæus quartus Episcopus Audomarensis, qui obiit anno M. DC. XVIII. mensis Martii die 21. Requiescat in pace*: & alibi dicitur concionator facundissimus. Dono dedit suæ Audomarensi Ecclesiæ suppellectilem librorum insignem ex Catalogo Antistitum illius Ecclesiæ: reliquit etiam

Orationem funebrem habitam in morte Joannis du Ploich Ariensis Episcopi Atrebatensis an. 1602.

Methodum compendiariam ad confessionem generalem latine ex anglico redditam, quæ vulgata est Antuerpiæ an. 1617. in 8. ex Coron. Biblioth. univ. to. 6., ex Biblioth. Barber. to. 1. pag. 158., & ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M C M I V.

JACOBUS BONINCONTRUS Siculus prov. Siciliæ Regul. Observ. General. concionator edidit italice

Orationem funebrem in exequiis Caroli II. Hispaniarum Regis. Panormi 1621. in 4. apud Angelum Orlandum, ut est in append. Joan. a S. Anton.

Obiit autem an. 1637. ex Ord. Min. egressus, & clericali veste indutus ex Roccho Pyrrho apud Mongitorem to. 1. Biblioth. Siculæ.

M C M V. 956.

JACOBUS BONUS = nescio quam *Barletta* editionem habuerit Waddingus: tres ego adhibui, Brixien. an. 1521. typis Britannicorum, Lugdunen. an. 1539. Junctarum, & Venetam anni 1571. per Somascum factam; harumque nulla habet in sermone de *B. V. M. Conceptione* Jacobum *Bonum*: ut mihi valde suspectus sit hic autor. Memoratur quidem *Jacobus Bonus* Dalmata a Giraldo In Comment. de Poëtis, diciturque edidisse *Raptum Cerberi* egregie, ut poeta celeber. Marracius in Catalogo ad an. 1436. ait scripsisse *de Conceptione Virginis Opusculum*, ut & Petrus de Alva col. 640. Militiæ, & ex his Joan. a S. Anton. In Biblioth. S. Crucis Florentina scam. 34. versus claustrum cod. 768. in 8. habetur

Mariale, seu *liber de Laudibus B. Virginis Mariæ* sine nomine autoris antiquus ms. incipiens: *Exordium salutis nostræ dicit Beda, fratres karissimi, intenta curemus aure percipere* &c.: præmissoque prologo, incipit: *cap. 1. Maria dicitur lux. Hester XII. Iudæis novu lux oriri visa est* &c.: & per 150. capita Mariam celebrat variis rebus comparando; finitque: *& ultra cantabimus Alleluja. Amen. Amen. Amen.* Extat Opus ibi & scam. 35. cod. 776. in fol., sed sine principio. An hujus autoris sit censendus labor, hæreo; certe in prologo ait: *Ego autem de paupercula materia quidquid mihi Deus donaverit, in loco tabernaculi lutus offero* &c.

M C M V I.

JACOBUS DE BORDES Gallus patriâ Constantiensis in Normannia genere illustris Ord. Capuccinorum, concionator celebris, Theologus, ac pluries Definitor, & per 30. & amplius annos Novitiorum Magister non pauca latine, & doctissime scripsit, quæ sunt, ut apud Joan. a S. Anton.,

Concordantia Breviarii Romani, in qua redegit omnes materias prædicabiles in solo Breviario contentas. Parisiis 1616. in 8., cum esset annorum 23.; natus enim erat an. 1593.

Liber controversiarum contra Iansenistas. Parisiis 1658. in 4. apud Cremoisy.

Elucidatio paraphrastica super Apocalypsim B. Ioan. Apost. cum annotationibus permultis ad loca difficiliora in tomos 2. distributa. Parisiis an. 1658. & 1659. in fol. apud Sebastianum Cremoisy.

Conceptus concionatorii in 22. Apocalypseos capita gallico idiomate. Ibidem an. 1660. in fol.

Sylva sacrorum multiplicis argumenti Theologiam continens de Christo, de B. V. Maria, de Sanctis, & de quacumque materia prædicabili. Ibidem an. 1661. in fol.

Explicatio omnium figurarum Apocalypsis.

Obiit felicissime in Christo an. 1669. ætatis suæ 76. ex autore Biblioth. Capuccin.

M C M V I I. 957.

JACOBUS DE BOSC = al. Boschæus, cujus liber inscriptus gallice

Honneste Femme prodiit etiam Rothomagi an. 1650. in 8. apud Viduam Nicolai Courant; quem vidi Bononiæ.

De Pœnitentia, ac sacra Communione gallice. Parisiis 1647. in 4. per Joan. Remii apud Biblioth. Tellerianam fol. 51. Nescio, an hoc Opus idem sit cum *Eucharistia pacifica*. Plura etiam edidisse præsertim *adversus Iansenistas* legimus in Historia Academiæ Gallicæ, Bayle in Diction. Critico, & in Supplem. Dictionar. Moreri. Quæ reperi sunt;

Iesus Christ mort pour touts. Paris. 1651. in 8. typis Antonii Bertier.

De la vraye Detraction des sectaires, & des leurs sectateurs Alexandro VII. dicatum; ideoque post an. 1654.

M C M V I I I. 958.

JACOBUS BOULDUC = al. *Bolducius*, quem *doctissimum* appellavit P. Jacobus Salianus to. 5. suorum Operum, fervido præditus ingenio, cujus

Libri tres de Ecclesia ante legem prodierunt Lugduni an. 1626. in 4. Scripsit etiam

Librum suum analogicum de Ecclesia post legem. Parisiis 1630. in 4., in quo ostenditur, quanta sit similitudo inter legem naturalem, & legem evangelicam. De his libris scribit Joan. Andreas Ramirez Pinti Soc. J. lib. 2. in Cantica Canticor. cap.

cap. 1. v. 6.: *Composuit nuper aureos libros de statu Ecclesiæ Jacobus Bolduccius Capuccinus scriptor sane genii, & ingenii longe felicioris, & reconditioris longe disciplinæ. Lege, & mirare novas abstrusæ sapientiæ aurifodinas apertas*: ut observavit autor Biblioth. Capuccin.

Commentaria in libros Iob tomis 2. in fol., quorum primus cusus est Parisiis anno 1631., & secundus an. 1638. per Laurentium Anisson.

Opus *de Oggio Christiano* inter libros raros ponitur a Gerdesio in Florilog. p. 37. apud Analecta litteraria de libris rarioribus Frider. Gott. Freytag. p. 139.

Expositio in Epistolam B. Judæ Apostoli, in qua similia B. Petri Apostoli verba pariter expenduntur. Parisiis an. 1630.

Ex hujus, & Marci de Aniano Operibus per Anonymum Hispan. Capuccin. provinciæ Castellanæ compactum est Opus, cui titulus: *Harmonia del bien, y del mal. Duo sonoro*. Matriti 1682. in 16. apud Bernardum de Villadiego, teste Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 3. n. 18., qui tamen perperam vocat *Joan. Baptistam*. Meritis plenus obiit in patria in senectute bona an. 1650., ætatis suæ 75. ex cit. autore Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

M C M I X. 959.

JACOBUS BURDEGALENSIS = vulgo *Bordeos* Gallus provinciæ Aquitaniæ, concionator, & sac. Theol. Professor, ac linguæ sanctæ peritissimus, cujus

Elementa linguæ hebraicæ edita sunt Paris. an. 1646. apud Sebastianum Cremoisy ex autore Biblioth. Capuccin., & Imbonato in Biblioth. Latino-Hebraica. Scripsit etiam

Elucidationem paraphrasticam Apocalypsis S. Joannis tom. 2. in fol. Paris. 1658.

Explicationem omnium figurarum Apocalypsis to. 1. in fol. ibid. an. 1659.

Obiit vir pius an. 1669. V. *Joannes Burdigalensis*.

M C M X.

JACOBUS BURPEARD Burgundien. Regul. Observ. Lector emeritus Guardiani munere fungens edidit

Apologium pro conservatione Concilii oppidi Dolensis ad Philippum IV. Hispaniarum Regem an. 1636. in fol.

* JACOBUS BUSSOLINUS. V. *Jacobus a Mozzanica*, quos diversos facit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 97. V. etiam *Jacobus Buscolinus* ex Coronello.

M C M X I.

JACOBUS CALABER composuit

Opusculum de Rubricis, seu *Ritibus Ecclesiasticis*, quod citat Anonymus Franciscanus penes me ms. in suis *Rubricis Eccles.* pag. 9. de Rubr. *Sabbati in Albis* scribens paulo post an. 1450., unde liquet scriptoris antiquitas. Nescio, an sit ille *Jacobus a Sinopoli* in Calabria, quem seculo XIV. literis floruisse ex Mariano tradit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. num. 9.; etsi falsum est, omnes ibi a Mariano recensitos eo seculo vixisse: vel *Jacobellus a Seminaria* anno 1441. Episcopus Boven. in Calabria.

* JACOBUS DE CALLIO = V. *Jacobus Gallius* infra.

M C M X I I. 960.

JACOBUS CÆSA = *de Casa* dicit Gabriel Barletta Ord. Prædic., qui scribebat anno circiter 1470., in serm. Conceptionis B. V., & post eum Rodulphius lib. 3., & Willotus; Possevinus vero in Appar. sac. *de Cæsa*, quem secutus est Waddingus: sed omnium antiquior Joan. Card. a Turrecremata, qui an. 1440. scribebat, in tract. de Verit. Conceptionis B. V. par. 6. cap. 32. dicit *Jacobum de Casali*, atque ita legendum esse puto, nisi quod Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. vocat *Joannem de Casali*: quando quidem alius non ait Joannes, & Jacobus. Ceterum Barletta citat *Jacobi Librum de Conceptu Virginali*, idque in edit. Brixien. an. 1521. Joan. a S. Anton. citat Willotum, & Petrum de Alva col. 642. Militiæ, dicitque, nescio quo monumento, *Tertii Odinis Regularis*.

* JACOBUS CAPACELLI, quem ex Willoto, & Coronello huc infert Joan. a S. Anton., est *Hieronymus Gadius* cognomento etiam *Capacelli* ex Scriptor. Bononien., cujus *Comment. in Quolib. Scoti* non an. 1513., sed 1533. prodierunt Bononiæ, ut dictum est supra.

* JACOBUS CAPPEL, quem ex Coronel. Chronol. Franciscanis accenset Joan. a S. Antonio, fuit secularius, & hæreticus in catalogo, & indice libror. prohibitor. legendus.

M C M X I I I. 961.

JACOBUS CAROLUS = edidit

Comment. in Psal. 180. impress. Parisiis an. 1603., inquit Joan. a S. Anton. to. 2. citans Waddingum, Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan., & Jacobum Le-Long pag. 668. Biblioth. sacræ; cum tamen Waddingus secus habeat.

M C M X I V. 962.

JACOBUS DE CHEVANES = Gallus provinciæ Burgundiæ, seu S. Bonaventuræ. V. *Jacobus Augustodunensis*, ut supra in append. Waddingi. Scripsit etiam gallico sermone

Sermones de SS. Eucharistiæ Sacramento sub tit. *Amor triumphans de naturæ repugnantiis*. Lugduni 1633. in 4. apud Molin.

Centuriatus hominum illustrium gloriam heroicæ vitæ, ac christianæ desiderantium. Parisiis 1647., apud Joan. Puget.

Justas expectationes &c.; ut in append. Waddingi, latine.

Incredulitas sapiens, ac credulitas ignorans adversus beneficos, ac maleficus artes; cum responso ad librum, cui tit. Apologia pro omnibus viris magnis, qui de magia falso accusati fuerunt. Opus tripartitum. Lugduni 1671. in 4. apud Joan. Molin gallice; & postea ibid. 1674. in 4. Certe & Eberhard David Hauber to. 1. Biblioth. Magicæ p. 637. hunc inter rariores libros refert apud Analecta litteraria de libris rarioribus Freytag. pag. 59.

Vivebat adhuc senio confectus an. 1691., teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M C M X V. 963.

JACOBUS COMPLUTENSIS = Regul. Observ. an. 1519. *Guardianus* erat Cœnobii Cæsaraugustani in Aragonia ex autore Chron. S. Franc. par. 4. lib. 1. cap. 6. Fuisse dicitur & ejusdem prov. Aragoniæ Minister, & Ordinis Definitor Generalis, inquit Joan. a S. Anton. p. 95. v. *Jacobus de Alcalà*; cujus

Equitatus christianus prodierit an. 1570. typis Joan. de Villanova in 8. ex Nicolao Antonio.

Lu-

bentur mss. Romæ in Archivo Basilicæ S. Petri ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 157.

Opuscalum tit. *Doctriaa* incipiens: *Qaicumqae vult ad veritatis cognitionem* &c. ms. in 4. extat in Biblioth. Hispalen. Eccles., teste cit. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 108.

Bulgarinus, Corbinellus, & Crescimbenius vol. 2. *dr vulgari Poësi* par. 2. lib. 2. magna cum laude de hoc viro loquuntur; & autor Operis *de vulgari Eloquentia* Danti attributi memoriæ prodidit, *Dantem* Parisiis B. Jacoponi, cui suiicitia conjunctus erat, versus Francorum Regi explicasse. Sed & autores Dictionarii linguæ hetruscæ vulgo *Vocabolario della Crusca* hunc inter autores linguæ italicæ recensent, ejusque autoritate utuntur.

954.

JACOBUS DE BLANCHIS = idem est cnm *Jacobo de Alexandria*, de quo supra. Familia de Blanchis una erat ex vetustis, & illustribus Alexandrinæ urbis. Rodulphius in errorem traxit Waddingum.

M C M I I I. 955.

JACOBUS BLASÆUS = jam suæ provinciæ extiterat Minister, cum an. 1596. creatus est Episcopus Namurcensis in Belgio. Obiit an. 1618. die 21. Martii, & in Sacello S. Joan. Evangelistæ tumulatus accepit hoc epitaphium: *Hic jacet Fr. Jacobus Blozæus qaartus Episropus Audomarensis, qai obiit anno* M. DC. XVIII. *mensis Martii die 21. Requiescat ia pace*: & alibi dicitur concionator facundissimus. Dono dedit suæ Audomarensi Ecclesiæ suppellectilem librorum insignem ex Catalogo Antistitum illius Ecclesiæ: reliquit etiam

Orationem funebrem habitam in morte Joannis du Ploich Arisiensis Episcopi Atrebatensis an. 1602.

Methodum compendiariam ad coafessionem generalem latine ex anglica redditam, quæ vulgata est Antuerpiæ an. 1617. in 8. ex Coron. Biblioth. univ. to. 6., ex Biblioth. Barber. to. 1. pag. 158., & ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M C M I V.

JACOBUS BONAVENTURA HEPBURNUS tempore incerto posteris reliquit, teste Launojo pag. 591.,

Commentar. in Cantica Canticoram laudata a Jacobo Le-Long pag. 771. Bibliothecæ sacræ, ut notavit Jo: a S. Antonio.

M C M V.

JACOBUS BONINCONTRUS Siclensis prov. Siciliæ Regul. Observ. General. concionator edidit italice

Orationem funebrem iu exeqniis Caroli II. Hispaniarum Regis. Panormi 1621. in 4. apud Angelum Orlandum, ut est in append. Joan. a S. Anton.

Obiit autem an. 1637. ex Ord. Min. egressus, & clericali veste indutus ex Roccho Pyrrho apud Mongitorem to. 1. Biblioth. Siculæ.

M C M V I. 956.

JACOBUS BONUS = nescio quam *Barlettæ* editionem habuerit Waddingus: tres ego adhibui, Brixien. an. 1521. typis Britannicorum, Lugdunen. an. 1539. Junctarum, & Venetam anni 1571. per Somascum factam; harumque nulla habet in sermone de *B. V. M. Conceptione* Jacobum *Bonum*: ut mihi valde suspectus sit hic autor. Memoratur quidem *Jacobas Bonus* Dalmata a Giraldo in Comment. de Poëtis, diciturque edidisse *Raptum Cerberi* egregie, ut poeta celeber. Marracius in Catalogo ad an. 1436. ait scripsisse *de Conceptione Virginis Opusculum*, ut & Petrus de Alva col. 640. Militiæ, & ex his Joan. a S. Anton. In Biblioth. S. Crucis Florentina scam. 34. versus claustrum cod. 768. in 8. habetur

Mariale, seu *liber de Laudibus B. Virginis Mariæ* sine nomine autoris antiquus ms. incipiens: *Exordiam salatis nostræ dirit Beda, fratres karissimi, iatenta rurεmus aure percipere* &c.; præmissoque prologo, incipit: *Cap. 1. Maria dicitur lux. Hester* XII. *Judæis nova lux oriri visa est* &c.; & per 150. capitam Mariam celebrat variis rebus comparando; finitque: *& ultra cantabimus Alleluja. Amen. Amen. Amen.* Extat Opus ibi & scam. 35. cod. 776. in fol., sed sine principio. An hujus autoris sit censendus labor, hæreo; certe in prologo ait: *Ego autem de paupercula materia qaidqaid mihi Deus donaverit, in loco tabernaculi lætas offero* &c.

* JACOBUS DE BORDES = v. *Jacobus Burdegalensis*.

M C M V I I. 957.

JACOBUS DE BOSC = al. Boschæus, cujus liber inscriptus gallice

Honneste Femme prodiit etiam Rothomagi an. 1650. in 8. apud Viduam Nicolai Courant; quem vidi Bononiæ.

De Pœnitentia, ac sacra Communione gallice. Parisiis 1647. in 4. per Joan. Remii apud Biblioth. Tellerianam fol. 51. Nescio, an hoc Opus idem sit cum *Eucharistia pacifica*. Plura etiam edidisse præsertim *adversus Jansenistas* legimus in Historia Academiæ Gallicæ, Bayle in Dictionar. critico, & in Supplem. Dictionar. Moreri. Quæ reperi sunt;

Jesus Christs mort poar tous. Paris. 1651. in 8. typis Antonii Bertier.

De la vraye detraction des sectaires, & des leurs sectateurs, Alexandro VII. dicatum; ideoque post an. 1654.

M C M V I I I. 958.

JACOLUS BOULDUC = al. *Boldacias*, quem *doctissimum* appellavit P. Jacobus Salianus to. 5. suorum Operum, fervido præditus ingenio, cujus

Libri tres de Ecclesia ante legem prodierunt Lugduni an. 1626. in 4. Scripsit etiam

Libram unam analogicum de Ecclesia post legem. Parisiis 1630. in 4., in quo ostenditur, quanta sit similitudo inter legem naturalem, & legem evangelicam. De his libris scribit Joan. Andreas Ramirez Pinti Soc. J. lib. 2. in Cantica Canticor. cap. 1. v. 6.: *Composait nuper aureos libros de statu Ecclesiæ Jacobus Boldarcias Capucinus scriptor sane genii, & iagenii longe felicioris, & reconditioris loage disciplinæ. Lege, & mirare novas abstrusæ sapientiæ aurifodinas apertas*: ut observavit autor Biblioth. Capuccin.

Commentaria in libros Job tomis 2. in fol., quorum primus cusus est Parisiis anno 1631., & secundus an. 1638. per Laurentium Anisson.

Opus *de Orgio Christiano* inter libros raros ponitur a Gerdesio in Florilog. p. 37. apud Analecta litteraria de libris rarioribus Frider. Gott. Freytag. p. 139.

Expositio in Epistolam B. Judæ Apostoli, ia qua similia B. Petri Apostoli verba pariter expenduntur. Parisiis an. 1630.

Ex hujus, & Marci de Aniano Operibus per Anonymum Hispan. Capuccin. provinciæ Castellanæ

næ compactum est Opus, cui titulus: *Harmonia del bien, y del mal. Duo sonoro*. Matriti 1682. in 16. apud Bernardum de Villadiego, teste Joan. a S. Aoton. to. 3. pag. 3. n. 18., qui tamen perperam vocat *Joan. Baptistam*. Meritis plenus obiit in patria in senectute bona an. 1650., ætatis suæ 75. ex cit. autore Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

M C M I X. 959.

JACOBUS BURDEGALENSIS = vulgò *Bordeaux* in provincia Aquitaniæ, sed patriâ Constantiensis in Normannia, genere illustris, Capuccinus, concionator celebris, Theologus, ac linguæ sanctæ peritissimus, cujus

Elementa linguæ hebraicæ edita sunt apud Sebastianum Cremoisy ex autore Biblioth. Capuccinor., & Imbonato in Biblioth. Latino-Hebraica. Scripsit etiam

Elucidationem paraphrasticam Apocalypsis S. Joannis cum annotationibus ad loca difficiliora tomis 2. Parisiis an. 1658., & 1659. in fol. apud eumdem.

Explicationem omnium figurarum Apocalypsis. Ibidem an. 1659. in fol.

Conceptus concionatorios in Apocalypsim gallice. Ibidem anno 1660. in fol.

Sylvam sacrorum multiplicis argumenti continentem Theologiam de Christo, de B. V. Maria, de Sanctis, & de quacumque materia prædicabili. Ibidem an. 1661. in fol.

Librum controversiarum contra Jansenistas. Parisiis an. 1658. in 4. apud Cremoisy.

Concordantia Breviarii Romani, in qua redegit omnes materias prædicabiles in solo Breviario contentas. Parisiis an. 1616. in 8., cum esset annorum 23.; natus enim erat anno 1593.

Obiit vir pius anno 1669. ætatis suæ 76.; cum per 30., & amplius annos Novitiorum Magister extitisset. De eo & Jo: a S. Anton. v. *Jacobus de Bordes*.

M C M X.

JACOBUS BURPEARD Burgundien. Regul. Observ. Lector emeritus Guardiani munere fungens edidit

Apologiam pro conservatione Concilii oppidi Delensis ad Philippum IV. Hispaniarum Regem an. 1636. in fol.

* JACOBUS BUSSOLINUS. V. *Jacobus a Mozzanica*, quos diversos facit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 97. V. etiam *Jacobus Buscolinus* ex Coronello.

M C M X I.

JACOBUS CALABER composuit

Opusculum de Rubricis, seu *Ritibus Ecclesiasticis*, quod citat Anonymus Franciscanus penes me ms. in suis *Rubricis Eccles.* pag. 9. de Rubr. *Sabbati in Albis* scribens paulo post an. 1450., unde liquet Scriptoris antiquitas. Nescio, an sit ille *Jacobus a Sinopoli* in Calabria, quem seculo xiv. literis floruisse ex Mariano tradit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9.; etsi falsum est, omnes ibi a Mariano recensitos eo seculo vixisse: vel *Jacobellus a Seminaria* anno 1441. Episcopus Boven. in Calabria.

* JACOBUS DE CALLIO = V. *Jacobus Gallius* infra.

M C M X I I. 960.

JACOBUS CÆSA = *de Casa* dicit Gabriel Barletta Ord. Prædic., qui scribebat anno circiter 1470., in Serm. Conceptionis B. V., & post eum Rodulphius lib. 3., & Willotus; Possevinus vero io Appar. sac. *de Casa*, quem secutus est Waddingus: sed omnium antiquior Joan. Card. a Turrecremata, qui an. 1440. scribebat, in tract. de Verit. Conceptionis B. V. par. 6. cap. 32. dicit *Jacobum de Casali*, atque ita legendum esse puto, nisi quod Bartholomæus Pisanus Confor. xi. par. 2. vocat *Joannem de Casali*: quando quidem alius non sit Joannes, & Jacobus. Ceterum Barletta citat *Jacobi librum de concepta Virginali*, idque in edit. Brixien. an. 1521. Joan. a S. Anton. citat Willotum, & Petrum de Alva col. 642. Militiæ, dicitque, nescio quo monumento, *Tertii Ordinis Regularis*.

* JACOBUS CAPACELLI, quem ex Villoto, & Coronello huc infert Joan. a S. Anton., est *Hieronymus Gadius* cognomento etiam *Capacelli* ex Scriptor. Bononien., cujus *Comment. in Quolib. Scoti* non an. 1513., sed 1533. prodierunt Bononiæ, ut dictum est supra.

* JACOBUS CAPPEL, quem ex Coronel. Chronol. Franciscanis accenset Joan. a S. Antonio, fuit secularis, & hæreticus in Catalogo, & indice libror. prohibitor. legendus.

M C M X I I I. 961.

JACOBUS CAROLUS = edidit

Commentar. in Psal. 180. impress. Parisiis an. 1603., inquit Joan. a S. Anton. to. 2. citans Waddingum, Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan., & Jacobum Le-Long pag. 668. Biblioth. sacræ; cum tamen Waddingus secus habeat.

M C M X I V. 962.

JACOBUS DE CHEVANES = Gallus provinciæ Burgundiæ, seu S. Bonaventuræ. V. *Jacobus Augustodunensis*, ut supra in append. Waddingi. Scripsit etiam gallice

Sermones de SS. Eucharistiæ Sacramento sub tit. *Amor triumphans de natura repugnantiis*. Lugduni 1633. in 4. apud Molin.

Centuriatus hominum illustrium gloriam heroica vita, ac christianæ desiderantium. Parisiis 1647. apud Joan. Puget.

Justas expectactiones &c.; ut in append. Waddingi, latine.

Incredulitas sapiens, ac credulitas ignorans adversus beneficos, ac maleficas artes; cum responso ad librum, cui tit. Apologia pro omnibus viris magnis, qui de magia falso accusati fuerunt. Opus tripartitum. Lugduni 1671. in 4. apud Joan. Molin gallice; & postea ibid. 1674. in 4. Certe & Eberhard David Hauber to. 1. Biblioth. Magicæ pag. 637. hunc inter rariores libros refert apud Analecta litteraria de libris rarioribus Freytag. pag. 59.

Vivebat adhuc senio confectus an. 1691., teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M C M X V. 963.

JACOBUS COMPLUTENSIS = Regul. Observ. an. 1519. *Guardianus* erat Cœnobii Cæsaraugustani in Aragonia ex autore Chron. S. Franc. par. 4. lib. 1. cap. 6. Fuisse dicitur & ejusdem prov. Aragoniæ Minister, & Ordinis Definitor Generalis, inquit Joan. a S. Anton. p. 95. v. *Jacobus de Alcalà*; cujus

Equitatus christianus prodierit an. 1570. typis Joan. de Villanova in 8. ex Nicolao Antonio.

In-

Lucerna Minorum scripta est post annum 1503., cum in ea citet *Capitulum Generale* eo anno Trecis celebratum.

M C M X V I. *964.*

JACOBUS CORENUS =

Observationes in Evangelia &c. prodierunt etiam Lovanii an. 1653. in 4., teste Joan. a S. Anton.

Clypeus patientiæ &c. Lugduni 1623. in 8. typis Viduæ Claudii Movillon; mox recognitus ibidem 1628.; & tertio ibidem 1631. per Claudium Prost. Tandem in hispanum conversus a Didaco Castellan IV. Doct. prodiit Cæsaraugustæ 1648. in 4. typis Lanajæ.

M C M X V I I.

JACOBUS DE DONZELLIS Bononiensis Regul. Observ. an. 1449. interfuit Mugellanæ Congregationi ex Waddingo in Annal. ad eum an. num. 17., eaque fuit religione, & doctrina, ut Marcus Ulyssipon. in Chron. S. Franc. lib. 1. par. 3. cap. 43. ex Mariano, Speculoque Min. tradiderit totam eum vita, ac doctrina illustrasse Ecclesiam; & Robertus Liciensis Episcopus Aquinas, verbique Dei præco eo tempore celebratissimus serm. de S. Bernardino cap. 2. eumdem inter concionatores Ord.Min. *famosissimos* nominare non dubitaverit. Quapropter scripsit

Conciones ad Quadragesimæ, totiusque anni tempus accomodatas;

Sermones de Sanctis etiam; & forsan *alia*, quæ temporum cursus obliteravit.

M C M X V I I I. *965.*

JACOBUS FABER = *Faba* cognomento, non Faber, *Comensis de Vincentia nuncupatus*, forsan incolatus ergo, an. 1509. per Lazarum Soardum Venetiis cudi curavit

Opusculum Joannis Anglici Minoritæ de primis, & secundis intentionibus, & *Resolutiones in Aristotelis libros Posteriorum*, notis, & nonnullis ab ipso *de medio demonstrationis* præsertim insertis, ad Fr. Hieronymum Maripetrum missas: & in epist. ad eum testatur de hoc autore: *varios libellos mira planitici pertractatione elaboratos, ipso suis in Universalibus citante, quorum quamplures nostris in laribus subselliis insident, conflavit* &c.: vocatque *Minoritanæ Observantiæ Metaphysicum consumatissimum*. Præterea secum adhibito *Hieronymo Leone* Patavino ejusdem Ordinis castigavit, correxitque

Quartum Senten. librum Richardi a Mediavilla Minoritæ impress. Venetiis apud eumdem, eodemque anno; quæ editio extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

M C M X I X. *966.*

JACOBUS FARCIN = de quo Nicolaus Antonius to. 1. Biblioth. Hispan., & Joan. a S. Antonio.

* JACOBUS FEDERICUS. V. *Sigismundus Bononiensis*.

M C M X X. *967.*

JACOBUS FLORENTINUS = an. 1454. die 4. Maji lauream Doctoratus in sac. Theologia accepit Florentiæ, vocabaturque *Jacobus Henrici illustris Florentinus*, teste Luca Joseph Cerrachino in* Fastis Theologicis Collegii Theol. Universit. Florentinæ; & male Joan. a S. Anton. dicit *Regul. Observ.* to. 2. pag. 100. Hic forsan est ille *Fr. Jacobus* Minorita, de quo scribit Pogius Florentinus in 3. Invectiva in Franciscum Philelphum, *versibus* quibusdam lusisse in dictum Philelphum, a quo Bononiæ fraudatus fuerat.

Summam Raynerii Pisani Ord. Prædic., qui ex Echardo circa an. 1351. obiit, tit. *Pantheologiam* alphabetice dispositam castigavit, interpolavitque *eo modo*, quo ipse in præfatione tradit inquiens: *de quo Opere ego discurrendo ipsum panem subtraxi, & multa addidi, quæ in dicto Opere videbantur deficere, reducendo etiam aliquas materias subtiles ad stylum faciliorem, & clariorem, ut tam a legentibus, quam audientibus dulcius gustarentur, & medullitus imprimerentur*; cujus prima pars habetur ms. Viennæ in Austria in Biblioth. Min. Conv. ex Catalogo libror. illius loci an. 1593. a P. M. Georgio Benigno Doglioni Bellunensi Apostolico Visitatore recognito, & Romæ in Archivo Ordinis asservato tit. *Inventariorum liber provinciarum Bohemiæ, & Austriæ*. Prima hujus *Summæ* editio sine loco, & anno impressionis extat Parisiis in Collegio Navarrico tomis 2. in fol.; alia vero in Biblioth. S. Germani a Pratis tomis etiam 2., in cujus fine legitur: *Anno* MCCCCLXXIIII. III. *nonas Augusti finita, absolutaque est hæc dilucida, ac præclara Summa Fr. Rainerii de Pisis Ordinis Prædicat., quæ & Pantheologia, per Antonium Coberger civem Nuribergensem, curante Fr. Jacobo Florentino Ordinis Minorum*: postea & 1477., & 1486. per eumdem Coberger; Coloniæ vero 1486. typis Hermanni Lichtenstein, & Venetiis eodem anno, Lugduni 1519., iterumque Venetiis an. 1585. per Joan. Baptistam a Porta to. 2. in 4., nec non an. 1590.; Brixiæ vero an. 1580. to. 2. in 4. opera *Fr. Joan. Francisci Nardi* Fanensis Franciscani Conventual.sac.Theol. Magistri, & ecclesiastis haud vulgaris, qui *conciones* nedum Placentiæ, & Genuæ, sed & Neapoli in majori Ecclesia habuit, dicavitque Opus Abbati Theodosio Burleo Placentino supremo Ord. Canonic. Regul. S. Augustini Præfecto, quam editionem vidi Romæ in Biblioth. SS. Apostolorum: tandem, aliis ommissis, prodiit Parisiis an. 1685. in fol. cura Fr. *Jo: Nicolai* Ord. Prædic., sed sine hujus *Jacobi Addit.* annotatione, ut nemo scire queat, quid iste addiderit, & quid subtraxerit: uno verbo quænam sint Raynerii, & quæ Jacobi.

Echardus to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. in *Raynerio Pisano* autoris prologum, qui in ultimis editionibus desideratur, affert, ex quo discimus, eum an. 1333. Opus suum inchoasse., & autores, ex quibus illud conflavit, nimirum *S. Thomam de Aquino, & Doctorem antiquum Alexandrum de Hales, atque Doctorem Seraphicum Bonaventuram, & alios Doctores* &c.; quare immaniter errat Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1300. in *Raynerio Pisano*, dum censet Raynerium verbo tenus a *Petro Londinensi* Archidiacono, qui floruit an. 1230., *Pantheologiam* accepisse, & ordine tantum alphabetico disposuisse; nihil enim accepit a Petro Londinensi, sed a Doctoribus ab ipso recensitis in prologo, quibus addendi Albertus, & Ægidius Romanus, sicuti etiam Oudinus potuisset rescire, si Raynerii Opus revolvisset. Erravit etiam Rodulphius lib. 3., eumque secutus Possevinus in Apparatu sacro to. 2. scribens, Jacobum Florentinum recognovisse *Raymundi* Pisani, loco *Raynerii*, Summam.

Jacobi Florentini Ord. Min. Quæstiones Theologicæ Morales habentur mss. in Biblioth. Vindocinen. Monasterii S. Trinitatis ex Catalogo apud Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1202. to. 2.

A a a MCMXXI.

M C M X X I. *968.*

JACOBUS FODEREUS = Maurianensis in Sabaudia provinciæ S. Bonaventuræ Minister edidit etiam, vulgavitque

Vitas SS. Virginum, & Martyrum Lugduni an. 1609. gallico idiomate, ut referunt Act. SS. Collect. Bolland. to. 1. Martii die 6. in Comment. prævio ad Vitam B. Colettæ §. 1. n. 6.; & anno 1620. in 8. ex Petro de Alva col. 548. Militiæ univ.

Descriptionem Monasterii S. Claræ Chamberiensis civitatis, ubi de Virginibus ejusdem Monasterii illustribus agit.

Descriptionem Monasterii Annesiensis ex And. Rossoto in Scriptor. Pedemont.

Vitam B. Joannæ a Cruce Tertiariæ Franciscanæ, teste Arturo in suo sacro Gynecæo Mulierum ad diem 3. Maji n. 6., ut refert Joan. a S. Anton. to. 2. Idem Arturus hunc citat etiam in Martyrolog. Francisc., & in indice vocat *Nicolaum Foderetum*.

M C M X X I I. *969.*

JACOBUS LA FROIGNE = Regul. Observ.

M C M X X I I I.

JACOBUS GALLIUS, seu de Gallio, nescio an Observ., vel Conv., discipulus, vel etiam S. Bernardini sectator; inter *famosissimos* sui seculi concionatores enumerat ipse concionatorum coriphæus Robertus Liciensis Episcopus Aquinas in *Sermone* de S. Bernardino par. 2., cujus & meminit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. n. 8. ex Mariano Florent.; sed errat existimans eum floruisse seculo XIV., cum vixerit an. 1450.; scripsitque

Conciones de Tempore, & quadragesimales, & *alia* forsan, quæ ignorantur.

Anno 1468. *P. Magister Jacobus Calliensis* Picenus Bononiæ in Æde S. Petronii *quadragesimales conciones* habuit ex monum. illius Basilicæ; & anno anteriori 1467. Florentiæ in Comitiis Gen. Ordinis octo diebus ex Waddingo in Annal. ad eum ann. n. 1. Apud Indic. Bullarii Seraph. Petri de Alva sub an. 1472. n. 44. habetur, seu indicatur diploma Sixti IV. pro beneficio *Fr. Jacobi de Callio*: an ita legendum sit apud memoratos autores, sitque idem, an vero diversus ab eo, de quo loquuntur, haud satis scio.

M C M X X I V. *970.*

JACOBUS GARIBI = Regularis Observantiæ provinciæ Genuen., cujus *epigramma* legitur initio to. 1. *Pymandri* &c. Hannibalis Rosselii ejusdem Instituti; edidit etiam antea

In Rhytmum S. Bonaventuræ Philomena nuncupatum Expositionem carmine italico. Venetiis an. 1586., teste ipsomet Waddingo infra in *Jacobo de Portu*, quem diversum existimavit. Ceterum in *S. Bonaventura* dixi, cujusnam sit Opusculum *Philomena*. Prodiit & Florentiæ an. 1685. ex Ind. Biblioth. Barber.

M C M X X V.

JACOBUS GAVARRINI e Montefalcone, ut puto, oppido in Piceno inter Montem Altum, & Firmum versus Apenninos sito scripsit nonnulla ad *Historiam* pertinentia, cum citetur a Waddingo in Annal. Min. ad annum 1306. n. 24. quædam de *B. Electo* Ord. Min. Romæ ad Aracœli humato scribens; ideoque forsan erit ille *Fr. Jacobus de Marchia*, qui edidit

Catalogum Sanctorum, & Beatorum Ordin. Minor., teste cit. Waddingo in Annal. Min. ad an. 1305. n. 4., quem quoque adducit autor Supplementi dictorum Annalium sub an. 1299., & 1305., & qui composuisse etiam potuit

Dialogum contra Fraticellos tempore Concilii Basileen. attributum *S. Jacobo de Marchia*.

Waddingus ad an. 1230. n. 7. vocat *Fr. Jacobum Guarrini*, aitque scripsisse quædam de S. Francisco; nisi forte sit alius.

M C M X X V I. *971.*

JACOBUS E S. GEMINIANO = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed tempus, quo vixit, nemo significavit, neque cujus provinciæ: est igitur *S. Geminiani* oppidum in Tuscia, ac in Custodia Senensi, eoque in loco floruit *Fr. Joan. de Caulibus magnus prædicator*, inquit Bartholomæus Pisanus Conformit. XI. par. 2., ut suspicio sit, apud Rodulphium cit. fuisse exaratum *Jacobum* loco *Joannis*. Joan. a S. Anton., ut sæpe solet, vocat *Regul. Observ.* ex Terrinca, Gonzaga, & Possevino, ac Waddingo, qui tamen omnes acceperunt a Rodulphio.

* JACOBUS GIRAGUS = V. *Franciscus Raggius*.

972.

JACOBUS DE GRISSANTO = idem est cum *Jacobo Trisanto* infra relato. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

M C M X X V I I. *973.*

JACOBUS DE GRUMELLO = Regul. Observ. eximius Theologus, qui Hieronymo Savonarolæ sæpius in faciem restitisse dicitur, dum Visitatoris provinciæ S. Antonii, Venetæque munere fungeretur. Cum autem esset provinciæ Brixiensis Vicarius, literas dedit ad Hieronymum Torniellum sui Ordinis *Vicarium Generalem*, quas præmisit libro *Regulam* S. Francisci, *Expositiones* S. Bonaventuræ, aliorumque in eam, & nonnullas Rom. Pontificum *Constitutiones* complectenti, cui insertus est etiam *Libellus super Regulam Fratrum Minorum, qui Serena Conscientia nuncupatur* sine nomine autoris: prodiitque liber Brixiæ an. 1502. in 4. per Jacobum Britannicum, & habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis, & Ravennæ in illa S. Francisci Min. Conv., & in Biblioth. Telleriana pag. 182. Indic. Non igitur *Serenæ Conscientiæ* autor fuit, sed evulgator. Prodiit autem etiam in Monumentis Ordinis Min. edit. Salmanticæ an. 1511. tract. 2., & in Firmamento trium Ordin. S. Francisci edit. Ven. 1513. par. 3. pariter absque autoris nomine, quem Waddingus tam in hoc Scriptorum libro, quam in Annal. Min. sub an. 1480. num. 12. putavit *Alexandrum Ariostum*. Italum certe autorem fuisse testatur Alfonsus Casarubios in suo Privileg. Compendio v. *Paupertas*.

Errat Waddingus scribens in Annal. ad an. 1483. num. 36. Jacobum obiisse anno cit., cum an. 1502. in vivis esset, ut ipsemet dicit ibi. De eo Donatus Calvi par. 1. Scenæ liter. fol. 314., & Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

* JACOBUS GUARRINI, qui nonnulla scripsit *de Vita, & gestis B. P. Francisci*, ut habet Waddingus ad an. 1230. num. 7., scribens penes se illa habuisse, iisque usum esse in describenda S. Patris historia, forsan est *Jacobus Gavarrini*, de quo supra.

M C M X X V I I I. *974.*

JACOBUS GUISIUS = *magnus Gallicanarum antiquitatum scrutator* dicitur a Joanne Blaeu in Magno

gno Theatro Belgii Regii, ubi de Lovanii civitate disserit, qui & alibi eum pluries citat.

Hujus *Chronicon* vel in gallicam linguam vertit, vel certe ex eo excerpsit *Balduinus de Avennis* Margaritæ Comitis Flandriæ, Hannoviæque filius circa an. 1420., ut notavit Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1420. in *Balduino de Avennis*; ad annum vero 1380. agit de hoc *Jacobo Guisio*, cujus *Chronicon* tradit haberi ms. etiam Antuerpiæ apud PP. Societ. J. testimonio Bolland. variis in locis Act. SS., de eoque scribere Aub. Miræum in Elogiis Belgicis, & in Auctario Scriptor. Eccles. cap. 436., Vossium lib. 3. de Histor. Latin. cap. 3., Valerium Andream in Biblioth. Belgica, & Simlerum in Epitome Biblioth. Gesneri. Horum *Annalium* editionem tradit Jacobus Le Long. lib. 4. Biblioth. Gallicæ factam esse Parisiis an. 1571. in fol. apud Regnaut.

Annales, & Historia Principum Hannoviæ autore Jacobo de Guisia usque ad an. 1244. *perducti* tomis tribus in fol. magno cum figuris extant mss. Parisiis in Regia Biblioth. cod. 8318., & cod. 8384. Est prima pars eorumdem gallice facta in fol. ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 831.; habentur & in Biblioth. Coislin. Sangerman. n. 498. ex Catal. ejusdem pag. 1101.

Frider. Gotthilf. Freytag J. C. in *Analectis litterariis* de libris rarioribus Lipsiæ anno 1750. editis pag. 411. refert hanc editionem:

Jaques de Guise Illustrations de la Gaule Belgique antiquitez du pais de Haynault, & de la grande cité de Belges a present dite Bavay, dont procedent les chaussées de Brunehault. Paris. 1531. tomis 3. in fol., atque Opus admodum rarum, de quo Biblioth. Dalmanniana p. 100.

Notavit Labbeus in nova Biblioth. edita Paris. 1653., eumque secutus Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 101. scripsisse etiam gallice *Historiam Francisci I. Galliarum Regis exhortationibus moralibus illustratam*, quæ extat ms. Parisiis in 2. sixto Bibliothecæ Regiæ num. 248.; sed quomodo, si omnes fatentur obiisse eum an. 1398., scribere potuit Francisci I., qui post an. 1500. regnare cœpit, historiam? Aut igitur mendum cubat in nomine Regis, aut autoris; nisi extet & *Jacobus Guisius* junior.

975.

JACOBUS HENRICUS = leg. *Blanchus*, seu *Albi*, de quo supra actum est n. 950. in *Jacobo Alexandrino*.

M C M X X I X. 976.

JACOBUS HUGONIS = de quo Waddingus in *appendice* ad hunc librum; cui addatur: alumnus Cœnobii Taulæ provinciæ S. Bonaventuræ in Burgundia, forsan nepos, vel consanguineus *Claudii Hugonis*, de quo supra actum est, sac. Theol. Magister doctissimus, concionator apud Carolum IX. Galliarum Regem, cui etiam a consiliis, sacrisque Confessionibus, & a quo legatus fuit ad Hispaniarum Regem Philippum II.; sed & in *Catalogo Doctorum Theologiæ* facultatis Parisien. missorum a Carolo IX. Rege Galliarum ad Concil. Tridentinum legitur *Jacobus Hugonis Franciscanus, idem etiam Procurator Rev: Joannis Ursini Episcopi Trecorensis*. Obiit Parisiis an. 1574. die 19. Novembris apud suos magno cum honore sepultus in sarcophago eiseorsum posito una cum *Petro a Cornibus* ejus præceptore; ut & Gonzaga par. 3., & Waddingus in in addit. ad to. 7. Annal. Min. in fine to. 8. n. 6., ubi eum dicit *Tanlaici* Cœnobii diœcesis Lingonen. in Campania alumnum Episcopatus oblatos recusasse; de quo & apud autorem Chron. S. Franc. par. 4. lib. 4. c. 38.

M C M X X X.

JACOBUS JUSSANUS ex illustri familia Mediolanen. Capuccinus, suæ provinciæ Vicarius, qui cum piis pro Dei Ecclesia confectus laboribus in patria obiisset die 4. Augusti 1584., ferunt S. Carolum de eo dixisse: *Doleo magnopere, quandoquidem magnus Dei Servus nobis eripitur, & fidelissimum in onere mihi commisso cooperatorem amitto*, ut refert Boverius in Annal. to. 2. ad eum annum. Reliquit autem a se scriptam

Chronologiam fundationis provinciæ Mediolanensis, & rerum memorabilium Capuccinor. usque ad an. 1580., teste autore Biblioth. Capuccin., ex quo Joan. a S. Anton.

M C M X X X I. 977.

JACOBUS LAUDENSIS = asseritur floruisse circa an. 1344. a Vaddingo in Annal. Min. ex Mariano; sed falsum est, omnes, quos ibi Marianus enumerat, eo tempore vixisse, uti de unoquoque ostendam suis locis: cum enim Bartholomæus Pisanus, qui anno 1390. scribebat, Confor. XI. istum non habeat, conjicere est, eum post illud tempus extitisse. Memoratur & *B. Jacobus Sacerdos de Laude Tertii Ord. S. Franc.* apud Waddingum ad an. 1242. n. 24., sed quo tempore vixerit, non prodit. Videant, an *Jacobus Lausanen.*, de quo in sequenti.

M C M X X X I I. 978.

JACOBUS E LENDE = oppido Artesiæ diœces. Atrebatensis vulgo *Lens*, scripsit etiam

Sermones de Sanctis, qui extant mss. pergam. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 512., ubi dicitur *Jacobi de Laus* corrupte pro *Lens*; nisi legendum *de Lausan*.

Sermones quadragesimales Fr. Jacobi de Lende Ord. Min. Parisiis an. 1499., teste P. Orlando de Orig., & progr. Typograph.; & iterum ibid. in 4. an. 1501., teste Joan. a S. Anton., qui illam editionem dicit vidisse in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ; sicut & alteram, quæ continet ejusdem

Sermones Adventuales. Ibidem eodem anno in 4.

M C M X X X I I I.

JACOBUS A S. LUCIA Messanensis prov. Siciliæ Min. Conv., Francisci a Ruvere, postea Sixti IV. discipulus, expleto in Panormitano Lycæo Regentis munere, dum Vicarius Generalis in ea Insula existeret, ab eodem Sixto ad Episcopatum Pacten. evectus est, evocatusque Romam, ut in Archiepiscopum Messanen. promoveretur, ibi mortuus asseritur circa an. 1485., cum scripsisset, quod sciatur,

Opuscula Theologica, teste Samperio apud Anton. Mongitorem to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 102.

M C M X X X I V. 979.

JACOBUS MALAFOSSA = *Jacobinus* etiam vocabatur, uti codices excusi, & Petrus Rodulphius autor coævus; & ipsemet in epist. ad Hippolytum Card. Estensem, cui Opus suum dicavit, *Jacobinum* se subscripsit. Ex his autem, quæ habentur in fine dicti Operis, edocemur, suæ provinciæ Genuensis Min. Conv. Ministerio functum, Patavii annos 25. Regentis, 42. vero Metaphysici publici munus explevisse: usus est præceptore Hieronymo Ga-

dio Bononiensi, & Joanne Montesdoca Hispano, ut ipse testatur in 1. d. 17. fol. 154., & 274.; nec non dist. 39. quæst. 5. fol. 287.; quantique eum fecerint Patres Tridentini Concilii legere est dist. 17. fol. 220. ejusdem lib. 1. Senten. Scribit de eo Rodulphius lib. 3. fol. 322., ubi se dicit ejus discipulum Patavii docentis, Bargis in patria obiisse, cum Taurinum evocatus fuisset a Duce Sabaudiæ magno ibi docturus stipendio, evanescente jam Gymnasio Patavino, ubi 45. annos lectiones tradiderat summa cum laude, felicibusque auspiciis exhausta æmuli sui Schola: Bargii vero Cœnobium a Gallis bellorum militari vi paulo ante destructum magnis expensis restituisse.

Commentarii in primum Sententiarum Scoti tantum, non *in secundum, & tertium* lib. Senten., excusi sunt Patavii an. 1560. in fol. typis Gratiosi Perchacini, in quibus non 150., ut etiam Possevinus habet, sed 130., quæ videntur esse *contradictiones, solvuntur*: & leguntur in fronte Operis.

Explanationem etiam lucidissimam in 2. 3. & 4. Senten. librum eum scripsisse testatur cit. Rodulphius lib. 3., & ipsemet in 1. d. 1. quæst. 1. §. *Juxta istam viam* fol. 79.; & in 1. quæst. prologi §. *Sed hæc tria* citat Comment. suum in 2., & 3. Senten. librum; dist. vero 35. §. *Potest dici ad quæstionem* citat suum in 4. Senten. librum Comment., sed lucem nondum aspexerunt.

Expositionem in Metaphysicam Aristotelis scripsisse nedum testatur cit. Rodulphius, & Possevinus, sed ipsemet eam adducit in 1. quæst. prologi §. *Tertio* principaliter; & dist. 17., ac 19. quæst. 2., & Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. habetur ms. in fol. *Lectura Magistri Jacopini de Barges super prim. Metaph.* Hujus tamen Operis duntaxat *Quæstio de subiecto Metaphysicæ* prodiit Patavii an. 1553. in 4. per Joannem Dominic. Barbettam ab autore Francisco Contareno patritio Veneto dicata, & die 18. Julii an. 1551. completa, ut in fine legitur; in qua quidem quæstione alia *Quæstio* includitur, an *subiectum Metaphysicæ sit scibile*: & consequenter *an Metaphysica sit scientia*: Quæ duplicata quæstio recognita, ac interpolata iterum, ac pluries vulgata fuit Venetiis an. 1581. per Sessas opera *Salvatoris Bartholucci* Min. Conv. Patavii publice Metaphysicam profitentis; & an. 1591. ibidem; demumque anno 1613. per Joan. Guerilium in 8. in fine *Ethicorum Petri Tatareti*.

Comment. in D. Pauli Epistolas; &

In Orationem Dominicam composuisse scribit And. Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont.

In laudem Comment. in 1. Senten. *Hippolytus Pantoccius* Perusinus, & *Hieronymus Helenæ* a Leonissa Franciscan. Convent. ediderunt Epigrammata haud insulsa.

M C M X X X V.

JACOBUS MANTUANUS Regul. Observ., qui latuit complures, an. 1512. erat Definitor sui Ordinis ex Wadd. ad eum an. num. 6.; ejus est

Declaratio super Regula S. Francisci, quæ inscripta est Collectanea Minorica, quæ extat mss. in 4. parvo: eam citat Fr. Joannes Fanensis ejusdem Instituti in suo *Opusculo*, seu serm. super Regula S. Francisci *de voto Minoriticæ paupertatis*. *Quædam Collectanea lectu digna* inquit P. Rodulphius lib. 3. fol. 322.

Promptuariolum Minoricum Iconomicum, seu de modo bene gubernandi, & *de electione Prælatorum Ordin. Minorum* scriptum tempore Clementis Papæ VII.

Nescio an hic sit *Jacobus de Strada Mantuanus*, scripsit *Epitoma Thesauri antiquitatum, & Vitarum* qui *Imperatorum* apud Waddin. ad an. 1212.num.28. Joan. a S. Anton. accepit a Rodulphio.

* JACOBUS DE MARCHIA, seu de Monte Brandone = V. *Jacobus Picenus*, & *Jacobus Gavarrini*.

M C M X X X V I. 980.

JACOBUS DE MASSA = provinciæ Piceni, Custodiæque Firmanæ, non autem de *Massa maritima provinciæ Tusciæ*, uti erronee scribit Joan. a S. Anton. pag. 102.; de eo Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in provin. *Marchiæ*, & Custodia *Firmana*, locoque *Massæ* inquit: *de quo fuit Fr. Jacobus, qui historiam acceptionis loci Montis Alverniæ habuit a Fratre Leone; & de miris factis in dicto Monte; & de Stigmatibus sacris*: & Conformit. XXXI. parte 2. citat *Legendam de Inventione Montis Alverniæ*; quam quidem, vel ejus *Compendium* exhibet autor *Speculi Vitæ B. Francisci, & Sociorum ejus* pag. 92. edit. Venetæ an. 1504. Laicus fuit, & socius B. Francisci, deque ejus sanctitate, ac visione tractat Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 49., & Rodulphius lib. 1. fol. 107.; ex his vero Waddingus in Annal. Min. ad an. 1256., quo floruisse dicitur.

M C M X X X V I I.

JACOBUS MAZZA Rheginus Calaber Ordinis Capuccinor. floruit an. 1540.; scripsitque, & edidit

Lucernam Confessoris. Neapoli an. 1519. in 4. ex Toppio apud Zavaronem in Biblioth. Calabra pag. 83.

M C M X X X V I I I.

JACOBUS MEDIOLANENSIS Lector edidit

Meditationum tractatum, qui ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 18. versus Eccles. cod. 208. in 8. post libros Dialogorum S. Gregorii Papæ, hoc titulo: *Incipit prologus in librum compositum a Fr. Jacobo Lectore Mediolanensi de Ordine Fratrum Minorum. Ad te levavi animam meam Deus meus confisus de tua liberal.* &c.; in quo scribit, amici prece fuisse inductum, & zelo interno coactum, ut qualiter quisque Deum studiose *quærere* debeat, *invenire* valeat, & etiam ad eum accedere, strictisque *tenere* amplexibus possit, *quibusdam meditationibus* aliqualiter declarare præsumpsisse: hoc autem est de triplici quodammodo via *purgativa, illuminativa*, & *unitiva* scribere voluisse: præmissisque 27. titulis, vel capitibus Opusculi, incipit: *Transfige, dulcissime Jesu, medullas animæ meæ* &c. veluti altero prologo: postea subdit primum titulum: *Qualiter homo possit amplius in bono proficere, & Deo magis placere*, charactere rubro: deinde incipit: *Primo studeat, quantum potest &c*: versus finem habet expositionem Antiphonæ *Salve Regina misericordiæ*; mox hymnum *dulcis Jesu memoria* 45. strophis conflatum, qui in titulo dicitur: *Verba intimi amoris Xpi Jesu sc. B. Bernardi*: deinde *Sermonem de modo bene vivendi*, & caput *de compassione ad Christum* habenda: tandem adjicitur cap. *qualiter Sacerdos debet esse ordinatus ad Missam* incip. *Ad Missam celebrandam sex considero* &c.; clauditurque Opusculum cum oratione: *Domine Deus omnipotens, æterne, & infallibilis sine*

fine,

fine, atque initio &c.: cujus Opusculi meminit Barthol. Pisanus Confor. vett. par. 2., ubi de Scriptor. Ordin. Minor. agit, inquiens: *Tractatum Transfige devotum composuit quidam Lector Mediolanensis*: quo lucet autoris antiquitas. Decem prima capita harum Meditationum italice translata sine nomine autoris extant Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. in ms. libro cartac. in 8. diversorum Opusculorum asceticorum; incip. *Dieci gradi per salire alla perfezione. In prima studie lomo quanto ello pode* &c. Venetiis etiam in Biblioth. S. Marci cod. 7. in 4. membr. seculi circit. XIV. habentur mss. *Meditazioni della vita di Cristo di Frate Iacopo dell' Ordine de Minori translato da grammatica in latino.* Incip. *A zascuna persona de questo mondo terreno, che vole andare a vita eterna, se vole andare per via secura* &c. Ex Indice ejusdem Biblioth. pag. 223.

Prodiit autem primo typis, ut puto, Venetis circa an. 1487. in 8. m. inter parva *S. Bonaventuræ* adscripta Opuscula hoc titulo: *Incipit Stimulus Amoris Seraphici Bonaventuræ Cardinalis Ordinis Minorum olim Generalis*: omissoque prologo, incipit: *Transfige dulcissime Domine Iesu* &c.: deinde *Tractatus* in duas partes dividitur, & inverso Scriptoris ordine, secunda pars præponitur primæ, multis resecatis, & multis etiam adjectis, ordineque variatis opera *Fr. Henrici de Balma*, ut de eo agens notavi, incipitque: *Currite gentes undique* &c.; omissis exposit. *Salve Regina*, hymno: *Iesu dulcis memoria*, & *Sacerdotis Ordinat. ad Missam*. Postmodum vulgatus est iterum Venetiis an. 1535. in 12. per Joan. Patav., & Venturinum Ruffinellum cum prologo, sed in tres partes divisus juxta tres mysticæ Theologiæ vias, inverso etiam ordine, ut in 1. editione, multis adjectis, & multis rejectis, variatisque, ut fere diversus a prototypo appareat, cum titulo insuper *Stimuli divini amoris S. Bonaventuræ*, quo deinde semper inter Opuscula S. Doctoris impressus est, omisso hymno: *Iesu dulcis* &c. Neque hic omittendum, autorem in prologo, ut notavi etiam in *Henrico de Balma*, scribere: *tu autem mi frater Iohannes, qui Eucharis appellaris, accipe munusculum, quod a me indigno nomine tamen supplantatore vocato, idest Iacobo* &c.; quod in editis variatum legitur, quoniam D. Bonaventuræ incongruum. Vide *S. Bonaventura* (17. & 75.)

MCMXXXIX.

JACOBUS DE MELFICTO primo provin. Apuliæ Reg. Observ. alumnus, deinde inter Capuccinos in provin. Neapolitana adscriptus, meritis illustris, senio confectus, multisque laboribus diverxatus obiit anno 1561. Messapiæ supra Brundusium, vulgo *Messagna*, quo a Prorege Hydruntinæ provinciæ ob prædicatæ veritatis testimonium fuerat relegatus; tantaque fuit apud populos sanctitatis opinione, ut ei statua publice erecta fuerit. Scripsit autem lingua hetrusca

I divini precetti dell' Angelo a Moise divinamente dati, e per il Verbo Incarnato apertamente dichiarati, e dalla Chiesa cattolica confermati. Venetiis an. 1570. in 12. apud HH. Marci Sessæ cum latina epistola ad Rodulphum Pium S. R. E. Cardinalem data Venetiis idibus Septembris 1543. Idem Opus recognitum, & correctum recusum est Venetiis 1575. in 16. per Christophorum Zanetti, Extat editio Romæ in Biblioth. SS. XII. Apostolor. Iterum ibidem apud Juntas eodem anno, & antea an. 1556. per Cominum de Tridino. Neapoli quoque 1597.

Commentaria in psal. 14. Domine quis habitabit &c. per modum dialogi, interlocutoribus Davide, & Salomone incip. *Cum cælorum ambitus* &c. In XI. partes distributum Opus continet 1. *de B. Mariæ Conceptione*; 2. *De divina lege*; 3. *De lege humana*; 4. *De detractione*; 5. *De amore proximi*; 6. *De opprobriis contra proximum*; 7. *De abominatione, & vigilantia sui ipsius*; 8. *De honore timentium Deum*; 9. *De juramento observando*; 10. *De usuræ prohibitione*; 11. *De muneribus contra innocentes*. Venetiis in 4. imperiali ex Officina Aurelii Pincii MCCCLV., inquit Continuator Annal. Minor. Joseph Maria Anconitanus to. 19. ad an. 1561. n.9. ex Joan. de S. Anton. in Biblioth. Franciscana, sed reponendum MDXXXV.

Opusculum in Symbolum fidei cum Commentariis;

De præceptis Ecclesiæ;

Tractatus de mortificatione carnis;

De Immaculata V. M. Conceptione;

Conciones diversæ &c.; omnia prodierunt Venetiis annis 1535. 1575., & 1578. apud Cominum de Tridino, & alios ex cit. autore Continuationis Annal. Min.

Commendatur a Toppio in Biblioth. Neapolitana, a Diony. Genuen. in Biblioth. Capuccin., & ab Arturo in Martyrol. Franciscano ad diem 28. Augusti, apud quos legimus, eum recusasse *Archiepiscopatum* Ragusinum. V. *Jacobus Paniscotius* infra.

MCMXL. 981.

JACOBUS DE MENESES = Didacus dicitur a Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan. pag.230., eumque secuto Joan. a S. Anton. to. 1. pag.302.; Regul. Observ. natione Bæticus *Prædicator Apostolicus*; cujus extat & docta *Epistola* data 5. kal. Junii 1547. ex Comitiis General. apud Asisium coactis Joanni Baptistæ Bonacossæ Ferrarien. in fronte Opusculi *de Laudibus Herculis II.* Estensis Ducis Ferrariæ, ejusdem Bonacossæ cusi Venetiis an.1555., ibique eum laudat Lilius Giraldus in *Elogio* &c.

MCMXLI. 982.

JACOBUS MILESIUS = de quo etiam Allatius, & Marracius agunt to. 2. pag. 636., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 103.

Catechismus Anglicus cusus est an. 1635. in 8.

MCMXLII.

JACOBUS MONTANARI Balneocaballensis in Flaminia provinciæ Bononien. Min. Conv. sac. Theolog. Magister, pluribus sui Ordinis rectis Gymnasiis, Bononiæ publica in Universitate Metaphysicam docuit, inde Romana in Curia Procurator Gen., postea Vicarius, tandem totius Ordinis Minister Gen. an. 1617. est constitutus, quod munus diu, & ultra præstitutum tempus administravit vir doctrina, & pietate magnus, qui strenue adlaboravit, ut quaque ex parte, omnibusque modis *vita communis* in Ordine suo firmaretur, ob quam multa constituit, & scripsit, donec labore magis, quam ætate consumptus Venetiis ex hac vita migravit an.1631., cum edidisset ea, quæ sequuntur.

De divinæ Sapientiæ triumpho Iconisma, & Carmina. Romæ an. 1599. per Jacobum Laurum.

De sancta Romanæ Ecclesiæ Principatu, & Monarchia ad Paulum V. Ibidem anno 1608.

Ordi-

Ordini da osservarsi dalle Suore di Penitenza, e RR. Madri, e Sorelle del 3. Ordine del P. S. Francesco, che vivono in vita comune, e col voto di santa ubbidienza nella casa professa, divisi in 25. capitoli, e fatti in Perugia li 14. Luglio 1614.; quos publicavit Fr. *Ludovicus Durandus* Insulanus Gallus Convent. Baccalaureus, ejusdem 3. Ordinis Visitator, & Bononiæ 2. Seminarii juvenum Profess. Magister ibidem Bononiæ 1615. in 12. typis Bartholomæi Cochi.

Manuale Fratr. Minor. Convent. continens *Doctrinam Christianam*, *Doctrinam Regularem*, *Doctrinam spiritualem*, vulgo *Livrea spirituale* extracta ex P. *Rodriquez*, al. Roderico lingua italica impressum est primùm Neapoli, & Bononiæ, postea Brixiæ an. 1618. per Paulum Bizardum, & tandem Maceratæ an. 1619. per Salviottum in 12.

Livrea spirituale major ea, quæ prodiit in *Manuali*, & seorsim vulgata Venetiis typis HH. Jo: Guerilii in 8. cum *Admonitionibus*, & *Pugna spirituali* in fine; extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Literæ pastorales, & *encyclicæ* quamplures, quarum aliæ incip. *Poichè è piaciuto a Dio* &c. dat. Messanæ 11. Januarii an. 1618., & ibi impressæ, postea & Panormi, ac Arimini per Jo: Simbonum, Neapolique per Scipionem Boninum eodem anno in 4. Aliæ incip. *Nella vanità* &c. dat. Patavii die 6. Octobr. 1617., ibique excusæ eodem anno per Joan. Martinum, & Florentiæ per Petrum Ceconcellum an. 1620., nec non alibi in 4. Aliæ incip. *Essendo gionto* &c. dat. Brincolæ in Provincia die 19. Maji an. 1619., & vulgatæ Montevici eodem anno, & alibi in 4. Aliæ incip. *Visum est Spiritui Sancto* &c. dat. Pragæ die 3. Junii an. 1622. impressæ Viennæ Austriæ eod. anno per Matthæum Formicam in 4. Aliæ etiam incip. *Quemadmodum anno proxime* &c. dat. Coloniæ id. Januarii an. 1619., ibique impressæ leguntur, quarum primæ, & quartæ habentur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci; secundæ vero extant Bononiæ apud nostros, & dici possunt *Tractatus de vita communi Religiosorum* juxta Franchinum.

Alfabeto spirituale di San Bonaventura latine, *con alcuni avvertimenti*, *ed esercizi spirituali cavati da diversi autori*; & in fine *alcuni avvisi*, *& documenti per ben allevare i Novitii*: impress. cum epistola pastorali *Essendo gionto*, de qua supra.

Modus habendæ orationis mentalis, *certeque meditandi* sermone italico. Montevici an. 1619. in 4.

Nova cœli scala italice scripta.

Nova methodus bene inserviendi Deo italico idiomate.

Reformatio studiorum impressa Coloniæ anno 1619. in 4. ex Franchino, & Perusii an. 1620. in 8. typis Marci Maccarini, cui præmittuntur *Literæ pastorales* supra citatæ incip. *Quemadmodum anno proxime* &c. dat. Coloniæ, sed 8. idus Januarii anno 1619. ex nostra Bononien. Biblioth. Hoc autem *Opusculum aureum* appellat Mastrius in prologo Operis inscripti: *Bellutus*, *& Mastrius expurgati*; editumque dicit an. 1620.

Exercitia spiritualia omnibus Religiosis accomodata prodierunt primum Cracoviæ an. 1622. ex officina Francisci Cæsarii in 8. ex Franchino; postea Interamnæ eodem anno typis Thomæ Guerrerii in 8. una cum *Opusculo de oratione mentali*; *& modo recte meditandi*: quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Franc.

Acta Capitulorum provinciæ Hetruriæ an. 1618. impres. Florentiæ an. 1619. typis Ceconcelli in 4.

Provinciæ Argentoratensis an. 1618. impres. Coloniæ an. 1619. per Petrum a Brachel in 4.

Ennensis in Sicilia 1618. in 4.

Provinciæ Bononiensis an. 1620. impres. Placentiæ an. 1621. per Alexandrum Bazachium in 4.

Provinciæ Marchiæ an. 1620. impress. in 4. Anconæ typis Marci Salvioni an. 1622.

Et aliarum plurium provinciarum cis, & ultra Montes, quorum notitia non occurrit.

Babilonia vitiorum omnium.

Seminarium virtutum christianarum italice impres. an. 1630. ex Theulo, & Franchino cit. num. 164. Vide *Santorus Messanensis* infra.

Augustinus Superbus, qui eo tempore vixit, in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. refert sequens *epitaphium* Patavii positum:

„ Jacobo Montanario Bagnacaballi parvo in oppido
„ genito inter Minores Conv. Seraphic. Patris fi-
„ lios educato, humanis, divinisque virtutibus ad
„ summum, & in omni genere perfectum virum
„ adducto, a Paulo V. Procuratoris totius Ordinis
„ muneri præposito primùm, mox ad Vicariam
„ ejusdem Ordinis administrationem adscito, ab
„ ipsomet Ordine ad Generalis Ministri apicem
„ omnium calculis evecto, repudiata tamen, cujus
„ erat Franciscanæ humilitatis amans, oblata sibi
„ sæpius a Paulo V., & Gregorii XV. Episcopi
„ dignitate. Qui Ordinem decennium regens, pe-
„ desque ut plurimum invisens, & qua verbis, qua
„ exemplo, ut commissa sibi Francisci familia
„ Franciscum redoleret, Franciscum referret pro
„ viribus contendens, Venetiis anno sal. 1631.
„ ætatis suæ 61. munere, & vita functus in Æde
„ propria prope Patavini Antonii Aram, ut erat
„ ei sanctitate propinquus, conditus est.
„ Constantius Malpelius ejusdem familiæ alumnus,
„ Patrisque observantissimus & civis, & filius hoc
„ extare voluit benevoli animi, gratique perpetuum
„ monumentum anno sal. 1632.

Habet & Bononia in Ecclesia S. Francisci aliud *elogium* illi eodem anno 1632. a P. M. Francisco de Magistris ejus discipulo erectum. Refert Matthæus Ferchius in Apol. 1. contra Matenes cap. 2. extemporaneum ejus de Scoto distichon:

„ Scotus ut ingenio volitat super æthera vi-
„ vens,
„ Sic moriens Scotus cœlica regna petit

M C M X L I I I. 983.

JACOBUS DE MOZANICA = *Busolinus* cognomento a *Mozanica* agri Mediolanen. oppido totius Ordinis Gen. Minister adlectus est Bononiæ anno 1454., cum jam suæ *provinciæ* Ministerio fungeretur, extitissetque & Ordinis Gen. *Procurator* in Curia Romana: vix autem triennio in supremo regimine elapso decessit Mediolani an. 1457. ætatis 50. nondum expleto anno; cui positum fuit *epitaphium*, quod refert Rodulphius lib. 2. fol. 192., estque hujuscemodi paucis, sed exprimentibus verbis:

„ Jacobo Mozanica Minorum Generali, Theologo,
„ liberalium disciplinarum peritissimo Fratres hoc
„ monumentum fecerunt. Vixit an. quinquaginta.
„ Obiit an. 1457. die 9. Julii.
„ Hac Jacobus humo tegitur Mozanica Frater
„ Ingenio Salomon, integritate Cato.
„ Hic Fratrum princeps, hic gloria summa Mi-
„ norum „ Hic

„ Hic fuerat sanctæ Religionis honos .
Edidit autem

Ordinationes pro sui Ordinis reformatione incip. *Paullo Apostolo teste, lex propter transgressores posita est*, uti referunt autores *Firmamentorum trium Ordinum* edit. Parisien. an. 1512. par. 1. in *Memoriali Ordinis* fol. 36., nec non &

Epistolas encyclicas pastorales, & *ad diversos*, inter quas legitur illa dat. 4. Novembr. an. 1453., & alia dat. Romæ apud Aramcœli die 22. Junii 1454. ad *S. Joann. a Capistrano*, ut est apud Rodulphium cit. lib. 2. fol. 191., & in Annal. Minor.

M C M X L I V.

JACOBUS DE MUGELLO provinciæ Tusciæ in agro Florentino, teste Mariano Florentino, floruit doctrina, & inter eos ab eo connumeratur, qui suis *scriptis* Sodalitium Franciscanum plurimum illustrarunt, ut refert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9.; sed quid scripserit, & quando vixerit, non tradiderunt, etsi putet Waddingus eo tempore floruisse, quo a cit. Mariano refertur, quod tamen aut falsum est, aut incertum.

M C M X L V. 984.

JACOBUS NIGER = Regul. Observ. Belga.

M C M X L V I. 985.

JACOBUS ODO = *de Odöis* nobili Perusina familia Regul. Observ. alumnus; antea Archidiaconus Eccles. Cathedralis, & Vicarius Capitularis, fraterque germanus M. Antonii Episcopi Perusini.

Speculum Ord. Min. absolvit an. 1474., inquit Waddingus in Annal. Min. ad eum an. n. 14., etsi Marcus Ulyssipon. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 5. cap. 48. ex Firmamen., & Mariano dicat absolvisse an. 1472.; Octavianus vero Spader a S. Francisco Episcopus Asisias in *Lumin. Seraph.* nuper conscriptis tradit eum anno 1485. *Guardiani* Cœnobii S. Mariæ Angelor., al. de Portiuncula prope Asisium munus exercuisse, & *Franciscinam* absolvisse; sed autor modicæ fidei censeri solet iste, eum certiora illius urbis, & Cœnobii monumenta tradant obiisse anno 1483. Oldoinus in Athenæo Perusino pag. 158. duo dicit, quorum alterum certo falsum est, alterum valde dubium, vel potius etiam falsum: primùm, hujus *Speculum* publicæ luci commissum fuisse, quo hoc cum aliis Speculis Ordinis Minorum, quæ multa sunt edita, confundit; alterum *Lucubrationes circa Philosophiam, & Theologiam* exarasse, cum ex rudi, & *barbaro* ejus *Speculo* vulgari etsi lingua scripto liqueat, eum ne vulgari quidem, nedum latino sermone valuisse.

986.

JACOBUS PANISCOTIUS = de quo mentionem facit Sixtus Senen. in Biblioth. sancta lib. 4., fuit provinciæ Apuliæ inter Min. Observ., & Melphitensis; & postea inter Capuccinos provinciæ Neapolitanæ adscriptus, ut supra indicavi in *Iacobo de Melficto*, qui idem est.

M C M X L V I I.

JACOBUS PETRUCCIUS Theanensis provinciæ Apuliæ vir multæ doctrinæ, nec minoris probitatis, frater germanus Joannis Baptistæ Archiepiscopi Tarentini, & Neapoli publicus sac. Theologiæ professor; ob quæ anno 1503. assumptus est Episcopus Larinensis in Apulia, novennioque post Histonii apud suos Consodales decessit non sine sanctitatis opinione an. 1512., de quo Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1503., & Ughellus to. 8. Ital. sac. in Larinen. Episc. n. 19. agunt. Edidit

Annotationes in quintam lamentationem Averrois tertii de Anima dicatas Alexandro Cæsario S. R. E. Cardinali, quam editionem antiquam in 4. sine anno, & loco incip.: *Quare neque ipsius est esse naturam quandam* extare in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ, eamque se vidisse testatur Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 104., qui tamen errat, dum ait fuisse hunc *Senensem* ex provincia *Tusciæ*, *Loriensem* Episcopum, & circa an. 1550. floruisse ab Anton. Terrinca deceptus. Ex allato initio videtur codex ille imperfectus. Scripsisse quoque eum

Collectanea pro Scoto; &

Pomeridianas Morronianas, forsan leg. *Maironianas*, vel *Averronianas* explicationes, habemus ex epistola Joannis Scoppæ ad Joan. Baptistam Petruccium Archiepiscopum Tarentinum data Neapoli an. 1508., & suæ Grammaticæ Venetiis impressæ an. 1524. præmissa, in qua scribit: *Vellem tamen, uti hortatu vestro promissa emittere cœpi, ita tu numerosa, & priscis æquanda de universali cometæ judicio carmina cum sylvis; & Episcopus Larinensis germanus tuus Dialecticus peracutus, Philosophus subtilis pomeridianas nunc Morronianas, mox pro Scoto Collectanea incunctanter ederetis*; quas puto fuisse lectiones Neapoli ab eo habitas. De eo Arturus ad diem 4. Februarii §. 1.

M C M X L V I I I. 987.

S. JACOBUS PICENUS = anno 1726. a Benedicto XIII. *Sanctorum* fastis adscriptus fuit.

Dialogus contra Fraticellos sub initium hujus seculi, cum de ejus Canonizatione tractaretur coram Clemente XI., in controversiam venit; ideoque Pontifex duos elegit viros doctos, & eruditos, qui ipsum attente examinarent, & tandem definitum est, non constare certo hunc *Dialogum* esse S. Jacobi Piceni ob quædam, quæ in eo minus probantur, etsi in eo autor se dicat *Fr. Jacobum de Marchia*, annumque 1436. mens. Januar., ac *Basileense Concilium* adducat, teste Card. Lambertino de Canoniz. SS. lib. 2. cap. 34. n. 7. Joannes a S. Antonio Waddingum exscribens lib. 2. pag. 93. huic illum adjudicat. Forsan autem est aut *Jacobi Gavarrini* de Montefalcone, de quo supra; aut alterius *Jacobi Asculani* sac. Theol. Magistri, qui anno 1455. factus est contra hæreticam pravitatem Inquisitor in Marchia Anconitana ex Waddingo ad eum annum n. 95., qui hujus Dialogi fragmentum adducit in Annal. Minor. ad an. 1426. n. 5. ex ms. penes se extante. Scripsit tamen S. Jacobus.

De Vita Christi;

De Conceptione Christi;

De Sanguine Christi effuso;

De pœnitentia peccatorum;

Contra Fraticellos) forsan idem; nam Fraticel-
Contra Manichæos) lorum quorumdam secta cum illa Manichæorum conveniebat; eritque *dialogus* supra memoratus, etsi potuit alium scripsisse.

De Confessione;

Sermones quadragesimales;

Sermones de Festis;

Sermones de variis materiis ad istructionem animarum. Quæ omnia mss. autographa servari in Cœnobio patriæ suæ testatur Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 24. ex Fr. Venantio ejus socio, ejusque Vitæ scriptore, & ex Mariano Florent.; quare manifestum est, tria sequentia ipsi adjudicata a Possevino, nempe *Com-*

Commentaria in 4. libros Senten.,

Quodlibeta, &

Tabulam super doctrinam Scoti non esse hujus Jacobi Piceni, sed *Jacobi Asculani* antiquioris, de quo paulo superius dictum est. At dubium non est, an de hoc B. *Jacobo* loquatur Rodulphius lib. 3., cum de Jacobo Asculano ait: *Ex Summa Pisanella 113. errores notavit, collegitque, non intendens, ut ipse protestatur, detrahere sententiæ auctoris, sed pro sua sententia*: quod Jo: a S. Anton. omisit, cum tamen Waddingum exscribat, qui habet *Summam Pisanellam* recensuisse.

Brevis methodus confitendi peccata italico idiomate cusa legitur inter *Tractatus* diversorum de hoc argumento editos Venetiis an. 1535. in 8., extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci, atque eam esse puto, quam *de Confessione* dicit autor Chron. S. Francisci supra relatus.

Miracula nonnulla B. Gabrielis Anconitani Minoritæ anno 1456. vita functi scripsit, & in ejus obitu *Sermonem* habuit, uti cit. Marcus Ulyssipon. perhibet lib. 4. cap. 23. par. 3. Chron., qui & lib. 7. cap. 28. addit reliquisse

Scripta quædam de primis temporibus Regul. Observantiæ; & lib. 6. cap. 8. narrat, eum Aquilæ an. 1444.

Sermones multos habuisse in obitu *S. Bernardini Senensis* super gestis ejus. Scripsit etiam

Librum 70. Miraculorum ab eo in nomine Jesu patratorum 40. ante suum obitum annis inchoatum, ut ex Mariano refert idem Marcus par. 3. lib. 6. cap. 21. Chron.; eaque seculo prætcrito typis evulgavit Ambrosius Righettus Minorita lib. 3., de quo supra dictum est.

De eo agit Æneas Sylvius in *Europa* cap. 1., & Budæ in Hungaria evangelizantem commendat: Jacobus Sannazarius Elegiam in ejus laudem edidit lib. 1., Joannes Baptista Petruccius Archiepiscopus Tarentinus carmine ejus gesta cecinit publicata tandem a Waddingo Lugduni an. 1641., & Fr. Venantius Fabrianensis ejus Vitam scripsit, quam refert Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 6. cap. 1., & seqq. usque ad 28., Paulus Regius aliam Vitam Beati italice vulgavit Neapoli an. 1588. in 4. ex Indice Biblioth. Barber., & tandem Joan. Baptista Barbieri aliam una cum Vita B. Joannis a Capistrano publicavit.

M C M X L I X. 988.

JACOBUS PICTOVIENSIS = ita apud Rodulphium lib. 3. legitur fol. 322., & inde apud alios; sed legendum *Pictaviensis*, uti habet Gabriel Barletta in Serm. de *Conceptione* B. V. edit. Brixien. anni 1521., ubi hujus autoris citat *Sermonem de Annunciatione*.

M C M L. 989.

JACOBUS PIERIUS = Reg. Observ. alumnus, qui

Contradictiones in 1., & 2. Senten. Scoti, quas *Lucas de Cutiliano* ejusdem Instituti Regul. annotaverat, auctas, & expurgatas imprimi curavit Florentiæ anno non 1521., sed 1621., quem errorem Joan. a S. Antonio excepit a Waddingo.

Conciones de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ edidit anno 1602. apud Marracium, 1616. Florentiæ.

Vitam P. Evangelistæ Marcellini Minoritæ composuit; vulgavitque *plura ejusdem Opuscula*: tandemque decessit Florentiæ anno 1635. in Conventu Omnium Sanctorum, teste Antonio a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor., ubi eum appellat *Jacobum Peri*, alium tamen a *Jacobo Peri* Florentino Musices Magistro insigni.

990.

JACOBUS DE PISTORIA = idem est, ac *Jacobus Pierius* Pistoriensis, qui supra, ut etiam vidit Joan. a S. Anton.

M C M L I. 991.

JACOBUS POLIUS = de quo & Le-Long fol. 39. Biblioth. Gallicæ, Vernon Annal. 3. Ordin. Syllabo 2. AA., & Joan. a S. Anton. to. 2.

992.

JACOBUS DE PORTU = idem est, atque *Jacobus Garibi* e Portu Mauritii, de quo supra actum est; quod non vidit Joan. a S. Anton. to. 2., qui tamen *Rhytmi Expositionem* prodiisse etiam Florentiæ an. 1585. ait.

M C M L I I.

JACOBUS DE *PROVINS*, seu de Provino Gallus an. 1273. Parisiis *Sermones* recitavit, cujus 184. habetur ibi ms. in cod. Biblioth. Sorbonicæ apud Echard to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 269. in *Ægidio de Aurelianis*.

* JACOBUS RAGGIUS = quem *Franciscum* dicunt Waddingus in appendice, autor Biblioth. Capuccinorum, & Joannes a S. Anton., quod nomen puto habuisse in seculo. V. *Franciscus Raggius*.

M C M L I I I. 993.

JACOBUS DE RODO = pro quo Joan. a S. Anton. exscripsit verba Waddingi.

Postilla super Evangelia Dominicalia a 1. Dominica Adventus usque ad XVII. post Pentecostem incipiens: *Erunt signa in sole, & luna* &c. *Quoniam secundum B. Gregorium minus feriunt jacula, quæ prævidentur*: & finiens: *tum ipsum pensum vitæ compleant ante mundum*: extabat olim ms. Asisii in Sacrario Conventus S. Francisci ex Inventario illius loci an. 1381. facto, ac renovato IV. solario occid.; nunc extat ibi in Archivo dicti Conventus ms. pergam. in 8., in quo dicitur *provinciæ S. Angeli*.

Sermones super Epistolas, & Evangelia Dominicalia totius anni incip. *Abjiciamus opera tenebrarum* &c. *Dominica Adventus Rom. XIII. Scriptum est ad Hebræos III. Adeamus cum fiducia* &c. Sermo 2. incipit: *Respicite, & levate capita vestra. Luc. XXI. Genus humanum ergo Deum* &c.

Sermones de Sanctis incip. a B. Andrea: *Dilectus Deo, & hominibus Moyses, cujus memoria in benedictione est. Eccles. XIV. Verba proposita congrue intelligi possunt* &c.

Sermones de Communi Sanctorum incip. in Natalitiis Apostolorum: *Præcinxit me virtute ad bellum. Mos est istorum nobilium sicut Regum* &c. Extant omnes Asisii in Biblioth. Conventus S. Francisci ms. chart. in 4.; & in eis modo *F. Jacobus Anglus*, modo *de provincia S. Angeli* dicitur. At *Rodi* locus, de quo fuisse legitur in codice *Postillæ super Evangelia* primo loco memorato, erat in *Custodia S. Angeli*, teste Tossignano lib. 2. fol. 278., & Pisano Conformit. XI.

M C M L I V. 994.

JACOBUS A ROGERIO = Conventualis S. T. Mag., cujus

Officium parvum S. Antonii prodiit primùm Neapoli, mox Patavii an. 1621. typis Vozzi; postea Bononiæ an. 1627. apud Tebaldinum in 16., & ali-

& alibi pluries ex Franchino in Biblioso. n. 165. Joan. a S. Anton. nihil habuit, quod adderet Waddingo.

M C M L V. *995.*

JACOBUS SALEUR = Regul. Observ. vivebat adhuc an. 1670., edidítque etiam

De antiquitate, dignitate, ac excellentia Ducum Lotharingiæ. Nancii 1663. io fol. apud Charlot.

De nobilitate eorumdem, ac Equitum Metensium. Ibid. 1674. in 4., teste Jacobo Le-Long lib. 4. Biblioth. Gall., & Joan. a S. Anton.

M C M L V I. *996.*

JACOBUS SANCHEZ = ad quem Commissarium Apostolicum provinciæ Valentinæ Angelus del Pas ejusdem Instituti misit *Opusculum Instructionis*, seu *admonitionem* ex Waddingo in *Angelo del Pas*.

M C M L V I I.

JACOBUS DE SCALVO provinciæ Brixien. Capuccin. genere nobilis, ac virtutibus celebris edidit

Expositionem Regulæ FF. Minorum, quæ mss. asservatur in Conventu de Soveri Capuccinor., teste autore Biblioth. Capuccin., qui addit obiisse an. 1630., dum peste infectis Sacramenta ministraret; de quo & Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Cappucc. ad eum annum, & ex his Joan. a S. Antonio.

M C M L V I I I. *997.*

JACOBUS DE SENIS = cum Bononiæ studiis operam daret, circa an. 1285. Ordinem Minorum ingressus est, mox Parisios missus etiam studiorum causa ibi Magisterii lauream obtinuit; postea provinciæ Tusciæ Minister adligitur, & inde quoque Umbriæ regimen subire coactus est; ubi quædam *Ordinis gesta singularia* collegit usque ad an. 1329.; pauloque post vivendi finem fecit ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1285. num. 6., & autore Pompar. Senen. par. 1. tit. 19.; eum etiam citat Waddingus ibi sub an. 1307. num. 4., & anno 1328. num. 22., & Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 6. cap. 23. Hic forsan est ille *Iacobus Perusinus*, quem Waddingus ad an. 1296. num. 12. & 13. ait convixisse Guidoni Feretrano an. 1298., & Gulielmo Malaspinæ an. 1300. defunctis, & quædam de Ordine scripsisse.

M C M L I X.

JACOBUS SERRA Hispanus Oriolæ in regno Valentino natus, Juris Canonici Doctor, Archidiaconus Ecclesiæ suæ patriæ, & Vicarius Generalis ejusdem diœcesis, *Tertiarius* vero expresse Franciscanus vulgavit juxta autorem Biblioth. Valentinæ fol. 198.

Propugnaculum præcedentiæ ab Urbano VIII. concessæ Minoritis, Recollectis, ac Discalceatis. Oriolæ 1635. in 4. per Vincentium Franco.

Propugnaculum Oriolaæuse super divisione duorum Assessorum. Ibidem 1646. in fol. typis eisdem ex cit. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 109. v. *Jaimus Serra*; est enim *Jaimus* Hispanis, quod *Jacobus* Latinis.

M C M L X.

JACOBUS A SINOPOLI Calabriæ oppido ea doctrinæ floruit existimatione, ut a Mariano Florentino recenseatur inter eos viros, qui plurimum suis *scriptis* Sodalitium Franciscanum illustrarunt, ut legimus apud Waddingum in Annal. Min. ad annum 1344. n. 8.; sed quid scripserit, neuter nobis aperuit, utpote qui ante seculum xv., forsan & longe ante vixit. V. *Iacobus Calaber* supra.

M C M L X I. *998.*

JACOBUS A SPINELLO = de quo Bartholomæus Pisanus illius seculi scriptor Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ordin. Minor. aic: *Frater Iacobus de Spinello in Theologia inclitus Doctor componendo super Sententias Opus, & Bibliam, Parisius fuit excellens, & singularis*: & Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 9. cap. 24. tradit floruisse circa an. 1362. ex Chron. antiq., & Mariano; sed Waddin. io Annal. Minor. agit de eo sub an. 1378. Nescio quo autore, aut quo ausu quidam nuperus scriptor hunc *Hierosolymitanum Patriarcham* pronunciaverit.

M C M L X I I. *999.*

JACOBUS SUAREZ = patriâ Ulyssiponen. Regul. Observ. assumptus est Episcopus anno 1612.; de quo Georgius Cardosus in Agiologio Lusitano die 30. Maji, & autor Biblioth. Hispan. to. 1. pag. 245., & 289. to. 2., ubi vocat *Didacum*. Ejus *Thesaurus Quadragesimalis* an. 1607. Parisiis (sed non Romæ) ab Universitate censura notatus est propter *Missam Parochialem*, uti habetur in Caroli de Plessis Collectione Judiciorum de novis erroribus to. 2. pag. 545.

M C M L X I I I. 1000.

JACOBUS SVEDORICUS = provinciæ Saxoniæ alumnus, & Theologus, cujus

Collectaniolum de Religiosorum origine, & eorumdem per mundum multiplicatione, ac a ceteris vulgaribus per habitus, signa, & ritus discrimine. De Apostatarum quoque, & eis cooperantium piaculo simul, ac punitione ex diversis hinc inde comportatum. MDXXV. *mense Martio*, liber impress. in 4. sine loco, & Typographo describitur a Frider. Gott. Freytag in Anælectis litter. *de libris rarior.* pag. 919. & seq., carpitque eos, qui asserunt claruisse anno 1439., quod librum non viderint, qui ab autore dicatus fuit Joanni de Sleynitz Ecclesiæ Misnensis Episcopo cum subscriptione dat. *Dresdæ in Monasterio nostro quinto nonas Marti anno restitutæ salutis* M. D. XXV., in qua dedicationis epistola autor ait: *expertus sum, & in me ipso didici, quanta pietatis benevolentia, atque condescensionis humanitate T. P. R. omnibus honestis, & religiosis viris favet, maxime tamen illis, qui ascriptitii censentur Religioni S. Francisci, qui tibi patronus singularis semper fuit, quem & a cunabulis intercessorem apud Deum cum tota progenie tua delegisti; quemadmodum in Dño Wolffango T. P. R. germano in Christo pie defuncto oculata fides indicavit*. Liber in XI. divisus est articulos, quorum art. I. habet: *Religio quid sit; unde dicatur; quis censendus Religiosus*. Articulus II. *De fundatione Religionis peculiaris in statu naturæ*. Art. III. *De Religiosis pecaliaribus sub lege scripta degentibus*. Art. IV. *De fundatione Religionis pecaliaris in primitiva Ecclesia Christi; & quod non sit a puro homine factitia, sed a Christo fundata*. Art. V. *Quod a conversatione B. Virginis, & Apostolorum in Cænaculo traducta sit deinceps schola Religionis in Monasterio*. Art. VI. *Quis Apostolorum instituit Religiosos in primitiva Ecclesia in Templo Hierolymis commorantes; & quo pacto per tres mundi partes sint multiplicati*. Art. VII. *Quod divina autoritate moniti SS. Patres convenerunt uniuscujusque Religionis relinquere successores*. Art. IIX. *Quod laudabiliter utuntur Religiosi separato habitu a vulgaribus; & de habitu singulari Religiosorum in veteri Ecclesia approbato*. Art. IX. *Quod non li-*

 cea

cet Religioso Religionis votam dimittere, quod vovit; quia nisi Religiosus salvus esse non potest. Art. x. *Quod grande pioculum sit impedire Religionis ingressum, out ejus procarore egressum*. Art. xi. *Quod Religiosorum subsannotores, & eoram odversarii soleant graviter puniri*. Hæc autor prædictus Analect. litter., qui librum vidit: ex quibus conjicere est, scripsisse Jacobum adversus *hæreticos* sui temporis *Dresdæ*, ubi forsan & liber impressus fuit, quem locum pro certo ponit Joan. a S. Anton. to. 2. ex Biblioth. Telleriana fol. 64., & to. 2. Biblioth. Barber. pag. 423. In *Nomenclataro oliquot Virorum illastrium hoc tarbuleatissimo tempore catholicæ veritotes assereatium*, quæ in Henningi Pyrgalli Hildesiani *Opusculorum Collectione* an. 1539. per Valentinum Schumannum impressa in 8. extat, reperitur *Jacobus Svedericus Castor Misnæ* inter Theologos Franciscanos ex eodem Freytag: quare apud Waddingum, & alios loco 1439. reponendum est 1539. Hic primus asseritur, qui *de Origine* Religionum scripserit, teste Petro de Alva *priacipio* 18. De eo agit etiam Wossius de Histor. Latin. lib. 3. cap. 6.

M C M L X I V.

JACOBUS TEDERISIUS Bononiensis sac. Theolog. Doctor anno 1370. florebat; eratque Collegio Theologorum patriæ Universitatis aggregatus, & an. 1383. m. Junio suffragium cum aliis tulit, ut *Fr. Francisco de Bardis* Florentino Ord. Min. Magisterii laurea conferretur ex Monumen. Cœnobii S. Crucis Florentini, in quibus dicitur *Magister Jacobus de Tederisiis* vetusta, ac nobili, sed jam pridem extincta familia. Scripsit

Comment. in Epistolam Paulli od Romanos, teste Gherardaccio lib. 24. Hist. Bononien., Alidosio de Doctor. Bonon. pag. 84., aliisque Scriptor. Bonon.

M C M L X V. 1001.

JACOBUS TEXTOR = quem Waddingus, & Joan. a S. Anton. ex Rodulphio, atque Villoto confundunt cum *Jacobo de Tundo Senensi*; hic autem fuit Justinopolitanus, & Doctor Parisiensis, Bononiæ Philosophiam, Theologiamque docuit, ubi præ ceteris discipulum habuit Fr. Franciscum Rupereum, qui postea fuit Sixtus IV., ex autore Vitæ Sixti IV. to. 3. par. 2. Rer. Ital. Scriptor., ac Rodulphio lib. 2. fol. 208., Panvinioque in Vita ejusdem Sixti, quo tempore interfuit & Concilio Florentino an. 1438. ex Actis dicti Concilii, & Waddingo ad eum an. n. 2. Venetiis existens anno 1456. scripsit

Formalisates incipientes: *Distinctio est duplex, videlicet rotionis, qua est per intellectum*.

Tabulam super Conflatum Francisci de Mayronis alphabetice. Incipit *Absolatum potest manere obsque vespecsa* &c.: cujus in fine legitur: *scripta, & completo per Fr. Jacobum de Iastinopoli Ordiais Minor. in loro S. Nicolai de Venetiis die* 17. *Augusti* 1459. Memoratur hæc *Tabula* a Villoto etiam, & Rodulphio, ex quo liquet, hunc esse *Jacobum Textorem*.

Expositionem quoque confecit *in primas Quæstiones eiusdem Conflati Mayroniani* incip. *De qaolibet affirmatio, vel aegotio, & de aullo q. Hic liber dividitar in proœmiam, & tractotum*. Extant hæc tria Asisii ms. chartac. in fol. in Archivo sac. Conven., & prope finem adducit autor 5. *gradas distinctionis formalis Magistri Francisci de Savona* olim ejus discipuli. Utrum scriptum sit mancum, vel autor non perfecerit Opus, ignoro.

Sermones quosdam de Conceptione B. V. scripsisse notat cit. Rodulph. lib. 3. fol. 322.

Non omittam, uti anno 1379. *Jocobus Textoris Clericus Cameræ Popæ Vrbani VI.* interfuit Romæ, nominaturque in quodam monumento nuper in fine Operis *de Vir. Illustr. Forolivien.* ab Eq. Georgio V. Marchesio publicato, forsan hujus nostri avus, vel consanguineus.

M C M L X V I.

JACOBUS THIELMANNUS Germanus scripsit ante an. 1638.

Opus de Vitis SS. Ordinis Minor., cujus tomum 2. citat Arturus Monasteriensis in Martyrologio Franciscano in notis ad Vitam B. Jacobi de Oldo apud Act. SS. Collect. Bolland. die 20. April., nisi sit *Coraelius Thielmonus*, de quo supra actum est.

M C M L V I I.

JACOBUS TORTUS Mevanias provinciæ S. Francisci, Umbriæque Regul. Observ. circa an. 1580. composuit

Tractatum per modum qaæstionis de Indulgentiæ Portiaacula, seu *S. Mariæ Angelorum prope Asisium*, si fides danda est Octavio de S. Francisco Dalmatæ Episc. Asisien. in Opusculo, cui titulum fecit: *Lumi Serafici*, cap. 9., ubi tradit extare ms. Romæ in Archivo S. Isidori Ord. Minor. in libro inscripto *Miscelloaea Ordinis*, & pag. 147. ejusdem tractatus fragmentum adducit: sed autor suspectus est, ejusque judicium contortum. Waddingus enim, cui omnium maxime explorata erant cuncta Cœnobii S. Isidori, potissimumque ea, quæ ad libros, & Ordinis Minorum notitiam attinent, alte de hoc *Jocobo*, ejusque *Troctotu* silet, unde vereor falsum esse *Octavii* pronunciatum. Hunc non habet Joan. a S. Anton., nec alius Franciscanus.

M C M L X V I I I. 1002.

JACOBUS TRISANTO = de quo Bartholomæus Pisanus Confor. xi. par. 2. in prov. Tusciæ Custod. Florentiæ, & loco Castri Florentini ait: *habet & alium Frotrem Jocobum de Trisanto, qui* xxxii. *Quodrogesimolia, & multos alios Sermones tam Domiaicales, quam Festivos ad prædicandum peregit*: & 32. *Quodragesimalia* habet etiam Rodulphius lib. 3. fol. 322., & Gonzaga par. 1., etsi citat. Rodulphius lib. 2. fol. 261. scripsit xxii. *Quadrogesimalia, & varios Sermoaes*; Willotus tamen in Athenis Franciscanis dixit *Quadragesimalia* xii., quem secutus est Possevinus in Appar. sac., & Waddingus hoc loco; quamquam supra in *Jacobo de Grissanto*, qui idem est, habet *Quodrogesimalia quadrogintaduo*: tanta est interdum Scriptorum inconstantia, aut oscitantiæ. Extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus claustr. num. 767. codex vetustus in 4. parvo, sed mancus in medio, & in fine, in cujus exteriori frontispicio scriptum corrupte legitur:

Sermones Fr. Jacobi Petrisancti pro *de Trisanto*; incipitque prologus: *In illa die stillabuat montes dulcedinem* &c. *Sicat dicit Cassiodoras super Psolm., licet Deus cunctos dies creavit, siagulariter tamen haac diem fecisse dicitur, qui diviaa nativitate factus est* &c. *Vade sicat hodie pra reverentia tonti festi ter populas venit ad Ecclesiam, sic & pro qualibet horo sermonem facere constitui: & sicut de singulis aliis Sanctis tres tontam sermones composui* (7. tamen sermones de S. Francisco fecit), *ita de Sancto Sanctorum, de Domino Jesu Christo tres ternos facere proposui* &c. In tertio sermone *primi ternarii* de S. Francisco memorat *Joannem Imp. CPolitanum* miro modo factum Minoritam, uti

& *Fr.*

& *Fr. Guidonem de Monteferetro* olim nobilem, astutum, & prudentissimum; nec non *Sanctum fratrem Ludovicum Regem Siciliæ, & Hierusalem*, quem constat obiisse an. 1299. m. Augusti. Scripsit etiam

Epitomen 4. librorum Sententiarum ex variis Doctoribus excerptam, quæ ms. habetur ibid. num. 775. in 4. cod. veteri incipiens: *Cupientes aliquid de penuria* &c. *Hic liber primaria sui divisione dividitur in partes tres* &c. Et in fine primi Sentent. legitur: *Explicit quædam Lectura primi Sententiarum compilata ex sententiis venerabilium Doctorum Domini Albanensis* (i: Bonaventuræ) *fratris Alexandri antiqui Doctoris de Ordine Minorum, & fratris Riccardi de eodem Ordine, fratris Thomæ de Aquino, & fratris Petri de Terantasio, qui fuit primùm Papa Innocentius de Ordine Prædicatorum, & fratris Ægidii de Ordine Heremitarum, & aliquorum aliorum* &c. In fine secundi libri extat: *Expliciunt Sententiæ, & veritates collectæ, & extractæ de scriptis Ven. Doctoris Dom. Albanensis, fratris Riccardi, & fratris Petri de Travibus, & fratris Petri de Terantasio, & fratris Thomæ de Aquino super secundo Sententiarum*. In fine vero 4. libri: *Hæc est quædam compilatio veritatum excerpta per fratrem Jacobum de Tritanti Ord. Min. provinciæ Tusciæ de quarto Sententiarum ex scriptis Venerabilium Doctorum fratris Bonaventuræ, fratris Riccardi, fratris Ugonis, & fratris Thomæ de Aquino*. Ex quibus elicitur, vel elici posse videtur, scripsisse eum & ante annum 1323., quo Thomas Aquinas SS. fastis adscriptus fuit, & post an. 1308., quo Joannes Scotus, quem non semel citare solet, vivendi finem fecit; vel etiam post an. 1316., quo *Ægidius Romanus* obiisse fertur. In pluries memorato Inventario Asisien. refertur: *Primus liber abbreviatus super Sententias* incipiens: *Cupientes aliquid de penuria* &c. *Hic liber primaria sui divisione* &c. in 2. solario occid. Sacrarii Conventus; qui modo asservatur ms. pergam. in fol. in Tabulario ejusdem loci; sed falso in illo Inventario adscribitur Riccardo.

Obiit in Castro Florentino, a quo parum distat *Trisanti* locus, ejusque corpus jacet in Ecclesia Monialium S. Claræ, teste Anton. a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor., qui pariter tradit floruisse circa an. 1300., a quo accepit Joan. a S. Anton. *Beati* titulum habet apud quosdam, teste Josepho Maria Brocchi in Vitis SS., & BB. Florentin.

* JACOBUS DE TUNDO = v. *Jacobus Senensis* supra.

M C M L X I X. 1003.

JACOBUS TYRAS =

M C M L X X. 1004.

JACOBUS UNGARELLUS = non *Vagarellus* Regul. Observ. concionator suo tempore magni fructus, ac fervoris an. 1507. Ferrariæ *Montem Pietatis* erigi curavit, & an. 1505. in majori Ecclesia *Societates* Nominis Dei, & Crucifixi die 8. Decembris instituit, uti legitur apud M. Antonium Guerrinum in Compend. Hist. Eccles. Ferrar. lib. 3. pag. 135., & lib. 1. pag. 14.; de eo & Paulus Bonolus in Hist. Forolivien. lib. 11., ubi & *epitaphium* ejus refertur in hunc modum apud Ecclesiam S. Hieronymi sui Ordinis: *Hic jacet Corpus Beati Patris Fratris Jacobi Ungarelli de Padua Ordin. Min. Regularis Observantiæ prædicatoris eximii. Obiit* MDXVII. Waddingus autem accepit a Gonzaga par. 2. Scripsit etiam

De malitiis, & impietatibus Judæorum modernorum ad Leonem X. P. M.: habetur ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 286. plut. 20. cod. 52.

Castigationes, & Additiones ad Summam Angelicam prodierunt primo Venetiis 1492. in 4. apud Georgium, non *Gregorium*, de Arrivabenis; ut habet Waddingus in *Angelo a Clavasio*, postea Hagennæ 1505. in fol. typis Jo: Reiman, & Lugduni 1592. per Joan. de Prato ex Joan. a S. Anton. to. 1., deinde etiam Venetiis an. 1578. per Ægidium Regazolam, uti notavi supra in *Angelo a Clavasio*, quem vide.

1005.

* JACOBUS N. = hic est *Jacobus Bambini* Florentin. Convent., de quo supra actum est, quod non advertit nec Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 104.

* JACOPONUS A TUDERTO = V. *Jacobus de Benedictis*.

* JAIMUS vox hispanica = V. *Jacobus*.

M C M L X X I.

JANUARIUS ROCCHUS Min. Conv. provinciæ Neapolitanæ, Guardianus, & Commiss. Gener. Conventus S. Laurentii Neapoli, teste Joan. a S. Anton. to. 2., edidit italica lingua Opusculum

De ortu, vita, doctrina, morte, & miraculis D. Antonii Patavini cusum Neapoli an. 1635. per Lazarum Scorigium in 8., & postea 1644. apud Camillum Cavallum, quod citat Franciscus Anton. de Leonibus in sua Chordigerorum Instructione cap. 4. pun. 4. pag. 61. Hic latuit Franchinum

M C M L X X I I. 1006.

JANUS LATINIUS = *Janus Lacinius* vocatur in fine 2. partis autorum, qui scripserunt de *Alchimia* typis edit. Ven. 155.. in 8., ubi citatur liber *Collectaneorum Jani Licinii Minoritæ non otiosi*: quanquam existimo nomen suppositum, non verum. Est autem *Lacinium* promontorium Calabriæ antiquis, nunc *Capo delle Colonne* diœces. Crotonensis; unde puto hunc fuisse *Fr. Joannem Crotonatem*, & latere voluisse sub nomine *Jani Lacinii*. Etiam Rodulphius lib. 3. fol. 322. dicit *Lacinium*, & *Polychronæum*, idest longævum, multorumque annorum, non *Phianoeum*, ut habet Waddingus; subditque Rodulphius *Margaritam* pretiosam non triviali indagine, sed Philosophicis sententiis elaboratam.

Ejus *Artis chimicæ collectanea* &c. cusa sunt etiam Norimbergæ an. 1554. in 8. m. typis Gottifredi Haym.

De Tertio Ordine S. P. Francisci scripsisse tradit Vernon in Annal. ejusdem T. O. Syllabo 2. De eo & Lassor Orbis universi par. 2. fol. 199.

M C M L X X I I I. 1007.

JEREMIAS BUCHIUS = Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & verbi Dei prædicator eximius, quem quidam etiam cognomine *Delminis*, & *Corzotti* extitisse tradunt forsan ratione matris, aut cognationis, teste Josepho Caputaleo in Utino Illustr. par. 1. pag. 265. & 171., qui in quibusdam a Franchino dissentit, cum asserat bis Venetam, ter Hetruscam provinciam esse moderatum, a Francisco I. Magno Hetruriæ Duce ad Maximilianum II. Imperatorem ablegatum, inde Pragam digressum contra Lutheranos publice, strenueque de rebus fidei catholicæ disceptasse, mox in Italiam reversum Florentiæ supremum diem obiisse in Templo S. Crucis humatum. Franchinus vero in Bibliosophia num.

183. habet, bis provinciæ Tusciæ Ministerium obtinuisse an. 1573., & 1579., Romamque repetentem an. 1587. die 14. Novembr. Roncilione decessisse. Extant Aldi Manucci ad eum an. 1585. Romæ, & an. 1587. Florentiæ commorantem plures epistolæ, in quibus appellatur *Hieremius Buchia*: de eo & Rodulphius lib. 2. & 3., ac Possevinus in Appar. sac., & ipsemet in fine secundæ partis Conf. VIII. Bartholomæi Pisani an. 1590. Bononiæ impres. texit *Catalogum* suorum Operum.

Expositionem in Orationem Jeremiæ Prophetæ: *Recordare Domine* &c.; & *in Canticum Zachariæ*: *Benedictus Dominus* &c. Jacobus Manuccius Patritius Florent. vulgavit Florentiæ an. 1573. in 4. per Barthol. Sermartellum Francisco Mediceo magno Hetruriæ Principi dicatam, ille ipse, qui superiori anno ibid. vulgaverat & *Expositionem in psalmos* 14., & 21. Joannæ Hetrur. Ducissæ nuncupatam in 4.

Librum Conformitatum S. Francisci ad Christum a Bartholomæo Pisano compositum; nec non

Librum Conformitatum B. Mariæ Virginis ad Christum ejusdem autoris recensuit, supplevitque, quos ederet; sed eo morte prævento, alterum pubblicavit *Lucius Anguissula* Bononiæ 1590. in fol., alterum vero *Guidu Bartholuccius* Venetiis 1596. in 4., ut refert Franchinus in Biblios. num. 230., & 247.

Conciones Quadragesimales quoque scripsit, sed non prodierunt; quas quidem pluribus in locis habuit præsertim Florentiæ magno auditorum concursu, uti narrat cit. Jacobus Manuccius in epist. ad Franciscum Mediceum.

M C M L X X I V.

JEREMIAS FUCCIUS Foroliviensis Tertii Ord. S. Franc. Reg. Observ. sac. Theolog. Magister, & concionator, vir versu, & prosa præstans, & in patria sui Cœnobii diu moderator edidit vulgari, italicaque lingua

Sermonem panegyricum hoc titulo: *Il Leone eletto*. Bononiæ 1647. typis HH. de Ducia.

Vitam B. Jeremiæ Lambertenghi Comensis Tert. Ord. S. Franc. Forolivii, & Bononiæ an. 1653. per Carolum Zeneri, & Venetiis 1671. per Cataneum.

Carmen Italiæ occasione contagii. Forolivii anno 1656., al. 1658. typis Cimatti italice.

Il corteggio delle api versu italico *in promotione Francisci Paolucii ad Purpuram Cardin.* Ibid. an. 1657. typis Pauli Saporetti.

Vitam Servæ Dei Franciscæ a Serena Tertiariæ. Venetiis 1670. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 109.

De hoc agunt Paulus Bonolus Hist. Foroliv. autor coævus, Æques Georgius Marchesius in Memor. Histor. Acad. Philergit., cui adcriptus erat hic scriptor, par. 3., qui addit extitisse eum etiam suæ provinciæ Rectorem, & Bordonus in Chronologio 3. Ordin. cap. 38.

1008.

JESUALDUS PANORMITANUS = V. *Gesualdus Bononia* Panormitanus, de quo dictum est supra: nam ita legendum est; quippe oon a nomine *Jesu*, sed Longobardicum nomeo est compositum, ut *Gesalbertus* &c.: nec *Coloniensis* provinciæ fuit, sed Siciliæ. Sannig, & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 109. Waddingum excepit, & diversum credidit a *Gesualdo*.

M C M L X X V.

IGNATIUS AB APIRO in Piceno diœces. Camerinen. oppido Ord. Capuccin. græcis, hebraicisque literis eruditus, Missionariusque Apostolicus in Insula Cretensi, ibidem obiit Caneæ an. 1559. multis miraculis coruscans ex Boverio in Annal. Capuccin. ad eum an. Scripsit

Nonnulla hebraici, & græci sermonis Opera, quorum titulum habere non potuit autor Biblioth. Capuccin., nec Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 110.

M C M L X X V I.

IGNATIUS AURELIANENSIS Gallus Capuccinus an. 1638. cum esset Aleppi in Syria, ex latino italice vertit

Libros de Imitatione Christi Thomæ a Kempis adscriptos; qui habentur mss. Florentiæ in Biblioth. Mediceo-Palatina ex Indice confecto a Stephano Evodio Assemano pag. 133. cod. 81. Hanc versionem edidit Romæ typis sac. Congr. de Propaganda Fide an. 1663. Fr. Cœlestinus a S. Lidnina Carmelita Excalceat., sibi tamen adscriptam ex eodem Assemano.

M C M L X X V I I.

IGNATIUS A CASNIGO, al. Cisnago provin. Brixien. Min. Capuccin. vir pius in Rhetia viam stravit suis evangelico sacrarum Missionum operi, scripsitque

Opusculum ad modum Catechismi pro erudiendis, & instruendis rudibus in mysteriis catholicæ fidei sine nomine autoris, teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Capuccin., qui addit obiisse an. 1630., magno aui desiderio illis populis relicto.

M C M L X X V I I I. 1009.

IGNATIUS GARGIA = laudatur ab Antonin Daza in suo de Stygmatibus S. Francisci libro anno 1617. edito. De eo Marracius, & alii apud Petrum de Alva col. 674. *Militia*. Edidit

Libellum ad exercitium spirituale Viæ Crucis, cujus meminit Fr. Andreas Noguera in Memoriali latino ejusdem provin. Majoricen.

Concionem ad Fratres Tertiarios Salmantinos in eorum publica processione, ac Viæ Crucis visitatione. Salmanticæ 1616. in 8. per Didacum Gussio.

Concionem de Annunciatione habitam ad Hispalen. Ecclesiam. Hispali 1618. in 4. typis Alphonsi Rodriguez Gamarra ex Joan. a S. Anton.

M C M L X X I X. 1010.

IGNATIUS LE GAULT = Recollectus, provin. S. Dionysii, seu Parisien., an. 1637. erat Vicarius Generalis ex Arturo in Martyrol. Franciscano; typisque dedit

De Sanctitate Romanæ Ecclesiæ, quod Opus laudatur ab Arturo in Martyrol. Francisc. die 5. Febr. §. 2.

Conciones de Adventu, & Quadragesima tomis pluribus in 8. gallice.

De Dominicis, & Sanctis per annum Sermones prodierunt Parisiis an. 1628. in 8. ex Petro de Alva col. 674. Militiæ, & Joan. a S. Anton.

M C M L X X X. 1011.

IGNATIUS LUPUS = edidit insuper

Novam lucem in edictum S. Inquisitionis ad praxim Sacramenti Pœnitentiæ.

Theologia mistica insegnata da Gesù Cristo co suoi interni tocchi. Ibidem an. 1659. in 8. apud HH. Rubei ex Scœna Literat. Bergom. Donati Calvi par. 1., ubi & docet obiisse eum an. 1659. die 6. Octobris ætatis suæ an. 75., Religionis vero 56.; longumque refert epitaphium ei positum. De eo & Joan. a S. Anton. to. 2., sed errat in anno obitus.

1012.

1012.

ILDEBRANDINUS TUSCAN. = in veteri Indice Biblioth. S. Crucis Florent. ita legitur scam. 33. num. 760. versus claustrum : *Tractatus Domuncula fratris Aldobrandi de Tuscanella* : *Tractatus Pater noster* : *de Sacerdotio novo* ; *de scala* : *Tractatus plurimorum Sanctorum* : *de cruce* : *de peccato* : *de cognitione* : *de passione Christi* : *de Virgine Maria* : *de pœnitentia* , *&* *peccato* : *de mortuis* : *de decem praeceptis* : quæ Opuscula non amplius ibi extant

Habentur Asisii in Tabulario S. Francisci quatuor codd. miscell. mss. , in quibus aliquot ex recensitis in Florentino Bibliothecæ S. Crucis veteri Indice continentur . Primus codex pergam. in 8. post cujusdam *Summulam de casibus* compilatam *de dictis Sapientum* , *&* *maxime Raymundi* incipientem: *Nota* VI. *tantum casus* , *quos debet Sacerdos mittere ad Episcopum* &c. , quo modo incipit & illa Bartholomæi Mediolanen. , & Clari Aretini , de quibus supra , habet statim : *Pater noster* , *qui es in cœlis* &c. *Circa orationem Dominicam quærendum est primo an sit conveniens orare* &c. Postea subditur Opusculum *de* XII. *articulis fidei* incipiens : *Funiculus triplex difficile rumpitur* &c. *Funiculus* , *quo a terra trahimur ad cœlum* , *est fides* &c. : & post nonnulla extat & *Tractatus de Pœnitentia* ejusdem *Fratris Ildebrandini* incipiens : *Pœnitemini igitur* , *&* *convertimini* , *ut deleantur vestra peccata* . *Ad agendam de Pœnitentia* , *debemus considerare* &c.

In altero cod. Asis. habetur ejus *Expositio Pater noster* , *&* *Credo* cum Opusculis *S. Thomæ Aquinatis* , de articulis fidei , & 7. Ecclesiæ Sacramentis , ac expositione orationis Dominicæ . Utrobique autem dicitur *Ordinis Prædicatorum* .

In tertio cod. ms. chart. in fol. habetur ejus *Expositio in Credo in Deum* incip. *Funiculus triplex* &c. , in cujus fine legitur : *Explicit Tractatus super Credo in Deum editus a Fr. Aldibrandino de Tuscanella Ordinis Fratrum Prædicatorum* : extatque post Fr. Gulielmi de Militona *Postillam in Apocalypsim* t atque *Expositionem in Canticum B. V. Magnificat* incip. *Super illo verbo psal. Deus canticum novum cantabo tibi* &c. : & *Stabat Mater juxta crucem Ihesu ejus in passione hodierna* &c. : quæ duo Opuscula forsan sunt ejusdem Ildebrandini .

Codex 4. tandem in 8. habet tit. *Scala spiritualis de* XII. *articulis fidei compilata a Fr. Ald. de Tuscanella Ord. Fr. Prædicatorum* . *Funiculus triplex difficile rumpitur* . *Funiculus iste* , *quo a terra* &c. Postea sequuntur nonnulli *Sermones de conversione peccatoris* , & *de B. V. Maria* eodem charact. incip. *Factum est discumbente eo in domo justi* &c. : quos nescio , an ad eumdem autorem pertineant .

In Symbolum Apostolorum : *Funiculus . triplex* &c. sine nomine autoris extat ms. pergam. in 8. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.; sub nomine *Fr. Ildebrandini* extat ms. Ravennæ in 8. pergam. in Bibliot. S. Franc. In Regesto denique Biblioth. S. Franc. Utini an. 1397. edito habetur *Scala super Symbolum Apostolorum Fr. Aldovrandini O. M.* ; sed puto errorem amanuensis , & legendum Ord. Prædicat. , uti habent codices Asisienses . Revera etiam Quietif , & Echard to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. an. 1314. hunc suis accensent in *Aldebrandino de Tuscanella* ; eique adscribunt *Sermones de Tempore* incip. *Dominus legifer noster* &c. : *Sermones de Sanctis* : *Tractatus super* X. *legis præcepta* : & *Vitam S. Dominici* in 8. partes divisam , quam non invenisse se scribunt . V. *Aldovrandus Tuscanus* .

M C M L X X X I. 1013.

ILDEPHONSUS BRIZENNO = factus est Episcopus *Nicaraguæ* in America Meridionali Peruanoque regno an. 1644. ex Reg. Vatic. , & ex Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 315. sub nomine *Alphonsi* ; postea translatus est Sudam Venezuele , seu de Caracas ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 39. , qui to. 2. pag. 211. in *Jo: a Ripa* citat ejus

Apparatum historicum . Edidit etiam

Apologiam de Vita , *&* *doctrina Io. Scoti Doctoris Subtilis* , *ac B. Amadei* , quæ præmittitur to. 1. Controversiarum . De eo agit etiam Petrus de Alva col. 676. Militiæ univ. Obiit anno 1667. in oppido S. Jacobi de Leon .

M C M L X X X I I. 1014.

ILDEPHONSUS DE POZZUOLO = de quo Nicolaus Antonius , Petrus de Alva , & Joan. a S. Anton. to. 2. v. *Alphonsus Pozuelo* .

1015.

ILDEPHONSUS A SANZOLES = V. *Franciscus a Sanzoles* , de quo supra , qui idem est

M C M L X X X I I I. 1016.

ILDEPHONSUS A VASCONES = ex oppido Aguillar de Campoo.

Antidotum animæ prodiit Matriti 1624. in 8. typis Jo: Gonzalez ex Jo. a S. Anton. to. 1. pag. 52. v. *Alphonsus* , qui perperam dicit *Victimam animæ* .

Expulsio ignorantiæ , *&* *admonitio pœnitentium* . Hispali 1619. apud Matthiam Clavijo , & 1625. vel 1628. apud Simonem Faxardum ; Matriti 1619. , & 1620. typis Viduæ Alphonsi Martini ; Barcinone apud Sebastianum Materad 1622. , & Valentiæ 1623. apud Joan. Garriz ex cit. Joan. a S. Anton.

Ars pro subsidio agonizantium . Hispali an. 1626. : & postea omnia simul Matriti 1667. in 4. typis Francisci Nieto ex eodem in utraque sua Bibliotheca .

M C M L X X X I V. 1017.

ILLUMINATA BEMBA = filia Laurentii Bembi Senatoris Veneti , Ferraria Bononiam se contulit cum *S. Catharina* , ubi & decessit an. 1483. non sine sanctitatis opinione , de qua Gonzaga par. 2. , & ex eo autor 4. partis Chron. S. Franc. lib. 2. cap. 13. Ejus *Speculum* laudat Christophorus Mansueti in Vita dictæ S. Catharinæ cap. 37.

M C M L X X X V.

ILLUMINATUS AYGUINUS Brixianus Regul. Observ. Musices facultatis studiosus edidit librum hoc titulo :

La Illuminata di tutti i tuoni del canto fermo . Venetiis. an. 1562. in 4. typis Antonii Gardani .

Il Tesoro illuminato di tutti i tuoni del canto figurato . Ibidem an. 1581. in 4. ex officina Jo: Varisci : quos libros vidi apud nostros Bononiæ .

M C M L X X X V I.

ILLUMINATUS MESSANENSIS Siculus Capuccinus , concionator , Theologus , ac Visitator Generalis regni Castellæ edidit

Orationem de Immacul. Virgin. Mariæ Conceptione , quam habuit Romæ an. 1618. coram Paulo V. Pont. Max. , uti testantur autores Biblioth. Capuccin. , & Siculæ , & ex his Joan. a S. Anton.

M C M L X X X V I I. 1018.

ILLUMINATUS MORONUS = quem Bibliotheca Slusiana edita Romæ an. 1690. per errorem vocat

cat *Petrum Moronium* apud Joan. a S. Anton. to. 2., anno 1635. e Theatinorum Instituto, cui anno 1615. se addixerat, ad illud Strict. Observ. Minorum transiit, annoque 1658. factus est Theologus Card. Alderani Cybo Episcopi Æsini, apud quem insequenti anno e vita excessit die 17. Septembris, parum, ut ferunt, feliciter; cum edidisset

Centum responsa centum quæsitis, quæ illi in dies deferebantur solvenda &c. Venet. primum an. 1645. typis Combi, postea Mediolani an. 1682. tomis 2. in fol.

Bigu duas vehens controversias ab adversariorum imposturis vindicatas præsertim contra *Fr. Sanctorum* Melphiensem ejusdem Instituti. Bergomi an. 1651. per M. Anton. Rubeum.

Risposte alli quesiti &c. *sopra il legato del Sig: Marieni per la Terra di Palazzuolo*. Ibidem anno 1657.

Specchio piccolo, ma fedele, che rappresenta alcuni difetti emendati nella frequenza della Confessione, e Communione. Ibidem an. 1658. ex Donato Calvo in Scœna Liter. Bergom. par. 1.

Benedictus Mazzara in Legend. Francisc. ad diem 20. Junii in fine Vitæ Venerabilis Sororis Ceciliæ Castellæ Juvanellæ ait se de ea Virgine tradere id, quod diffuse de ea scripserant *Illuminatus Moroni*, & *Theodorus Caputferreum* sui Ordinis Theologi illustres: videtur igitur scripsisse

Vitam Ven. Sororis Cæciliæ Castellæ a Gandino T. O. S. Franc. vitæ sanctitate conspicuæ an. 1641. defunctæ.

M C M L X X X V I I I. 1019.

INNOCENTIUS NEAPOLITANUS = forsan idem, ac *Innocentius Salvius* infra, scripsit post annum 1627.

M C M L X X X I X.

INNOCENTIUS ROMERUS a Carminiola in Subalpinis diœces. Taurinensis Reg. Obser. vir pietati magis quam doctrinæ deditus, & Monialibus Clarissis a sacris Confessionibus, scripsit vulgari sermone

De origine devotionis Coronæ B. Virginis ex 70. Ave conflatæ. Monteregali anno 1626.

Additiones devotioni D. Antonii Patavini. Ibid. ex Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont., & Joan. a S. Anton.

M C M X C.

INNOCENTIUS SALVIUS, quem Joan. a S. Anton. dicit patriâ Neapolitanum, sed forte erronee, quia de eo nihil habet Toppius in sua Biblioth. Neapol., Reg. Observan. alumnus, bonarum disciplinarum amicus edidit varias *Orationes*; ejusque typis extat italice

Oratio in adventu Joan. Baptistæ a Campania Minorum de Observantia Generalis Ministri. Mediolani an. 1633. in 4., nec non

Apes Barberinæ Protectrices Ordinis Minor. Observan., & Reformat. italico sermone ibidem eodem anno in 4. ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. pag. 340., & ex ea Joan. a S. Anton. to. 2., qui etiam ex Francisco Maria Pagnottio in *Maria Triumphante* Coron. 2. n. 582. edidisse prodit

Stellarium B. Virginis. Florentiæ 1637.

M C M X C I. 1020.

INNOCENTIUS SBORCHIUS = ab Alviano in Umbria oppido Regul. Observ. humanioribus literis excultus.

M C M X C I I.

JOACHIMUS MULLERUS Coloniensis, ni fallor, scripsit

Librum Miraculorum B. Mariæ Virginis; ut ipsemet Waddingus habet in indice nominum, cognominum, nationum, & materiarum tit. *Theologia Exemplaris*, ac de *B. Virgine*, qui tamen in Operis corpore ipsius est oblitus.

M C M X C I I I. 1021.

JOACHIMUS A PUTEO = de quo & Bordonus in Chronolog. 3. Ord. S. Franc. cap. 38. *Joannes Puteanus* citatur ab Arturo in indice Martyrol. Francisc., nisi sit alius a *Joachimo Puteano*: de eo & Joan. a S. Anton. ex Waddingo, & Vernon.

M C M X C I V.

JOANNA A S. ANTONIO Hispana ex oppido Chozas Toletanæ diœces. socia V. M. Hieronymæ ab Assumptione, de qua supra, in Monasterio S. Elisabeth Regum Toleti scripsit vernacule

Notitias veritatis, seu de Vita suorum patrum, ac fratrum, gratiisque a Deo acceptis.

De favoribus pluribus a Deipara Virgine acceptis.

LII. *attributa divina metaphorica, ac mystica*.

XXVI. *attributa mysteriorum Christi, ac Christiparæ*: asservantur mss. in dicto Cœnobio, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 115.

M C M X C V.

JOANNA A CRUCE Vasquez Toletana 3. Ord. S. Francisci, & Monasterii S. Mariæ de Cruce prope Illescas diœcesis Toletanæ Abbatissa, obiit opinione sanctitatis die 3. Maji an. 1534., agiturque de ejus Canonizatione. Collecti habentur

Sermones num. 71. varii ab ea habiti in variis diebus festis, servanturque mss. in Monasterio S. Mariæ de Cruce ex ejus Vita publicata a Fr. Bartholomæo Cimarella 4. par. Chron. S. Franc. lib. 2. Habentur etiam hi sermones inter extravagantes Bibliothecæ Regiæ Scorialis hispanico titulo: *El Conorte* sub V. A. 13. in fol., ex quibus duos Petrus de Alva transcripsit, ut ipse testatur col. 698. Militiæ univ., & tab. 1.

De eo agunt Gonzaga par. 3., & Villegas in Addit. 3. par. Flor. SS., Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 3. Maji §. 6., Antonius Daza, Petrus Navarra, & novissime Joan. a S. Anton. to. 2. In ejus autem *Sermones* judicium, & censuram tulit Franciscus a Sosa Minorita, ut refert Waddingus supra in *Francisco a Sosa*, estque initio partis 4. Chron. S. Franc. a Bartholomæo Cimarella anno 1621. editorum. Jo: de Aragon Castellæ provinciæ, & causæ ejus Romæ Postulator edidit *Propugnaculum B. Joannæ a Cruce* Messanæ an. 1715. in fol.; & Matriti in Arch. Ordinis habetur ms. *Censura, & responsiones in libros de vita, & miraculis* ejus, teste Jo: a S. Anton. v. *Jo: de Aragon*.

M C M X C V I. 122.

JOANNA DE JUSSIE = *de Tussie* dicitur a Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 116.

M C M X C V I I.

JOANNA RODRIGUEZ Toletana in Monasterio S. Elisabeth ejusdem urbis Tertii Ordin. virtutibus, ac visionibus illustris suo obtemperans Confessario scripsit

Librum de revelationibus a Deo acceptis idiomate hispano, teste Fr. Luca Yanguas in ejus Vita fol. 6.

Obiit

Obiit an. 1505. die 6. Januarii in prædicto Monasterio sepulta non sine sanctitatis opinione. Ejus meminit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum, Marcus Ulyssipon., Gonzaga, Arturus ad eum diem §. 5., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M C M X C V I I I.

JOANNELLUS MELPHITENSIS prov. Apuliæ sac. Theologiæ, ac Philosophiæ Professor an. 1430. scripsit

Tractatum de terminis confundentibus, eorumque explicatione incip. *Aperi pectus omne* &c. ms. chart. in 4. cum quibusdam aliorum Opusculis servatur Asisii in Archivo Conventus S. Francisci.

M C M X C I X.

JOANNES ABREU Hispanus provinciæ S. Evangelii Reg. Observ. in America concionator typis dedit vernacule

Concionem de Maria dolorosa. Mexici an. 1528. in 8. per Joseph Bernardum de Hogal.

Concionem de Domina nostra de Begoña in suo Mexicano Cœnobio habitam, & ibi quoque impressam.

Opusculum de Sepulchro Christi Domini jam approbatum a Censoribus, teste Joan. a S. Anton.

M M.

JOANNES ACCURSIUS Wolfrriser Germanus Min. Conv. sac. Theolog. Magister, & provin. Austriæ Minister edidit

Opusculum inscriptum: *Funiculus triplex pro Chordigeris*. Viennæ Austriæ anno 1624. in 8., teste Franchino in Biblios. n. 166.

M M I. 1023.

JOANNES ÆGIDIUS = cum hic dicatur sub *Alphonso X.* Astronomo, qui ab anno 1252. ad 1284. regnavit, vixisse, eique charus, & familiaris extitisse, propterea floruit ante annum 1300., etsi potuerit post tempus illud supervixisse: ceteroquin autores varii, quos oscitanter secutus est Waddingus, hunc in plures diviserunt modo *Ægidium Zamoram*, modo *Ægidium Hispanum*, modo *Joannem Zamara*, & modo *Joan. Ægidium Zamoren.* memorantes, qui reipsa unus fuit, vocabaturque *Joannes Ægidii* Zamorensis Hispanus, uti recte nuncupat hoc loco.

Fratris Joannis Ægidii Ministri Fratrum Minorum Portugalliæ Tractatus de preconiis Hispaniæ ad informationem Principum, & Magnorum incipiens: *Serenissimo Domino suo Infanti Sancio illustrissimi Aldefonsi Regis filio, & hæredi* &c: & finiens: *vivit, & regnat Deus per infinita secula. Amen*: extabat Asisii in IV. solario orient. ex Inventario ejusdem Biblioth. confecto an. 1381. Habetur ms. Salmanticæ in Biblioth. majoris Collegii S. Bartholomæi plut. & num. 203., Matriti in Biblioth. Regia in fol., & in Biblioth. D. Jo: Emmanuelis Pantojo in oppido Cabañas non longe ab Occania, nec non Zamoræ cum aliis apud Minoritas. Continet volumen istud x. *tractatus* in quibus agit de Hispaniæ populatione, fertilitate, fortitudine, liberalitate, sanctitate, doctrina, juribus Magnorum, de apologiis Principum, deque ejus civitatibus, & oppidis, teste Joan. a S. Anton. to. 2. Incipit: *Quemadmodum sanguis* &c., & in fine prologi ait: *Hæc autem scribuntur propter mores, & non propter historias, quia de historiis jam actum est in aliis libris nostris*.

Armarium, seu *Archivium omnium Scripturarum*, cujus tom. 2., ut putat cit. Joan. a S. Anton., solummodo extat ms. in dicta Zamorensi S. Francisci Biblioth., non semel adducit Alfonsus a Spina in *Fortalit. fidei* præsertim lib. 3. consid. 7. erud. 1., & consid. 9. expul. 4.

Chronicon generale digestum est jussu duorum Regum *Alphonsorum*, quorum alter devicit Algeziram Insulanum, alter dictus est *Sapiens*, Opusque valde probatur Floriano Ocampo, aliisque Hispaniæ scriptoribus, inquit Possevinus in Bibliotheca selecta de Histor., sed error est in nomine Regum, nam eorum alter obiit anno 1284., alter vero an. 1350.

Opus generale, & speciale: de animalibus, avibus, arboribus, piscibus, aquis, substantiis, coloribus, odoribus, saporibus, sensibus, eorumque objectis, musicis instrumentis, ponderibus, mensuris, lapidibus, metallis, emplastris, pilulis, unguentis, infirmitatum signis &c.: *de quibus absque præjudicio sententiæ melioris aliqua disseruntur secundum dicta, & sententias sapientum*: ut ipsemet scribit to. 2. *Armarii* in fine indicis lib. 6. lit. F.

Artis Musicæ liber ms. extat Romæ in Archivo Basilicæ S. Petri ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 157.

Quæstio Logicalis extat ms. in Biblioth. S. Victoris Paris. ex Catalogo cit. Montfaucon pag. 1372.

Liber Meditationum de summo primo, & summa glorioso Deo ad Abbatem Vallisoleti incip. *Generosi, ac speciosi* ms. in 4. extat in Toletana Biblioth. S. Joannis Regum sub 12. n. 14. ex Append. Joan. a S. Anton.

Prosodia, seu de accentu liber incipiens: *Suo suus, dilecto dilectus, Hispano Hispanus, Zamorensi Zamorensis, Fra. Facundo Fra. Johannes Ægidii pacis concordiam* &c. Ita prologus, seu epistola: Opus vero: *Recolentes, quod omne bonum communicatum* &c.: habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 24. versus claustr. cod. 676. in fol. post Opus *Dictaminis* cujusdam Fr. B. Extat etiam Paris. in fol. in Biblioth. olim Card. de Montchal Archiep. Tolosani cod. membr. 312., nunc in Regia ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 157. cum titulo: *Tractatus de accentu, & dubitabilibus quæstionibus Bibliorum*. Asisii quoque in Tabulario Conventus S. Francisci reperitur *Tractatus de accentu, & de dubitabilibus Bibliæ* incip. *Suo suus, dilecto dilectus* &c. ms. pergam. in 8. inter diversorum Opuscula.

Summa Fr. Johannis Ægidii de correctione Bibliæ extabat olim ms. Bononiæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri Indice ejusdem Bibliothecæ an. 1421. confecto, & a me nuper lecto in Tabulario illius Cœnobii. In mox memorato codice Florentino habentur post *Prosodiam* quatuor *Opuscula* sine nomine autoris, & diverso charactere super correctione *sacrorum Bibliorum*, quorum primum incipit: *Cum animadverterem, quamplurimos se miscere quæstionibus infinitis, & circa hujusmodi crebrius occupari, & paucos vel vacare literæ veritati, cum tamen litera sit fundamentum spiritualis ædificii*: & paulo post subdit: *pauca propria nomina posui, quia hæc aliter correcta in uno libello descripsi, & quia pro posse studeo brevitati; ideo in hac correctione . . . pro vitanda prolixitate a correctione hujusmodi supersedi proponens omnia talia, quæ hic ommisi, addere operi latiori . . . . Si quid corrigendum juste probaveris, fraterna caritate corrigas, & emendes. Cum intentionis nostræ sit canonem cum prologi-*

gis Bibliæ quatenus Ieronymus secundum Hebræos, non quatenus secundum 70. transtulit, corrigere, & a correctione aliorum prologorum supersedere. Post longam vero præfationem incipit Opusculum: *Desiderii accepi epistolas. a. non literas. translatum in latinum* &c.: quo brevibus expleto, sequitur Opus magnum ita incipiens

Literarum sacrarum latino interprete beato Jeronymo in epistola ad Summam (leg. ad Suniam) *& Fretelam de græca correctione Psalterii* &c.: qua præfatione præmissa, Opus inchoat autor: *Genesis* 1. *ca. a. terra autem erat inanis, & vacua* &c. t confertque lectionem latinam cum græca, & hebraica valde diligenter, & fuse. Habetur etiam ms. pergam. in fol. Asisii in Archivo Conventus S. Franc., memoraturque in veteri illius Biblioth. Inventario an. 1381. m. Januar. confecto jussu P. Mag. Ludovici Generalis Ministri, & a me lecto, his verbis: *In quarta banco Correctura Bibliæ Parisiensis cum postillis, & cathena, cujus principium est: Litterarum sacrarum latino interprete B. Hieronymo in epist. ad Suniam, & Fretelam &c.: finis vero: & infra. Pars ejus de libro vitæ*. Huic Operi in citato cod. Florentino tertium mole non inferius subjicitur his verbis incipiens:

Quoniam quædam glossæ mentionem faciunt de literis, & vocabulis hebræis, & græcis, & hujusmodi ignorantur a Latinis &c.: idcirco ab autore docentur, & exponuntur, ut in sacra Scriptura habentur, ac intelligi debeant. Habetur Paris. in Biblioth. olim Cardin. de Montchal *Fr. Joannis Ægidii Ordinis Eremitarum S. Augustini Expositio vocabulorum Biblicorum ordine alphabetico*; sed cum sic pars ejusdem codicis, ubi extat *tractatus de accentu* &c. num. 312. ex Montfaucon supra relatus, quem *tractatum* constat esse Joan. Ægidii Ordin. Min., ejusdem erit & hæc *Expositia vocabulorum*, præsertim cum Gandulphus Erem. S. Augustini hunc scriptorem non habeat inter suos. Tandem in codice Florentino sequitur 4. Opusculum, cujus est initium hujusmodi:

Incipit epistola S. Jeronymi ad Paulinum de omnibus divinæ Historiæ libris &c.: & continet correctionem, & expositionem sac. Bibliorum juxta varios autores. An hoc, & duo priora quoque Opuscula ad hunc *Joannem Ægidii* pertineant, &, si non omnia, quænam ejus sint, non facile dixerim. V. *Christophorus de Cugneriis* supra.

Summa de casibus, quam Waddingus supra ex Rodulphio lib. 3. adscripsit *Ægidia Zamoræ Hispano* veluti diverso, ad hunc ipsum pertinet. Gabriel Barletta in serm. de Conceptione B. Virgin., item Vincentius Bandellus de singul. Concept. Christi citant *Ægidium Hispanum* Minoritam in *Summa sua cap. de Maria*.

Opusculum de Jesu Nazareno ms. in 4. parvo extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus claustr. num. 737. hoc titulo: *Incipit prologus in librum Jesu Nazareni filii summi Regis primogeniti, & hæredis, quem edidit Fr. Johannes Ægidii de Ordine Fratrum Minorum* &c. *In nomine Jesu omne genuflectatur cœlestium* &c. *In hujus seculi vita labili* &c.

De Jesu, & Maria Opus, cujus tit. *Incipit meditatio proœmialis in librum de Jesu, & Maria, quem ordinavit Fr. Joannes Ægidius de Ordine Fratrum Minorum ex verbis divinorum eloquiorum, & ex dictis, & scriptis orthodoxorum Doctorum absque præjudicio*, ms. membr. extat Salmanticæ in Biblioth. Collegii majoris S. Bartholomæi plut., & n. 324., in cujus prologo autor recenset XIII. *Operis capita* ab ejus Incarnatione, seu Conceptione usque ad Spiritus Sancti missionem.

Legenda Sanctorum per ordinem alphabeti incipiens: *Almifluus æterni Patris filius* ms. in 8. asservatur in Bibliotheca Pantoja, teste Joan. a S. Anton., qui to. 2. pag. 117. merito refellit Adrianum Bailet *de judicio libror.* to. 1. par. 2. cap. 7. §. 5. hujus Ægidii Opera negantem.

Sermones Sanctorum incip. *Philosophia est divinarum rerum speculatio*, quos Waddingus ex Rodulphio attribuit *Ægidio Hispano* tamquam ab hoc diverso, spectant ad istum, de quo loquimur. Asisii enim in Bibliotheca secreta Conventus S. Franc. juxta Inventarium illius loci an. 1381. confectum renovatumque, v. solario occid. extabant olim mss. *Fratris Joannis Ægidii Hispani Sermones pro aliquibus Solemnitatibus specialibus, & commune Sanctorum* incip. *Philosophia est divinarum, humanarumque speculatio*: & finien: *de avaritia* 272. Cardinalis etiam Joan. a Turrecremata in tract. de Verit. Concept. B. V. par. 6. cap. 32. adducit, laudatque *Ægidium Zamorram* Franciscanum de eo inquiens: *quod juxta ordinem alphabeti mira scripsit tam de Chronicis, quam de doctrinalibus, quam etiam de moralibus*.

Vita S. Nicolai Martyris in oppido de Ledesma, seu Metissæ incip. *Nicolaus genitus fuit* &c. ms. in Regia Biblioth. Scorialis 12. D. 5.

Vita S. P. Francisci incip. *Francisci beatissimi*, quam vidit, & legit Petrus de Alva tab. 1., ex *Legenda majori* S. Bonaventuræ fere tota decerpta.

Scala cœli Joannis Ægidii citatur a Joanne Garetio in lib. de *Sacramento Eucharistiæ* an. 1560. elucubrato clas. 1. sub an. 1406., quo manifeste erratur, nisi sit alius; nam non defuerunt, qui ad eum annum statuunt vixisse quemdam *Joannem Ægidium* Ord. Prædic., qui tamen erat *Joan. a S. Ægidio* Anglus, de quo Echardus to. 1. Scriptor. O. P.

Liber Medicis notus tit. *Thesaurus pauperum* Joanni Ægidio Minoritæ Theologo, & arte medendi nobili tribuitur, incipiens: *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis* &c., qui prodiit Lugduni an. 1525. in fol. per Jacobum Myt, teste Petro Mussaneio in *Face Cronologica* titulo *Medicina* ab an. 1200. ad 1300., & Joan. a S. Anton. cit. dubitat, an sit diversus ab hoc Hispano; sed videndum ne sit potius *Joannis Genesii Parmensis*, quem constat, quædam *de Medicina* scripsisse. Ceterum *Thesaurus pauperum* a nonnullis tribuitur etiam *Petro Hispano* postea *Joan. XXI.* Papæ: constat nihilominus ex hujus *Joannis Ægidii Opere generali* supramemorato ipsum & *medicinam*, & pharmaca calluisse.

* JOANNES AIUSA Hispanus = v. *Jo: ab Ayora*.

Vitam V. P. Fr. Dominici Gallart anno 1595. defuncti, ut ex Chron. Anton. Dazæ refert Nicolaus Anton. to. 1., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMII.

JOANNES ALANUS Doctor Parisiensis circa an. 1390. contra Joannem de Montesono O. P., ejusque asseclas scripsit

Tractatum de Conceptione B. V. Mariæ, qui habetur Paris. ms. in Biblioth. Colbert. cod. 624., teste Petro de Alva in *Noda indissolub.* pag. 210., & in

& in Armament. Seraph. Vide, an sit idem, ac *Alanus Brito*, de quo supra.

* JOANNES ALANUS, de quo Joannes a S. Anton. to. 2., est *Janus Minor Svemensis* nomine *Joannes Messenius* Ostrogothus Phil. Doctor, & Poeta Laureat., eloquentiæ, & J. U. Professor Upsalensis, Regiiqur Dicasterii Holmiensis Assessor, qui vulgavit

Retorsionem imposturarum, quibus inclitam Svecorum, Gothorumque nationem insectatur Petrus Parvus Rosefontanus Danus. Holmiæ 1611., & 1614. sub nomine *Jani Minoris*, teste Frider. Gotthilf. Freytag in Analectis litter. de libr. rar. pag. 657., ubi addit *Williebrium Westhovium* Equitem Danum confutasse Jo: Messenium libro inscripto: *Jani Minimi expositio veritatis historicæ contra scythicam Jani Minoris in P. Parvum Retorsionem*. Hinc ex illa voce, vel agnomine *Minoris* creditus est iste *Ordinis Minorum*; cujus sunt etiam

Disputationes de dialectis græcis, ac pronunciatione ejusdem linguæ. Hafniæ an. 1609. & 1623. in 4.; &

De Gentium quarumdam origine, & primatu, præcipue de Cimbrorum ortu, migrationibus &c. Ibidem an. 1628. in 4.

M M I I I.

JOANNES ALBENTIMILLIENSIS vulgo *Ventimiglia* Ligur suæ provinciæ Genuensis Capuccinorum, nec non Romanæ Vicarius provincialis vir doctrina, ac prudentia excellens, sanctitatis etiam fama clarus obiit an. 1650.; forsan leg. 1560., cum italicum fecisset

Librum de VII. *Tribulationibus Ordinis S. Francisci latine primum descriptis a Fr. Angelo de Cingulo, & ab eodem decerptis ex originali ms. ipsius P. Angeli, quod asservatur in Cœnobio Fratrum Minorum de Observantia loci Clavari provinciæ Genuensis ab an.* 1521. *die* 24. *Julii*: ut refert autor Biblioth. Capuccin., Boverius to. 1. Annal. Capuccin., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2. Crediderim hunc primo fuisse Minoritam Regul. Observ., & postea sub initium Reformationis Capuccin. ad istos transiisse.

M M I V.

JOANNES ALBERGHINUS Panormitanus Tertii Ordinis S. Francisci sac. Theologiæ Doctor, suæ provinciæ Minister, Ecclesiastes minime vulgaris, nec non S. Officii in regno Siciliæ *Qualificator* scripsit, & publicavit

Manuale Qualificatorum sanctissimæ Inquisitionis, in quo omnia, quæ ad illud tribunal, ac hæresum censuram pertinent, brevi methodo adducuntur. Panormi anno 1642. in 4. typis Decii Cyrilli, & Cæsaraugustæ 1671. in 4. typis Augustini Verges; quod citatur ab Antonio Cottonio in *Summario* Summæ Dianæ.

Breve Chronicon Tertii Ordinis S. Francisci; atque etiam

Opera Theologiæ Scholasticæ, & Moralis mss. post se reliquit, cum e vivis excesserit in patria an. 1644. die 26. Septembris honoribus insigni viro dignis humatus ex Francisco Bordonio in Chronol. 3. Ord. cap. 25. n. 79., & cap. 38., nec non Coronel. Biblioth. univer. to. 2., Vernon Annal. 3. Ord., & Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ.

M M V. 1024.

JOANNES ALCOZER = citatur a Bartholomæo Gavanto in suo Opere de *Cæremoniis Eccles.*; sed hoc loco a Waddingo confunditur cum *Francisco de Alcocer*, de quo supra actum est; *Confessionarium* enim eusum Cordubæ anno 1592. tribuit etiam ipsi *Francisco*, quem dicit provinciæ S. Jacobi, hunc autem asserit provinciæ Aragoniæ, & facile est, Joannem edidisse tantum *tractatum de Cæremoniis Missæ*, cetera esse *Francisci*, ut ait etiam Joannes a S. Antonio to. 2.

Cæremoniale Missale prodiit primo Cæsaraugustæ an. 1607. in 8. hispano sermone.

M M V I.

JOANNES ALEMANNI Florentinus socius, & discipulus B. Amadei Lusitani cum aliis, de quibus in *Bonaventura Cremonensi*, scripsit *Vitam sui Magistri Amadei*.

M M V I I.

JOANNES ALOYSIUS, al. Ludovicus Barbieri Bononien. Strict. Observ. italice edidit

Dialogos 8. *de morte, & anima separata*, adjectis *Dialogis* x. *de Paradiso*, & IX. *de inferno*. Bononiæ 1602. in 8. typis HH. Jo: Rossi 3. editio, & iterum ibidem 1613. pariter in 8. iisdem typis ex appen. Joan. a S. Antonio v. *Jo: Ludovicus*.

Dialogos de morte, & animabus separatis prodiisse Bononiæ an. 1581., & 1602. in 8. apud Rubeum habent Brumaldus, & Orlandus de Scriptor. Bononien.

Invectiva, qua morti damnatus, speque destitutus in viam salutis reducatur. Bononiæ an. 1581. in 8. apud Peregrinum Bonardum italice.

M M V I I I. 1025.

JOANNES DE ALVERNIA = Firmanus patriâ, *Alvernicola* vero cognominatus ab incolatu, ubi & obiit an. 1322. die 10. Augusti; de eoque plura Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2., Waddingus in Annal. Min. ad eum annum, & Arturus in Martyrol. Francisc., nec non S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. cap. 7. §. 15.

Præfatio ejus *pro Missa de S. Francisco* approbata fuit in *Capitulo generali Asisii* celebrato per *Dominum Ægidium Cardinalem, & Generalem Vicarium Domini Papæ, atque Legatum a Latere; concessumque, ut possit dici in omnibus festivitatibus Ordinis, & in Missa, ubi fit commemoratio S. Francisci*; ut habet Anonymus Minorita, qui paulo post an. 1450. scripsit *Rubricas Eccles.* penes me ms. ad diem 4. Octobris; quod *Capitulum* illud esse puto, quod an. 1354. coactum fuit.

Alia quædam scripsisse eum ad *Historiam Franciscanam* attinentia, videtur haberi ex illis cit. Pisani verbis Confor. XIV. par. 2. *de quibus dicit Fr. Joannes de Alvernia: qui Frater Massens ivit Perusium, & fuit cum B. Francisco, quando dictam Indulgentiam* (de Portiuncula Asisien.) *a Papa Honorio obtinuit*: Rodulphius etiam lib. 2. fol. 251. ait in margine *Joannem* Alvernicolam testatum reliquisse de veritate *Indulgentiæ Asisien.*, ut est & apud Franciscum Bartholi autorem coævum in Hist. dictæ Indulgentiæ.

M M I X. 1026.

JOANNES AMALIN =

M M X. 1027.

JOANNES ANDREÆ = cujus nec tempus, nec patria, aut regio indicatur

Hieronymianum editum fuit an. 1346.; & typis datum an. 1482., ut ex Analectis Litter. de libris rarior. Freytag pag. 1126. in append. Orlan-

landus etiam Bononien. de Orig., & progressu Typograph. par. 2. pag. 350. scribit *Hieronymianum*, *seu de laudibus S. Hieronymi lib.* 4. prodiisse an. 1482. in fol. sine loco impressionis; Opus tamen adjudicat *Joanni Andreæ Jurisconsulto* Bonnnien., sicut & S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 21. cap. 7. §. 3. ad an. 1348., quo eum ex peste occubuisse tradit. Possevinus in Appar. sac. to. 2. præter memoratum *Joannem Andreæ J. V. D. Bononien.* alium ex Pocciantio Fiorentino *Joannem Andreæ Florentinum* memorat præter alia Opera edidisse etiam *de laudibus S. Hieronymi libros* 4. incip. *Hieronymum jugiter* &c. Extat Ferrariæ in Biblioth. Cœnobii S. Francisci Min. Conv. ms. liber in fol. *Distinctionum super Psalteriam Magistri Petri Lombardi*, in cujus fine habetur *Memoriale*, seu *Catalogus librorum*, quos penes se scribit habuisse *Fr. Joannes Andreas Ordinis Minorum de Conventu Cumano anno* MCCCLXXXVIII. *die* XX. *Septembr.*; hic ne, vel alius, non dixerim. Illud quidem existimo, *Hieronymianum* Opus Joannis Andreæ J. C. *de laudibus B. Hieronymi* egisse; illud vero Joannis Andreæ Minoritæ *Compendium Operum B. Hieronymi* retulisse, ideoque diversa Opera esse: & quidem me dudum Florentiæ in nostra S. Crucis Bibliotheca ms. vidisse memini codicem sine nomine autoris *Epitomen Epistolarum S. Hieronymi* continentem. Ceterum quod Asisii tradit apud nostros Waddingus extare *Hieronymianum*, non est Joannis Andreæ Minoritæ, sed *Jo: Andreæ J. C.* celebris, ut ego animadverti ex lectione Operis, quod ms. chart. in fol. extat in Arch. illius S. Franc. Conventus, Incipitque: *Hieronymianum hoc Opus per Johannem Andreæ urgente devatione compositum* &c.: & prope finem citat suam *Novellam*, quam se scripsisse dicit.

M M X I. 1028.

JOANNES A S. ANDREA = Strict. Observ., de quo videatur Joan. a S. Anton. in Biblioth. PP. Discalceat. Minor., ubi exscribit Waddingum, & Nicolaum Anton.

Ejus *Arbor spiritualis* impressa est Matriti 1621. per Joan. Sanchez ex appen. Joan. a S. Anton.

M M X I I.

JOANNES ANGELI antiquior Gallus, vel Belga circa annum 1482. ecclesiastes haud ignobilis habebatur, Tornacique in Gallia Belgica *quadragesimales concianes* habuit, ut legimus apud Joannem Majorem in 4. dist. 17. q. 6.; & dist. 24. q. 3. conclus. 3.; & tum nimiam fecisset *Rom. Pontificis* potestatem supra *Episcopos*, & *Curatos*, seu *Parochos*, proscriptus fuit Universitatis Parisiensis, non Romana censura, inquit autor *Hist. Ecclesiastica* gallice conscriptæ, ut fertur, a Dupinio sec. XV. an. 1483., & Carolus de Plessis in Collectione Judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1482.

M M X I I I. 1029.

JOANNES AB ANGELIS = Strict. Observ., de quo legendus Joan. a S. Anton.

Variæ Considerationes in Cantica Canticorum prodierunt Matriti ex Typographia Regia in 4., diciturque autor Discalceat., & *Mariæ Imperatricis* a sacris concionibus, in cujus Operis laudem versus concinnavit hispanicos *Fr. Petrus de Montaña* concionator provinciæ S. Joseph.

Manuale vitæ perfectæ, adjecto Rosario principalium mysteriorum vitæ, passionis, ac mortis dulcissimi nostri Redemptoris. Matriti typis Regiis.

Lucta spiritualis, & amica inter Deum, & animam christianam. Valentiæ 1600. apud Patritium Mey; & Matriti eodem anno in 8. apud Petrum Madrigal. Opusculum valde commendatum a V. M. Anna de Simeone virtutibus, & miraculis celebri.

Tractatus de præsentia Dei prodiit etiam Cæsaraugustæ an. 1615. in 16. mutata aliquantulum inscriptione; & Matriti an. 1624. apud Joan. Sanchez.

De fructuosa ratione meditandi, orandique præclaræ observationes, & saluberrima præcepta ex Continuat. Annal. Min. to. 18. ad an. 1541. n. 16.

Psalterium spirituale, seu *Exercitium quotidianum*. Matriti 1604. in 8. typis Joan. Flanienco.

Viridarium spirituale animæ religiatæ ad Philippum III. Ibid. 1609. in 8. typis iisdem, & 1610. typis Regiis ex Joan. a S. Anton.; de eo agunt Petrus de Alva, Medina, & Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan.

1030.

JOANNES ANGLICUS = quatuor *Anglicos Joannes* hoc loco Waddingus miscet, conglomeratque, Joannem *Cantianum*, Joannem *Foxal*, Joannem *Guallensem*, & Joannem *Pekam*, de quibus suo loco separatim agitur. Legatio ad Anglos sub Innocentio IV. spectat ad Joannem *Cantianum*; Expositio Universalium Scoti ad Joannem *Foxal*; reliqua Opera partim ad *Guallensem*, partim vero ad *Peckan*, ut videbitur; *Rosarium* vero *B. Virginis Mariæ*, scilicet de IV. ejusdem Festivitatibus *Nativitate*, *Annunciatione*, *Purificatione*, & *Assumptione*, quod videtur scriptum ante an. 1300., cum non habeat de *Conceptione*, & sine fundamento Pitseus adscripsit alii Joanni Anglico a memoratis diverso, forsan est *Joannis Guallensis*.

M M X I V. 1031.

JOANNES N. ANGLUS = de quo Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptoribus Ordinis Minorum inquit: *Summam Joanninam fecit Frater Johannes Lector*: quem & floruisse in Anglia circa annum 1344. scribit idemmet Waddingus in Annal. Min. ad eum annum n. 8. ex Mariano, aitque cognominatum *Lectorem*. Est autem alia a *Summa Joannina* Fr. Joan. Ord. Prædic., ne quis alterum furti, vel suppositionis alterum reprehendat.

Quæstiones casuales Fratris Lectoris Ord. Fr. Minor. ms. cod. 300. annorum habetur in Biblioth. S. Martini Turonen. ex catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1339., quæ nescio, an hujus Joannis sint.

Marcus Ulyssiponensis par. 2. Chron. S. Franc. l. 8. huic tribuit *Directorium Juris*, quod Opus est *Petri Quesvel* Angli, de quo infra. Non est autem hic confundendus cum *Joanne Lectore Erfordiensi*, sive *Joanne de Saxonia*, qui pariter fecit *Summam*, & de quo infra.

M M X V. 1032.

JOANNES ANTONIUS BRANDIUS = non Salernitanus, sed Salemitanus ab oppido Salemis diœcesis Mazariensis *Theologus insignis*, *Concionator celeber*, & *Poeta clarus* ex Francisco Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 25. n. 74., celebraturque a Leonardo Rolandino J. V. D. Siculo *Variarum Imaginum* libro, ac Roccho Pyrrho in Not. Mazar.

Carmen de Rosario B. Virginis italice prodiit Romæ an. 1601. apud Carolum Vulliettum in 16. cum *Sermone* Bernardi Sabiæ super eodem, & altero

ro Bonaventuræ Battaleæ ejusdem Instituti, de quibus suo loco, ex Joan. a S. Antonio to. 1. pag. 218.

Literæ ad Rempublicam Venetam Apostolico interdicto subjectam italice cusæ sunt Viterbii an.1607.

Chronicon Rom. Pontificum prodiit Romæ 1608. in 4. typis Hieronymi Disciputi, & ab autore correctum, ac iconibus adornatum ibidem 1627. in 4. per Franciscum Corbeletti italice, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 97. verbo *Antonius Brondi*.

Carmina ejus nonnulla latina, & italica habentur in cit. libris *Variorum Imaginum* Leonardi Rolandini J. V. D. Panormi an. 1595. impressis pag. 44.

Obiit anno non 1626., ut Waddingus, neque die 20. Maji 162. . . , ut Pyrrhus scripsit; sed die 13. Maji anno 1608. ex cit. Bordono cap. 25. n. 2., qui de eo agit etiam cap. 38., & ex epitaphio a Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex eo a Joan. a S. Anton. in append. to. 3. relato, quod ipsi, & *Jo: Baptistæ Provenzano* Drepanensi Generali Ministro ejusdem Ordinis positum fuit an. 1614. hujuscemodi:

„ Hic jacent duo lumina Fratrum Tertii Ordinis
„ S. Francisci: Reverendissimus Pater Magister
„ Joannes Baptista Provenzanus Siculus Drepanen-
„ sis, & P. M. Joannes Antonius Siculus a Salem,
„ sanctis moribus, & meritis præclari, in verbi
„ Dei, & scientiis summopere versati. Quorum
„ secundus cum esset Definitor Generalis obiit XIII.
„ Maji M. DC. VIII. ætatis suæ LIII. Primus tamen
„ bis ad Generalatus dignitatem electus &c. lapi-
„ dem hunc libenti animo dicavit idibus Maji an-
„ no M. DC. XIV.

M M X V I.

JOANNES ANTONIUS BRASCHINUS Faventinus Min. Conv. sac. Theol. Magister, & ecclesiastes suo tempore clarissimus, de quo autor æqualis P. Rodulphius agit lib. 2. fol. 268., interfuit Tridentino Concilio, in quo hortatu Pii IV. plures *conciones* habuit; Theologus etiam a S. Carolo Borromæo adhibitus anno 1571. Mediolani præsens fuit translationi S. Barnabæ ab eodem S. Carolo factæ, teste Puccinello in Vita dicti S. Barnabæ apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 2. Junii die 11., ubi mendose dicitur *Jo: Antonius Fantini*. Franciscus vero Zava Cremonensis literas ad eum dedit to. 2. epist. lib. 8.; sed & anno 1572. Monachii in Bavaria apud illius urbis Ducem *conciones quadragesimales*, & paulo ante Florentiæ in Æde S. Laurentii habuisse invenitur: tandem an. 1582. m. Augusto Dertonæ, ubi Rector, Lector, & concionator erat, vitæ finem posuit.

Meditationes quasdam non minus doctas, quam utiles composuit, quæ prodierunt lingua vernacula Mediolani an. 1586. edit. 2., teste Franchino in Biblios. n. 169.

Conciones quadragesimales, aliasque varias, quibus adeo celebratus fuit, vel tempus, vel hominum incuria obliteravit.

Sermo ejus italice *de reditu S. Petri* ad Patres Concilii Tridentini habitus impressus est sub nomine *Jo: Antonii Cloverii Faventini*; quare crediderim reipsa cognomine fuisse *Claverio* vulgo *Chiodarolo*, dictum vero *Braschinum*, vel quod esset nepos, aut affinis, vel etiam alumnus Philippi Braschi Faventini ejusdem Ordinis in Universitate Ferrariensi Metaphysices professoris an. 1557. vita functi 41. ætatis suæ anno; cujus summa cum laude meminit pluribus in locis Bartholomæus Riccius epist. vol. 2. lib. 4., & vol. 1. lib. 8., ac lib. 1., ubi & epitaphium struxit in ea ad Julium Magnanum Francisc. Gener. epistola, & quem non tacuit cit. Rodulphius lib. 2. fol. 268.

M M X V I I. 1033.

JOANNES ANTONIUS DELPHINUS = de eo egit Waddingus etiam supra in *Antonio Delphino* Possevinum secutus. Hieronymus Magius in epist. libris *de mundi exustione, diequc judicii* præmissa hunc dicit *Theologiæ, & Philosophiæ disciplina praeclarissimum*, uti & lib. 5. cap. 13. Etiam Carolus Sigonius in Vita *Onuphrii Zarabini* Canonici Regularis S. Salvatoris hujus Delphini discipuli, & suo tempore concionatoris celeberrimi Delphinum appellat *maximum Philosophum, & Theologum*; cujus autoritate utitur Thomas Elysius Ord. Præd. in suo *Piorum Clypeo*.

De potestate Ecclesiastica prodiit primum Venetiis an. 1549. in 8. ex Ind. Bibliot. S. Franc. Bononiæ; & post etiam Coloniæ an. 1580. ex Indice Biblioth. Barber., & Possevino in Appar. sac.

De cultu Dei, & Sanctorum impress. Bononiæ an. 1549. in 8. ex cit. Ind. Bonon., & Ferrar., qui duo libri cum alio de *Notis Ecclesiæ* Coloniæ iisdem cum superiori impresso ex cit. Possevino constituunt tomum *de Ecclesia inter PP. Orthodoxos, atque Protestantes hæreticos* tribus libris distinctum.

De causis, & significationibus ignearum flammarum, putoris, & sonitus, quæ nunc efficiuntur, & apparent Cremonæ ad Sigismundum Picenardum Cremonensem Jurisprud. Stud. Bononiæ an. 1551. in 4. typis Anselmi Giaccarelli. Extat Bononiæ, Ferrariæ, ac Ravennæ in Bibliothecis S. Francisci. Eo tempore erat Bononiæ, apud suos, & in Collegio Hispanorum Regens, & Lector.

Oratio in Communibus Franciscanorum Comitiis Genuæ habita an. 1553., & Bononiæ impressa eodem anno 4. kal. Junii per eumdem in 4. incip. *Dicturo mihi hodie apud vos, clarissimi viri, de civitate hac vestra* &c., dicataque ab autore est *Aurelio Grimaldo sacrarum legum studioso* Bononiæ idibus Maji. Extat Ravennæ in Biblioth. S. Francisci.

De Matrimonio, & cælibatu libris 2. Camerini 1554. in fol. typis Antonii Gioiosi.

Didacticæ methodus rerum Logicalium ad Hieronymum Saulium Genuen. Archiepisc. & Bononiæ Prolegatum. Bononiæ 1354. in 8. per Anselmum Giaccarellum ex Franchino, extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.

Dialectica, seu *Opusculo Logicalia*. Ibidem in 8. an. 1555., quod Opus citat Mastrius Instit. Logicalium tract. 1. cap. 6. num. 24., & in quod lusit eleganter *Alexander Buletto* Florentinus ejusdem Instituti Regul. hendecasyllabis:

„ Imo quod latuit diu profundo,
„ Delphinus tulit huc: voca Simonem,
„ Invita, manibus fove; sagenam
„ Huc tende; & capies genus vel omne
„ Piscium; fugiet nec ipse Protheus:

ut legimus in initio dictæ Dialecticæ.

De tractandis in Concilio OEcumenico epistolo diffusa non ad Julium III. Summum Pontificem anno 1555. mortuum, ut ait Waddingus supra in *Antonio Delphino*, & Franchinus; sed ad *Rodulphum Pium Card.*

Card. Carpensem Ord. Protectorem an. 1560., cum in epistola ad eum data commemoret *Pium IV.* eo anno assumptum, vel coronatum, & Concilii Tridentini continuationem ab illo indictam, seque ab eodem ad illud evocatum. Romæ anno 1561. in 4. typis Alexii Laurentiani ex Ind. Biblioth. Barber., Bonon., & Ferrarien. S. Francisci, & iterum an. 1588. ex Joan. a S. Antonio.

De cælestibus globis, & ipsorum motibus contra Philosophorum, & Astrologorum sententiam ad Camillum Palæottum Senatorem Bononien. impress. Bononiæ anno 1559. in 8. per Benaccios, & Rubeos ex Franchino, & Ind. Biblioth. Bononien. S. Franc. Citat hunc librum Fr. Antonius Castel Minorita Hispanus in 2. Senten. quæst. 12. n. 68.

De Nobilitate ad Fridericum Gonzagam impress. Bononiæ per Anton. Giaccarellum, & Peregrinum Bonardum in 8. absque anno; quod vidi Bononiæ in nostra S. Franc. Bibliotheca, memoratque Jeremias Buchius in Addit. ad Pisani Conform. S. Franc. Confor. VIII. *Horatius Civalla* Maceraten., de quo supra actum est, *Adnotationes* fecit ad hujus librum *de Nobilitate, & varia Marchiæ nomenclatura*, edit itque Perusii an. 1622. ex Ciatto apud Franchinum in Biblios. num. 239.

Commentaria in epistolam ad Hebræos impressa Romæ an. 1587. typis Bartholomæi Crassi in 4.

Commentaria in Evangelium S. Joannis. Ibidem eodem anno in 4. opera, & additionibus Card. Constantii Sarnani ex Franchino; & ipsomet Waddingo supra in *Antonio Delphino*, ac ex Ludovico Dupino sec. XVI.

De divina providentia libri tres. Ibidem anno 1588. in 4. ex Possevino in Appar. sac., & ipso Waddingo.

Expositio textus Aristotelis in libros Physicorum facta Patavii an. 1543. Extat ms. in fol. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci Min. Conv., ubi & ms. habetur ejus *Expositio libror. de Cælo, & Mundo* a P. M. Sylvio Ferrarien. an. 1559. ejus discipulo dictata Ferrariæ.

Universa Peripateticorum Philosophia in locos communes redacta memoratur ab ipsomet in *Opusculo de cælestibus globis*, seu in *epistola* ad Camillum Palæottum eidem Opusculo præfixa inquiens: *quod similiter in eo libro feci, in quo universam Peripateticorum Philosophiam in communes locos, quanto potui studio, redegi*. Forte pars est Operis *de locis Theologicis, & Peripateticis*, quod memoratur a Joan. a S. Anton. to. 3. in append.

Interfuit *Concilio Tridentino* non sub *Pio IV.*, ut ait Franchinus, sed sub *Paulo III.*, quemadmodum prodidit Franciscus Vicedominus in *epistola* anno 1548. libro *de Potestate Ecclesiastica* supramemorato præfixa: & an. 1547. suæ provinciæ Bononien. Præfecturam assumpsit; anno vero 1553. in Universitate Bononiensi Metaphysicam est interpretatus, ubi & decessit hoc *epitaphio* in Ecclesia sui Ordinis erecto decoratus:

„ Jo: Anton. Delphino a Casali majori Metaph. hic
„ in Cœnobio, tum in publica Bonon. Academia
„ Professori, primò Provinciali, & in universa Di-
„ vi Francisci familia Præfecto; qui vixit an. 56.
„ m. 6. d. 10. Obiit 1560.

Obiit autem die 5. Septempris *crudeli febre oppressus cum incredibili omnium mærore, & lacrymis; & die Sabbati honorifice sepultus est: cujus anima ad cælos evolavit; sancte enim vixit, & sanctissime mortuus est*: ut ex Reges. Gen. Ordinis exscripsit cit. Franchinus in Biblios. n. 168., qui & habet, eum natum non *Pompeani* vico, ut ex Rodulphio Waddingus scripsit, sed Pomponiaci, vulgo *Pomponesco* oppido in agro Cremonensi, sed ditionis domus Gonzagæ Sablonetæ, Bozzolique Dominæ. De eo agunt Rodulphius cit. lib. 2. & 3., qui ejus effigiei pag. 323. hos subnectit versus:

Quis te docte sinat tacitum Delphine, tot inter
Præstantem Sophiæ, conspicuumque partes?

Alidosius in Doctor. Bonon. pag. 86., & Arisius in Cremona Liter. to. 2., ac Jo. a S. Anton.

1034.

JOANNES ANTONIUS FAVENTINUS = idem est ac *Joannes Antonius Braschinus*, de quo supra.

MMXVIII.

JOANNES ANTONIUS PATAVINUS sac. Theol. Magister, & Antonii Trombettæ celeberrimi Theologi discipulus, anno 1509. dicitur *Capellanus*, & *Auditor* Dominici Grimani Episcopi Albanen. Cardinalis S. Marci, Patriarchæ Aquilejen., & Ord. Min. Protectoris in 3. parte Firmamentorum 3. Ordin. f. 59. Edi curavit

Quæstiones Quolibetales Metaphysicæ Antonii Trombettæ sui magistri cum nonnullis *Tractatibus* ejusdem Trombettæ Venetiis an. 1493. in fol. typis Hieronymi Paganini, ut dictum est supra in *Antonio Trombetta*. Et anno 1500. unus fuit ex illis, qui *Constitutiones Alexandrinas* pro Ordine Minorum condiderunt in Comitiis Interamnæ coactis, ut in fine dictarum Constitutionum habetur.

MMXIX.

JOANNES ANTONIUS RHODIUS patritius Scyllacensis in Calabria vir non minus genere, quam virtutibus clarus, suæque provinciæ Min. Conv. Prælectus, *Orator*, ac *Poeta* egregius florebat an. 1580., testimonio autoris synchroni Petri Rodulphii lib. 2. fol. 279. in Custodia Cutroni, scripsitque *nonnulla*, quæ ad nos non pervenerunt, vel adhuc certe latent.

MMXX.

JOANNES APERTE Hispanus prov. Aragoniæ Reg. Observ. Lector emeritus, ac Definitor scripsit hispano idiomate, & vulgavit

Relationem celebritatum pro electione R.P.Fr.Petri Manero in Vicecommissarium familiæ Cismontanæ una cum duabus concionibus. Cæsaraugustæ an. 1649. in 4. typis Nosochomii Generalis S. Mariæ de Gratia. Hujus autoris sub tit. *quidam Franciscanus* meminit Petrus de Alva col. 1269. Militiæ, ut observavit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 123.

MMXXI.

JOANNES APOBOLYMÆUS (vox græca, quæ latine sonat *abjectitius*, seu contemtitius) natione Bavarus edidit

Antilutherana, seu *Confutationem centum locorum Lutheri*. Antuerpiæ anno 1528., teste Aub. Miræo in Scriptor. Eccles. sec. 16. n. 35., & apud Biblioth. Tellerianam fol. 105.

Alias dicitur etiam *Findeling* Stauronerius ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMXXII. 1035.

JOANNES AQUENSIS = Regul. Observ. provinciæ Coloniensis. Joan. a S. Anton. nihil addidit Waddingo.

MMXXIII.

JOANNES DE AQUIANO, vulgo *Evian* oppido

do Sabaudiæ ad lacum Lemanum sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis an. 1375. declaratus scripsit

Commentarium in 4. Sententiar. libros, ut elicitur ex autore synchrono Dionysio Cisterciensi in suo *Principio primi Senten.* Opusculo, quod extat in fine *Commentarii* ejusdem Dionysii in quatuor Senten. libros anno 1502. Parisiis evulgati; de quo & apud Bulæum in sec. VI. Univers. Parisien. fit mentio: an autem alia scripserit, incompertum est mihi.

* JOANNES AQUILANUS Reg. Observ. Theologus, & concionator illustris, de quo agit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 123., est *Jo: a S. Demetrio*, de quo Waddingus infra.

M M X X I V.

JOANNES DE ARAGON Hispanus prov. S. Gregorii Discalceat. in Philippinis edidit

Concionem super votum solemne defensionis Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis a prædicta provincia factum. Manilæ an. 1643. in 4. una cum *Variis de Immaculata Conceptione Virginis*; teste Joan. a S. Anton.

M M X X V.

JOANNES DE ARAUZ Hispanus prov. Compostell. Reg. Observ. alumnus, ac *Episcopus Guadicensis* elucubravit, teste Joan. a S. Anton.,

Conciones de S. P. Francisco, quas Salmanticæ legit Petrus de Alva;

Concionem de Annunciatione B. Virginis in sacrario Toletano, quæ typis prodiit cum aliis;

Concionem de S. Teresia in ejus Beatificatione habitam; quæ extat in libro de Solemnitatibus ejusdem impresso Matriti 1615. in 4.

M M X X V I. 1036.

JOANNES DE ARGAMANES = al. de Argumanes a nonnullis dictus *Speculator* Reg. Observ. suæ *provinciæ Vicarius* erat an. 1508. & 1509. ex literis Julii II. in *Monum. Ordin. Minor.* tract. 1., & Joan. Baptista Moles in *Memoriali* provinciæ S. Gabrielis Reformat., citaturque a Roderico in Quæst. Regular. & Canon. to. 2. q. 87. art. 5., & q. 94. art. 1., nec non to. 1. q. 17. art. 8.; & de eo etiam in Annal. Min., & a Rodulphio lib. 3., altisque post eum, atque in Chronicis prov. S. Jacobi, & provin. Angelorum l. 10. cap. 9. Scripsit etiam

Reglas para rezar el Officio divin ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan.

Tractatus de valore Indulgentiarum prodiit Hispali an. 1539. per Jacobum Cromberger ex Joan. a S. Anton.

M M X X V I I.

JOANNES AB ARMIS Bononien. Regul. Observ. alumnus, & Francisci Panigarolæ discipulus vir non non minus religione, quam literis ornatus, inprimisque concionator egregius, & apud suos provincialis Ministri munere functus edidit hetrusco, & eleganti stylo

Orationem in funere Francisci Panigarolæ Astensis Episcopi præceptoris sui. Florentiæ anno 1595. in 4. typis Joan. Anton. Testæ ex Ind. Biblioth. Barber., Fontanino, & Biblioth. Ital. pag. 159.

Homilias Francisci Panigarolæ in Evangelia Dominicarum post Pentecosten usque ad Adventum Domini Romæ an. 1580. *habitas* recognovit, typisque publicavit Venetis an. 1600. apud Jacobum Vincentium, & Rie. Amadinum in 8. ex Ind. Biblioth. Bononien., & Ferrarien. S. Francisci.

Meminit hujus viri Fr. Stephanus Mediolanensis ejusdem Instituti in epistola, quam anno 1609. præmisit editioni *Prædicatoris Panigarolæ*, seu *Paraphrasis in Demetrium*, asseritque Brixiæ mortem oppetiisse; Waddingus in *Francisco Panigarola* pag. 130.; Tisserius in Catalogo Autorum fol. 160., & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M X X V I I I.

JOANNES ARNOLDI Gallus sac. Theol. Doctor, ecclesiastes, & Historiographus eximius ob raras animi dotes an. 1411. a Joanne XXIII. Episcopus Sarlatensis assumitur; quinquennioque post ex hac vita migravit Parisiis, ubi in magno Minoritarum Cœnobio sequens epitaphium a Gonzaga par. 1. de eo Cœnobio disserente relatum accepit:

„ Hic jacet R. in Christo Pater, & Dominus Fr.
„ Joannes Arnaldi de provincia Turoniæ Conven-
„ tus Niorti quondam Episcopus Sarlatensis sac.
„ Theologiæ Doctor eximius, ac suis temporibus
„ Historicus præmaximus, Confessorque illustris-
„ simi Principis Joannis primi Ducis Bituriæ, qui
„ obiit 1416. die Maji sexta.

Summa de Notis per Fr. Ioannem Arnaldi extat ms. in Biblioth. S. Martini Turonen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1339. n. 166. An autem alia scripserit, & quænam ea sint, me sane latet.

1037.

JOANNES ASCULANUS = hic est *Hieronymus Asculanus*, de quo dictum est supra in *Hieronymo Piceno*, ostensumque, a pluribus ante Possevinum vocatum fuisse *Joannem*; Opera autem ipsa eumdem esse produnt.

M M X X I X.

JOANNES DE ATTIGNIACO Gallus provinciæ Franciæ vir doctus, & diversarum linguarum cognitione instructus una cum *Christophoro Cugnerio* ejusdem loci, & eruditionis viro, nonnullisque aliis Cœnobii Parisiensis *sacra Biblia* recognovit, & ad fidem textuum græci, hebraicique reduxit anno 1380., ut habet Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 28. In Inventario librorum Biblioth. sac. Conv. Asisien. an. 1381. m. Januario confecto habetur: *Correctura Bibliæ Parisiensis cum postibus, & cathena, cujus principium est: Literarum sacrarum latino interprete Beato Hieronymo in epist. ad Suniam, & Fretelam &c.: finis vero: & infra: Pars ejus de libro vitæ*; quod Opus nunc extat ms. pergam. in fol. in Archi. dicti Conventus, habeturque etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 24. versus claustrum cod. 676., de quo dixi supra in *Joanne Ægidio*; puto autem *Correcturam* istam huic esse verosimilius adscribendam.

M M X X X. 1038.

JOANNES AUGUSTINUS = *Casoni* cognomento Observ. Reform. a *Specie* in Ligustica ora oppido, vel portu, teste Raphaele Soprano de Scriptor. Liguriæ, qui hunc dicit *Regul. Observ.* alumnum non composuisse, sed characteribus ab eo in metallo formatis dedisse typis eos libros mss., qui quotidie a Religiosis viris adhibentur in Choro ad divina Officia peragenda, & ad hymnos, psalmosque canendos, titulo indito:

Hymni novi in novum cantum redacti tomis 2.

Diurnale pro divina Psalmodia.

Manuale Choricanum ab utriusque sexus Choricistis concupitum. Genuæ anno 1649. in 8. typis Farroni. Joan. a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum. MMXXXI.

M M X X X I.

JOANNES AUXITANUS Gallus edidit librum *de origine, & successione Comitatus Bononiensis ad mare* gallice, qui ms. extat Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 2434. tit.

Origine, & succession de la Comtè de Buologne par Fr. Jean d'Aucy Religieux Observantin de S. François, teste Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 690.: sed quo tempore vixerit, mihi incompertum est. Forsan leg. *de Aux* al. *Auscis* urbe Aquitaniæ: est & *Anchi*, al. *Auxi*, latinis *Alcincum* castrum Marchionatus titulo insignitum in Artesia, ac finibus Picardiæ ex Baudrando edit. 1705., & Martinerio.

M M X X X I I. 1039.

JOANNES AB AYLLON = de quo Didacus Cordubensis Chron. prov. XII. Apostol. lib. 6. cap. 7., edidit etiam

Historiam Dominæ nostræ de Aranzazu prosa. Limæ 1646. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 117., & Nicolao Antonio.

M M X X X I I I. 1040.

JOANNES AB AYORA = J. V. D., factus Minorita in provincia Angelorum in Americam se transtulit, provinciæque Mechoacan majori Prælatura, ac duobus Episcopatibus recusatis, ad Philippinas Insulas cum aliis Missionariis se transtulit, ubi Manilen. Cœnobium Discalceat. prov. S. Gregorii rexit, & primus Apostolus fuit provinciarum Panai, Patigasimam, & Itocos, ubi sanctitatis nota obdormivit in Domino; cum scripsisset

Artem, & Dictionarium de illarum Insularum Idiomatibus. Agit de eo Joan. a S. Anton. to. 2. ex Antonio de Llave, Marcello Ribadeneyra, Joan. Torquemada. Vivebat circa finem seculi XVI. An hic Jo: *Aiusa* Hispanus Reg. Observ.? qui edidit

Vitam V. P. Fr. Dominici Gallart an. 1595. defuncti, ut ex Chron. Anton. Dazæ refert Nicolaus Anton. to. 1., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 2.

M M X X X I V. 1041.

JOANNES BALANIUS = *Ballaius* Apulus provinciæ S. Nicolai Min. Conv. sac. Theol. Doctor edidit

Orationem in Incarnati Verbi Natale Panegyricam ad Matthæum Durellum Bergomen. sac. Theol. Doctorem eruditissimum ejusdem Ordinis. Venetiis anno 1566. in 4. per Cominum de Tridino ex Ind. Biblioth. Bonon. S. Francisci.

In Acta Apostolorum pneumata quædam perquam elegantissima juxta doctissimas Joannis Feri in eadem enarrationes: habentur in fine *Enarrationum Jo: Feri Minoritæ in Acta Apostolorum* edit. Venetæ 1568. in 8. typis Jacobi Picenini, & Joan. Mariæ Leni.

Quatuor Senten. libros S. Bonaventuræ castigatos, emendatosque, addito *quintuplici Indice* ad Felicem Card. Perettum. Venetiis an. 1573. tomis 4. in 8. typis Georgii Angelerii, quam editionem & Angelus Rocca an. 1580., & anno 1596. editores Romani secuti recuderunt.

Expositionem S. Bonaventuræ in lib. Sapientiæ, & Lamentat. Jeremiæ primus in lucem emisit Venetiis an. 1574. in 8. typis Francisci Salvioni.

Summam Theologicam Alexandri de Ales recognitam, & pene novo ordine indicibus pluribus, & annotationibus locupletatam vulgavit Venetiis an. 1576. tomis 4. in fol. per Franciscum de Franciscis Antonio Camillo Min. Conv. Generali dicatam.

Logicam, & Philosophiam Petri Tatareti Parisien. castigavit, dicatamque Joanni Pico Camertino Ord. Min. Conv. Apostolico Vicario emisit Venetiis anno 1571. in 8. apud HH. Melchioris Sessæ.

Breves castigationes in Compendium Theologiæ modo S. Bonaventuræ, & modo Alberto M. adjudicatum habentur ad calcem ejusdem *Compendii Theologici* editionis Venetæ 1578., & 1588., ubi apparet, quantum utraque lingua latina, & græca præstaret. De eo agit & Franchinus in Biblios. n. 184., & Jo: a S. Anton.

M M X X X V.

JOANNES BAPTISTA ABRINCENSIS Romæ in Biblioth. Vaticana amanuensis librorum græcorum, deinde in provincia Turoniæ Capuccinis adnumeratus, maximo charitatis zelo Apostolicis Missionibus se addixit; obiitque anno 1629. ex Boverio in Annal., autore Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton. Scripsit autem

Libros duos Controversiarum de SS. Eucharistiæ Sacramento, de Primatu Summi Pontificis, & aliis materiis ad fidem spectantibus; qui tamen ob immaturam autoris mortem remanserunt mss.

M M X X X V I.

JOANNES BAPTISTAS ALEXIUS Bononiensis Conv. sac. Theol. Magister composuit

Vitam S. Antonii Patavini, quam citat P. Santes Burdegati Minorita in Vita ejusdem S. Antonii Patavini an. 1663. impressa, & P. M. Joseph Pasquetti Patavinus Convent. in libro *de Miraculis S. Antonii* ab anno 1666. ad 1686. patratis in monito ad Lectorem. Hujus autoris etiam Franchinus meminit in Biblios. n. 248. de *Francisco Seggiario* disserens, cujus *Orationem de S. Antonio* tradit cum Bononiæ publicasse anno 1636. Opus typis cusum, cui hæc Oratio inserta est, ita refert:

Lodi del glorioso S. Antonio da Padoa Corona prima, raccolte da Fra Gio. Battista Alessi da Bologna Min. Conventuale, capo della Congregazione de Suffragii eretta in S. Francesco di Bologna sotto la protezzione della gloriosa Vergine Incoronata, e di esso Santo. Bononiæ an. 1636. in 4. per Jacobum Monti; suntque *conciones* variorum autorum, & alia in laudem D. Antonii Patavini collecta, Antonioque Card. Barberino dicata.

M M X X X V I I.

JOANNES BAPTISTA ANDEGAVENSIS primo Senator, postea Capuccinus provinciæ Turoniæ, concionator, ac Theologus, multa scripsit

De sacra Theologia, & ad alias sacras scientias spectantia, quæ immatura morte præventus limare, & typis dare nequivit: servantur tamen in Cœnobio Pictavien. provinciæ Turoniæ, ubi obiit an. 1620. De eo multa tradit Marcellinus de Pise to. 3. Annal. Capuc., autor Biblioth. eorumdem Capuccinor., & ex his Joan. a S. Anton.

M M X X X V I I I.

JOANNES BAPTISTA A S. ANIANO provinciæ Turonensis Gallus Ordinis Capuccinorum Præfectus Missionum Palestinæ, Syriæ, & Maronitarum, moderator, & a sacris Confessionibus Monialium S. Claræ Maronitarum Montis Libani in Palestinæ, Syriæque finibus in arabicum idioma vertit anno 164.

Officium B. Mariæ Virginis, nonnullosque alios libros spirituales pro iisdem Monialibus S. Claræ, uti scripto tradidit M. Febure in *Speculo*, al. *Theatro*

tro Turcia cap. 30. art. 2. sect. 1. Scripsit etiam arabico idiomate.

Dialogos de Religionis catholica mysteriis.

Catechisticas lectiones pro erudiendis infidelibus.

Meditationes varias spirituales pro Monialibus Maronitis Ordinis S. Clara.

Regulam S. Clara cum Expositione, & Annotationibus; ex autore Biblioth. Capuccinor., a quo Joannes a S. Anton. to. 2.: sed neuter ætatem, qua vixerit, prodidit.

M M X X X I X.

JOANNES BAPTISTA AQUILACIUS Italus Strict. Observ. elucubravit

Relationem, & arborem provincia VII. *Martyrum*, seu Calabeiæ, quam penes se ms. habuisse dicit Petrus de Alva col. 723. Militiæ univ.; quem exscripsit Jo: a S. Anton. Quo tempore vixerit, non dicitur; & legendum puto *Squilatius*, idest *Scyllatius*, vel *Scyllatinus* ab urbe vulgo *Squillaci*.

M M X L.

JOANNES BAPTISTA BAZIN Gallus Baccalaureus Sorbonicus, ac Definitor provin. S. Bonaventuræ Regul. Observ. vernacule vulgavit

Memoriale provincia S. Bonaventura. Lugduni 1629. in 12., teste Jacobo LeLong in Biblioth. Histor. Franciæ lib. 2. §. 4., & Jo: a S. Anton.

Vitam S. Joannis a Capistrano etiam gallice 16... in 12. apud Benedictum Vignieu.

M M X L I.

JOANNES BAPTISTA BERARDI Lemniacensis in agro Veronensi Min. Conv. provinciæ S. Antonii sac. Theol. Magister, utraque lingua satis excultus, & bonarum literarum studiosissimus evulgavit

Carmina latina, & Italica lib. 1. ad V. C. Marcum Dandulum patritium Venetum. Veronæ an. 1598. per Franciscum dalle Donne.

Orationem de præstantia humanarum literarum. Venetiis an. 1608. in 4. per Franciscum Rampazetum.

Orationes de temperantia, justitia, & fortitudine super Vitam D. Nicolai Episcopi. Ibidem anno 1610. in 4., ut est apud Franchinum in append. ad Bibliosoph. pag. 586.

* JOANNES BAPTISTA BERARDICELLI = V. *Joannes Baptista de Larino* infra.

* JOANNES BAPTISTA *DE BOIS* a Waddingo recensetur in indice *cognominum*; & in indice materiarum §. *Theologia Polemica* ait scripsisse *Epitomen Bellarmini*: sed iste *Ordinis Minimorum* fuit, non *Minorum*; ideoque illic abradendus est.

* JOANNES BAPTISTA CAMPANIENSIS = V. *Joannes Baptista Vistus* infra.

M M X L I I. 1042.

JOANNES BAPTISTA CANOTUS = leg. *Cavotus*, cui an. 1596. die 4. Febr. ab Angelo Aversano Ministro Gen. facta est potestas prælo committendi *novem* ejus *Sermones* una cum *Quadragesimali Francisci Panigarola*, ut legitur in fine primæ partis dicti *Quadragesimalis* impressi Romæ anno 1596. typis Stephani Paolini ex Ind. etiam Biblioth. Bononien. S. Francisci.

Sermones in sex Sabbata quadragesimalia prodierunt Romæ 1596. una cum

Sermonibus tribus de Resurrectione Domini in 4. to. 2.

Lectiones 33. in cap. 1. Job habita Roma in Æde Aracœli ad populum latine prodierunt Romæ an. 1617. in 4. typis Spadæ apud Stephanum Paulinum, diciturque Theologus, & concionator Generalis prov. Romanæ. Extant ibidem in Biblioth. Conv. SS. XII. Apostolorum.

Lectiones in cap. 1. epist. S. Jacobi. Ibid. an. 1620. in 4.

De hoc viro agunt Toppius, LeLong, Dupinus, & Jo: a S. Anton.

M M X L I I I.

JOANNES BAPTISTA CANTONUS Mediolanensis Ordinis Capuccinorum clarus concionator, & Theologus edidit

Declarationem omnium mysteriorum Missa. Mediolani 1642., teste autore Biblioth. Capuccin., qui & Franciscanam citat Biblioth., & Waddingum, cum tamen de hoc nullum in Catalogo scriptorum verbum faciat Waddingus.

M M X L I V.

JOANNES BAPTISTA CARAMBA Catanensis provinciæ Siciliæ *Tertii Ordinis Claustralis* S. Francisci Theologus, concionatorque eximius, & vir eruditissimus cum esset, ad plures annos extitit Lector Monachorum Cassinensium S. Nicolai de Arena Catanæ, reliquitque post se

Volumen super sacram Scripturam, quod ms. asservatur in Bibliotheca eorumdem Monachorum, teste Francisco Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 38., qui & cap. 25. num. 16. eum a memoria præ ceteris summopere laudat, refertque Joannis Baptistæ Grossi J. U. D. maximum de eo encomium in Catanensi Decachordo tomo 1. chor. 2. mod. 8. excur. 4. hujuscemodi: *omnium disciplinarum apicem doctissimi cujusque judicio consecutus, Teologus ipso etiam Senatus nostri judicio eximius: verbi Dei præco dissertissimus; scriptor vero sive latina, sive hebraica lingua elegantissimus, ac sucri plenus; in patria Academia sac. Theologia semel, & iterum publice professus, mirabilem, quam de ingenio ipsius, & doctrina opinionem Roma ipsa ingeniorum asylum conceperat, mirabilius superavit anno 1628. mense Junio, quando de singulis quibusque scientiis Geometria, Astrologia, Astronomia, sacra Scriptura, Theologia, omni Philosophia, ac Medicina problematice, & in utramque partem ad tres continuos dies pro Generalibus Ordinis sui Comitiis campum subiit solus: & iterum an. 1638. idipsum iniens certamen sacram Scripturam omnem agitavit ipse dux, ipse miles nullo alio auspice, quam doctrina & ingenii excellentia. Ejus item ingenii vim, candoremque Opera, qua composuit, brevi publici juris fienda demonstrant.* Obiit anno 1645. in prædicto Monasterio S. Nicolai de Arena ex Mongitore in Biblioth. Sicula, & Jo: a S. Anton.

M M X L V. 1043.

JOANNES BAPTISTA CHIODINUS = a Monte Milone diœcesis Maceratensis pluribus sui Ordinis rectis Gymnasiis factus est contra hæreticam pravitatem Belluni, Cenetæque Inquisitor, quo munere abdicato, se in Cœnobium Tuscanellæ in Hetruria transtulit, vivendique finem fecit Gradulis diœcesis Montisflasconis in Cœnobio jam an. 1652. suppresso ex Theulo in Appar. Minor. lib. 3. cap. 8., cum edidisset etiam

De nobilitate Domus Burghesia versu latino, vulgarique ex Theulo in Triumpho Seraph.

De praxi Musica compositionis, quam vulgo *Contrapunto* vocant; vel *Artem practicam Musices* italico idiomate, quam citat Teuus in *Textore Musico* par. 2. cap. 8., & par. 3. cap. 18.

In

In Libros Aristotelis de anima ex Franchino in Bibliosophia num. 173., & cit. Theulo. Cum autem esset Venetiis Lector apud Sanctum Nicolaum, typis dedit

Speculum, & declarationem ad praxim 4. librorum Rhetoricæ, & Poeticæ Aristotelis &c. Venetiis an. 1613. in 8. apud Fratres Dei.

Disputationes 50. de Nobilitate civili, & salatis ad aures Philosophorum, & Theologorum cum *Odis* in laudem Familiæ Perettæ. Ibid. an. 1614.

Praxim sphæricam tribus libris dispositam cum quæstionibus ad sententiam Scoti ad libros Metheorum Aristotelis. Ibidem an. 1615. Extat in nostra Asisiati Bibliotheca.

Pupillæ Philosophiæ Aristotelis Metheororum, & parvorum naturalium cum lucidissimis quæstionibus ad sententiam Scoti libros decem Principi Sulmonen. D. Marco Antonio Burghesio Pauli V. nepoti dicat. Ibidem typis Ambrosii Dei anno 1617. Extat Ravennæ in nostra S. Francisci Bibliotheca.

Lumen doctrinæ Scoti: in quo de specie intelligibili, de formalitatibus, modis intrinsecis, primis, secundisque intentionibus, ideis divinis &c. agitur. Ibidem 1617. iisdemque typis; ibique autor alia *Opera* pollicetur. Augustinus Superbus, qui eo tempore scribebat, in suo ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. fol. 89. addit scripsisse etiam

Super Logicam, & super Regulas Grammaticales.

M M X L V I. 1044.

JOANNES BAPTISTA DE COLLE VETERI = Ordin. Capuccin. provinciæ Romanæ, de quo Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccin.; Act. SS. Collectores Bollandii to. 4. Maji die 18. post *Vitam S. Felicis Capuccini* referunt

Miracula alia ex ms. *Collectione Fr. Joannis Baptistæ de Colleveteri*, & aliis mss. Cœnobii Romani. Joan. a S. Antonio exscribit Waddingum.

M M X L V I I.

JOANNES BAPTISTA CRISTADORUS Panormitanus Min. Conv. Theologus, & ecclesiastes haud vulgaris, Messanense, Melitense, Panormitanumque sui Ordinis Gymnasia rexit, humanioribusque literis deditus cum esset, edidit italico idiomate

Orationem funebrem in obitu Vincentii Giancardi Panormitani Ord. Prædic. Siciliæ provinciæ Moderatoris ab autore tunc Panormitano Regente habitam die 12. Decembris 1631., impress. Panormi an. 1632. in 4. typis Decii Cyrilli cura Fr. Hieronymi Cristadori ejus fratris germani Ordinis Prædic., extatque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Orationem funebrem in exequiis Serenissimæ D. Catharinæ Emmanuelæ de Sabaudia. Ibidem an. 1641. in 4. apud Alphonsum de Isola.

Relationem solemnis festivitatis Immaculatæ Conceptionis V. M. in Panormitana S. Francisci Min. Conv. Æde celebratæ. Ibidem impres. an. 1643. ex Franchino.

Triumphum Immaculatæ Conceptionis una cum diademate XII. *Stellarum, ac* XII. *privilegiis Virginis* in altera celebritate Panormi facta an. 1644. Ibidem an. 1644. apud eumdem Alphonsum de Isola.

Humilem exaltatum, seu *Vitam B. Gherardi Valentini ad Horatium Giancardam a Consiliis Regiis*. Ibidem an. 1644. in 4. ex Franchino in Biblios. num. 174. Opus est in 7. libros partitum, & cusum per Alphonsum de Isola; cujus meminit autor synchronus Philippus Cagliola in provinciæ Siciliæ Min. Conv. explor. 4. manif. 2. pag. 146., dicitque *eleganter* scriptum.

Orationum funebrium tomum 1. ex eodem Franchino, & Philippo Cagliola explor. 3. manifest. 2. pag. 95., & 98., ubi & prodit eo tempore rerum fidei in Sicilia *Qualificatorem* extitisse.

Breve Compendium totius sac. Theologiæ Subtilis Scoti. ms.

Conciones annuas, quadragesimales, & panegyricas italice ms. reliquit morte præreptus, quæ contigit an. 1651. ex Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a Santto Antonio.

M M X L V I I I. 1045.

JOANNES BAPTISTA CULLA = Regul. Observ. citatur a Francisco Saguntino in sua *Regula Min.* Expositione an. 1613. vulgata cap. 2. tex. 1. §. 2., & cap. 3. tex. 4. §. 2., & videtur scripsisse hispanice. Edidit etiam

Expositionem secundæ Regulæ Clarissarum hispano idiomate. Extat ms. in 8. in Archivo Hispalen. Conventus S. Antonii, teste Joan. a S. Anton.

M M X L I X.

JOANNES BAPTISTA DESVOIS Gallus, composuit

Epitomen disputationum de controversiis Christianæ fidei Roberti Bellarmini. Parisiis anno 1603. in 4., teste Petro de Alva col. 725. Militiæ, Lequile in Catalogo scriptor., ex his Joan. a S. Anton.

M M L.

JOANNES BAPTISTA ESTENSIS, al. Atestinus, antea *Alphonsus III.* Dux Mutinæ Cæsaris Estensis, & Virginiæ Mediceæ filius, defuncta Isabella Sabaudiæ ejus uxore, anno 1629. ætatis suæ 38. dimisso principatu, terrenisque contemptis Capuccinorum habitum suscepit in Tirolensi provincia, scripsitque

Epistolas spirituales miræ devotionis; nec non *Fasciculum spiritualium orationum*, teste autore Biblioth. Capuccinorum, qui addit eum insignis probitatis fama clarum piissime obiisse anno 1644. die 24. Maji ætatis suæ 53. in Castri novi Cœnobio a se erecto.; cujus Vita prodiit Romæ anno 1646. in 4. De eo & Joan. a S. Anton.

M M L I.

JOANNES BAPTISTA EUGENII patritius Reatinus Regul. Observ. an. circiter 1514., vel paulo post composuit

Vitam B. Thomæ Florentini, al. Liranen. a Scarlino nuncupati anno 1447. vita functi, ut ex Annal. Waddingi scribit Benedictus Mazzara in Legendario Franciscano ad diem 31. Octobr. Waddingus ad an. 1447. n. 38. vocat *Joannem Baptistam Eusebii*.

M M L I I. 1046.

JOANNE BAPTISTA Fernandez = de quo & Nicolaus Antonius, & Joan. a S. Anton.

M M L I I I.

JOANNES BAPTISTA FEYO Lusitanus Regul. Observ. condidit lusitane

Kalendarium perpetuum cum solutionibus dubiorum ad divinum Officium attinentibus. Ulyssipone 1588. in 8. typis Antonii Ribeyro.

Kalendarium perpetuum cum XXXVI. *Tabulis* latine. Ibidem ex to. 5. Chron. provinciæ Portugalliæ, teste Joan. a S. Anton. to. 2.; laudatur etiam ab Antonio Daza lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 2.

MMLIV.

M M L I V. 1047.
JOANNES BAPTISTA FLORENTINUS = de quo Terrinca, & Joan. a S. Anton.

M M L V.
JOANNES BAPTISTA GARCIA ex Castella Reg. Observ. e latino hispane vertit

Compendium Decretorum sac. Congregationis Rituum ad Missæ sacrificium attinentium a Bartholomæo Gavanto conscriptam. Matriti 1649. in 8. ex Regia Officina: de quo Joan. a S. Anton.

M M L V I. 1048.
JOANNES BAPTISTA GRIMALDUS =

Psaltes Parthenius singulis anni diebus extat in Archivo Curiæ Aracælitanæ, teste Petro de Alva col. 726. Militiæ Univ., & ex eo Joan. a S. Anton.

M M L V I I.
JOANNES BAPTISTA HISPANUS Regul. Observ., in America Guardianus Tlasiluei

Librum Turibii Motolitæ Minoritæ de vita, & morte trium Iuvenum urbis Tlaxcalæ ex primariis civibus, quorum nomina sunt Christophorus, Antonius, & Joannes, qui pro Christi fide passi sunt, ex hispanico in mexicanum idioma transtulit, vulgavitque Tlasiluei an. 1601. in 8. per Didacum Lopez Davalos, teste Antonio Leone in Biblioth. Hispan., & Occident. Habet hunc scriptorem Waddingus in indice *aomiaam*.

M M L V I I I. 1049.
JOANNES BAPTISTA HOSTIENSIS = de quo legenda Biblioth. Scriptor. Capuccin.

M M L I X.
JOANNES BAPTISTA JALUNA Minæus provinciæ Siculæ, Custodiæque Siracusanæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor, Astrologusque magni nominis edidit

Iatroductionem, regulas, tractatumque artis Astrologicæ, teste Philippo Cagliola in Hist. provinciæ Siciliæ Min. Conv. explor. 3. manifest. 4. pag. 131. de loco Minæi persiante ab anno 1454. verba faciente, qui citat Rocchum Pyrrhum ib Not. Syracus. fol. 260. De hoc & Mongitor in Biblioth. Sicula to. 1., & ex eo Joan. a S. Antonio.

M M L X. 1050.
JOANNES BAPTISTA DE LAGUNAS = edidit

Artem addiscendi linguam taraseam, & doctrinam christianam ex Torquemada, Nicolao Antonio, Antonio de Leone, & Joan. a S. Anton.

M M L X I. 1051.
JOANNES BAPTISTA DE LARINO = *Berardicelli* cognomento Apulus provinciæ S. Angeli, sac. Theolog. Magister, & suæ provinciæ, nec non provinciæ S. Nicolai Minister, inde Ordinis Socius, & mox Vicarius Generalis an. 1632., tandem ejusdem Ordinis supremam Præfecturam ab anno 1635. ad 1647. tenuit; de quo agitur in Vita B. Joseph a Cupertino Dominici Bernini cap. 7. pag. 98. primæ editionis: ejus

Variæ epistolæ pastorales leguntur cusæ pluries, & diversis in locis, ut Bononiæ, & Venetiis an. 1632. typis Juliani &c.

Manuale Minor. Conventualium. Venetiis 1633. in 8., & Neapoli 1639. in 12. typis Vid. Lazari Scorigii, & alibi ex Franchino in Biblios. n. 171.; de quo & Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol., & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 126., & 130.

M M L X I I. 1052.
JOANNES BAPTISTA DE MADRIGAL = Strict. Observ. Hispanus Discalc., edidit

Tractatum mysteriorum Missæ. Conchæ anno 1600. in 8.

Iatroductio spiritualis, & animæ thesauras impress. Matriti an. 1603. a Petro de Madrigal. 8. *tractatus* complectens, in quorum primo agitur *de Confessione Pœnitentium*: in 2. *de Confessione Confessariorum*: in 3. *de excellentia SS. Sacramenti*: in 4. *de mysteriis Missæ*: in 5. *de meditationibus passionis Christi, & utilitate ac modo talis meditationis*: in 6. *de attinentibus ad perfectionem Christiani*: in 7. *de amore Dei*: & in 8. *de assumentibus nomen Dei in vanum*.

Obiit anno circiter 1600. Matriti in Conventu S. Bernardini sepultus, de quo Arturus in Martyrol. Franciscano ad diem 24. Junii in addit., Tiburtius Navarro de fructibus posthumis S. Petri de Alcantara cap. 2., & Joannes a S. Antonio in utraque Bibliotheca agunt.

M M L X I I I.
JOANNES BAPTISTA MANILENSIS provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis Discalceat. Minister congregatis universæ provinciæ Vocalibus an. 1622. die 15. Julii juramentum, ac votum emisit propugnandi Immaculatam Deiparæ Conceptionem, &

Statuta pro regimine ejusdem provinciæ condidit, edidique Manilæ an. 1623. in 4. ex Ant. de la Llave in Chron. præfatæ provinciæ trien. 14. cap. 1., & Joan. a S. Anton.

M M L X I V.
JOANNES BAPTISTA A S. MARCELLO Romanæ provin. Reformatæ Custos, & sac. Theol. Professor vernacule confecit Opusculum tit.

Septem flammæ amoris cælestis. Romæ 1645. in 16. per Franciscum Cavalli: &

Novendiale pro Natali Dominico. Ibidem ex Lantuscæ Relatione prædictæ provinciæ apud Joan. a S. Anton.

M M L X V.
JOANNES BAPTISTA A MATELICA provinciæ Piceni Regul. Observ. composuit italico sermone Opus asceticum

De anima contemplante divinam omnipotentiam in mundi creatione impress. an. 1648. ex *Relatione* dictæ provinciæ ms. in Archivo Ordinis Matriti asservata, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

M M L X V I. 1053.
JOANNES BAPTISTA MESTRIUS =

M M L X V I I. 1054.
JOANNES BAPTISTA MEXICANUS =

Eruditæ admonitiones, sive adverteatiæ &c. prodierunt latino, & hispano idiomate Mexici 1599., & 1601. typis Ludovici Ocharte.

Confessionarium, sive Summa casuum, cum præparatione ad Eucharistiam. Præterea ejus etiam sunt

Libellus parvus de Indulgentiis Regularibus concessis impress. Hatilurci typis Didaci Lopezii de Avalos.

Catechismus hispano, & mexicano idiomate. Ibidem

Tractatus de contemptu mundi cum hieroglyficis, & imaginibus ad detestationem culpæ. Ibidem. Forte est liber 3. Ludovici Rodriquez ab eo suppletus 20. capitibus, de quo infra.

 Spe-

Speculum spirituale. Ibidem.

Mors trium puerorum Ascalensium pro fide occisorum. Ibidem.

Doctrina Christiana per singulos dies hebdomadæ divisa cum Orationibus SS. Trinitatis. Ibidem.

Libellus de sermonibus a parentibus filiis, & filiabus faciendis. Ibidem anno 1601. in 8.

Vita, & Miracula S. Antonii Patavini. Ibidem.

Tractatus de miseria, & vitæ humanæ brevitate. Ibidem, & Mexici an. 1604. in 8.

Dictionarium Ecclesiasticum mexicano idiomate juxta prologum supradicti Operis *Eruditæ Admonitiones* &c.

Expositio Decalogi idiomate eodem mexicano ex prædicto prologo.

Sermones 26. super Epistolas, & Dominicas Adventus valde utiles, & eruditissimi una cum duobus *de Conceptione*, & *duobus de S. Andrea Apostolo*. Mexici anno 1606. in 4. Agunt de hoc viro Torquemada, Antonius de Leon in Bibliotheca Indicâ, Petrus de Alva col. 729. Militiæ, Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., & tandem Joan. a S. Anton.

M M L X V I I I. 1055.

JOANNES BAPTISTA MOLES = cujus

Memoriale excusum Matriti 1592. per Petrum de Madrigal, & postea additionibus auctum extat in Archivo suæ provinciæ. Italice vero factum a Baretio Baretii Cremonensi legitur in 4. parte Chron. S. Francisci edita Venetiis anno 1608. lib. 1. a cap. 1. usque ad 12.

Pars 2. Memorialis historici suæ provinciæ ms. asservatur in Arch. illius provinciæ.

Epitomes Historiæ Seraphicæ &c. ms. in 4. extat in Biblioth. Pinciana Regul. Observ.

Tractatus de spiritu prophetico S. Francisci prodiit typis Petri Madrigal.

Genealogica, Historica familiæ de Molis ad suorum consanguineorum efflagitatum, quæ ms. extat in Biblioth. Conventus Cauriensis suæ provinciæ ex Jo: a S. Anton.

M M L X I X. 1056.

JOANNES BAPTISTA DE MONZA = al. Modoetia, scripsit italico idiomate ex Joanne a S. Anton.

M M L X X.

JOANNES BAPTISTA PAX Bergomensis Strict. Observ. institutum an. 1608. amplexus, concionibus, verbique Dei prædicationi operam impendit, & cantum planum egregie, si quis unquam, ac excellenter calluit, & sui Ordinis Cœnobia plura moderatus est: scripsit etiam

Compendium Vitæ B. Joannis Capistranensis italico sermone, quod vulgavit Bergomi an. 1622. typis Valerii Venturæ; &

Apologiam pro Religione Reformata S. Francisci contra quosdam illi detrahentes.

Obiit in patria an. 1630. pestilentiæ morbo sublatus die 26. Julii ex Scæna Liter. Bergom. Donati Calvi par. 1.

M M L X X I. 1057.

JOANNES BAPTISTA DE PERUSIO = cognomine *Tramontanus*, de quo in Biblioth. Scriptor. Capuccinor. Dionysius Genuen. v. *Jo: Baptista Tramontanus*: edidit etiam

Visionem habitam in translatione Reliquiarum SS. Herculani Martyris, Petri Abbatis, & Brevinatis Confessoris facta Perusii die 17. Maji an. 1609. carmine hetrusco ibid. impress. an. 1610.

Carminum satyrorum, ac moralium hetrusca lingua to. 1. Romæ an. 1625.

Sacram cathenam hetrusco carmine. Venetiis apud Jacobum Sarsinam in 12. absque anno editionis, teste Petro de Alva col. 730. Militiæ. De eo Jacobillus, Leo Allatius de Apibus Urbanis, & Jo: a S. Anton.

* JOANNES BAPTISTA PETRUCCIUS, quem hoc loco Jo: a S. Anton. interponit ex Anton. Terrincano, neque Senensis fuit, neque Minorita, sed Theanensis patriâ, & nulli Regularium Instituto adscriptus, germanus quidem frater *Jacobi Petrucci* Minoritæ, de quo supra, ut videre est apud Waddingum ipsum, qui hujus Archiepiscopi Opus Poeticum typis dedit, & Ughellum Ital. sac. to. 9., Toppium, aliosque.

M M L X X I I.

JOANNES BAPTISTA PROVENZANUS Drepanensis provinciæ Siciliæ *Tertii Ordinis Claustralis*, Theologus, bisque Minister Generalis sui Ordinis, morum gravitate, & vitæ sanctimonia clarus Romæ defunctus est die 10. Aprilis anno 1614. apud Ædem SS. Cosmæ, & Damiani humatus cum *epitaphio* supra in *Joanne Antonio Brando* relato, cum edidisset italice

Constitutiones generales ad usum morum Fratrum. Romæ an. 1602. in 4. typis Cameræ Apostol. Opus forsan idem cum *Statutis* editis Regii an. 1601. in 4., ut notavit Joan. a S. Anton.

M M L X X I I I.

JOANNES BAPTISTA A ROCCA Sabaudus Capuccinorum Ordinis vir pius, & a sacris Confessionibus Joannis Francisci de Sales Episcopi Chalcedonensis, & Coadjutoris S. *Francisci de Sales* ejus fratris germani Episcopi Gebennen., scripsit

Vitam ejusdem Joannis Francisci Salesii Episcopi Chalcedonen. anno 1635. die 8. Junii defuncti: sed morte præventus edere nequivit, quemadmodum testatur Petrus Hyacinthus Galitia in Vita S. Francisci de Sales lib. 4. cap. 6.

M M L X X I V. 1058.

JOANNES BAPTISTA SANCHEZ =

Patronatum Marchionum de Cañete scripsit hispano sermone.

M M L X X V.

JOANNES BAPTISTA TAURINENSIS in Subalpinis Reg. Observ. alumnus scripsit

Vitam B. Francisci Beccariæ Ticinensis ejusdem Instituti, qui an. 1454. vivere desiit, ut refert Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemontanor.; sed quando scripserit, nequaquam edisserit; nisi sit illa, quæ legitur par. 3. Chron. S. Francisci lib. 3. cap. 42. usque ad 57., ex Speculo tamen, & Mariano Florentino. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

* JOANNES BAPTISTA TRAMONTANUS = Vide supra *Joannes Baptista Perusinus*.

1059.

JOANNES BAPTISTA TRIESTIUS = de quo supra actum est in *Eugenio Triestio*.

M M L X X V I. 1060.

JOANNES BAPTISTA DE VINONES = Strict. Observ. patria Hispalensis, professione Laicus, de quo Nicolaus Anton., Chron. prov. Angeloe., & Joan. a S. Anton.

M M L X X V I I.

JOANNES BAPTISTA VISCUS a *Campanea* citerioris Principatus urbe sub Salernitana Metropoli Strict. Observ. Institutum secutus ita moribus, doctrina, virtuteque profecit, ut & summam totius Ordinis Minor. Observ., & Reformat. Præfecturam an. 1633. sit adeptus; & postmodum Episcopus Dertusensis in Catalaunia an. 1640. declaratus fuerit, demumque ad Puteolanam in Campania Ecclesiam translatus an. 1653., ubi decennio expleto, ex hac vita migravit: cum autem privatus adhuc Matriti degeret, hortatu *Margaritæ Austrineæ* Maximiliani II. Imper. filiæ, & Philippi IV. Hispaniarum Regis amitæ Ordinis S. Claræ & *Margaritæ a Cruce* nuncupatæ fecit

Tractatum pro Immaculata B. Virginis Conceptione asserenda, ultimaque hujus opinionis decisione: pro qua re & *Commissarius* in urbe Roma constitutus dicitur ab Ughello to. 6. Ital. sac. in Puteolanis Episc. num. LVII. Venetæ editionis. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 27. ait: *Tractatum de Immaculata Conceptione* non complevisse testimonio Marracii in append. ad suam Biblioth. Marianam. Edidit etiam

Epistolam ad Ordinem suam pietate, & doctrina refertam; &

Methodum, qua rigorem Regulæ in omnibus Provinciis, institutis exercitiorum spiritualium singularibus studiis, ad prima principia redacere optabat, ex Joan. a S. Anton., quam Petrus Marchant penes se habere confitetur.

Campaniensem nostrum citat Joseph Lealis Veronensis ejusdem-Instituti in suis *Pædiis Theologicis* pædia 7. disp. 3. n. 35., agitque de eo etiam Gubernatis to. 1. Orbis Seraphici lib. 3. §. 64.

M M L X X V I I I. 1061.

JOANNES BAPTISTA UNGARESIUS = de quo & Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont., & Joan. a S. Anton.

M M L X X I X.

JOANNES BARCO Hispanus provinciæ Castellæ Regul. Observ. Lector emeritus Complutensis, cujus uti censoris *Concionum Didaci de Vega* meminit Ludovicus Bail par. 2. Biblioth. concionat. cap. 91., unde lucet, quo tempore vivebat. Celebris ecclesiastes fuit; scripsitque

Concionum, multipliciumque consiliorum tomos 2. in fol., qui mss. asservantur in Biblioth. Dominæ nostræ de Saliceto ejusdem provinciæ ex Nicolao Antonio to. 2. Biblioth. Hispan. ex Fr. Petro de Salazar in Chron. memoratæ provin., ac lib. 3. Historiæ Cœnobii præfati de Saliceto, cujus meminit & Waddingus, sed inter Anonymos.

M M L X X X.

JOANNES BARRAUD Gallus Burdigalensis Regular. Observ. cum adhuc studiis operam daret, in præstantem stylum digessit, ampliavitque

Opus Formalitatum Scoti a Joanne Vallono ejusdem Instituti compositum, & una cum textu Syrrecti, indiceque copioso imprimi curavit Parisiis an. 1585. in 8. typis Gulielmi Bichonii ex Joan. a S. Anton.

M M L X X X I. 1062.

JOANNES DE BARWIC = al. *Bervich* oppido ad ostium Tuedæ fluminis, quod nunc in Anglia censetur ad Northumbriam pertinens, cum alias fuerit in Marchia Scotiæ provincia ab Anglis Scotis ereptum; hinc non immerito Thomas Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 2. num. 147. hunc scriptorem suis Scotis a censet. Ejus ex Pitsæo de Scriptor. Angl. meminit Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1334. n. 27., Possevinus in Appar. sac., sed sine Instituto Regul., & autor Hist. Universit. Oxonien. to. 1. fol. 74. Obiit autem Stanfordiæ in Comitatu Lincolniensi circa an. 1340., non 1640., ut per errorem habet Joan. a S. Anton.

M M L X X X I I. 1063.

JOANNES DE BASSOLIIS = quantum conjicere possum, natione Gallus, & facile est quoque fuisse de *Rhemis*, ubi colitur *S. Basolus Confessor* ex Martyrol. Romano, & ubi Lector fuit, ut legitur in fine Operis in 4. Senten. ms. in hunc modum: *Explicit Lectura Fratris Joannis de Bassolis super quarto Sententiarum lecta ab eodem Rhemis anno* MCCCXIII., teste Matthæo Ferchio in Vita Scoti cap. 12., & inde Waddingo in Annal. Min. ad eum annum num. 16., nisi sit error in notis numericis; nam idem Waddingus in Vita Scoti Operibus ejusdem Doctoris edit. Lugduaen. an. 1639. præmissa cap. 19. observat Bassolii Opera in nonnullis Galliæ Bibliothecis haberi mss., quorum in fine legitur, ab eo perlecta fuisse *Rhemis anno* MCCCXIII. Einsengrenius omnium, qui tum fuere, doctissimum, Oratorem facundum, & Theologorum nulli secundum appellat. In lib. 4. dist. 16. q. 2. Scoti §. *Responsio* citatur quidem *Io. de Basolis*, sed illa additio est, ut etiam notatur in margine.

In 4. libros Sententiarum Opus prodiit cura *Fr. Anastasii Turrioni de Sanmuriao in almo Gymnasio Parisiensi Lectoris Ordin. Minorum* castigatum ab *Orontio Fineo* ex epist. dicti Anastasii data Parisiis die 14. Augusti an. 1517. ad Dominicum Cardinalem Grimanum Patriar. Aquilejen.; nec non epist. ipsius Orontii Finei ad Michaelem Lingonen. Episcop. an. 1516., & 1517. tomis 4. in fol. per Franciscum Regnault, & Joan. Frellon typis Nicolai de Pratis. Ille *Anastasius* autem an. 1521. factus est suæ provinciæ Marchiæ Minister Maceratæ.

Miscellanea ejus extant mss. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 510.; item

Loci Philosophici ibidem mss. ex Catal. cit. pag. 517.

An hic autem sit ille *Joannes Minorita*, qui pro Religiosis Mendicantibus scripsit contra *Joannem de Poliaeo*, cum in Biblioth. S. Victoris Parisien. Canon. Regul. l. 5. fol. 174. habeantur mss. *Solutiones ejusdem de Poliaco contra replicationes Fratris Joannis Minoris*, teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1320. in Joanne de Poliaco; an vero fuerit *Joannes a Ripis*, mihi incompertum. Etenim plures hanc spartam adornasse videntur; aiquidem inter mss. codices Basileensis Bibliothecæ extant *Improbitarum* (idest Prædicatorum) *&* *Minorum oppositiones contra M. Joannem de Polinco*: ut legimus in *sacris Arcanis Bibliothecarum insignium reteetis* a Theophilo Spizelio an.1668. Augustæ Vindelicor. impressis.

M M L X X X I I I. 1064.

JOANNES BATTANDUS = quem Possevinus in Appar. sac. dicit *Batandum*, sed qui al. vocatur *Barrand*, vertit solum

Quartum, & quintum librum Epistolarum Antonii Guevara, vulgavitque Parisiis 1584. in 8. apud Robertum Fizalier, cum duos primos libros vertisset Joannes de Guterry, & tertium Antonius

Pinetus, teste Antonio Verderio, al. *Verdier* in sua Biblioth. apud Joan. a S. Antonio to. 1. pag. 107. in *Antonio Guevara*.

Apud eumdem Joannem a S. Anto. to. 2. error irrepsit, cum hoc loco scribit: *sub nomine Joannis Batta Barberio prodiit Romæ an. 1616. in 4. Compendium Vitæ S. Joannis Capistran.*; ille enim est *Joan. Baptista Barberius* alius ab isto, ejusque *Compendium* &c. prodiit Romæ 1661.

1065.

JOANNES BEEKENHAUD =

Repertorium, seu *Tabulam*, Indicemque magnum confecit *in 4. Sententiarum libros S. Bonaventuræ*, castigatis insuper textibus & ipsius Bonaventuræ, & Magistri Senten.; universum Opus misit ad Joannem Tinctorem Bambergen. Ecclesiæ clarum ecclesiastem, & S. Bonaventuræ studiosum an. 1491. excusum per Anton. Cobergensem Norimbergen. in fol., & postea Parisiis 1499. in 8. per Joan. Anton. de Birretis; sed *Minorita* non fuit, ut ex ejus literis ad Nicolaum Tinctorem, & hujus ad illum datis, ibique præmissis apparet. Possevinus in Appar. sac. to. 2. hunc habet quidem sine Instituto Regul., sed errat, dum ait eum scripsisse in S. Bonav. *Comment. super quarto lib. Sentent.*

* JOANNES A BENAVENTE, quem hic refert Joan. a S. Antonio, est *Alfonsus Benavides*, de quo supra.

M M L X X X I V. 1066.

JOANNES BENEDICTUS = cujus

Summa prodiit Lugduni 1684. in fol. parvo, & 1593., deinde Parisiis 1587. in fol. ex Joan. a S. Anton., Dupino sec. 17., & Petro de Alva in Militia univ. Waddingus ad an. 1396. n. 4. dicit *Lavalensem*, ejusque *Summam* quindecies editam.

La triomphante victorie de la Vierge Marie sur sept malins esprits finalement chasses du corps d'une femme dans l'Eglise des Cordeliers de Lyon. decrite per le R. P. I. Benedicti Cordelier. Lugduni anno 1611. in 12.

M M L X X X V.

JOANNES BERGH Germanus Regul. Observ. Commissarius Generalis, Archiepiscopus Cameracensis, Catholici Regis Legatus ad Monasterienses tractatus scripsit sequentes:

Responsum Christianum ad 4. quæstiones propositas occasione processus, ac edictarum Imper. Ferdinandi II. contra hæreticas an. 1630. in 4. absque loco impressionis; incip. *Propositio prima*.

Lucerna fidei per Fratres Minores S. Francisci Regul. Observ. novissime accensa in Palatinatu, & nonnullis provinciis Germaniæ incip. *Serium Salvatoris*, extat cum superiori Opere.

Exemplar Prælatorum, sive exhortatio de qualitatibus Prælati ad PP. Vocales provinciæ Saxoniæ S. Crucis Regul. Observ. Osnaburgi 1631. typis Martini Manii.

Obiit autem Ratisbonæ an. 1647. apud Clarissas tumulatus ex Joan. a S. Anton. to. 2.; nescio autem, an sit ille *Hermannus Bergh* supra relatus; tempus certe, Institutum, provinciaque conveniunt. Sic & Willotus dicit *Joannem Bonetum*, qui vocabatur *Nicolaus*.

M M L X X X V I.

JOANNES BERMUDO Hispanus Astigi in Bætica natus, Regul. Observ., Musicæ artis peritus edidit vernacule

Expositionem instrumentorum musicalium ad Joannem III. Portugalliæ Regem. Granatæ an. 1555., & Ursaonæ apud Joan. Leonem an. 1649. in 4., teste Nicolao Antonio to. 1. Biblioth. Hispan.; sed Joannes a S. Anton. to. 2. fatetur, editionem a se inspectam factam esse Orsonæ an. 1555. in fol. typis Joannis de Leon in 6. libros divisam, & Comiti de Miranda nuncupatam; in prologo vero epistolari ait, facere spem *aliarum Operum*, quæ an confecta fuerint, ignoratur.

M M L X X X V I I. 1067.

JOANNES DE BERNAL = Regul. Observ.

M M L X X X V I I I.

JOANNES BERLIFZ Chamberiensis provinciæ S. Bonaventuræ poeta latinus insignis dicitur ab Augustino Superbo autore coævo in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Minor. to. 2. de poetis; sed quid scripserit, non exponit: vivebat igitur initio seculi XVII.

M M L X X X I X.

JOANNES A S. BERNARDINO Lusitanus prov. Portugalliæ Regul. Observ. Lector emeritus, Regius concionator, nec non Ordinis Procurator in Urbe edidit sermone lusitano

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ in Regia Sacella habitam. Ulyssipone 1641. in 4. per Anton. Alvarez.

Concionem Dominica 2. Adventus habitam ad Ecclesiam Ulyssiponensem. Ibidem.

Orationem funebrem in obitu D. Duartis Germani fratris D. Joannis IV. Lusitaniæ Regis ad eamdem Ecclesiam. Ibidem an. 1650. in 4.

Meminit hujus autoris Petrus de Alva col. 734. Militiæ, & Joan. a S. Anton.

M M X C.

JOANNES BERNARDINUS A GUARDAGRILLIS Aprutinus provinciæ S. Bernardini Min. Conv. edidit italico sermone

Practicam sacramentalem impress. Neapoli anno 1626. in 4. per Secundinum Roncaliolum ex Franchino in Bibliosoph. num. 58., qui ex August. Superbo tradit obiisse Adriæ an. 1627., & evulgasse *Compendium casuum conscientiæ pro Parochis, & Confessoribus* italice; habetque tantum sub nomine *Bernardini*; sed num. 176. appellat *Joannem Bernardinum*, ut & Nicolaus Toppius de Scriptor. Neapolit. apud Joan. a S. Anton. to. 2., qui tamen to. 1. pag. 210. vocat *Bernardinum Guardagrilli* ex Coronel. Biblioth. univ. to. 4. num. 1690.

M M X C I.

JOANNES DE BERTOLDIS de Serravalle diœces. Ariminen. sac. Teol. Magister an. 1395. Florentiæ Studiorum sui Ordinis Regens, & an. 1390. a Bonifacio IX. constitutus fuerat *Lectar libror. 4. Senten.* in Scholis Gymnasii Apostolici, & an. 1398. Hierosolymam se contulit ad Christi sanctum Sepulchrum: deinde factus Minister provinciæ Marchiæ; postmodum creatus Episcopus Firmanus an. 1412., interfuit Concilio Constantiensi, ubi anno 1416. die Corporis Domini *Sermonem* habuit hoc themate: *Caro mea vere est cibus Joan. 6.* ex Supplem. Conc. Labb. nuper Lucæ edito to. 4. col. 203., ubi legimus: *Sermo Episcopi Firmani Ord. Minorum in festa Corporis Christi* &c. In eodem pariter Concilio edidit die 1. Januar. an. 1417.

Latinum Commentarium super Comœdiam Dantis, quod ms. servatur Romæ in Biblioth. Vatic. mss. Cappon. num. 1. *editum a Rev. in Chr. Patre, & D. D. Fr. Johanne de Seravalle Ariminen. diœce. Dei, & Apo-*

& Apostolicæ Sedis gratia Episcopo, & Principe Firmano sacræ Theologiæ Professore de Ordine Minorum assumpto: teste D. Josepho Garampi Ariminen. Basilicæ Vaticanæ Canonico, & Archivi secreti Apostolici Præfecto in *Memor. Ecclesiasticis ad Hist. & cultum B. Claræ Ariminen. spectantibus* an. 1755. Romæ vulgatis in indice v. *Seravalle* pag. 553. Anno 1419. factus est Episcopus Fanen. ex Ughello, qui immerito dicit Ord. S. Aug.; obiitque anno 1445. die 13. Febrar. ex Chron. Ariminen. to. 15. Rer. Italic. scriptor.

M M X C I I.

JOANNES BILLI a S. Marino ex Horatio Civalla in mss. Monum. provinciæ Marchiæ, Minor. Convent. sac. Theol. Mag., & Patavini Gymnasii Regens scripsit

Commentarios in Moralem Aristotelis; ex Petro Rodulphio Hist. Seraph. fol. 258., & Waddingo in Annal. ad an. 1292. num. 28., a quibus dicitur *Jo: Pilo*: forte leg. *Pica*, qui florebat an. 152. .

M M X C I I I. 1068.

JOANNES BLANCONA = Tolosanus.

Chronicorum Marci Ulyssipon. prima pars ex italico in gallicum sermonem versa fuit a *Domino Santuel* Parisino Romæ moram trahente an. 1599., cui tres alias partes addidit *Fr. Joannes Blancona*, vulgavitque Parisiis anno 1604., teste Francisco Cionaccio in Hist. B. Humilianæ de Cerchiis par. 3. cap. 5. num. 1., qui num. 2. addit *G. C. T. D.* secundam dictorum *Chronicorum* partem ex italico gallicam fecisse, quam cum aliis partibus Blancona an. 1601. Parisiis publicari curavit; eique *aliqua* addidisse notavit Arturus ad diem 1. Augusti in Martyrol. Franciscano.

Vitam Gabrielis Mariæ edidit Tolosæ an. 1627., teste Arturo in Addition. ad Martyrolog. Franciscanum, ubi dicitur *Joannes Franciscus*.

Fr. Seraphini Radii Ordin. Prædicat. Vitas SS., & BB. ejusdem Ordin. Prædic. ex italica lingua pariter transtulit in gallicam, vulgavitque Parisiis an. 1616. in 4. apud Adrianum Taupinart ex Echardo in Scriptor. Ord. Præd. to. 2. p. 387.

Mariale P. Philippi Diez ex hispano gallicum fecit, impressitque Parisiis an. 1609. in 8., teste Petro de Alva col. 736. Militiæ univ.

M M X C I V. 1069.

JOANNES BLANCUS =

1070.

JOANNES DE BLESA = idem est, ac *Bernardus de Bessa*, vel *de Blesa*, de quo supra actum est, dictumque modo *Joannem*, & modo *Bernardum* appellatum esse.

M M X C V. 1071.

JOANNES BLOMENDAL = provinciæ Colonien., patriâ Susatensis dicitur ab Hist. ejusdem prov. fol. 150., egregius ecclesiastes, & magni nominis vir floruit sub Joanne XXII., teste Ciacconio apud Wadding. in Annal. Min. ad an. 1334. num. 25.; scripsit etiam

Sermones elegantes de B. Maria Virgine pro ejus festivitatibus, Marracio teste in Biblioth. Mariana.

Sermones de Tempore incipiunt: *Sume arma tua*, ex Trithemio in Catal. Scriptor. Eccles., quorum nonnullos mss. in Biblioth. Bruxellen. Collegii Soc. Jesu vidit Petrus de Alva, ut ipsemet testatur apud Joan. a S. Anton. Præterea ejusdem

Commentaria in psalmos, &

De Missæ Sacrificio, referuntur a cit. Histor. provin. Colonien.

M M X C V I.

JOANNES BLONDUS, al. *de Blunde* Gallus Belgicus Tertii Ordin. S. Franc. sac. Theolog. Professor florebat an. 1423., & 1427., teste Francisco Bordono in Chronol. 3. Ordin. cap. 34. n. 9. ex Reg. Vatic. apud Waddin. in Annal. Min. ad eos annos n. 14., & 41. Excitavit autem Cœnobium Calvarii prope muros Brugen. Audomaren. diœces., teste eodem Waddingo in Annal. ad an. 1427. n. 44.; ejusque dicuntur esse

Summarium sacræ facultatis, &

Disceptationes Theologicæ, Philosophicæque ex Possevino in Appar. sacro to. 2., qui tamen Institutum Regul., ut non semel facere consuevit, reticet; & floruisse scribit an. 1248., numeris inversis pro 1428.

Chronica Normandiæ correcta per Joannem Blondum gallice habentur mss. Paris. in Biblioth. olim Coisliniana, nunc Sangerman. ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1073.; sed an ad istum Blondum attineant, ignoro.

M M X C V I I. 1072.

JOANNES BOBADILLA = Regul. Observ. vir doctissimus, genere, literis, ac religione illustris dicitur ab autore synchrono Emanuele Roderico in Quæst. Regul. & Canon. to. 1. quæst. 5. art. 1., qui addit, an. 1582. die festo S. P. Francisci in Regio Cœnobio Toletano S. Joannis Regum coram numerosissima doctissimorum virorum multitudine ostendisse *Regulam S. Francisci esse juris divini*; ea intelligas parte, qua *S. Evangelium D. N. J. C.* continet. Scripsit etiam

Tridentini Concilii expositionem, quæ ms. servatur in Cœnobio Salicetano ejusdem provinciæ, teste Fr. Petro Gonzalez de Mendoza Saguntino Episcopo lib. 3. Hist. ejusdem Cœnobii Salicet. pag. 679.

In Symbolum Apostol. Commentar., qui asservatur ibidem ex eodem autore Hist. apud Joan. a S. Anton.

M M X C V I I I. 1073.

JOANNES BONÆRUS =

M M X C I X. 1074.

JOANNES DE BONILLA = cujus

Tractatus prodiit hispanice prius Salmanticæ 1580. in 16. apud Petrum de Lasso ex Biblioth. Hispan. Nicolai Antonii par. 2. to. 2. pag. 274., ubi de Anonymis agit; prodiit & Salmanticæ eodem anno; deinde Coloniæ 1626., teste Dupino; nec non Antuerpiæ eodem anno in 16., teste Jo: a S. Antonio; & italice conversus opera Fr. Julii Zanchini Florentiæ typis Marescotti ex eodem Joan. a S. Anton.

M M C. 1075.

JOANNES BONVISIUS = patriâ Lucensis ex nobili familia Regul. Observ., qui obiit anno non 1492., ut scribit Joan. a S. Anton., sed 1472. die 21. Maji magna sanctitatis opinione; quare de eo agunt Act. SS. Collect. Bolland. ad eum diem, & titulo *Beati* condecoratum ostendunt; de eoque etiam Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 5. cap. 38. usque ad 43., ubi ejus *dicta de virtutibus humilitatis, abstinentiæ* &c. referuntur ex Mariano, aliisque, & subditur cap. 43. plura etiam reliquisse ab eo dicta ad animæ instructionem, quæ incuria perierunt. Ejus *Vitam*, & gesta scripsit Franciscus Lugnanus ejusdem Instituti, ut dictum est supra; & in Annal. Min. Fuse scri-

scribitur de eodem, sicut etiam ab Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Maji §. 3.

M M C I.

B. JOANNES BORELLUS Parmensis, quem quidam cum *Jo: Genesio Quaja* Parmensi confundunt, ut ipse Waddingus infra in *Joanne Genesio*: ex Fr. Salimbene Parmen. in Chron. mss. pag. 134 *Parisiis Scripturas legit, in Conventu Bononiæ Lector fuit, & in Conventu Neapolitano*; cumque doctrina, & religione polleret, a Crescentio Generali Ministro missus ad Concilium Lugdunense 1. anno 1245. celebratum, biennio post mense Augusti an. 1247. creatus est Ordinis Minister Generalis in Comitiis Generalibus Lugduni coactis. Deinde anno 1249. ablegatus ad Joannem Vatacium Imperatorem, & Manuelem Patriarcham Græcorum uti *Angelus Pacis*, rem prospere peregit; cumque Ordinem decennio rexisset, cedens officio Ministri Gener., sibi S. Bonaventuram substitui curavit an. 1257. mense Februarii; ipse vero ad humile tuguriolum Græcii in Valle Reatina a S. Francisco constructum se recepit, ibique vitam sanctam traduxit a Joanne XXI. magno in honore habitus; cumque Nicolaus IV. eum secundo ad Græcos mitteret Legatum, in itinere moritur Camerini anno 1289. die 19. Martii apud suos honorifice humatus, cum miraculis clarus decesserit. A B. Francisco Fabrianensi in suo Chron. ms. dicitur *vir eximius, & sanctitate præclarus, magnus in scientia sac. Theologiæ, & magnus vitæ merito, quem Deus in fine multis decoravit miraculis, & signorum prodigiis*. Agitur de eo in Chron. S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 38., & 57., apud Rodulphium lib.1.fol.116., in Annal. Min. Waddingi, & Act. SS. Collectores Bolland. mense Martii. Scripsit, teste Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min.,

In Theologia, & super Sententias (idest Comment. *in 4. Sententiarum libros*, & *Quolibeta*); &

Super Biblium; *& plura devota composuit, videlicet*

Officium Passionis, sc. Regem Christum Crucifixum: &

De beneficiis Creatoris: hæc cit. Pisanus, Jac. Philippus Bergomas lib. 13. Supplem., aliique plures. Extabat olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ms. *Postilla super M. Magistri Johannis de Parma* juxta veterem illius Biblioth. Indicem scriptum an. 1437. pag. 66., hujusne, vel alterius incertum. *Officium* autem 5. *Plagarum Iesu Christi* incip. *Regem Christum crucifixum*, sub nomine S. Bonaventuræ prodiit Venetiis an. 1592. in multis simile illi *de passione Domini* inter Opera S. Doctoris excuso; an autem hujus, vel illius sit, disquirant eruditiores.

Commercium B. Francisci cum domina paupertate finiens: *prosperitas stultorum perdet eos* &c., extabat olim ms. Asisii in v. solario orient. Sacrarii Conven. S. Francisci ex Inventario illius loci an. 1381. confecto, sed sine nomine autoris: huic tamen tribuitur in Chron. antiquis, a Mariano, & in Firmamento Ordinis. Vulgari sermone translatum legitur in Marci Ulyssipon. Chronicis S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 58., 59., & 60.

De conversatione Religiosorum etiam ei adscribit Rodulphius citatus.

Sermones plures ad Fratres, quorum unum ex Speculo, & Mariano exhibet cit. Marcus cap. 38. Chron., qui etiam cap. 29. ei attribuit *librum de Vitis SS. Fratrum Minorum* ad modum *Dialogi* incip. *Venerabilium gesta Patrum* &c., idque ex Chronicis antiquis an. 1370. scriptis, cujus libri, inquit, major pars amissa est; de quo tamen dixi in *Crescentio Æsino*.

Epistola ejus *pastorali* una cum Humberto Ord. Prædicat. Generali Religiosis utriusque Ordinis data Mediolani anno 1255. refertur a S. Antonino Chron. par. 3. tit. 23. cap. 13. §. 5., & a Marco cit. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 42. ex Mariano.

Evangelium æternum a nonnullis huic attribuitur, sed per errorem; estque *Gerardi a Burgo S. Donnini* ex Salimbene Parmensi, de quo supra.

* JOANNES BORRITON scripsit, quo tempore, quo loco, provinciaque non refertur,

Comment. in libros Sententiarum, ut ex Ludovico de Miranda in Opere de *Conceptione Virginis* q. 19. scribit Joan. a S. Anton. to. 2.; at ego mendum reputo, & reponendum *Galielmus Vorrilon*; non semel enim hæc nota *Fr.* legitur pro *Jo:* idest *Joannes*.

M M C I I.

JOANNES BORROES Anglus sac. Theologiæ Doctor Parisien. floruit seculo XIV., & a Mariano connumeratur inter eos, qui *Scriptis* suis Sodalitium Minoriticum illustrarunt, teste ipsomet Waddingo in Annal. Minor. ad an. 1344. num. 8.; sed quid scripto tradiderit, nemo significavit, neque quo tempore certo vixerit.

M M C I I I. 1076.

JOANNES BOSCATELLUS = Gallus, ut videtur, & Regul. Observ., cujus

Dialogus de facili ratione recitandi divini Officii prodiit anno 1550. ex Possevino in Appar. sac. to. 2.

M M C I V. 1077.

JOANNES BOSQUILONUS =

M M C V. 1078.

JOANNES BOUCHER = scripsit librum

De magnificentiis divinis Virgini factis in Montana Judææ. Parisiis 1620. in 8., teste Petro de Alva col. 209. Militiæ univ. apud Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 243., ubi nomen ignoravit. Forsan autem idem est cum Opere *Sermonum in Canticum B. Virginis* recensito a Waddingo.

Coronam mysticam, seu arma pietatis adversus omnia impietatis, hæresumque genera. Tornaci anno 1624. in 4. ex Coron. Biblioth. univ. to. 6., & ex Joan. a S. Anton.

Triumphum christianæ Religionis Opus eruditum, gallice, sicut superius, scriptum. Parisiis 1628. ex Dupin. Citat hoc Opus lib. 6. divisum P. Ludovicus Dolensis Capucinus in libro *de modo conjunctionis concursuum Dei, & creaturæ* par. 4. cap. 5. num. 14.

M M C V I.

JOANNES BRAMOSELLA a Candelara oppido provinciæ Piceni Min. Conv. sacræ Theolog. Magister, & Orator haud inelegans, edidit

Orationem in funere P. M. Prosperi Urbani Urbinatis Min. Conv. habitam Urbini die 14. Augusti an. 1609., dicatamque Francisco Mariæ de Ruvere Duci Urbini, & ibi impressam an. 1610. in 4. per Ragusios ex Franchino in Bibliosoph.

M M C V I I. 1079.

JOANNES BRANDO =

MMCVIII.

MMCVIII. 1080.

JOANNES BREARD =

MMCIX.

JOANNES BRIXIENSIS Ordinis Capuccinorum ex Joan. a S. Anton. scripsit

Volumen Orationum jaculatoriarum ad excitandum in se divinum amorem italice, & latine, quo precandi genere ille familiariter utebatur, impress. pluries Brixiæ, Bergomi, & Bononiæ sub nomine cujusdam *Religiosi* Servi Dei. Obiit in patria anno 1632.

MMCX.

JOANNES BRIXIUS Gallus, al. Sabaudus, Minister provinciæ Franciæ, Doctor Parisiensis, teste Rossotto in Scriptor. Pedemontanis, quem perperam Joan. a S. Anton. *Pedemontanum* facit *Episcopumque Dulcinensem* citans Paulum Britium in Monumen. provinciæ Subalpinæ lib. 3. fol. 394., & Rossottum dictum, qui confundunt hunc *Gallum*, cum Italo *Joanne Brixiensi* patriâ Episcopo Dulchiniensi in Epiro an. 1411. assumpto. Scripsit autem

Tractatum de Justitia, & validitate Decretorum Eugenii IV. circa dissolutionem Concilii Basileensis anno 1433.; &

Tractatum pro æquitate Decretorum contra Conventualium relaxationem, ac Scriptorum S. Joannis a Capistrano pro Constitutionibus Martinianis contra quemdam Philippum Berbegallum insulsarum glossarum, ac seditiosæ reformationis autorem ex memorato Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 139., qui tamen ignoravit, edidisse etiam

Tractatum pro Decreti Constantiensis æquitate editi pro Regul. Observ., quem indicat Waddingus, & breviator Waddingi Franciscus Haroldus in Annal. Min. ad an. 1433. num. xi. & num. 2. Autor *Querimoniæ propositæ* in Concilio Constantiensi, & vulgatæ in Monumentis Ordin. Min., & in Firmamento trium Ordinum, nec non autor *Apologiæ defensoriæ status Fratr. Min. de Observ.* ibidem impressæ affert titulum ejusdem *Tractatus*, seu *Quæstionis*, qui est hujusmodi: *Utrum Decretum sac. Concilii Constantiensis dividens Fratres Minores provinciarum Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ de Observantia nuncupatos a Ministris., & aliis earumdem provinciarum Prælatis sit rationabile*: aitque haberi eam *Quæstionem* post *Decretum Constantinense* pro Fratribus Observantibus; autorem vero vocat *Fr. Joannem Brixium* olim famosum *Doctorem Parisiensem*, qui ex *Ministro provinciæ Franciæ* Conventualium reformationis cupidus ad Observantes transierat: cujus & meminit Marianus apud Waddingum in Annal. Minor. ad an. 1344. n. 9., ubi etiam *Joannes Brixiensis* appellatur; quare suspicor fuisse eum non *Braidensem*, ut vult Rossottus, sed vel Gratianopolitanum, ubi viguit familia *Bressia*, ex qua seculo xvi. fuit *Mauritius Bressius* Mathematicus Regius, & Parisiis illius facultatis Professor, vel ex *Bressia* Galliæ provincia, vulgo *le Bresse* inter Sabaudiam, Burgundiam, Delphinatum, & Lugdunensem Præfecturam in Allobrogibus sita sub ditione Ducis Sabaudiæ. Citat hunc *Joannem Brixium* Joannes Matere in Dialogo chronol. Charit. par. 3. num. 20.

MMCXI. 1081.

JOANNES BRUGNANUS = *Brugmanus* Coloniensis provinciæ Vicarius, & unus ex primis fundatoribus illius provinciæ Reformatæ, ardentissimo paupertatis zelo, propheticoque spiritu clarus, quem Waddingus ipse in Annal. Minor. ad annum 1455. n. 112., & 113. aliqua in veneratione apud Neomagenses habitum scribit; & Papebrochius in Act. SS. to. 2. April. ad diem 14. testatur, inter Catholicos Hollandiæ circumferri exempla quadantenus impleri cæpta de rebus multis olim ab eo prophetico spiritu prolatis; qui & notavit D. *Dionysium Carthusianum* ei nuncupasse Opus *de doctrina, & regulis vitæ Christianorum*; vocatque *Joannem Brugman Reg. Observ.*

Vitam S. Lydwinæ Virg. scripsit ter; & scripta primum prodiit Coloniæ an. 1483., & biennio post Lovanii sine autoris nomine, incip. *In Hollandia quædam civitas* &c. *Altera Vita*, cui titulus: *Incipit Vita cujusdam S. Virginis nomine Liedwich* &c., *quam conscripsit originaliter Venerabilis P. Fr. Joannes Brugman Ordinis Minorum de Observantia per Hollandiam Provincialis, vir verbo, & vita valde spectabilis*: in fine vero legitur: *Scriptum, & completum anno Dom.* MCCCCXCIX. *circa principium ejusdem anni per F. Jacobum de Colonia, alias de Aldenrade professum Carthusiensem, & Seniorem domus S. Albani Martyris prope Treviros*: quæ Vita in 45. capita partitur, daturque a Bollandiis tom. 2. Aprilis ad diem 14. notis illustrata: & ex hac epitomen confecit *Thomas a Kempis*, quæ habetur inter Opera ejusdem Thomæ anno 1600., & 1607., aliasque publicata, nec non inter Surianas SS. Vitas an. 1618. cusas. *Tertia* tandem *Vita* an. 1456. elucubrata, cum esset Lector in Cœnobio Audomarensi, in tres partes dividitur, daturque pariter a citatis Bollandiis; cum jam antea prodiisset an. 1498. in 4. Schiedani cum titulo *Tertiæ Translationis* ab autore imposito, & a Surio contractius edita in Vitis SS., & in to. 7. posthumo injecta; postmodum etiam variis in linguis evulgata ex citato Papebrochio in Comment. prævio ad *Vitam* dictæ Sanctæ Virg. §. 1. n. 6., cujus vitæ aliam *Epitomen* fecit *Franciscus Harœus* in Vitis SS., teste Wossio de Scriptor. Histor. Latin. lib. 3. cap. 6. De hoc viro Ferreolus Locrius in Catalogo Scriptorum Artesiæ.

MMCXII.

JOANNES BRUNUS Scotus, teste Jacobo Le Long in Biblioth. sacra pag. 654., edidit

In benedictiones Patriarcharum Commentaria, & quæstiones analiticas: Opus egregium. Venetiis 1610., & 1604. in 8.

MMCXIII. 1082.

JOANNES BRUSTHEMIUS = Belga provinciæ Colonien. florebat an. 1505., fuitque Ordinis Minor. Convent., non *Recollectorum*, ut scribit Joan. a S. Anton., quia eo anno Recollecti nondum illuc se contulerant. De eo Sanderus, & Jacobus Le Long lib. 2. Biblioth. Gallicæ.

1083.

JOANNES BURDIGALENSIS = idem est, ac *Jacobus Burdigalensis* supra relatus. Autor Biblioth. Capuccin., & Imbonatus secuti sunt utrobique Waddingum, & istos Joannes a S. Anton.

MMCXIV. 1084.

JOANNES BYL = de quo & in Annal. Min. ad an. 1540. n. 23.

MMCXV.

JOANNES CALDERON Hispanus prov. Aragoniæ Regul. Observ. Lector emeritus edidit latine

Prog-

Fragmentum Chronici, sive omnimodæ Historiæ Lucii Flavii Dextri Barcinonensis. Cæsaraugustæ 1619. in 4. per Joannem de Naja.

Tractatam super miraculum Imaginis Conceptionis in charta effigiatæ minime a voracissimo incendio in villa de Zaera Cæsaraugust. diœcesis combustæ, nec deformatæ. Cæsaraugustæ 1622. in 4. ex Joan. a S. Anton.

MMCXVI.

JOANNES A CALVELLO provinciæ Basilicatæ in regno Neapolitano edidit

Epitomen quamdam regularum grammaticalium pro tyronibus impres. an. 1645. ex Relatione ejusdem provinciæ apud Joan. a S. Anton.

1085.

JOANNES A CAMBIA = Rodulphius lib. 3. fol. 322. habet: *Fr. Joannes de Cambia, vel de Combis, vulgo Gantois Insulensis Picardus* &c.: unde & alii, ut Possevinus in Appar. sac. *Joannes de Cambia, sive de Cobiex, vulgo dictus Gantois Insulensis Belga* &c.: sed hic confunditur *Joannes de Combis* cum *Joanne Picardo*, de quibus agitur infra suis locis; ille *Compendium Theologiæ* S. Bonaventuræ attributum publicavit; hic vero *Thesaurum Theologorum*

MMCXVII.

JOANNES DE CAMERA Hispanus Complutensis provinciæ Castellæ Reg. Observ. Lector Jubilatus, & Academiæ Complutensis Theologorum Decanus edidit

Quæstiones selectas, & Theoremata theologicarum veritatum: nec non Apologeticum sermonem pro hujus veritatis defensione, quod Paulus V., & quilibet a Cardinalibus S. R. E. electus in Papam, & nobis traditus, & in Cathedra Petri sedens de fide, & de jure divino Christi Vicarius, ac Petri successor, verusque Papa est. Compluti 1607. in fol. typis Ludovici Martinez Grande, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2.

Liber de Trinitate in 4. scriptus Compluti an. 1589. habetur Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub 11. n. 32., teste eodem in append.

Centurias quoque rerum Theologicarum scripsit ex Petro Gonzalez lib. 3. Hist. Dominæ nostræ de Saliceto pag. 678. apud Nicol. Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., nisi sint *Marci de Camera.*

* JOANNES CAMERS = V. *Joannes Ricatius*: Citatur a Salmasio in Prolegom., & ad 1. epist. Exercit. Plin. in Solinum.

MMCXVIII.

JOANNES CANALIS, vel a Canali patritius Ferrariensis, & frater *Oddonis* J. C. celeberrimi, cujus fit mentio in variis Cœnobii Ferrarien. S. Francisci monumentis an. 1347., & 1359., quorum ultimum fuit *Jacobi* fratris sui testamentum, quo & ipse *fideicommissarius est* institutus: anno 1345. moram trahebat Mutinæ, memoraturque a Joanne de Bazano in veteri Chronico Mutinensi to. 15. Rer. Italic. Script. vulgato his verbis: *anno 1345. die Dominico XXV. Junii quidam Frater Johannes de Ferraria Ordinis Minorum ipsa die Mutinæ in domo dictorum Fratrum prædicavit.* Postmodum Clemens VI. an. 1350. eum in suum Pœnitentiarium assumpsit ex literis apud Waddin. in Annal. Min. ad eum annum n. 4., ubi dicitur *Mutinensis*, quod in ea urbe commoraretur, plurimumque a Pontifice commendari refertur. Factus est demum Episcopus *Syrensis*, al. *Syronensis* in mari Ægeo, vulgo Archipelago sub Archiep. Athenien., annoque 1365. erat *Coadjutor* Bernardi Episcopi Ferrarien. ex monumentis Ecclesiæ Ferrarien., vel certe exercuit Pontificalia in ea civitate. Scripsit, quantum conjicimus,

Conciones, & Sermones, sed qui periisse creduntur; ut &, si qua alia scripserit, ignoratur.

Alius ex hac familia, & Instituto vixit seculo XVI., ut mox dicetur.

MMCXIX. 1086.

JOANNES CANALES = *a Curribus* illi cognomen fuit, ut ex pluribus monumentis Cœnobii S. Franc. Ferrarien. a me inspectis apparet: primus, qui *Canalem* dixit, fuit Aug. Superbus in Catalogo Viror. Illustrium Ferrarien.; verum *Joannes a Canali* an. 1520. *Theologorum* Collegio Ferrar. aggregatus an. 1542. vitæ finem posuit, cum in præcedenti anno testamentum Pontificia dispensatione condidisset ex dicti Cœnobii Ferrarien. documentis. *Joannes* vero *qd. Donati a Curribus* circa an. 1450. sac. Theol. Magister declaratus in Collegium quoque Theologicum suæ patriæ cooptatus est, & Ferrariensis Gymnasii, Universitatisque Theologicæ facultatis Professor, ut ex Hist. dicti Gymnasii nuper a cl. Viro Ferrante Borsetto publicata lucet. Obiit autem Bononiæ an. 1462. mense Martio ex præfatis Ferrarien. Monumentis.

Opus de cœlesti vita; de natura animæ, ejusque immortalitate; de Paradiso, animæque felicitate; & de inferno, animæque cruciatu 4. libris distributum, & ab autore Borso Duci nuncupatum vulgavit Venetiis an. 1494. in fol. Antonius Cauchorius Artium, & Medicinæ Doctor apud Venetos pro Rodulpho Malatesta Ariminen. Principe Orator typis Matthæi Capcasæ Parmensis; extatque ms. Urbini in Ducali Biblioth., teste Possevino in Catalogo illius Biblioth. ad calcem Appar. sac. posito.

Opus quadragesimale prodiit Florentiæ an. 1494., ut habet Orlandus de Origine, & progres. Typographiæ par. 1. & 2., qui addit & ejusdem Opus *de cœlesti vita* &c. prodiisse ibidem eodem anno; alibi vero scribit excusum Parmæ an. 1494., sed lapsum vereor, eo quod Typographus Parmensis erat, qui Venetiis excudit.

Sermones multos impressit Venetiis an. 1539., ut scribit Waddingus supra in *Hieronymo Cavallo*, quem adnotavi non esse alium a *Joanne Canali.*

Commentarium de Ferraria, ac Principibus Atestinis usque ad annum 1454. protractum, & Duci Borso dicatum extat ms. Mutinæ in Ducali Bibliotheca, cujus *Excerpta*, seu partem publicavit dudum cl. Muratorius to. 20. Rer. Italic. Scriptor., & ex stylo lucet esse eumdem autorem, etsi plerique diversum fecerint; atque ille est, quem Sardus, Pigna, aliique scriptores Ferrarienses citare sæpe solent sub nomine *Joannis Minoritæ.*

MMCXX. 1087.

JOANNES CANONICUS = Rodulphius lib. 3. ait vocatum fuisse *Marbres*, quæ vox gallica Latinis est *marmor*; & paulo post memorat *Joannem Mabre ex Catalonia, qui scripsit quæstiones in libros Physic.* Et Fitseus quidem *Anglum* hunc facit in Scriptor. Angliæ ad an. 1320., eumque secutus est Waddingus in Annal. Min. ad eum annum n. 1.; sed eum fuisse ex *Catalonia*, ut ait Rodulphius, suadere videntur verba illa sub initium quæstionis in libri 1. Physic. §. *circa primum* hujusce modi: *Est una solemnis opinio cujusdam subtilis*

Bac-

Baechalaurei Cathalani, qui ita super primum Sententiarum ponit &c.: postmodum adducit alios Doctores *Aureolum*, *Mayronem*, *Thomam Aquinatem* &c.; sed ante omnes *Cathalanum* proponit. Errant etiam, qui tradunt, eum non *Canonicum*, sed *Canon* appellatum fuisse apud Possevinum, & cit. Waddingum; nam ipsemet lib. 2. Physic. quæst. 4. hanc efformat argumentationem: *Joannes est albus, & est Canonicus, ergo est albus Canonicus*. Franciscus Sampson, qui scripsit anno 1470., & 1471., lib. 1. quæst. 2., & lib. 5. quæst. 1. citat Joan. Canonicum, & ejus Opus Physicum; ipse vero in hoc ipso Opere Physico cum citet *Franciscum de Marchia*, *Ocham*, *Gerardum Odonis*, & *Landulphum* Minoritas, quos constat an. 1350., vel circiter obiisse, liquet etiam, quo tempore clarebat, scribebatque. Hujus meminit Trithemius, qui legendus est, omisit autem Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispana.

Quæstiones in 8. libros Physic. Aristotelis, quarum prologus incipit: *Venite ad me omnes, qui laboratis* &c.: Opus vero: *Quæritur igitur primo, utrum substantia finita* &c.; prodierunt primum Patavii an. 1475. in fol.; inde Venetiis 1481. in fol. cura *Fr. Francisci de Benzonibus* Minoritæ Convent. sac. Theol. Baccalaurei, & *Octaviani Scoti* de Modoëtia ex Joan. a S. Anton., & etiam ex editione extante Romæ in Biblioth. SS. XII. Apostolor., & an. 1492. ex Orlando de Orig., & progres. Typograph.; iterum Venetiis an. 1516. cura, atque studio Lucæ Olchinensis Philosophi Antonio Contareno Patriarchæ Venetiarum dicatæ; & tandem ibidem anno 1520. in fol. ex Indice Biblioth. S. Franc. Bonon.

Reperitur Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 83. cod. 20. rara editio: *Joannis Marbres Cathalani Magistri in artibus Tholosæ, & Canonici Dertusensis quæstiones super octo libros Physicorum Aristotelis* impres. Paduæ an. 1475. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 401. Quæ si vera sunt, postea dimissa seculari Canonicatus dignitate, Religionem S. Francisci ingressum esse dicendum est, vel ex Minorita Canonicum evasisse.

In Regesto Ordinis Min. Conv. titulo *provin. Aragoniæ* pag. 226., & 231. sub an. 1509. die 27. Martii, & 13. Junii memoratur quædam lis inter *R. Magistrum Jo. Canones*, & Fr. Franciscum Reya in Conventu *Montis Albi*, qui erat 6. Custodiæ Hilerden. in prov. Aragoniæ, cujus Custodiæ 3. locus erat *Dertusien.* ex Polychronico, & Barthol. Pisano; & pag. 233. ejusdem Regesti *P. Magister Joannes Canones* instituitur Custos eodem an. 1509. 24. Junii.

MMCXXI. 1088.

JOANNES CANTIANUS = anno 1230. factus Minister provinciæ Saxoniæ ex Waddingo ad eum an. n. 16. jussu Gregorii IX. an. 1234. constituit B. Agnetem Bohemam in Abbatissam constructi ab ea Monasterii, & an. 1246. eodem officio fungens egit *Collectorem* subsidii Apostolici in regnis Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ ex litteris Innocentii IV. apud Waddingum in Annal. ad eum an. num. 5. Vivebat adhuc anno 1266., quo erat *Cappellanus Pontificius* ex literis: *Laudabilis honestatis* &c. die 23. Maji. Scripsit autem

Constitutiones pro Hospitali S. Francisci Pragen. autoritate Apostolica ex literis: *Vota devotorum* &c. Gregorii IX. an. 1238. die 22. April.

Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 24. versus claustr. cod. 677. in 4. habetur Opus ms. *de Mysteriis rerum, quæ fiunt in Ecclesia*, versu exametro ad Fulconem Episcopum Londoniæ incipiens:

Ad mare ne videar latices deferre; camino
Igniculum; densis vel frondes addere sylvis:

cum perpetuis notis margineis, & interlinearibus, factum an. 1245., ut ipsemet tradit in fine, ubi & mortem *Alexandri Alensis*, ejusque laudes fuse describit: cum autem se dicat *Joannem* Operis autorem, existimo hunc esse, de quo ferunt scripsisse his temporibus *lib. 1. Rubricarum*, idest cæremoniarum, rituumque Ecclesiæ. Huic codici adnectitur ibi *Doctrinale Alexandri* de Villadei.

Hic forsan est ille Anglicus memoratus a Waddingo ad an. 1230. num. 7., qui *Legendam S. Francisci* a Thoma de Celano jussu Gregorii IX. descriptam ad metrum gravis, & docti carminis heroici reduxit. De eo ex Chronicis antiquis Ordinis agitur apud Marcum Ulyssiponen. Chron. par. 2. lib. 1. cap. 48., qui & quamdam ejus narrationem recitat, vocatque magnæ autoritatis virum.

MMCXXII.

JOANNES CAPET Germanus provinciæ Coloniæ vir gravis, & doctus florebat an. 1460, fuitque commensalis Cardinalis Raymundi per Germaniam S. A. Legati, & Friderici III. aliquando Nuncius ad Albertum Austriæ Archiducem Imper. fratrem: cum esset orator, & verbi divini præco celebratus, composuit

Sermones quadragesimales, variosque, quorum nonnullos in Confluentiæ Cœnobio ad Rhenum, & Mosellam asservari, in quibus testatur, se B.Joannem Capistranen. audivisse concionantem, & miracula patrantem inspexisse, memoriæ prodidit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1331. num. 22.

Refertur a Possevino in Appac. sac. quidam *Joannes Capesius*, qui nonnulla typis mandasse fertur; sed alium ab isto reputo.

MMCXXIII. 1089.

S. JOANNES CAPISTRANUS = natus non in oppido *Brutiorum*, sed Aprutii ex nobili *Chiolorum* familia, patre Theutonico, Itala vero matre, jurisprudentiæ studiis operam dedit, lauream que Perusii suscepit in V. J.; habitu vero, & Instituto Minorum adoptato, religione, ac sanctimonia, doctrinaque adeo profecit, ut Leo X. an. 1514. indulserit & Capistrani, & in tota Sulmonensi diœcesi de eo tamquam *Beato* Missam, & Officium ab universo Clero celebrari posse ad precea Fr. Christophori Numaji Vicarii Gen. ex monumento apud Rodulphium lib. 2. fol. 115., & Alexander VIII. anno 1690. *Sanctorum albo* adscripserit, cum obiisset anno 1456. Villaci in Pannonia die 23. Octobris ætatis suæ anno 71. Albertus Krantius lib. 2. Sacr. Hist. cap. 36., & Metrop. Saxon. cap. 30. hæc de eo habet: *Joannes in Germaniam descendit prædicans magno zelo verbum Dei in Austria, Bavaria, Svevia, Thuringia, & Saxonia. Nam in civitate Magdeburgensi in novo foro maxima ad illum confluente multitudine, cum esset linguæ germanicæ non gnarus, latine prædicabat Latinis in tertiam horam, populo solis gestibus ejus, quos ante non viderat, satis vehementer commoto. Moti sunt omnes, & usque adeo permoti, ut fæminæ abusum in ornatu, viri ludos, quibus tempora perdunt, schaccorum, aliarumque in unum contulerint*, & eodem loco igne *sub dio concremarint*: & Hieronymus Platus de bo-

no status Relig. cap. 30. refert, eum anno circiter 1450. *duodecim millia infidelium, pluresque præterea schismaticos aggregasse ad Ecclesiam catholicam:* sed & Æneas Sylvius in Europa cap. 23. narrat, eum in Moravia Dei verbum seminantem, & in Hussitarum errores invehentem *Baronis non parvi nominis, quem Ezernahoram vocabant*, conversionem obtinuisse; *qui relicta priore perfidia, cum duobus millibus subditorum veritatem Romanæ Sedis amplexus est*. Ejus elogium affert Rodulphius lib. 1. fol. 114.; de eoque etiam Fl. Blondus in Italia Illustr., ubi *Capistranum* oppidum recenset; & Robertus Leciensis Episcopus Aquinas serm. de S. Bernardino cap. 2. eum inter 20. Ordin. Minor. famosissimos Italiæ *concionatores* enumerat. Scripsit

Contra Hussitas lib. 1. ex Trithemio de Scriptor. Eccles. ad an. 1450.; forsan idem, ac *contra Judæos, & hæreticos*, inquit Joan. a S. Anton.; sed ego credo esse illud Waddingi *contra Rockizanam de fidei veritate*.

De autoritate Papæ, & Concilii adversus Basileen. Concil. prodiit Venetiis etiam an. 1580. in 4. apud Antonium Ferrarium ex Possevino in Appar. sacro to. 2., & Joan. a S. Anton.

De Religione tractatum ipsemet citat in suo *de Antichristo libro* de 7. temporibus, ac 5. petitione Orationis Dominicæ disserens.

De sanguine Christi: ita babet Waddingus, non *de Sapientia Christi*, ut scribit Joan. a S. Anton. Extat ms. in fol. parvo Romæ in Biblioth. SS. XII. Apostolor., & scriptus fuit sub Gulielmo Casalen. Ordin. Minor. Ministro Gen., qui ab anno 1430. usque ad an. 1443. rexit Ordinem, cum ei suum Opus submittat corrigendum: habet tit. *Tractatus de sanguine Christi pretioso per modum disputationis*. Incipit autem: *An Christi sanguis necessarius ad esse hominis post mortem Christi fuerit separatus a divinitate. Magister Franciscus de Maironis in sermone de Resurrectione Domini, qui incipit: Domine probasti me: inter alia dicit &c.*: & finit: *similiter in Ecclesia Torari*.

Sermonem ad Clerum in Synodo Tridentina ms. haberi in Biblioth. Gothana scribit Montfaucon in Catalogo to. 1. pag. 599.

Defensorium ejus citat Nicolaus Auximanus autor synchronos in *Supplemento* Pisanellæ edito anno 1444. v. *Usus clavium*. Possevinus in Appar. sac. dicit *Defensorium Tertii Ord. Franciscani* extare ms. Producit S. Antoninus in *Summa* par. 3. tit. 23. cap. 5. §. 4. *tractatum de Fratribus Tertii Ordinis S. Francisci*, autorisque adhuc viventis cum laude meminit, eum in jure, ac Theologis peritum indigitans: & Franciscus Bordonius in Chronol. 3. Ord. cap. 4. n. 17. compositum fuisse dicit Mediolani an. 1440.; memoratque eumdem & B. Dionysius Carthusianus in *Comment.* super Regula 3. Ord. S. Franc. cap. 21.

De usu cujuscumque ornatus Opusculum incipiens: *Quoniam, ut ait Deus, quam angusta porta est* &c. extat Romæ in cit. cod. Biblioth. SS. XII. Apostolorum Min. Conv.

Tractatus de mulierum ornatu ms. Taurini in Biblioth. Regia ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1396., & 1398., una cum Opusculo

De excommunicatione ex cit. Montfaucon.

De judicio universali futuro, & Antichristo, ac de bello spirituali ad Placidum Abbatem scriptum an. 1430. vulgavit Antonius Amicus a Fossa Aquilæ Venetiis 1578. in 8. ex Officina Petri Deuchini: 1573. in 16. ait Joan. a S. Anton.

De usuris, & contractibus extat ms. etiam Lipsiæ in Paulina Biblioth. cod. 41. ex Catalogo illius Biblioth., citaturque ab autore suppari Alexandro Ariosto in Enchiridio par. 3. Habetur hic *tractatus* in tres partes divisus etiam Romæ in Biblioth. SS. Apostolorum ms. in fol. parvo; incip. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Matt. 6. Ut discutiamus thesaurizationis materiam* &c. Huic tractatui in cit. cod. subjungitur *Compilatio distinctionum, & causarum decreti Gratiani* incipiens: *Satis dictaret humana ratio* &c.; an autem ejusdem autoris, non ausim affirmare.

De perjurio incip. *Nunc autem de peccato perjurii* &c. habetur in cod. Biblioth. SS. XII. Apostol. primo loco cit.

De Confessione facenda proprio Sacerdoti: habetur Taurini in Biblioth. Regia *Expositio Canonis 1 omnis utriusque sexus* ex cit. Catalogo Montfaucon.

De pœnis Inferni, & Purgatorii ex Bellarmino de Scriptor. Ecclesiast.

De cupiditate lib. 3. ex Trithemio ms. extat, idemque est cum illo *de Usuris* supra.

De Passione Domini lib. 1. ex eodem Trithemio, extatque ms. apud Minores Samborsenses Libellus membran. characteris antiqui ita inscriptus: *Tota Passio D. N. J. C. est breviter compilata a me Capistrano secundum authenticos Doctores*: incip. *Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum, & quæremus eum tecum*, teste Amando Herman in Capistrano triumphante pag. 806.

De Conceptione Beatissimæ Mariæ Virginis etiam ex Bernardino de Bustis serm. 5. de Conceptione par. 1., Bellarmino, P. Quirino, & aliis.

Adversus Joannem Rokizanum hæreticum Hussitam ad Magnates Bohemiæ incip. *Credo Magnifici* &c. habetur apud cit. Herman pag. 371. Hoc puto esse Opus *contra Hussitas*, de quo supra, nisi sit sequens *Libellus contra Magistrum Joannem de Rokesann* incip. *Salutem in Salvatore omnium electorum* &c., qui extat Romæ in Bibliotheca SS. XII. Apostol. post *tractatum de sanguine Christi*, & scriptus fuit Ægræ sub Nicolao V. an. 1451., in quo asserit, se fusius hæc in alio *tractatu* scripsisse. Huic libello sequuntur *Responsiones* ad Epistolas Joannis Borotti, & Sacerdotum de Cremiczia hæreticorum, & libellus contra Joannem Fauvatzovium Marchionatus Moraviæ Capitaneum, & sequaces hæreticos.

Canones extracti de corpore juris citantur ab ipsomet in lib. *de Antichristo*, ubi inquit: *Circa quod vide, quæ scripsi in c. Fraternitati de Cleric. non resid., ubi plene tractavi de autoritate Papæ: & in c. De gestis eo tit., ubi tractavi, quid Papa circa Cardinales, & quid Cardinales contra Papam agere possint: & quæ scripsi in c. Cum olim de Cleric. Conjug., ubi tractavi, an Papa possit dispensare cum Monacho super voto castitatis: & in c. Joannes eo tit., ubi plene tractavi, an Papa dispenset cum bigamo: & in d. c., cum olim tractavi copiose, an Papa possit legitimare in terris Imperii; & ibi scripsi autoritatem Papæ circa Imperatorem.* &c. Ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1383.

Canones pœnitentiales extracti e corpore juris habentur mss. Metis in Biblioth. Cathedral. Eccl. num. 282.

Compendium resolutionum super totum corpus Decreta-

talium forsan est *Canonum Collectio*, quæ ms. extat Taurini in fol. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1396.

Sermones de Tempore lib. 1. in 4. asservatur Matriti in Biblioth. Cœnobii Reg. Observ. sub L. num. 135. ex Joan. a S. Anton.

Epistolæ multæ ad diversos partim a Waddingo in Annal., partim a Gubernatis in Orbe Seraphico, & fere omnes a laudato Herman publici juris factæ sunt.

Epistola ad Johannem de Rockenzana, *&* *alia de protestatione Turcorum in regno Hungariæ anno* 1456. habentur mss. in Lipsiensi Bibliotheca ex Catalogo ejusdem Biblioth. pag. 318., & 394.

Epistola ad Universitatem Viennensem, *qua exponit felices catholicæ fidei progressus in Moravia; Universitatemque rogat, ut aliquot doctos viros ad se mittat, qui publica sua cum Rockizano Hussita concertationi intersint*; una cum alia

Epistola de publicis, *&* *promiscuis balneis Religiosorum* vulgata est a P. Bernardo Pezio in *Bibliotheca Ascetica* to. 8. Ratisponæ an. 1725. pag. 562. & seqq.

Epistola de rebus Turcicis ms. in Biblioth. Gothana ex Catalogo Montfaucon una cum

Sermone ad Clerum in Synodo Tridentina to. 1. pag. 599.

Sermonem habuit *Romæ* coram Martino V. an. 1427. *pro cultu SS. Nominis Jesu*, *in quo cujusdam Antigenii* (nomen effictum) *reassumpsit*, *&* *solvit argumenta* 85., Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 4. cap. 5. scribit 400. pro defensione S. Bernardini. Hujus plura publicavit Armandus Herman sect. 6. cap. 6. pag. 94.

Sermones quadragesimales habentur mss. Coloniæ apud Prædicatores in fol., & apud Augustinianos in 4., teste Petro de Alva, & Jo: a S.Anton.

De Primatu Petri extat ms. una cum suprascripto Opusculo *de Bello spirituali* apud PP. Polonos ex cit. Herman.

Tractatus de sortilegiis;

De Sacramento Pœnitentiæ;

De Sacramento Eucharistiæ;

De Baptismo; &

De Latrone pendente ad dexteram Christi; horum omnium meminit ipse Sanctus variis in locis.

Materia notata ex XXX. *sermonibus ejus ad populum in Lipsia habitis* extat ms. in eadem Biblioth. Lipsien. cod. 41. ex pag. 230. ejusdem Biblioth. Catalogi.

Tractatus de pestilentiis, *&* *medicinis* occasione pestis, quæ in exercitibus grassabatur, compositus, habetur ms. Lipsiæ in eadem Biblioth. Paulina cod. 45. in 4. ex Catalogo pag. 135.

Tractatum edidit *non dirimendum esse Matrimonium inter Franciscum Sfortiam*, *&* *Blancam Ducis Mediolanen. filiam contractum* jussu Marchionis Ferrarien. Nicolai III. adversus centum J. V. Doctores, evicitque, ne dissolveretur ex cit. Marco Ulyssipon. lib. 4. cap. 5., ubi & plur ejus Opera recenset. Forsan est *tractatus de Matrimonio per modum consilii* inter tractatus juris to. 9.

Ejus *Summa* ms. habetur Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 518.

Constitutiones pro Ordine Min. Observ. factæ an. 1443. *in Monte Alverniæ*, cum Vicarius Cismontanus ejusdem Ordinis fuisset declaratus, habentur in Firmamento trium Ordinum edit. Ven. 1513. par. 3., & to. 3. Orbis Seraphici a pag. 95.; ejusque etiam dicuntur esse

Constitutiones Martinianæ an. 1436. a Martino V. approbatæ juxta Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 49. ex Mariano, & Monum.

Vitam S. Bernardini Senensis sui præceptoris composuit, quæ legitur præfixa Operibus ejusdem S. Bernardini edit. Ven. anno 1591. a Petro Rodulphio curatæ, & Jo: de la Haye Lugduni 1636., & 1650., iterumque Ven. 1745.

Chronica Fr. Joannis de Capistrano ex exemplari ms. Jacobi Boncompagni transcripta anno Domini 1586. = *Incipiunt Chronicæ Fr. Joannis de Capistrano ex Chronicis Hieronymi*, *&* *Eusebii Cæsarien.*, *Quintilii*, *&* *aliorum*. *Praclarus Doctor*, *&* *verax S. Ecclesiæ*, *&* *sanctæ fidei christianæ*, *&* *sanctæ Scripturæ scriptor S. Hieronymus* &c. mss. in fol. extant Romæ in Biblioth. Corsinia.

Repetitiones aliquot in jure civili cusæ sunt Venetiis an. 1587., teste Oudino to. 3. Comment., & Joan. a S. Anton., qui addit haberi etiam inter Repetitiones Juris.

Additiones in Comment. super libros Decretalium Guidonis Papæ. Venetiis anno 1588. in fol. ex Indice Biblioth. Barberinæ. Est autem *Guido Papa*, qui *Clementis IV.* nomen tulit.

Orationem habuit disertam Uratislaviæ occasione Matrimonii Casimiri, & Elisabethæ filiæ Alberti olim Hungariæ, Bohemiæ, ac Romanorum Regis fer. 2. post Assumptionem B. V., themate proposito: *Hæc dies, quam fecit Dominus*: teste Rodulphio lib. 2. fol. 191.

Omnia ejus Opera in tomos 17. in fol. digesta, diuturnoque 20. annorum labore collecta, ac notis illustrata prælo parabat an. 1714. Fr. Joan. Anton. a Sessa Siculus Minorita, teste Anton. Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ in append. ad to. 1.; anno vero 1700. prodiit typis Colon. *Capistranus Triumphans*, seu *Historia fundamentalis de S. Joanne Capistrano* edita a Fr. Amando Herman ejusdem Ordinis.

Vita S. Jo: a Capistrano italice a Theophilo scripta prodiit Comi in 4.: in cujus fine legitur: *Impressa nel inclita citade de Como nel anno dil Signore.* M. CCC. LXXVIIII.

M M C X X I V. 1090.

JOANNES CARDOSUS = plures alios libros scripsisse narrat apud Nicol. Antonium to. 2. Biblioth. Hispan. Georgius Cardosus. De eo Antonius a Paiva cecinit:

„ Cardosus in dulcis mutatur flumina mellis;
„ Spinaque vernantes dat sine sente rosas.

Ita apud Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C X X V.

JOANNES CARMASSONIUS Aragoniæ provinciæ alumnus, sac. Theolog. Doctor, & Ecclesiastes egregius an. 1366. cum Terræ Sanctæ provinciæ Ministerio fungeretur, Nicosiæ in Cypro interfuit morti *B. Petri Thomæ Ordin. Carmelit. Patriar. CPolitani*, cujus in exequiis pene extemporaneam habuisse fertur *Orationem*; conscripsitque insuper

Vitam gloriosi Patriarchæ Constantinopolitani Fr. Petri Thomæ Ordinis intemeratæ Virginis de Carmelo: quam e latino italicum in sermonem vertit, exhibuitque Fornarius in suo Carmeli *Memorabili Anno* to. 1. sub die 29. Januarii. Hujus Joannis meminit etiam Philippus Mazerius in Cypro regno

Cancellarius in Vita ejusdem B. Petri Thomæ, quam ipse quoque composuit autor coævus, & Waddingus; sed nec ipse, nec Bollandus to. 2. Januarii die 29. huic Joanni, sed *Joanni Faventino* infra relato Vitam hanc attribuunt.

M M C X X V I. 1091.

JOANNES CAROLUS =

M M C X X V I I. 1092.

JOANNES CARRILLO = edidit &

Tractatum viæ Crucis, quem citat Antonius Daza ejusdem Ordinis lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 2.

Salvator Vitalis in Chronico Seraph. Montis Alverniæ lib. 5. cap. 2. adducit *Francisci Carillii Tractatum Tertii Ord. S. Francisci*; sed forsan error est; legendumque *Fr. Joannis Carrillii*.

Historiam S. Elisabeth Reginæ Lusitaniæ typis dedit Cæsaraugustæ an. 1615. in 4. per Joannem de la Naja.

In Historia Conventus Clarissarum Matritensium, in quo tum erat *Margarita Austriaca*, recenset *Vitas* cxv. *Sanctorum, qui ex florentissima domo Austriaca prodierunt*.

Obiit Matriti an. 1616., de quo & Nicolaus Antonius, aliique apud Joan. a S. Antonio, qui pag. 321. to. 2. citat hujus autoris *to. 2. Historiæ Tertii Ord. Franciscani*.

M M C X X V I I I. 1093.

JOANNES DE CARTHAGENA =

Homiliæ sacræ catholicæ prodierunt Venetiis an. 1609. per Patricium Castruccium tom. 1.; tomus 2., & 3. vero Romæ an. 1611., & 1614. in fol. per Bartholomæum Zanettum ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bonon. Parisiis quoque anno 1618. ex Joanne a S. Anton.

In quartum Sententiarum librum tomus primus prodiit Romæ an. 1607. ex Ind. Biblioth. Barber.

De ortu, progressu, & Viris Illustribus Ordinis Montis Carmeli. Antuerpiæ 1620. in 8. ex Joan. a S. Anton., & postea Coloniæ an. 1645. in 8. ex cit. Ind. Biblioth. Barber., quem *Tractatum de antiquitate Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo* vocat Waddingus supra in *Hieronymo Pancorvo*; additque ab eodem Pancorvo e latino in hispanicum translatum prodiisse Hispali an. 1623. in 8.

Tractatus de prædestinatione. Romæ 16 . . . in 8. ex Biblioth. Slustana.

De vita Christi Domini, ac de gestis Sanctorum meditationes ex Relatione suæ provinciæ Conceptionis, nisi sit idem cum sua praxi de *oratione mentali*, inquit Joan. a S. Anton.

Disputationem insignem scripsit *contra latentem usuram* ad Paulum V. Pont. Max. incip. *Ad interrogationem* &c., teste Haroldo apud Nicolaum Anton. in Bibliot. Hispana, & ex eo Joan. a S. Anton.

M M C X X I X. 1094.

JOANNES A CASALI = Montisferrati provinciæ Genuensis sac. Theologiæ Doctor, cujus meminit autor æqualis Bartholomæus Pisanus Confor. xi. par. 2. in prov. Genuæ, Custodia Montisferrati, & *Loco Casalis*, inquiens: *hic locus habuit Fratrem Joannem Magistrum in Theologia virum sufficientem, qui plures quæstiones edidit in Theologia, & Philosophia*. Hujus autoris

Tractatus Philosophicus de motu &c. scriptus Venetiis extat Florentiæ in Biblioth. Riccardiana ms. sub L. 1. cod. chartac. in fol. num. 33., in cujus fine legitur: *Explicit . . . . per Fratrem Johannem de Casali Ordinis Fratrum Minorum sacræ Theologiæ Doctorem in Conventu Fratrum Minorum . . . anno Domini* MCCCXLVI. *mei Iacopi Francisci Ser Tinghi* ex Indice illius Bibliothecæ pag. 106.

Hunc Gregorius XI. an. 1375. suum Nuncium ablegavit ad Fridericum Siciliæ Regem pro gravibus cum illius regni, tum Ecclesiæ negotiis, ut ex Reg. Vatic. prodit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum: eumque etiam commemorat Rodulphius lib. 1. fol. 98., ubi de *Deodato a Ruticino* disserit, quasi an. 1390. viveret. Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont. scribit vixisse an. 1500., eique Waddingum tribuere

Opus de velocitate, & tractu duorum corporum cusum Venetiis in fol., cum Waddingus nil hujusce modi habeat, & forsan confunditur iste cum alio recentiori. Errat itaque Joan. a S. Anton., dum ait vixisse ad annum 1500.

M M C X X X.

JOANNES A CASTILIONE provinciæ Tusciæ seculo XIII. floruit, fuitque contra hæreticam pravitatem Inquisitor in ea provincia, de quo Waddingus in Annal. Min. non semel verba facit; anno 1272. Parisiis *sermones* nonnullos habuit, quorum 13., & 99. habentur mss. in cod. Biblioth. Sorbonicæ inter sermones aliorum eo anno habitos, teste Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 269.

M M C X X X I.

JOANNES DE LA CAVA Hispanus Theologus prov. Beticæ Reg. Observ. evulgavit

Orationem ad Fratres suos in Capitulo provinciali congregatos. Granatæ an. 1609. in 4. ex cit. Joan. a S. Anton.

M M C X X X I I. 1095.

JOANNES A CAULIBUS = provinciæ Tusciæ, Custodiæque Florentinæ, de quo autor coævus Bartholomæus Pisanus Confor. xi. par. 2. in prov. Tusciæ, Custodia Florent., & *Loco S. Geminiani* inquit: *de quo extitit oriundus Fr. Joannes de Caulibus magnus prædicator, & devotus, qui*

Meditationes super Evangelia fecit pulchras: & etiam Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. ait: *Tractatum Meditationis super Evangelia fecit Frater Joannes de Caulibus de S. Geminiano*: non autem fecit *tractatum de triplici via Sapientiæ*, ut habet Rodulphius lib. 3. a Willoto, Possevino, Waddingo, & Joanne a S. Anton. secutus; cum enim cit. Pisanus VIII. Confor. scripsisset; *tractatum Meditationis super Evangelia fecit Frater Joannes de Caulibus de S. Geminiano: tractatum Transfige quidam Lector Mediolani: tractatum devotum de triplici via sapientiæ Fr. Hugo de provincia*; Rodulphius Pisani codicem corruptum nactus tres autores in unum confundit, & Joannem de Caulibus fecit *Lectorem Mediolani*, & scriptorem *tractatus de triplici via sapientiæ*, qui certe est *Hugonis Diniensis*, teste ipsomet Waddingo supra in *Hugone de Digna*. Hinc errant, qui tradunt hunc *Mediolani* fuisse sac. Theologiæ Professorem, ut Joan. a S. Anton., qui & putavit, hunc esse diversum a *Joan. a S. Geminiano*. Antonius Lusitanus Ord. Prædic., & ex eo Jac. Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Præd. pag. 528. in *Joannes de S. Geminiano* hunc cum illo confundentes *Meditationes in Evangelia* Joanni sui Instituti adscribunt ex Willoto; cum tamen Willotus ex Rodulphio, Marco Ulyssipon., & Pi-

& Pisano loquatur de Joan. a S. Geminiano Franciscano non Dominicano. In Annal. Min. tradit Waddingus, hunc Joannem de Caulibus floruisse an. 1376.

MMCXXXIII. 1096.

JOANNES CAXTONUS = Waddingus accepit a Pitseo; sed vereor, ne sit ille *Joannes Anglus Lector*, qui fecit *Summam Joanninam*, de quo supra actum est, cum natio, tempus, & argumentum conveniant. Possevinus in Appar. sac. to. 2. v. *Joannes Major Hadington* ait, Joannem Majorem *Caxton Angli libros* 7. latinos reddidisse: hujusne, vel alterius, nondum rescire potui.

MMCXXXIV. 1097.

JOANNES A CAZALLA = ex Lectore Emerito Reg. Observ. Episcopus factus est an. 1517. non Veræ Crucis in Indiis, sed *Verensis* in Africa, & Coadjutor Abulen.. Edidit vernacule per modum dialogi

Lumen animæ, seu *de beneficiis* &c. cusum etiam Hispali eodem an. 1528. in 8. typis Joan. Cromberg.

* JOANNES DE CELAYA = V. *Joannes Zelaja*.

MMCXXXV.

JOANNES CENOMANUS Gallus an. 1272., & 1273. Parisiis nonnullos *Sermones* habuit, quorum tres, nempe 8., 18., & 195. extant mss. Parisiis in cod. Sorbon. inter aliorum sermones, teste Jacobo Echard to. 1. in Scriptor. Ord. Prædic. pag. 269. in *Ægidio Aurelian*.

MMCXXXVI. 1098.

JOANNES DE LA CERDA = de quo & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMCXXXVII. 1099.

JOANNES CHRYSOSTOMUS A S. LAUDO = de quo Bordonus, & Vernon, & ex his Joan. a S. Anton.

MMCXXXVIII. 1100.

JOANNES CLERICUS = de quo agunt Willotus in Athenis Franciscanis, & Possevinus in Appar. sac.

MMCXXXIX. 1101.

JOANNES CLYN = cum in descriptione Conventuum Hiberniæ mentionem faciat Conventus *Coinlie*, seu *Connych* anno 1433. extructi ex Bulla Eugenii IV. apud Wadding., verum est, eum sub anno 1405. Ministri provinciæ Hiberniæ functum officio, ut habet Waddingus ad an. 1350. n. 24. ex Monum. Hibernicis. Conventus autem *Carrigen.*, cujus ipse primus Guardianus extitit, & constructus videtur circa an. 1336., ut ipse scribit Waddingus ad eum annum num. 37., multo posterius ædificatus est, cum Pisanus, qui scribebat circa an. 1390., illius non meminerit, & anno 1336. Jacobus Butlerus, latine *Pincerna*, locum solummodo donavit pro Cœnobii constructione.

Annales mss. extant in Biblioth. Comitis Clarendonii cod. 42. ex Bibliot. Bodlej. to. 3.; eosque, quos Waddingus nuncupat *Chronicon*, produxisse scribit usque ad an. 1350. in Annal. ad eum an. num. 24.

MMCXL. 1102.

JOANNES CNYFIUS =

Comment. editum est Antuerpiæ in 8., teste Jacobo Le Long in Biblioth. sac. pag. 679. & 759. typis Steelsii ex Waddingo infra in *Jo: Gnyfio*, quem videtur facere diversum, dum bis de eo agit.

MMCXLI. 1103.

JOANNES COLGANUS = cujus

Triadis Thaumaturgæ, seu Divorum Patritii, Columbæ, & Brigidæ trium veteris, & majoris Scotiæ, seu Hiberniæ Sanctorum, Insulæ communium Patronorum acta tomis 2. prodierunt Lovanii an. 1647. in fol. ex Ind. Biblioth. Barber., & Joan. a S. Anton. to. 2. Edidit etiam

Theologiam habitam Lovanii, ibique impressam an. 1639. in 4., teste Petro de Alva col.746. *Militiæ*.

De vita, patria, elogiis, ac doctrina Doctoris Subtilis. Antuerpiæ 1655. apud Joan. Mareellum ex Joan. a S. Anton. to. 2., qui addit obiisse eum an. 1647., quod contrarium est Waddingo, & forsan legendum est 1657.

MMCXLII.

JOANNES COLOMBI Gallus Avenione Pontificius Pœnitentiarius scripsit gallice

Tractatum de SS. Sacramento Altaris, qui ms. extabat Parisiis in Regia Biblioth. in 2. sixto num. 792., teste Philippo Labbe in nova Biblioth. mss. Librorum edita Parisiis 1653. in 4., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCXLIII. 1104.

JOANNES COLONIENSIS = suo arbitratu, aut cujuslibet alterius Joannes a S. Antonio asserit hunc fuisse *Regul. Observ.* alumnum, cum constet fuisse *Conventualem*. Hujus autoris extant Bononiæ, Asisii, & Ferrariæ, & alibi in Bibliothecis S. Francisci

Quæstiones Magistri Joannis Scoti abbreviatæ, & ordinatæ per alphabetum super 4. libris Senten., Report., Quolibetis, Metaphysica, & de Anima; suntque quæstiones *num.* 430. impressæ initio nascentis Typographiæ *per Magistrum Vendelinum de Spira* in 4. sine anno, & loco impressionis; sed *Vendelinus* Spirensis cudebat Venetiis an. 1473.; Opusque hoc citat Possevinus in Appar. sac. to. 2. v. *Joannes Duns Scotus*. Deinde prodierunt Basileæ anno 1510. in 4. hoc titulo:

Quæstiones Magistrales; quæ variant tamen a prima editione & numero, & loco, cum decisionibus opinantium cujusdam *Fratris Min. Observ.*, quæstionum capitibus adjunctis, notisque margines ac *Directorio* prævio, nec non ingenti tabula, indiceque in fine per Michaelem Wildeck sacræ paginæ Professorem, majoris Ecclesiæ Basileensis quondam concionatorem, Ecclesiæque S. Petri Canonicum elaborato; editionemque fieri curavit *Fr. Daniel Meyer* ejusdem Ordinis concionator, Theologiæque Professor, quam dicavit D. *Joanni Gevviler* Theologo Basileensi, Sanctique Petri Canonico.

Comment. in 4. Senten. libros typis antiquis cusus extat Coloniæ in Bibliotheca Min. Conv.

MMCXLIV.

JOANNES COLTELLINUS a Poggiali agri Bononiensis oppido Min. Conv. sacræ Theol. Magister, & Orator insignis, qui *cum de Theologia, Poesi, Oratoria, Philosophia benemeritus esset, inventiones suas literis cum dignitate mandavit: Magistri Sententias, ac nonnullos Aristotelis libros diligenter exposuit: Poema Lyrico carmine conscripsit: extant permultæ ipsius laudationes funebres*; inquit Joannes Garzonius in Opusculo *de dignitate urbis Bononiæ* ad Ant. Galeatium Bentivolum in to. 21. Rer. Ital. Scriptor. Fuit in patria Universitate, Gymnasioque Theologiæ Professor ex Alidosio in Doct. Bonon. to. 1. pag. 77., & 88., ubi tradit, eum an. 1401. fu-

funebrem *Orationem* habuisse in obitu *Francisci Ramponi* legum Doctoris famosi coram Joanne Ravennate Archiep., urbis, Gymnasiorumque Rectoribus, aliisque civitatis primoribus: postea suæ provinciæ Ministerio functus est, quo titulo Pisanum ad Concilium accessit an. 1408., cumque a Gregorio XII. ob hoc ipsum dignitate motus pronunciaretur, ab Alexandro V. restituitur, vel confirmatur; annoque 1416. in insigni S. Petronii Basilica *conciones quadragesimales* habuit ex monumentis illius Basilicæ: quibus meritis onustus migravit ex hac vita an. 1421., teste Rodulphio lib. 2. pag. 190. dictus *Joannes Georgii* a patris nomine.

Sermones duo ad Regimen civitatis Bononiæ anno 1416., & 1417. habentur ms. Florentiæ in Biblioth. Riccardiana, una cum

Oratione ad Gismundum Rom. Imperatorem sub M. IV. cod. chartac. in fol. num. 32. ex Ind. illius Biblioth. pag. 155. Scripsit etiam ex jam dictis

Poema lyrico carmine:

Orationes funebres, variasque:

Conciones quadragesimales:

Expositionem in aliquot Aristotelis libros: &

Expositionem in aliquot libros Magistri Sententiarum.

Meminit hujus autor æqualis Fr. Bartholomæus a Pusiola Bonon. in Chronico to. 18. Rer. Italic. Script. edito sub an. 1392., & Waddingus in Annal. Min., & in Censura *de Reportatis Paris. Scoti* edit. Lugdun. 1639.

M M C X L V. 1105.

JOANNES DE COMBIS = absque autoris nomine vulgavit primo an. 1554. in 12.

Compendium Theologiæ ad Ecclesiæ Lugdunensis Decanum incipit: *Veritatis Theologicæ sublimitas* &c., postea an. 1560. Venetiis per Hieronymum Cavalcalupum una cum *Terminorum Theologalium declaratione juxta S. Bonaventuræ sententiam*; in cujus Compendii præfatione fatetur, Opus adscribi multis S. Thomæ, *S. Bonaventuræ*, Petro Tarantasiensi, & Alberto Magno; sed, ut videbitur infra, est *Petri Thomæ* Minoritæ: deinde iterum Ven. cusum est anno 1565. per Jordan. Zilettum, & Lugduni 1563., & 1568. typis Gulielmi Rovillii; iterumque Venetiis anno 1570. typis Christophori Zanetti in 12., an. 1575. apud Petrum Deuchinum, & an. 1578. typis Ægidii Ragazzolæ, & Dominici Cavalcalupi in 12. una cum castigationibus *Jo. Balainii* sub nomine *S. Bonaventuræ*, postmodum ab aliis aliter vulgatum, ut infra in suo loco dicetur.

Sermones, & *Tractatus* omittuntur a Joan. a S. Anton.

M M C X L V I. 1106.

JOANNES COMES =

M M C X L V I I.

JOANNES A CONCEPTIONE Lusitanus prov. Algarbiorum Reg. Observ. alumnus edidit, ut est apud Joan. a S. Anton.,

Concionem de translatione S. Vincentii Martyris. Ulyssipone anno 1641. in 4. typis Anton. Alvarez.

Concionem aliam *de Expectatione Virginis Mariæ*. Ibidem in 4.

Tractatum de provincia Algarbiorum, cujus meminit ex Cardoso Nicolaus Antonius to. 2. Biblioth. Hispan., ms. extare dicunt.

M M C X L V I I I. 1107.

JOANNES CONSILIUS = alumnus fuit Cœnobii *Tonarum* in Lotharingiæ, & Burgundiæ finibus, an. 1542. factus Minister provin. Burgundiæ, seu S. Bonaventuræ, & inde Præfectus Magni Conventus Parisiensis, Henrico II. Galliarum Regi a consiliis, sac. Confessionibus, atque concionibus, de quo Waddingus agit in Annal. Min. ad an. 1452. num. 44. De eo Rodulphius lib. 3., & alii post eum. Quidam tradiderunt obiisse eum an. 1577., quorum fides esto apud ipsos. In Biblioth. Card. Sirleti, postea Card. Ascanii Columnæ Romæ extat ms.

Consilii Galli Opus de Sacramentis in genere, teste Anton. Possevino in Biblioth. mss. ad calcem Appar. sac.

M M C X L I X. 1108.

JOANNES CONTRACTUS = hujus

Sermones incip. *Clamabunt a facie tribulantis* &c., teste Joan. a S. Anton. to. 2. excudit Jo: Roelhoff Lubecensis in fol., extabantque in Biblioth. Franciscana Lovaniensi, testimonio Possevini in Appar. sac., & citati Joan. a S. Anton. to. 2., qui addit, se vidisse etiam Pinciæ in Biblioth. Conv. Reg. Observ. editos sine anno. Hunc adducit Antonius Monchiacenus de *Sacrificio Missæ* fol. 133., & Joannes Garetius de *Sacramento Altaris* an. 1560. edito clas. 1., aitque effloruisse anno 1373.

M M C L.

JOANNES COQUIEL Gallus poesis excultor edidit

Poema de S. Patre Francisco. Tolosæ an. 1619., ut habet Petrus de Alva tab. 1. apud Joan. a S. Anton.

1109.

JOANNES CORALDUS = ita vocatur a Francisco Willer in epistola ad Jacobum Pfortzhemium Bibliopolam præmissa *Compendio sac. Theologiæ pauperis D. Bonaventuræ* attributo, & Basileæ an. 1501. in 4. impresso: in ea enim asserit, fateturque, *illud Compendium judicio nonnullorum ascriptum Dño Fratri Johanni Coraldo Episcopo Dracon. sac. Theologiæ Professori Minorum Ordinis sub Joanne XXII. in humanis superstiti*: at sine dubio Willer in codicem depravatum impegit; neque enim sub Joanne XXII. fuit Joan. Coraldus Episcopus Dracon., sed *Joan. Rigaldus* Episcopus *Trecorien.*, ipseque autor est *Compendii Theologiæ pauperis*, ut infra ex ipsomet Waddingo.

* JOANNES CORBACCHIUS = v. *Joannes Hullerus*; a Dupino apud Jo: a S. Anton. dicitur *Hules de Corbach*.

M M C L I.

JOANNES CORONEL Hispanus ex oppido Torrija provin. Castellæ Regul. Observ. alumnus, & prov. Jucatanensis in America Apostolicus concionator, ac Definitor idiomate illorum Indorum publicavit

Discursus prædicabiles spirituales una cum articulorum fidei expositione. Mexici 1620. in 8. apud Petrum Gutierrez.

Doctrinam christianam idiomate mayo. Ibidem eodem anno in 8. per Didacum Garrido; quæ valde diffusa habetur ms. in 8. in Biblioth. Hispalen. S. Bonaventuræ sub M. num. 165.

Obiit anno 1651. die 14. Januarii in Conventu Emeritensi ejusdem provinciæ, de quo Andreas Barcia in Biblioth. Indica col. 723., & Didacus Lo-

Lopez Cogollndo lib. 12. Hist. provin. Jucatan. cap. 18., & ex his Joan. a S. Anton.

MMCLII.

JOANNES COSTENUS Polonus Regul. Observ. provinciæ majoris Poloniæ prædicator ferventissimus idiomate polonico typis vulgavit ex Joan. a S. Anton.

Librum pium in gratiam S. Annæ.

Plenus dierum quievit in pace an. 1613. in Conventu Lovaniensi ex Relatione Chronologica laudatæ provinciæ fol. 426.

MMCLIII.

JOANNES DE COVENNA Hispanus dedit ad Duumviros, & Senatum oppidi Almonazir de Zurita Calatravensis Ordinis

Artem regiminis populorum: ediditque typis

Remedium peccatorum. Compluti 1572. in 12. apud Sebastianum Martinez, teste Joan. a S. Antonio. Opus eodem titulo fecit & *Joannes de Dueñas*, de quo infra.

MMCLIV. 1110.

JOANNES A CRANEDONC = Germanus Regul. Observ., de quo & Joan. a S. Anton. Opus suum vulgavit Salisburgi an. 1634. in 8. typis Christophori Ketsemberger, teste ipsomet Waddingo supra in *Alfonso de Benavides*; & ex hispano latinum fecit.

MMCLV.

JOANNES CREMONENSIS floruit seculo XIV., & anno 1376. laurea Doctoris sac. Theologiæ insignitus diplomate Pontificio invenitur apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum; indeque Bononiensi Theologorum Collegio aggregatus anno 1383. ibi interfuit, cum die 6. Martii cum aliis illius Collegii Theologis lauream Magistri Theologiæ contulit *Fr. Francisco de Bardis* Florentino Ord. Min. ex Monumentis Cœnobii S. Crucis Min. Conv. Florent.; sed & provinciæ S. Antonii, Venetæque Ministerio functus est, scripsitque, quantum quidem mihi compertum est,

Vitam S. Antonii Patavini, uti refert Petrus Rodulphius Hist. Seraph. lib. 1. fol. 83. in *Vita S. Antonii* prædicti, & ex eo Sedulius, & Joan. a S. Anton.

MMCLVI. 1111.

JOANNES A CURIA NOVA = leg. a *Curtenova* prope Martinengum agri Bergomensis oppidum, eognomine vero *Verrus* Strict. Observ. Institutum an. 1606. amplexus est ætatis anno 16., concionator, & Lector Generalis, nec non suæ provinciæ Custos declaratus edidit

Theoropracticam Orationis mentalis, adjuncto exercitio ante, & post sac. Communionem faciendo. Œniponti an. 1629. apud Danielem Agricolam ex Donato Calvo in Scœna liter. Bergomen. par. 2., qui addit scripsisse etiam

De potestate Sacerdotum Regularium in seculares quoad forum conscientiæ, & administrationem Sacramentorum; an autem publicaverit, non expromit, sed dicitur prodiisse in lucem, & citatur in Syllabo AA. præfixo Amphitheatro Legali Aug. Fontanæ ex cit. Joan. a S. Anton. pag. 229., ubi de eo rectius agit ex Donato Calvo, quam pag. 143. nude sequens Waddingum.

* JOANNES A CURRIBUS = V. *Joannes Canales* supra.

MMCLVII.

JOANNES DE LA CUSTA Lusitanus edidit, teste Marracio in append. ad Bibliot. Marian.

Quadragesimam sermonum in honorem V.M. Pinciæ 1616. in fol. De eo & Joan. a S. Anton.

MMCLVIII.

JOANNES DAMPERTUS Blesensis Gallus celebris primùm causarum patronus cum haberetur, ac nobilis poeta esset, S. Francisci Ordinem ingressus circa anno 1550. in Aurelianen. Monialium Monasterio (quod ibi Director, & a sacris Confessionibus erat) consenuit, quemadmodum refert Miræus in Scriptor. Eccles. sec. XVI. num. 62., qui addit

Carmina ejus post obitum edi curasse Germanum Audebertum Gallum poetam insignem, ipsiusque amicum.

Damberti poetæ de institutione Virginum libri 4. versibus phalenciis mss. habentur Parisiis in Regia Biblioth. num. 6519. ex Catalogo Montfaucon pag. 764. to. 2.

Memorat hunc Julius Cæsar Scaliger, Scevola Sanmarthanus in elogiis Doctorum Galliæ, & ex eo Morerus in Dictionar., a quo accepit Joan. a S. Antonio.

MMCLIX. 1112.

JOANNES A DAVENTRIA = nescio, an ille sit, qui *Jo. Corbacchius* dicitur a Miræo in Scriptor. Eccles. sec. XVI. num. 43., quemque ait scripsisse *contra Anabaptistas* Coloniæ an. 1535., ut infra in *Jo: Hallero*. Scripsit præsertim contra Bernardum Rothmañum Monasterii populi seductorem ex Hist. provin. Colonien. Min. Conv. fol. 142.

Exegesis Evangelicæ veritatis prodiit Coloniæ an. 1535. in 8. una eum

Apologia contra Lutherum typis Melchioris Novesiani ex Joan. a S. Anton.

Catapulta fidei continet *de fide: de Ecclesia judice: de Eucharistiæ veritate, & utilitate: de SS. veneratione, & invocatione: de usu sac. Imaginum: de Purgatorio: de quibusdam articulis Rothmanni confutatis*: & *de infantium Baptismate*.

De eo Petrus Merseus in Annal. Episcopor. Ultrajecten. pag. 385., & Joan. a S. Anton, qui eum dicit *Regul. Observ.*

MMCLX. 1113.

JOANNES DEGUE = Gallus natione. Joan. a S. Anton. exscribit Waddingum.

MMCLXI. 1114.

JOANNES A S. DEMETRIO = non Brutiorum, sed Aprutii oppido provinciæ S. Bernardini, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum. Joan. a S. Anton. exscribit Waddingum, & velut diversum facit ab Aquilano to. 2. pag. 123., quem dicit scripsisse

Quadragesimale;

Sermones varios;

Tractatum de Confessione; &

Epistolas familiares: omnia typis data Venetiis an. 1569. in 4., teste autore suppari Salvatore Massonio in dial. de *Origine Aquilæ* fol. 151. apud Toppium in Biblioth. Neapol., & Petro de Alva.

MMCLXII.

JOANNES DOMINICUS HESSIUS Germanus Regul. Observ. Minister provinciæ Austriæ, & ad D. Hieronymum Viennæ concionator composuit longum, & elegans

Carmen hexametrum in librum Balthassaris Poltzmanni Præpositi Claustinenburgensis, cui titulus est; *Compendium Vitæ, miraculorum, & Canonizationis S. Leopoldi VI. Marchionis Austriæ cognomento Pii* an.

an. 1591. vulgatum; quod sub initium dicti libri legitur.

Opuscula omnia Joannis Nasi Minoritæ Episcopi N. Suffraganei Brixinen. e teutonico idiomate latina fecit, teste Rodulphio lib. 3., & ipsomet Waddingo infra in *Joanne Nass*, qui addit, ejusdem tractatum de *Cœna Dominica* vulgasse Ingolstadii anno 1577.

Joan. a S. Anton.to.1.pag. 317. v. *Domin. Hesius* refert, scripsisse *libros* XIII., nec vidit eos libros esse *Fr. Joannis Nass* ab ipso latine factos; & addit, cum rediret a Capitulo Generali in Hispania celebrato, obiisse Ticini apud Fratres suos an. 1593. mente Decembri ex Relatione prædictæ provinciæ ms. in Archivo Ordinis Matriti extante. Possevinus in Appar. sac. to. 2. hunc perperam dicit *Franciscum Jo. Domin.* pro *Fr. Jo. Domin.*

M M C L X I I I.

JOANNES DOMINICUS PANDULFUS a S. Gemino diœcesis Narniensis oppido provinciæ S.Francisci, Umbriæque Min. Conv. humaniorum studiorum amicus prælo commisit

Geminule Compendium Rhetoricæ, & Summularum Hieronymo Cardinali Columnæ dicatum. Romæ anno 1630. in 12. per Franciscum Corbelettum ex Franchino in Biblios. num. 178.

M M C L X I V.

JOANNES DONATUS CICONDELLI a S. Angelo in Vado, al. Tipherno Metaurensi urbe in Massa Trabaria, & ducatu Urbini, quem falso Toppius, & ex eo Joan. a S. Antonio Neapolitanum faciunt, Tertii Ord. S. Franc. Regul., & in oppido Serræ S. Quirici in Piceno Grammaticæ Magister edidit

Sermones, & Oratiunculas vulgares, & literales partim latine, & partim italice. Venetiis anno 1515. in 8. per Jordanum Rusconi, & antea Senis an. 1511. in 8., teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui & libri quædam capita *sermonum peregrinorum* recenset: ut *quædam carmina in laudem Gubernatoris provinciæ. Responsio Prætoris ad ingressum suæ præturæ. Oratio pro reformatione præturæ. Oratio, quando Prætor accipit, vel resignat sceptrum* &c. *Quædam interrogantiunculæ super Donatum declaratæ. Sensus vulgaris verbi activi, passivi, & impersonalis. Sensus vulgaris nominis positivi, comparativi, & superlativi* &c.

M M C L X V.

JOANNES DONATUS Jannutius a Spina aurea Apulus provinciæ S. Nicolai Min. Conv. cum Romæ in S. Bonav. Collegio studiis operam navaret, edidit

Orationem in exequiis Michaelis Principis Peretti ibi in Æde SS. XII. *Apostolorum die 26. Februar. an.* 1631. habitam, vulgatamque in *Collectione* pro dictis exequiis a P. M. Bonaventura Malvasia facta ibidem eodem anno typis Jacobi Mascardi in 4.

Fuit postea a Secretis Ordinis, mox Regens Neapoli, ubi obiit ex Theulo in Triumpho Seraphico. Alia etiam scripsisse ferunt, sed lucem minime aspexisse.

M M C L X V I. 1115.

JOANNES DOVETUS = Gotius provinciæ Franciæ, Custodiæque Remensis sac. Theo. *Baccalaureus* Opus inscripsit

Monotessaron Formalitatum tribus libris partitum, quod dicavit celeberrimo Doctori Theologo *H. M. N. Olivario de Fruncha* Ecclesiæ majoris Venetensis ecclesiasti facundissimo, ejusdemque *Conventus Guardiano* epist. data Parisiis an. 1579. Prodiit etiam Venetiis an. 1587. in 8. typis HH. Melchioris Sessæ; & in fronte Operis præmisit *epigramma*, in quo hæc habet:

„ Fontani libros præclaros Rhetoricorum
„ Excuses; Ciceronis Topicorum; Opera
„ Et Lyrici, quorum jam me lectura mane-
„ bat;
„ Istos cum studui exponere luminibus:

Quibus videtur, his Operibus etiam adlaborasse. In hujus libri laudem cecinere *Fr. Ægidius David* Baccalaureus epigrammate, & *Fr. Stephanus Rudon* Dinnanicus in sacris Bibliis Baccalaureus formatus Minoritæ endecasyllabis

Joannes a S. Antonio, qui hoc loco exscripsit Waddingum, adjunxit, edidisse eum etiam ex to. 1. Biblioth. Barberinæ pag. 355. *Anagrammata super nomen Augustum Christianissimi Regis Gallirum* Parisiis an. 1654. in 4. gallico idiomate; sed errorem irrepsisse ajo in Indicem præfatæ Bibliothecæ, aut alius *Joannes Dovet* fuit ab isto; nam iste, qui jam anno 1579. typis edebat, non est verisimile, pervenisse ad an. 1654., quo titulus *Christianissimi* collatus est Galliarum Regi.

M M C L X V I I.

JOANNES DE DUACO anno 1273. Parisiis *sermones* habuit, quorum unus num. 196. ms. habetur ibi in vetusto codice Bibliothecæ Sorbonicæ ex Echardo de Script. Ordin. Prædic. to. 1. pag. 386.

M M C L X V I I I. 1116.

JOANNES DUBLIULIUS = provinciæ Germaniæ inferioris Regul. Observ. Minister an. 1579., & Definitor *ex Statutis Parisien.* illius Ordinis eo anno editis, & publicatis. De eo & Lassor, Lipenius, & Joannes a S. Antonio.

.* JOANNES DUEGUE, quem ex August. Wite Joannes a S. Anton. in appendice adducit, est *Joannes Degue*, de quo Waddingus supra egit.

M M C L X I X. 1117.

JOANNES DE DUENNAS = Regul. Observ.

Speculi consolationis afflictorum secunda, & quarta pars seorsum prodiit Antuerpiæ an. 1551. in 8. typis Martini Nual, teste Joan. a S. Anton. Ex hispano idiomate latinum fecit *Fr. Joannes Degue* Gallus ejusdem Ordinis, & prælo commisit Parisiis an. 1582., ut habet Waddingus supra in *Joanne Degue*; gallice vero factum a Francisco Belleforesto cusum est Parisiis an. 1583. in 8. apud Gervasium Mallet, teste Nicolao Anton. to. 2. Biblioth. Hispan.

Remedium peccatorum, seu *Confessionarium* prodiit Pinciæ an. 1545., & 1546. in 4. apud Joannem de Villaquiran ex cit. Joan. a S. Anton. Addit memoratus autor Biblioth. Hispanæ e latino in hispanum idioma transtulisse

Speculum peccatoris S. Augustini hoc titulo: *Espejo del pecador, y tesoro del Alma* ad Joannam de Leiva Asturicæ Marchionissam. Pinciæ 1553. in 8. apud Sebastianum Martinez.

M M C L X X. 1118.

JOANNES DUNS SCOTUS = cognomento *Duns*, genere *Scotus* dictus ab Antonio Andreæ in fine Metaphys., & Gulielmo Forleon in proœmio Collectarii; & in valde antiquo ms. Florentinæ S.Crucis Bibliothecæ scam. 30. versus Eccles. cod. 344. in fol. legitur in fine: *Explicit liber 3. Subtilis Doctoris Fratris Johani Duns de Ordine Fratrum Mino-*

norum: & in fine *Tractatus de perfectione statuum* ms. ibidem scam. 35. cod. 413. versus Ecclesiam: *Explicit Dons de perfectione* &c. De eo Cornelius a Lapide in Sap. 7. v. 22. *Spiritus intelligentiæ subtilis*, ait: *Hunc subtilitatis spiritum in speculationis sapientia præ aliis communicavit Joanni Scoto Ordinis S. Francisci, qui illum ut suum in Theologia, & Philosophia Magistrum colit, & sequitur; unde vulgo vocatur Doctor Subtilis: a Scaligero exercit.324. vocatur lima veritatis: ab aliis cos ingeniorum, Philosophorum phenix, & inter Philosophos quidam deus: ab aliis subtilitatis miraculum, arcanorum Apollo, Seraphicæ Religionis columen, Sorbonæ gloria. Dubitat Cardanus lib. 16. de Subtil. quis subtilior, an Aristoteles, an Euclides, an Scotus? Porro hæc subtilitas partim ei naturalis fuit a subtilitate ingenii, qua excelluit; partim supernaturalis, opusque gratiæ, & Spiritus Sancti, cujus ipse utpote Religiosus fuit instrumentum, & organum. Unde Joannes Major in 4. dist. 38. quæst. 10. eum vocat humillimum, apostolicum, pauperrimum, imo summo Pontificatu dignum*: & D. Bernardus de Soria in Reportatis impressis Parisiis anno 1517. ita de eo canit:

Scotus adest fidei lampas, Christique Sybilla;
Interpresque Dei, castrum insuperabile veri:
Scriba Jovis, mundique oculus, conviva Tonantis,
Ingenii claro penetravit acumine cuncta.

Opus super IV. libros Senten. Magistri fratris Johannis Scoti, qui Doctor Subtilis nuncupatur, de provincia Yberniæ Ordinis Minorum incip. *Quæritur, utrum homini pro statu isto* &c. extabat olim Asisii 1. banco occid. ex Inventario veteri illius Biblioth. S. Franc. an. 1381. confecto: habetur nunc ms. pergam. in fol. valde antiquum in Archivo ejusdem sac. Conventus, in quo cod. vocatur *Jo. Duns Scotus*. Extat etiam Cæsenæ in Biblioth. S. Francisci, nec non Urbini olim in Ducali, nunc Vaticana ex Ind. apud Possevinum in fine Appar. sac. Denique extat ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus Eccles. num. 340. & seqq. in fol.; cod. 340. incipit: *Utrum homini pro statu isto sit necessarium* &c.: sed codex 342. incipit: *Cupientes aliquid* &c. *Circa prologum primi libri quæruntur 5., primum est de necessitate humanæ doctrinæ, utrum scilicet necessarium sit* &c. Secundus liber incipit: *Circa creationem* &c. *In hoc secundo tractat Magister de Deo quantum ad causalitatem* &c. Tertius incipit: *Circa Incarnationem quæro primo de possibilitate: utrum possibile fuerit* &c. Quartus incipit: *Samaritanus ille piissimus spoliatum videns hominem ab Jerusalem in Jerico descendentem* &c.; & solus hic liber habet prologum. *Expositio in quartum Senten.* scripta an. 1461. per Fr. Helfferium de Babenhusen ejusdem Ord. cod. 109. in fol. membran. Biblioth. S. Marci Ven. ex illius Indice pag. 69. *In primum Senten. scriptum Oxonien.* incip. prologus: *Circa prologum primi Sententiarum*: Quæstio prima incip. *Utrum homini pro statu isto* &c.: prodiit primo Venet. an. 1472. in fol. jussu, & sumptibus Antonii Bartholomæi Bononiensis *Antonii Trombettæ* Theologi Patavini Ord. Min. studio emendatum; de quo & Orlandus de Orig. & progres. Typographiæ parte 2. *Additiones in 1. Senten.* ibid. an.1477. in fol. ex Incunabul. Typographiæ. *In 2., & 3. Senten.* ibidem anno 1474. 1477., & 1478. in fol. typis Jo: de Colonia, & Jo: Manthen de Gherretzen. *In 2. Sentent.* Venetiis an. 1481. in 4. per Jo: de Colonia, & Nic. Jenson. *In 4. Sententiarum* impress. Norimbergæ an. 1481.; & 1493. in fol. ex cit. Orlando. Idem *Scriptum Oxoniense* recognovit, emendatumque edi curavit Gratianus Brixianus Minorita Patavini Gymnasii Theologus publicus Venetiis anno 1490. tomis 3. in fol. per Bernardinum Novariensem una cum *Quolibetis*, *Tractatu de primo principio*, ac *Tabula generali* solemnium Scoti propositionum ex omnibus fere ejus Operibus conflata. Mox Philippus Balneocaballensis ejusdem Instituti, Venetique Gymnasii Rector auctius margineis notis, & castigatius emisit ibidem anno 1497. per Bonetum Locatellum, & iterum anno 1503. in fol. per Bernardinum Vercellensem. Postea aliam editionem curavit Mauritius Hibernicus itidem Minorita ibidem anno 1506. in fol. per Simonem de Lucre; nec non Antonius de Fantis Tarvisinus Artium, ac Medicinæ Doctor, addito *Merimagno Scotico*, seu *Tabula generali*, multiplicique ibidem anno 1515. tomis 4. in 8. per Gregorium de Gregoriis; post quem Jo: Glarola Ordin. Min. Observ. castigatius, auctiusque *Collationibus* nunquam antea impressis anno 1517. literis apud Ticiuum datis fecit; quod prodiit & Lugduni anno 1520. in 8. typis Jacobi Myt; elegantioribus vero typis Venetiis per HH. Melchioris Sessæ an. 1580. to. 4. in 8. una cum *Quolibetis*, & *Collationibus*, ac Melchioris Flavii *Resolutionibus* Salvator Bartoluccius Asisias Minorita: nec non Paulinus Berti Erem. S. August. ibidem anno 1617. tomis 5. in 8. typis Jo: de Salis; pauloque post Hugo Cavellus Antuerpiæ vulgavit an. 1620. notis illustratum, præmissa Vita Scoti, & Apologia contra Bzovium typis Jo: Keerbergii: postremo Lugduni an. 1639. in fol. per Laurentium Durand cum *Commentariis* diversorum Waddingus, & socii Hibernenses. Thomas Bradwardinus Anglus, qui obiit anno 1349., de quo infra, in Opere *de causa Dei* contra Pelagianos lib. 3. cap. 52. citat Scotum in 1., & 2. Senten., & testatur, scripsisse eum *bis super Sententias*.

Reportationes Parisienses non incipiunt: *Circa prologum primi Senten.*, sed vera incipiunt: *Utrum Deus sub propria ratione deitatis* &c.: spuria vero, de quibus in *Anonymo incertæ regionis* CCCXCXI., incipiunt: *Utrum Deus sub ratione divinitatis*. Earum primum librum publicavit Bartholomæus Bellati Feltrensis Min. Conv. Bononiæ studii Theologici Regens an. 1478. ibidem per Joannem de Annunciata Augustanum in fol. ex cit. Orlando. *Reportata Parisiensia* incip. *Utrum Deus sub propria ratione*, idest vera, mss. olim extabant Ferrariæ in Bibliot. S. Franc. ex veteri illius Indice an. 1473. confecto pag. 21., & 70. Nunc liber 1. cum 2. ms. asservatur Romæ in Biblioth. Vaticana: 2. vero cum 4. etiam mss. ibidem extat in Biblioth. S. Francisci trans Tyberim; nam 3. desideratur, teste Waddingo in Censura dictorum *Reportatorum* edit. Lugdunen. 1639. Horum *Reportatorum* primus liber ms. habetur in Anglico Collegio Caji cum his versibus in fine:

Illud Opus scripsit Scotus, dum corpore vixit:
Parisiis dixit; & ob hoc sua fama revixit &c.,

teste ipsomet Waddingo, qui tamen erravit, dum

ait

ait, versus illos esse in fine *Scripti Oxoniensis*, quoniam *Reportata* Parisiis dixit, ideoque *Scriptam Parisiense* etiam dici solet; alterum vero *Oxoaiense*. Porro vera *Reportata* citantur ab antiquis omnibus usque ad annum 1518., quo spuria prodierunt, Gregorio Ariminen. quæst. 4. prologi 1. Senten. art. 1., ubi *Scoti* adducit *Leturam primam*, subde, Oxoniensem, & *Letaram Parisiensem*, quam paulo post vocat *Reportationes*; & d. 8. lib. 1. quæst. 1., & 3. art. 1. *Reportata Parisiensia*. Antonius Andreæ in 2. dist. 37. quæst. 1.; Petrus Aquilanus 1. d. 6. quæst. 1.; Gulielmus a Missali in Scoto contracto; Jo: Foxal Anglicus quæst. 9. Univers.; Gulielmus Vorilongus; Nicolaus de Orbellis; Gratianus Brixianus in *Tabala* generali Operum Scoti v. *Subjectum*, & *Volnntas*; Joannes Coloniensis quæst. 120. *Abbrev.*; Petrus Tataretus; Pelbartus Temiswar. in Ros. Theol. par. 1. v. *Poteatia* §. 2.; Mauritius Hibernicus; atque Antonius Trombetta, omnes *Reportatis* veris usi sunt.

Quodlibeta Scholastica a Thoma Penket Anglo castigata iterum prodierunt an. 1474. in fol. per Albertum de Stendalia; & Venetiis anno 1477. in fol. per Joannem de Colonia, & Joannem Manthen; & an. 1481. in 4. per Joan. de Colonia, & Nicolaum Jenson ex cit. Orlando: deinde fere semper cum *libris 4. Senten.* aliarum editionum proxime dictarum. Habentur autem mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. n. 345., & seqq. in fol., in Cæsenaten., Vaticanaque cum libris 4. Sententiarum, ut est dictum supra; nec non in Patavina S. Antonii, & Asisii apud nostros.

Collationes prodierunt primum opera Fr. Jo: Glarolæ Min. Observ. ex eius epistola an. 1517. data; iterumque recognitæ per Romulum Laurentianum Florentinum Theologum Ord. Servorum Papiæ an. 1517. in 8. per Jacobum de Burgo franco una cum *Quolibetis*, & *Marimagno Scat.* Antonii de Fantis; cujus & meminit Possevinus in Appar. sac. v. *Romulus Laurent.*; postea cum aliis Scoti libris Senten. Lugduni an. 1520. in 8. typis Jacobi Myt; iterumque castigatas cum 4. Sententiar. libris, ac Quolibetis vulgavit Venetiis Salvator Bartoluccius supramemoratus an. 1580., & tandem cum omnibus Scoti Operibus Lugduni an. 1639. Notare est autem ex supradicta *Tabula alphabetica Propositionum* Scoti a Gratiano Brixiano ex 4. *Sentea. libris*, *Reportatis*, *Quolibetis*, *Collationibus*, *de primo principio*, *Metaphysica*, aliisque *tractatibus* confecta, & præfixa *Scripto Oxoaien.* edit. 1490. 1497., & 1503., librum *Collatioanm* Scoti & plures habuisse *Collationes*, quam editæ legantur, & alio ordine dispositas eas fuisse: nam v. *lnx* hæc ibi legimus: *quod secundum habere in lumine medio inter lumen fidei, & lumen gratiæ potest esse scientia de credibilibus; & qaomodo improbatar*: *Collat.* XXXVIII.; etiam v. *essentia* adducuntur verba ex *Collat. quæst.* XXXVIII.; sed verba illa habentur in *Collatione* XXI. editarum.

Grammatica speculativa, seu *de modis significandi* ms. extat Romæ in Biblioth. S. Franc. trans Tyberim; prodiitque Venetiis an. 1499. in fol. per Simonem de Luere cura Mauritii Hibernici, & ibidem an. 1519., Parisiis vero anno 1605. in *Gymnasio speculativo* August. Gothutii clas. 4. in 8.; eamque citant veteres Joan. Foxal Anglicus, Gulielmus Vorilongus in 4. Senten. lib., & Gabriel Zerbius lib. 5. Metaphys. quæst. 8. In Catalogo librorum Conventus S. Crucis Min. Conv. Viennæ an. 1593. confecto, & Romæ apud SS. XII. Apostolos asservato pag. 44. legitur: *de modis significandi, seu summum speculum*. Plures autem hujusmodi Grammaticæ speculativæ editæ sunt: illa Scoti nomine impressa incipit: *quoniam quidem intelligere, & scire contingit in omni scientia ex cognitione principiorum* &c.; in eamque Comment. fecit *Fr. Antonius Brugnatea.* Episcopus, cognomine *Palietianus* Min. Conv. a Fr. August. Gothutio vulgatos an. 1604. ex Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 97. Alia *Grammatica speculativa* sine nomine autoris in fol. incipiens: *Secundam quod dicit Aristoteles in 1. cæli, & mundi: modicus error in principiis est magnus in effectibus* &c. *Primo quærendum est de inventione Grammaticæ* &c.: habetur ms. in nostra Asisiati Bibliotheca; & in illa S. Marci Ven. extat Opus *de modo significandi* incip. *Quum cujuslibet artificis essentialia* &c. sine nomine autoris cod. 488. inter Philologos, & Grammaticos cum aliis Opusculis, ut *Doctrinale*, *sive precepta grammaticalia cum commentariis* incip. *Scribere Clericulis paro doctinale aovellam* &c. & in fine extat: *Explicit doctrinale una cum Commento scripta in* MCCCCI., *& expletam in* MCCCCII. *die ultimo Decembri hora Vespertina in civitate Paduæ in Conventu Fratrum Servorum S. Mariæ*: de quo opere vide *Alexander de Villadei*.

In Organum Aristotelis quæstiones Scoti vulgavit Mauritius Hibernicus Venetiis an. 1508. in fol. per Bonetum Locatellum; mox & an. 1512. per Philippum Pincium; & 1520. per HH. Octaviani Scoti, & antea etiam an. 1500. per Simonem de Luere.

Elenchorum librum castigavit, & excudi curavit Oliverius Jontus e Monte Gallorum Artium, & Medicinæ Bononiæ Professor Venetiis an. 1499. in 4. per Jo: Hertzog, vocatque *sublime divini Scoti Opus*. Prodierat antea Venetiis anno 1493. ex libro tit. *Incunabula Typographiæ*.

Universam Scoti Logicam emendatam, notisque illustratam edidit Constantius Sarnanus Min. Conv. Venetiis an. 1583. in 8. per Franciscum de Franciscis; mox & anno 1586., & 1590., & 1610. per Anton. Turinum; postea castigatiorem emisit ibidem anno 1619. in 8. Antonius Roccus typis Antonii Juliani.

In Physicam Aristotelis 8. *libris* Scotum scripsisse testatur Salvator Bartoluccius in *Vita Scoti* 4. Senten. libris ejusdem Doctoris præfixa edit. Venet. 1580., & Damianus Giner Hispanus in Vita ejusdem Scoti anno 1593. præmissa Comment. in 4. Senten. Scoti, & 1598. Valentiæ vulgata to. 1. Præterea *Ja. Scoti Physica, seu de natura divisione* habetur ms. in Biblioth. Monasterii S. Michaelis in Periculo Maris ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1360. n. 197. Biblioth. mss. In *censura* tamen Waddingi Operi in *Physicam Aristotelis* apposita in edit. Lugdunen. an. 1639. dicitur inventum hoc Opus Neapoli in Biblioth. S. Laurentii Min. Conv. sub nomine *Marsilii Inguen*; quod se vidisse scribit & Bartholomæus Amicus Phys. Tractatu 5. q. 4. dub. 3.; etiam Antonius Roccus Marsus in præfat. ad 8. libros Physicorum Venet. an. 1653. editos perhibet, *quæstiones in 8. libros Physic.*, quæ sub Scoti nomine nuper vulgatæ fuerant, esse *Marsilii Inguen Nominalis*; cujus Opus jam Lugduni fue-

fuerat impressum an. 1513. a Joan. Marion ; Mastrius denique de Generat., & Corrupt. disput. 4. quæst. 3. numero 20. affirmat, banc *Physiram* sub nomine *Marsilii Inguen* extare apud nostros & Neapoli, & Bononiæ. Verum ea, quam ego Bononiæ vidi apud nostros excusam Venetiis anno 1521. in fol. per H'I. Octaviani Scoti aub nomine *Marsilii Ingnta* eura Augustini Montefalconii Erem. S. Augustini, incip. *Divina favente misericordia* &c.: quæ vero edita est anno 1617. in 4. Venetiis per Guerilium eum *Comment.* Francisci Pitigiani Minoritæ, & postea Lugduni 1639. incipit *Utrum de rebus naturalibus sit scientia*: nisi forte huic desit prologus; nam utramque conferre mihi non licuit. Marsilium autem hunc floruisse an. 1494. Heidelbergen. Gymnasio instituto, autor est Possevinus in Appar. sac.; tamen idem Possevinus in ipso Appar. an. 1602. completo v. *Jo. Duns Scotus* tradit hunc scripsisse *Commrnt. in* 8. *libris Physic.*, idque antequam typis ederetur sub ejusdem Scoti nomine: quare non est facile definire, an per errorem huic magis, quam illi sit Opus vendicatum.

Quæstiones in libros de anima incip. *Queritur utrum sensus tactus* &c. extabant olim Asisii 1. banco occid. ex memorato ejusdem Indice; habentur etiam Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 518. cum 4. *libris Srutcn.* ejusdem, & Urbini in Ducali Biblioth., nunc Vaticana; extant denique Patavii in Biblioth. S. Antonii una cum *Quolibetis*, *Quæstionibus in Metaphysicam*, & *libris in Scriptum Oxonien.* codex antiquiss., teste Ferchio in Discept. Scot. Prodierunt autem Venetiis an. 1517. in fol. per HH. Octaviani Scoti cura, ac studio Hieronymi Nucciarelli Romani; postea castigatiores, auctasque, & acholiis illustratas publicavit non Venetiis, ut ait Joan. a S. Anton., sed Lugduni Hugo Cavellus an. 1625. in 4., quæ iterum cusæ fuerunt Venetiis an. 1641. in 4. typis Marci Ginammi, præter Lugdunen. editionem anni 1639. Has citat Gulielmus Vorilongus in 2. dist. 3. q. 1., & Mauritius Hibernicus in notis ad Opera Scoti in 1. d. 17. q. 2., & de primo principio. Commentarios autem in eas egit Hugo Carbonellus Minorita Gallus an. 1620.

Tractatus de primo principio extabat in eodem cod. Asisien. citato *Quæstionum de anima* ex Indice; habetur etiam ms. Chamberii in Biblioth. S. Francisci, teste Ferchio in Apologia in Bzovium num. 411., citaturque a synchronis autoribus Petro Thomæ tract. de dist. prædicam., Jo. Canonico lib. 2. Physic. q. 3., Joan. Baccone 2. Senten. dist. 1. q. 2. art. 4., & Adamo Goddam lib. 1. Sent. d. 2.; typis autem prodiit anno 1490. Venetiis cura Gratiani Brixiani, ut supra dictum est, & postea ibidem pluries cum aliis Scoti Operibus studio etiam, & labore Mauritii Hibernici, nec non Hugonis Cavelli anno 1625. typis Marci Ginammi; & tandem Lugduni an. 1639.

Theoremata citantur ab ipsomet Scoto in *Tractatu de primo principio* cap. 4. concl. 10., & a Joan. Canonico lib. 1. Physic. q. 3.; prodierunt autem Venetiis an. 1497., & 1499. apud Joan. Hertzog studio Mauritii Hibernici, & alias pluries fere semper cum tractatu *de primo principio*, uti anno 1514. Venetiis apud Lazarum Soardum, & ibidem an. 1625. per Marcum Ginammum studio Hugonis Cavelli; tandemque Lugduni an. 1639.: quorum initium est: *Intellectionem intelligibile prærdit*: non autem: *Tertio priaripalitrr eirea dicta Dortoris*, ut ait Waddingua; id enim est initium *Commentarii* Mauritii Hibernici super iisdem Theorematibus.

Expositionem in Metaphysiram Aristotelis Scotum edidisse, Opusque autographum Dunfrisii in Scotia asservatum furore Knosii Bibliothecas omnes catholicas in Scotia concremantis periisse scribit Thomas Dempsterus apud Ferchium in Vita Scoti n. 40., & in Discuss. Scot. de Comment. Metaphys. n. 2., ipseque Scotus eam citat in 4. dist. 11. q. 3., & creuro in suis Quæstion. Metaphysic.; quæ vero sub ejus nomine pluriea impressa legitur, *Antonii Andreæ* esse evincunt ea, quæ attulit Matthæus Ferchius in *Disruss. Scot.*, & quæ dixi supra in *Antonio Andrea*, qui & ipse citat Scoti *Expositionem Metaphysir.* lib. de sex Principiis cap. *de habitu*.

Quæstionrs librorum 9. Metaphysires Aristotelis mss. dupl. extant Florentiæ in Biblioth. S. Crucia scam. 30. versus Ecclesiam num. 346. in fol. post *Quolibeta*, & num. 348.; cod. 345. desinit in quæstione: *Utrum differentia, quam assignat Aristoteles inter potentiat rationales, & irrationales, sit conveniens*: & in verbis: *assignantis differentiam prædietam*; sed codex 348. interpolatus, mancusque maxime in fine apparet. *Quæstiones in Metaphysiram* habentur etiam mss. Patavii in Biblioth. S. Antonii, ut dictum est paulo ante, easque citat autor auppar, ac discipulus Joan. de Janduno lib. 7. cap. 1., Scoti tamen nomine suppresso, quod tamen expressit alius autor suppar Petrus Aquilanus dictus *Scotellus* in 3. dist. 8. q. 1. Prodierunt autem primum Venetiis anno 1497. in fol. studio Mauritii Hibernici una cum tractatibus *de primo principio*, & *Theortmatum* Scoti; mox & ibidem an. 1499.; postmodum anno 1505. prodierunt *quæstionrs in* 10., & 12. *librum* seorsum per Simonem de Luere in fol.; in *librum* enim XI. *quæstiones* forsan perierunt, vel adhuc latent; si quidem fatetur cit. Mauritius in prologo ad has Quæstionea, in aliquibus codd. mss. haberi *quæstiones* ad aingulos 12. *libros*; cur igitus eas omnes ipse non ediderit, aut illas non vidit, aut habere non potuit: nam etiam Hugo Cavellus an. 1625. Venetis typis Marci Ginammi publicavit tantum *quæstionet in 9. libros* in fol. eum suis Scholiis; Waddingus tamen an. 1639. in edit. Lugdunen. in omnes 12. libros, excepto XI., ipsas quæstiones publici juris fecit. Certe autor *Quæstionum abbreviatarum Scoti* Joannes Coloniensis supra relatus in indice num. 407. al. 401. habet: *Utrum unum, & multa opponantur ut contraria ex Metaphys. lib.* X. *quæst.* 2.; & num. 200. al. 189. *Utrum generatio, & corruptio sit mutatio successiva ex Metaphys. lib.* XI. *quæst.* 1.; num. vero 32. al. 41. *Utrum Angelus moveat cælum effective ex Metaphys. lib.* XII. *quæst.* 2. Sed & Gabriel Zerbius autor antiquus in sua Metaphysices expositione Sixto IV. dicata testatur, Scotum in omnes 12. libros Metaphys. *Quæstiones* conscripsisse, cum ibi eas sæpe citet usque ad XII. librum, verbaque etiam interdum adducat, qui tamen lib. 2. quæst. 23. §. *Propter primum* admonet his verbis: *Considerandum tamen diligenter circa determinata in hoc* XII., *& determinanda, quod series determinationum adductarum in quæstionibus Sro. super isto* 12. *non videtur conformis modo procedendi ejus-* dem

dem in aliis libris, ut patet caique exercitato in doctrina ejus: qaare judicandum pato, quod quæstiones, quæ communiter reperiantur saper XII. *libro ia Metaphys. Scoti, vel ab eo non saat editæ, vel si eas composait, doctrinam secutas est communem: quod facile est videre propter dissimilem modum procedeadi, & verborum diversitatem*. Has plane quæstiones vulnus aecepisse temporum excursu, hinc elicio, quod cit. Joannes Colonien. in Quæstion. abbrev. Scoti indice num. 222., al. 219. habet: *Vtrum ia immobilibas sit causa efficiens, & finalis* ex Sco. *Metaphys. lib. 3. quæst. prima*; & num. 221. al. 194. *Vtrum genus prædicetur per se de differentia ex Metaphys. lib. 3. qaæst.* 2.; at in editis Quæstion. Metaphys. Scoti lib. 3. una tantum quæstio legitur: *Vtrum genus prædicatur per se de differeatia*; altera desideratur, quarum utræque constant 3. librum Quæstionum Metaphys. *Aatoaii Andreæ*. Scotus ipse in 4. quæst. libri 5. Metaphys. videtur citasse quæst. 3. lib. 3., quæ quidem non extat, dum inquit: *hoc confirmatur per illad tertii hujus quæst. 3. unum namero dicere, aat singalare, nihil differt*: & Lucius Paulus Rosellus Patavinus Doctor in notis margineis ad quæst. 8. libri x. Metaphys. Joannis de Janduno, quam vulgavit Venetiis an. 1525. ad §. *Notandum* ait: *ista fuit glossa Sabtilis Scoti in 5. suæ Metaphys.*; *omne ens omni eati comparatam aat est idem, aut diversum; aut est identitas, aut diversitas*: quæ verba in lib. 5. Metaphys. Scoti invenire non potui. Similiter Gratianus Brixianus in *Tabula generali* propositionum Scoti, quam paulo ante dixi præmisisse eum 4. Senten. libris an. 1490. alphabetice, v. *cognitio*; *denominatio*; *differeatia*; *forma*; *movere*; *potentia* quæstiones quasdam adducit ex *Quæstion. Metaphys.* Scoti, quæ parum mihi cum editis cohærere videntur. Daniel Meyer in decisione quæstionis 41. ait, se quæstionem eam, quæ in 1. edit. est 32., in nullo Opere Scoti invenire potuisse; ideo quod typis non viderit nisi *9. quæstionum libros* Metaphys. anno 1497. editos. In decisione qq. 189., quæ in edit. 1. est 200., & 219., quæ in 2. edit. est 222., atque 405., quæ in 1. edit. est 407., ait eas Scotum non ponere, sed primam haberi ex lib. 2. Metaphys. Antonii Andreæ quæst. 2., & tertiam ex lib. 10. ejusdem; quia non vidit lib. XI. Metaphys. Scoti, ut Joannes Colonien. viderat, qui & ex Scoti Metaphys. libro 3. quæst. 1. accepit quæstionem 219. al. 222., & quæstionem 401. al. 407. ex lib. 10. quæst. 2. Sed & in decis. quæst. 194., in 2. edit. 221., ait eam ponere Scotum lib. 3. Metaphys. quæst. unica; eum Jo: Colonien. dicat ex quæst. 2. lib. 3.

Tractatum de paupertate Christi, & Apostolorum Scotum scripsisse tradit quidem autor *Firmameati triam Ordiaam* in fine *Defensorii Ocham*; sed falsum est, eum *tractatum* ibi haberi, & forsan aut non extat; aut idem est eum tractatu de *Perfectione statuum*; aut ad eum non pertinet; plures enim fuerunt ex Scotia Fratres hujus nominis Ord. Minor., & *controversia de paupertate Christi* orta est primum anno 1321. longe post obitum *Doctoris Sabtilis*.

Tractatas de perfectione stataum habetur ms. etiam in Oxoniensi Biblioth. Collegii Mertonensis ex to. 2. Biblioth. Bodlej par. 2. cod. 532.; & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis ms. scam. 35. versus Eccles. cod. 413. in 4. post tractatus *Congregtoa*, & *Pekau* de perfectione Evangel., incipitque: *Qaod statas Prælatorum Ecclesiasticorum præsuppoait altum* &c.: & in fine: *Explicit Dous de perfectione* &c.: *cajas animu requescat ia pace, & in aterna gloria. Amen*. Opusculum ejusdem argumenti confecisse *Hugonem Prateasem Punzeram*, ipsumque penes se ms. habuisse scribit Waddingus supra de eo agens.

Tractatus de creditis, qui perperam inter *Theorematu* collocatus legitur, estque *cap.* 14. 15. & 16. eorumdem Theorematum; & de quo Mauritius Hibernicus in *annotat.* ad illud cap. 14. dubitavit, an ille *tractatus* seorsum collocari deberet, eum intelligeret, nihil ferme connexionis habere cum *Theorematis*; reliquitque nihilo secius, vel immiscuit primus eisdem Theorematis, & hucusque inter illa invenitur; est in futuris editionibus segregandus: nam ipsemet Scotus in tract. de primo principio cap. 4. concl. 9. citat hunc suum *tractatum de creditis* veluti distinctum a *Theorematis*, quæ ibidem ipse adducit concl. 10., & etiam Gabriel Zerbius lib. 3. Metaphys. quæst. 3., & alibi non semel Scoti *Theoremata* citat; lib. vero 12. quæst. 11., & 20. §. *propter tertiam* profert *tractatum de creditis*.

Quæstiones miscellaneæ = In suprememorata *Tabula generali* Gratiani Brixiani super Operibus Scoti v. *æqualitas* habetur: *Quomodo æqualia fundamenta erunt duo æqualia puta alba. Iac. qaæst.* XII. Item *quomodo fundari potest ista æqualitas super duo alba: ibidem art.* 1. Item v. *memoria* legitur: *quod memoria secundum quod dicit quidquid pertinet ad primam partem imaginis, comprehendit aoa solam primum actum intellectus, sed etiam primum actam voluatatis. Iac. qaæst. 1. art. 1.* Item v. *perfectio* quæritur: *utrum perfectiones creaturarum virtualiter contentæ in essentia divina, secundum quod habent ibi esse proprium, & distinctam inter se, & ab essentia, præcedant rationes ideales. Iac. quæst. 6.* Et etiam v. *volantas* extant hæc: *utrum supposito, quod volantas sit activa, & passiva respectu actas activi, & passivi, fundetur super eamdem rem, vel saper aliam. Iac. quæst.* 16.; nempe propositiones desumptæ ex *tractata Iac.*

Commeat. ia Evangelium secaadam Matthæam ex to. 2. Biblioth. Bodlej fol. 20.

Commeat. super Epistolas Pauli incip. *Circa Epistolam Pauli ad Romanos*, ex Possevino in Appar. sac.; cujus fragmentum valde eruditum, ac sensu profundum, sed obscurum, ac tenebricosum testatur se legisse Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ.

Comment. in Apocalypsim ex to. 2. Biblioth. Bodlej fol. 70.

Postilla, seu Comment. *Jo. Duns Scoti Doctoris Subtilis Ord. Mia. ia Cantit. Canticor.* incip. *Osculetar me osculo oris sai. Hæc est vox Synagogæ* &c. decem libris conclusa prodiit anno 164 . . cura *Fr. Pauli Reatini* Regul. Observ. Lectoris Generalis in fol. Vidi Opus Romæ apud nostros sine anno, & loco editionis, utpote mancum in principio; cusum tamen cernitur sub Innocentio X.

Quæstio super prologam valde notabilis pro stabili firmamento fidei catholicæ Ecclesiæ ex to. 2. Biblioth. Bodlej fol. 41.

Tractatus de cognitione Dei ex Trithemio, & Pitseo, qui ex Possevino in Appara. sac. incipit: *Quia summu nobis*.

Scoti Duns Joannis Ord. Min. tractutus de Spiri-

ritus Sancti processione adversus Græcos in 4., & alia græce ms. habetur Taurini in Biblioth. Regia ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1401.; sed reor esse Opera Joan. Scoti Erigeni

De restitutione rerum ablatarum Scoti ms. extat Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 3. cod. 7. post nonnullos *tractatus Francisci Mayroni* ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 249., nisi sit error scribæ.

Disputatio Scoti super artem alchimiæ habetur ms. Parisiis in Regia Biblioth. cod. 64. olim Biblioth. Colbertinæ una cum *Raymundi Lulli*, aliorumque de hac materia tractatibus ex cit. Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 781.

Discipulis Scoti adnumerantur etiam *Nicolaus Bonetus Doctor proficuus* ex Gulielmo Vorilongo in 2. Senten. d. 3., ac *Anfridus*, seu *Gaufredus Conterius* Brito ex eod. in 4. dist. 45., & *Joannes Scorps* Anglus juxta Jacobum Philippum Bergomen. lib. 13. sub an. 1302. Supplementi anno 1486. editi, qui & *Gualterum Burleum*, & *Joan. Jandunum* illis accenset; *atque alios quamplurimos, quorum ingeniis mirum in modum Philosophia crevit*, inquit ille: iisque adjungi potest *Petrus Thomæ* dictus Doctor *Invincibilis*, de quo suo loco agetur; nec non *Jacobus Asculanus* dictus *Doctor Profundus*, de quo jam dictum est.

Coævi scriptores, qui eum citare cœperunt, sunt Joannes Andreæ J. C. clarissimus Bonon. de summa Trinit., & Fide cathol. in Clemen. 1., Guido de Monterocheri Gallus par. 2. *Manipuli Curatorum* cap. 4. tract. 4., aliique plures ex suis, exterisque Doctoribus; primus vero, qui in eum calamum strinxisse legatur, fuit Thomas Anglicus Ord. Prædic. eo tempore in vivis degens; cujus *Liber propugnatorius super 1. Sententiar. contra Jo: Scotum Ord. Minor.* prodiit primo Vicentiæ in fol. an. 1485. absque nomine Typographi

Exteri, qui aut partim, aut omnino Scoti doctrinam, & Opera illustrarunt, aut suspexerunt, omnium primus occurrit Gualterus *Burleus*, qui in Scoti Logicam Comment. egit, teste Possevino in Appar. sac. v. *Gualterus Burleus*. Thomas Penket Anglus Erem. S. Aug. *Lectiones ad Scotum* edidit; cujus adeo studiosus fuit, ut ejus Opera memoria optime teneret, inquit æqualis autor ejusdem Instituti Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Histor. lib. 15. sub anno 1483., & Possevinus in Appar. sac. v. *Thomas Penket*. *Joannes Lopis* Hispanus Valentinus vulgavit *Speculum Formalitatum Scoti* an. 1505. Neapoli typis Sigismundi Meyer: erat Medicinæ, & Theologiæ Doctor ex Nicolao Anton. to. 2. Biblioth. Hispan. *Pompelianus Cæsarensis Scotista acutissimus* dicitur initio Lecturæ Pauli Scriptoris in lib. Senten. Scoti an. 1506. Carpi editæ, ubi & ejus *decastichon* in laudem Scriptoris habetur. *Jacobus Almainus* Gallus Senonensis scripsit ad mentem Scoti in 4. Senten. librum à 14. distin. usque ad 37. editum Paris. an. 1526. per Claudium Chevallon in 8., extatque Bononiæ in Biblioth. S. Franc. *Joannes de Magistris* Ven. 1487., & *Petrus Tataretus* Doctores Parisienses in verba Scoti jurarunt; alter in totam Philosophiam, alter vero in universam & Philosophiam, & Theologiam Commentarios ediderunt. *Dominicus Grimanus* vir doctissimus S. R. E. Cardinalis Episc. Portuen. & Patriar. Aquilejen. in libros Senten. Scoti Comment. scripsit, teste Anton. Trombetta in epist. ad eum data, Quæstionibusque Metaphys. ipsi anno 1502. dicatis præmissa. *Martinus Molenfelt* Livonus composuit in via Scoti *Tractatum obligatoriorum*, qui prodiit Basileæ in fine tractatuum Logicæ, & Philosophiæ Petri Tatareti in fol. *Sebastianus Baduarius* V. Cl. Venetorum Senator adeo sub disciplina *Pauli Pergulensis* Philosophi clarissimi profecit, ut ejus Magister testaretur, neminem suo tempore extitisse, qui *in doctrina Joan. Scoti Doctoris Subtilis, & Francisci Mayroni eum antecelleret*, uti narrat Nicoletus Vernias Theatinus Philosophus Patavinus in epist. ad eum data, præfixaque Physicorum libris Gualterii Burlei, quos ipse Venetiis an. 1482., & 1491. publicavit. *Antonius Roccus* Marsus Doctor Philosophus, Teologusque Venetæ Academiæ universam Philosophiam ad mentem Scoti vulgavit Venetiis an. 1623. *Joannes Sharpe* Anglus circa finem seculi XIV. scripsit in *Quolibeta Scoti*, teste Possevino in Appar. sac. v. *Jon. Sharpe*. *Joannes Aquabella* Ferrarien. Ord. Servor. B. V. Theologus, sui Ordinis Prior, seu Vicarius Generalis, & an. 1455. Collegio Theologorum suæ patriæ cooptatus, doctrinæ Scoticæ propugnator acerrimus fuit ex August. Superbo in Appar. Illustri Ferrarien. par. 1. *Stephanus de Flandria* ejusdem Ordinis vir magnæ doctrinæ edidit *Logicam*, & *Quæstionem de Subjecto, ac propria passione* ad mentem Scoti an. circiter 1495. cusam, quæ extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. *Angelus* etiam *Aretinus* ejusdem Ord. Servorum Prior Generalis extitit Scoti acutus interpres ex Jacobi Comitis Purliliarum epist. lib. 6. ad Franciscum Marcellum, & alia Anton. de Fantis ad ipsum anno 1513. suo *Marimagno* Scotico præmissa; & *Gasparinus Borrus* Venetus pariter Ord. Servor. *in Magistr. Senten.* juxta mentem Scoti scripsit, testimonio Possevini in Appar. sac. ex Francisco Sansovino, idque circa annum 1476. *Gabriel Zerbius* Veronensis Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor an. 1482. *Metaphysicam* Bononiæ publicavit magis ex Scoto, quam ex aliis explicatam; & ad calcem adjecit *Tractatum de distinctionibus* ex Theorem. Scoti. *Romulus Laurentianus* Florentinus pariter Ord. Servor. Theologus illustris, & acutus in Ticinensi Academia *Dialecticam* juxta mentem Scoti explicavit, docuitque circa annum 1520. ex Cerrachino in Fastis Theologicis Florent. Collegii. *Leonardus* item *Nugarolus* Veronen. patritius, & Vicentinus Theologus, Philosophusque, necnon Protonotarius Apostolicus elucubravit in via Scoti *tractatum de beatitudine* Vicentiæ impress. an. 1485., cujus in principio Scotum vocat suum singularissimum Magistrum. *Joannes Rhetorfortis*, vulgo Rutherford Scotus Glascuensis sodalis olim Georgii Buchanani Conimbricæ in Lusitania edidit *Collationem D. Thomæ Aquinatis, & Scoti*, teste Thoma Dempstero Histor. Eccles. Scot. lib. 16. num. 169., qui addit eo Opere *nihil laboriosius, aut doctius*. *Joannes Baptista Mantuanus* Carmelita clarissimus, Theologus, & poeta edidit *Introductorium Subtilis Scoti* lib. 1. ex Trithemio apud Petrum Lucium in Biblioth. Carmel., & longe ante *Joan. Gerson* in 2. lectione Consider. sanct. scripserat de Scoto: *Placuit hujus Doctoris inter ceteros meminisse, dum hæc loquor, magis monitione doctrinali, quam subtili inquisitione: quoniam ipse Doctor non singularitate contentiosa vinceudi, sed humilitate concordandi uti mihi visus est*. *Gregorius* item *Pomaraureus* Episcopus Larinensis

sis edidit Comment. *in Magistrum Senten.* juxta mentem Scoti seculo præcedenti, uti literis mandavit & Bartholomæus Mastrius in Vita Scoti Logicæ suæ præfixa; quibus accedat *Gulielmus Camerarius* Presbyter Congregat. Oratorii D. J. C. Doctor Parisiensis an. 1630. suis Disputat. Philosoph. Parisiis excusis. *Antonius Contarenus* Patriarcha Venetus, & *Christophorus Marcellus* Archiepiscopus Corcyrensis nobiles Scotistæ ex literis Antonii de Fantis ad eos *Tabulæ generali* Operum Scoti præfixis. *Antonius* ipse *de Fantis* Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor quam Scoto addictus fuerit, memorata *Tabula* generalis fidem sine dubio facit. *Joannes Quintana* Aragonius Prior Sorbonicus, & Caroli V. a sacris Confessionibus, qui an. 1533. Dietæ Ratispon. interfuit ex Simone Fontano Hist. lib. 13., doctrinæ Scoti clarus interpres fuit, ut ex epist. Alphonsi a Villasancta, quæ in fronte libri Senten. Gulielmi Rubion an. 1518. Paris. editi habetur, innotescit; uti & *Jo. Montesdoca* Hispanus Carpi sub Alberto Pio Principe an. 1500. stipendio ductus, ut habent ejus literæ Comment. Gratiani Brixiani in 2. Senten. librum præfixæ; nec non *Lucas Petroschi* in Universit. Cracoviensi initio seculi XVII. ex Franchino in Biblioso. pag. 88. *Hieronymus* vero *ab Augesto* Scotista inclitus, qui edidit *de formæ, & materiæ proprietat.*, teste Bartholomæo Mastrio de Gener., & Corrupt. disput. 1. quæst. 2. art. 1., & de Meteoris disput. 4. quæst. 3. art. 2. num. 74., atque disput. 3. quæst. 3. n. 50. *Joan. Savius* Venetus extitit Scotista vehemens, testimonio Matthæi Ferchii Patavini Theologi in Apologia contra Jovium lib. 3. cap. 32. *Michael Apostolius* Græcus sub Friderico III. Imper. scripsit *Responsionem* ad eos, qui Occidentales in primis *Scotum* Orientalibus præcellere dixerunt in Philosophia, & Theologia; quam extare ms. græce in Biblioth. Heidelbergen. adnotavit Possevinus in Catalogo Biblioth. mss. in fine Appar. sac. Et quidem *Petrus Marsus* in proœmio libror. Ciceronis de Officiis *Scotum* appellat *omnium Theologorum acutissimum*; *Julius* vero *Cæsar Scaliger* in Exercit. inter ingenia hominum acutissima præcipua dixit Aristotelem, & Scotum: ejus acumen laudat etiam *Joannes Morinus* de Sacramento Pænitentiæ lib. 3. cap. 10. num. 14., & seqq. *Hieronymus Cardanus* lib. 16. de Subtilit. Scotum inter 12. Viros ingenio excellentes recenset. *Augustinus Niphius* Suessanus celeberrimus Philosophus in Metaphysices præfatione Scotum dicit *recensiorum Metaphysicorum principem*: & *Petrus Pomponatius* Mantuanus de immortalitate animæ cap. 15. *omnium subtilissimum, inque primis religiosissimum*: a *Symphoriano Champerio* in Galenum lib. 1. cap. 5. *quasi quidam christianus Plato*; nec ejus laudes tacuit *Rodulphus Agricola* lib. 2. de Invent. cap. 15.; *Dux invictissimus* ab *Oliverio Jonto* Bononiæ Philosophiæ ac Medicinæ Professore in præfat. ad libros Elenchorum Ven. 1499. excusos; *Theologiæ princeps, & monarcha* a *Dominico Bollano* Doctore Philosopho in epist. ad Nicolaum Marcellum tractatui suo de Conceptione V. M. præmissa. *Hieronymus de Ferrariis Fantonus* Ord. Prædicat. Ferrarien. Inquisitor hæreticæ pravitatis *Repertorium* locupletissimum tam libror. Sentent., quam Quolibet. Scoti composuit, quod prodiit Venetiis an. 1588. in 4. apud Melchiorem Sessam opera Fr. Julii Hyssopii ejusdem Ord. Prædicat. Lectoris Patavini. *Michael Oyerus* S. T. M. Ordin. S. Augustini *Panegyricam orationem* in laudem sapientiæ, & sanctimoniæ vitæ Scoti composuit ab Universit. Lovanien., & Duacen., ubi & vulgata typis fuit, approbatam.

Subtilis Doctoris titulo cohonestarunt Joan. de *Janduno* lib. 2. Physic. quæst. 6., Robertus *Holkot* Ord. Prædic. in lib. Sapien. cap. 17. lect. 189., & Joan. *Baconus* Carmelita in 1. dist. 4. quæst. 1. art. 2., Gulielmus *Rubion* in 1. dist. 8., Joan. *Canonicus*, Gulielmus *Okam*, Franciscus *Mayronus*, Petrus *Aquilanus*, Antonius *Andreæ* &c.

Petrus *Virgilius* Cassianus Minorita Conven. an. 1649. publicavit apparentes in *universam Philosophiam* Scoti *contradictiones*, & Paduanus *Grassus* Barlettanus anno 1544. Enchiridion Scholasticum *Contradictionum Quolibetalium*: Jacobus *Pierius* anno 1521. notavit *Contradictiones in 1. & 2. Senten.*, & Jacobinus *Bargius* an. 1560. in 1. Senten. 131., quæ videntur, *contradictiones* declaravit, jurisque publici fecit, præter illas Guidi *Bartolucci*, quæ vulgatæ leguntur in edit. Lugdun. an. 1639. Operum Scoti, ubi & ceteræ *contradictiones* dissolutæ, & explicatæ publicari poterant.

Rumor, vel potius error, *Scotum* obiisse apoplexia, ortus est ex illo epigrammate

„ Tempora post Christi propria dulcedine
„ lethum
„ Venit atrox raptim carcere composito:

quasi raptus sit ad tumulum ob apoplexiam; cum adverbium *raptim* ætatem denotet, non modum mortis, ut in primo ejus antiquiori epitaphio: *in teneris annis fuit*: nempe juvenis obiit, & morte in ætate tenera, veloci, & immatura adveniente; deinde illud epigramma conditum est in 3. translatione, seu revisione ossium Scoti sub Sixto IV., in duobus antiquioribus epitaphiis nihil de morte subitanea oletur. Ubi vero ex hac vita migravit Scotus, sepultus est *ad introitum Sacristiæ*, inquit Gotifredus Monachus S. Pantaleonis Hist. Colonien., & Trithemius in Chronico Hirsaugiensi cum epitaphio: *Clauditur hic rivus, fons Ecclesiæ, via, vivus* &c. Anno vero 1387., vel circiter translatum est ejus corpus ad medium Chori sub nola, additique versus: *Hic Lector Scotus Subtilis sit bene notus* &c.: Carmen enim leoninum intra seculum XIV. regnavit simul, & cessavit etiam. Postmodum sub Sixto IV. circa an. 1476. recognitum est ejus sepulchrum, atque ossa; & adjectum epitaphium: *Parisius plora, mæstis incede lacertis* &c.: & alterum: *Doctor Subtilis solvens sua lustra Joannes* &c.: iterum an. 1509. ossium recognitio facta est, & translatio, additique versus: *Ante oculos saxum Doctorem deprimit ingens* &c.; alia anno 1619., & tandem altera anno 1642. De quibus agitur in Annal. Min., excepta secunda, & ultima; de qua secunda loquitur Chronicon Colonien. ab A. Milmano an. 1499. editum. De hujus Viri *cultu* immemorabili non solum a domesticis, sed & ab exteris ipsi præstito multa collegit, disseritque Arturus in Martyrol. Franciscano ad diem 8. Novembr. §. 10. & 12., & nuper Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth. Franciscanæ fol. 153., qui & pag. 455. recensens *Elucidatores* ejus Operum nec patria, nec Instituto conjunctos, etsi non omnes, memorat etiam *Cælestinum Hermun* Ord. S. Benedicti, qui edidit *Theologiam selectam Scotisticam* tomis 3. in 4. Augustæ Vindelicor. an. 1720. typis Joan. Jacobi Lotteri; additque *Joannem a Ribera* Hispa-

Hispanum Soc. Jesu Salmanticensis Collegii alumnum *Panegyrim* in ejusdem Scoti laudem versibus latinis eondidisse incip. *Subtilem qua plectra nrem* &c.; quam ms. penes se habuisse scribit loco cit.; aliamque prosa *Stephanum Broelmem* Lovauien. Academiæ Doctorem, & Lectorem quam sæpissime laudatam a Samaniego in ejus Vita.

Asisii sub parva ænea imagine *Jo. Scoti* posita ad partem dexteram muri ingressus in Sacrarium Ecclesiæ S. Francisci legitur hæc marmorea inscriptio:

D. O. M.

„ Rmo P. M. Jo: Baptista Larinate univ. Ord. S.
„ F. M. C. Generale spectatiss. Subtilium principis hoc æneum simulacrum vetusta manu elaboratum Ad. R. P. M. Albert. Regula Bitunt. in
„ prov. Barii inter Carm. P. Defin., ac Scoticæ
„ doct. Profes. huic sac. Assis. Basil. tanquam totius Seraph. Relig. capiti devotion. erg. dono
„ dedit. F. Bonav. Velitern. Sec. Ord. grati animi signum pos. benemer. id. Feb. M. DCXXXVII.

MMCLXXI.

JOANNES DURELLE Gallus edidit typis, ut est apud Bibliographiam Anissonianam, & Catalogum libror. Theologicor. Genuæ an. 1725. excusum

Dialertirhoteam, seu, *Dialerticam supernaturalem*. Lugduni 1628. in 8. De eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCLXXII. 1119.

JOANNES E DUREN = *Durandus*, & *Duren* dicitur a Rodulphio; quem an. 1468. vixisse tradit Eisengrenius apud Possevinum; sed Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 2. cap. 22. ex Trithemio, Mariano, & Monum. Ord. Min. ait elaruisse sub Eugenio IV. circa an. 1445. Ex Trithemio ejus Operum

Quadragesimale incipit: *Sanrtificate jejuninm*.

De VII. *perratis mortalibus* incipit: *Cum Confessor idoneus*.

De orrultis vitiis incipit: *Est via, qua videtur*. Subdit idem Trithemius, alia quoque eum scripsisse, quæ ad ejus notitiam non venerunt.

MMCLXXIII. 1120.

JOANNES EDÆUS = de cujus Vita, & eruditione scripsit Joleslæus de Viris Illustribus, ex quo Antonius Melissanus in Supplem. Annal. Min. ad an. 1406. num. 2.

Fascitulum morum eitat autor *Magni Speculi Exemplorum* anno circiter 1480. elucubrati dist. 9. exemp. 50., & 206. Habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. versus Eccles. eod. 408. in 8. sine nomine autoris, & cum titulo *Quadriga* in frontispicio exteriori, de quo disserui in *Bertrando a Turre*, & in cujus fine extat *Opusculum* morale alphabetice dispositum incipiens: *Abstinentia triplex est speries: prima ciborum, & potunm moderatio* &c.: eumque frequens sit autor in exemplis Anglorum, forsan ad hunc pertinet, illudque est, quod Waddingus inscribit: *Fascicnlus virtutum, & vitiorum*. *V. Bertrandus a Turre*.

Possevinus in Appar. sac. huic attribuit *Lexicon Originalium*; sed forte hunc cum *Joanne* de Erfordia confundit, nisi & hic ediderit idem argumentum; nam in Biblioth. S. Crucis Florentina scam. 28. versus claustrum num. 274. habetur codex membr. vetus ms. in 4. sine nomine autoris magnæ molis ita inscriptus: *Incipit Tabula Originalium de quibusdam communibus vorabulis per alphabetum farta diversis voluminibus, & libris autentiris compilata*: incipitque alphabetice: *Abrenunciatio terrenorum*. *Vocabulum* 1. *Johañes Cass. in Collat. Abbatis Moysi* &c.; cujus in prima litera depictus cernitur *Frater Minorita*; finitque Opus in vocabulo *Zizania*: videtur igitur Opus Minoritæ. Sunt autem *Vorabula* num. 445., quorum ultimis octo factum est *additamentum*. Post tabulam ante Opus habentur hi versus loco prologi: *Regia majestas pie suscipe quod dat egestas = Hunc difficultas pressit, quem jam premit atas* &c. Num *Philippi de Alemania*, de quo infra?

MMCLXXIV. 1121.

JOANNES DE ERFORDIA = in Thuringia, quæ spectat ad provinciam Saxoniæ, cujus Thuringia est XII. Custodia; atque modo *Joannes de Erfordia*, modo *Joannes de Saxonia* appellatur, ex uno duo effecti sunt; etenim in sæpe cit. Inventario Biblioth. Asisien. S. Francisci an. 1381. confecto *Tabula juris*, quæ adscribitur *Joanni Saxoni*, legitur esse *Fr. Joannis Lertoris de Elphordia provinciæ Saxonia*; & *Summa Confessorum*, quæ ejusdem est Opus, dicitur ibidem esse *Joannis de Elphordia provincia Saxonia Lectoris*. Est & *Hereforda* in Anglia. Scribit Trithemius, fuisse Doctorem in divinis Scripturis illuminatum, & tam in utroque jure, quam seculari Philosophia egregie doctum; eumque floruisse longe ante an. 1350. ducitur ex Astesano, qui *Summam Astesanam* an. 1317. perfecit, misitque Joanni Cajetano Cardinali, in cujus proœmio fatetur usum se fuisse *Tabula juris Joannis Saxonis Ordinis Minorum*.

Tabula Origiaalium secundum Fratrem Johañem de Elphordia Ordinis Minorum Doctorem juris utriusque incipiens: *Aaron. Quod jubet Aaron inaures demi* &c.: & finiens: *vocabulo superbia*: extabat olim ms. Asisii in Biblioth. Conventus S. Francisci ex veteri Inventario illius loci banco VII. orient. Habetur ms. pergam. Ravennæ in 4. magno in Biblioth. S. Francisci sine nomine autoris, sicut etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 27. versus elaustr. cod. 707. in fol. magnæ molis incipiens: *Aaron: quod jubet Aaron inaures demi* &c.: finiensque: *reg. vo. Superbia*; incedit enim alphabetice usque ad vocabulum *zelus*: extat cum nomine autoris, eodemque initio ms. membr. in fol. Parisiis apud Augustinianos ad Pontem novum, & in Biblioth. Victor. eod. 798. in fol. m. membr., teste Jac. Echard to. 1. Biblioth. Ord. Prædicat. pag. 526. Toleti quoque reperitur in Minor. Biblioth. sub HH. n. 24. ms. incipiens: *In nomine SS. Trinitatis originis omnium rerum incipit Tabula Originalium edita, & compilata a Fr. Joanne Lertore Erfordiensi Ordinis Fratrum Minorum*. Waddingus confundit *Tabulam juris* cum *Tabula Originalium*, quam tamen diversam esse apertum erit ex dicendis. Pelbartus Temiswariensis in Rosario Theologico to. 2. v. *vinum* §. 4., & v. *terremotus* §. 20. inquit: *Item Fr. Joannes Lector Erforden. Ordinis Minorum in suo Libro dicto Originalium hac prædicta describens subjungit* &c.: ibique de *cirrulis planetarum*, deque eorum distantia disserit; hæc autem ad jus nequaquam attinent.

Glossarium, seu Vocabolarium latinarum vocum, qua in Bibliis habentur, collertum per Joannem de Erfordia ex Britone, hoc est ex Vocabolario *Gulielmi Britonis*, de quo supra, latinum extat in Biblioth. Norfolciana cod. 202. Non est confundendum Opus hoc cum *Tabula Originalium* memorata.

Ta-

Tabula juris canoaici, & civilis Fr. Johannis Lectoris de Elphordia prov. Saxoniæ Doctoris utriusque juris Ord. Mia. compilata de VII. *libris Decretalium* incipiens: *Quoaiam, sicut dicitur* XII. *q.* 2. *Devotissimam, summum bonum in rebus est justitiam colere*: Opus vero: *Abbas: Literæ impetratæ coatra Abates*; & finit vocabulo *Christus* &c., & verbis: *Ecclesia ex gentibus processit* XXXII. *q.* V., *sed Paulus, & gl.* extabat Asisii ms. in banco VIII. occid.; in solaeio vero 1. occid. hoc titulo: *Directorium juris compilatam Parisiis* incompletum ex cit. Inventario. Extat nunc ms. pergam. in fol. in Archivo dicti Conventus; habetue etiam ms. sub titulo *Summæ* in Biblioth. S. Teinitatis Vindocinen. S. Bened., & in Oxoniensi Collegii Oeiolen. cod. 72. In Bibliotheca quoque Lexovien. extat *Tabula juris canoaici Joannis de Saxonia Ord. Min.* ms. num. 81. ex Catalogo Montfaucon pag. 1363. Etiam antiquus autor Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min., & post eum Jacobus Philippus Bergomas iu Supplem. lib. 13. edocet, eum sceipsisse *Summam juris eanonici, & civilis*, quam quidem *Summam* citat Pelbartus Temiswar. in Pomerio Sermonum de SS. par. hyem. serm. 64. in Cœna Domini; nec non autoe Summæ Angelicæ v. *usura* 1. num. 77. & 78., & cit. Astesanus in Summa par. 1. lib. 3. aet. 5. Ex his eruitur hanc Summam diversam esse a *Tabula Origiaalium*: lucet etiam hanc *Tabalam*, vel *Summam* diversam esse a *Summa Coafessorum*, de qua mox agam, non autem eamdem, & unam, ut putavit Oudinus sub an. 1350. to. 3. Comment., eui forte occasio fuit errandi, quod legerit apud Waddingum, & Rodulphium lib. 3. *Summam juris* incipere: *Rogatus a Fratribus*: quod est initium *Summæ Coafessorum*; qui etiam Summam eum Summa confuderunt; etenim *Tabula*, seu *Summa juris canonici, & civilis* diveesum initium habet ex cit. Invent. Asisien.. Ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 216., & 217. etiam Hispali in Biblioth. Ecclesiæ habetur hæc *Tabula juris* ms. in fol. membe., quæ pariter incipit in prologo: *Quoniam sicut dicitar* &c.: in cujus cod. fine legitur: *Explicit Tabula juris canonici, & civilis edita & completa per Fr. Joannem de Saxoaia Ord. Fr. Mia. Doctorem juris utriusque cum* XII. *Collegii Doctoribus utrinsque juris.*

Johaanis de Elfordia provincia Saxonia Lectoris, & Doctoris utriusque juris Ordinis Minorum Summa Confessorum omnium novissima compilata de septem libris Decretalium incipiens: *Rogatus a Fratribus, quod eis formulam de confessionibus audiendis traderem*: & finiens: *utile vitiatur*: extabat ms. Asisii ex eit. Invent., & servatue nunc ms. pergam. in 4. in Archivo dicti Conventus; Parisiis quoque in Biblioth. S. Victoris hoc titulo: *Ia nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis iacipit Summa Confessariorum edita a Fratre Joanne de Saxoaia Ordiais Fratrum Minorum Doctore utriusque juris.* Incipit autem prologus: *Rogatus a Fratribus, quod eis formularium de Coafessionibus audiendis traderem* &c. *Titulus* 1. *de Coafessoribus. De Confessoribus* 4. *consideraada sunt* &c.: hic codex memoratur etiam a Montfaucon to. 2. pag. 1373. Habetue & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 7. versus claustrum num. 476.; Opusque dividitur in duos libros, quorum in primo agitur de VII. peccatis capitalibus; in secundo de Decalogi præceptis: nec nun Oxonii ms. in Biblioth. Collegii Oriolen. cod. 38. tit. *Joannis de Saxoaia legum Doctoris Summa Confessoram*. Denique *Summa Coafessorum* incipiens: *Rogatus a Fratribus* ms. in fol. membr. asservatur in Biblioth. Pinciana Regul. Observ. ex cit. Joan. a S. Anton. pag. 216.; sed errat, dum putat, de hac loqui Bergomensem lib. 13. illis verbis: *Joannes item de Saxoaia Ordiais Minorum per hoc ipsum tempus & ipse aliam Summam in utroque jure edidit, licet noa ejusdem pretii cum Astesano. De aliis nihil vidi.* Quibus ille intelligit *Tabulam juris canoaici, & civilis*, quam eccte dicit *Summam in utroque jure*: talis autem non est *Summa Coafessorum*. Extat in Biblioth. Collegii Oxonii num. 824. m1. *Jo. Lectoris Summa Confessorum* ex Catalogo Moutfaucon pag. 662., sed hujusne, vel alterius Oed. P. ignoeo.

Summa de casibus cum ex Teithemio incipiat: *Rogatus a Fratribus*, quod est initium superioeis *Summæ Coafessorum*, propterea ab illa diversa non est: initium enim: *Aaron quid jubet*, est *Tabulæ Originalium*, ut dictum est.

Commentarii in 4. *libros Sentea. Joannis de Erfordia* habentue mss. tribus tomis in fol. Lipsiæ in Biblioth. Paulina ex illius Catalogo pag. 184. *Lib. primus Senten.* incipit: *Primo quæritur, utrum Theologia sit scientia. Videtur quod non* &c.: Juxta codicem ms. in 4. magno antiquum, qui extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 33. versus Eccles. num. 384.; sed qui insceihitue: *Primus Senten. Joannis de Olfadis* loco *de Erfordia*, uti est in fronte codicis, ubi alio charactere antiquo dicitue *Fr. Johaaaes de Erfordia Ord. Min., qui fecit Summam de Coafessioae.*

Glossas super Consuetudiaes Turoaeases huic abjudicare videtur Oudinus futili ratione, quod parum eonveniens, aut verisimile, ut Saxo, seu Teutonicus in *Consuetudines Turonenses* scripserit, quasi ex Saxonia, Teutoniaque multi non se eonfeerent temporibus illis potissimum in Galliam, & Angliam studiorum causa. Deinde est etiam *Turoaium* in Prussia Saxoniæ finitima.

Commeatarios in sacram Scripturam eonscripisse, & cieca an. 1320., vel 1330. claruisse tradit Morerus in Diction. Gallico Hist. v. *Joan. de Saxe*; sed nescio quo antore.

Samma Joannis de Erfordia cap. *de Conceptione* citatue in serm. Gabrielis Barlettæ edition. Brixien. an. 1521., & videtue non ad *Coafessionem* sacram, seu ad *casas conscientiæ* pertinere, sed ad varia argumenta, & forsan eadem est cum *Tabula Originalium*.

Tractatum de Conceptione B. M., necnon

Tractatum de ornatu Cleriei, quos Possevinus in Appar. sac. attribuit *Henrico de Herpordia*, leg. *de Hervodia* Ord. Prædic., Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1350. in *Henrico de Hervordia* contendit esse hujus *Joaaais Erfordiensis*; sed fallitue Oudinus, quia uterque Tractatus est Henrici Hervordien., ut ex Echardo to. 1. Fallitue etiam Possevinus, qui eidem Henrico adscribit *Summam de casibus*, de qua supra.

Commentarius ia Alchabitium, quem ex to. 1. Biblioth. Bodlej fol. 81. Joannes a S. Antonio adscribit huic Joanni, est alteeius *Joannis Saxonis* secularis astrologi seculo XIV. famosi, sed proscripti; sicut & *Commeat. in Orationem Cicer. pro Roscio*; & *Comment.*, & *Orationes duæ de utilitate dicendi, & observandis legibus* Basileæ an. 1536. in 8. excusæ, quas ex to. 2. Biblioth. Barber. pag. 354. idem Joannes a S. Anton. huic nostro Scriptori tri-

tribuit, recentioris *Joannis Saxonis* esse judico; sapiunt enim seculum xv., vel xvi.

Agunt de eo Trithemius, Jo: Rioche, Petrus de Alva in *Fleyto de libros* pag. 78., & Dupinus sec. xiv., qui non recte scribit, hujus *Summam* non inveniri.

M M C L X X V.

JOANNES ERGHOSTENUS Germanus ex Beuren oppido prov. Austriæ inferioris Capuccinus pictate illustris edidit

Exercitia pro Novitiis Capuccinorum in 8.; obiitque an. 1633. ex autore Biblioth. Capuccin., & ex Joan. a S. Anton.

M M C L X X V I.

JOANNES ESCORZA Hispanus provinciæ S. Joannis Discalc. in Valentino regno anno 1626., quo vivebat, ad prælum parata habebat vernaculo sermone:

Defensorium immunitatis Ecclesiasticæ.

Expositionem Motus proprii Gregorii XIV. super Ecclesiarum immunitate.

Consilia, ac Responsa moralia.

De temporum ratione: ex Josepho Chatino in Chron. illius provinciæ fol. 910., teste Joan. a S. Anton.

M M C L X X V I I. 1122.

JOANNES ESTELSIUS = Belga provinciæ Franciæ, vel Coloniæ, cujus tamen ante Waddingum nescio quis meminerit.

M M C L X X V I I I.

JOANNES EVANGELISTA CORDUBENSIS sac. Theol. Doctor, cujus ex Mariano, ac Monumen. Ordinis meminit Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 29., atque floruisse circa an. 1495. in provincia Tusciæ *famosum Theologum*, ad quem ex tota Italia confluebant auditores; adeo singulari scientia, & eruditione, nominisque fama pollebat: scripsit ex Bernardino de Bustis autore æquali in Mariali par. 1. serm. 9.

Tractatum de Immaculata Conceptione B. V. M.; asseritque virum doctissimum fuisse, & *Regul. Observ.* cultorem. Alia numne scripserit, pro incomperto habeo.

De eo Maraccius in Biblioth., Petrus de Alva in Militia, Nicolaus Anton. to. 2. vet. Biblioth. Hispan., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C L X X I X.

JOANNES EVANGELISTA POLONUS Minor. Conv. sac. Theol. Baccalaureus elucubravit

Opusculum de Passione Domini patrio idiomate an. 1630. Cracoviæ, quemadmodum scripto tradidit Augustin. Superbus eo tempore inter vivos degens in mss. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 88.

M M C L X X X. 1123.

JOANNES EVANGELISTA SILVADUCENSIS = utrumque Opus suum flandrice scripsit an. 1637., teste Aub. Myræo in Auctar. Eccles. Scriptor. sec. 17. num. 245. de *Cypriano Croeisels* disserente; edidit etiam Opus mysticum hoc titulo:

Divisio animæ, ac spiritus, sive anagogicus sponsæ per casti amoris scalas ascensus. Lovanii 1646. ex autore Biblioth. Capuccinor., Dupino, & Joan. a S. Anton.

M M C L X X X I.

JOANNES EVERSIDEN Anglus, qui floruisse dicitur an. 1336., scripsit, quod sciatur,

Tractatum de descriptione temporum; &

Tractatum de Regibus, & Episcopis Anglis; & alia Opera, ut ex Pitseo refert Morerus in suo Dictionario Gallico, & ex eo Joan. a S. Anton.

1124.

JOANNES FABER = qui edidit *disputationes contra Balthazarem Pacimontanum*, fuit *Joannes Faber* Svevus Vicarius in spiritualibus Episcopi Constantiensis anno 1520., & a consiliis Ferdinandi Archiducis Austriæ, qui Badensi interfuit disputationi an. 1526. contra Zuinglium, & Œcolampadium, postmodum factus Episcopus Viennensis an. 1531. obiit, decennio expleto, nulli Instituto Regul. addictus ex Hist. Cath. Simonis Fontani lib. 6. & 9., Catal. Episcopor. Viennen., & Possevino, qui plura alia ejus Opera typis edita recenset: quare nescio, unde hauserit Waddingus, hunc extitisse Minoritam. Vivebat quidem eo tempore alius *Joannes Faber* Franciscanus, qui anno 1533. erat Minister provinciæ Aquitaniæ Min. Conv. Reformatæ ex Annal. Min. Waddingi ad eum an. num. 4., & 1532. n. 8., & an. 1540. Episcopus Auriensis declaratus, & Nicolao Gaddio S. R. E. Cardinali Episcopo Saelatensi in Gallia, Aquitaniaque Suffraganeus datus ex Pontif. Reges. Vatic.; sed nihil eum scripto tradidisse nostri, exterique memoraeunt. Alius etiam *Joannes Faber* Heilbrumensis Germanus eo ipso tempore floruisse dicitur concionator in majori Ecclesia Augustæ Vindelic. an. 1549. ex Eisingrento apud Possevinum in Appar. sac., ac plura scripsisse, typisque tradidisse, quæ ibi legi possunt; sed *Ordinis Minorum* non asseritur. Alius itidem *Joannes Faber* Minorita senior vixit an. 1430., factusque Episcopus Naturensis eo anno, exinde translatus legitur ad Lausanen. Ecclesiam in Allobrogibus, Burgundiaque anno 1437. ex Annal. Min. Nec ambigo, quin horum aliquis nonnulla scripserit, unde Waddingus sit hallucinatus, & unum pro alio acceperit. Waddingum secuti sunt Lequile, & Joan. a S. Anton. ad verbum.

M M C L X X X I I. 1125.

JOANNES FABRICA = Gallus, forsan ex provincia Aquitaniæ, Custodiaque Tolosanæ, ex qua fuit & *Franciscus de Fabrica*, de quo dictum est suo loco. De hoc vero agunt Rodulphius lib. 3., aliique post eum.

Tractatus ejus super declaratione Indulgentiarum pro animabus Purgatorii concessarum prodiit anno 1487. sine loco impressionis una cum *tractatu Nicolai Richardi super eadem re* (anno 1467. edito), *& explicatione Sixti IV.*, teste autore libri *Incunabula Typographiæ*, & Orlando de Orig., & progres. Typographiæ par. 2. pag. 329. Extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. inter libros Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 66.

Obiit Dinani in Minori Britannia, ubi erat Guardianus, anno 1487., cum esset Doctor Theologus, & a sacris Confessionibus Francisci Ducis Britanniæ, ejusque conjugis: a Sixto IV. dictus est *Corona Ordinis* ex monumen. illius loci apud autorem Supplem. Annal. Minor.

M M C L X X X I I I. 1126.

JOANNES FANENSIS = de quo Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 15.

Commentaria in Regulam Fratrum Minor. Romæ 15 . . . & 1589.

De paupertate Fratrum Minorum italice prodiit Romæ an. 1555., & in hispanicum, castellanumque idioma transtulit Fr. Alphonsus Rodriquez Re-

Reform. Discalc., ut dictum est supra; prodiitque anno 1589. Antuerpiæ in *Manuali*, seu Expositione Regulæ S. Francisci ab Antonio a S. Maria facta.

Dialogus salutis &c. italice conscriptus aperto calamo fuit ab eo retractatus, cujus etiam illum tantopere pœnituit, ut sæpius dicere solitus esset, nisi libellum illum publice palinodia decantasset, penitus de sua salute illi fore desperandum; nec unquam Deo se satisfacturum, nisi se ipsum eidem *Capuccinorum* Reformationi animo, & corpore consecrasset, ut ex autore Biblioth. Capuccin. refert Joan. a S. Anton.

Opus contra Lutheri deliramenta lib. 2. italico sermone excusum est primo Bononiæ an. 1532. in 8. per Joan. Baptistam Phaellum; postea Romæ 1535., & Antuerpiæ 1538.

Artem unionis cum Deo &c. in meliorem formam redactam italice cum ejus *Vita* Dionysius de Abbatis e Montefalco ejusdem Instituti vulgavit Romæ 1622., ut ibi dictum est ex Waddingo.

Historiam de S. Joseph, & ejus intercessione scripsit, quam citat Pistoriensis corona 3. cap. 53. pag. 706.

Obiit apud Castrum Durantis, nunc *Urbania* in ducatu Urbini Massaque Trabaria; de quo viro Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 5. Martii §. 6., Rodulphius lib. 3., & alii, fusiusque Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.

M M C L X X X I V.

JOANNES FASSATIUS Mediolanensis primò Ord. Prædicat., postea Capuccinus, quorum factus est Vicarius in provincia Mediolanensi; doctrina, & sanctitate clarus nonnulla composuit *Opuscula*, quorum duo vidit autor Biblioth. Capuccinor., nempe

Quæstiones aliquas in Regulam FF. Minor., & *Tractatum de oratione, & meditatione*.

Obiit Mediolani an. 1565. 6. kal. Martii, ejusque Vitam descripsit Boverius to. 1. Annal. Capuccin., de quo & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C L X X X V. 1127.

JOANNES FAVENTINUS = V. *Joannes Carmassonius* supra commemoratus, qui & ipse *Vitam B. Petri Thomæ* composuisse fertur, ne alter cum altero confusus fuerit; potuit tamen uterque idem munus obiisse.

M M C L X X X V I. 1128.

JOANNES FEDANTIOLA = habet hunc & Rodulphius lib. 3., vocatque *Ministrum* Terræ sanctæ, non *Commissarium*; sacræ etiam Theolog. Magister fuisse dicitur. *Ioannes de Fidantiola* an. 1327. erat in provincia Romana contra hæreticam pravitatem *Inquisitor*; insequentique anno *Perusii* pariter, & in Umbria idem munus exercebat ex Waddingo in Annal. Min. ad eos annos num. 81., & 22.; & cum circa annum 1335. Fratribus Ordin. Minor. concessus, & constructus fuerit sacer locus Montis Sion Terræ Sanctæ a Sultano Ægypti, & Regina Sancia, forsan hic Joannes fuit illius provinciæ *Minister*. Hunc dixerim illum *Jo: Perusinum Monachum*, cujus

Descriptio Terræ Sanctæ cum indice omnium ejusdem locorum extat ms. in Biblioth. Gataroli Bergom. Medicinæ Doctoris, ut habent Possevinus in Appar. sac. v. *Joannes Perusinus Monachus*; non *Gataroli* apud Religiosos viros sui Ordinis, ut ex Oldoino in Athenæo Perusino pag. 179. habet Joan. a S. Anton. to. 2. Hujus quoque forsan est *Anonymi fratris, ut videtur, Minoritæ liber descriptionis Terræ Sanctæ*, qui ms. una cum *Historia Jacobi de Vitriaco Hierosolymitana* abbreviata extat Romæ in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 18.

M M C L X X X V I I.

JOANNES FELIX quo tempore vixerit, nondum comperi; scripsit

Defensionem Sententiarum Petri Lombardi, quæ ms. habetur in Austria in Biblioth. Vindobonen. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 563. Num est *Joan. Felix Bernabei* e S. Genesio Picenus, qui diu Viennæ moratus est, nonnulla scripsit, obiitque Episcopus Prisseren. ibidem an. 1702.?

M M C L X X X V I I I. 1129.

JOANNES FERALLUS =

JOANNES FERRARIENSIS, quem ex August. Vuite Joan. a S. Anton. in append. adducit, sentitque a Waddingo prætermitti in Catalogo, est ille *Joannes*, quem Waddingus cit. dicit *Joannem Canalem Ferrariensem*.

M M C L X X X I X.

JOANNES FERRETTUS Regiensis provinciæ Bonon. Min. Conv. sac. Theol. Magister Ticinense, Bononiense, & Patavinum sui Ordinis Gymnasia rexit; Alexandri Atestini Cardinalis nobilissimi Theologum egit, & Romæ sac. Congregat. Indicis Consultor fuit, in cujus Indice typis excuso an. 1664. dicitur *Joannes Baptista Ferrettus*. Matthæus Ferchius in *Vita Joan. Scoti* prope finem habet: *Admod. R. P. M. Joannes Ferretus Regiensis Illustriss. Card. Estensis Theologus nostro tempore in Scoto clare auditoribus imprimendo, & exprimendo parem, quantum credo, non habet*; præmiseratque suum præceptorem fuisse. Continuavit, atque quæstiones adjecit

Ad Catechismum Romanum a Hieronymo Pallanterio suo præceptore expositum, seu exponi inceptum, sed morte intercipiente, imperfectum ab eo relictum, qui ms. asservatur Regii in Biblioth. S. Franc. imperfectus etiam ob mortem similiter *Ferretti* continuatoris, ut literis mandavit Franchinus in Bibliosophia num. 186. In Actis Capituli provinciæ Bonon. Ord. Min. Conv. Parmæ an. 1620. celebrati, annoque 1621. Placentiæ typis Alexandri Bazachii impressis §. *Commissiones* injungitur nonnullis egregiis viris ejusdem provinciæ, ut quilibet *Opera sua prælo committi procuret*; quos inter P. Theologo Joanni Ferretto, ut publicet *Commentaria super Catechismum Romanum, & Vitam Revmi Pallanterii*, subde *Hieronymi Episcopi Bituntini*: sed cum neutrum prodierit in lucem, oportet eum paulo post ex hac vita decessisse.

M M C X C. 1130.

JOANNES FERUS = Regul. Observ., de quo autor synchronus Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43. Ejus Operum editioni cum incumberent Lutherani, non sine aliquo pulvere pravæ eorum doctrinæ prodierunt, ut observavit Ludovicus Bail par. 3. Bibliothecæ concionatoriæ cap. 115.; & Sixtus Senensis ejus æqualis in Biblioth. sancta lib. 6. annotat. 72. testatur, non deesse fide dignos asseverantes, hujus *Commentaria in Matthæum* post mortem autoris edita ab hæreticis fuisse depravata præsertim ad illa verba: *tibi dabo claves* &c.: quod habet & supra relatus Marcus

eus Ulyssiponensis: neque lectu indigna sunt, quæ de hoc eximio Scriptore, ejusque animi constantia memorat Nicolaus Serarius S. J. in sua *Maguntia* lib. 1. cap. 40., & post eum Miræus in Auctario Scriptor. Eccles. sec. XVI.

Commentaria in Genesim prodierunt etiam germanice cura Jo: Flaminii.

In libros Exodi, Numerorum, Deuteronomii, Josue, & Judicum. Coloniæ 1571.

In Job 114. concionibus explicatum. Coloniæ 1558., Lugduni 1567., & Coloniæ germanice 1571. in 8.

In Ecclesiastem etiam Coloniæ 1556. in 8. per Birchmanum.

In psal. 31. Moguntiæ 1554. in 8.

In psalmum 66. etiam Lugduni 1667. in 8.

In Esther librum. Coloniæ 1569. in 8. lingua germanica.

In Esdram, & Nehemiam. Moguntiæ 1569. in 8. germanice.

Sermones in tria capita posteriora Esdræ. Lugduni 1554., & 1567. in 8.

Expositio Historiarum Ezechiæ, Nabuchodonosor, & Balthasaris germanice. Moguntiæ 1567. in fol.

Sermones in Threnos Jeremiæ. Lugduni 1567. in 8.

In Jonam etiam Coloniæ germanica lingua an. 1569. in 8.

Enarrationes in Matthæum. Lugduni 1559., Moguntiæ 1559. in fol., Venet. 1560., Parisiis 1560. & 1564., Antuerpiæ 1570., Romæ 1577., & Lugduni iterum 1604., & 1610.

Enarrationes in Joannis Evangelium, & primam ejus epistolam. Moguntiæ 1550. in fol., Parisiis 1552., & 1569., Lugduni 1553., 1558., & 1563., & Lovanii 1559. in fol.; emendatæ vero per Michaelem Medinam prodierunt Compluti 1569. in fol., Moguntiæ 1572., & Romæ 1577.

In Passionem Domini prodiit Lugdunii an. 1557. in 8. apud Boyerium.

In epistolam Pauli ad Romanos Exegesis. Parisiis 1559. in 8., Venetiis 1566., Lugduni 1569. in fol., & Compluti 1578.

Conciones in Epistolas, & Evangelia, quæ ab Adventu ad Pascha usque in Ecclesia Christi legi consueverunt diebus Dominicis, *ad singulas Dominicas decem sermones peculiares attributi, & ut in Æde Moguntina prædicati, sic in ordinem redacti, & jam primum latinitate donati per M. Joannem Guntherum*, & Sebastiano Moguntino Archiep., & sac. Rom. Imperii Electori dicati, vulgatique Moguntiæ an. 1554. in fol. apud Franciscum Behem; quæ editio extat Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolor.

Conciones Dominicales a Paschate usque ad Adventum latine factæ ab eodem Joanne Gunthero. Lugduni 1558. in 8. apud HH. Jacobi Junctæ.

Postillæ in Sanctorum festa. Lugduni 1558. in 4. apud eosdem.

In Historiam Evangelii de muliere peccatrice conciones quadragesimales in latinam linguam translatæ a Jo: Latono Canonico Regul. Lugduni 1558. in 8. per Robellium.

De Filio prodigo conciones quadragesimales. Ibidem per eumdem in 8.

Precationum libellus. Moguntiæ, & Lugduni 1552., & 1555. in 16., ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2.

Examen Ordinandorum. Venetiis an. 1565. per Dominicum de Farris in 8.; iterumque an. 1567. vulgavit Nicolaus Aurificus Carmelita cum nonnullis aliis ejusdem argumenti; & tertio an. 1570. in 8. ibidem typis Francisci Ziletti ex Petro Lucio in Biblioth. Carmelit.

De Obelisco Vaticano ei tribuitur in Indice Biblioth. Barberinæ; sed lapsum existimo illius, qui eum Indicem confecit.

* JOANNES FINDELING = v. *Jo: Apobolymæus*.

*. JOANNES FIRMANUS = V. *Joannes de Alvernia*.

1131.

JOANNES FLORENTINUS = V. *Joannes Marignolla*; seu *Joannes a S. Laurentio*.

M M C X C I.

JOANNES DE FODAR Hispanus Tert. Ord. Claustr., & Secretarius Capituli Generalis Hispani, in quo admissa fuit *Regula* a Paulo III. pro provinciis Hispanis Tertiariorum confirmata, publicavit, ut est apud Joan. a S. Anton.,

Conciones varias tomis 2., quorum alterum Joanni II. Portugalliæ Regi dicavit, teste Jo: Solis in Memoriali Histor. Tertii Ord.

M M C X C I I. 1132.

JOANNES FONIAN =

M M C X C I I I. 1133.

JOANNES A FONTE = Hispanus Regul.Observ. Guardianum agens in Oecaniæ oppido vulgavit

Orationem parænetiram pro pura, & sincera prædicatione Evangelii. Lugduni 1585. in 4. apud Guillelmum Rovillium, teste Joan. a S. Anton. to. 2. Waddingus hanc Orationem tribuit *Joanni a Fonte* Gallo, sed perperam, quia hic vixit an. 1483. Joan. vero a S. Anton. secutus Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan. duos facit *Joannes a Fonte* Hispanos ejusdem provinciæ, & eodem tempore scribentes, sed nullo monumento: error enim fluxit a Salazario in Chron. provin. Castellæ, qui cum *Joannem a Fonte* a Waddingo, & vetustioribus dictum natione Gallum, Hispanum crediderit, & scripserit, in eumdem errorem traxit Nicolaum Anton., & iste Joannem a S. Antonio, qui deinde & Waddingum exscribens, tres exhibuit cognominis ejusdem scriptores, qui tamen mihi duo videntur & Gallus seculi XV., & Hispanus XVI.

Librum *de spe, & timore christiano* hispanice. Compluti 1570. in 8. typis Andreæ de Angulo ex Joan. a S. Anton.

Arbor vitæ. Ibidem 1582. in 8. ex eodem.

Septemtrio animæ tribuitur eidem a cit. Salazario in Chron. laudatæ provinciæ Castellæ ex Nicolao Anton., & cit. Joan. a S. Anton.

M M C X C I V. 1134.

JOANNES DE FONTE = de quo Eisingrenius apud Possevinum tradit vixisse an. 1483., nisi sit error in numeris: ab eodem accepit Rodulphius, Gonzaga, Villotus, & post omnes Joannes a S. Anton. Multi hunc confundunt cum superiore, ut Salazar in Chron. provinciæ Castellæ, & ex eo Nicolaus Antonius.

In Magistrum Sententiarum Conclusiones habentur mss. in Biblioth. Lovanien. Soc. Jesu, teste Francisco Swertio in Athenis Belgicis, & Sandero par. 2. Biblioth. Belgicæ, & ex hoc Joan. a S. Anton. to. 2.

Oratio parænetica &c. pertinet ad superiorem *Joan. de Fonte* Hispanum.

MMCXCV. 1135.

JOANNES FORESTUS = de quo Marcus Ulysiponen. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 27., Angelus Galliotus, Faustinus Tassus, Rodulphius, Gonzaga, & Bouchier agunt, & quasdam epistolas ad diversos referunt, quæ etiam leguntur 4. par. Chron. S. Franc. lib. 3. cap. 6., & seqq. Ejus Martyrium Waddingus in Annal. consignat anno 1537. ibid. num. 9.; at in Syllabo Martyrum an. 1540.

MMCXCVI.

JOANNES FORMICA Messanensis Ordinis Min. Conv. sac. Theol. doctissimus Magister an. 1397. fuit provinciæ Siciliæ Minister, teste Cagliola pag. 31., & 58. Hist. provinciæ Siciliæ Min. Conv., eodemque anno Salmantina in Academia publice Theologiam professus invenitur; literis mandavit

Multa Opera Theologica, ut ex Placido Samperio narrat Antoninus Mongitor to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex hoc Joan. a S. Antonio.

MMCXCVII.

JOANNES FOROSEMPRONIENSIS Picenus, & provinciæ Genuensis Min. Capuccin. pluries Definitor scripsit

Tractatum de Libro Vitæ; de Beatitudine; de Angelis; & de Dæmonibus in 8.

Tractatum de casibus reservatis, & aliis rebus moralibus.

Paraphrases super psalmos: omnia hæc latine.

Tractatum de tota Vita, & Passione D. N. J. C. ad formam meditationum, in 8.

De admirabili, & divina hominis structura.

Tractatum de ventis, & meteoris in 8.

De tribus mundi partibus in 8.

Compendium de mundi theatro Abrahami Ortelii: omnia hæc *Opuscula* mss. asservantur Genuæ in Biblioth. Capuccinor., apud quos ibidem decessit an. 1646., teste Dionysio Genuen. in Biblioth., de eoque & Jacobus LeLong in Biblioth. sac. fol. 796. & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCXCVIII. 1136.

JOANNES FORSANUS = ex Possevino in Appar. sac.

Resolutiones Melchioris Flavii dicuntur cusæ Parisiis an. 1579. in 8. apud Guillelmum dela Nove *per Fr. Joannem Forsanum ejusdem Ordinis, & Observantiæ in Academia Franciscana Parisiensi sac. Theologiæ studio navantem in lucem, & prælo traditæ*, & Arnoldo Pontaco Vasatensi Episcopo nuncupatæ; deinde iterum impressæ ibidem an. 1600. ex P. de Alva col. 760. Militiæ.

MMCXCIX.

JOANNES FOXAL Anglus, cujus cognomen, & tempus, quo vixit, nostris, aliisque hucusque ignota fuerunt, ille est, cujus sub nomine *Joannis Anglici* circumfertur vetus

Expositio Universalium Scoti, quæ incipit: *Creberrime, instantiusque rogatus* &c.: impressa Venetiis an. 1508., & 1512. in fol. per Bonetum Locatellum,

Ejus cognomen erui ex Mauritio Hibernico, qui sæpe eum citare solet in sua *Universalium Porphyrii Expositione* anno 1499. Ferrariæ peracta, vocatque *Fr. Joannem Foxal*, uti q. 4. §. *Quoad tertium*; q. 5. in fine; q. 9., 24., & 32.; potissimumque q. 30. §. *Secundo dubitatur*, ubi inquit: *& sic negaretur fundari aptitudo in aptitudine, ut fingit Frater Joannes Foxal hic*: quæ quidem est opinio *Joannis Anglici* in q. 30. *Universalium*. Tempus autem, quo claruit, aperte habetur *ex ejus* Opere memorato, seu *Expositione Universalium*, & ex *Resolut. libror. Posterior.*; in primo enim Opere q. 8. & 31. adducit *Paulum Venetum*, quem an. 1429. obiisse tradunt; in Resolut. autem *libror. Posterior.* non semel citat *Trombetam 6.* Metaphys. q. 1. & 4., & *Petrum Tataretum* 1. Metaphys., ac *Sanctum Bonaventuram* in 1. Senten.; dictum est etiam, Mauritium Hibernicum eum confutasse ante annum 1499.; liquet igitur floruisse eum in fine seculi xv., longeque aberrasse Pitsæum, dum in Scriptor. Anglicis ait, *Joannem Anglicum* autorem *Expos. Universalium Scoti* vixisse sub anno 1390., nisi sit reponendum 1490. Scripsit etiam antea

Expositionem aliam *Universalium Scoti* prolixiorem, quam quæ typis extat, sed incompletam, Ipsomet teste in proœmio expositionis impressæ, ubi fatetur, se nunc exponere succincte, *eo quod alias in juventute supra eamdem Logicam Expositionem edidi prolixam, licet non totaliter usque ad finem deductam.*

Opusculum super libros Posteriorum composuit, illudque citat in q. 3. *Expositionis Universalium*. Parisiis in Bibliot. Regia n. 6282. extat ms. *Fr. Joannis Anglici Ordinis Minor. Opus in libros Posteriorum Aristotelis* ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 760. Teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 120. *Aurea Epitomata in libros Posteriorum Analyticorum Aristotelis* incipiunt: *Omnis doctrina* &c. *Opusculum super libros Posteriorum* vulgatum fuit Venetiis an. 1509. in 4. per Lazarum Soardum operâ & cum notis Jacobi Fabæ Comen. Regul. Observ. Fatetur autor in exordio se *quasdam conclusiones utiliores a diversis Doctoribus, & præcipue a Paulo Veneto* collegisse; cui Operi præmissum est ejusdem

Opusculum de primis, & secundis intentionibus juxta mentem Scoti, Mayronis, Aureoli, Boneti, & Antonii Andreæ incip. *Quoniam materia de primis* &c. cum ejusdem Jacobi Fabæ notis margineis. Extat codex Florentiæ apud nostros; quam editionem citat & Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 99. & 120., sed perperam appellat *Faber*, cum editi habeant *Faba*. Conscripsit etiam, dum esset Bononiæ Lector,

Tractatum majorem de formalitatibus, & distinctionibus, quem ipse citat in Exposit. *Univers.* quæst. 5., & 8., ac præsertim q. 13. inquiens: *Ego etiam alias in nostro Tractatu majori, quem edidi de Formalitatibus, & octo speciebus distinctionis, dum Bononiæ legebam, prolixe dixi*. Composuit &

Expositionem super Metaphysicam Antonii Andreæ, quam ipsemet adducit q. 32. *Exposit. Universalium* illis verbis: *& in nostra Expositione super Metaphysicam ipsius Antonii Andreæ clarebit*: quæ profecto ea est, quam Waddingus supra in *Antonio Andrea* scribit penes se ms. habuisse ignoti autoris Franciscani vetusti.

Commentarios in 12. libros Metaphys. Antonii Andreæ. Forsan & plura alia scripsisse præsertim *Theologica* verisimile est, sed eorum memoria penitus extincta est. Hic forsan est ille *Joannes Gualensis*, seu *Valensis* Anglus, cujus comitatu dignabatur B. Bernardinus Feltrensis, de quo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 227. in *Joanne Vallensi*. v. *Jo: Anglicus* supra

MMCC. 1137.

JOANNES A S. FRANCISCO = ab oppido Veasco regni Murciæ cum Salamanticæ studiis operam

ram daret, Ordinem Minorum ingressus, paulo post in Americam, & provinciam S. Evangelii Mexicanam missus est, ubi multum pro illorum populorum ad Christi fidem conversione laboravit; factus proinde illius provinciæ Minister; quo in officio cum summa integritate, prudentia, ac vitæ sanctimonia se gessisset, ad Episcopatum novæ Galitiæ vocatus, negavit imparem sibi dignitatem unquam se admissurum. Post hæc ad Deum migravit Mexici an. 1556., vel numeris transpositis an. 1565. magna sanctitatis fama, uti refert Gonzaga par. 4., & ex eo autor Chron. S. Franc. par. 4. lib. 3. cap. 65., & seqq., Arturus ad diem 30. Julii §. 13., & ex his Joan. a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

M M C C I.

JOANNES A S. FRANCISCO Lusitanus Ulyssipon. prov. Algarbiorum Regul. Observ. Ecclesiastes eruditus, ac Definitor sermone materno emisit in lucem

De S. P. Francisco. Ulyssipone 1646. in 4. per Dominicum Lopez Rosam.

De Indulgentia S. Mariæ Portiunculæ. Ibid., & eodem anno in 4. ex Officina Craesbeckiana.

Epitome rerum provinciæ Algarbiorum eodem anno laudatum a Georgio Cardoso to. 3. Agiologii Lusitani ad diem 20. Maji.

Orationem funebrem in obitu Fr. Joannis Pereyra Commissarii Apostolici. Ibidem 1660. in 4. per Henricum Valentem.

De feria quinta in Cœna Domini. Ibidem 1666. in 4. per Anton. Craesbeck.

De Beatificatione S. Rosæ. Ibidem 1669. in 4. typis Joannis de Costa.

De triumpho SS. Sacram. Eucharistiæ. Ibidem 1671. in 4. typis Dominici Carneyro.

Sanctorale. Ibidem eodem anno in fol. per eumdem.

Quadragesimale. Ibidem an. 1675. in fol. typis eisdem

Conciones v. de v. conviviis, nempe Assueri, Balthasaris, Absalonis, Herodis, ac Christi Domini cum *concione de Purificatione*; quæ castellane redditæ a Doctore Stephano Aquilar prodierunt simul Matriti 1679. in 4. typis Andreæ Garcia in par. 2. *Laureæ Lusitanæ*.

Concionem de Christi Domini depositione a Cruce die Veneris Sancti. Conimbricæ 1696. (forte 1669.) apud Joseph Ferreyra ex Joan. a S. Anton.

M M C C I I.

JOANNES FRANCISCUS BLANCARDUS Cespitellensis Subalpinas ducatus Taurinensis patritia familia ortus, unusque ex præcipuis fundatoribus provinciæ S. Thomæ Strict. Observ., de quo Anton. Melissanus in Supplem. ad Annales Waddingi an. 1224. num. 5., ubi & Ducum Sabaudiæ Theologum dicit, edidit

Cœlestem Thesaurum super sacra Syndone Taurini asservata: ibidem 1625. italice, ut habet Andreas Rossottus in Syllabo scriptor. Pedemontan., & ex eo Joan. a S. Anton.

* JOANNES FRANCISCUS BLANCONA relatus a Joanne a S. Anton. est *Joannes Blancona*, de quo supra egi.

M M C C I I I.

JOANNES FRANCISCUS BOCCARELLUS Setinus provinciæ Romanæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor post se reliquit

Opuscula nonnulla, quæ mss. asservari autor est Petrus Rodulphius lib. 2. Histor. Seraph. fol. 260. in provincia Romana, & Custodia Maritima, ubi eum ab ingenii, memoriæque felicitate summopere commendat; & post eum Bonav. Theulus in Appar. Minor. lib. 6., & Coron. in Biblioth. univer. to. 6.

M M C C I V.

JOANNES FRANCISCUS BONASI Bononiensis sac. Theol. Magist. Conv. edidit

Theatrum Minoriticum ad Felicem Franciscinum Ministrum Generalem. Bononiæ an. 1629. typis Tebaldini in fol. expanso, quem sane inter scriptores non recensuissem, nisi a multis eum citari legissem: parum enim scripsit, & parum accurate; quippe cum *Tabulam* tantummodo, Catalogumque uno folio condiderit; eum nihilominus inter Scriptores collocavit Franchinus sæpe citatus num. 179., & Joan. a S. Anton. to. 2. ex Coron. to. 6. Biblioth. univer., sed perperam dicit cusam Opellam in 12.; citant etiam hunc Jacobillus de SS. Umbriæ, Franciscus Antonius a Leonibus in Instruct. Chordigerorum S. Franc. cap. 2. pun. 12. & cap. 4. pun. 3., ac Bolland. Act. SS. Collectores; quin quod Augustinus Superbus el coævus, & loco vicinus in appendice sui Catalogi ms. Script. Ord. Min. vocat sac. Theologiæ Doctorem moribus, ac vitæ integritate ornatum, ac literis præstantem; aliaque subdit habuisse in promptu, quæ ederet in lucem.

M M C C V.

JOANNES FRANCISCUS BONUS Regiensis provinciæ Bononiensis Min. Conv. humanioribus literis, ac poësi in primis addictus edidit plura latine partim, partim vero vulgari, italicoque versu, nec infelici.

In laudem Expositionis v. psalmi pœnitent. Friderici Peregrini Bononien. carmina, versusque italice, qui leguntur in principio dictæ *Expositionis* editæ Bononiæ an. 1587. in 4. per Joan. Rubeum, & *Sixto V.* dicatæ, ex quorum initio elicitur, scripsisse eum etiam *versus* in laudem *Sixti V.*, cum canat:

„ Fregiar tentai, benchè per se si fregi,
„ Il gran Pastor del mondo, e i soi gran
„ pregi.

Epigrammata in laudem libri Ludovici Chartarii Philosophi Bononiensis *De primis principiis Logicam constituentibus* edit. Bononiæ 1587.

Epigrammata ejus varia leguntur in fronte Opusculi Julii Gemelli: *De XII. mirabilibus gyris* &c. excus. an. 1592.

In obitu Gabrielis Bosii Regiensis elegiacæ lamentationes, & *alia* impressa anno emortuali ejusdem Bosii: ejus & *epigramma* legitur in fronte *Conformitatum S. Francisci* an. 1590. Bononiæ editarum.

Tiresias in promotione Fr. Felicis Centini Conventu. Min. ad Cardinalatum. Parmæ an. 1611. in 4. typis HH. Viotti: *carmen heroicum*.

Carmen elegiacum in ortum Principis Hetruriæ, seu *Natalitia Principis Hetrariæ*.

De laudibus Villæ Arientiaæ in agro Ferrariensi, ni fallor. Hæc duo Opuscula Rodulphius autor synchronos lib. 3. dicit edita an. 1586.; agitque de eo etiam lib. 2. fol. 2. Hæc duo argumenta, eodem titulo indito, tractavit etiam *Franciscus Manfredus* Regiensis Capuccinus, quem vide supra.

De

De hoc Scriptore agit Franchinus Bibliosoph. num. 180., Waddingus ipse infra in *Joan. Francisco a Regio*, & Joan. a S. Anton. to. 2. ex Coron. to. 6. Biblioth. universal. Obiit 16. kal. Decembr. an. 1612.

MMCCVI.

JOANNES FRANCISCUS BOURDEMARE Gallus Normannus provinciæ Parisien. Capuccinus, qui in Brasilia perplures Indos Christo regeneravit, & Philippo III. Regi Catholico summe acceptus fuit: scripsit, teste Joan. a S. Anton. to. 2.,

Relationem de populis Brasiliensibus, & de aliis pluribus rebus ad mores, & ritus illarum regionum spectantibus. Matriti 1617.

Laboribus consumptus obiit an. 1618. ex Marcellino Pisensi in Annal. Capuccin., & autore Biblioth. eorumdem.

MMCCVII.

JOANNES FRANCISCUS BRIXIANUS Reg. Observ. alumnus composuit

Tractatum de 4. Religionibus Monachorum. Rothomagi an. 1510. in 4., teste Joan. a S. Anton. in append.

MMCCVIII.

JOANNES FRANCISCUS BRIXIENSIS genere clarus, Capuccinus, & suæ provinciæ Brixiensis Minister, pietate illustris, & in Fratres benignus, scripsit vernacule

Libros de regimine Regularium, quos plurimi fecisse ferunt Cocinum S. R. Rotæ Decanum, & Card. Bellarminum.

Orationem funebrem in obitu V. P. Matthiæ Bellintani a Salodio Capuccini. Brixiæ an. 1611.

Obiit in patria an. 1620. ex to. 3. Annal. Capuccin. ad eum an. §. 39., autore Biblioth. Capuccin., & ex his Joan. a S. Anton. Posset videri idem, ac *Joannes Brixiensis* supra recensitus, nisi annus mortis nonnihil interpellaret.

MMCCIX.

JOANNES FRANCISCUS CARPENSIS prov. Bononien. Regul. Observ. an. 1580. scripsit

Chronica Ordinis, teste D. Josepho Garampo Ariminen. dissert. 19. n. 7. Mem. Eccles. ad Vitam B. Claræ Ariminen. ex Raphaele Adimaro Ariminen., qui an. 1616. Opus suum edidit tit. *Sito Riminese*, qui tamen dicit, citatque *Fr. Jo: Franciscum Carpensem Min. Observ.* de B. Clara Ariminen. ante se scribentem, sed non ait, scripsisse *Chronicon Ordinis*; forsan composuit *Chronicon provinciæ Bonon.*, quod ms. asservabitur, nam vulgatum nescitur, nec ejus meminit Waddingus, aut alius, quod sciam.

MMCCX. 1138.

JOANNES FRANCISCUS COLLANTES = a Secretis Generalis sui Ordinis, & Commissarius Generalis provinciarum regni Aragoniæ dedit etiam typis

Sermonem in laudem D. Garziæ Hurtadi de Mendoza Marchionis de Cañete in Capitulo Gen. Romæ an. 1625. vulgatum a Fr. Joanne Baptista Sanchez post *Patronatum Marchionum de Canete*, de quo supra.

Responsorium Apologeticum super jus suæ provinciæ ad præstandum ex suo Cœnobio Hierosolymitano Moniales Fundatrices in oppido de Æcilia.

Tractatum de statibus animæ ex Didaco Murillo apud Nicolaum Antonium to. 2. Biblioth. Hispan.

Tractatum de bonitate, & malitia actuum humanorum. ms. asservatur Cæsaraugustæ in Collegio S. Didaci ex Joan. a S. Anton.

MMCCXI. 1139.

JOANNES FRANCISCUS FAERNUS = Min. Conv. sac. Theolog. Doctor Ferrariæ anno 1519. die 9. Maji lauream accepit, eodemque anno ibi sacras literas publice interpretari cæpit; postea ad Ministerium provinciæ Bononiensis assumptus anno 1526. obiit Bononiæ anno 1537. die 22. Febrarii ex Cavitellio in Annal. Cremonen.; de quo & Rodulphius lib. 2. in prov. Bonon., Custodiaque Parmen., & lib. 3. inter Scriptores, aliique post eum: sed Franciscus Zava Cremonen. epistol. to. 2. lib. 12. in ea ad Paulum Faernum an. 1575. data scribit: *Quàm enim hunc concionantem divinæ hæc civitas audivit? quàm ex hujus lateribus divinum fere ruptis verbum profluens Ferraria, Bononia, Patavium, Europa denique omnis vidit; quanta cum admiratione maximarum disputationum theatra hunc conspexerunt? Hæc oratione Faernus prosecutus. Sed erectum Templum, & ex majori, & nobiliori parte constitutum hunc mirandum, & ingeniosum Architectum ostendit, & collandavit*: & Hieronymus Vida Episcopus Albensis autor synchronos Act. 2. Cremonen. contra Papien. testatur, hunc suo tempore in sacris literis pro oraculo habitum fuisse. Commemorat eum & nuperus Scriptor Ferrarien. Borsettus in Histor. Ferrarien. Gymnasii par. 2. lib. 2. sub an. 1519.

Ex eadem familia, atque Instituto floruit *Paulus Faernus* magnus Theologus, & præceptor P. M. Aurelii Novarini ejusdem civitatis, Conventus, & Ordinis alumni, atque Archiepiscopi Ragusini, laudatus a memorato Francisco Zava epist. lib. 11. & 12., & in Carminibus, ubi ei parentalia condidit, cum obierit die 11. Julii an. 1584. ex Francisco Arisio in Cremona Litter. to. 2.

MMCCXII.

JOANNES FRANCISCUS A LONDRONIO Hispanus ex Comitum Londronii stirpe genitus, primo inter S. Jacobi Equites cooptatus, ac deinde in Italia provinciæ Brixien. Min. Capuccin. alumnus scripsit

Manuale plurimarum Orationum de Passione Domini, & de B. V. M. ms.

Obiit Tridenti sanctitatis fama sibi comparata an. 1612. ex autore Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

MMCCXIII.

JOANNES FRANCISCUS A MONTORIO Aprutinæ regionis oppido Ordin. Min. Conv. sac. Theol. Magister, suæque provinciæ S. Bernardini an. 1587. adlectus Minister edidit

Turrim liliatam de Regum Galliæ genealogia Henrico Regi dicatam, teste Augustino Superbo autore suppari in Catalogo ms. de Scriptor. Ord. Min. fol. 86., qui addit, obiisse in patria an. 1619., & reliquisse

Expositionem in Symbolum Apostolorum ms. in Biblioth. sui Conventus; ex quo & Franchinus in Bibliosophia num. 181. istahæc exscripsit; sed parum attente, dum conjecit obiisse eum anno 1589.

1140.

JOANNES FRANCISCUS NUNNUS = V. infra *Joannes Nuñez*, qui idem est. Joannes a S. Anton. exscripsit hoc loco Waddingi verba.

1141.

JOANNES FRANCISCUS A REGIO = V. supra *Joannes Franciscus Bonus*: hic etiam Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum. MMCCXIV.

M M C C X I V. 1142.

JOANNES FRANCISCUS RHEMENSIS = Capuccinus concionator Parisien. provinciæ.

Director pacificus conscientiarum gallice scriptus in duas partes distributus prodiit iterum Parisiis an. 1643. tomis 2. in 8.

Vera perfectio hujus vitæ &c. iterum Parisiis an. 1648., & tertio Lugduni 1649.

Obiit pie Parisiis anno 1658. in Conventu S. Honorati, dum scriberet aliud *Opus de rebus spiritualibus*, teste autore Bibliothecæ Capuccin. De eo & Dupinus in Supplem., & ex his Joan. a S. Antonio.

M M C C X V.

JOANNES FRANCISCUS ROMANUS Min. Capuccin. alumnus, a sac. Congregat. de Propaganda Fide semel, & iterum ad regnum Congi Missionarius Apostolicus delegatus in summum illarum regionum bonum, italice scripsit

Historiam Missionis FF. Capuccinorum ad regnum Congi cum descriptione geographica ejusdem regni, adjectis moribus, & ritibus illius nationis. Romæ 1646., & 1647., & pluries alibi.

Obiit Romæ an. 1646., dum peste infectis Sacramenta ministraret ex Mandosio cent. 5. Biblioth. Romanæ, autore Biblioth. Capuccin., atque cum his, vel ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

1143.

JOANNES FRUGIBURGENSIS = leg. *Friburgensis*, & Episcopus *Bossinensis*, non Bodoniensis; de quo Waddingus in Annal. Min. agit quidem, sed me plane judice a Possevino deceptus, qui ut sæpe solet, eumdem autorem pluries in suo Appar. sacro exposuit modo Dominicanum, modo Franciscanum, & modo nulli Instituto Regulari addictum describens; habet enim *Joannem Teutonicum a Friburgo* Episcopum Bossinen. prope Hungariam, qui scripsit *Summam*: item *Joannem Bossinensem Episcopum* Germanum, & patriâ Friburgensem Ord. Minorum, qui scripsit *Summam* 5. libris distinctam sub anno 1250., tandem *Joannem e Friburgo* Ord. Præd., qui scripsit *Summam majorem*, seu *Confessorum*. Sed reipsa *Joannes Teutonicus*, & Friburgensis extitit Ordinis Prædicatorum, & Episcopus Bossinensis, qui dignitate abdicata coactus est sui Ordinis supremam Præfecturam suscipere mortuus Argentorati an. 1254. ex Thoma Cantipatrensi autore æquali il lib. Apum, & Natali Alexan. in Selectis Hist. Eccl. Capit. dissert. 6. art. 4., qui advertit, *Summam Confessorum* pertinere ad alium *Joannem Friburgensem* Ord. Prædic., qui circa annum 1300. vivebat. Jo: a S. Anton. addit narratis apud Waddingum, *Summam Confessorum* prodiisse Parisiis an. 1519. in fol. apud Jo. Petit, seque vidisse eam.

M M C C X V I. 1144.

JOANNES FUCHER =

Itinerarium Catholicorum proficiscentium ad infideles convertendos summa diligentia limatum, & auctum typis dedit *Fr. Didacus Valadesius* ejusdem Instituti Hispali 1574. in 8., ut eruitur ex prologo ejusdem Valadesii:

Opuscula alia *multa*, & *varia* hunc composuisse, quæ maximi fiunt, eaque servari in Indiis Occidentalibus, Mexicanoque regno tradit cit. Valadesius, Franciscus Gonzaga, addens obiisse Mexici apud suos tumulatum, ac tempore Concilii Tridentini floruisse. De eo & Arturus ad diem 30. Septembr. §. 4., & ex his Joan. a S. Anton. In Bibliotheca Toletanæ Ecclesiæ plut. 17. num. 5. ms. asservatur ejusdem

Enchiridion Baptismi adultorum anno 1544. in 4°, &

Declarationes literarum Apostolicarum concessarum Religiosis Mendicantibus novæ Hispaniæ in 4., quod Opus idem forsan est cum illo *Diversorum diplomatum Expositionis* memorato a Waddingo.

M M C C X V I I.

JOANNES FURSTENHAIN Bohemus Minor. Conv. in Moravia Lector hortatu Stephani de Bruna sac. Theologiæ Doctoris, & Bohemiæ, Poloniæque Ministri composuit

Historiam ejusdem *provinciæ Bohemiæ, ac Poloniæ* ab initio Ordinis usque ad an. 1503., quo vivebat; quam ms. asservari in Min. Conv. Cracoviensi Tabulario prodidit Casimirus Biernaki in Minor. Speculo art. 17. n. 2., & art. 22. num. 1. ac 20.; quave se usum in scribendo profitetur. Citat hunc autor Supplem. Annal. Waddingi ad an. 1224. num. 3. & ex eo Joan. a S. Anton.

* JOANNES GAA = v. *Joan. de Camera.*

M M C C X V I I I.

JOANNES GALAN Hispanus edidit

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Conchæ 1619. in 4., teste Petro de Alva col. 762. Militiæ univ., & ex eo Joan. a S. Anton.

M M C C X I X. 1145.

JOANNES GALLICUS = de quo meminit & Bandellus Ord. Prædic. de Concept. Christi, & Raphael de l'ornasio, qui citant ejus *Sermonarium solemne*, seu sermones varios: citatur etiam in sermone Gabrielis Barlettæ de Concept. B. V. edit. Brixien. anni 1521., ubi adducitur ejus *sermo de Nativ.*; sed cum multi fuerint hoc nomine, qui ex Gallia floruerunt doctrina, & sermone, ut *Joannes de Mirabello*, aliique tres, quos memorat Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 5. cap. 48. ex Firmamento, & Mariano, non est facile asserere cujus *Joannis* sint illi Sermones.

* JOANNES GAONA = V. *Joannes Geona* infra.

M M C C X X.

JOANNES GARCIA Cæsaraugustanus prov. Aragoniæ, humanarum, divinarumque literarum peritus scribebat circa annum 1615.

Collectanea Biblica ex Hieronymi miscellaneis, sive Expositiones sacræ Scripturæ ex ejus Operibus collectæ, adhibitis interdum propriis notionibus: teste Fr. Didaco Murillo autore æquali in Cæsaraugustana Historia, & Jacobo Le Long in Biblioth. sac. pag. 738., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 147.

M M C C X X I. 1146.

JOANNES GARCIA = cujus meminit Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., & Joan. a S. Anton.

M M C C X X I I. 1147.

JOANNES GARIA = sive Garsias, al. Garaias de Castroxeris Aragoniæ provinciæ, anno 1395. circiter jam Theologiam in Studio Tolosano ordinarie legebat, ubi ultra 30. annos publice legit ex Bulla 166. Martini V. ad Episcopum S. Papuli data anno 1426., qua jubet, ut ei assignentur 200. floreni aurei; hanc ob causam puto dictum esse Tolosanum: anno 1409. constitutus *Procurator*, & *Nuncius* Universitatis Studii Tolosani accessit ad Pi-

Pisanum Concilium ex actis; interfuit & Constantiensi 1414.; & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1421. refert ex Regesto Pontif. factum hunc esse *Commendatarium* nonnullorum bonorum Eccles. ob varia in dictis Conciliis munia obita; & ad an. 1426. num. 9. eum dicit *Universitatis Tolosanæ Decanum*. Antonius Brixianus Inquisitor Ord. Prædic. in sermone de *S.Vincentio Ferrerio* ait: *Magister Joannes Gratiæ* (leg. *Garziæ*) *Tolosanus* accessit, ut periculum faceret sapientiæ, & sanctimoniæ *Vincentii*; pauloque post eum dicit *Ordinis Minorum*: ipsius meminit Antonius Bonitus Cuccarus Episcopus Acernensis in Elucidario Conceptionis B. V. an. 1507. vulgato, & ante eum autor synchronos Gulielmus Vorilongus in 3. Senten. dist. 3. concl. 1. his verbis: *Tractatus iste Irrefragabilis Doctoris* (Alexandri Alensis) *a Tolosano Magistro Joanne de Garria hujus Doctore Ordinis contra nonnullos Virgini de novo garrientes in Universitate Tolosana citra octo annos productus est*: hinc a Rodulphio lib. 3. dicitur insignis *Doctor Universitatis Tolosanæ*. Conscripsit lingua vernacula

Regimiento de Principes, seu *Opus de regimine Principum*, quod ms. extat in Biblioth. D. Ludovici de Castella; idque egit ad usum Petri Regis Aragoniæ, qui vivere desiit an. 1387. ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan., ubi testatur, se ignorare hujus autoris Institutum, putatque transtulisse e latino in hispanum idioma Opus Ægidii Columnæ Ord. Erem. S. Augustini; verum codex ms. Biblioth. Monast. S. Vincentii Bisuntin. cum habeat sermone gallico: *De regimine Principum secundum J. Fratrem Franciscanum, & secundum Ægidium Ord. S. Augu.* ex Catalogo apud Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1190.; instruimur ergo utrumque Opus & Joannis Garsiæ Ord. Min., & Ægidii Ord. S. Augustini translatum in gallicum idioma, unumque ab altero esse distinctum.

Exponenda S. D. N. Papæ ex parte Sereniss. Aragonum, & Siciliæ utriusque Regis præsente Collegio Ill. DD. Cardinalium pro Magistro Joanne Garziæ Confessario suæ Majestatis habetur Florentiæ ms. in Biblioth. Laurent. Medicea plut. 13. cod., ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 277. Scribit Gonzaga reliquisse nonnulla *Opera*, quæ, quantum ego ex aliis animadverti præter recensita, sunt

Commentarii in 4. Sententiarum libros, quos citat autor illius seculi Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 4. p. 3., a quo tamen mendose dicitur *Magister Joannes Varro*, ejusque pronunciatum in 3. Senten. dist. 3. affertur, nimirum *Domin. Papam Alexandrum Quintum* approbasse opinionem Minorum Fratrum *de Immaculata Conceptione B. V.*; & corruptius etiam citatur a Mauritio Hilareto in sac. Ennead. Advent. hom. 30., ubi dicitur *Mag. Joan. Varzo præceptor Scoti*: quomodo Scoti præceptor, qui scripsit post tempora Alexandri V. Scoto seculo integro posterioris? confundunt igitur hi *Gulielmum Varronem*, *Joannem* perperam ab ipsis dictum cum hoc *Joanne Garia*.

MMCCXXIII. 1148.

JOANNES GAVINETUS = natione Gallus Min. Conv. prov. Burgundiæ.

Amicus Medicorum prodierat Lugduni 1496. in 4., & iterum cusus est ibid. an. 1559., & denuo, teste Joan. a S. Anton., Francofurti 1614. in 12.

Abbreviationis Abrahæ &c. meminit Carolus Joseph Imbonatus in Bibliotheca Latino-Hebraica.

MMCCXXIV. 1149.

JOANNES GAZO = Cæsaraugustanus juxta Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan., Catalauniæ provinciæ Minister vernacule scripsit; ejusque meminit Vincentius Blascus Hist. Aragon. lib. ult. cap. 47.

* JOANNES GENESIUS, qui claruit tempore Caroli V. Imp., quique hoc loco recensetur a Joan. a S. Anton., non Minorita fuit, neque alicui Regularium Instituto addictus, sed secularis, ut potissimum ex ejus Operibus lucet; ideoque hinc abradendus, & substituendus est *Joannes Genesius Quaja* Minorita, de quo mox.

MMCCXXV. 1150.

JOANNES GENESIUS = hic Waddingus duos confundit, unumque tantum facit, *B. Joannem Borellum*, de quo supra actum est, & hunc *Joannem Genesium Quajam*; quos probe distinxit Bonaventura Angeli, tametsi non probavit; ille vixit, floruitque doctrina, & vitæ sanctitate primo Ordinis Minorum seculo; hic vero altero, insequentique seculo: ille quid scripserit, supra jam ostensum est; iste vero scripsit, cum fuerit sac. Theologiæ Doctor,

Commentarios in plerosque libros veteris Testamenti.

Commentarios in quatuor libros Sententiarum, qui habentur mss. in Biblioth. Vaticana. Extabat olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ms. *Postilla super M. Magistri Joannis de Parma* ex veteri illius loci Catalogo an. 1437. condito pag. 66.; hujusne, vel antiquioris *B. Joannis Borelli*, de quo supra, non satis scio; sicuti nec an *M.* indicet *super Matthæum*, an *super Magistrum Senten.*

De Incarnatione Christi ms. in Bibliotheca Vaticana.

Libellum de medicinis ms. ibidem.

De consolatione medicinarum ms. ibidem.

Librum de civitate Christi, & bona vita ms. in Vatic. ex cit. Montfaucon to. 1. pag. 130. cod. 5057., & Asisii apud nostros ms. chartaceus in fol., teste etiam Bonaventura Angeli lib. 5. Hist. Parmen. infra apud Waddingum in *Joanne Parmensi*; cui præmittitur brevis epistola autoris nuncupatoria, quæ typis edita non fuit, estque hujusmodi: *Strenuissimo militi, magnificoque Dño Dño Benedicto de Gambacurtis de Pisis Frater Johannes de Parma sac. Theologiæ Magister Ordinis Minorum y. gloriose cum omnium virtutum ornamento felici. Librum de civitate Christi, quem his diebus cum multo labore, mentisque sudore composui, celsitudini vestræ transmitto; quatenus quem rudi stilo, modicoque scientia compilare præsumpsi, felix ingenium vestrum videat in cunctis prosperis, adaugentque gloriose. Amen. Fundamenta ejus in montibus sanctis* &c. Habetur ms. etiam Mediolani in Biblioth. Min. Conv., extabatque olim & Ferrariæ ms. in Biblioth. S. Francisci ex veteri illius Catalogo supra producto pag. 66. & 70.; cujus libri *de civitate Christi* si singulorum capitum literæ initiales simul jungantur, has dictiones reddunt: *Frater Johannes Genesius Quaja de Parma Ordine Minor Doctor*: instar Plauti, qui ita suarum *Comœdiarum* argumenta condidit, ut initiales literæ carminum Comœdiæ nomen exhibeant; & Antonii Pucci senioris Florentini, qui circa an. 1370. *Chronicon* versibus acrosti-

sticis hetruscis composuit. Porro autor in hoc libro *de civitate Christi* cap. 3. por. 11. citat *Clementinam* de Verbor. significat. *Exivi de Paradiso*; quam constat a Clemente V. editam fuisse an. 1312. in Viennensi Concilio; tam abest, ut hoc Opus adscribi queat B. Joanni Parmensi, qui anno 1289. obierat: itidem cap. 2. por. 11. asserit, sed adhuc juvenem studiorum causa in Angliam transfretasse; & cap. 2. por. 1. citat *Joannis Gualensis Breviloquium* de 4. virtutibus antiquorum par. 3.

Rosarium in Genesim incipit: *Factus est* &c.; dividiturque in 4. partes, seu distinctiones: in prima agit de quibusdam generalibus hominum conditionibus; in 2. de vitiosa hominum conditione; in 3. de statu hominum virtuoso; & in 4. de gloriosa hominum vita. Extat ms. chartaceum in 4. Asisii apud nostros, cujus in fine adjecti sunt 12. primi versus Apophtegmatum:

„ Felicem quisquis studii vult tangere me-
„ tam,
„ Regis opem summi petat, hunc reverenter
„ adorans.

Habebatur olim Ferrariæ ms. *Rosarium Magistri Johannis de Parma* in Bibliotheca Sancti Francisci ex citato Indice pagina 68., & 70.; idemque esse puto, quod Oudinus tom. 3. Commentar. dicit *Glossarium Fratris Johannis Genetii Qualei de Parma sac. Theologiæ Professoris Ordinis Fratrum Minorum* ms. haberi Patavii in Biblioth. S. Antonii Min. Conv. ex Philippo Thomasino in Catalogo Biblioth. Patavin. mss., & ibidem in Biblioth. Erem. S. Augustini *Glossarium Fratris Johannis Quaylei Ordinis Minorum de Parma oriundi* ms. in fol. membr. ex cit. Thomasini Catalogo. Mediolani quoque in Ambrosiana Biblioth. extat *Genesii Rosarium* ex Catalogo Montfaucon pag. 515. Citatur autem in *sermone* Gabrielis Barlettæ de Concept. B. V. edit. Brixien. 1521. *Joannes Genesius Parmensis in suo Rosario c. 5.*; Joannes autem a Carthagena lib. 7. hom. 15. citans hujus *Rosarium B. Virginis* sine dubio a nomine *Rosarii* deceptus est. Hæc evincunt, graviter hallucinatum Echard to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 906., ubi hunc *Joannem* Waddingo, nostrisque surripere contendit, putans nonnisi codicem unum Venetum pro se habere; sentitque non improbari posse hunc fuisse Ord. Prædic., eo quod Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. cod. 30. habeatur codex relatus a Montfaucon Catalogi pag. 284. to. 1. tit. *Fr. Joannis Genesii Quayr de Parma sac. Theol. Mag. Ordinis Prædicatorum liber de civitate Christi per eum ordinatus, & compositus ad strenuissimum militem Dnum Benedictum*; & ibidem plut. 19. ejusdem *Joannis* &c. *Ord. Prædic. Rosarium sectionibus quatuor* incip. *Factus est homo* &c.

Sermones Fr. Joannis de Parma mss. habentur Florentiæ in Biblioth. Magni Ducis ex Catalogo illius Biblioth. an. 1641. Amstelodami ab Henrico Erustio vulgato.

Quadragesimale Magistri Johannis Qualiæ de Parma extabat olim Ferrariæ ms. in Biblioth. S. Francisci ex citato ejusdem veteri Catalogo pag. 68., & 79.

Opusculum Apophtegmatum Virorum illustrium carmine compositum habetur ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci in 4. post ms. librum *Epigrammatum S. Prosperi*, & ante Enchiridion Aurelii Prudentii; incipitque:

„ Felicem quisquis studii vult tangere metam,
„ Regis opem summi petat, hunc reverenter
„ adorans.
„ Corra a Dio chi vol bene imparare
„ Il saper con reverentia domandare:

carminibus latinis, atque hetruscis, italicisque alternantibus, ut binis latinis bini versus italici, vulgaresque respondeant illorum explicandorum gratia: Latinorum autem versuum si prima elementa, vel initiales literæ conjungantur, hanc efformant orationem, ut supra: *Frater Johanes Genesius Quaja de Parma sacræ Theologiæ Magister Ordinis Fratrum Minorum Professor illustris fecit hoc Opus ad honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, & Beati Francisci, & amore nobilis Andreæ nati celsi Domini Petri Gambacurtæ*. At *Petrus Gambacurta* factus est anno 1369. patriæ suæ Pisarum Dux, & Rector, populique defensor; quo honore functo ad 23. annos necatus est immaniter, & proditorie a Jacobo Appiano ejus Scriba an. 1393., teste Leonardo Aretino, Ænea Sylvio, Bolland. die 17. Junii in Vita B. *Petri Gambacurtæ* filii prædicti Petri, & fratris memorati Andreæ, qui ante annum 1390. ex hac vita migraverat, aliisque scriptoribus; fuitque ei præ ceteris filiis primogenitus *Andreas*, qui anno 1381. mense Julio factus est *Eques* a Galeatio Vicecomite Mediolanen. Principe, ut habetur ex Chronico Pisano to. 15. Rer. Italic. Scriptor.; unde liquet, hoc *Opusculum* scripsisse Joannem ante annum 1381., quo Andreas Gambacurta paulo post defunctus ex Vita B. Claræ Gambacurtæ apud Bolland. die 17. Aprilis cap. 1. num. 10., & cap. 3. num. 23., nondum *Eques* declaratus fuerat, & dum forsan Pisis *Joannes* morabatur, & literas docebat. Hic namque sine dubio est ille *Fr. Joannes Parmensis sacræ Theologiæ Magister* Ordinis Minorum, qui an. 1383. Collegio Theologorum Universitatis Bononiensis adscriptus una cum aliis Theologis Bononiæ assensum præbuit, ut insignia Magisterii conferrentur *Fr. Francisco de Bardis* Florentino Ord. Min. kal. Junii ex monumentis Conventus S. Crucis Florentini Min. Conv. Habetur hoc Opusculum & Asisii ms. chartaceum in 4. apud nostros, sed fœde depravatum, inter aliorum Sermones.

M M C C X X V I. 1151.

JOANNES GENNINGUS = ut in *appendice* Waddingi ad hunc librum.

M M C C X X V I I. 1152.

JOANNES GEONA = præceptorem habuit celebrem Doctorem Parisien. *Petrum a Cornibus*, de quo infra agetur; ortusque generosis parentibus in Americam transmittitur, ubi provinciæ S. Evangelii Minister factus est, cum antea Mexicani Cœnobii moderator fuisset, legissetque Rhetoricam, Philosophiam, & Theologiam, quemadmodum docet Gonzaga par. 4. apud autorem Chron. S. Francisci par. 4. lib. 3. cap. 74.

Dialogum de Christi passione latine scripsit ex Gonzaga, & aliis. Edidit etiam

Sermones Dominicales idiomate mexicano ex Ludovico Robolledio in Catal. Scriptor.

Apologiam adversus famigeratissimum quemdam Theologum ex eisdem ms.

Poemata in laudem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ impressa leguntur, teste Petro de Alva col. 763. Militiæ univ.; & cum plura alia scripsisset, temporis, ignisve iniquitate deperdita dicuntur a Torquemada par. 3. Hist. Mexicanæ prov. S. Evan-

gelii cap. 23., de quo & Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan., & ex his Joan. a S. Anton. to.2., ubi pag. 167. docet, dicendum esse *Gaona*, non Geona.

MMCCXXVIII. 1153.

JOANNES GERVASII = erunt, qui censeant hunc extitisse e *Castro*, nunc *Civitate Plebis* provinciæ Tusciæ, utpote dicta *Plebs S. Gervasii*, sed hæc incerta in medio linquimus. Hunc ex Mariano habet, memoratque Waddingus in Annal. Min. ad an. 1344. num. 8., aliique similiter; quare nescio, cur hunc patriâ *Florentinum*, & Ordinis *Min. Observ.* dixerit Julius Niger in Scriptor. Florentin.: cum tamen eum non habeat Bartholomæus Pisanus, reor floruisse post annum 1390.

MMCCXXIX.

JOANNES GHIZZOLA Brixianus Minor. Conv. artis Musicæ peritissimus Patavii in Templo S. Antonii, & Ravennæ apud Petrum Card. Aldobrandinum Archiepiscopum Odæi, Cantorumque præfectus cum annis multis exstitisset, plurima composuit, quæ

Sacra cum concentu notarum musicarum passim in Ecclesiis cani solent: vulgavitque præsertim Venetiis anno 1608. usque ad 1624. typis Alexandri, & Jacobi Vincenti, & Mediolani an. 1613. per Philippum Lomatium. Vidi Opus ejus xvi. tertiæ etiam editionis Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci. Augustinus Superbus autor coævus in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min., ubi eum impense laudat, Bononiæ diem obiisse tradit.

MMCCXXX. 1154.

JOANNES GILLIUS = de quo & Hebrera, & Nicolaus Anton., & Joan. a S. Anton.

MMCCXXXI.

JOANNES GINTO Hispanus ex oppido Almunia Cæsaraugustanæ diœc. provinciæ Aragoniæ alumnus, Lector emeritus, supremæ Inquisitionis Qualificator, & suæ provinciæ Chronologus edidit hispanice

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis. Cæsaraugustæ an. 1650. in 4. typis Regii Hospitalis.

Divinam, & humanam malitiam. Ibid. anno 1653. per Michaelem de Luna to. 2. in 4.

Apologiam pro indebita excommunicatione impress. an. 1656. in fol.

Acta V. M. Sororis Mariæ de Salinas Clarissæ, ac Fundatricis Monasterii de Xelsa. Iisdem typis an. 1660. in 4.

Obiit Cæsaraugustæ an. 1661.; de quo Marracius, Petrus de Alva, Hebrera, Nicolaus Antonius, & Jo: a S. Antonio agunt.

MMCCXXXII.

JOANNES GLABION, al. Glapyon Gallus Doctor Theologus, Burgensis Cœnobii in provincia Turoniæ Guardianus, provinciæ Franciæ Minister, & sui Ordinis Regul. Observ. Commissarius Transalpinus in Curia Romana an. 1517., Oraculis vivæ vocis Leonis X. apud Eman. Rodericum in Bullario num. 58., & 62. testis, & Ecclesiastes Maximiliani I. Imp. vitæ finem posuit Vallisoleti in Hispania an. 1522., cum ad Indos ire disponeret ex Joan. a S. Antonio. Scripsit

Le passetems de pelerin de vie humaine pour Fr. Joan. Glappion Confesseur del' Empereur Charles V.

Explication des ceremonies de la Messe in 4. mss. habentur in Biblioth. Monasterii S. Vincentii Bisuntin. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1191.

Conciones, & alia, quæ typis data an. 1523. legimus apud Miræum in Scriptor. Eccles. sec. 16. num. 29., & Dupinum sec. xvi.

MMCCXXXIII.

JOANNES GOREL Gallus Doctor Parisiensis cum anno 1408. scriptis, & concionibus ea dixisset, quæ sibi dicenda videbantur, notatus dicitur censura Theologorum Parisiensium, quod nimiam Pontificis Romani super Episcopos, & Parochos potestatem fecisset, ut memoriæ prodidit Carolus de Plessis in Collectione judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1408., & autor Hist. Eccles. gallice scriptæ sec. xv.; hujusque meminit etiam Joan. Gerson in serm. adversus *Bullam* Alexandri V. *Regnans in cælis* anno 1409. pro Mendicantium Ordinibus editam. Interfuit anno 1416. Constantiensi Concilio, in cujus Actis noviss. editionis Venetæ to. 16. sess. 20. anno 1416. ita legitur: *Fr. Joannes de Garello Ord. Minorum, ac sac. Theologiæ Parisiis Professor, Conventusque Parisiensis Ordinis prædicti Magister Regens, nec non R. P. Fratris Joannis Quingonelli sac. Theologiæ eximii Doctoris prædicti Ordinis Minorum in provincia Franciæ provincialis Ministri in sac. Generali Concilio Constantiensi generalis Procurator cum plenitudine potestatis*: scripsit, quantum ex dictis elicio,

Opuscula Theologica,

Conciones Quadragesimales, &

Orationes, sermonesque: revera Constantiæ in Concilio an. 1416. in die Nativitatis B. Virginis doctissimam ad Patres Concilii habuisse *Orationem* observavit & Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 1.

MMCCXXXIV.

JOANNES GRAJUS senior Scotus Hadingtonensis patriâ, nobilissima natus familia, Doctor Parisiensis; humanioribusque literis etiam excultus scripsit, si fides est Thomæ Dempstero Hist. Eccles. Scot. lib. 7. num. 625.,

De figuris Bibliorum;

De Sacramentis; &

Carmina varia lib. 1.

Vivebatque anno 1500.; cujus *epigramma*, & quidem elegans legitur in Fronte *Thesauri Theologorum* Joannis Picardi an. 1503. impressi, quod & refert Waddingus infra in *Joanne Picardo*, qui hunc cum *Joanne Majori* confundit, ut videbitur; & hunc existimo, quem Natalis Alexander to. 7. Hist. Eccles. cap. 5. art. 1. mendose dicit *Joannem Gacham Minoritam*, addens strinxisse calamum in *Erasmum*, qui eo tempore vivebat.

Ex hac porro generosa prosapia fuit *Joanna Graja Suffolcia* femina scitissima græce, & latine edocta, quæ anno 1553. *Angliæ Regina* etsi invita proclamata est.

MMCCXXXV.

JOANNES GRAJUS junior Scotus Hadingtonensis nepos forsan superioris Joannis vir pius, & doctus, & ecclesiastes egregius an. 1579. septuagenarius Bruxellæ in Belgio ab hæreticis Gueusiis palmam martyrii obtinuit in Ecclesia sui Ord. Regul. Observ. ante majus Altare gladio confossus ex Gonzaga par. 3., Faustino Tasso, Thoma Bourchier, & Waddingo in Martyr. Ord. Min., nec non Dempstero Hist. Eccles. Scot. lib. 7. num. 607., qui addit ejus mentionem facere supparem seri-

scriptorem Henricum Sedulium in Coroll. Hist. Seraph. pag. 693., & scripta reliquisse eum

Conciones varias;

Theologica quædam; &

Epistolarum lib. 1.

Daniel Perusinus ejusdem Instituti Regul. italicam fecit hujus Martyris *Vitam* ex latina Historia Martyrum Franciscan., teste laudato Dempstero.

MMCCXXXVI.

JOANNES GRANDE Hispanus Tertii Ord. S. Franc. Claustral. in Cœnobio S. Antonii Abbatis Granatensis Lector, doctrina non minus, quam pietate clarus edidit

Tractatum de Immaculata Conceptione B. V. impress. Granatæ an. 1628. typis Martini Fernandez, teste Marracio in Biblioth. Mariana, & post eum Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 38.

Concionem de Incarnatione. Ibidem an. 1630. in 4. typis Francisci Heliani ex Joan. a S. Anton.

1155.

JOANNES GRAVENDUNK = V. *Franciscus Kravendonus* supra relatus, qui idem est, cum de utroque dicatur successisse Moguntiæ *Joanni Fero* in ecclesiastis Cathedralis officio. Rodulphius autem lib. 3. primus utrumque posuit, quem secuti sunt alii; nec adhuc inveni, utrum reipsa *Franciscus*, an *Joannes* vocaretur. Waddingum secutus est Joan. a S. Anton.

MMCCXXXVII. 1156.

JOANNES A S. GREGORIO = de quo & Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., & Andreas Barcia in Biblioth. Occident. pag. 743., ac Joan. a S. Anton.

MMCCXXXVIII. 1157.

JOANNES GRITSCH = vir eruditus tam in Jure Canonico, quam in Philosophia seculari, & concionator suo tempore celeberrimus ex Trithemio, & Simlero.

Sermones de Tempore, & de Sanctis per annum prodierunt Lugduni an. 1492., non 1443., ut cum Waddingo errat Joan. a S. Antonio: & Venetiis an. 1595. cum sequenti.

Quadragesimale vulgatum est primùm Ulmæ an. 1476. per Joan. Zeimer Reutlingensem, mox Basileæ an. 1477. per Joan. Viences, teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1430.; Orlandus de Orig., & progr. Typograph. ait prodiisse Reutlingæ an. 1477., vel 1475., & alibi anno 1478., & 1490. in fol.; anno 1488. impressum fuit Norimbergæ in 4. cura Georgii Stuchs de Sulczbach una cum *Thematum Evangeliorum, & Epistolarum Introductionibus*, extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.; prodiitque postmodum eodem modo & Lugduni an. 1495. per Jo: Trechsel Alemanum, quæ editio habetur Bononiæ in Biblioth. S. Francisci Min. Conv., & Ven. 1595. in 8. per Lazarum de Soardis ex nostra Bibliotheca SS. Apostolorum de Urbe. *Quadragesimale* edit. Norimbergæ per Koburger in fol. max. est in Biblioth. Langheimen.

Conciones totius anni cum initiis Evangeliorum, & Epistolarum habentur mss. Cracoviæ in Cœnobio Carmelitarum vi testamenti B. Swentoslai; quemadmodum in *Vita S. Stanislai* Cracovien. extat apud Act. SS. Collector. Bolland. to. 2. Maji die 7.

De hoc viro Petrus de Alva in libro tit. *Pleyto de los libros* pag. 437., Jac. Eccard. de Scriptor. Ord. Prædic. to. 1., & Ludov. Bail par. 3. cap. 60. Biblioth. concionat.

MMCCXXXIX.

JOANNES DE GUADALUPE Hispanus prov. Angelorum in Castella Reg. Observ. alumnus, primus vero Reformationis Strict. Observ. Discalc., ac provinciæ S. Gabrielis fundator, scripsit

Statuta pro sua Reformatione, quæ laudantur in Chron. provinciæ prædictæ S. Gabrielis to. 1. lib. 1. cap. 7., necnon

Epistolas plures asceticas, & mysticas, quæ ms. in folio asservantur Hispali in Archivo Conventus S. Antonii.

Obiit anno 1506., dum Romam ad Capitulum Gen. pergeret; de quo Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1., Waddingus in Annal.Min., Chronologus provinciæ Angelorum, Arturus in Martyrolog. Franciscano ad diem 11. Septem. §. 6., Petrus de Alva, ac Joan. a S. Anton.

MMCCXL. 1158.

JOANNES GUALLENSIS = senior, de quo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1270. n. 35. floruit tempore *S. Bonaventuræ* Parisiis, ubi obiit honorifice sepultus apud suos Consodales, uti scribit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2., ubi de Viris opinione sanctitatis mortuis in *provincia Franciæ* tractat; & paulo post inter Scriptores Ordinis Minor. chronologice incedens eum inter S. *Bonaventuram*, & Joannem *Varronem* Magistrum Scoti collocat: etiam Confor. XI. par. 2. in provincia Franciæ, & Conventu Parisiensi ait: *qui promeruit, ut Arbor vitæ sit post mortem vocitatus, & in hujus signum arbor sculpta manet in lapide sui sepulchri*: sed & autor Chronicorum antiquorum Ordinis in anno 1372. desinentium apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 2. lib. 4. cap. 12. tradit hunc *Joannem* floruisse 1. Religionis Franciscanæ seculo tempore *Bernardi a Bessa* S. Bonaventuræ socii; quod habet & Trithemius, & Jacobus Philippus Bergomas, ac Marianus sub an. 1270. vixisse scribentes. Deinde Thomas Ecclestonus Anglus, qui circa annum 1330. vivebat, in fragmentis apud Antonium Vood Antiquit., & Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 72. memorat, scriptorem hunc claruisse seculo XIII., & in Oxonien. Lectura successorem habuisse *Thomam Dochingum* an. 1270. literarum studiis celebrem, quod etiam ipse Waddingus infra in *Thoma Dokingo* scribit immemor hic eorum, quæ illic scripserat. Anno 1282. erat Parisiis *Regens* in Theologia ex cod. 762. Biblioth. Victor., ut scribit Echard de Scriptor. Ord. Prædicat. to. 1. in *Thoma de Hibernia* ad an. 1314., & pag. 386. tit. de *concionatoribus variis*, ubi legitur habuisse eum 77., & 83. *sermonem* ex illis diversorum autorum, qui habentur collecti in pluries citato cod. Sorbonico; anno vero 1283. fuit ex 5. Doctoribus Parisien., quibus doctrina Petri Joannis Olivi demandata est examinanda, qui etsi apud Waddingum in Annal. ad eum annum num. 1. dicitur *Joannes Garan* ex Mariano, & Rodulphio, tamen *Joannes Valensis* appellatur in ejusdem Petri Joannis Epistola ad eos defensionis suorum articulorum apud Carolum de Plessis in Collectione Judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1280. Tandem citatur Joannes Guallensis a Roberto Holkot, quem anno 1349. obiisse tradunt, cap. 18. Sapien. lect. 197. Nec alius est ille *Joannes Wallius* diœces. *Wigornien.*, quem Waddingus ex Harpsfeldio sec. 13. cap. 23. refert in Annal. Min. ad an. 1302.

1302. num 10. floruisse una cum Riccardo de Mediavilla; est enim dictus *Wallius* a Wallia, seu Cambria regione Angliæ ad mare Hibernicum, cujus in finibus, & Cornubiæ sita est *Wigornia* civitas: diciturque corrupte *Guallia*, & ab ea *Guallensis*. Ex bis manifestum est, duos fuisse Joannes Guallenses, non unum, ut arbitratus est Waddingus, qui ut istos duos confundit, ita quoque multorum Opera miscet, & uni huic adscribit; quæ quo segregare valeam, præmittendum est id, quod Pisanus cit. de ejus sceptis prodit: & primo loco inquit: *Fr. Joannes Gualensis Magister in Theologia, qui Summam valde utilem multorum tractatuum composuit*: 2. loco: *Fr. Joannes Gualen. de Anglia Doctor Parisien., qui Parisiis Arbor vitæ inscribitur, composuit plures Postillas, & specialiter super Apocalypsim, ac Summam pulcherrimam cum XVIII. tractatibus de diversis compositis; quæ omnibus volentibus prædicare, & scire quæ decet fieri, utilissima est, exemplis pulcherrimis, & autoritatibus Philosophorum, & Sanctorum comprobata*: & paulo post: *Summam de vitiis Fr. Joannes Guallen., ut dictum est*, edidit: 3. etiam loco: *Summam enim multum utilem cum diversis tractatibus compegit: scripsit luculenter super sacram Scripturam, & Theologiam*.

In 4. libros Senten. impress. Lugduni an. 1511. lib. 4., teste Martino Lippenio to. 2. Bibliothecæ Philosophicæ pag. 1394.

In Apocalypsim S. Joannis incip. *Legimus apud Eusebium*: habetur ms. Parisiis in Regia Biblioth., teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1260.

Postilla in Evangelium Joannis incipit: *Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila?* &c. *Communiter 4. sancta animalia mistica significatione* &c.: extat Florentiæ in S. Crucis Biblioth. scam. 10. versus Eccles. num. 109. ms. in fol. sine nomine autoris; sed quidam charactere diverso, antiquo tamen apposuit in fronte nomen *Petri Johannis*, cum scribendum esset *Fr. Joannis*. Prodiit autem Romæ an. 1589. inter Opera *S. Bonaventuræ* to. 2. edit. Vatic.; sed quam supra dictum est ad S. Bonaventuram pertinere non posse.

Collationes in Joannem, seu *Sermones in quædam loca ejusdem Evangelii Jo:* incip. *In principio* &c. prodierunt ibidem an. 1589. to. 2. Operum S. Bonaventuræ, sed quæ spectant ad autorem superioris *Postillæ* ex ibi dictis. Peeperam Oudinus tres istos Commentarios in Joannem censet esse *Thomæ Jorsii* Angli Ord. Præd., eo quod ejusmodi Commentariis adornandis vitam consumpsit, non Joannes Gualensis, inquit ille, quod plane falsum, cum proxime citatus Pisanus testetur, Joan. Gualensem *plures Postillas, & specialiter supra Apocalypsim* composuisse; & Jac. Bergomas in Supplem. an. 1486. edito lib. 13. sub anno 1275. eum *& in Apocalypsim, & alios sacros codices scripsisse* dicat; idemque tradant Rodulphius lib. 1. fol. 128., Possevinus, Trithemius, Marianus, & antiqua Chronica supra commemorata, Balæus, Pitseus, & LeLong. Deinde autor *Collationum in Joannem*, quem dictum est, esse eumdem cum autore *Postillæ in Evang. Joannis*, non semel adducit *B. Franciscum*, uti Collatione 19.

In Epistolas S. Pauli scripsisse tradit Jacobus LeLong pag. 796. Biblioth. sac.

Sermones de Tempore, & de Sanctis tribuuntur ei etiam a Marco Ulyssipon., & Pitseo: horum duos supra dixi ex Echardo asservari in Biblioth. Sorbon. Parisiis

In Mythologieum Fulgentii lib. 1. est Opus *Joannis Ridewallensis*, de quo infra.

Breviarium præceptorum forsan est idem, ac *Legiloquium de mandatis divinis*. Extat Florentiæ scam. 31. versus claustrum cod. 745. Opus *de x. præceptis* post *Summam Collectionum*, seu Communiloquium.

De Pœnitentia lib. 1. extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci hoc titulo: *De Pœnitentia Magistri Joannis Gualensis*: ex veteri illius Bibliothecæ Catalogo anno 1437. confecto pag. 67. & 79. Habetur nunc Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci post *Summam de vitiis*, & post *Dietarium de vita religiosa*, & incipit: *Quoniam provida sapientia solertia est jugiter meditari necessaria ad salutem, & illa intendere* &c.: & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustrum cod. 744. ms. in fol. post *Summam Collectionum* bujus autoris. *Joannes de Valleys Summa de Pœnitentia* ms. extat in Anglia inter mss. codd. Bibl. Jacobeæ cod. 454. *Fr. Joannis Walensis de casibus conscientiæ* ms. in Biblioth. Monasterii Montis Dei ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1333.; & in mss. codd. Ecclesiæ Wigorniensis cod. 114. num. 12. *Joanis Wallensis Ord. Prædicatorum Summa de Confessione*. Tractatum hunc *de Pœnitentia, ejusque partibus* typis dedit Moguntiæ an. 1673. Fr. Franciscus Haroldus una cum *Ordinario vitæ Religiosæ*.

Summa de virtutibus, & vitiis: citatus Pisanus dicit *Summam de vitiis*; antiquus autor Firmamen. 3. Ordinum edit. Parisien. parte 1. *de virtutibus, & vitiis*; quare idem Opus existimo cum *Summa justitiæ*, seu *tractatu de 7. vitiis*, quem ms. haberi Oxonii, & Cantabrigiæ tradit infra Waddingus. *De vitiis* ms. in Biblioth. Anglica Joan. Mori Norvicensis ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 662. *De vitiis, & virtutibus* una cum *Ordinario Vitæ religiosæ*, & *Summa* mss. sunt Parisiis in Biblioth. Victorina ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1372. *Summa Johannis Gualensis de virtutibus*, & altera eiusdem *Summa* extabat olim Bononiæ in Biblioth. S. Franc. ex antiquo illius Biblioth. Indice an. 1421. scripto, & ibi adhuc asservato. *Summa de vitiis, & virtutibus* extat mspergam. in 8. Asisii in Tabulario Conventus S. Franc., cujus prologus incipit: *Ad majorem distinctionem subsequentium, & ad faciliorem inventionem pro voluntate inspicientis capitula hujus collectionis ex dictis autenticis Sanctorum, & gentilium Philosophorum de IV. prædicandis scilicet vitiis, & virtutibus, pœnis, & præmiis prænotantur: quæ collectio congrue potest dici Communiloquium de dictis, vel autoritatibus Sapientum. Sunt autem ejusdem Collectionis 4. partes, quarum prima de vitiis detestandis* &c. Opus vero incipit: *Cum almus Christi Confessor Beatus Franciscus* &c.

Communiloquium idem est cum *Summa Collationum* (leg. *Collectionum*) *Mag. Joannis Galensis*, quæ duplicata extat ms. Cremonæ in Biblioth. Erem. S. Augustini, teste Possevino in Catalogo illius Biblioth. ad calcem sui Appar. sac.; extat & Parisiis in Victorina Biblioth., & in Choletana ex cit. Oudino ad an. 1260., atque etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustr. cod. 744. ms. in fol., & cod. 745. in 8. magno ms., & in utroque dicitur *Summa Collationum*. Romæ in Biblioth. Collegii Capranicæ habetur *Communiloquium de cunctis artibus, & disciplinis P. Gave sac. Theol. Profes-*

fessoris, teste autore *Biblioth. inedita* apud Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. Franciscanæ in append. inter Anonymos v. *Quidam* num. 3., qui to. 2. pag. 228. ait, *Communiloquium* ms. in fol. reperiri etiam Salmanticæ in majori Collegio S. Bartholomæi arm. 326., & pag. 227. Hispali in Biblioth. Ecclesiæ; tandem extat ms. in Biblioth. Gemmaticensi ex Catalogo Montfaucon pag. 1212. Prodiit autem typis Argentinæ an. 1489. in fol., teste Maittaire de Vitis Typographorum fol. 215. & Parisiis 1516. *Wallensis Summa Collationum ad omne genus hominum* sæpæ citatur ab antiquo scriptore Alexandro Anglo in *Destructorio*, seu *Summa vitiorum* par. 4. cap. 61., par. 5. cap. 12., par. 6. cap. 2., & par. 8. cap. 50. Index capitulorum incipit: *Cum Collectionis hujus, quæ potest dici Summa Collectionum, sive Communiloquium, sint septem partes* &c. Prologus vero incipit: *Cum Doctor, sive Prædicator Evangel.* &c.; & Opus: *Quoniam Respublica.*

Compendiloquium de Vitis illustrium Philosophorum incipit: *Cum enim debeamus apes* &c.; at ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 226. incipit: *Cum ex vita infidelium* &c.; & in decem partes dividitur. Habetur autem una cum *Communiloquio* in cit. codd. Bibliot. Gemmaticen., Salmantic., & Hispal. ex iisdem. Extat etiam ms. membran. in fol. in Bibliot. S. Franc. Ferrariæ. Florentiæ quoque in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustr. codd. citat. 744., & 745. extat *De Vita, & moribus Philosophorum*; & Cremonæ ex cit. Possevino, qui dicit *Jo: Vasiensem*, & tit. *De Vita, dictis, moribusque Philosophorum*. Ejus *Compendiloquium de vita, & dictis Philosophorum* sine nomine autoris extat in Biblioth. Riccardiana Florent. cod. membr. in 8. sub M. II. n. 7. ex Indice illius pag. 142., ubi notatur scriptum esse *seculo* XIV.; sed perperam existimatur *Gallus*: in Gallia potius exarasse autorem erit censendum.

Breviloquium de sapientia Sanctorum in 8. cap. divisum incipit tabula capitum: *Hujus Breviloquii, quod est de sapientia Sanctorum* &c.; prologus vero: *Cum vani sint omnes*: & cap. 1. *Sapientia enim* &c., extat Florentiæ ms. in 4. scam. 31. claustr. versus cod. 743. Extat & Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. cum superiori *Compendiloquio*, & utrumque Opus vulgavit Waddingus an. 1655.

Breviloquium de virtutibus antiquorum 5. partibus conflatum incipit: *Quoniam misericordia, & veritas*. Extat Mediolani in Biblioth. Ambros. ms. *de 4. virtutibus antiquorum* ex Catalogo Montfaucon pag. 518. *De sapientia antiquorum* ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustrum cod. 744.; & *de 4. virtutibus* ibidem ms. cod. 745. *Breviloquium* ejus con nonnullis Opusculis *Nicolai Lyrani* &c. extat ms. Parisiis in Biblioth. Augustinianor. ad Pontemnovum cod. 55. in fol. membr. ex Echard to. 1. pag. 633. in *Jo: Cochinger*.

Tractatus de 4. virtutibus Fratris Michaelis de Massa Ordinis Heremitarum S. Augustini incipiens: *Regna, remota justitia, non sunt nisi latrocinia magna* scriptus *Parisiis anno* 1420. circiter, qui extat ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. in fol. membr., est *Breviloquium de virtutibus Antiquorum* Joan. Gualensis interpolatum, & pluribus in locis detruncatum, præsertim in principio, & fine. *Breviloquium de 4. virtutibus antiquorum par. 3. Jo: Gualensis* citatur ab antiquo autore Jo: Genesio Quaja Parmensi, de quo paulo ante dictum est, lib. *de Civit. Christi* cap. 2. por. 5., & ab Alexandro Anglo in *Destructorio vitiorum* par. 3. cap. 76., qui dicit librum *de 4. virtutibus cardinalibus*.

Ordinarium vitæ religiosæ tribus partibus compactum; incipit prologus: *Numquid nosti ordinem*; Opus vero par. 1. *Quoniam omni negotio*. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus claustrum cod. 745. habetur *de Vita religiosa*. Prima hujus Opusculi pars tit. *Dietarium de vita Religiosa* incip. *Numquid nosti ordinem cœli* &c. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci; & 3. pars tit. *Itinerarium* in Biblioth. Monasterii Montis Dei ex Catalogo Montfaucon pag. 1333.

Quinque memorata Opuscula, nempe *Communiloquium*, *Compendiloquium*, *Breviloquium* de sapientia Sanctorum, *Breviloquium* de virtutibus antiquorum, & *Ordinarium* vitæ Religiosæ prodierunt simul primùm Venetiis an. 1498. in 8. per Georgium Arrivabenum: deinde Lugduni an. 1511. cura, ac studio Petri de Arrivabenis Mantuani Ord. Min. Theologi, eisque editor titulum imposuit: *De regimine vitæ humanæ, seu Margarita Doctorum ad omne propositum*, quæ Waddingus diversa putavit; Parisiis quoque anno 1516. in 4., & Argentinæ 1550.; scribit Possevinus in Appar. sac. prodiisse etiam Parisiis anno 1556. *Communiloquium* autor composuit post annum 1271., cum in eo par. 2. dist. 6. cap. 4. citet *Ostiensem*, scilicet Summæ Ostiensis autorem, quem ferunt obiisse memorato anno. Scripsit autem primo *Breviloquium de virtutibus* antiquorum; postea *Communiloquium*; mox *Compendiloquium*; ultimo *Breviloquium* de sapientia Sanctorum; Nam in Communiloquio par. 1. d. 5. c. 3., & 4. adducit Breviloquium de virtutibus: in Compendiloquio par. 1. cap. 7., & par. 10. cap. 2. Communiloquium: & in Breviloquio de sapientia Sanctorum prologo Compendiloquium.

Floriloquium de dictis Philosophorum non est Opus diversum ab illo *de vito, & moribus Philosophorum*.

De ordinatione universali idem est cum lib. *de cognitione vitæ*, seu *de ordinatione vitæ*, ut est apud Possevinum, idque ex initio Operis elicitur: idemque cum *Ordinario*, seu *Alphabeto vitæ religiosæ*, cujus prima pars, quæ inscribitur *Dietarium*, ita incipit, uti superius indicavi.

De Republica est prima pars *Communiloquii* supra relati, non Opus diversum.

De virtutibus antiquorum non est Opus distinctum a *Breviloquio de virtutibus antiquorum*, de quo supra.

Commentarios in Valerium lib. 5. tribuunt *Joanni Ridevallensi*, sicut &

Expositionem fabularum Ovidii; ut ibi videre est apud Waddingum. *Expositiones*, seu *Moralitates fabularum Ovidii* sub nomine *Joannis Guallensis* prodierunt Parisiis an. 1509. per Jod. Badium Ascensium; quod Opus dicitur *Thomæ Anglici Wallensis* Ord. Præd. a Possevino in Appar. sac. v. *Thomas Jorsius*, & a Labbeo in Biblioth. mss. pag. 347., eum potius dicendum sit *Joannis Ridevallensis* Minoritæ ex mss. Anglicis apud Oudin. to. 3. ad an. 1330. col. 906.

Collectio versuum lib. 1. extat Cantabrigiæ in Collegio S. Petri ex cit. Joan. a S. Anton.

De origine, progressu, & fine Mahumetis, & quadru-

druplici reprobatione prophetiæ ejus prodiit Argentinæ an. 1550. apud Jacobum Jucundum, & Coloniæ an. 1551. in 8. apud Martinum Gymnicum.

Manipulus florum (non *Curatorum*), *quem inchoavit Joannes Gualensis, qui anno* 1260. *floruit, ejusque morte imperfectum absolvit, & locupletiorem reddidit Thomas de Hibernia, qui anno* 1290. *claruit*, habetur ms. in Biblioth. Universitatis Cantabrig. cod. 1755., ubi & cod. 1741. extat *Manipulus florum, sive extractiones Originalium editæ a Magistro Thoma de Hibernia Socio de Sorbona: inchoavit Joannez Valleys, absolvit Thomas de Hibernia*. Hoc Opus extat & Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Franc. ms. pergam. in fol. incipiens prologo: *Abiit in agrum, & collegit spicas post terga metensium Ruth.* &c.: Opere vero: *Abstinentia bonum est in cibo cum gratiarum actione* &c.: & in fine dicitur *Opus compilatum a Magistro Thoma de Ybernia quondam Socio de Sorbona*: habetur ms. & in Bibliot. S. Benigni Divionen. ex Oudino to. 3. Comment. in Jo. Gualensi, & Thoma Palmerano ad an. 1290., ubi alibi ms. haberi prodit, & pluries etiam vulgatum fuisse, ut infra videbitur in *Thoma Hibernico*, seu *Palmerano*. Idem *Manipulus florum* incipiens: *Abiit in agrum, & collegit spicas*; finiens vero: *dulcior gustus* &c., extabat olim & Ferrariæ in Biblioth. veteri S. Franc. ex Catalogo illius Biblioth. pag. 18. & 69.; attamen Trithemius in Scriptor. Eccles. sub anno 1270. ait, prologum incipere: *Ruth paupercula*: librum vero alphabetice: *Abstinentia bonum est in cibo*: ad complementum perductum a *Fr. Thoma Hibernico*. In dicto Tabulario, seu Archivo Asis. habetur aliud ms. chart. in 4. hoc tit: *Incipit quædam extractio Originalium a libro, qui vocatur Manipulus florum, & procedit præsens Opusculum per ordinem literarum alphabeti secundum morem prædicti libri, a quo extractum dicitur*; incipitque: *Cap.* 1. *De abstinentia. Utantur divites consuetudine* &c. Hoc esse puto, quod Petrus de Alva col.847. *Militiæ* ait extare ms. in fol. Coloniæ in Monasterio S. Crucis, incip: *Adduxit in agrum*, quod ipse statuit esse diversum: possit enim scriba verbum pro verbo exscripsisse per errorem: utinam dixisset argumentum.

Tractatus *de Oculo morali secundum Joannem Gallensem* incipiens: *Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi. Pupilla humor est cristallinus, vel glacialis* &c., extat ms. chart. in 4. non multum antiquum Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Franc. una cum *Revelationibus* B. V. factis *S. Helisabeth filiæ* Regis Hungariæ de 3. Ordine S. Francisci. Idem *Tractatus* sine nomine autoris incipiens: *Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi* &c., cum multis *Originalibus Sanctorum* &c. extasse olim Asisii ms. in Sacrario Conventus S. Francisci IV. solario occid. habetur ex veteri Inventario illius loci an. 1381. renovato. *Oculus Moralis* cum *Summa Collectionum* habetur ms. Cremonæ in cit. Biblioth. Eremit. S. Augustini ex Catalogo ejusdem Biblioth. apud laudatum Possevinum in fine Appar. sac. Hoc *Opusculum* prodiit primo Venet. 1496., curante Dominico de Ponao Minorita docto, & verbi Dei concionatore illustri; eodemque anno e latino italice factum est a Theophilo Romano Erem. August., & eidem Dominico dicatum vulgavit *Ven. Magistro P. Lacepiere* S. Theol. professori adjudicatum. Postea Theophilus Raynaudus Soc. J. idipsum publicavit Lugduni 1641. sub tit. *Oculi mystici Raymundi Jordani* Canon. Regul. Abbatis de Cellis, qui florebat an. 1381. ea ratione, quam refert Waddingus in dissert. huic Opusculo ab se vulgato præmissa; & iterum edidit Parisiis an 1654. apud Jacobum Quesnel in 4. Vulgatum quoque est Romæ a Waddingo cum Apologia an. 1655., & iterum Viterbii an. 1656. ex perantiquo ms. juxta Indicem Biblioth. Barberinæ. Hoc Opus tribuitur etiam *Linconiensi* Episcopo Roberto Capitono ex pluribus mss. ab Oudino citatis; & quidem Alexander Anglus autor *Destructorii vitiorum*, qui scribebat ab anno 1429., par. 5. cap. 22., & par. 3. cap. 13. citat Opus de *Oculo Morali Linconien.*; sed plures scriptores, & inter hos probabiliter Linconien. primus, hoc argumentum tractarunt. Revera *Tractatus moralis de Oculo* habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus claustrum cod. 739. in 4. divisus in 15. capita, & incipiens: *Si diligenter volumus in lege Domini meditari, facillime perpendemus ea, quæ pertinent ad visionem, & oculum* &c.: expletoque prologo incipit *Cap.* 1. *Sciendum igitur, quod sicut potest elici ex sententia Constantini in lib.* &c. sine nomine autoris post librum *de Regimine Principum Fr. Ægidii* Ord. Erem. S. August., & alium *Tractatum* instructorium Principum, Prælatorumque, Clericorum, Religiosorum, mulierum, & omnium incip. *Ut facilius occurrant ea, quæ in sequenti Opusculo in 6. particulas censui dividendum* &c.: quæ Opuscula eodem charactere exarata sunt. *Liber de Oculo morali, & naturali* sub nomine *Joannis Pekan* prodiit in lucem sine anno, & loco impressionis, teste Orlando de Orig., & progres. Typogra. par. 2. pag. 386. *Liber de Oculo morali* editus a *Magistro Petro de la Sapieyra diæces. Lemovicen.* ms. extat Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 1748. ex Montfaucon Biblioth. mss. to. 2. pag. 952. col. 2. *Petrus Perius de Oculo morali, & alia* extat ms. in Biblioth. Vatic. ex eodem to. 1. pag. 101.; & in Asisiati Tabulario extat ms. chartac. in 4. hujusmodi: *Incipit Tractatus de Oculo morali. Si diligenter voluerimus in lege Domini meditari, facillime perpendemus ea, quæ pertinent ad visionem, & oculum* &c.: finitque: *quoniam sine fine vivit, & regnat. Amen. Explicit tractatus moralis de Oculo scriptus per Fr. Rogerum Trochart Custodiæ Parisien. in Conventu Remensi: & fuit completus in die Annunciationis B. Virginis gloriosæ anno Dñi M. tric. nonag. nono*; qui Fr. Rogerus anno 1404. Meldis exscripsit Opusculum *Dictionum*, sive *autoritatum* alphabetice incip. *Abjicit mundus pauperes, & honorat divites*: quod ibidem ms. habetur.

Jo: Galensis de corpore morali extat ms. in Biblioth. S. Gatiani Turonen. ex Catalo. Montfaucon to. 2. pag. 1275.; sed reponendum puto *de Oculo morali*; nisi legendum sit *de corpore naturali*, spectetque ad juniorem *Joannem Galensem*.

Declaratio Regulæ S. Francisci pro FF. Minor. incip. *Quoniam, ut scriptum est Eccles.* 3. legitur in Firmamento trium Ordin. edit. Ven. an. 1513. par. 3. hoc titulo: *Declaratio Joannis Valensis super Regulam*: in qua cum adducat solum *Expositionem Gregorii IX.* super eadem Regula, & non aliam *Nicolai III.* anno 1279. factam, liquet ante illud tempus ipsam composuisse; cujus in cap. 3. citat suum *Itinerarium*, quæ est 3. pars *Ordinarii*, seu *Alphabeti vitæ religiosæ*. Habetur autem sine nomine

ne autoris ms. Ravennæ in 4. pergam. in Biblioth. Classen. PP. Camaldulen. eum *Quæstionibus Fr. Joan. de Rupella super vitiis*, & *Legenda S. Claræ Virg.* Hujus tamen Opuseuli nec Waddingus, nec alii meminerunt. V. *Jo: Anglicus* supra

Joannis Galensis Ord. Min. super Pater noster ms. in Biblioth. Monasterii Montis Dei una eum *Itinerario de vita Religiosa* ex Catalogo Montfaucon pag. 1333.

Tractatus de pœnis inferni ms. extat Mediolani in Biblioth. Minor. Convent. ex Joan. a S. Anton.

Collectio epistolarum decretalium Rom. Pontiff. ab Ant. Augustino cum tribus aliis antiquis Colleetionibus edita Ilerdæ primum anno 1576., & postea Romæ 1583. huic Joanni tribuitur a Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 227.; sed est alterius antiquioris *Jo: Valensis* Volaterrani Itali.

De perfectione evangelica scripsisse tradit Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Frane. par. 2. lib. 3. cap. 5.; sed vereor, ne hune eonfundat cum *Jo: Pekam* Anglo, qui & ipse hoc Opus eomposuit.

Plurimi scriptores agunt de hoc insigni viro, ut legere est apud eit. Oudinum; & Cæsar Egassius Bullæus sec. v. Hist. Universit. Parisien. in Catalogo Illustrium Academicor. scribit ex Trithemio, & Balæo *Trismegistum*, & *Arborem vitæ* appellatum fuisse.

M M C C X L I.

JOANNES GUALENSIS junior Anglus Londini Leetor sac. Theologiæ an. 1368. jussu Summi Pontifieis Urbani V. Doctoratus laurea donatur a Bernardo de Guaseonibus Tusciæ provinciæ Ministro ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. num. 8., scripsitque

Lecturam in 4. libros Sententiarum; &

Librum disputationum, teste Possevino in Appar. sac., & Pitseo ex Gesnero; qui probe hunc a seniore Jo: Guallensi sejunxerunt ex his, quæ ibi allata sunt, monumentis. Duos hujus nominis recenset & Bergomensis, & bene; sed male, dum coævos ait.

De Vitis Sanctorum Wallensium liber Joannis Anglici Minoritæ ms. extat in Anglica Biblioth. Gualteri Copi ex Pitseo in Scriptor. Anglicis, quem facile est, spectare ad hunc *Joannem Wallensem*. An autem alia scripserit, & an aliqua, quæ illi adjudicantur, sint hujus junioris, non facile dixerim.

1159.

JOANNES GUALTERII = florebat anno 1474., ut est apud ipsum Waddingum in Annal. Min. ad eum an. num. 14., & idem est, ac *Petrus Gualteri*, de quo infra. *Joannes* tamen dicitur a Waddingo in Annal. etiam ad an. 1222. num. 39.

1160.

JOANNES GUASCUS = idem est cum *Joanne a S. Francisco*, de quo supra actum est, ab oppido *Vasco* regni Murciæ. Joan. a S. Anton., & Nicolaus Anton. secuti sunt Waddingum.

M M C C X L I I. 1161.

JOANNES GUENTUS = est hic *Wallensis*, seu Guallensis origine, cum Cambria sit & Wallia Britanniæ regio; de quo & Pitseus agit.

M M C C X L I I I.

JOANNES GUJON natione Gallus cum sub initium seculi XIV. scripsisset

Comment. in 4. libros Sententiarum, an. 1308. die 2. Octobr. nonnulla, quæ de *SS. Trinitate* minus recte dicta sunt judicata, revocare coactus est, ut ex Serie errorum Parisiis annis diversis condemnatorum, quæ legitur ad calcem libri 4. Senten. Petri Lombardi an. 1553. Paris. excusi; & to. 4. al. 22. Biblioth. Patrum.

M M C C X L I V. 1162.

JOANNES GUTIERREZ = edidit nobile *epigramma* in laudem *Fr. Gregorii Baptistæ Hurtadi* ejusdem Instituti, ut apud Joan. a S. Anton. to. 2. in *Gregoria Hurtada*.

1163.

JOANNES GVYFIUS = idem est, ac *Joannes Cuyfius* supra relatus; ideoque hic abradendus. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

M M C C X L V. 1164.

JOANNES DE LA HAYE =

Arborem vitæ concionatorum vulgavit Parisiis an. 1633. cum *indice quadruplici* conceptuum, sac. Scripturæ, concionum, & Patrum, testante Miræo in Script. Eccles. sec. XVII. num. 217. Altera editio 4. tomis in fol. facta est ibidem an. 1636. per Jo: Petit; & iterum ibidem an. 1647. apud Simonem Piget; & tandem ibidem an. 1651. apud eumdem.

Commentarii in Exodum tomis 3. in fol. tit. *Concionatorum virga*. Ibidem per Petrum Villaine.

Commentarii in Apocalypsim tomis 3. in fol. Ibidem 1648. per Simonem Piget.

In Cantica Canticorum sub tit. *Deliciæ prædicantium*, expositionem singularem aggressus fuerat, jamque fere mediam capitis 4. partem attigerat, quam & innumeris animi conceptibus ornaverat, eum infeliei easu disperiit, ut ipsemet narrat to. 1. in Exod. in prologo ad Leetorem.

Biblia Maxima versionum ex linguis orientalibus, pluribus sacris mss. codicibus, innumeris fere SS., & veteribus Patribus, & Interpretibus orthodoxis collectarum; earumque concordia cum Vulgata, & ejus expositione literali cum annotationibus Nicolai de Lyra Minoritæ, Joannis Gagaei Doctorum Paris., Guil. Estii Doct. Lovan., Jo: Menochii, ac Jacobi Tirini Doct. S. J., additis amplissimis prolegomenis universa, quæ possunt agitari circa S. Scripturæ majestatem, antiquitatem, autoritatem, obscuritatem, sensuum diversitatem, indicem, canonem, versionum originem, antilogiam &c., decidentibus; non omissis Chronico sacro, Tractatu de ponderibus, mensuris, monetis, idiotismis linguarum, amplissimis indicibus. tomis 19. in fol. Parisiis anno 1660. sumptibus Diony. Bechet, & sociorum ad Julium Card. Mazarinum: quo in Opere vocatur concionator Regius, & in Gallia Minorum Procurator Generalis. Mabillonius tamen de studiis Monastieis cap. 2. §. 2. pluris facienda dicit *Biblia Magna*, quam *Maxima*.

Opuscula S. Francisci, & S. Antonii Opera iterum prodierunt Lugduni an. 1653. in fol. sumptibus Petri Rigaud.

Tractatum de Incarnatione, Passione, & morte D. N. J. C. ms.

Tractatum de providentia, prædestinatione, & reprobatione ms.

Tractatum de beatitudine; & alium de peccato originali ms., in quo egregie propugnat definibilitatem mysterii Immac. Conceptionis Deiparæ Virginis: omnia ms. servantur in Biblioth. Conventus S. Mariæ a Jesu de Salvatierra provin. S. Gabrielis sub B. n. 67., teste Joan. a S. Anton. to. 2., ubi

ubi addit obiisse eum anno 1661. die 15. Octobris, ejusque cum laude meminisse Joannem Laurentium Helbib tomo 1. in sac. Script., & Ludov. Moreri in Dictionario Gallico *quadragiata volumina* edidisse asserentem

M M C C X L V I.

JOANNES HALLERUS de Corbachio Germanus provinciæ Coloniensis Reg. Observ., & Coloniensis Ecclesiæ ecclesiastes edidit

Malleum Christianum. Coloniæ 1535. in 8. apud Melchiorem Novesianum ex Jo: a S. Antonio, qui notat a Dupino in Supplem. dici *Hales de Corbach*.

Assertionem contra Anabaptistas lib. 1. Coloniæ eodem anno; insequentique anno ex hac vita decessit Brullæ prope Coloniam ex Aub. Miræo in Auctario Scriptor. Eccles. sec. 16. num. 43.

Alius autem omnino est a *Joannae Hallero* Tigurino autore proscripto 1. clas. Forsan est *Joannes Daventriensis*, de quo supra.

M M C C X L V I I.

JOANNES HAYUS genere Scotus Regul. Observ. versus finem seculi XVI. scripsit, cum esset provinciæ Coloniæ Minister,

Brevem Historiam provinciæ Scotiæ Ordinis Minorum Regul. Observ. ab anno 1447. circiter, eamque anno 1586. dedit Generali sui Ord. Ministro Reg. Observ. Francisco Gonzagæ, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1224. num. 42. al. 46.; ubi & ait eam ms. penes se habere. Hanc vulgavit Continuator Annal. Min. Waddingi to. 19. ad an. 1559. num. 16., & seqq., quo ab hæreticis provincia illa exterminata est, expulsis Fratribus.

M M C C X L V I I I. 1165.

JOANNES DE HERBON = al. Herbas: hunc commendat Ernestus in Biblioth. Genealogica fol. 238., & Joan. a S. Anton. ex Waddingo to. 2. v. *Jo: Rodriguez*; ita enim vocabatur. Ejus

Carmina perplura hispanico idiomate leguntur in *libro* inscripto: *Cancionero general, que contiene muchas obras de diversos autores antiguos* &c., impresso Antuerpiæ an. 1557. in 8. per Martinum Nucium pag. 18. cum glossa Tapiæ; & pag. 121., ac 395. cum glossa Aribæ; & sunt sub nomine *Jo: Rodriguez del Padron*.

M M C C X L I X. 1166.

JOANNES HERLIUS = Belga, de quo & Bordonus, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C C L.

JOANNES A S. HIERONYMO Lusitanus prov. Algarbiorum Regul. Observ. concionator edidit vernacule, teste Joan. a S. Anton.,

Concionem de SS. Sacramento, ac Evangelista. Ulyssipone 1632. in 4. typis Anton. Alvarez; promittitque in prologo *tomum concionum* sub titulo: *Rosetum cæleste*.

M M C C L I. 1167.

JOANNES HILTONUS = primo *Vicarius* S. Magdalenæ Oxonii, deinde Minorita factus reliquit

Sermones Dominicales, qui mss. habentur Oxonii in Biblioth. Collegii novi cod. 305., quo exprimitur *Vicariatus* memorati dignitas.

Opuscula Joannis Hilton mss. servantur in Biblioth. Cathedral. Ecclesiæ Sarisburien. cod. 94. testimonio Oudini to. 3. Comment. ad an. 1360. Nescio an ille sit, qui sæpe citatur a Jo: Baccone 1, Senten. dist. 28. quæst. 2. art. 4.; dist. 29. quæst. 1. art. 3.; dist. 40. quæst. 1.; in 2. dist. 26. quæst. 1. art. 4.; & dist. 1. quæst. 1.; atque in 3. d. 9. quæst. 2. art. 2., sed corrupte modo *Giltoa*, & *Gylton*, & modo *Guilton*, ac *Vyitun* appellatus. De eo & Pitseus, & alii plures agunt.

M M C C L I I.

JOANNES HOIN illustri apud Helvetios genere natus floruit Willingæ in provincia Argentinæ Min. Conv. sac. Theol. Professor ex Rodulphio lib. 2. fol. 290. de ea provincia, Willingæque loco disserente; scripsitque

Comment. in 4. libros Sententiarum.

Lecturas in sac. Biblia.

Super Symbolum Athanasii, & alia ex Aug. Superbo in ms. Catalogo Scriptor. Ordin. Min. pag. 88.

* JOANNES HOUDEMIUS Anglus, qui *B. M. Virginis laudes* cecinit *hymnis*, qui extant in Paralipomenis Antonii de Balinghen ad *Parnasum Marianum* Duaci editis an. 1624. ex Catalogo chronologico Polyantheæ Marianæ, teste Petro de Alva col. 778. Militiæ, & ex eo Joan. a S. Anton., Minorita non fuit, nec alterius Instituti Regul., sed Presbyter secularis an. 1250. circiter vivens. Fuit quidem *Fr. Joannes Hunden* an. 1458. circiter Episcopus Landaven. in Anglia: sed alius esse videtur; isque Ord. Præd. asseritur in Bullar. illius Ord. append. pag. 374.

M M C C L I I I. 1168.

JOANNES A S. HUBERTO = olim *Andagium* oppidum x. mill. ab urbe Leodii distans ad fluminis Hommæ ripam. De eo Jacobus Le Long in Biblioth. sac. pag. 798., & Joan. a S. Anton.

M M C C L I V.

JOANNES JACOBI (forsan ille, qui Episcopus Ussellensis in Sardinia obiit an. 1439. ex Annal. Min. Waddingi) scripsit

Quæstiones de scientia; scientia doctore, & auditore; terminorumque Theologalium expositione: quæ ms. habentur in Biblioth. Monasterii S. Vincentii Bisuntin. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1190. Codex fert tantum nomen *Fr. Joan. Jacobi Ord. Min.*; & præter memoratum Episcopum fuit & *Joan. Jacobi Diai* Lucinianensis Min. Conv. Theologus insignis, quem ferunt sub Leone X. designatum Archiepisc. Hydruntinum an. 1514.; *Joannes Jacobi* Episcopus Catacen. in Calabria an. 1315. ex Waddingo ad an. 1355. num. 6.; alius *Joannes Jacobi* patriâ Hispellas an. 1347. Inquisitor in provincia S. Franc., & Valle Spoletana ex cit. Waddin. ad an. 1347. num. 9. & 11.

M M C C L V.

JOANNES JACOBI II. Aragonum Regis filius, & Petri Aragonii Minoritæ frater, literis, ac virtutibus clarus primo Archiepiscopus Toletanus an. 1318., deinde Patriarcha Alexandrinus a Joanne XXII. circa an. 1324. creatus, ac demum an. 1327. Ecclesiæ Tarraconensis Administrator declaratus scripsit

Librum de rebus suis, qui ms. in Archivo Tarraconensi asservatur, ex quo Joseph de Valle in Opere de Carthusiano Instituto nonnulla exscripsit.

Conciones, & epistolas plures, inter quas gravem illam, ac eruditam *ad Capitulum Generale Ord. Min. Perpinianense* incip. *Omne gaudium* &c., quam affert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1331. num. 9., & hispanice factam Hebrera to. 2. Chron. prov.

prov. Aragon. lib. 1. cap. 33., in qua cum *S. Franciscum* vocet *Sanctissimum Patrem nostrum*, evertit opinionem asserentium, Ordinis Carthusiani eum extitisse. Ex S. Antonino Chron. par. 3., & antiquis Ord. Min. Chronicis constat, perpetuo etiam Archiepiscopum, & Patriarcham vestem Franciscanam subter detulisse, nec desunt, qui Tertio Ordini S. Francisci adscribant. Obiit in loco de Pobo Cæsaraugustanæ diœcesis, ejusque corpus sepultum fuit in sua Tarraconen. Ecclesia eum hoc *epitaphio* a Joan. a S. Anton. in append. relato to. 3.

„ Hic quiescit corpus san. memor. Domini Joannis „ Filii Dñi Jacobi Regis Aragonum, qui decimo „ septimo anno ætatis suæ factus Archiepiscopus „ Toletanus sic dono scientiæ infusæ divinitus, & „ gratia prædicationis floruit, quod nullus ejusdem „ ætatis in hoc ei similis erederetur. Carnem suam „ jejuniis, & ciliciis macerans in vigesimo octavo „ anno ætatis suæ factus Patriarcha Alexandrinus, „ & Administrator Ecclesiæ Tarraconensis, ordi„ nato per eum novo Monasterio Scalæ—Dei diœ„ cesis Tarraconensis, ut per ipsam scalam ad cœ„ lum ascenderet, reddidit spiritum Creatori XIII. „ kal. Septembris anno Dom. 1334. anno vero „ ætatis suæ 33., pro quo Deus tam in vita, quam „ post mortem ejusdem est multa miracula opera„ tus „

Huic jam Archiepiscopo *Toletano*, & Patriar. *Alexandrino* dicavit suam *Catenam in sac. Scripturam* Fr. Pontius Carbonellus Minorita, uti scribit laudatus Joan. a S. Anton. to. 3. in append. v. *Joannes Infans*, ubi fatetur, se vidisse, ac legisse tres ejus epistolas nuncupatorias suis tomis præfixas.

* JOANNES JANUS = V. supra *Joannes Alanus* Danus, qui idem est, nec fuit Minorita.

M M C C L V I. 1169.

JOANNES INCA = vivebat sub initium seculi XVII.

M M C C L V I I. 1170.

JOANNES AB INCARNATIONE = Reg. Observ. Lector emeritus fuit, & Guardianus tantùm, non Minister Prov.; Operi præmisit *Vitam Jo: Scoti cum Annotationibus*, ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C C L V I I I.

JOANNES JODAR Lusitanus Tertii Ordinis S. Franc. alumnus scripsit, typisque dedit ad Joannem III. Lusitaniæ Regem

Librum de septem verbis. Hispali an. 1532. in 4., teste Nicolao Anton. to. 2. Biblioth. Hispan., & ex eo Joan. a S. Anton.

* JOANNES IRENÆUS BRASAVOLA = V. *Irenæus Brasavola*.

M M C C L I X. 1171.

JOANNES DE IRIBARNE = ex oppido vulgo *Baigorri* Navarræ inferioris diœcesis Cæsaraugustanæ Synodalis Examinator, suæ provinciæ Minister, ac a sac. Confessionibus Margaritæ Austriacæ, Monialiumque Excalceatarum Matriti; eujus

In 4. Senten. librum tomus primus prodiit anno 1614. typis Petri Cabarte; *secundus* vero an. 1615. typis Didaei de Turre. Scripsit etiam

Tractatum, quo ostendit, minime licere, quod Observantes, & Recollecti gaudeant duobus Ministris Provincialibus. Matriti an. 1622. in fol. hispano sermone.

Tractatum fusum *de Immaculata Conceptione Virginis*, cujus archetypum in fol. se habuisse, testatur Petrus de Alva col. 782. Militiæ apud Joan. a S. Anton. Nescio an ab hoc tractatu diversa sit

Apologia pro Immacul. Concept. B. V. scripta circa an. 1640. contra Gasparem Ram Canonicum, & Archipresbyterum Daroeæ, teste Thoma Strozza Controv. de Concept. lib. 8. cap. 21.

Scribit Joan. a S. Anton. eum obiisse in suo Cæsaraugustano Cœnobio an. 1656.; sed forte reponendum 1646., cum Waddingus, qui librum sub initium anni 1648. *de Scriptoribus Ord. Min.* compleverat, jam mortuum affirmet.

M M C C L X. 1172.

JOANNES JUBINUS = Jube Majoricensis Episcopus Constantiensis in Numidia titul., & Coadjutor Episcopi Barcinonen. dicitur a Continuat. Annal. Waddingi ad an. 1542. num. 27., & a Vincentio Mut in Historia Majoricensi, fuitque anno 1551. in Concil. Tridentino, ut est apud Nicolaum Anton. Biblioth. Hispan. par. 2. to. 1. pag. 547., & to. 2. pag. 661. in adden., & corrigen., qui eum dicit virum doctissimum.

De Sacramento Eucharistiæ, & ejus sacrificio adversus nostri temporis hæreticos. Bareinone 1570. in 12. ad Philippum II. Hispan. Regem

De B. Virgine, ac de D. Hieronymo carmine elegiaco.

De mundi contemptu ob secessum Caroli V. Imp. in vitam privatam ex cit. Vincen. Mut lib. 8. Hist. Majoricen. cap. 6.

M M C C L X I.

JOANNES JUCUNDUS Veronensis nobili loco circa medium XV. seculum natus, pietate, literis, gestorumque præclarorum gloria perquam illustris, ac animi humanitate vere jucundus ab omnibus summopere commendatur uti vir omni, æternaque memoria dignus: literis in adolescentia humanioribus decursis, ita Philosophiæ, Theologicæque facultatis studiis profecit, ut utraque insignis haberetur; græcas vero literas ea tempestate ab Italia fere exulantes ita excoluit, ut etiam aliis eas publice profiteretur: sed antiquitatis amore, ac artis mathematicæ in primis delectatus operibus, adeo versatus in illis fuit, ut aut nemini suo tempore secundus, aut princeps haberetur, & a præcipuis Europæ Principibus vocaretur Ludovico XII. Galliarum Rege, Maximiliano I. Imper., & Leone X., ut omittam Venetorum Rempublicam. Julius Cæsar Scaliger ejus concivis, & discipulus Exercit. 104. n. 23. ita de eo loquitur: *docebat Joannes Iucundus præceptor noster omnium bonarum artium vetus, novaque Bibliotheca*: & in Satyribus ab eodem dicitur *Phœnix non minori judicio, quam ingenio*: Exercitat. 226. num. 12. vocat *Architectorum Coriphæum*, & *se primum literis græcis* imbuisse: Exercitatione vero 329. ita scribit: *Joannes Iucundus civis noster nobili genere prognatus . . . inter tyrocinii rudimenta me utriusque literaturæ primis sacris imbuit: vir fuit in Philosophia Peripatetica non ignobilis, sectæ Scoticæ summus Theologus, in Mathematicis nulli secundus, in Opticæ, atque Architectura omnium facile princeps.* Exercit. etiam 331. suum *præceptorem* appellat; additque apud Maximilianum Cæsarem plures annos commoratum se audivisse eum multa subtiliter, & docte disserentem; eum a Ludovico XII. in Gallias evocatus fuisset, Parisiis ingentii mole, miroque artis opere quadrato lapide geminum ad labentem utrinque Sequanam fluvium pontem construxit, de quo Sannazarius cecinit:

 „ Ju-

„ Jucundus geminum imposuit tibi Sequana
„ pontem :
„ Hunc tu jure potes dicere Pontificem.

Mortuo autem an. 1514. *Bramante* insigni Architecto, & celeberrimo S. Petri Rom. Basilicæ directore, Jucundus utpote qui *solus*, ait cit. Scaliger, *Bramantis . . . reliquias typorum*, *atque consiliorum* intelligeret, una cum Raphaele Urbinate, & Juliano a S. Gallo Florentino a Leone X. Romam accitus est; & *qui*, subdit, *unicum exemplar fuit & sanctitatis*, *& omnigenæ eruditionis*; in Urbe autem præ ceteris sedilia Aulæ, quam *Signaturæ* vocant, in Palatio Vatic. variis lignis mira arte simul compactis exornavit, teste Bonanno in Hist. Templi Vaticani cap. 37. num. 9. Idem Scaliger in Carminibus de eo cecinit:

„ Euclides, & Vitruvius, cui cedere possent;
„ Nam geminos posuit pinguis tibi Sequana
„ pontes,
„ Implevitque alias immensis molibus urbes.

Senectute gravatus in patriam revertitur, ibique circa an. 1520. apud suos ex hac vita migravit; cum antea Venetiarum urbi in perpetuum consuluerit, aquis Meduaci fluvii, vulgo *Brenta*, ruinam æternam minantibus ad Fossæ Clodiæ paludes derivatis ex parte, deductisque. De eo Scipio Maffejus lib. 3. par. 2. p. 135., & cap. 4. parte 3. pag. 81., & 82. Veronæ Illustr. Existimat Echardus de Script. Ord. Præd. to. 2., eo quod Budæus *Sacerdotem* tantùm, & *Architectum* dicat Jucundum, eum quidem ab initio vota Religionis professum esse, quia in epist. ad Julium II. se *Fr. Joannem Jucundum* dicit; sed postea ob artem Architecturæ, qua excellebat, profitebaturque, copiam ei factam fuisse ad seculum redire; sed isthæc gratis excogitantur; non enim solummodo cum ad Julium II. scripsit, sed etiam cum Laurentio Medices, & Archiepisc. Cusentino suam *Collectionem* misit, se *Fratrem* dixit, quo tempore Politianus eum dicit *Jucundum*; est enim Literatorum maxime eruditorum, & elegantium mos ab his titulis abstinere plerumque, & cit. Budæus an. 1514. scribens eum *Religioni deditum* appellat. Perperam quoque Georgius Vasari par. 2. vol. 1. Vitar. Pict., & Architect. una cum Panvinio, a quo forsan deceptus fuit, hunc *Dominicani* Ordinis alumnum facit, a quibus ceteri omnes acceperunt; sed hos omnes erroris redarguunt duo Scaligeri Julius Cæsar pater ejus discipulus, cum eum *sectæ Scoticæ summum Theologum* appellat, & Joseph filius, qui eum *Monachum Franciscanum virum doctissimum*, *& probissimum* in epist. de clara sui patris origine dicit; quibus assentitur Claudius Malingre in Antiquit. Paris. pag. 140.; & ante omnes autor æqualis, ejusdem Instituti, ac ferme præceptor Fr. Lucas Pacciolus Burgensis, de quo suo loco agam, in editione Euclidis an. 1508. Venetiis facta in 4. libri fine nonnullos recensens eorum, qui suis lectionibus præsto erant, accedebantque, inter illos sui Ordinis Minorum nominat *Fr. Jucundum Veronensem Antiquarium*, ut notavit & Cl. Vir Scipio Maffejus in fine suæ Veronæ Illustr. in addit., ubi corrigit ea, quæ lib. 3. col. 135. & seqq. ex aliis protulerat. Hinc Leander Albertus Dominicanus, qui eo tempore in vivis erat, neque in Italiæ Descript., neque in libro de Viris Illustr. Ord. Præd. istum enumerat; a quo, & a Scaligeris solis poterat, debebatque sumere, & erudiri Jac. Echard. to. 2. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 36., non a Panvinio, & Vasario; hic enim puer adhuc erat, quando mortuus est Jucundus; ille vero natus est multo post ejusdem Jucundi mortem, & juvenis scripsit opusculum de Viris illustr. Veronen., cui facile fuit excidisse scribere, eum fuisse Ord. Præd. Complura Opera diversorum autorum hic scriptor castigavit, notisque illustrata typis edi curavit; videlicet

Inscriptionum antiquarum bis mille, *& amplius Collectionem* Laurentio de Medicis dicatam: *Fr. Joannes Jucundus Veronensis Laurentio Medices sal. pl. d. Prisca urbis Romæ facies*, *Laurenti optime* &c. Laurentius autem Medices obiit an. 1492. mense Aprili ex Francisco Guicciardino lib. 1., Spondano ad hunc annum, aliisque. Onuphrius Panvinius de Viris illustr. Veronen. eam ait extasse Venetiis apud N. V. Stephanum Magnum, autoremque appellat *Virum dissertissimum*, & *Laurentii Medices Florentinæ Reipublicæ Principis amicitia clarum multa ingenii sui monimenta edidisse*, *quorum præcipuum esse Collectionem* &c.; & Angelus Politianus Miscellan. cap. 77.: *in Collectaneis autem*, *quæ nuperrime ad Laurentium Medicem Jucundus misit*, *vir unus*, *opinor*, *titulorum*, *monumentorumque veterum supra mortales ceteros non solum diligentissimus*, *sed etiam sine controversia peritissimus*. Scipio Maffejus in Verona illustr. lib. 2. pag. 135. scribit, se aliam vidisse Florentiæ penes Equ. Marmum Laurentio Agnello Mantuano Archiepiscopo Cusentino nuncupatam, & aliam penes se habere: citatur hæc *Collectio* a Panvinio in Fastis, Sigonio, Grutero, & aliis.

C. Plinii Secundi epistolarum libros x. primus invenit, emendavit, edique curavit Venetiis anno 1498. per Aldum Manutium; deinde Florentiæ an. 1508., & 1515., de qua editione Budæus de Origine juris, qui in adnotationibus ad Pandectas pag. 33. vocat autorem *Antiquarium*, *& Architectum famigeratum*.

Julium Obsequentem de Prodigiis castigavit, deditque Aldo, ut typis illum ederet, quemadmodum ipsemet Aldus testatur in literis Plinii Epistolis præmissis.

M. Vitruvium cum figuris emendavit, vulgavitque Julio II. Rom. Pontif. dicatum Venetiis anno 1511. per Joan. de Tridino in fol.; de quo Budæus cit. in Pandectas pag. 102. inquit: *nobis vero in ea lectione contingit præceptorem eximium nancisci Jucundum Sacerdotem Architectum tunc Regium*, *hominem antiquitatis peritissimum*, *qui graphide quoque*, *non modo verbis intelligendas res præbebat*: *quo tempore Vitruvium nostrum otiose*, *aliosque antiquos Scriptores eodem benignissime adjuvante*, *emendavimus*: & lib. 4. *de Asse* edito anno 1514. mense Martio inquit: *hæc verba cum sic legerentur apud Vitruvium lib. primo*, *nuper Jucundus Architectus vir Religioni deditus*, *omnis antiquitatis peritissimus tamen more hodierno referenda censuit in iis exemplaribus Vitruvii*, *quæ egregie alioquin*, *& solerter emendata imprimenda curavit*. Prodiit postea & Florentiæ an. 1513. per Juntas, & 1522. in 8.

Sex. Julii Frontini Stratagematum libros 3. correxit, & publicavit, teste Jo: Gerardo Vossio de Histor. Latin. lib. 5. cap. 12.

Eumdem, vel alium *autorem de Aquæductis* emisit Florentiæ an. 1513. ex laudato March. Maffejo.

M. Portii Catonis, *Varonis*, *Columellæ*, *& Palla-*

ladii libros de re rustica a se castigatos emisit Venetiis an. 1514. cum epistola elegantissima per Aldum; de qua editione Budæus lib. 5. *de Asse* pag. 140. ait: *Iucundus Veronensis professione Architectus, sed Antiquariorum diligentissimus nuper Catonem imprimendum curavit, in quo cum multa verba emendavit, restituitque, tum capite* LVII. *locum mutilatum ita restituit* &c. Fam editionem memorat etiam Albertus Fabritius *de libro Arborum* olim inter illos Columellæ inserto loquens.

C. Iulii Cæsaris Commentarios cum *autore de Bello civili, Alexandrino, Africo, & Hispaniensi* castigavit, & notis illustravit, misitque ad Julianum Laurentii Medices filium, & Leonis X. fratrem dicatum. Venetiis an. 1517. in fol. typis Aldi; postea Florentiæ per HH. Philippi Juntæ anno 1520. in 8.; Basileæ anno 1521. typis Thomæ Wolphii; & Paris. 1543. in fol. eleganter typis Michaelis Vascosani.

Epitomen Aur. Victoris de Vitis Impp. Rom. adornavit, correxit, edique fecit Veronæ, ut ex Andrea Schotto scribit cit. Maffejus.

Scripta quoque extant & pulchra ad Præfectos aquarum Venetos, a quibus accitus fuerat, cum de aquis fluminis Meduaci (vulgo *Brenta*) alio derivandis ageretur.

Icnographiam vero Fori Veneti (vulgo *Rialto*) instaurandi apud familiam Bragadinam Venetiis asservari tradit Georgius Vasari par. 2. vol. 1. Vitar. Pictor., & Architect., ubi plura de eo maxima cum laude commemorat.

* JOANNES JULIANI = V. *Anonymus* CCCXCIV.

* JOANNES IVO MAGISTRI = V. *Ivo Magistri*.

MMCCLXII.

JOANNES KOMORROVUS Polonus an. 1521. erat *Minister* 2. provinciæ Poloniæ, ut in 2. epitaphio B. Joannis de Dukla apud Waddingum in Annal. Min. ad annum 1484. num. 29.; scripsit autem

Breve Memoriale Ordinis Fratrum Minorum, maxime Rectorum ipsius Ordinis, ut apud Aet. SS. Continuat. Bolland. ad diem 18. Julii de B. Simone a Lipnica, in quo texuit *Historiam Ordinis Minorum* usque ad anno 1535., quo vivendi finem fecit, extatque adhuc ms., teste Benedicto XIV. *in Actis, & Decretis in causis Beatific., & Canoniz.* &c. Decr. XIII. cap. 3.

Chronica prov. Poloniæ citantur a Bartholomæo Cimarella 4. par. Chron. S. Francisci lib. 3. cap. 27. 30., ac 32.; lib. 4. cap. 35., ac 37.; lib. 5. cap. 28. 29., ac 56., lib. 7. cap. 50.; lib. 9. cap. 1.

MMCCLXIII. 1173.

JOANNES KRANEMAN = cujus

Apologia, seu Defensorium pro se ipso incipit: *Multi famosi viri*: & directa est contra Joannem de Indagine Carthusianum Teutonicum, qui juxta Catalogum Operum illius apud Possevinum in Appar. sac. v. *Ioannes Hagen* scripsisse dicitur *contra Ioannem Kanneman libros* 2.; qua de causa nondum comperi; forsan in causa schismatis Concilii Basileen., ac de potestate Concilii Generalis.

De passione Domini incipit: *Egredimini filiæ Sion*, ex Joan. a S. Anton. to. 2.

De potestate Papæ quoque scripsit, teste Dupino apud Moreri in Dictionario Gall. De eo scribit Trithemius in Scriptor. Eccles., dicitque *Is: Kaaneman* apud Waddingum in Annal. ad an. 1460. num. 32.

MMCCLXIV.

JOANNES KYNTON Anglus Min. Conv. sac. Theolog. Doctor, qui an. 1502. memoratur in literis Alexandri VI. dat. 3. idus Junii ex Ind. Bullarii Seraph. Petri de Alva, & Astorga num. 27., Oxonii ad plures annos in Collegio Magdalenen., mox ab Academia D. Margaretæ Professor nuncupatus scripsit

Tractatum contra Lutherum, & alia: sepultusque est in Collegii Dunelmensis, quod nunc Collegium Trinitatis est, Sacello; & ejus tumulo etiamnum superest hæc inscriptio: *Obiit Johannes Kynton Frater Minor sacræ Theologiæ Professor* XX. *Jan.* CIↃDXXXV., ut refert Ant. Vood in Hist., & Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 6. pag. 192., qui & ejusdem meminit lib. 1. pag. 247. sub an. 1521., & in Catalogo Professorum D. Margaretæ lib. 2. pag. 33. de eo ait: *tantæ is eruditionis habebatur, ut eorum de numero fuerit, quos Lutherum impugnare voluit Academia*.

MMCCLXV. 1174.

JOANNES LAGRENUS Conv. sac. Theol. Professor, provinciæ S. Bonav. alumnus

Sermones S. Augustini ab eo castigati, ac Tabulis locupletissimis adaucti emendatiores prodierunt Lugduni an. 1520. tomis 3. in 4. apud Jacobum Mareschal.

Moralia D. Gregorii M. ab eodem castigata, adjectis non paucis Bibliæ concordantiis, additionibus margineis, ac duplici tum materiarum, tum sententiarum directorio, cusa sunt ibidem anno 1546. in 8. typis Jacobi Giuntæ ex Ind. Bibliothecæ S. Francisci Ferrariæ.

Sermones Petri ad Boves vulgavit Lugduni an. 1520. ex eod. Ind.

Castigavit 4. *librum Senten. Richardi Mediavillæ, adjectis tribus indicibus, & notis margineis* impress. anno 1512. mense Julii in 4. m. sine loco editionis, quæ extat Romæ in Biblioth. Conv. SS. XII. Apostolor.; sed cum in ea appelletur *Fr. Joannes Lagrenus Labinius Regul. Observ.*, judicent alii an idem sit, & ex uno ad alterum Institutum transierit.

Eodem tempore florebat & *Nicolaus Lagrenr* forsan ex eadem familia, locove Abbas S. Joannis Ambianensis Episcopus Ebronensis, & Suffraganeus Francisci de Hallain Ambianensis Episcopi, vita functus an. 1540. kal. Junii ex nova Sanmarth. Gallia Christ. to. 3. col. 155., ubi dicitur fuisse & Abbas Montis S. Martini Cameracen., de quo & to. 10. in Episc. Ambianen. num. 69.

* JOANNES DE *LAS LLAGAS* = V. = *Joannes a Plagis*.

MMCCLXVI. 1175.

JOANNES LATHBURIUS = cujus Opus

In Lamentationes Jeremiæ Prophetæ lib. 1. extat ms. Oxonii in Biblioth. Collegii Mertonen., Lincolnien., Sienen., & omnium Animarum hoc titulo: *Joannis Lathbury Ordinis Minorum expositio, & moralizatio Threnorum Jeremiæ*, quam complevit anno 1406., & vulgata est typis an. 1482. in fol.

Lecturæ morales Joannis Lathbury incip. *In nomine Patris, & Filii* &c. habentur ms. Oxonii in Biblioth. Collegii Oxonien. cod. 42. n. 842. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 662., quas Oudin to. 3. Comment. ad an. 1400. idem Opus esse censet cum superiori *Expositione Threnorum Jeremiæ*;

mia; sed ex initio utriusque Operis constat esse diversum, & forsan sunt, quas *Lectiones Scripturarum* appellat Waddingus, cum appareat, hunc virum omnia *ad morum scientiam* vertisse.

Distinctiones Theologiæ in ms. Cantabrigen. Domus S. Petri cod. 96. titulum ferunt: *Joh. Lathbury distinctiones*, sive *Alphabetum morale*, uti notavit eit. Oudinus; qui admonet haberi etiam in Biblioth. Jacobæa ms. cod. 517. *Johannis Lathbury Distinctiones*; in Biblioth. vero Collegii Oxonien. cod. 20. ms. hoc titulo: *Joh. Lathbury Doctoris Theologiæ Ordinis Fratrum Minorum Loci communes*; quod idem Opus ipse existimat; & ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 662.

Tractatus de luxuria Clericorum extat ms. in 4. in Biblioth. Bodlejana ex Catalogo illius Bibliothecæ publicato pag. 260. De eo agit & Joan. a S. Anton., & Dupinus sec.xv., qui perperam scribit, Opera hujus viri excidisse.

MMCCLXVII.

JOANNES A S. LAURENTIO, quem Monumenta mss. provinciæ Coloniensis Min. Conv. fol. 75. Coloniensem dicunt, concionatorem eximium, & *diversorum librorum* autorem.

MMCCLXVIII. 1176.

JOANNES A S. LAURENTIO = cognomine *de Marignollis a S.Laurentio* nobili familia nunc extincta Florentiæ genitus ob insignia virtutum suarum merita, doctrinæque præstantiam an. 1354. factus est Episcopus Bisiniauensis in Calabria ab Innocentio VI., ad quem anno 1356. a Republica Florentina Avenionem Legatus pro Malatestis, eorumque causa componenda insequenti anno Bononiæ degens *Indulgentias* concessit Ecclesiæ S. Mariæ de Misericordia nuncupatæ & propria autoritate, & Archiepiscopi Nazareni Richardi Minoritæ, cujus se vices gerere testatur in charta concessionis, quam refert Torellus sec. Augustin. sub eo anno 1357. Plura eum scripsisse verisimile est; tamen ejus tantum celebrantur duo *Opuscula* italico hetruscoque sermone eleganti, nempe

Historia S. Onuphrii; &

Acta Apostolorum: quorum autoritate utuntur scriptores *Vocabolarii Florentini* vulgo *della Crusca*, ut uno ex autoribus linguæ elegantis italicæ.

Tractatus Fr. Joannis de Marignollis olim Bibliothecæ Dom. de Guadagnis Florentini nunc amplius ibi non haberi dicitur. Neque hunc autorem alium puto ab illo *Joanne Florentino* Philosopho, & Theologo, rerumque antiquarum diligentissimo indagatore, quem paulo ante Waddingus ait collegisse

Historiam sui Ordinis, quæ ms. habebatur Florentiæ in Cœnobio S. Crucis Min. Conv., cujus hic erat alumnus,.

De Canonizatione S. Francisci quoque scripsisse illum tradit; quod habet & Pocciantius in Scriptor. Florentin., & ex eo Possevinus in Appar. sac. v. *Joannes Florentinus*. Sane in Biblioth. S. Crucis Florent. scam. 20. versus claustrum num. 630. extabant mss. *Chronica Gestorum B. Francisci, & sociorum ejus usque ad tempora moderna*; quod Opus nunc desideratur; & an ad istum *Joannem* pertineat scriptorem, judicabunt ii, quibus licuerit eos codices evolvere. Florebat quidem eodem seculo alius *Fr. Joannes Florentinus* anno 1338. a Benedicto XII. ad Magnum Tartarorum Cham, seu Imperatorem legatus cum aliis tribus Minoritis, quem ferunt ab eodem Imperatore honorifice acceptum potestatem ubique Christi fidem evangelizandi iis in partibus obtinuisse, multos ad Christum convertisse, & Ecclesias, Cœnobiaque plura erexisse ex Chron. antiquis apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 8. cap. 45., & Waddingi Annal. Min. ad eum annum num. 10., & seqq., sed scriptoris prærogativa effulsisse non dicunt.

Opusculum italicum Flosculorum S. Francisci, quod sine nomine autoris circumfertur, hujus autoris Florentini Opus esse censeo, ducorque pluribus conjecturis, primum ex tempore, cum autor cap. 47. scribat suis temporibus floruisse *B. Joannem Alvernicolam*, quem constat decessisse an. 1322.; & cap. 44. scripserit se quædam habuisse a *Fr. Hugolino*, quem suo loco adnotavi ex hac vita migrasse post an. 1322. Deinde ex stylo eleganti hetrusco, cum libro eo utantur autores Vocabularii Florentini, italicique, vulgo *della Crusca* ad linguæ italicæ puritatem constabiliendam; postremo ex pervetusto hujus Opusculi codice mss. a me Bononiæ apud nostros inspecto, cujus in fine hi versus habentur:

„ O Confessor Francesco benedetto
„ Risguarda il tuo servo Zohanne,
„ Che ha scritto tuo Fioretto:

quos tamen versus non ab autore hujus Opusculi factos crediderim, sed ab exscriptore, vel aliquo alio additos. *Flosculi S. Francisci* incip. *E prima da considerare, che lo glorioso mess. Santo Francesco in tutti gli atti della vita soa fu conformato a Xpo* &c.: & finiunt: *che per virtù delle sue stigmate gloriose noi meritiamo d'esser salvati in Paradiso ad laude di Xpo, e gloria sua. Amen. E compiuto fa lo presente libro per me Jacomo Andrea fo de S. Thomado da cha da buora nel* MCCCC. XXXVIII. *a di* VIII. *Marzo*: extat ms. in 4. in Cœnobio S. Franc. Roccæ Contradæ in Piceno post *Regulam Fratrum Minorum* italice factam, & post *Vitam S. Francisci* a D. Bonaventura compositam, quæ absque proœmio incipit: *Uno huomo fu nella cita d'Ascesi, lo qual ebbe nome Francesco, la memoria del quale è in beneditione*: & desinit in ejus morte: *rendendo testimonianza della gloria del Santo loro Padre, il quale spesso usava d'amaestrargli, e riducerli a laudare, e magnificare lo creatore. Amen*. Deinde sequuntur Flosculi supradicti, in quibus abrasæ sunt tres paginæ, ubi nimirum agitur de *Capitulo Storearum* an. 1219.: post hos additur *Testamentum S. Francisci* italice; quæ omnia cum sint ejusdem sermonis, styli, & characteris, verisimile est, esse etiam ejusdem autoris. *Flosculi S. Francisci* prodierunt primum Venetiis an. 1480. in 4. ex Orlando de Orig. & progre. Typogra. par. 2. pag. 333., typis Nicolai Girardengi in 4., & 1484. in 4. per Andream Benetti ex Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 24.; deinde Perusii an. 1481. per Stephanum Arns. *Vita, e Fioretto di S. Francesco* prodiit Mediolani an. 1495. in 4. per Scenzeler cum prologo correctoris anonymi ex to. 1. Scriptor. Mediolanen. pag. 598. Iterum typis dati sunt *Flosculi* an. 1509., & 1542. Neapoli in 4. apud Matthæum Canze; anno vero 1541. in 8. Venet. per Franciscum Bindoni, & Mapheum Pasini castigati ab Octaviano Joannini a Capugnano, tandem novissime a cl. v. Philippo Bonarota Senatore Florentino emendatiores Florentiæ an. 1718. in 4. Conflatur *Opusculum* capitibus 52.; postea sequitur *tractatus de Stigmatibus B. Fran-*

Francisci. In Speculo exemplorum dist. 7. habentur *Actus B. Francisci* latine capitibus 41. comprehensi, & scripti post an. 1322., cum in eis memoretur B. Joannes Alvernicola, & cap. 16. dicat autor, se ab ore Fr. Hugolini de Monte S. Mariæ habuisse Historiam de Stigmatibus S. Francisci.

Vita S. Joannis Baptistæ italico idiomate cum habeatur post *Flosculos* memorati codicis Bonon. eodem stylo, & charactere, ejusdem autoris Opus existimo, qui totus erat in SS. Vitis, & gestis describendis

Agunt de hoc viro Ughellus to. 1. Ital. sac. in Bisinian. Episc. n. 12., Waddingus in Annal. Min. ad an. 1354., & Julius Niger in Scriptor. Florentinis.

MMCCLXIX.

JOANNES LAURENTIUS Hispanus insignis Theologus, & B. Virginis in primis devotissimus omnem operam navavit, insudavitque maximopere, ut conscriberet

Encomia, ac laudes B. Virginis Mariæ in testimonium suæ erga eam devotionis; ideoque & nobile martyrium pro Christi fide a Mauris Saracenis Hispaniam depopulantibus subire meruit an. 1390. Valentiæ, ejusque *Vitam* concinnavit Fr. Bartholomæus Eoyas provinciæ Aragoniæ Minister in *Cælesti, ac mundiali machina* Regni Aragon., teste autore Supplementi ad Annal. Min. sub an. 1376. & 1390. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 177. male putavit Joan. Hispanum, de quo Melissanus ad eit. annum 1376., esse alium ab illo, de quo ad ann. 1390.

* JOANNES LECTOR Anglus autor *Summæ Confessorum* titulo *Joanninæ*. V. supra *Joan. N. Anglus*, qui forsan est *Joannes Cartonus* jam memoratus, vel alius; perplures enim fuerunt Joannes Anglici

MMCCLXX. 1177.

JOANNES LELOVE =

MMCCLXXI. 1178.

JOANNES DE LEOVARDIA = scripsit etiam

De Ecclesia Dei, & *de Romano Pontifice* ex Alfonso Lassor to. 2. Universi fol. 439.

MMCCLXXII.

JOANNES LEPNICA Polonus Regul. Observ. alumnus, & forsan B. Simonis de Lepnica propinquus ad Sigismundum III. Poloniæ Regem scripsit librum

De Immaculata Conceptione Reginæ Angelorum teste Antonio Daza apud Petrum de Alva col. 786. Militiæ, & Jo: a S. Anton. to. 2.

MMCCLXXIII. 1179.

JOANNES LISETH =

MMCCLXXIV.

JOANNES LONDINENSIS in Anglia receptus dicitur a Rogero Bacone ad Ordinem S. Francisci Oxonii, & sub ejusdem disciplina adeo in Philosophicis, Mathematicisque scientiis profecit, ut suo tempore singularis ab omnibus pene haberetur; anno 1267. missus est Romam a præceptore *Rogero* ad Clementem IV. cum quodam libro, ac instrumentis Mathematicis ab illo compositis, literisque, in quibus de continenti ejus vita, atque doctrina testimonium perhibuit Rogerus, ut refert Joan. Lelandus vol. 2. Collectan. cap. 40., ubi epistolæ tale etiam excerptum exhibet: *Non remansit aaus Parisiis, qui plus novit in Philosophia radicitus, quamvis & fructus nondum produxerit propter juvenilem ætatem*. Scripsit *quamplura*, quæ temporis edacitas nobis occultavit, ut legere est apud Pitseum de Script. Anglis, & ex eo apud Waddingum in Annal. Min. addit. to. 2. n. 7. ad an. 1280.; & nonnulla hujus Joannis esse creduntur, quæ inter ipsius Rogeri Opera recensentur, uti ab hoc ipso collecta, & in compendium contracta. In Bibliotheca Vaticana extant *Rogerii Baconi varia Opuscula* cod. 3202., in quo cod. fol. 28. habetur etiam

Joannes de ponderibus ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 107., & 114.; forsan Opus est hujus Joannis ejus discipuli.

Chronicon de rebus Angliris tribuitur *Fr. Joanni Londinensi* Minoritæ a Joanne Pitseo, qui ait floruisse circa annum 1300., & alium ab isto censet, nescio quo autore, aut monumento, apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCCLXXV.

JOANNES LOPEZ Hispanus Ordinis Minorum edidit elegans

Epigramma in laudem concionum Philippi Diez Minoritæ, quod legitur in fronte to. 1. dictarum concionum edit. Lugdunen. an 1586.; qui tamen a nullo recensetur.

* JOANNES DE LUCA ponitur hoc loco a Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 181. ex Mariano, & Marco Ulyssipon. par. 3. lib. 5. cap. 45., sed est *Joannes Bonvisius* Lucensis supra relatus ab eodem pag. 138.

* JOANNES LUDOVICUS BARBIERI = Vide *Joannes Aloysius* supra.

MMCCLXXVI.

JOANNES DE LUGO provinciæ Bononien. Min. Conv. sac. Theol. Magister, & ecclesiastes eximius, qui an. 1461. Ferrariæ Quadragesimali tempore *conciones* habuisse legitur in monumentis Cœnobii S. Franc. illius urbis, & an. 1467. Placentiæ, ubi insequenti anno obiit ex pestilentia apud S. Petrum, quo vitandi morbi gratia se contulerat, omnium mœrore kal. Augusti, ut autor coævus Albertus Ripalta literis tradidit in Annal. Placent. to. 22. Rerum Italic. Script. vulgatis, eum summopere commendans, & egregium prædicatorem appellans, qui suis concionibus constructionem *Templi B. V. Mariæ Gratiarum* feliciter promoverit. Scripsit itaque

Conciones quadragesimales, &

Epitomen libri secundi Senten. Alexandri de Ales an. 1453., quæ ms. extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. cod. membran. in 8. incip. *Dominus, a quo bona cuncta procedunt &c.*, cujus in fine autor adjecit *Annotationes in 2. librum S. Thomæ Aquinatis* de iis, quæ ipse ab *Alexandro* prædicto *ejus Magistro* accepit, cum *indice* totius Operis; an autem idem præstiterit in reliquos Alensis Sententiarum libros, non habeo quo affirmem; sed suspicor hoc Opus partem esse illius, de quo supra in *Anonymo incertæ regionis* CDIV. In Annal. Minorum a Waddingo elaboratis memoratur quidem *Joannes a Lugo* anno 1439. in Flaminia contra hæreticam pravitatem *Inquisitor*; sed non ausim asserere, eumdem esse cum illo.

MMCCLXXVII. 1180.

JOANNES MAHUSIUS = factus fuit *Episcopus Daventriæ* in Batavia nunc Hollandia, obiitque an. 1576. ex Rodulphio lib. 3.; sed de eo plura Valerius.

Epitome Annotationum ex 5. Erasmi Roterodami in novum Testamentum ex 5. & ultima editione pro-

prodierat Antuerpiæ 1538. in 8. typis Jo: Steelsii: proscribitur in Indice librorum prohibit., donec corrigatur.

D. Joannis Chrysostomi in Evang. Matthæi Comment. vulgavit primùm Antuerpiæ an. 1537. eisdem typis, mox ibidem 1545.; deinde Lutetiæ Paris.; estque *Opus imperfectum* Jo: Chrysostomo attributum, nempe Homiliæ 54. Scripsit etiam belgice

Sermones VII. *super hymnum: Veni Creator Spiritus*; &

Sermones XXVI. *super illud: Oportet semper orare* ex Sandero par. 2.

Expositionem S. Bonaventuræ in Lucam castigatam ex mss. codd. Gandavensis, Bruxellensis, Trajectinæ, & Lovaniensis Bibliothecarum invicem collatis ad Fr. Matthiam Dordracenum Minoritam edidit Antuerpiæ anno 1539. in 8. apud Gregorium Bontium ex Catalogo Biblioth. Regiæ Paris. par. 1. Theol. pag. 131., & ex ipso Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 156. in *S. Bonaventura*; postea recusa est Venetiis an. 1574. in 8. una cum *Expositione in Sapientiam*, & *in Lamentationes Jeremiæ* typis Petri de Franciscis, cura vero Joannis Balaini Franciscani Convent., qui & notas margineas, & indices adjecit. Ista exemplaria belgica *Comment. Bonaventuræ in Lucam* refert Rodulphius lib. 1. fol. 93. a *Guardiano*, Fratribusque Cœnobii Gandaven. perquisiisse Jo: Picum Mirandulanum, ut expurgata in lucem emitteret. Initio ejusdem *Comment. S. Bonaven.* edit. Antuerpien. legitur ejusdem

Panegyris in Matthæum Dordracenum ejusdem Instituti.

* JOANNES MAGISTRI, quem hoc loco Joan. a S. Anton. to. 2. interserit velut *Minoritam* ex Regesto Biblioth. Conventus Matritensis Regular. Observ., fuit quidem Scotista, sed secularis ex ejus Operibus.

1181.

JOANNES MAJOR = utique fuit *Joannes Major*, seu *senior* cognomento *Grajus Scotus* Minorita eodem tempore, quo *Joannes Major* Hadingtanus, ut supra ostensum est v. *Joannes Grajus senior*; sed Opera, quæ hic enumerat Waddingus, tribuuntur *Joanni* cognomine *Majori* Doctori Parisiensi nulli Instituto Regul. addicto ex Possevino in Appar. sac., Vossio lib. 3. de Hist. Latin. cap. 13. ei *Historiam majoris Britanniæ* tribuente lib. 6., Moreto in Supplem. Hist. *Comment. in Matthæum* Paris. an. 1518. cusum asserente, quo tempore vulgavit *Reportata Parisien. Scoti*, aliisque; qui *Joannes Major* Doctor Collegii Montis acuti Paris. an. 1516. vulgavit *Comment. in quartum lib. Senten.* juxta Nominalium opinionem, cujus in præfatione scribit se alias etiam in quartum Senten. Comment. edidisse: an autem *Comment. in 1. Senten.*, quem Waddingus ait Paris. prodiisse anno 1509., sit ejus, vel hujus, non habeo quod dicam, quia illum non vidi. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

1182.

JOANNES MAMBRE = V. *Joannes Canonicus*; idem enim est; nam cognominabatur etiam *Marbres*, teste Rodulphio lib. 3., qui paulo post nonnullis interjectis subjungit: *Joannes Mabre ex Catalonia, qui scripsit*, ait,

Quæstiones in lib. Physic., quæ mss. a *Fr. Francisco Bellunensi* Conventus Mediolanen. *Baccalaureo* an. 1458. circumferebantur.

MMCCLXXVIII.

JOANNES MANSILLA Hispanus Strict. Observ. Discalc. provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis accurate descripsit

Acta, & agones Ven. Martyrum Fr. Sebastiani a S. Joseph, & Fr. Antonii a S. Anna provinciæ S. Pauli alumnorum, quæ mss. asservantur in Archivo provinciæ S. Gregorii, teste ejus Chronologo Fr. Antonio Llave trien. 10. cap. 13. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCCLXXIX. 1183.

JOANNES MAPELLUS = Min. Conv. sac. Theol. Magister; in mss. enim Actis Capituli Gen. Asisii coacti anno 1491. m. Majo a Ministro Gen. Francisco Samsone habetur: *Magister Joannes de Mapello de Mediolano institutus est Lector Theologiæ in loco S. Mariæ de Pace ad instantiam Fratrum de Familia Fratris Amadei cum mansione in Conventu Mediolani 26. Junii 1493.*: anno 1508. erat Minister provinciæ Mediolanen. ex Regesto Ordinis. Errat Donatus par. 1. Scenæ Litterariæ Bergom. fol. 316., dum eum Bergomensem fuisse scribit; tempusque, quo floruit, nec Waddingus, nec Joan. a S. Anton. noverunt.

Sermones Benedicti Sangalli Bergomatis Minoritæ castigavit, eosque se Bononiæ vidisse scribit Rodulphius lib. 3. in *Benedicto Sangallo*; an autem ediderit, non indicat, nec illos ego Bononiæ, aut alibi vidi.

Sermones quadragesimales Bartholomæi Pisani Ordinis Minorum de contemptu mundi castigatos, emendatosque vulgavit Mediolani an. 1498. in 4. ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bonon., & Ferrar.; iterumque emisit Venetiis an. 1503. in 4., teste Waddingo supra in *Bartholomæo Albicio*.

Conformitates S. Francisci ad Christum a dicto Bartholomæo Pisano compositas recognovit, edique cursvit Mediolani an. 1513. in fol. typis Zanoti Castilionei Marco Vigerio S. R. E. Cardinali Episcopo Prænestino nuncupatos, quibus adjecit *Tabulam*, seu *indices* cum *epigrammate* in laudem memorati Card. Vigerii, quo se *poetam* non insulsum ostendit; pollicitus majora, ac plura se carmine de eo scripturum, dum inquit ibi:

„ Post majora tibi meliore ex ordine subdam:
„ Et canet innumeros nostra Thalia modos.

MMCCLXXX. 1184.

JOANNES MARCHELEJUS = de quo Pitseus, Joan. a S. Franc., Petrus de Alva, ac Adam Cistercien. in Chronico.

MMCCLXXXI.

JOANNES DE MARCHENA Hispanus ex Petro de Alva col. 795. Militiæ univ. multum elaboravit, scripsitque

Pro tuenda Immaculatæ Conceptionis V. Mariæ causa, teste Antonio Daza in tractatu *de Conceptione* apud Joan. a S. Anton. to. 2.

* JOANNES MARCHESINUS = V. infra *Marchesinus Regiensis*.

MMCCLXXXII. 1185.

JOANNES A S. MARIA = *Portocarrero* nobili familia Beneventi in vetere Castella natus prov. S. Joseph, & S. Pauli Discalceat. Pater, Confessarius Mariæ Imperatricis, virtute, & scientia clarissimus non solum Commissarii Rom. Curiæ, Vicarii Generalis Discalceatorum, & Commissarii Generalis officis, sed etiam tres Episcopatus, *Chilensem*, *Legionensem*, & *Zamorensem* ei a Philippo

III.

III. oblatos constanti humilitate resnuit una cum munere Confessarii Infantis Margaritæ Austriacæ, & Regii Conventus Discalceatarum Matritensis. Scripsit

Rempublicam, seu *Politiam Christianam* &c. ad Philippum III. Hispan. Regem. Matriti an. 1615. in fol.; Barcinone 1616. & 1618. in 8. per Martinum de Cormellas; & Ulyssipone 1621. in 8.; postea ab autore recognitam, & auctam impressit Neapoli an. 1624. in 4. Dominicus Maccaranus. E castellano in italicum sermonem versa a Julio Cæsare Braccino Venetiis impressa est an. 1619. in 8. ex Ind. Biblioth. Barber. pag. 28. Commendatur Opus a Tiburtio Navarro in S. Petro de Alcantara redivivo cap. 2.

Vitam S. Antonii Patavini versibus expressit, testibus Nicolao Antonio in Biblioth. Hispan., & Balthassar Medina in Cent. Script. Discalceat.

Acta BB. Martyrum Japonensium. Matriti an. 1601. in 8., & 1628. in 8.; deinde in italicum sermonem translata prodierunt, teste Antonio de Leon in Bibliotheca Orient. & Occident.; de quibus meminit & Marcellus Ribadeneyra in Japonen. Historia. *Relatio Martyrum Japonensium* italice legitur in 4. parte Chronic. S. Francisci lib. 10. cap. 56. usque ad 76. per Baretium translata, vel edita; nam & italice versa dicitur a Fr. *Joseph a S. Maria* ejusdem Instituti, ut infra.

Monita, & *Statuta ad usum provinciæ S. Joseph* iterato edita, & laudata a Martino a S. Joseph to. 2. Chronic. lib. 3. cap. 17.

Historiam jacturæ Gomesii Perez Gubernatoris Maniliensis ex Antonio de Llave in mss. Chronicis provinciæ S. Gregorii in prologo.

Obiit non sine sanctitatis opinione anno 1622. die 18. Novembris Matriti in Cœnobio S. Bernardini tumulatus; de quo & Ægidius Gonzalez in Theatro Matritensi, aliique apud Jo: a S. Anton. to. 2.; & in Vita S. Petri de Alcantara lib. 5. cap. 31.

M M C C L X X X I I I.

JOANNES A S. MARIA Gallus prov. Turoniæ Reg. Observ. Pictavien., sac. Theol. Lector in Conventu Encenisii scripsit

Cosmopejam in duo prima capita Genesis, quæ cusa est Nanetis an. 1585. in 8. apud Petrum Blesail, in cujus prologo autor spem aliorum fecit, ut observavit Joan. a S. Anton.

M M C C L X X X I V.

JOANNES MARIA CAROMI Italus Regul. Observ. prov. S. Nicolai, Apuliæve Lector Generalis vernacule vulgavit

Mariale, seu conciones in laudem Reginæ SS. omnium. Lucæ 1640. in 4., teste Jo: a S. Anton. to. 2., qui testatur, hujus autoris, & Operis fieri mentionem etiam to. 4. ms. Bibliothecæ Marianæ Mantuæ Carpentan. in Bibliot. Reg. Observ. asservatæ.

M M C C L X X X V.

JOANNES MARIA A GENUA Regul. Observ. provin. Vallis Mazariæ in Sicilia Minister

Acta 23. BB. Martyrum Japonensium typis dedit Panormi an. 1628., quo clarebat ex Relatione prædictæ provin. apud Joan. a S. Anton.

M M C C L X X X V I.

JOANNES MARIA HIERACENSIS Siculus prov. Messanen. Min. Capuccin. olim Minister, & Panormitanæ Commissarius Generalis in Philosophicis, & Theologicis facultatibus, quas professus est, admodum versatus edidit italice sub nomine fratris sui *Philippi Placiensis* Opus mysticum hoc titulo:

Currus Eliæ. Messanæ 1620. in 8. apud Petrum Bream.

Opuscula Ascetica mss.

Disputationes varias Theologiæ Scholasticæ, & *Moralis*, quæ mss. remanserunt post ejus obitum, teste autore Biblioth. Capuccin., & fusius Antonino Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex his Joan. a S. Anton.

M M C C L X X X V I I.

JOANNES MARIA NETINENSIS, vulgo a *Noto* Siculus Min. Capuccin. Philosophus, & Theologus eximius primùm suæ provinciæ, deinde totius Ordinis sui Generalis Minister vir incomparabili animi magnitudine, pietate, & justitia antiquis Seraphicæ Religionis heroibus comparandus elucubravit

Annotationes in 8. libros Physicorum mss.

Annotationes in libros Metaphysicorum mss.

Annotationes in 4. libros Sententiarum mss.

Cæremoniale ad usum Fratrum Capuccinorum.

Epistolam ad universos suæ Religionis Fratres, in qua de observantia altissimæ paupertatis, & de Regula Minorum luculenter disserit, impres. Romæ 1628.

Obiit Neapoli 1631., de quo pluribus disserunt autor Biblioth. Capuccin., Mongitor citat., & ex his Joan. a S. Anton.

M M C C L X X X V I I I. 1186.

JOANNES MARIA SFORZA = a Pelagiano in Apulia oppido provinciæ S. Nicolai edidit etiam

Selectiora de transnaturali Aristotelis Philosophia ad mentem Doctoris Subtilis impres. Fogiæ 1646. typis Laurentii Valerii ex Joan. a S. Anton. to. 2., qui putat, hoc Opus diversum esse ab illo de *Supernaturali Philosophia*, sive de *Metaphysica* a Waddingo relato; sed falso, quia de hoc, non de illo mentio fit in Catalogo suorum Operum ab autore confecto, & mox referendo.

Meteorologicas lucubrationes ex Aristotele ad mentem Scoti. Neapoli anno 1655. in 4. typis Camilli Cavalli.

Florideam. Ibidem per eumdem an. 1658. in 12. sermone italico.

Scotum juristam conflatum 6. disputationibus; *de judice*; *de accusatore*; *de reo*; *de testibus*; *de advocato*; & *de notario*, seu actuario. Prodiit Lycii an. 1659. in 4. typis Petri Michaelis, præitque Operi in Jo: Scotum Joannis Orontii Palmæ Archidiaconi Lyciensis, & Academici Transformati *Elogium apologeticum*. Extat Liber Romæ in Biblioth. Conven. SS. XII. Apostolorum.

Scotum corroboratum ex contradictionibus Scholæ adversæ, in quo celebriores ex 4. Senten. libris controversiæ Theologicæ (num. 29.) *inter Scotum, & D. Thomam ponuntur, & explicantur*. Lycii an. 1661. in 4. typis Petri Michaelis; extat Romæ in eadem Bibliotheca. Recte advertit cit. Joan. a S. Anton., ipsum antea alias lucubrationes evulgasse, quod collegit ex epist. ad sui Ordin. Ministrum Generalem data, & Operi *de transnaturali*, seu *supernaturali Philosophia* præfixa, ubi scribit: *nec aspernaberis, quia nonnulla a me prius in lucem edita tibi, ut debebam, non obtuli*: & in elogio laudato libro præmisso Andreas de Rogerio Fogiæ Archipresbyter ait: *Cujus elucubrationes prælo mandata*-

data licet breves, gloria tamen magna est. Revera in fine indicis *Controversiarum*, & ante Opus extat *Catalogus suorum Operum* ita:

OPERA EDITA in lucem.

Romanzi = *L' Aldimarte sotto nome di Volubile*.

L' Eromilin ravvivata.

Il decollato innocente.

La Dorosolinda.

Il Pellegrino.

La Floridea: de qua supra

L' Apostolo di Japigia Panegirico in lode di S. Orontio primo Vescovo di Lecce con la Soffronia in 8. *rima*.

Selectiorn de Physico auditu.

Selectiorn de transnaturali Philosophia: de quo Opere supra disserui.

Tractatus de cœlo, & mundo; &

Tractatus de metheoris; de quo similiter antea egi. Hos *tractatus* 4. *Philosophicos* ante an. 1659. evulgasse ipsemet scribit in epist. ad Lectorem *Scoto juristæ* præfixa. Postea in eodem citato Catalogo subjungitur

Scotus jurista, & *Scotus corroboratus*.

OPERA vero composita, sed non evulgata ibi dicuntur

Tractatus de ortu, & interitu; &

Tractatus de anima: quorum meminit & in cit. epistola *Scoto juristæ* præfixa anno 1659.

L' Adriano, che seguita l'Aldimarte.

La chiave della Dorosolinda. His adjunge

Aphorismos Scoti jam approbatos, & ut typis ederentur, permissos anno 1664. ex Franchino in Biblios. num. 189.

MMCCLXXXIX.

JOANNES MARIA DE TISA Siculus prov. Panormit. Capuccin. alumnus, vir literis, & pietate insignis, Theologicæ nedum facultatis, sed & juris Canonici peritus; vitæ vero abstinentissimæ, jejuniique adeo observator, ut solo pane, & aqua dies transegisse feratur: his itaque meritis, aliisque virtutum suarum splendoribus Minister suæ provinciæ, & sui Ordinis in Romana Curia Procurator, & anno 1581. in Comitiis Gen. eligitur sui Ordinis supremus Moderator, & Vicarius Gen., quod munus magna & prudentia, & erga omnes charitatis demonstratione exercuit, & triennio post Romæ obiit opinione sanctitatis, cum reliquisset italice mss.

Declarationem Regulæ S. Francisci in Provinciali Capitulo Mediolani celebrato anno 1583.

Declarationem alteram ejusdem *Regulæ factam in visitationibus provinciarum*. Alterutram citat P. Gregorius Neapolitanus Capuccinus in 2. par. Enchir. Eccles. cap. ult. Regulæ S. Claræ an. 1589. vulgati.

Quadragesimale, quod ms. asservatur Tissiæ in Cœnobio sui Ordinis ex autore Biblioth. Capuccin., & Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ. Agunt de hoc viro Rodulphius lib. 1. & 2., Gonzaga par. 3., Bovertus in Annal., Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccin., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCCXC. 1187.

JOANNES MARIA VELMATIUS = provinciæ Bononiæ Min. Conv. sac. Theol. Mag. edidit

Christeidos libris x. cum scholiis ad Dominicum de Cupis Romanum Card. Tranensem, & Episcopum Portuensem.

Acta Apostolorum carmine itidem heroico cum *scholiis* eodem tempore cusa Venetiis an. 1538. in 4., & postea ab autore castigata ibidem prodierunt per Jolitos 1589. in 8., ut refert Franchinus in Bibliosophia num. 190.; fuerat enim decreto sac. Congreg. Indicis libror. proscriptum Opus; cujus meminere & Miraus in Auct. Script. Eccles. sec. XVI. num. 47., & Giraldus in Dial. 2. poët. sui temporis.

Opusculum ejus *de laudibus Italiæ* extat ms. Florentiæ in Biblioth. Medic. Laurent. plut. 34. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 238.

Forsan hic ille est *Magister Joannes Maria* cognomento vulgari *Gregettus*, latine Græculus Balneocaballensis, quem Rodulphius lib. 2. fol. 268. dicit a Julio II. Senis laurea donatum circa annum 1510., ita fortasse vulgo dictus *Græculus* a græcæ linguæ usu, aut alia de causa.

MMCCXCI. 1188.

JOANNES MARIA ZAMORUS = Germaniæ Definitor Provincialis, & in Italia Commissarius Generalis obiit Veronæ an. 1649. die 30. Augusti ætatis suæ 70. Religionis 52.

De eminentissima Deiparæ Virginis perfectione prohibetur in Indice librorum ex Decr. sac. Congregat.; postea ab autore elucidatum, & locupletatum iterum typis traditum fuit Venetiis, additis aliis 4. *libris* in præfatione prioris editionis promissis de *desponsatione, angelica salutatione, divini Verbi conceptione*; de *Visitatione, & Purificatione*; de *fuga in Ægyptum*; de *morte, Assumptione, & coronatione*.

De Deo uno, & trino disput. Theolog. prodiit Venetiis anno 1626. in fol. per Jacobum Sarzinam; citaturque a Ferchio to. 1. de Angelis quæst. 48. num. 29.

Compendium Metaphysices prodiit Venetiis cum Tract. de Deo &c. ex Jo: a S. Anton.

De operibus Dei extremis tractatus 12.

De rebus naturalibus.

Apologetica Opuscula pene innumera. Hæc omnia mss. asservari perhibet Joseph Caputaleus in Utino illustrato par. 1., ubi & elogium ei post obitum appositum refert. Præterea composuit etiam

Tractatus 5., quorum primus est *de originali Virginis Mariæ innocentia, & ab originalis peccati macula immunitate, & exemptione ex sac. Scripturæ testimoniis*. 2. *De vera, & germana SS. Patrum, priscorumque Doctorum de S., & Immaculata Virginis Deiparæ Conceptione mente, & sententia ex eorum lucubrationibus, & monumentis*. 3. *De vera itidem S. Thomæ Aquinatis de eadem Conceptione mente, & sententia*. 4. *De facilitate, & decentia, ac necessitate dirimendæ, terminandæque controversiæ de S., & Immacul. Conceptione a communi, & universali peccati lege*. 5. *De perfecta, & absoluta Deiparæ Virginis immunitate, ac exemptione a communi lege peccati*: ex Joan. a S. Anton. to. 2., Petro de Alva, & autore Biblioth. Capuccinorum.

MMCCXCII.

JOANNES MARIA ZAVORA de Ghezzis Aretinus provin. Tusciæ sac. Theol. Doctor, & Ecclesiastes insignis, nec non poeta latinus an. 1519. Bononiæ in Templo S. Petronii *conciones quadragesimales* habuisse legitur in Monumen. memoratæ Basilicæ; & an. 1521. ob egregias animi dotes creatur Episcopus Neapolitanus in Achaja, daturque Suffraganeus Episcopo Atrebatensi in Gallia Belgica; & scripsit

Con-

Conciones quadragesimales, aliaque, quæ num exciderint, vel extent adhuc ignoro.

Agunt de eo Rodulphius lib. 2. fol. 261. in prov. Tusciæ, & Custodia Aretina, & Waddingus in Annal. Min.

* JOANNES MARIGNOLLA = V. supra *Joannes a S. Laurentio*.

M M C C X C I I I. 1189.

JOANNES MARIUS SCRIBONIUS = quem Joannes a S. Antonio alium facit a *Mario Scribonio*, & hunc dicit provinciæ S. Thomæ, illum provinciæ S. Dionysii, cum unus, & idem sit, qui forte ex una ad aliam provinciam transiit.

Conciones in omnia Jesu Christi Evangelia toto Adventus curriculo legi solita. Parisiis 1619. in 8. apud Viduam Jacobi du Clov.

Sermones de Verbi Incarnatione per totum Adventum. Ibidem an. 1622. in 8. apud Dionysium Moreau ex Petro de Alva, & Joanne a S. Anton.

Super universum Testamentum Commentarios doctissimos composuit, qui Taurini in Cœnobio S. Mariæ Angelorum asservantur, teste cit. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 332. in *Mario Scribonio*. Ejus mentio extat to. 2. Orbis Seraphici lib. 7. cap. 9. num. 359., & in Bibliographia Anisson pag. 147.

M M C C X C I V.

JOANNES A S. MARTHA Hispanus Laletanus e prov. S. Jacobi ad aliam S. Gregorii Discalc. in Philippin. Insul. transiit, de quo inter Martyres agitur; scripsit, cum esset in vinculis,

Epistolas editas to. 2. Chron. provinciæ Compostellanæ, & exscriptas ab Antonio de Llave Chron. provinciæ S. Gregorii trien. 12. cap. 22.

Relationes duas de suis ærumnis in fol. incip. *Hasta aora por los muchos inconvenientes*: transcriptas a cit. Chronologo prov. S. Gregorii.

Super Sermones, & Homilias Breviarii lingua japonica.

Catechismum cum explicatione doctrinæ christianæ, ac gentilium superstitionum impugnatione eodem idiomate; teste prædicto Llave trien. 12. cap. 22.

M M C C X C V.

JOANNES MARTINEZ Hispanus Bilbilitanus Reg. Observ. provinciæ Aragonum versibus hispanis composuit

Historiam Dominæ nostræ de Magallon Leciñenæ Cæsaraugustanæ diœcesis. Cæsaraugustæ 1610. in 8. ex Marracio, Petro de Alva, Nicolao Anton., Lanuza to. 2. Hist. Eccles. lib. 5. cap. 53., & ex his Joan. a Anton.

M M C C X C V I.

JOANNES A MATRE DEI Lusitanus ex Discalceata provincia Arrabidorum vir doctus, & pius vernacule edidit

Expositionem VII. *psalmorum Pœnitentialium*. Ulyssipone 1613. in 8. ex Nicolao Anton., & Jacobo Le Long fol. 797. Biblioth. sac.

Librum de passione Domini, & *alium de oratione, & contemplatione* conscripsit ex Relatione ms. ejusdem provinciæ apud Joan. a S. Anton.

M M C C X C V I I.

JOANNES A MATRITO Hispanus prov. S. Joseph Discalc. Lector sac. Theologiæ in Conventu S. Laurentii Conchensis dictæ provinciæ vulgavit

Orationem funebrem in exequiis Principis Balthasaris Caroli de Austria. Conchæ 1647. per Salvatorem de Viader, teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui hunc, nescio quo autore, aut monumento, diversum facit ab altero ejusdem nominis, patriæ, & Instituti, cui adscribit

Elogium sacrum S. Eligii Episcopi. Matriti 1659. in 4. apud Josephum Fernandez de Buendia; &

Orationem funebrem in exequiis Philippi IV. Hispan. Regis. Ibidem an. 1666. in 4. per eumdem.

M M C C X C V I I I.

JOANNES MATTHÆUS SACCIUS, al. Ciaccius, Messanensis Min. Conv. floruit an. 1525.; suique Conventus Messanæ an. 1532. moderator scripsit rudi, permixtoque stylo partim latino, & partim siculo vulgari

Historiam Conventuum, Locorumque suæ provinciæ Min. Conv., quæ ms. asservatur Messanæ apud suos, & citatur sæpe a Roccho Pyrrho in Not. Messan. Eccles., sæpius vero a Philippo Cagliola in Hist. prov. Siculæ Min. Conv. pag. 27. 58. 74. 75. 92. &c., & ab Anton. Mongitore tö. 2. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 342. v. *Matthæus Ciaccius*, ubi ait, scripsisse *Historiam urbis Messanæ*, & claruisse an. 1540.

* JOANNES MAZARA = V. *Joannes a Neapoli*.

M M C C X C I X. 1190.

JOANNES MEDER = provinciæ Argentinæ

Sermones composuit anno 1491., inquit Rodulphius lib. 3.; ejusque *sermonem de Cœna Domini* citat Joannes Garetius Lovanien. *de vera præsentia Corporis Christi in Sacramento Altaris* an. 1560. clas. 1., atque floruisse an. 1492.; & Waddingus ipse supra in *Anonymo Observantino*, qui idem est, tradit *conciones* Basileæ an. 1494. habuisse *Quadragesima* tempore; de eo & Joan. a S. Anton.

* JOANNES MENESIUS = v. *Amadeus Lusitanus*.

M M C C C. 1191.

JOANNES MERDIGIUS = de quo Rodulphius agit lib. 3., & alii post eum.

M M C C C I. 1192.

JOANNES MERINERUS = anno 1642. factus est sui Ordinis Reg. Observ. supremus Moderator, sexennioque expleto, Episcopus Civitatensis, moxque Vallisoletanus anno 1647. declaratus, obiit ibidem an. 1663., cujus cum laude meminerunt Marracius, Petrus de Alva, Nicolaus Antonius, Hieronymus Muñoz, & ex his Joan. a S. Anton. Curavit, ut ederentur

Constitutiones Generales pro omnibus Sanctimonialibus regimini Minorum subjectis, & imprimerentur Matriti an. 1642., ut ipsemet Waddingus scribit supra in *Anonymo Hispano* XIV. Ipse vero typis dedit

Apuntamientos para Reformacion de la Orden de S. Francisco ex autore Bibliothecæ Hispanæ Nicolao Antonio to. 1., Matriti 1641. ex Joan. a S. Anton.

Tractatus de Conceptione Deiparæ V. Mariæ, seu de hujus articuli definibilitate hispanice. Vallisoleti 1652. in 4.

Cursus integer Philosophiæ juxta Doctoris Subtilis Joan. Duns Scoti mentem 5. voluminibus; Aristotelis Logicam; 8. libros Physicorum; 2. libros de ortu, & interitu; & 3. libros de Anima copiose com-

complectens. Matriti an. 1659. in 4. apud Fernandez Typographum Regium.

Cursas Theologicas jaxta mentem Doctoris Sabtilis Opus posthumum tomis 2. in fol., quorum primus agit *de scieatia Dei, & voluatate; de prædestiaatioae; & de SS. Triaitate*. Disputationem *de SS. Trinitate* citat Joseph Lealis ejusdem Instituti in suis *Fædiis Theolog.* pæd. 6. discept. 1. num. 21. Alter tomus agit *de beatitadine; de actibas hamanis; de boaitate, & malitia, peccatoqae actuali*. Ibidem 1668. per eundem.

Tractatus de Iacarnatione, & de gratia tomis 2. in 4. scripsit, qui mss. servantur in Complutensi Min. Bibliotheca. Matriti quoque in Biblioth. Conven. S. Francisci mss. servantur *tractatas de Justificatioae; de merito; de adoratione* ex Joan. a S. Anton. in append. Edidit &

Apologiam pro autoritate Ministri Generalis Ordinis impress. in fol.

Vitam saam etiam descripsit, misitque ad Ægidium Gonzalez, quæ ms. habetur Matriti in Biblioth. Conven. Regul. Observ. to. 18. Varior. in fol.

MMCCCII.

JOANNES DE METH, forsan Metensis, vulgo *Mete*, anno 1272. Parisiis *sermones* habuit, quorum num. 68. ms. habetur ibi in cod. Biblioth. Sorbonicæ inter alios diversorum autorum sermones, ut infra in *Joanae de Moatibus*.

1193.

JOANNES MICHAELIS = V. *Michael Gallas*, qui idem est, & ita vocabatur.

MMCCCIII. 1194.

JOANNES MINIUS = de hoc Eisingrenius, & Possevinus inter Scriptores Eccles. agunt, & ante omnes antiquus autor Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. inter Scriptores Ordinis Min. recenset, vocatque *Doctorem ia Theologia, qui operibus scientiæ, & vita* ad dignitates summas evectus fuerit: & Ferrettus Vicentinus horum vetustior Hist. in to. 9. Rer. Italic. Script. dixit *Ord. Min. Doctorem præcipaum* primis Bonifacii VIII. annis *Legatam Sedis Apostolicæ* una cum Nicolao Tarvisino Ordinis Prædicat., postea *Benedicto XI.* ad Franciæ, Angliæque Reges pacificandos fuisse.

Epistola eacyclica ad universos Ordinis Miaistros legitur etiam in *Firmameato* trium Ordinum par. 1. Ven. edition. an. 1513.

Sermoaes ia dìebus solemnibus habitos, & *Sermoaes de B. Virgine Maria* ex Marracio, & Oldoino.

Opuscula Theologica ex Paulo Cortesio apud Ludovicum Castaneum de Cardinalibus Scriptor., & Jo: a S. Antonio.

Oratio ejus *de potestate Romaai Pontificis pro Bonifacii VIII. defensioae* incip. *Ecce ego constitai te saper gentes, & regna, at evellas* &c.: habita coram ipso Pontifice an. 1302. ad tres Episcopos a Clero Gallicano Romam legatos extat ms. in cod. Victor., teste Spondano in Continuat. Annal. Eccles. ad eum an. num. 9., qua in re &. Felix Osius in notis ad rubr. 6. lib. 1. Historiæ Augustæ Albertini Mussati num. 65., & 68. testatur: *se iaterim in futuro Coacilio Boaifacii memoriam Theologicæ facaltatis opibas propagaaturam obtulit F. Joannes Miaius de Maro Valliam Episcopus Cardinalis Theologoram sai ævi priaceps*.

Ejus Vitam notat Joan. a S. Anton. scripsisse Isidorum Roberti.

MMCCCIV. 1195.

JOANNES DE MIRABELLO = de quo Bartholomæus Pisanus scriptor illius seculi cum laude disserit Confor. VIII. in provincia Burgundiæ, e qua ad illam Aquitaniæ transiisse scribit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1334. num. 25. ex Mariano. Urbanus V. anno 1367. literas dedit *Fr. Joanni de Mirabello* pro Magisterio *Fr. Michaelis* Ord. Min. ex Reg. Vatic. apud Indic. Bullarii Seraphici Petri de Alva, & Astorga sub an. 1366. num. 15.

1196.

JOANNES DE MIRANDA = Reg. Observ. provinciæ S. Jacobi. Opus *de sensibas sac. Scripturæ* est *Ludovici de Miranda*, non Joannis, ut ibi dicetur ex Nicolao Anton., & Joanne a S. Anton.

MMCCCV.

JOANNES MISLANUS Leopoliensis jussu Joannis Demetrii Sulikovii Archiepisc. Leopolien. e polono in latinum idioma transtulit

Libram Simonis Hageaovii Canoaici Volborzensis Poloni de Societate S. Annæ Aviæ materna Christi Domini sab Rege Stephaao, & Aana Jagelloaia 1578. *iastitata a prædicto Archiepiscopo Leopolien. Sulikovio*. Samosci anno Domini 1599. in 4. in Typographia Academiæ, teste Joan. Daniele Janosko apud Freytag in Analectis Litter. de libris rarioribus pag. 875.

MMCCCVI.

JOANNES DE MOLINA Hispanus multa elucubravit

Pro mysterio Immaculatæ Conceptionis Virginis, uti testatur Ant. Daza apud Petrum de Alva col. 802. Militiæ ex Joan. a S. Anton.

MMCCCVII.

JOANNES DE MONTE Gallus provinciæ Franciæ Doctor Parisien. Min. Conv. disciplinis liberalibus, Philosophicis, atque Theologicis egregie instructus florebat initio seculi XVI., ediditque

Sammulas tractatibus septem saper Petrum Hispanam ad mentem Doctoris Sabtilis Jo: Scoti incip. *Cognitioaem reram* &c. stylo præter Scholasticorum morem eleganti vulgatas primum Parisiis, per sac. Theolog. Doctorem cl. *Petram de Cruce* Portugallicum castigatas, deinde Venetiis an. 1526. in 4. sumptibus Octaviani Scoti, quæ editio habetur Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., Opusque citatur a Mastrio par. 1. Iustit. Logic. tract. 2. cap. 6. n. 64.; cum antea prodiisset & Mediolani an. 1495. in 4., teste Waddingo infra in *Samaele a Cassiais*, & Venetiis 1490. in 4. typis Peregrini Bononiensis, qui & aliam editionem in fol. se vidisse scribit.

Opasculum Roberti Holkot Ord. Præd. de origine, defiaitione, & remedio peccatorum vulgavit Parisiis an. 1517. in 8. typis Reginaldi Chaudierre, teste Jac. Echard to. 1. Biblioth. Ord. Prædic. pag. 631.

Ioannis Tisserandi Miaoritæ Galli Adventuale, seu conciones ia Adventa Domini edi curavit Parisiis an. 1517. in 4. typis Petri Vidove cum ejus docto *epigrammate* in laudem dicti Tisserandi.

Adnotatioaem alphabeticam omniam seateatiarum S. Gregorii saper Job conscripsit, ut videre est in editione prædictæ expositionis Gregorianæ facta Lugduni an. 1521. typis Francisci Regnaut, & ex epistola ejusdem editionis nuncupatoria, ut notavit Joan. a S. Anton. in append.

Pha-

Pharetram S. Bonaventuræ castigatam vulgavit, dicavitque Christophoro Forolivien. S. R. E. Card. Tit. S. Mariæ Aracæli an. 1517. Paris. per Bertholdum Reublot in 8. parvo, quæ editio extat Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum.

Decasthicon ejus *in laudem Operis Ioannis de Bassolis* legitur in fronte libri Senten. ejusdem Joan. de Bassolis Paris. impressi an. 1516.: & aliud *epigramma in laudem Fr. Francisci de Bellavalle* sac. Theol. Doctoris Conventus Paris. Minor. Guardiani extat in fine primi libri *Reportatorum Joannis Scoti* edit. Paris. an. 1517. a Joanne Majore.

Poema tit. *Iesuidem* quoque composuit, ediditque Paris. typis Nicolai dela Barre, quod memorat Possevinus in Appar. sac., quamquam sine Regul. Instituto, ut sæpe solet.

MMCCCVIII. 1197.

JOANNES A MONTE CALERIO = *Moriundus* cognomento provinciæ Genuensis, ac Subalpinas. Obiit anno 1654.

Chorographica descriptio provinciarum Ordinis Capuccinorum prodiit primum Augustæ Tauriu. an. 1634. io fol., ut habet Langlet Fresnoy de Stud. Hist.; postea etiam Taurini an. 1649. in fol. sumptibus Cavallerii.

Conciones multæ tit. *Memoralia Prælatis pro subditorum instructione* lingua vulgari. Ibidem anno 1654. in fol. apud HH. Dominici Taurini, ut est apud Rossottum in Syllabo Scriptor. Pedemont., de quo legatur & Biblioth. Capuccin.

1198.

JOANNES DE MONTE CASALE = V. *Joannes a Casali* Montisferrati, qui idem est; est quidem *Mons Casalis* oppidum Tusciæ 4. millibus passuum a Burgo S. Sepulchri distans; sed iste *Joannes* ex Operibus elicitur fuisse e *Casali Montisferrati*, ut supra. Rossottus, & Joan. a S. Anton. exscripserunt Waddingum.

MMCCCIX.

JOANNES A MONTECORVINO Apulus doctrina non minus, quam religione magnus, sed apostolico zelo, ac munere maximus, a Nicolao IV. Sedis Apostolicæ Legatus in Oriente constitutus universam eam terræ partem, quæ ad Mare eoum usque pertingit, peragratus est, plurimis ad Christi fidem, vel ad Catholicam Religionem populis adductis, Georgio etiam Nestorianorum Rege, & plerisque illius subditis gentibus; quamobrem anno 1307. a Clemente V. primus Archiepiscopus *Chambaliensis* Cataji Metropolis, & Magni Chami, seu Imperatoris Tartarorum regiæ cum 7. Episcopis *Suffraganeis* constitutus eam diu Ecclesiam inter tot barbaras nationes summa cum prudentia, tum religione, ac ingenti labore tenuit, ministravitque; illisque juvandis, edocendisque

Novum Testamentum, & *Psalterium* e latino in linguam Tartarorum, vel tamulicam transtulit, quemadmodum ipsemet scribit epist. data *in civitate Chambalicch* anno Domini 1305. die 8. Januarii, quæ legitur in Annal. Min. ad eum an. num. 10., ubi & reliquam *Veteris Testamenti* partem eam in linguam se versurum pollicetur, quod & fecisse reor, cum vixerit usque ad annum circiter 1332. in illis partibus, ubi & decessit.

Epistolas plures, & *varias* de rebus illorum populorum, & de vario itinere ad illos adeundos, quarum nonnullas ex Vaticano Reg. exhibet Waddingus in Annal. Min. to. 2. & 3., nec non ex ms. Historia B. Oderico Forojuliensi ad an. 1305., & 1307. adscripta, sed verius Fr. Joannis a Mortiliano Forojuliensis, de quo infra.

MMCCCX.

JOANNES A MONTE S. MARIÆ Picens intimus amicus B. Conradi Offidani an. 1306. defuncti vir vitæ sanctitate clarus scripsit

De S. P. Francisci gestis, & *miraculis*, quæ præsertim a B. Leone dicti S. Francisci socio in Æde Portiunculæ prope Asisium una cum præfato Conrado audiverat, teste Waddingo in Annal. Min. sub an. 1289. num. 32.; nisi sit *Hugolinus* loco *Joannis*.

* JOANNEM MONTESDOCA, quem & Petrus de Alva, & Joan. a S. Anton. inter Scriptores Minoritas recensent, hic abradendum puto, cum nec Minorita fuerit, ut & ipsi fatentur, sed tantum quorumdam paucorum Minoritarum præceptorem egerit, nec propria, sed aliena vulgaverit.

MMCCCXI.

JOANNES DE MONTIBUS, al. *de Mons* charus fuit S. Ludovico Galliarum Regi ex literis Philippi ejus filii; & a sacris Confessionibus *Margaritæ* Reginæ Navarræ, & dicti S. Ludovici filiæ, & aliquando ipsimet S. Ludovico ex cap. 6. Vitæ ejusdem S. Ludovici ab Anonymo Reginæ uxoris S. Regis Confessario compositæ apud Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 26. Aug.: fuerat trans mare cum eodem S. Rege an. 1270., & inde a Philippo filio missus est cum Guillelmo de Belloloco, & alio Ord. Præd. in Franciam nuncius mortis ejusdem S. Regis ex epist. filii: sacris concionibus se exercuit, ejusque

Sermones 4. Parisiis anno 1272., & sequenti habiti mss. habentur Parisiis in Biblioth. Sorbonica inter Sermones diversorum Theologorum Parisien. eo tempore habitos, ut referunt Quietif, & Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 269. in *Ægidio de Aurelianis*, aitque *sermonem* 14. 124. 135., & 191. esse hujus Joannis in eo codice ms., in quo & plures alii leguntur a FF. Minoribus recitati, ut *Sermo* primus Droconis, vel *Drogonis de Provins* Guard. Paris.; Sermo 6. & 47. *Odonis de Roini*; 8. 18., & 193. *Ioannis de Cenomanis*; 13., & 99. *Joannis de Castelliane*; 30. & 56. *Goroini*; 46. *Guidonis de Templo*; 68. *Ioannis de Meth.*; 86. *Simonis de Senanis*; 127. *F. Bonaventuræ*, habitus in festo *die S. Marci* Evangelistæ 25. Aprilis anno 1273.; 151. *Simonis Normanni*; 183. *G. de Bosca landonis*; 184. *Iacobi de Provins*; 196. *Ioannis de Duaco*; & alii 18. Sermones trium *Anonymorum* Ord. Min.

MMCCCXII. 1199.

JOANNES MORENO = Minor. Conventual. sac. Theol. Magister, & an. 1556. provinciæ Aragoniæ Minister, vivebat adhuc anno 1563., eratque *Custos Ilerdensis* ex Monumentis mss. Archivi Ordinis apud SS. XII. Apostolos de Urbe.

MMCCCXIII.

JOANNES MORIUNDUS Capuccinus, cujus

Epistola eruditissima ad Fratres habetur to. 1. Annal. Boverii,

Epistola pastoralis edita est Laureti an. 1641.; &

Epistola alia ad Emin. Barberinum extat in principio to. 2. Annal. Boverii, ut notavit Joan. a S. Anton. in append.

MMCCCXIV.

JOANNES A MORTILIANO oppido diœces.

Utinensis cognomento *Longus* sac. Theol. Magister, & contra hær. prav. Aquilejen. Inquisitor, obiit in urbe Forojuliensi anno 1363. apud suos sepultus cum epitaphio a Rodulphio Hist. Seraph. lib. 3. inter Scriptores Ordinis Minorum relato: scripsit Opus, cui titulum fecit

Pantheon, quod memoratur in Regesto, vel Repertorio rerum Conventus Forojulien. an. 1397. confecto ita: *Pantheon bonæ memoriæ Fr. Johannis de Mortajano*: quod amissum creditur.

Compilationem novam super tota Biblia, seu sacra Scriptura: extat hoc Opus ms. Romæ in Biblioth. Vaticana inter libros Reginæ Sveciæ num. 159. apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 17. cum tit. *Joannis de Utino compilatio librorum historialium Bibliæ*; & nihil aliud continet, nisi *genealogiam D. N. J. C. ab Adam usque ad mortem Christi* arboris instar, cujus ad latera subinde nonnulla ad *profanam Historiam* attinentia subnotantur cum figuris; hujusve Operis tria adhuc exemplaria mss. inveniri dicuntur, unum Romæ in Bibliotheca Ottoboniana cod. VII. num. 1. scriptum Utini anno 1344., dicatumque B. Beltrando Patriarchæ Aquilejen.; alterum Venetiis penes N. V. Bernardum Trivisanum factum an. 1346.; & 3. penes virum eruditum Joseph Lirutum apud nostros Glemonæ commorantem; horum autem binis adnexum legitur

Compendium Rom. Pontificum, & Imperatorum; nec non

Expositio Orationis Dominicalis cum oppositione, quæ inter virtutes, & vitia intercedit.

Joannis de Utino Summa de ætatibus extare dicitur ms. in Biblioth. Paris. Colbert. cod. 3601., & creditur hujus Joannis, qui modo *de Utino* a Conventu, modo *a Mortiliano* a loco nativitatis dicebatur: in ead. Biblioth. habetur alter codex ms. num. 5496. hoc titulo: *Incipit liber de ætatibus, & generationibus præcedentibus a primo homine, & de principiis regnorum, & Regum veteris testamenti, & præcipue de Regibus Israel, & Juda*: & post 4. folia legitur: *In isto libro annotatæ sunt sub brevitate Historiæ plurimæ veteris testamenti de Hebræis, Judæis, Gentilibus, Paganis &c. perductæ usque ad annum* 1331. Usus est hoc Chronico Waddingus in Annal. Min. ad an. 1307. num. 6., dicitque *brevi methodo concinnatum* perductum *usque ad initium Pontificatus Benedicti XII.*, seu an. 1335.; & ad an. 1321. n. 1. ait deduci ab oriente mundo usque ad mortem Joannis XXII., nempe usque ad annum 1334., illudque attribuit citatis locis, & in hoc Opere *B. Odorico Forojuliensi*, nescio quo autore; sed hoc negant Baluzius, & post eum Echard de Scriptor. Ord. Prædic. to. 1. pag. 550., eo quod legatur pag. 184. *Sanctus frater Odoricus passionem SS. 4. Fratrum Minorum sic descripsit* &c.; varia quoque continet, quæ non habet *B. Odoricus*, & varia B. Odoricus, quæ non sunt apud istum: putant tamen esse alicujus Franciscani, eo quod multa, & quidem præclara de hoc Ordine commemoret. Num idem, ac *Pantheon*, de quo supra?

Eodem tempore vixit alter *Joannes Utinensis*, qui uti *Custos Forojuliensis* an. 1369. indicem recognovit, vel effecit librorum Conventus Utinensis ex præfatione nuperi Illustratoris ad *Historiam Itineram* B. Odorici Utinensis pag. 38.

MMCCCXV.

JOANNES MUNNOZ Hispanus Regul. Observ. provinciæ Castellæ Lector emeritus publicavit

Disceptationes, & argumenta Complutensium circa varias sac. Theologiæ doctrinas. Cæsaraugustæ anno 1649. in 4. typis Nosochomii S. Mariæ de Gratia; qui liber continet 16. disceptationes ex 4. libris Sententiarum.

Concionem de S. Joseph. Compluti an. 1644. in 4., &

Concionem. de S. Joanne Evangelista. Matriti anno 1644. in 4. ex Typographia regia ex Joan. a S. Anton., de quo & Nicolaus Anton., & Petrus de Alva.

MMCCCXVI. 1200.

JOANNES NASS = Observantiæ Strictioris Reformat. provin. Tyrolis concionator aulicus Ferdinandi Archiducis Austriæ ex Joan. a S. Anton., Theologus illustris, factus est an. 1580. Episcopus Bebinensis, & Suffraganeus Brixinensis in Rhetia, vel Tirolo ex autore coævo Rodulphio lib. 2. fol. 235., qui & lib. 3. ejusdem meminit inter Scriptor. Ord. Minor., vocatque acerrimum hæresum oppugnatorem, & celeberrimum in civitate Brixinensi concionatorem, & adhuc anno 1586. in vivis fuisse; obiit namque Œniponti an. 1590. 16. Maji ex Villoto, Lequile, & Dupino. Testatur Joannes a S. Anton. alia enm scripsisse sermone patrio; huncque dicas *Germanum* illum innominatum, de quo Waddingus pag. 146., ut ex argumentis rerum.

Centuriam quartam Evangelicarum veritatum contra Friderici Cælestini Pantheon edidisse memorat Possevinus in Appar. sac., qui tamen Instit. Regulare tacet. Contra ejus Centurias scripsit Paulus de Scala Coloniæ 1570. ex Analect. Litter. Freytag. pag. 815.

MMCCCXVII.

JOANNES A NATIVITATE Lusitanus Discalc. provinciæ S. Antonii illius Regni alumnus, ac Definitor vernacule scripsit, & evulgavit

Conciones duas super Evangelium Dominicæ IV. Adventus; quarum altera habita est in regio Sacello, altera vero in suo Cœnobio: utraque tamen impressa est Ulyssipone an. 1641. in 4. typis Pauli Craesbeek ex Joan. a S. Anton.

MMCCCXVIII.

JOANNES DE NEAPOLI ex patritia familia *Mazara* Sulmonæ natus, Neapoli Strictioris Observ. Institutum professus plurium linguarum ad stuporem peritissimus in provincia Terræ Laboris Minister eligitur, deinde ad supremum sui Ordinis gubernium evectus scripsit

Epistolas ad Universitates Pragensem, & Parisiensem pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ.

Dissertationem de retinendo titulo Immaculatæ Conceptionis adversus Lianm, & Cletam, uti dicitur in libro impresso Coloniæ 1651. in 8.

Apologiam pro autoritate Ministrorum Generalium Ordinis in Ministros Terræ Sanctæ ad Philippum IV. Hispaniar. Regem. Matriti in fol.

Pontificias Constitutiones ad Seraphicam Religionem spectantes ejus jussu collegit *Laureatius Venetus* Exprovincialis, & Custos editas Venet. an. 1647. apud Matthæum Lenium in 4.

Cum ad *Valentinam* Ecclesiam præsentaretur, pie moritur an. 1648. Matriti apud suos sepultus: de quo Petrus de Alva col. 87. Militiæ, Gubernatis to. 2. Orbis Seraphici lib. 3. §. 66., & ex his Joan. a S. Anton.

MMCCCXIX.

M M C C C X I X. 1201.

JOANNES NODIN =

1202.

JOANNES DE NOTO = V. infra *Joannes Ricca*; nam idem est.

M M C C C X X. 1203.

JOANNES NUNNEZ = al. *Nunius* idem est cum *Joanne Francisco Nunnu*, & cum *Joannettino de Niño*, de quibus suo loco, & quos Waddingus diversos putavit: Theologus, & a Confessionibus Margaritæ Austriacæ, al. de Cruce Clarissæ Excalceatæ Regii Monasterii Matritensis, & Consultor S. Generalis per Hispanias Inquisitionis scripsit quoque

Expositionem brevissimam Regulæ Seraphicæ ad Gregorium XV. Salmanticæ an. 1622. typis Antoniæ Ramirez, teste Joan. a S. Anton. in append., qui tomo 2. pag. 236. ait scripsisse quoque

Expositionem capitis 4. ejusdem Regulæ Seraphicæ ibidem impressam an. 1623. in 4.

Sanctorale Seraphicum. Salmanticæ ad calcem tractatum *D. Francisci de Sosa* supracit., suppresso nomine autoris, 1623. in 4. typis Antonii Vasquez.

Apologeticum adversus Vicariatum Generalem Minorum Discalceatorum anno 1625. a Gregorio XV. institutum ex Chronicis suæ provinciæ apud Joan. a S. Anton., atque idem est cum *tractatu ad Gregorium XV.* in defensionem sui Instituti, quem memorat Waddingus in *Joannettino Nino*.

Chronica sui Ordinis tomis 2. unum Opus sunt cum *Chronicis Ordinis a Marco Ulyssiponen.* scriptis, quæ ipse recognovit, in alium stylum, methodumque reduxit, duobusque tomis in fol. edidit Salmanticæ an. 1625., vel 1626. apud Anton. Ramirez: in quibus ad an. 1517. usque ad nostra tempora Operis continuationem promittit, inquit Miræus in Auctario de Scriptor. Eccles. sec. XVII. num. 237. Antuerpiæ anno 1639. emisso.

De origine Reformationis provinciæ Romanæ, quod memorat Waddingus in *Joanne Francisco Nunnu*, forsan est Opus diversum.

Aphorismos Prælatorum, & *subditorum*. Barcinonæ an. 1625. al. 1629. typis Sebastiani Mathevat.

Vitam Sororis Annæ Mariæ a S. Joseph piissimæ Clarissæ Excalceatæ. Salmanticæ an. 1632. al. 1623. in 4. apud Tabernier.

Vitam Jesu Christi per Landulphum Carthus. concinnatam, & ab Ambrosio Montesino Franciscanu hispanice factam recognovit, & auxit, emisitque anno 1627. in fol., al. an. 1623. Salmanticæ typis Antonii Ramirez, ut dictum est supra in *Ambrosio Montesino*.

Tractatum Apologeticum in Germanicum Alcoranum ex Fr. Jacobo de Castro to. 1. Chron. prov. S. Jacobi pag. 125.

Tractatus varios etiam scripsit, qui mss. habentur Salmanticæ in Bibliotheca Monasterii S. Antonii, in quo humilibus exercitiis deditus obiit circa an. 1630., ut habet cit. Joan. a S. Anton. Agit de eo etiam Petrus de Alva, Nicolaus Antonius, & Barnabas Moreno lib. 5. Hist. Emeriten.

M M C C C X X I.

JOANNES NUNNEZ alter Hispanus Regul. Observ. prov. Bæticæ, ac S. Officii Qualificator vernaculo idiomate vulgavit

Concionem de S. Dominico. Hispali an. 1642. in 4. per Simonem Faxardo. Hic autem, non antecedens fuit ex oppido Hermosillæ Zamoren. diœcesis.

M M C C C X X I I.

JOANNES DE OCANNA Hispanus provinciæ Castellæ publici juris fecit hispanice

Concionem de exilio (an *de auxilio?*) *Dominæ nostræ*. Matriti in 4.; &

Concionem pro Conceptione prorsus Immaculata Virginis Mariæ cum aliis diversorum autorum impressam, & citatam ab Antonio Daza apud Petrum de Alva col. 811. Militiæ, & Jo: a S. Anton.

M M C C C X X I I I. 1204.

JOANNES OCCAM = hujus meminit ex Mariano Waddingus in Annal. Min. sub anno 1344. num. 8., veluti circa illud temporis is vixerit; certe autor illius seculi Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. ait: *Directorium juris Opus magnum Frater Joannes de Anglia fecit*: & Joan. a S. Anton. to. 2. dicit floruisse an. 1344.

M M C C C X X I V.

JOANNES OLARTE Cantaber Discalc. prov. S. Joannis Baptistæ Valentino in regno, vir vere apostolicus, ac virtutum diligentissimus cultor scripsit

Medullam mysticam elaboratam circa an. 1643., quo vivebat, ex Anton. Panes to. 2. Chron. dictæ provinciæ lib. 6. cap. 49. apud Joan. a S. Anton.

M M C C C X X V.

JOANNES DE OLIVER Hispanus Discalceat. provinciæ Valentiæ, deinde provinciæ S. Gregorii Insularum Philippinar. Definitor, & concionator magnæ pietatis, quem in obitu a Christo, Deipara, & S. Francisco visitari meruisse ferunt, scripsit tagalo idiomate

Tractatus 12.: de beneficiis: de vitæ humanæ miseriis: de beatitudinibus; de 4. novissimis: de peccatis: de pœnitentia: de eleemosyna: de SS. Sacramento Eucharistiæ, & Communione: de fide: de charitate: de consideratione, ac meditatione, & de 15. mysteriis SS. Rosarii.

Catechismos 4.: de bonis moribus Christiani: de doctrina christiana, & ejus intelligentia: de modo communicandi: & de modo baptizandi infideles.

Dialogum de Confessione

Sermocinationes varias impressas Manilæ in 8.

Artem linguæ tagalæ.

Catalogum Indulgentiarum; ex Antonio de Llave in Chron. prædictæ provinciæ trien. 6. cap. 77., & Jo: a S. Anton.

M M C C C X X V I. 1205.

JOANNES DE OOSTERROYCK =

M M C C C X X V I I.

JOANNES ORTIZ Nietus Hispanus edidit vernacule

Concionem de Nativitate Christi Domini. Hispali 1624. in 4. ex Petro de Alva col. 811. Militiæ apud Joan. a S. Anton., qui etiam alium ab isto memorat *Joannem Ortiz* Hispanum Regul. Observ. Castellæ provinciæ sac. Theologiæ in Toletano S. Joannis Regum Cœnobio Professorem, & edidisse dicit

Concionem de S. Dominico. Granatæ typis Francisci Sanchez in 4.; tempus tamen non prodit; & nescio, an reapse diversi sint.

M M C C C X X V I I I.

JOANNES ORTIZ Zarate Hispanus Theologus, & Guardianus Conventus Pampilonen. provinciæ Burgensis edidit Con-

Concionem de praeservatione Virginis Mariae in Hospitali Burgensi declaratam. Burgis 1645. in 4.

Concionem de patrocinio Virginis. Pampilone 1655. in 4. apud Didacum de Zabala.

Conciones plures de Immaculata Conceptione Virginis Mariae an. 1663. ad prœlum maturas habebat, teste Petro de Alva col. 811. Militiæ univ. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

* JOANNES OSTIENSIS, quem hoc loco Joannes a S. Anton. ex quadam appendice ms. Catalogo Waddingi interserit, est *Joannes Baptista Hostiensis*, quem ipse supra pag. 129. ex Waddingo, & Dionysio Genuensi recensuit: errat itaque, dum scribit hunc Hispanum fuisse, & de eo siluisse Waddingum, & cit. Dionysium autorem Biblioth. Capuccin.

MMCCCXXIX.

JOANNES DE OVALLE Hispanus olim Theologus Romani Collegii S. Isidori Strict. Observ. emisit a se habitam ad urbem Victoriæ

Panegyricam orationem de S. Laurentio Martyre. Flaviobrigæ 1643. in 4. typis Petri Huydobro ex Joan. a S. Anton.

MMCCCXXX. 1206.

JOANNES DE OVANDO = Regul. Observ.

Comment. in 3. Sententiarum prodierunt Valentiæ 1597. in fol. apud Alvarum Francum.

Discursus prædicabiles de mysteriis fidei vulgati sunt etiam Brixiæ an. 1603. apud Societatem in 8. latine ex Biblioth. Ferrar. S. Francisci, & Venetiis, Parisiis, & Lugduni 1606. in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

In omnes Dominicas post Pentecosten Sermones prodierunt 1609. in fol. typis Ludovici Estupiñan.

Tractatus de Incarnatione Salmanticæ editus est in 4. teste Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan. apud Joan. a S. Anton. to. 2.; de eoque & Petrus de Alva col. 811., & Dupinus sec. XVII.

* JOANNES PACCIANUS apud Joan. a S. Anton. in append. to. 3. non alius est, quam *Joannes Peccamus*.

MMCCCXXXI. 1207.

JOANNES PADUANUS = de quo & Nicolaus Antonius, & Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo, vel ut Waddingus.

MMCCCXXXII. 1208.

JOANNES DE PALMA =

Vitam Ven. Margaritæ Austriacæ ex hispano italicam fecit Nicolaus Roncales Lucensis Cleric. Regul. Congregat. Matris Dei impressam Romæ an. 1680. per Ignatium Lazarum; ex qua Benedictus Mazzara in Legend. Franciscano ad diem 5. Julii; quo die illa an. 1633. ex hac vita decessit. Hispanice etiam prodiit Hispali an. 1653. in fol. apud Nicolaum Rodriguez ex Joan. a S. Anton. to. 2., qui addit, scripsisse etiam

Historiam celeberrimi miraculi S. Antonii in suo Hispalensi Conventu patrati. Hispali 1682. in fol. per Ludovicum Espiñan; nisi sit legendum 1628.

De reformatione status ecclesiastici tres tractatus ms. asservantur Hispali in Biblioth. Conventus S. Antonii in fol. hispano sermone.

MMCCCXXXIII.

JOANNES PANESIUS, seu de Panes Hispanus Regul. Observ. alumnus scripsit

Grammaticam artem cum *tractatu de accentu, & ortographia*. anno 1561. in 12., teste Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., & ex eo Joan. a S. Anton.

MMCCCXXXIV.

JOANNES DE PANORMO provinciæ Siciliæ Ord. Capuccin., teste Dupino in Supplem. apud Joan. a S. Anton., scripsit

Lectiones Teologicas juxta doctrinam Scoti: obiitque Panormi an. 1579.; cum tamen neque Boverius in Annal. Capuccin., neque Dionysius Genuen. in Bibliothe. Capuccinor., neque Mongitor in Biblioth. Sicula hujus Scriptoris meminerint, valde suspectus esse debet.

MMCCCXXXV.

JOANNES PARENS Florentinus Jurisconsultus el., & in Civitate Castellana Judex ad Institutum B. Francisci adhuc viventis se convertit, & amplexatus est eam ob causam, quæ narratur in Annal. Minor., quæque notissima referri solet; tantæque fuit existimationis apud omnes ob doctrinæ, prudentiæ, religionis, rerumque ageendarum præstantiam, ut primus post S. Franciscum Minister Ordinis, ac supremus Fratrum Præfectus eligeretur an. 1227. Assisii in Comitiis Generalibus, sexennioque expleto, cum Ordinem magna vitæ exemplaris ædificatione rexisset, & optimis institutis stabiliisset, dignitate se abdicavit, & in Corsicam Insulam se contulit, ubi sanctimonia vitæ, ac prædicatione plurimos ad melioris status conditionem convertit. Tandem laboribus, ac corporis castigatione fractus, meritis tamen amplissimis onustus vitam cum morte commutavit, terramque reliquit haud sine sanctitatis opinione in Sardinia apud *Montem Rasum* prope oppidum Botilam, ubi ab incolis in veneratione ejus corpus, & nomen habetur; cum jam scripsisset

Tractatus nonnullos in jure, qui plurimi fiunt, commendanturque ab Hugolino Verino in Illustrat. Florentiæ, ab Andrea Tiraquello, & Michaele Pocciante in Catalogo Scriptor. Florent.

Sunt, qui hunc de *Carmignano* dixerunt, idque ex Conformitate XI. parte 2. Bartholomæi Pisani, qui quidem in editis ita legitur in provincia Tusciæ, & Custodia Florentina, sed corrupte mendoseque; nam codices mss. secus, & recte habent *Locum de Carmignano* in Custodia Lucana; postea subdunt Custodiam Florentinam, & in *Loco Florentiæ* ajunt floruisse *Fr. Joannem Parentem*; quod confirmatur ex ipsis etiam editis codicibus Confor. VIII. par. 2., ubi legitur de SS. Viris Florentinis Ordinis Minorum: *de Florentia etiam fuit Sanctus Frater Joannes Parens primus Generalis Ordinis post mortem B. Francisci* &c.: quod habet & Robertus Liciensis Episcopus Aquinas in Serm. de *S. Bonaventura* cap. 1. an. 1482. scribens.

MMCCCXXXVI. 1209.

JOANNES PARLHAUDUS =

1210.

JOANNES PARMENSIS = V. supra *Joannes Borellus*, & *Joannes Genesius*.

MMCCCXXXVII.

JOANNES PATRITIUS Bansiensis Scotus Aberdoniæ Ordinem S. Francisci ingressus est, progressuque temporis provinciæ Scotiæ Minister fuit, & ad multos annos a sacris Confessionibus Jacobo V. Regi, qui anno 1542. vitæ finem posuit: post quæ ab hæreticis Scotiam devastantibus in exilium cum pluribus aliis ejusdem Instituti Fratribus expulsus in Belgium se contulit, Lovaniique senuit usque ad

ad an. 1572., quo ex hac vita migravit ex Gonzaga par. 3., cum scripsisset, si fides danda est Thomæ Dempstero Hist. Eccles. Gentis Scotor. lib. 15. num. 1025.,

Sermones ad Fratres lib. 1.

De patientia Evangelica lib. 1. ms. Audomari, & Tornaci.

Summarium legis divinæ.

Contra hæreses nascentes.

Acta disputationis suæ.

De Missæ Sacrificio.

MMCCCXXXVIII. 1211.

JOANNES PAULUS BIMBACCIUS = sac. Theol. Doctor, & ecclesiastes præclarus Senis publice Theologiam interpretatus est, Ordinis sui primum a Secretis, mox etiam provinciæ Tusciæ Minister, inde Gallicanarum provinciarum Visitator, & Romæ Consultoris Indicis, ac Card. Caroli Medicei Theologi munere functo, obiit Senis an. 1649. die 21. Novembris ætatis suæ anno 49., magnis honoribus elatus, inquit Franchinus in Biblioso. num. 191., ubi eum magnis laudibus onerat, exornatque. De eo Theulus in Triumpho Seraphico.

Sermones quadragesimales mss. extant Florentiæ in Biblioth. S. Crucis Min. Conv., teste Cerrachino in Fastis Theolog. Collegii Florent.

Sermones de Nomine sancta V. Mariæ in Sabbatis Quadragesimæ habiti hetrusca lingua prodierunt Florentiæ an. 1645. in 4., teste Raphaele Badio in Catalogo Theologorum Universit. Florent., Marracio in Biblioth. Mariana, & Ant. Terrinca in Theatro Hetr. Minor., nec non Julio Nigro S. J. in Scriptor. Florent., & Joan. a S. Anton.

MMCCCXXXIX. 1212.

JOANNES PAULUS GERMANUS =

MMCCCXL. 1213.

JOANNES PAULUS PALLANTERIUS = docuit etiam Philosophiam in Gymnasiis Ftermensi, ac Mediolanensi, & in Universitate Ferrariensi Theologiam, factusque Episcopus Laquedon. in regno Neapol. an. 1602. a Clemente VIII. obiit non an. 1614., sed 1606., inquit Ughellus to. 6. Ital. sac., & 7. kal. Novembr. ex Augustino Garavino de Vir. Illustr. Castri Bononien.

Prælectiones in librum primum posteriorum editæ sunt Venetiis anno 1579. in 4. apud Horatium de Gobbis.

Tractatus in libros Aristotelis de anima. Ibidem per eumdem 1580. *interrupto dialogo* ex Rodulphio.

In quatuor libros Magistri Sententiarum. Regii 1593. in 4. per Herculanum Bartoli.

Lectura in 4. libros Magistri Sententiarum tomis 2. in 4. Venetiis anno 1599. per Franciscum Guerrilium; suntque *Lectiones Theologicæ* Monachis Cassinen. S. Joannis Parmensis habitæ.

Explanatio in Hymnos Ecclesiasticos ad Paulum V. Bononiæ anno 1606. in 4. typis Bellagambæ ex Franchino in Biblios. num. 193. ex cit. Garavino pag. 9.; qui & pag. 111. tradit composuisse etiam *Epitaphium* satis longum latino, hetruscoque sermone *gesta Christophori Pallanterii* sui fratris germani Equitis Sixti V., & Bononiæ Card. Legati Equitum aulicorum ductoris continens.

Hujus viri meminit & Rodulphius lib. 2. & 3., Marracius in Bibliotheca Mariana, Possevinus in Appar. sac., aliique, quippe qui fuit nepos, & alumnus *Hieronymi Pallanterii* Episcopi Bituntini. De eo & Jac. LeLong in Biblioth. sac., & Joan. a S. Anton.

MMCCCXLI.

JOANNES DE PAVOA, al. de Puebla Hispanus Alphonsi a Sotomajore Bellalcazaris Comitis filius seculo valedicens in Guadalupensi Hieronymitarum Conventu aliquando vixit; inde arctioris vitæ desiderio flagrans Minoritici Ordinis habitum Romæ de manu Sixti IV. sumpsit, ac in Hispaniam reversus, jamque virtutibus clarus Toletanum Archiepiscopatum humilitati postponens, & perfectioris vitæ viam calcare anhelans *Angelorum Custodiæ*, nunc *provinciæ* initium feliciter dedit, & hodiernæ *Strict. Observantiæ Reform.* fundamenta jecit, scripsitque

Memorabilia sui temporis post annum 1437., teste Waddingo in Annal. Minor. ad eum annum num. 42., ubi ejus verba adducit.

Strictissima Statuta pro suæ Reformationis regimine, quæ habentur lib. 2. Chron. dictæ provinc. Angelorum cap. 13.

Ordinationes quasdam Monialibus perutiles, quæ & ipsæ habentur lib. 11. dictor. Chronic. cap. 5.

Expositionem mysticam, ac eruditam Orationis Dominicæ ex lib. 10. Chronicor. memorator., & ex his Joan. a S. Anton.

Obiit in Domino apud suum S. Mariæ Angelorum Cœnobium an. 1495., *Beati*que titulo honestatur: ejus Vitam descripsit Fr. Joannes Tirado, memoraturque a Marco Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1., Waddingo in Annal. Minor., Arturo in Martyrologio Francisc. ad diem 6. Octobris, aliisque pluribus.

MMCCCXLII.

JOANNES PAUPER Hispanus Zamorensis provinciæ Discalc. S. Joseph alumnus, unde ad Philippinas Insulas, Japoniam, Sinensiumqueque regnum animarum zelo motus pertransiit, vir vere apostolicus, quamvis professione Laicus, acceptusque etiam Pontificibus, ac Regibus; in gratiam Philippi III. Hispan. Regis scripsit

Apologeticam epistolam eruditis roboratam fundamentis, quibus probat regna Sinarum, Japoniæ, & Siam ad alium Regem minime pertinere, quæ jussu dicti Regis typis data fuit, teste Antonio de Llave in Chron. provinciæ S. Gregorii Philippin. trien. 12. cap. 27.

Tractatum de promulgatione fidei in regno Japoniæ, quem habuit Fr. Martinus a S. Joseph, & nonnullas ex eo *clausulas* vulgavit in Chron. prov. S. Joseph an. 1644.

Obiit autem Matriti non sine sanctitatis opinione in Conventu S. Bernardini; cujus meminerunt Sicardo in Hist. Japon., Marcellus Ribadeneyra lib. 5. cap. 31., & Joan. a S. Anton. in Chron. to. 1. lib. 5. cap. 17., & in Biblioth. Francisc. to. 2.

MMCCCXLIII. 1214.

JOANNES PECCHAMUS = v. Jo: *Anglicus* supra.

Collectaneum Bibliorum 5. libris sententias divinæ Scripturæ ad certos titulos, seu locos communes redigens prodiit Paris. an. 1514. apud Joannem Frelon, deinde Coloniæ anno 1541. apud Melchiorem Novelianum. *Cantuariensem in Biblia* citat autor synchronos Gulielmus Brito in Exposit. 1. prologi Paralipom., de quo supra.

Postillam in Cantica Canticorum Cantuarien. citat antiquus autor Opusculi de 7. *Itineribus æternitatis* inter Opera S. Bonaventuræ. 4. itin. dist. 5.

art.

art. 1. Ms. extat Senis in Biblioth. Minor. ex Joan. a S. Anton. to. 3. in append. v. *Joannes Paetianus*. Mediolani quoque in Biblioth. Ambrosiana extat ejus *Commentar. in Cantica Salomonis* ms. pergam. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 518.

Expositio in Ecclesiastem incipiens : *Hoc nomen Ecclesiastes interpretatur concionator* : & finiens : *peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, & nos a reatu* &c. habetur ms. pergam. in fol. in Tabulario Conven. S. Francisci Asisii num. 6. al. 77.; ejusdemque fit mentio in veteri illius loci Inventario an. 1381. facto, vel renovato, 2. solar. orient.

Postilla in Ezechielem ms. asservatur in Biblioth. Claraevallensi, teste Jacobo Le Long pag. 896. Bibliothecæ sac.

Super Magistrum Senten. libri 4. habentur mss. Asisii in Biblioth. sac. Conventus S. Francisci, ut infra testatur Waddingus in *Joanne de Pizzano*, qui idem est, ut ibidem dicetur. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus Eccles. num. 445. extat antiquus codex ms. in 4. incipiens : *In medio, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante, & retro. Apoc.* IV. *Quoniam ex notitia causarum dependet notitia causatorum* &c. : & in fine legitur : *Explicit primus liber fris Johañis de Pechan*. Notatur quoque in Inventario sac. Conventus Asisien. confecto an. 1381. 2. solario occid.; finiebatque : *de moda hæc inserui : indulgeas tu, & pareant illi. Amen* : & dicitur *Fr. Joannes de Pecziano*. Ejus *primum librum Sententiarum* citat autor coævus Petrus Joannis Olivi in Opusculo *Impugnationis 37. articulorum* circa an. 1285. editæ in quæst. *An anima Christi cognoscat omnia, qua Verbum* &c. prope finem.

Quodlibet ejus incipiens : *Quæritur, utrum corpus hominis corruptibile possit induere incorruptionem* &c. : cujus in fine legitur : *Explicit Quodlibet fris Johañis Pecham* : extat ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 16. versus claustrum cod. 586. in fol. post quæstiones *Gulielmi Almoic*; & sunt sine prologo, cujus initium illud erit, quod refertur a Waddingo : *Inter thesauros sapientiæ*.

Speculum animæ sine nomine autoris translatum hispanice cod. pergam., & antiquo habebatur ms. in Biblioth. Olivarien. ex autore Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 271.; sed an illud sit, quod producit Waddingus, ignoro, cum neutrum viderim. Extat tamen in Biblioth. Cenobii S.P.M. cod. membran. ms. in 12. circa initium seculi XIV. tit. *Incipit tractatus Fratris Joannis Pezam de anima*, capitibus 15. distinctum, incip. *Mirabilis est sibi anima mea, & miror se mirantem cetera nonnulla sine admiratione decernentem*, absque prologo; & desinit : *Est ergo anima rationalis substantia immortalis ex benignitate Creatoris in esse accepto sempiternaliter perseverans. Explicit tractatus Fr. Joannis de Pizano de anima, qui Fr. Joannes fuit de Ord. FF. Minorum*.

Officium SS. Trinitatis incip. *Sedenti super solium*, ut recitaretur in festo SS. Trinitatis, decretum fuit in Capitulo Massiliæ an. 1343. celebrato ex Annal. Min. ad eum annum num. 7., legiturque impressum in *Breviario Rom.* Cremonæ an. 1499. per Carolum de Darleriis, quod extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci; citaturque a Gulielmo Vorilongo in 4. Senten. dist. 50. Waddingus vero in Annal. Min. sub an. 1399. num. 46. habet de eo : *præmissus cantus in prælibata beatissimæ Trinitatis Officio factus fuit, & compositus a Fr. Petro Jacobi de Monterio Ordin. Fr. Minor., & provincia Tusciæ*.

De perfectione evangelica librum citat autor synchronos Petrus Joannis in Opusculo suæ *Defensionis* articulorum quorumdam a 7. Magistris Parisien. damnatorum in art. 13. de *usu paupere*, quæ *defensio* scripta est anno 1285.; atque autor suppar Alvarus Pelagius lib. 2. de Planctu Ecclesiæ cap. 59. & 60. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 14. versus Eccles. cod. 166. in 4. ms. inter diversorum Opuscula extat & istud hoc titulo : *Responsiones venerabilis Patris Dñi fris Johannis de Pechiano Ordinis Minorum sacræ Theologiæ Doctoris, & Cantuariensis Archiepiscopi ad epistolam missam quibusdam Novitiis Ordinis Prædicatorum a quodam fratre Roberto de Ordine ipso Prædicatorum. Super tribus, & super* IIII. *sceleribus* &c.; & scam. 35. versus Ecclesiam extat cod. ms. in 4. num. 413. plures continens tractatus de *Perfectione evangelica*, inter quos est & *tractatus Pechan contra Kilvardeby Robertum* (*contra Priorem Cisterciensem* ait Waddingus : porro *Robertus Kilwardley* anno 1273. factus est Archiep. Cantuar., & an. 1278. S. R. E. Cardinalis, & Episcopus Portuen.; obiit 1279. 11. Septembris, cum scripsisset etiam *quæstionem de mendicitate* ex Pitseo apud Eccardum to. 1.) incipiens : *Super tribus, & super* IV. *sceleribus non faciliter convertit fraternæ innocentiæ impugnator* &c. : cujus in fine legitur : *Explicit tractatus Dñi, & fratris Johnnis Pechan Ordinis Minorum Fratrum contra Fratrem Rogerum* (leg. *Robertum*) *Ordinis Prædicatorum scriptus per me Frēm Antonium Anlesa Ordinis Minorum in Conventu Conventriæ provinciæ Angliæ tempore majaris* (f. schismatis) *in ante Vigiliam B. Senaecii consumatus, & anno Domini* MCCCXCI. : additurque *Tractatus pauperis contra insipientem hæresum confictorem circa evangelicam paupertatem compositus per frēm, & Dnūm Johañem Pechan Ordinis Minorum professorem optimum Cantuariæ Archiepiscopum, & in sacra pagina Doctorem profundissimum*, incipiens : *Quis dabit capiti mea aquam, & oculis meis fontem* &c. : & valde diffusus est; extatque etiam ibi scam. 30. versus claustrum num. 733. in fol. inter diversorum tractatus de eodem argumento. Ceterum *tractatus contra insipientem*, & *de perfectione evangelica* unus idemque est, non diversus, ut putavit Waddingus; cujus prologus incipit : *Quis dabit capiti meo aquam?* &c., Opus vero : *Perfectus omnis erit, si sit sicut Magister ejus. Luc.* 16., divisum in 16. capita, cujus caput x. quasi *Explicationem Regulæ S. Francisci* continet, de qua infra.

Statuta Synodalia tam in *Concilio apud Redin* an. 1279., quam in altero *Lambethensi* an. 1280. condita; una cum *Ordinationibus in domibus religiosis* factis; & *damnatione quorumdam errorum* Londini an. 1286. cum nonnullis Episcopis, aliisque e Clero publicata, habentur in novissimis editionibus Conciliorum.

Constitutiones provinciales num. XLVIII. *de variis rebus* extant apud Gulielmum Lindwodum in *Provinciali*, quod anno 1501. in fol. Paris. impressum est apud Jod. Badium Ascensium; postea Londini an. 1557. in 8., Oxonii 1663., & an. 1679. in fol. recusum.

Formula Confessionis habetur Florentiæ in Biblioth.

blioth. S. Crucis scam. 3. versus claustrum num. 444. ms. in 4. incipiens: *Sicut dicit B. Johañes Canonica suæ 1. c. Si confitemur peccata nostra, fidelis, & justus est* &c.: missaque est cuidam, quem dicit *filium*, seque in prologo appellat *Papæ Pænitentiarium*. Scriptus est iste codex anno 1432. die 17. Junii. Extat & Asisii in Tabulario Conventus S. Franc. ms. chart. in 4. cum diversorum Opusculis.

Literæ etiam ejus ad Edwardum Angliæ Regem *de libertate Ecclesiæ* in Concilior. Collectione leguntur, ut & in editione Concilior. Anglicana ex ms. Regesto Archiepiscopatus Cantuarien. *Peckan*.

Apologia contra obloquentes mendicitati de perfectione Evangelica extat ms. Parisiis in Biblioth. S. Victoris, teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1280., Arturo in Martyrol. Francisc. versus finem, & Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1372., ubi corrupte legitur *Joan. de Pinchariis*: sed idem est Opus cum superiori *de perfectione evangelica*.

Expositio Regulæ Fratrum Minorum incipiens: *Quicumque hanc Regulam secuti fuerint, pax super illos* &c. *Hanc plane Regulam ab Innocentio tertio approbatam, ab Honorio III. confirmatam* &c.: & finit: *anno octavo, ut octava gratiæ, & gloriæ commendetur*: quam expositionem elucubravit ante an. 1279., cum initio referat tantum declarationem *Gregorii IX.* super eam, non illam *Nicolai III.* dieto anno editam: extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 14. cod. 166. in 4. ms.; & legitur in Firmamento trium Ordin. edit. Venetæ an. 1513. par. 3.; estque caput x. tractatus, seu apologiæ *de perfectione evangelica*, ut docet etiam Bartholomæus Pisanus Confor. ıx. par. 2. §. *Quinto* de Exposit. Regulæ S. Franc. inquiens: *Magister etiam Johannes Peckjan, qui postea fuit Archiepiscopus Cantuariensis, in sua Apologia cap.* x., nempe S. Francisci Regulam declaravit; ita & Rodulphius habet lib. 2. fol. 163.; in qua declaratione agitur de autoritate, & intentione Regulæ; porro quæ reperitur in Firmamento, incipit: *Sed quia Regula Fratrum Minorum per Spiritum S. B. Francisco inspirata* &c.: ex quo apparet esse detruncatam.

Tractatus de numeris simplicibus incipiens: *Omnia, Domine Jesu, teste sapientia* &c. extat ms. pergam. in S. Asisii apud nostros sine nomine autoris; Florentiæ quoque in Biblioth. S. Crucis scam. 16. versus claustr. cod. 587. in fol. habetur *Opusculum de numeris simplicibus* incip. *Omnia, Domine Jesu, recte sapientia, numero, mensura, & pondere disposuisti* &c. pariter sine nomine autoris cum aliis *tractatibus*, quorum primus incipit: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Jo: 4. Ratione ab intellectu inventa, & experientia in sensu facta perpendimus* &c.; quo prologo expleto, incipit Opus: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me* &c.: *Cum nos inveniamus lucem, radium, & splendorem* &c., textum Evangelii Joannis metaphoriee explicans de *Christo* multa mathematice intermiscet de luce, radio, splendore, lumineque, eorumque distinctionibus. Post dictam Expositionem Evangelii Joannis in eodem codice habetur *Perspectiva communis* incipiens: *Inter Philosophicæ considerationis studia lux jucundius afficit meditantes*. Deinde ibi legitur *Opusculum* incipiens: *Simile est regnum cælorum homini, qui seminat bonum semen in agro suo. M. XIV. Detinebant illum, ne discederet ab eis, i. Galilæi* &c.: estque expositio illius parabolæ. Postmodum ibi sequitur *Opusculum* incip. *Dicit Augustinus primo de li. ar., quod docti, & studiosi quanto remotiores sunt a labe terrena, tanto magis & numerum, & sapientiam cum ipsa veritate contuentur; sed quia nec numerum divinum, numerum inquam sine numero, nec sapientiam, cujus nuus est numerus, sufficimus in sua plenitudine contueri* &c.; & videtur alius tractatus *de perspectiva*, cum in eo tractet de luce, radiis, iride &c. Postea extat *Opusculum* incip. *Ad mensam magnam sedisti, quia talia oportet te præparare. Quæ est mensa magna, ut dicit Augustinus, nisi ubi accipimus corpus Christi, & sanguinem* &c.: eritque forsan, quod Waddingus dicit *Meditationem de Corpore Christi*. Exinde sequitur *tractatus de differentia inter esse, & essentiam* incip. *Quoniam parvus error in principio magnus est in fine secundum Philosophum in principio cæli, & mundi: ens autem, & essentia sunt, quæ primo intellectu concipiuntur* &c. Deinde habetur *Opus*, quod inscribi posset *de virtutibus, & vitiis*; incipit enim: *Nota quod caritas habet multos effectus* &c.; & postquam egit fuse de charitate, subditur: *Nota, quod humilitas est virtus mirabilissima* &c.; & post hujus virtutis tractatum adjicitur: *Nota, quod insistendum est cordis munditiæ, & puritati conscientiæ* &c.: proindeque multus est hic autor in ceteris virtutibus, & vitiis recensendis; ubi de virtute *castitatis* adducit dictum *Fr. Ægidii de Perusio*, quia Perusii obiit. Quæ tamen *Opuscula* omnia leguntur ibi sine titulo, & sine nomine autoris: quibus subsequitur aliud *Opus* anonymum *Quolibet*, seu quæstionum plurimarum, & variarum de rebus naturalibus, Theologicis, & moralibus incipiens: *Quæstio est, utrum possit intelligi ypostasis divina omni proprietate personali circumscripta*.

Perspectiva communis Jo: Archiepiscopi Cantuarien. Fratris Ordinis Minorum castigata per eximium artium, & medicinæ, & J. U. Doctorem, ac Mathematicum peritissimum D. Facium Cardanum Mediolanensem prodiit Mediolani in fol. sine anno per Petrum Corneanum ex Argelato to. 1. Biblioth. Script. Mediolanen. col. 615., qui observat *Facium* hunc patrem fuisse Hieronymi Cardani Mathematici, ac Philosophi celeberrimi. Eamdem tribus partibus comprehensam vulgavit Lucas Gauricus clarus Neapoli Mathematicæ facultatis professor Venetiis an. 1504. in fol. per Joan. Baptistam Sessam cum aliorum autorum Operibus; quam in italicum sermonem conversam a Joan. Paulo Gallucci cum figuris, notisque adauctam legimus impressam ibidem an. 1593. in 4. per Variscos, uti perhibet Haym, & Fontaninus in tract. de Eloquen. ital., seu in Catalogo Operum excell. pag. 137. Tractatus de *Perspectiva* habetur etiam sine autoris nomine, & sine prologo in citato codice Asisiensi ante *tractatum de numeris simplicibus* incipit: *Prima pars perspectivæ, quæ est de radio directo* &c. Romæ in Biblioth. Vatic. extat ms. *Abbreviatio perspectivæ per Fratrem Joannem Patthan Aocometa* (leg. Peckan Archiepisc.) inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 25. Hoc autem Opus *de Perspectiva* adduxit Joannes Scotus in quæst. 7. libri 5. Metaphysices, & Joan. Major in tract. *de Infinito* sub nomine *Cantuarien*.

Liber de oculo morali, & naturali sub nomine

Ioannis Pekani jam prodiit sine loco, & anno impressionis, teste autore *Iacunabal. Typograph.* fol. 182., sub titulo corrupto *Ioaanes Pithsanus*, & Orlando de *Orig.*, *& progr. Typograph.* par. 2. pag. 386.; sed an sit Opus, quod etiam *Ioanni Gualensi*, aliisque adjudicatur, ut dixi supra in *Jo: Gualensi*, definire nequeo, cum illud non viderim.

Scriptam Fratris Iahannis de Pichiaao super libros Ethicaram Aristatelis ms. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 11. versus claustrum num. 533. in fol. incip. *Cum scientiæ quædam siat de rebus, & quædam de signis* &c.; cui subditur *Scriptum super lib. de animalibus* incip. *Omnis perscrutatio anima aut est de natara sai, & ia se* &c.: ejusdem ne autoris, vel alterius, ignoro.

Tractatus de sphera fratris Magistri de Peccia-no Ordinis Minorum, & Archiepiscopi Cantuariensis de Aaglia incipiens: *Corporam principalium mundanoram* &c. extat Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. inter Opera diversorum Mathematica, & post *Correctorium* Gulielmi de Mara. Extat & Florentiæ ms. in Biblioth. Medic. plut. 28. cod. 15. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 299., ubi corrupte dicitur *Mag. Joh: de Pechebam*.

Caaticum pauperis pro dilecto Johanis de Pechan extat Florentiæ scam. 30. versus claustrum n. 733. incip. *Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Dñe Sal. m., qaoniam non sustinuisti in morte animam meam miseram obdormire* &c.: quod Canticum habetur & scam. 24. versus Eccles. cod. 166. in 4. inter diversorum Opuscula: & Asisii in Tabulario Conventus S. Franc. ms. pergam. in 8.

Speculum disciplinæ incip. *Ad honestatem tendeates*, quod inter Opera S. Bonaventuræ legitur impressum primùm Venetiis an. 1487. inter parva *Opuscula*, deinde anno 1495. Argentinæ, & iterum Venetiis anno 1504. inter *amnia Opuscula* S. Doctoris; postmodum Antuerpiæ an. 1591. ab Henrico Sedulio recognitum typis Plantin. in 12.; exin Romæ anno 1606. typis Vatic., & alibi pluries semper Doctori Seraphico attributum, pertinet ad Joannem Pekam, ut ostensum est jam supra in S. Bonaventura (78). Hispanicum fecit hoc *Opusculum* Philippus a Sosa, eusum Hispali anno 1574. in 4.; deinde Matthæus Botiza, vulgavitque Murciæ anno 1625.; atque etiam Alexander Mattheos Ventrel Hispanus provinciæ Bæticæ Regul. Observ. vernacule vulgavit Hispali anno 1685.; sed & Pinciæ in Bibliotheca Comitis de Gondomar scrin. 28. habetur in hispanicum translatum cod. membran. literis nigris, & rubris exaratum. Germanice vero redditum a Christiano Doringo prodiit Coloniæ an. 1637.; cum in italicum sermonem jam translatum fuisset circa annum 1580. jussu Francisci Gonzagæ Ministri Gener., vulgatumque fuisset Neapoli an. 1581. in 8. apud Horatium Salviani; Brixiæ an. 1602. in 12. typis Societatis cura Fr. Bernardini Obicini; Venetiis an. 1606. typis Jo: Guerilli in 12. operâ Hippolyti de Montemajo Regul. Observ.; & ibidem iterum an. 1621. in 12. operâ Augustini Gallucii Minoritæ; cum ejus *Compendium* confecerit alius Minorita Jacobus Polius Germanus, edideritque Coloniæ an. 1617.

Specchio de' Frati, e delle Saore extat Florentiæ in Bibliotheca Riccardiana sub K. iv. cod. ms. membr. in 16. num. 18. ex Indice pag. 79.

Vitam S. Antanii Patavini, composuit teste P. Rodulphio lib. 1. fol. 83. de eodem S. Antonio verba faciente, & autore *Memorialis Ordinis* Minorum in Monumen. Ord., & Firmam. trium Ord. sub x. Ministro Generali *Hieroaymo Asculano* anno 1274. assumpto ita scribente: *De mandato istius Generalis quidam Magister multum famosus, magnæ sufficientiæ, & virtutis super Sententias Opus edidit utile Quæstionum: nec non librum de perfectione evaagelica contra perfectionem Religiosorum Mendicantium detrahentes: & Vitam B. Antonii Paduani miro stylo composuit: & Speculum disciplinæ*; quæ, ut etiam dixi in S. Bonaventura, nonnisi de Jo: *Pechamo* intelligi possunt. Hanc autem esse puto, quam adhibuit autor *Mammothrepti* ante an. 1312. scribens.

MMCCCXLIV. 1215.

JOANNES PELLICANUS = Brundusinus prov. S. Nicolai, Apuliæque Reg. Observ. concionator egregius obiit anno 1608., teste Jacobo LeLong pag. 897. Biblioth. sac.; & ex eo Joan. a S. Antonio.

Fuit etiam *Coaradus Pellicanus* Suevus Rubeaquensis vir doctus, & olim Instituti ejusdem, sed desertione & Religionis, & fidei pessimus, & infamis, de quo supra.

MMCCCXLV. 1216.

JOANNES PELLENS =

* JOANNES PENNEMAN = V. *Franciscus Penneman*.

MMCCCXLVI. 1217.

JOANNES PEROTTAU =

MMCCCXLVII. 1218.

JOANNES PERRINUS = de Novo Castro Custodiæ Lotharingiæ, provinciæque Franciæ ex Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 40., Rodulphio lib. 3. fol. 327., & lib. 2. fol. 151., ac Eman. Roderico Quæst. regul., & canon. to. 3. q. 30. art. 4., Reformationis *Caletanorum*; qui forsan fuit autor *Speculi Minorum*, seu *Firmamenti triam Ordinum* an. 1513. Venetiis impressi; & cujus *tractatus de dispensatione* &c. legitur in Monumentis Ordinis Minorum edit. Salmant. an. 1511. par. 2., in Firmamentis 3. Ordinum edit. Parisiis par. 4. cum addit., & in Firmamento 3. Ordinum edit. Venet. 1513. par. 3.; confutatus etiam a cit. Rodulphio fol. 151.

* JOANNES PETIT gallice, *parvus* latine, quem hoc loci subjungit Jo: a S. Anton. ex Dupino, *Minar professione* dictus a Paulo Æmilio apud Waddingum ad annum 1410. num. 19., ut & a Meyero ibi, non fuit Minorita, sed secularis a Jo: Gersone in primis confutatus, ut legi potest inter ejusdem Gersonis Opera.

MMCCCXLVIII. 1219.

JOANNES A S. PETRO = cujus

Libellus de contritiane impressus est Limæ, & Hispali, ut habet Didacus Cordubensis lib. 6. Chron. prov. xii. Apostolorum cap. 7. apud Joan. a S. Anton.

MMCCCXLIX. 1220.

JOANNES PETRUS FORTIS = anno 1506. interfuit Romæ Comitiis Gen. ex lib. Expensarum in Archivo Ordinis apud SS. Apostolos; de quo Petrus Rodulphius agit lib. 3., traditque de eo scripsisse Franciscum Sansonium magna cum laude excellentis ejus ingenii; etiam August. Superbus in *Triumpho glorioso* Venet. ait floruisse anno 1553.

MMCCCL.

M M C C C L. 1221

JOANNES PHILIPPI = tertio etiam fuit Vicarius Gen. Minorum Observ. ultra Montes an. 1481. ex autore *Memorialis Ordinis* apud Mareum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 38., cum antea fuisset, Vicarius provinciæ *Burgundiæ* an. 1465.

Tractatus duos edidit, alterum *de recursu Fratrum ad amicos spirituales pro relevandis Fratrum necessitatibus*: alterum *de modo recurrendi ad amicos spirituales, cessantibus eleemosinis*: qui habentur in *Monumentis* Ordinis Minorum edit. Salmantic. an. 1311. tract. 2.; & in Firmamento 3. Ordinum edit. Ven. 1513. par. 3.; eosque e latino in italicum sermonem translatos a Hieronymo Mengo ejusdem Instituti legimus in libro ipsius Mengi, cui titulus est: *Hortus deliciosus Fratrum Minorum*, Bononiæ an. 1592. in 4. per Joan. Rubeum impresso. Nescio, an sit ille *Vicarius Generalis*, qui *Missam propriam pro quinque SS. Martyribus Marrochii passis Ordinis Min.* composuit, & Sixtus IV. indulsit, ut recitari posset in dictorum SS. Martyrum solemnitate, ut extat adnotatum in *Monumentis* Ord. Min. tract. 1. fol. 67. edit. Salmant. 1511. tit. de *Concessionibus vivæ vocis oraculo* num. 217.; quod factum crediderim, cum anno 1481. Sixtus IV. dictos *Martyres* SS. albo adscripsit.

Alius *Joannes Philippi* senior & ipse Gallus sac. Theolog. Magister, ac provinciæ Turoniæ Minister vivebat an. 1389., ut habetur in *Quærimonia proposita* Concilio Constantiensi an. 1414. a Fratribus Regular. Observ. Gallis, quæ legitur in Monum. Ord. tract. 2., & in Firmam. 3. Ord. par. 3., de quo, an de superiori loquatur Marianus Florent. c. 11. apud Waddingum in Annal. Min. ad annum 1344. num. 9., non satis scio.

M M C C C L I. 1222.

JOANNES PICARDUS = Regul. Observ.

Thesauri Theologorum 3., & 4. pars impressa Mediolani an. 1506. in 4. per Joan. de Castelliono extat Bononiæ in nostra S. Francisci Biblioth.; & integrum Opus in nostra Asisiati Bibliotheca anno 1503. approbatum Mantuæ. Autor misit Opus ad Fr. *Hieronymum Torniellum* Regular. Observ.; deque eo disserui supra in *Francisco Zeno*, cui etiam hoc Opus adscribitur.

M M C C C L I I.

JOANNES PICARDUS Junior Aurelianensis Lector Regul. Observ., cujus *epigramma* doctum legitur in Mauritii Hylareti Franciscani encomium in fronte *sac. Enneadum Advent.* ejusdem Hylareti Paris. an. 1589., & Lugduni 1591. editarum; typis dedit

D. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis Opera omnia notis illustrata, & aliquot novis Opusculis aucta. Coloniæ 1612. in fol.

Notas in libros S. Bernardi, Parisiis an. 1615. in fol. ex Biblioth. Barber. pag. 206. to. 2., quæ a Joan. a S. Anton. to. 2. tribuuntur *Joanni Piccardo* superiori; sed eum ille vixerit an. 1503., nequit pervenisse ad annum 1612., & 1615.; erunt igitur *Joannis Picardi* junioris.

* JOANNES PICQUETUS, quem hic ponit Joan. a S. Anton. ex Arturo, est *Claudius Picquet*, de quo supra, & quem constat edidisse Catalogum Virorum Illustrium Franciscanorum.

* JOANNES PILO = v. *Joannes Billi* supra

M M C C C L I I I. 1223.

JOANNES PINEDA = Medinæ Campi natus.

Monarchia Ecclesiastica prodiit Barcinone anno 1594. in fol. typis Jacobi Cendrant hispanice ex Biblioth. SS. XII. Apostolorum Romæ; deinde ibidem an. 1620. in fol. ex Indice Biblioth. Barber.

Vita S. Joannis Baptistæ libris tribus distincta, cujus ad calcem extat *Expositio. Salutationis Angelicæ* versu, prodiit primo Salmanticæ 1574. typis Gasparis de Portinariis; mox Barcinone 1596.; & iterum Salmanticæ an. 1634. in 4.

Chiliadas Universi prosa, & versu hispano tomis 2. in fol. scripsit an. 1564. & 1565., quæ ms. extant Matriti in Conv. Regul. Observ.

Hecatompæa tomis 2. in fol. latine, quorum primus amplectitur *Centuriam concionum sacrarum a Dominica prima Adventus usque ad Resurrectionem Domini*; secundus *Centuriam aliam sermonum de Tempore, ac de Sanctis cum Expositione Evangeliorum a Dominica Resurrectionis usque ad Dominicam primam Adventus*, extat ms. in Bibliotheca Conventus Reg. Observ. Medinæ Campi.

De honorifico decessu D. Sueri de Quiñones tit. *Visio delectabilis, carmine hispano, adjectis glossis*. Salmanticæ an. 1588. in 8. apud Cornelium Bonardi, teste Nicolao Anton. to. 2. Biblioth. Hispan. apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 204., ubi putavit, fecitque diversa Opuscula: *Visio delectabilis*: & *de honorifico decessu*.

Contra peccata, & errores linguæ inscriptum *Clotalogia*.

De virtutibus, & vitiis to. 1. in fol. vernacule, & ordine alphabetico ms. Medinæ Campi in eit. Cœnobio, sed sine fine. Scribit Joan. a S. Anton. obiisse in patria octogenarium circa annum 1590.

1224.

JOANNES DE PIZANO = vox corrupta; & corrigendum est *de Peckano*, de quo supra actum est: Waddingus enim, & alii acceperunt a Rodulphio lib. 3., ubi ita legitur; sed eum loqui de *Joanne Peckano*, liquet, dum eum dicit *Archiepiscopum Cantuarien.*; deinde etiam *Joan. de Picano* vocatur ab autore Serenæ Conscientiæ, sed & *de Picciano* ab Anonymis Expositoribus Regulæ S. Francisci in *Firmamento* trium Ordinum par. 3. edit. Ven.; & *Joannes Pecian* a Bartholomæo Pisano Confor. IX. par. 2., ut mirum non sit, si & apud Rodulphium mendose sit exaratum.

M M C C C L I V.

JOANNES DE PLACENTIA Hispanus provinciæ S. Jacobi Regul. Observantiæ primò, tum Excalceat., tertiusque Custos novæ provinciæ S. Gregorii in Insulis Philippinis, scripsit Opus mysticum tit.

La Santina.

Catechismum variis illarum nationum idiomatibus.

Artem, & Dictionarium linguæ tagalæ.

Statuta antiqua Indorum, quos Tagalos vocitant, ad preces D. Jacobi de Vera Manilæ Gubernatoris, quæ leguntur in Chronicis laudatæ provinciæ S. Gregorii trien. 4. cap. 1., ubi de eo agitur & cap. 27.; de quo etiam Jacobus a Castro to. 2. Chronic. prov. S. Jacobi, Marcellus Ribadeneyra lib. 3. Hist. Japon. cap. 3., & ex his Jo: a S. Anton. to. 2.

M M C C C L V.

JOANNES PLACENTINUS cognomento ab *Asula* Regul. Observ. provinciæ Brixiæ concionator, Theologus, & Historiographus composuit *Arborem* magnam, tabulamque hoc titulo:

Sacrosancta Jesu Christi Redemptoris nostri, Deiparaeque Virginis Mariæ genealogia, gentiumque, regnorum, & monarchiarum origo ab Adam ad Christum usque dicata Marino Georgio Episcopo Brixiano Venetiis an. 1612. per Gasparem Grispoldi, quam apud nostros Bononiæ vidi.

Concordantiam trium statuum mundi, in qua divina sacræ Scripturæ arcana, & numerorum, ac generationum mysteria &c. enucleantur: nec non

Libellum declaratoriam, in quo multæ Historiarum observationes, ordo supputandi sex ætates mundi &c. continentur, jam se confecisse, ac in lucem daturum promittit in epist. ad Lectorem *Arbori* memoratæ præmissa.

M M C C C L V I. 1225.

JOANNES A PLAGIS = al. de *las Llagas*, quem Fr. Thomas de Faria lib. 2. Decad. cap. 10. vocat Fr. *Joannem de Pietate* natione *Belgam*, & e patria in Portugalliam venisse, ubi arctissimum vivendi modum amplexus, sancte vixit, & Opera nonnulla composuit in suæ Religionis præsertim augmentum: edidit etiam lingua vernacula

Triumphos de la santa Evangelica pobreza. Ulyssipone 1625. in 4. ex Nicolao Anton., & Pluteau in Catalogo autorum.

Tractatulum de Oratione Romæ in Choro Em. Cardd. repositum, teste Cardoso to. 2. Agiologii Lusitani ad diem 4. Martii.

Migravit ad Dominum an. 1637. sexagenario major Ulyssipone, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 205.

M M C C C L V I I. 1226.

JOANNES DE PLANO CARPINI = *in districtu Perusino*, ut ait Salimbene in Chron. ms. pag. 297. Oldoinus quoque in Athenæo Perusino pag. 188. ait extitisse de *Plano Carpensi* in agro Perusino, cui adhæret Joan. a S. Anton. to. 2.; extat enim Comitatus *Carpini*, vel Carpinarum etiam in agro Tiphernati, ut ex Lucentio in Italia sac. aucta &c. Anno 1241. cum Minister provinciæ Coloniæ existeret, a Gregorio IX. jussus est prædicare Crucem contra Tartaros; ad quos deinde ab Innocentio IV. anno 1245. Legatus missus, nullis nec laboribus fractus, nec territus ærumnis, viam aperuit Fratribus sui Instituti inter barbaras & efferatas illas gentes christianæ fidei veritatem nuntiandi. Factus deinde Archiepiscopus Antibarensis obiit ante diem 12. Aprilis an. 1253., quo in illa Sede ei successor datus est *Fr. Gaffridus* pariter Minorita. A Fr. Salimbene, qui anno 1247. m. Novembri eum vidit in Gallia a Tartaris revertentem, cit. Chron. ms. pag. 295. & 296. dicitur *familiaris homo, & spiritualis, & literatus, & magnus prolocutor, & in multis expertus*; & scripsisse

De factis Tartarorum, & aliis mirabilibus mundi, secundum quod oculis suis vidit, unum magnum librum; & faciebat illum librum legi, ut plures audivi, & vidi, quoties facta Tartarorum gravabatur referre. Gesta Tartarorum a Fr. Joanne de Plano Carpini, & Fr. Benedicto Polono de Ordine FF. Minorum; F. quoque Acelino de Ordine FF. Prædicatorum, & tribus aliis ejusdem societatis a Summo Pontifice ad exercitum illorum missis descripta extant ms. in Belgica Biblioth. Vedast., teste Sandero par. 1. pag. 130. num. 6. *Historia Mongalorum, seu Tartarorum anno* 1246. extat ms. in Biblioth. Lugduno Batava in mss. codd. Isaaci Wossii cod. 104. num. 9., quæ latine, & gallice impressa fuit una cum *Itinerario Fr. Gulielmi de Rubruc* Parisiis an. 1634. in 8. apud Ludovicum Heuquevil-le, & cum aliis rerum *Tartaricarum tractatibus*; & postea an. 1706. batavica lingua Lugduni Batav. per Petrum Vandersta ex Oudino to. 3. Comment. ad an. 1240., & Act. Erudit. Lipsiæ 1708. m. Martio pag. 102., & 103. De eo plura Waddingus in Annal. Min., & autor coævus Vincentius Bellovacensis in Spec. Hist. apud S. Antoninum Chron. par. 3. tit. 19. cap. 8. §. 17.

M M C C C L V I I I.

JOANNES A PODIO Gallus provinciæ Aquitaniæ scripsit

Historiarum Collectarium, quod citat autor suppar Alfonsus a Spina in *Fortalitio fidei* lib. 3. consider. 9. expul. 2., & consid. 11. art. 1. & 8., nec non lib. 5. consid. 10. difer. 3.

Librum de statu Ecclesiæ Petracoricensis Joannis du Puy Franciscani collecti citat Menardus, & ex eo Morinus de Sacram. Pœnit. lib. 8. cap. 26. num. 13.; & ejus *Chronicon* Nicolaus Bertrandus, teste Possevino in Appar. sac., qui tamen Institutum Regul. reticuit.

Obiisse videtur circa annum 1455. Porro *Fr. Joannes de Podio* cum Fr. *Joanne Garciæ* sac. Theolog. Magistro, aliisque tribus Minoritis, ac Priore provinciæ Tolosanæ Ord. Prædic. cum nonnullis sui Ordinis carceri dati sunt an. 1411. a F. *Stephano de Combis* Inquisitore contra hæret. pravitatem Ord. Præd. Tolosæ, eo quod illi Concilio Pisano adhærerent, iste vero Petri de Luna Benedicti XIII. in schismate dicti assecla esset: quo comperto per illos, aliosque, inter quos memoratur alius F. *Joannes de Podio*, nempe Ordin. Prædic., Joannes XXIII. scripsit Archiepiscopo Tolosano, ut causam cognosceret ex Bulla 12. to. 2. Bullarii Ord. Prædic. Hinc deposito *Fr. Stephano de Combis*, substituitur *Tolosæ Inquisitor* contra hæret. pravitatem *Fr. Joannes de Podio* non *Ord. Minor.*, ut putavit Waddingus in Annal. ad an. 1432. num. 10. unum cum altero confundens, sed *Ordinis Prædicatorum*, quem Joannes XXIII. anno 1414. confirmavit per literas dat. die 19. Septembris; estque 31. Bulla to. 2. Bullarii Ord. Prædic.; & anno 1431. die 16. April. factus est *Episcopus Caturcensis* in Aquitania ex Bulla Eugenii IV. in to. 3. Bullarii Ord. Prædic. pag. 212. append., non autem 1413., ut legitur to. 1. novæ Galliæ Christianæ P. Dionysii Sanmarthani, ex qua obiisse videtur an. 1437.

M M C C C L I X. 1227.

JOANNES PONCIUS =

Philosophiæ cursus prodiit Parisiis etiam an. 1656., & Lugduni an. 1672. per Stephanum Baritel in fol. to. 1. cum *Ethica*.

Cursus Theologicus ad mentem Scoti prodiit primum Parisiis an. 1652. in fol. sumptibus Bertier; Opus distinctum a *Commentariis Theologicis*.

Richardi Bellingi vindiciæ eversæ. Ibidem anno 1653. in 8. apud Franciscum Piot.

Judicium doctrinæ SS. Augustini, & Thomæ. Paris. 1657. in 8.

Scotus Hiberniæ restitutus. Parisiis anno 1660. in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Commentarii Theologici in 4. libros Sententiarum Scoti tomis 4. in fol. Parisiis anno 1661. per Sebastianum Cramoisy.

Obiit

Obiit Parisiis circa an. 1660., laudaturque a Fr. Hieronymo Muñoz in Descript. Congregat. Generalis Toleti an. 1673. celebratæ fol. 60.

MMCCCLX.

JOANNES PORCHETTI edidit

Scriptum breve super libros Physicorum, quod ms. olim extabat Utini in Biblioth. Conventus S. Francisci ex Regesto illius loci an. 1397. confecto.

MMCCCLXI.

JOANNES DE PORTA Burgundus sac. Theol. Magister anno 1462. assumptus est Episcopus S. Papuli in Aquitania sub Tolosana Metropoli ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. ad eum annum; qui & ad an. 1222. num. 39. hunc inter eo recenset, qui & *Tolosanum* Cœnobium, & *S. Francisci Ordinem, plurimis editis lucubrationibus, mirum in modum illustriorem reddiderunt*. Hic tamen ejus est oblitus, & ejus Operum.

MMCCCLXII. 1228.

JOANNES PORTHESIUS = Pictaviensis Custos provinciæ Turoniæ dicitur in Statutis Parisien. Observ. Regul. an. 1579.; factus etiam Definitor Ultramontanæ familiæ: de quo & Dupinus sec. xv., & Joan. a S. Anton.

* JOANNES PORTOCARRERO = V. *Joannes a S. Maria*.

MMCCCLXIII. 1229.

JOANNES DE PRATO = provinciæ Tusciæ Regul. Observ., cujus mentionem facit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1427. num. 16., ac ad an. 1449. n. 18., & ad an. 1455. num. 52., & Marianus, autorque Speculi apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 43., & Rodulphius lib. 2. fol. 191.; vivebat adhuc anno 1455., quo a Callixto III. missus est ad *Cruciatam* contra Turcas prædicandam, & a Roberto Caracciolo Liciensi Episcopo Aquinate concionatorum sui temporis principe valde commendatur in *sermone* de S. Bernardino cap. 2., ubi inter *famosissimos* verbi Dei præcones Ord. Min., qui aut discipuli, aut imitatores S. Bernardini extiterunt, dicendique genere claruerunt, recensetur. Scripsit igitur etiam

Conciones quadragesimales; ac, ut ajunt, *de Tempore*, quibus famam adeptus est.

Ad hunc anno 1450. longam, & eruditam epistolam, seu Responsum, & Apologiam dedit Guarinus Veronensis, quæ legitur to. 3. Collect. vet. Scriptor. Martene col. 858. de Poetis, & Gentilium libris non prorsus abjiciendis.

Alius *Joannes Franciscus Cinius* Pratensis Regul. Observ. ecclesiastes toti Italiæ percelebris, cui anno 1507. Marianus Florentinus ejusdem Ordinis dicavit *tractatum de origine, & nobilitate Tusciæ*; quique an. 1536. Venetiis, dum *conciones* haberet, ex hac vita migravit, celebratur ab Antonio Terrineano in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 6.

MMCCCLXIV.

JOANNES PRIVAS Gallus natione vernacule composuit, ac edidit

Discursus panegyricos Arelati. Parisiis an. 1612. in 8. teste Jacobo Le Long lib. 4. Biblioth. Gallicæ; & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

* JOANNES DE PUEBLA = V. *Joannes de Pavoa*.

MMCCCLXV.

JOANNES DE LA PUENTE Hispanus vernacule emisit Opus inscriptum

Concentus duarum Monarchiarum. Matriti anno 1612. ex Catalogo AA. ad calcem Opusculi *Mariano Jacobæi*, ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2.

* JOANNES PUTEANUS, de quo Joan. a S. Anton. ex Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 5. Julii §. 5., videtur idem cum *Joanne a Podio*, de quo supra.

MMCCCLXVI.

JOANNES DE QUIROS Hispanus Regul. Observ. provinciæ Beticæ Lector emeritus, Consultor. S. Officii eruditionis laude notus scripsit

Rosarium Immaculatæ Virginis Mariæ super Evangelium: Confiteor tibi Pater, ac super orationem dominicam to. 1. Hispali an. 1650. in fol. per Andream Grande; & to. 2. ibidem apud Michaelem Aldabe.

Apologiam pro vera professione inter Minores Fr. Petri Tello ex Ordine Militari S. Joannis. Ibidem an. 1656. in fol.; ex Nicolao Anton., Petro de Alva in Militia, & Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 208., to. 2., & 3. in append.

MMCCCLXVII.

JOANNES RABASSEUS Gallus prov. S. Dionysii Recollect., ut adnotat Arturus ad diem 26. Julii §. 1. Martyrol. Francisc., florebat an. 1630. ex Joan. a S. Anton.; scripsitque

Vitam S. Annæ; &

Regulam devotarum animarum ex Dupino sec. xvii.

Commentarium Rabasani in Philosophiam Scoti editum circa an. 1660. laudat Sebastianus Dupaschier in sua præfatione ad Philosophiam; hujusne, an alterius, non facile dixerim.

MMCCCLXVIII. 1230.

JOANNES RADA = præceptor Emanuelis Roderici, qui ejus meminit to. 3. Quæst. regul. & canon. q. 15. art. 8.

Controversiæ Theologicæ prodierunt Parisiis an. 1604. opera Augustini Gothutii, deinde Venetiis an. 1617. tomis 4. in 4. apud eumdem Guerilium opera *Bartholomæi Cimarellæ* ejusdem Instituti, cum primum impressæ fuissent Salmanticæ anno 1598. 1. & 2. pars, & 1599. per Joannem Ferdinandum in fol. *Pars* 3. cusa est Romæ 1614. in 4. apud Joan. Paulum Profilium cura *Fr. Roderici a Portillo* ejusdem Ordinis Procuratoris Generalis.

MMCCCLXIX.

JOANNES DE RADINGIA provinciæ Angliæ sac. Theol. Doctor floruit seculo, ut videtur, xiv., scripsitque

Commentarium in lib. Magistri Sententiarum; Florentiæ namque in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus Eccles. num. 401. extat magnus codex ms. valde antiquus in 4. magno hoc titulo: *Primus Fratris Johañis de Radingia sac. Theol. Doctoris Ordinis Minorum*: incipitque: *Quia secundum Augus. 1. Confes. cap. 5. ad inveniendum siquidem veritatem* &c. An aliud scripserit, ignoro.

MMCCCLXX.

JOANNES RAMIREZ Hispanus Regul. Observ. prov. Compostel. alumnus scripsit

Expositionem Regulæ S. Francisci, quam ex Ludovico Miranda laudat Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan., & ex eo Joan. a S. Anton.

MMCCCLXXI. 1231.

JOANNES REDALDUS = Venetus provinciæ S. Antonii Regul. Observ. alumnus vulgavit

Kalendarium ad usum universæ Religionis Fratrum

trum Minorum, *& Monialium S. Francisci Regularis Observantiæ juxta ritum Breviarii Romani reformati*: primo Venetiis an. 1573. in 8. apud Juntas: ita codex Bibliothecæ S. Francisci Ferrar.; quam editionem vidit etiam Joan. a S. Anton. to. 2., eamque unam adducit. Waddingus accepit a Possevino, qui ejus etiam Institutum Regul. tacet.

M M C C C L X X I I. 1232.

JOANNES REGINALDUS = Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum. An *Joan. Rigaldus?*

1233.

JOANNES RENNAMARA = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed idem est, ac *Joannes Kraneman*, de quo supra actum est. Et hic etiam Joan. a S. Anton. exscripsit Waddin.

M M C C C L X X I I I. 1234.

JOANNES RENSINCK = Regul. Observ., ad quem misit suos *Morales Sermones* Joannes Quintinus Theologus Doctor Parisiensis Coloniæ excusos an. 1608. Hunc omisit Joannes a S. Anton. to. 2.

M M C C C L X X I V. 1235.

JOANNES DE RIBAS = de quo Gonzaga par. 4., aliique apud Jo: a S. Antonio in utraque Bibliotheca.

M M C C C L X X V. 1236.

JOANNES RICCA = non Syracusanus, sed Netensis, seu a *Noto* diœcesis, Custodiæque Syracusanæ oppido, unde vulgo appellatur *Joannes a Noto*, ut idem Waddingus habet supra in Joanne de Noto: in Annal. autem ad an. 1344. num. 8. ex Mariano ait clarissimum sac. Theologiæ Magistrum extitisse, & plures ea in facultate *Tractatus* edidisse; uti & Philippus Cagliola in Sicilien. provincia Min. Conv. explor. 3. manifest. 4. pag. 126. de Conventu S. Francisci Netensi disserens tradit, ad Regem Martinum, & Reginam Mariam pro patriis immunitatibus, privilegiisque confirmandis legatione eum functum esse; memoraturque & a Rodulphio lib. 1. fol. 98. in *Deodato a Rutirinio* sub an. 1391.; de eo cum laude agit Hieronymus Rendaragusa fol. 157. suæ Bibliothecæ Siculæ, Joan. a S. Anton., ac Mongitor ex Waddingo: citatur autem a Summis Rosella, Angelica, & Silvestrina edit. Antuerp. 1581. inter *Theologos*, non inter *Summistas*; ideoque non constat, edidisse eum

Summam de casibus, ut conjicit Waddingus supra in *Joanne de Noto*; sed *Tractatus Theologicos*.

M M C C C L X X V I.

JOANNES RICCIUS Romanus Striet. Observ. Theologus edidit, ut etiam habet Joannes a S. Anton. to. 2.,

Apparatum ad imaginativam Doctoris Subtilissimi suscitandam. Ticini an. 1650. in 4. typis Joannis Andreæ Magrii ex Ind. Biblioth. S. Francisci Bononiæ.

M M C C C L X X V I I. 1237.

JOANNES RICUTIUS = Velinus provinciæ Marchiæ Anconitanæ Minor. Conventual. alumnus, ac sac. Theol. Doctor, Mauritio Hibernico ejusdem Instituti Theologo clarissimo necessitudine conjunctus, cujus cum laude meminit Leander Albertus in *Italia*, ubi de Camertina civitate verba facit; testaturque se eum an. 1517. vidisse *Viennæ* in Austria summo in loco habitum.

Commentaria in T. Livium; *& L. Flori libros 4. Adnotationes* Venetiis an. 1559. ex Jacobillo Biblioth. Umbr. pag. 149. *Florus cum notis Jo: Ricutii Vellini* ex Fabricio in Biblioth. Lat. Basileæ an. 1529. in 8., & Coloniæ 1537. apud Gymnicum, & Antuerpiæ 1564. in 8. *Commentaria in Lucium Florum Rerum Roman. lib.* 4. prodierunt etiam Basileæ anno 1532. apud Jo: Hervagium in fol. cura Jacobi Bedroti Pludentini ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bonon. *Notæ in Lucium Florum* cusæ sunt & Argentorati an. 1537. in 8.; postea Lugduni an. 1557. apud Sebastianum Griphum, & Venetiis per Sebastianum Rampazzettum 1559. in 16. Editionem S. Gervasii 1606. in 8. memorat Thomas Hydeus in Catal. Biblioth. Bodlejanæ Oxonien. pag. 30.

Comment., seu *Enarrationes in C. Julii Solini* prodierunt Viennæ Austriæ typis Jo: Syngrenii an. 1520. in fol. ab autore ad Stephanum Verbeucium Pannoniæ Proregem dicatæ, qui & in epistola ad eum scribit, se amicitia conjunctum fuisse cum *Marco Musuro* Episcopo Hierapetrensi, & Archiepiscopo Monembasiensi Græcorum viro doctissimo *novissime*, inquit, vita functo; qui utpote Camers utraque lingua versatus erat; ad has vero Enarrationes vulgandas hortatum esse a *Theodorico Kaner* sac. Theol. Doctore Minoritano Episcopo Zaracoviensi ac Novæ Civitatis, qui & Viennensis Archiepiscopi Coadjutor extitit: editio nitidissima, & rara. Prodiit etiam *Solinus cum notis Jo: Camertis* Basileæ an. 1538. in fol.

Indices in Plinium magni confecti Viennæ ann. 1513. & 1514 ad eumdem Verbeucium epist. dat. prid. kal. Sept., in qua scribit: *si quis omnino laborem hunc nostrum spernendum censet, objiciam huic illud Plinianum adagium: cum hanc operam condirerem, non eras in hoc albo*: & desinit: *has studiosis non inutiles (ut credimus) vigilias pro incepta nos inter amicitia tibi dicavimus, majora deinceps (nam plura sunt in manibus) Deo comite dicaturi*: additque *epigramma* doctum, & longum in Plinii laudem; præmisso altero *in lividos*:

„ I liber in dextras hominum, quibus alma
„ Minerva
„ Cordi est, & vulgi pectora crassa fuge.
„ Ne tibi livor edax noceat, tu livida tecta
„ Pestis more cave; candor ubique placet.
„ Invidus, ut mos est, postquam te læsit
„ aperte,
„ Fonte tuo clausus tollet at inde sitim.
„ Si cui (quod fateor) parvus labor iste vi-
„ detur,
„ Quid? tibi non placuit; jam caruisse po-
„ tes.

Impressi sunt etiam ibidem Venetiis an. 1520. die 17. m. Januarii per Georgium de Rusconibus; iterumque ibidem an. 1525. typis Sessæ cum libris Plinii in fol. Sed primo cusi sunt Viennæ Pannoniæ per Hieronymum Victorem, Joannemque Syngrenium artis socios sumptibus Leonardi, & Lucæ Alantsæ an. 1514. in 4.: *editio perquam rara*, inquit Freytag Appar. Litterar. to. 1. pag. 118., *qui postea variis Historiæ naturalis editionibus V. C. Sigismundi, Gelenique Basileæ 1535. in fol., Jacobi Dalechampii Francofurti 1608. in 8. ob insignem, qua se viris doctis commendavit, utilitatem subjectus fuit, donec Joannes Harduinus novum indicem concinnaret.*

Cebetis Thebani Tabula cum Comment. prodiit Parisiis an. 1498. ex Orlando de Orig. & progr. Ty-

Typographiæ; deinde Basileæ an. 1557. in fol. cum *Comment. in Solini Polyhistora*, *& Flori Hist. Rerum Roman.*

Claudiani Poëmata cum notis Jo: Camertis anno 1510. in 4. ex Josia Simlero pag. 417., & Jo: Alberto Fabricio Biblioth. Lat. to. 2. pag. 126.

Annotationes in L. Fenestellam habentur in Biblioth. Barber. cusæ Venetiis an. 1558. typis Sessæ in 16.

Jo: Camertis de modo in jure studendi ad Dom. Bernard. Arianum filium D. Nicholai de Parma. Romæ die 26. Maji 1491. in 4. sine editoris nomine.

Justinus cum notis, & castigationibus Jo: Camertis. Viennæ 1525.; & Hagenovæ 1526. ex Fabricio loco cit. pag. 39.

Jo: Camertis Ord. Minor. Theologiæ Doctoris Hemistichiorum partim moralium, partim proverbialium libri 6. Viennæ Austriæ per Jo: Syngrenium 1527. in 8.

Epitaphium Maximiliano Imperatori extat inter Orationes funebres Simonis Schardii tomo 1. pag. 56.

Joannis Camertis de Genealogia Christi Dei & hominis ms. in Biblioth. Vaticana num. 5079.

De Origine urbium Italicarum Joannis Camertis liber a pluribus scriptoribus citatur.

Epistolas plurimas, & præsertim ad Mauritium Hibernicum dedit, quarum ipse meminit in Comment. ad cap. 35. Solini.

Ejus *epigramma* de animæ rationalis origine, & natura, & *hexastichon* in laudem *Jo: Vœgelin* Astronomiæ in Universitate Viennen. Professoris leguntur initio editionis librorum *de Sphæricis Theodosii* per eumdem Vœgelin factæ typis Jo: Singrenii Viennæ an. 1529. in 4.

Alia sui ingenii monumenta ab autore oblata Paulo III. Pontifici in Vatic. Biblioth. asservari scribit Camillus Lilius in Hist. Camerini. De eo in Annal. Minor. to. 18. ad an. 1546. num. 152., ubi notatur, 24. annis Viennæ publice docuisse; & Horatius Civalli Maceraten. in sua *Visitatione Triennali* ms. sequens refert in patria appositum ei monumentum.

D. O. M.

„ Fr. Johannis Camer. Ord. Min. Conv. Jur.
„ Can., & Philosophiæ, ac sacr. Theologiæ Doct.
„ eximii. Q. ob nimiam litterarum doctrinam, di-
„ cendi facultatem a sacratis. Imperatore Maximilia-
„ no Romam Julio II. Pont. Max. Orator & Nun-
„ tius missus, atque inde Viennam reversus ibi-
„ dem Poloniæ, Romanorumque Serenissimis Re-
„ gibus quam gratiss. præceptor nedum liberales
„ artes, verum etiam eos Christi fidem per XXIIII.
„ annos feliciter docuit: ad provinciam ut patriæ
„ decus rediens non immerito a Fratribus Mini-
„ ster hujus almæ provinciæ Marchiæ Provinc. ele-
„ ctus est. Multa quippe Opuscula edidit: Solino
„ Comentum, & Plinio Repertoria addidit. Plu-
„ ra quoque edidisset, at mortis invidia intercessit.
„ Hic ossa jacent, nomen inviolabile semper.
„ Vix. an. LXXXXVIII. mens. XI. Obiit pr. kal.
„ Septembr. a. s. MDXLVI.

Hunc puto illum *Joannem Pinum* Camertem Cœnobii S. Angeli Custodiæ Camerinæ alumnum sac. Theol. Mag. doctissimum, *ut ejus monumenta declarant*, ex Rodulphio lib. 2. fol. 256. in provincia Marchiæ & Custodia Camerini; cum is lib. 3. inter Scriptores nonnisi *Jo: Ricutium Velinum Camertem* memoret; & loco relato lib. 2. promiserit se de eo in lib. 3. mentionem facturum. *Jo: Picum* etiam Franchinus vocat in Biblios. n. 269.

MMCCCLXXVIII. 1238.

JOANNES RIDEVALLUS = Anton. Vood in Hist. & Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 75. Minoritam dicit cum Lelando, vocatque Joannem *Ridevans*, Lelandus vero *Rdevallensem*. Certe Jac. Philippus Bergomas autor antiquus, & Augustinianus, & in descriptione virorum clarorum sui Ordinis valde diligens, & accuratus hunc non habet; sicut nec Torellus & ipse Augustinianus in Seculis Augustin., quamquam scripsit post Josephum Pamphilum, & certiora sui Ordinis monumenta exscribere solet.

In Cantica hujus autoris scripsit Comment. Nicolaus Botleshan Anglus Ordin. Carmelit. circa an. 1430., teste Possevino in Appar. sac. v. *Nicolaus Botleshan*.

Joannis Rydeval super lib. 1. 2. 3. 6. & 7. Augustini de Civitate Dei ms. extat Oxonii inter codd. Collegii Corporis Christi cod. 186. & 187. membran. in fol.

Joannis *Ridevvalis super Mythologiam Fulgentii Commentarius* ms. inter codd. Ecclesiæ Cathedralis Wigornien. cod. 154. num. 5. Venetiis quoque in Biblioth. S. Marci cod. 494. seculi circiter XIV. extant *Fab. Fulgentii Placiadis Mithologiæ* cum expositione *Fr. Joannis de Ridelbast*, sive *Ridevalli Ord. Min.* ex Indice an. 1741. vulgato.

Joannes Risdevval super Ovidii Metamorphoseos, idest Expositio moralis Fabularum ms. inter codd. Wigornien. cod. 89. num. 2., teste Oudino in Comment. to. 3. ad an. 1330.: in his solet confundi cum *Joanne Wallensi* Minorita, de quo infra.

MMCCCLXXIX. 1239.

JOANNES DE RIERA = de quo & Nicolaus Anton., & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMCCCLXXX. 1240.

JOANNES RIGALDI = ex veteri, ac generosa familia in Gallia, ex qua jam fuerat & *Odo Rigaldi* ejusdem Instituti, ac Rothomagensis Archiepiscopus, de quo infra agitur; & paulo post alius *Joannes Rigaldi* J. U. Doctor, Canonicus Albensis, ac Spoletini Ducatus Thesaurarius anno 1339. ex epist. Benedicti XII. apud Baronium ad an. 1191. num. 55. & 56. Hic autem cum esset Joannis XXII. *Pœnitentiarius*, est ab eodem Episcopus non *Draconensis*, sed Trecoriensis in Britannia Armorica sub Archiepiscopo Turonensi constitutus ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1317. num. 56., qui ad annum 1322. num. 71. perhibet ex cit. Reg. Pontif. accepisse eum a memorato Pontifice testandi potestatem, vocaturque vulgo *Joannes Rigaud*.

Compendium Theologiæ inscriptum: *Incipit Compendium pauperis Fratris Minoris, scilicet Magistri Fratris Johannis Rigaldi Episcopi*: incip. prolog. *Veteris, ac novæ legis continentiam Magister Sententiarum in 4. libros distinxit, quorum primus* &c.: & finit: *ex sola misericordia fiducialiter expectamus*: deinde alio charactere subditur: *Explicit Compendium, seu additamentum ad Compendium veritatis Theologicæ pauperis Minoris s. Rdi patris fratris Joannis Rigaldi Magistri, & Episcopi dignissimi*; extat ms. membr. in 4. Ravennæ in Biblioth. Classen-

tensi PP. Camaldulensium. *Joannis Rigaldi Compendium* &c. ms. extat Romæ in Biblioth. Vatic. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 100. *Compendium F. Rigaldi, seu pauperis Fratris* ms. in Biblioth. S. Albini Andegaven. cod. 182. ex cit. Catalogo to. 2. pag. 1227.; extat quoque ms. in Gallica Biblioth. Colbert. cod. membran. in fol. 1479. præstantissimæ notæ, inquit Oudinus, & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 211., ubi perperam monet, ut consulatur Ughellus to. 8. Ital. sac. in Episc. *Draconensibus*; cujus prologus incipit: *Veteris, ac novæ &c.*: Opus vero: *Quod autem Theologia sit scientia &c.*: & inscribitur: *Joannis Rigaldi Ordinis Minorum Compendium Theologiæ pauperum. Reverendo Patri, ac suo Domino spirituali Domino Bernardo, ac Apostolicæ Sedis providentia Archiepiscopo Narbonensi suus filius, famulus, & alumnus frater Joannes Rigaldi Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sedis Apostolicæ Pœnitentiarius indignus promptum obsequium &c.* Bernardus ille Narbonensis Archiepiscopus sedit ab anno 1311. usque ad an. 1338., & autor factus est Episcopus Trecoriensis an. 1317. 9. kal. Martii; igitur hoc Opus confecit inter annos 1311., & 1317. Waddingus supra in *Alexandro Halensi* scribit, se habuisse hoc *Compendium sac. Theologiæ* ms. *Halensi* adscriptum, & an. 1405. exaratum; & sine nomine autoris haberi ms. in Biblioth. Ducali Urbini hoc titulo: *Pauperis Fratris Minoris sac. Theologiæ Compendium*, ut idem supra in *Anonymo Minorita*; quod habet & Possevinus in Catalogo illius Bibliothecæ ad calcem Appar. sac. Autor enim hoc Opus inscripsit, nuncupavitque *Compendium Pauperis*, quia *a paupere Fratre Minore ordinatum*, inquit in prologo. Vulgatum vero fuit sub nomine *S. Bonaventuræ* a *Francisco Willer* Minorita Basileæ an. 1501. in 4. typis Jacobi Pfortzhemii, quæ editio extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., & Valentiæ in Hispania pariter in Biblioth. S. Francisci, teste Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 161., qui addit, prodiisse iterum Basileæ an. 1509., & ms. sub nomine S. Bonaventuræ extasse in publica Academia Lovaniensi, & sub tit. *Summa totius Theologiæ* in Biblioth. Anton. Augustini Episcopi Tarraconen. ms. ex Indice ejusdem Bibliothecæ; & citatur etiam a Thoma Strozza de Concept. B. V. lib. 7. cap. 21.; nec diffitetur Willer in sua ad Bibliopolam epistola, *Compendium judicio nonnullorum ascribi Dño Fratri Johanni Coraldn Episcopo Draconensis. Theologiæ professori Minorum Ordinis sub Johanne XXII. in humanis superstiti*, corrupte pro *Rigaldo Episcopo Trecor.*: nihilominus quod codicem nactus esset sine *Epistola* autoris ad Bernardum Archiepiscopum Narbonen., inscripsit: *Compendium sacræ Theologiæ pauperis, seu Alphabetum pauperum D. Bonaventuræ divini verbi concionatoribus accomodatissimum*. Sed si Opus evolvisset, ubi autor lib. 1. rubr. 8. adducit *Gregorium X.*, *Conc. Lugdunen.*, & *Bonifacii VIII. lib. 6. Decretal.*, lib. 6. rubr. 25. *Innocentium V.*, & rubr. 30. *Nicolaum III.* nominat, lib. vero 7. rubr. 5. agit de *Indulgentia Portiunculæ* Asisien., ad quam *anno* MCCCI. se devotionis ergo contulisse tradit, & alia, quæ autorem *Gallum* natione produnt, nunquam Seraphico Doctori *Bonaventuræ* attribuisset. Rigaldo Minoritæ hoc *Compendium Theologicum* attribuit etiam Bartholomæus Ferrariensis Dominicanus, qui paulo post scripsit, lib. 2. *de Christo abscondito* pag. 71., etsi ibi corrupte legitur *Giraldus* loco *Rigaldi* anagrammatice, & literis transpositis. Primus, quod sciam, Jo: Turrecremata Ord. Prædic. *de Verit. Concept. B. V.* par. 6. cap. 30. hunc vocavit *Jo: Richardi Episcopum Draconensem*, eumque secutus est Gabriel Barletta serm. de Concept. B. V. edit. Brixien. 1521., Vincentius Bandellus tract. *de singulari Concept. sancta Christi* Bononiæ anno 1481. edito cap. 24. num. 8., & Rodulphius lib. 3., aliique postea; & quidem *Joannes Richardus* extitit *Minorita*, & an. 1363. contra hær. prav. *Inquisitor* ex Reg. Pontif. apud Waddingum ad eum annum; sed alius sine dubio est: attamen idem Barletta edit. Lugdunen. 1539., & Ven. 1571. habet *Jo: Rigaldum*, uti & Robertus Liciensis Episcopus Aquinas in serm. de B. V. Conceptione.

Notatum autem velim *Compendium* hujus autoris, dempto *prologo*, & *epistola* præfixa Operi, paucisque aliis capitibus, sive *rubricis*, conflatum esse ex *Compendio Theologico Petri Thomæ* Minoritæ, qui eodem tempore vixit, & de quo infra dicetur, modo S. Bonaventuræ, & modo Alberto M., aliisque ascripto; ac dici posset *auctarium Compendii Theologici Petri Thomæ*; nam omnia, quæ in illo sunt, ad verbum etiam sunt in isto, non tamen e converso: nec autor ingenuus tacet in prologo, fere omnia se ex aliis excerpsisse, & pauca ex se addidisse: sicut ex hoc Rigaldi auctario, vel compendio plurima, & fere omnia exscripsit *Willelmus a Canitia* Minorita, confecitque *Dietam salutis* S. Bonaventuræ perperam adjudicatam, ut ego utrumque *Opusculum* evolvens, conferensque deprehendi. Quod vero eidem *Compendio* additum fuit a *Francisco Willer* proxime relato, adnotavi supra in *Francisco Willer*.

Tabula thematum pro diversis negotiis citatur ab ipso autore in prologi fine, affirmans se ad calcem Operis adjecisse *themata pro diversis rebus*; tamen in excuso Basileæ non habentur: sed forsan illa *themata* sunt, quæ leguntur in fine *Dietæ Salutis* edit. Paris. 1500., & Ven. 1518.

Tractatum de expositione Missæ scripsit, quem ipse citat in suo *Compendio Theologiæ* lib. 6. rubr. 12. & 16., quorum primo loco ait, se in fine illius tractatus collocasse XXIV. *mirabilia per ordinem in Sacramento* Eucharistiæ.

Formulam Confessionis etiam scripsit, quam ipsemet adducit lib. 5. rubr. 35. *Compendii Theol.*, & lib. 6. rubr. 23. & 24. dicit *Formulam de modo confitendi*. Parisiis in Biblioth. Regia num. 6622. extant *Fr. Jo: Rigaudi formula Confessionum* ex Catalogo Montfaucon pag. 765. *Joannis Rigaudi Pœnitentiarium, seu formula confitendi* ms. in Biblioth. Vatic. ex cit. Catalogo Montfaucon pag. 101.; & forsan ejusdem autoris est Opusculum, quod ibidem ms. extat cod. 1058. num. 1148. hoc titulo:

Joannis pauperis meditationes.

1241.

JOANNES RIGANDUS = idem est, ac *Joannes Rigaldi*, qui gallice dicitur & *Rigand*; qui non *Summam*, sed *Formulam Confessionis* effecit. Joan. a S. Anton. secutus est Waddingum.

M M C C C L X X X I. 1242.

JOANNES RIOCHA = Franciscus Seguntinus Hispanus Minorita in Expos. Regulæ FF. Minorum an. 1613. edita cap. 4. tex. 2. §. 18.; & cap. 8. tex. 1. §. 2. citat *Manuale Joannis Rinch*; nescio-

que

que in alius autor, num vero *Jo: Rioch* corrupte exscriptus, qui *Manuale* quoque ediderit.

MMCCCLXXXII. 1243.

JOANNES A RIPA = laudatur ab autore illius seculi Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2. inter Scriptores Ord. Min. his verbis: *Frater Joannes de Ripa provinciæ Marchiæ Doctor in Theologia nominatissimus præclarissime in Theologica facultate disserendo, in secula erit ejus memoria*; & Confor. XI. par. 2. in provincia Marchiæ, Custodia Asculana, & loco Ripætrans.: *de quo*, inquit, *fuit Magister Joannes, qui tempore suo nullum habuit verbo, & ingenio potiorem, ut ejus scripta testantur*; & Petrus Alliacensis *Scoti Commentatorem* appellat in 1. Senten. distin. . quæst. 6. art. 2., cujus ex Gonzaga & discipulus extiterat. Meminit ejus & Joan. Gerson in 2. Lect. consider. 3. & 5.; & Paulus Venetus Erem. S. Augu. *ad compendium retulit doctas hujus viri in 1. Senten. librum explicationes*, inquit Possevinus in Appar. sac. v. *Paulus Venetus*. De eo Waddingus ad an. 1350., & 1319.

Primus Joannis de Ripis super Sententias ms. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 33. versus Eccles. num. 374., & Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. incip. prolog. *Amice, ascende superius* &c. Opus vero: *Circa prologum primi libri Sent., in quo communiter Doctores solent investigare de notitia Theologica* &c. Extat & in Bibliotheca Conventus S. P. M. A. codex membr. in fol. *in primum Sententiarum Joannis de Marchia alias de Ripa* incip. *Circa prologum primi libri Sententiarum primo inquiram* &c.; & in fine: *Explicit lectura super 1. Sententiarum eximii Doctoris Magistri Joannis de Ripa, alias de Marchia*.

Tractatum ejus *de contractibus* adducit S. Antoninus in tractatu de *Restitutionibus* cap. 2., qui & eum citat in Summa par. 2. tit. 1. cap. 8. §. 13., & cap. 15. §. 7. Conradus quoque Summenhart in prologo sui *Septipartiti de contractibus Joannem Ripam* inter eos recenset, qui peculiares de *contractibus tractatus* ediderunt; qua in re & tract. 3. quæst. 66. §. 27. hunc ipsum adducit, ut & Vorilongus in 4. Senten. d. 49., & Brulefer 1. Senten. d. 35.

Quolibeta Joannis de Ripa Ordinis Minorum citat idem Conradus in *Septipartito* tract. 1. quæst. 20. concl. 3., ubi cum dicat tractare eum *de dominio rerum*, idem Opus esse puto, quod *tractatum* appellat S. Antoninus par. 3. tit. 3. cap. 2. §. 1., in quo agi affirmat de rerum dominio, atque usu. *Joannis de Ripis in varia* incipit: *Quoniam elucidatio sapientiæ* &c.: sed character tituli alius est ab illo Operis, & habetur ms. membr. in cit. Biblioth. S. P. M. A.

De Formalitatibus tractatus habentur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci post *Formalitates Petri Thomæ* ms. chart. in 4. hoc titulo: *Incipiunt Formalitates Magistri Johannis de Ripis Ordinis Minorum. Quæritur, utrum distinctio formalitatis & formalitatis, realitatis & realitatis arguat necessario distinctionem essentiæ & essentiæ, rei & rei*.

Solutiones Jo: de Poliaco contra Replicationes Fratris Joannis Minoris (idest Minoritæ) extant mss. Parisiis in Biblioth. S. Victoris, teste Oudino to 3. Comment. sub an. 1320. in *Joanne de Poliaco*: quæ de hoc Joanne Ripensi mihi interpretanda videntur, ut circa annum 1320. contra Joannem Poliacensem pro Parochis contra Religiosos Mendicantes decertantem scripserit plures *Apologias*, quæ in eo ms. *Replicationes* appellantur: nam idem Oudinus ibi docet, inter mss. codd. Bibliothecæ Basileensis haberi *Jacobitarum* (idest Dominicanorum), *& Minorum oppositiones contra M. Johannem de Poliaco*: nisi quis malit hoc munus *Joanni Bassolio*, de quo supra, tribuendum esse, quod fateor, de utroque incertum esse.

Disputatio ejus *de causa meriti* extat ms. Parisiis in Biblioth. Sorbon. cod. 774. p. 100., & cod. 987. p. 60., teste Carolo Flessen. in Collectione judiciorum de novis erroribus ad an. 1330., ubi eum dicit Thomæ Bradwardini adversarium, & Scotistam præcipuum, & antesignanum

MMCCCLXXXIII.

JOANNES ROCCA Barcinonensis sac. Theol. Doctor eximius, & ecclesiastes illustris, artiumque liberalium cultor. egregius anno 1414., & 1415. invenitur Ministri Generalis *Vicarius* Constantiensi Concilio interfuisse, & memoratur in *Decreto* ejusdem Concilii pro Reformatis, ac Observantibus Fratribus Ordinis Minorum trium provinciarum Galliarum an. 1415. edito; annoque 1416. ibidem in festo Nativitatis B. Virginis Mariæ *Sermonem* habuit incip. *In Jesu Christi nomine te flagitante Virgine, quæ Deum peperisti, thema faciendi sermonis texam. Generationis liber Jesu Christi* &c., ex Supplem. Concil. Labb. Lucæ nuper edito to. 4. col. 202., ubi dicitur *Vicegeneralis*, *ac sacræ Theologiæ Professor*: de quo & in Annal. Min. ad an. 1415., uti & ad an. 1425. Ob egregias animi dotes, & ingentis doctrinæ considerationem factus est anno 1429. Episcopus Bethlemitanus, & comes Petri Fuxi Minoritæ S. R. E. Cardinalis Legati pro Martino V., cum Petrus Martino Pontifici Alfonsum Aragoniæ Regem reconciliavit, Antipapam Clementem abdicare coegit, & diuturnum *schisma* tandem extinxit in Concilio Dertusæ eo anno celebrato, in quo *Joannes* iste dicitur *sacræ paginæ eximius professor Missam* pro Legato celebrasse, & in ea *Sermonem* habuisse, *sicut magnus ingenio, profundus eloquio, sacra paginæ, & subtilitatum ejus elevatus scrutator, Poëtarum, & Metaphysices, ac Philosophorum peritissimus sectator, alto stylo, peritiori lingua disjecta propatulo disseruit: sicque cunctorum astantium mentes, & alta etiam ingenia refecit; & a cunctis astantibus commendari summe promeruit ex tanto, & tali sermone solemni*: ita Acta Concilii Dertusensis. Obiit circa an. 1433., cum scripsisset plura, quæ temporum excursu oblivioni sunt data, præsertim

Conciones, & *Orationes varias*, quibus adeo commendari valuit. In Actis Concilii Constantien., & inter Opera Joannis Gersonis to. 5. par. 3. col. 492. 2. edit. Antuerp. ad an. 1416. habetur

Contestatio litis de negotio Joannis Parvi inter Cardinalem Cameracensem, & Gersonum ex una parte, & Joannem de Rocha Ordinis FF. Minorum ex altera; qui tutatus est contra Card. Cameracensem Petrum de Aliaco IX. *propositiones* ad fidem minime pertinere, ut ille contendebat: & col. 451. usque 471. ejus probationes *contra evasiones Joannis Gersoni* a 25. propositionibus notatis, aut suspectis, delatisque.

MMCCCLXXXIV. 1244.

JOANNES RODINGTONUS = in margine lib. 1. Sentent. Alphonsi Toletani quæst. 7. prologi art. 2. citatur *Roddenton*; sed *Fr. Jo: de Rodinthon* dicitur a Gulielmo Vorilongo in 4. Senten. d. 49.; adducitur & a Jo: Picardo in Thesauro Theologiæ lib. 1. in 1. Senten. *Opus Magistri Rodinthom de Anglia* extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius Biblioth. Catalogo an. 1437. elaborato pag. 67., & 78. Agit de eo Rodulphius lib. 3., Pitseus, & Daniel Meyerus in notis margin. ad quæst. 143. & 181. Magistal. Jo: Scoti per Joan. Colonien. breviat., aliique plures.

Joannis de Ridinghton Anglici Doctoris in Theologia Quolibeta sex incip. *Utrum aliquis necessario, vel involuntarie possit Christum offendere* mss. pergam. in fol. habetur Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Franc.; & in eodem veteri codice subditur eodem charactere: *In librum 4. Senten. Comment.* incip. *Samaritanus &c. Circa principium hujus quarti quæro primo, utrum Sacramentum definiatur, vel possit definiri*: utrum ejusdem autoris ignoro.

* JOANNES RODRIQUEZ DEL PADRON = V. *Joannes de Herbon* supra.

MMCCCLXXXV. 1245.

JOANNES ROJARDUS = Regul. Observ.

Homiliæ in epistolas Dominicales, & festivitates Sanctorum pars æstivalis, & hyemalis; & .

Homiliæ in Evangelia Dominicalia pars æstivalis, & hyemalis tomis 4. in 8. Coloniæ, & Lugduni an. 1573. typis Symphoriani Beraud.

Post *Homilias* in Evangelia feriar. Quadragesimæ habetur *epigramma* non inelegans *Fr. Joannis Royardi* junioris Minoritæ; & ante easdem Homilias extat aliud *epigramma* doctum *Fr. Francisci Neuvenhovit* Teneramundani Minoritæ in laudem Operis.

Apologia contra zelotem prodiit Paris. 1544. in 8. apud Audoënum Parvum.

Soliloquium Deum precandi prodiit Antuerpiæ 1546. in 8. apud Jo: Stessium.

Enarratio Dominicæ passionis cusa est ibidem an. 1550., & 1560. in 8. ex Jo: a S. Anton.

Homiliæ in Evangelia, & epistolas feriales Quadragesimæ una cum *fusissima passionis J. C. secundum utriusque Testamenti Scripturas narratione*; item *Apologia contra zelotem*; & *Soliloquio* in 6. capita partito, impressæ sunt Parisiis an. 1553. & 1554. tomis 3. in 8. typis Caroli Guillard; postea ab autore recognitæ, & castigatiores Lugduni an. 1573. typis Symphor. Beraud tomis 5. in 8., quorum initio habetur *epigramma* ejus in laudem suæ patriæ, & in fine *passionis* elegia, qua Hierosolymorum civitati ob immane scelus interemptionis Christi insultatur, clauditque:

„ Pulvis, & umbra jaces; late captiva per
„ orbem
„ Duceris, ut pateat crimen ubique tuum.

De eo Sixtus Senensis, Valerius Andreas, Dupinus, & Ludov. Bail. par. 3. Biblioth. concionat. cap. 102.

MMCCCLXXXVI.

JOANNES ROMÆUS Italus provinciæ Rhegii in Calabria Min. Capuccinor. vir apostolicus, & catholicæ fidei verbo, & scripto propugnator edidit

Tractatum de recta in Deum fide. Venetiis an. 1566.

Historiam PP. Capuccinorum provinciarum Piceni, & Calabriæ usque ad an. 1571.

Obiit an. 1573. ex Boverio to. 1. Annal. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. in append.

MMCCCLXXXVII.

JOANNES ROTA Hispanus prov. Aragoniæ, & Catalauniensis Custodiæ sac. Theologiæ Doctor, & concionator illustris florebat an. 1390., scripsitque

Conciones varias, ac in primis *de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione* Gerundæ eo anno habitas, teste Petro de Alva col. 829. *Militiæ univ.*, ubi & coacertationem de ea ibi habitam, & victoriam, præmiumque obtentum a Joanne I. Rege per eum describit; quam *Historiam* ait extare in antiqua *Legenda Lombardica* impressa Argentinæ 1483., Lovanii 1485., Basileæ 1486., Hagenau 1501., & Ruremundæ, & alibi ms.

MMCCCLXXXVIII. 1246.

JOANNES ROUSSERIUS =

MMCCCLXXXIX. 1247.

JOANNES DE RUPELLA = de quo Bartholomæus Pisanus Confor. viii. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. ait: *Frater Joannes de Rupella scripsit super Sententias, & famosissimus fuit Doctor suo tempore*: & in Confor. xi. par. 2. in provincia Turoniæ repetit, *Opus fecisse in Theologia, & verbo, scientia, & vita famosum* fuisse. Thomas quidem Cantipatren. autor coævus lib. 1. de Apibus cap. 19. num. 5. referens quæstionem de pluralitate beneficiorum an. 1238. Parisiis determinatam a Guillelmo Parisien. Episcopo *cum cœtu omnium Magistrorum*, subjungit: *hoc determinavit prædictus Episcopus: hoc Frater Hugo Ord. Prædic. . . . hoc Frater Joannes de Rupella Ordinis Fratrum Minorum; & alii quamplures Magistri Theologiæ determinaverunt in Scholis propriis successive*: sed non dicit aperte, Joannem Rupellensem interfuisse anno 1238. determinationi Parisiensi.

Postilla super Matthæum extabat olim ms. Bononiæ in Biblioth. S. Franc. ex Indice illius an. 1421. confecto, & in Tabulario ejusdem Cœnobii adhuc asservato. Extat & ms. in regia Galliarum Bibliotheca cod. 3842. in fol. transcripta a *Fr. Odone* Monacho Pratensi circa an. 1300. incipiens: *Similitudo vultus animalium &c. Ezechielis 1.*, nec non Oxonii in Biblioth. Collegii novi cod. 192. sine autoris nomine. Habetur & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 6. versus Eccles. num. 61. cod. ms. in fol., cujus in fine legitur: *Expliciunt glosæ Fris Johañis de Rupella super Matthæum*: etsi in frontispicio exteriori scriptum sit *Hugonis Cardinalis*, eo quod illi subjungitur Commentarius ejusdem *Hugonis* in Lucam, & Joannem.

Postilla in Lucam ms. habetur in Biblioth. Patavina S. Antonii Min. Conv. Extat & in Cœnobio S. P. M. A. cod. ms. pergam. in 4. incip. *Habentes Pontificem magnum, qui* &c.; & in fine legitur: *Expliciunt Postillæ fris Joannis de Rupella super Lucam*.

In epistolas Pauli ms. extabat in Biblioth. Ecclesiæ Burgensis, donatumque fuit Fr. Joanni a Neapoli Min. Observ. Generali Ministro, ut refert Anton. de Lupiar in Hist. Compendio, & Petrus de Alva col. 344. Militiæ v. *Dominicus Abbas de la Vid.*

In

In quatuor libros Sententiarum: de quo Bulæus to. 3. Hist. Universit. Parisien. in Catalogo Illustrium Academicorum pag. 694., qui censet hunc *primum* omnium fuisse, ac dici, qui *libros Sententiarum Mag. Petri Lombardi* commentati sunt

Summa Theologica incip. *Cum Summa Theologica disciplina divisa sit* &c., in duas partes distributa, quarum prima continet quæstiones 148.; 2. vero quæstiones 115., de qua to. 2. Biblioth. Bodlej. par. 2.; extat ms. & in Bibliotheca Collegii Oxonien. cod. 851. num. 51. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 662., & in Norvicensi Joannis Mori ex eodem ibidem.

Summa de vitiis ms. pergam. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, & Ravennæ in Biblioth. Classensi PP. Camaldulen. tit. *Quæstiones* &c. incip. *Cum Summa Theologica disciplina divisa sit in duas partes, scilicet in fidem, & mores* &c.: quod initium partim commune est supra memoratæ *Summæ Theologicæ*. Deinde ibidem subditur *tractatus de virtutibus* incipiens: *Cum circa utilia studere debeamus* &c., cujusdam *Anonymi Ord. Prædic.*, ut ex prologo Operis eruitur, estque *Gulielmi Peraldi* Lugdunen. Ord. Prædic. ex Eccardo to. 1. pag. 132.

Summa de malo ms. habetur in Anglia Cantabrigiæ in Biblioth. Pembrochiana cod. 78., & forsan est eadem, vel pars *Summæ virtutum, & vitiorum*.

Summa de anima incipiens: *Si ignoras, o pulcherrima mulierum, egredere* &c., 129. quæstiones continens extat ms. in Parisien. Biblioth. S. Victoris hoc tit. *Summa quæstionum diversarum de anima, & potentia ejus*. Romæ quoque extat ms. *Summa de anima* in Archivo Basilicæ S. Petri ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 157. *Jo: de Rupella de anima* ms. Parisiis in Biblioth. S. Victoris ex Catalogo ejusdem to. 2. pag. 1372., & in Regia num. 4546. ex cit. Catalogo pag. 751., Lovanii quoque extat ms. in Biblioth. S. J. ex Francisco Svertio in Athenis Belgicis: revera *de anima lib.* 1. scripsisse testatur Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Histor. lib. 13. sub an. 1252., ut & autor Firmam. trium Ordinum par. 1. edit. Parisien.; ejusdemque meminit Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 1. cap. 25. ex Trithemio, aliisque.

Tractatus de anima Magistri Joannis de Rupella extat ms. in insigni Bibliotheca Abbatiæ Claravallis; & Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 35., ac ultimo versus Ecclesiam cod. 406. in 8. magno post *Postillam* Landulfi Neapol., & *Dietam salutis* sine nomine autoris in tres partes divisus, quarum in prima agit *de definitione multiplici potentiarum* animæ secundum diversos, incipitque: *Sicut dicit Johannes Damascenus Theologus, Medicus, & Philosophus* &c.: hæc pars habetur ms. etiam Paris. in Biblioth. S. Victoris, eamque Oudinus existimat esse recentioris autoris, quod aut nullam, aut modicam cum superiori *Summa* conformitatem habeat: in secunda parte de multiplici *divisione potentiarum* animæ: & in 3. *de divisione gratiæ communiter, & lineæ Justitiæ*: incipit: *Quoniam post divisionem potentiarum, quas habet anima* &c.; agiturque de ornamento potentiarum animæ; unde hæc pars alterum quidem Opus est a superiori *Summa de anima*, non alterius, atque recentioris autoris, ut putavit Oudinus de prima parte.

Sermones Dominicales totius anni extant mss. in Biblioth. S. Benigni Divionen. cod. 179., & in Anglicana Biblioth. Domus S. Petri cod. 94., in Bibliotheca vero Claravallensi *Sermones de Dominicis, & festis*; Parisiis quoque in quodam cod. ms. Eremit. August. ad Pontem novum seculi XIII. habentur mss. ejusdem *Sermones* nonnulli inter diversorum sermones, teste Echardo to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. pag. 474. in *Fr. Rigaudo*.

Sermones de Sanctis habentur mss. in privata cujusdam Bibliotheca Regii in Æmilia, testimonio Possevini in Catalogo illius Bibliothecæ ad calcem Appar. sac. Revera cit. Bergomas affirmat scripsisse eum etiam *Sermones de Sanctis*: laudatus vero autor Firmamenti ait *Sermones tam de Tempore, quam de Sanctis per totum annum*: & quidem Jo: Turrecremata de Verit. Conceptionis B. V. par. 6. cap. 32. citat hujus autoris *Sermones Nativitatis B. Virginis*; ut & Gabriel Barletta in Serm. Concept. B. Virginis edit. Brixien. 1521. At *Sermones de Sanctorum festis*, qui habentur mss. in Biblioth. S. Germani Parisien. cod. 654., scribit Oudinus perperam in eo cod. *Rupellensi* adscribi, & esse dicit *Joannis Algrini* to. 3. Comment. ad an. 1220. in eodem, eo quod incipiant eo modo, quo illi Jo: Algrini.

De eo S. Antoninus in Chron. par. 3. multa cum laude scribit, cumque narrasset ipsum miro modo, & cœlitus Alexandro Halensi ostensum, quem Universitati Parisiensi, ejusque Cancellario pro *Baccalaureo* instituendo præsentaret, subdit: *qui postea factus Magister, maximus inventus est prædicator, religiositate, scientia, & discretione clarissimus, tantaque vi ingenii præditus, ut priorum Magistrorum subtilitati adjiciens prædicationi, & lecturæ in Theologica facultate artem, & modos traderet exquisitos*; Conradus Gesnerus, & ex eo Possevinus, Oudinus sub an. 1230., Bullæus sec. v. Hist. Universit. Paris., & in Catalogo illustr. Academ. illius seculi, Dufrenius Cangius in indice Scriptor. Glossarii, aliique plures.

M M C C C X C. 1248.

JOANNES DE RUPESCISSA = Gallus provinciæ Aquitaniæ, & Cœnobii Aureliacensis alumnus.

Visiones, seu revelationes Joannis de Rupescissa ad Gulielmum Curti S. R. E. Cardinalem, & Benedicti XII. nepotem Cistercien. Ordinis extant mss. Parisiis in Bibliotheca Colbert. cod. 4356. inscriptæ hoc modo: *Reverendissime in Christo Pater, & Domine Dñe Guillerme Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis titulo quatuor Coronatorum. Ego Frater Johannes de Rupescissa Ordinis Fratrum Minorum provinciæ Aquitaniæ, Custodiæ Ruthenensis, & Conventus Aurelhiaci ad mandatum vestrum descripsi seriem notabilium eventuum futurorum mihi in carceribus apertorum, prout melius, & verius potero recordari*. Quibus præmissis, liber incipit: *Modus revelandi fuit iste. Cum anno Domini* MCCCXLV. *multis diebus starem vinctus ferro in carcere Sati in Conventu Figiaci stupens, & mirans, quare cum tanta crudelitate missus essem per Fratrem Guillelmum Farmena tunc Ministrum Aquitaniæ in carcerem* &c. In fine vero libri habetur: *Scripta sunt hæc per me Fratrem Johannem de Rupescissa Ordinis Fratrum Minorum provinciæ Aquitaniæ, Custodiæ Ruthenensis, Conventus Aureliaci in Romana Curia in Avenione in carcere Domini Papæ Clementis sexti, Pontificatus sui anno octavo, qui carcer vocatur carcer Soldani*,

anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCCCXLIX. *in mease Novembri in festo S. Martini nd gloriam Dei. Amen*. Quibus ab Oudino to. 3. ad an. 1350. erroris arguitur Waddingus, vel Bzovius, qui ab *Innocentio VI.* an. 1357. in carcerem conjectum Rupescissam asseruit, cum dicere debuisset anno 1347. a Clemente VI.; sed eum Continuator Chronici Nangiaci, & autor vitæ Innocentii VI. eo tempore viventes tradant, id factum anno 1356. ab Innocentio VI., liquet, pluries eum in carcerem conjectum fuisse, & sub Clemente VI., & sub Innocentio VI. Habentur hæ *Revelationes* ms. etiam in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 65. & 69.; & *Prophetiæ* ms. in Biblioth. Basilcensi ex cit. Catalogo pag. 630.: prodierunt autem hæ *Revelationes* Londini an. 1690. to. 2. *Fusciculi rerum expetendarum, & fagiend.* per Richardum Chiswel in fol., & antea Joannes Ergon Anglus Erem. S. August. vulgaverat una cum nonnullis aliis ejusdem argumenti autoribus hoc titulo: *Compilationes vaticiniorum*, ad Herfordiæ Comitem missæ, teste Joseph Pamphilo apud Possevinum in Appar. sac. v. *Jo: Ergon*.

Fragmenta revelationam ejus extracta per Magistrum Lucam de Molendinis Doctorem Theologicum extant in cit. Biblioth. Colbert. cod. 2835., & 3786.

Commentarium in Oraculum Cyrilli habetur ms. in Regia Galliarum Bibliotheca cod. 5695. hoc titulo: *In nomine Domini nostri Jesa Christi incipit Commentum super Prophetiam Cyrilli Eremitæ Presbyteri simal cum Commeato Joachim editum a Fratre Johanne de Rupescissa Ordinis Fratrum Minoram. Omnipotentis Jesu Christi misericordiam, & auxilii lumen vivificum* &c.

Liber inscriptas Vade mecam in tribulatioae impress. an. 1690. cum *Fasciculo rerum expetendarum*, & ms. in eadem Biblioth. Colbert. cod. 4650., cujus meminit Continuator Nangii, qui testatur se librum hunc vidisse; uti & alium

Librum, cui titulus est, *Ostensor*, teste Spondano in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1356. num. 20.; hos duos libros *Vade mecam*, & *Ostensor* commendat etiam Froissardus in suis Chronicis Gallicis, qui & docet ejus

Apologum propheticum prodiisse in lucem post litteras Petri de Vineis.

De famnlatu Philosophiæ ad Theologiam, seu Evangelium ms. in cit. Biblioth. Colbert. cod. 5987., nec non in Anglica Bodlejana Biblioth. cod. 1644. ex Baluzio apud Oudinum.

De consideratione Quintæ essentiæ extat ms. in cit. Biblioth. Colbert. cod. 3412. duobus libris conflata, quorum primi titulus est: *Incipit liber primus de consideratione Quintæ essentiæ omniam rerum trudendus pauperibus, & evangelicis viris servis Jesu Christi a Magistro Johanae de Rupescissa sacræ Theologiæ professore compositus. Dixit Salomon Sapientiæ cap. 7. Deus dedit mihi horam scientiam veram* &c. Liber 2. est *de remediis generalibus Quintæ essentiæ* incipiens: *Licet primus liber, qui est de consideratioae Quintæ essentiæ, taatæ virtatis* &c.: & in proœmio Operis autor ait: *consideravi ergo, quod tempus expensum in pruritu mundanæ Philosophiæ plusquam annis quinque ante ingressum Ordinis in florentissimo studio Tolosano, & plus aliis quinque, ex quo Ordinem hunc intravi, cum strepitu multo inanium verborum, & conflictu inutilium disputationum, & laude vana, & gloria fatua lectionam tam in studiis particularibus, quam in Generalibus legens* &c. . . . . *ut revelem pauperibus Christi, & evangelicis viris, at qui divitias propter Evangeliam contempserunt, sine humana doctrina sciant faciliter, & de levi, & sine notabilibus expensis suas corporales miserias, & infirmitates humanas divina benignitate sanare* &c. Can., vel cap. 2. agnoscitur is extitisse autor *aquæ vitæ*, quam ipse appellat *aquam ardentem*; *animam vini, seu spiritus*; & *aquam vitæ*: & occultare volens vocat *Quintam essentiam*, ac *radicem vitæ*; *coelumque humanam*: quamquam cap. 5. tradit *Quintam essentiam* fieri ex *aqua ardenti*. Cap. demum 44., seu ultimo primi libri inquit: *Reliqua autem Opera Philosophica summe stupenda, quæ hic subticeo, conjectus contra Deum, & justitiam (sicut in die judicii Deus ostendet) ab æmulis in vincula integris jam septem annis inter compedes, & catenas, per sublimes theorias, & illuminationes cœlestes didici, inferius per libros singulos, si Deus voluerit, vobis viris evangelicis, quibus scribo, plenissime revelabo, ut potero*. Mediolani in Biblioth. Ambros. extat. ms. *de Quinta essentia* ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 518. cod. perg., extat quoque ms. Neapoli in Biblioth. S. Jo: de Carbonaria Augustinen. ex eodem pag. 233., & in Bibliotheca S. Severini ejusdem urbis, teste eodem cap. 21. Diarii Italici. Prodiit Opus Basileæ anno 1561., teste Langio in Hist. Medic. sec. 14., & Simlero in Epitome Biblioth. Gesner., nec non Baluzio in notis ad Vitas Papar. Avenionen. col. 602., & 942., & in addition. col. 1430. & 1434.; translatum vero e latino in gallicum idioma ab Antonio Molino vulgatum est Lugduni an. 1549. in 8. sub titulo sequenti: *Virtus Quintæ essentiæ omnium rerum*.

Liber ejus *de extractione Quintæ essentiæ omnium rerum potiss. pro usu medico* correctus est a Gulielmo Grataroio Bergomate Patavii, & Basileæ publico Medicinæ Professore, ut habet Donatus Calvus in Scœna Liter. Bergom. par. 1.

Libellus de conficiendo vero lapide Philosophico ad sublevandas inopias Papæ, & Cleri in tempore tribulationis extat in Bibliotheca Uffenbachiana mss. parte 4. pag. 12., & cum *aliis* habetur inter autores chymicos, & in Theatro chymico volum. 3. Argentorati cuso anno 1659. cum ejus *libro lucis* tamquam diverso, cum tamen idem sit interpolatus; de eoque Petrus Borellus in Bibliotheca chymica. Prodierat autem sub initium Typographicæ artis; quæ editio in 4. extat Matriti in Biblioth. Conventus Regul.Observ. sub FF. num. 4. incip. *Natura, seu materia lapidis veri* &c. sine loco, & anno impressionis; deinde Venetiis an. 15. . . in 8. inter autores Alchymiæ, cui adnectitur superius Opus *de Consider. Quintæ essentiæ*. Gallice redditus prodiit Lugduni an. 1549. in 8. ex Joan. a S. Anton.; & 6. oper. scribit *ante se nullum hominem in aperto* eam scientiam, ac veritatem tradidisse. *Tractatus*, seu excerpta ex ejus libro *de Lapide Philosophico*, & *de Quinta essentia* extant ms. Florentiæ in Bibliotheca Marchionis Riccardi in 4. Ex hujus viri igitur studiis, atque laboribus mechanicis, chymicisque habuit orbis *aquæ vitæ* inventum, & confectionem *Lapidis Philosophici* non ad aurum conflandum, ut quidam aut somniarunt, aut criminati sunt, cum ipse scriberet viris evangelicis, & paupertatem profitentibus;

bus; sed ad sanitatem tuendam, vitamque diutius ducendam.

Commentaria in 4. libros Sententiarum ex Trithemio.

Agunt de hoc viro Jacobus Fodera in Histor. prov. S. Bonaven. pag. 318. & 322., ubi prodit, obiisse Villæfrancæ diœces. Lugdunen. an. 1362. apud suos humatus, apud quos ibi professionem Regulæ emiserat, idque sub Urbano V. eo anno mense Octobri assumpto; item Trithemius in Scriptor. Eccles. ait, fuisse eum in divinis Scripturis admodum studiosum, & eruditum, ac secularis Philosophiæ non ignarum; & longe antea Henricus Hervordiensis Ord. Præd. autor coævus in Chronico usque ad an. 1355. deducto meminit sub nomine *Hasbali*, ut conjicit Vignerius Sectarius: postea Jo: Froissardus vol. 1. cap. 211., ubi de eo magnifice loquitur; Continuator Nangii in to. XI. Spicilegii Dacher pag. 822.; Dufresnius Cangius in ind. Scriptor. Glossarii sui; Acta erudit. Lipsien. ad an.1691. m. Martio, præter Rodulphium, Gonzagam &c.

MMCCCCXCI. 1249.

JOANNES LE SAFFE = Belga provinciæ S. Andreæ Strict. Observ., cujus liber gallice fert titulum, qui latine est:

Nodus salutaris Herculis Christiani complectens Summarium Indulgentiarum Confratribus chordæ S. Francisci concessarum; & plura alia ad notitiam Ord. S. Francisci, dictæque Confraternitatis, & ad pietatem conducentia. Insulæ anno 1615. in 8. typis Petri de Rache sine nomine expresso autoris; sed in fine epistolæ Operi præfixæ legitur F. I. L. S., quod est *Fr. Joannes le Saffe*. Joan. a S. Antonio agit de hoc ex uno Waddingo.

MMCCCCXCII. 1250.

JOANNES SALON = de quo Rodulphius lib. 3., aliique cum eo agunt; ejus Opus

De emendatione Kalendarii prodiit & Romæ 1576. ex Joan. a S. Anton. Edidit etiam

Speculum astrologicum ad sanguinis missiones, ac medicinæ usum. Barcinone 1578. in 8. ex cit. Jo: a S. Antonio.

De eo & Nicolaus Anton. to. 2. Bibliothecæ Hisp., & autor Biblioth. Valentinæ pag. 281.

MMCCCCXCIII.

JOANNES SALVATOR BAPTISTA DE ARELLANO Hispanus prov. Beticæ *Tertii Ord.* Claustr. edidit vernacule

Antiquitates, & præstantias Carmonæ, ac Historiarum Compendium. Hispali an. 1628. in 8. teste Petro de Alva col. 831. Militiæ univ. De eo agit & Nicolaus Anton. to. 2. Biblioth. Hisp., & ex his Joan. a S. Anton.

MMCCCCXCIV.

JOANNES SALVATOR TRADOS Hispanus composuit, & edidit

Dicta, & facta Virorum inclitorum Ordinis Seraphici. Barcinone an. 1581. in 8., teste Georgio Cardoso to. 3. Agiologii Lusitani die 26. Maji, & Petro de Alva tab. 1.

Librum illustrium feminarum Religionis Seraphicæ valde commendatum, quem ipsemet citat par. 1. superioris libri ex Joan. a S. Anton.

MMCCCCXCV.

JOANNES DE SALZEDO Hispanus provinciæ, ut videtur, Castellæ edidit

Tractatum, seu quæstionem: An Seraphicæ militiæ labor in propugnanda Immacul. Conceptione Mariæ nova christianæ militiæ erectione certa victoriæ spe coronetur, Mariæque originalis gratia utriusque militiæ conatibus proxime definibilis constituatur? Vallisoleti an. 1625. in fol. ex Marracio in append. Biblioth. Marianæ, Petro de Alva col. 831. Militiæ, Lippenio to. 2. Biblioth. Theol., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth. Franc. pag. 215.

Autor libelli inscripti *La Scimia di Montalto* inter Franciscanos Scriptores Theologiæ maxime Moralis recenset & *Salsedum*, hunc ne, vel alium, nondum compertum habeo.

MMCCCCXCVI.

JOANNES SAMESIUS Gallus, de quo Waddingus in Annal., cum nonnullis Legationibus esset functus, creatur anno 1298. Episcopus Redonensis, & an. 1299. ad Lexovien. Ecclesiam transfertur. Anno 1297. in Canonizatione S. Ludovici Regis splendidam *Orationem* habuit, ut narrat autor Vitæ ejusdem apud Bollandios; & forsan ipsius est *Vita*, quam sub *Anonymi* nomine iidem Bolland. Socii evulgarunt, ut supra dixi in *Anonymo Gallo* num. CCLXVI.

MMCCCCXCVII.

JOANNES SARRIA Hispanus ecclesiastes, ac Custos prov. Compostellæ Reg. Observ. edidit

Concionem de Immaculata Conceptione V. Mariæ. Salmanticæ an. 1619. in 4., extatque in libro P. Gasparis a Villachoaga.

Historicum compendium rerum provinciæ S. Jacobi hispano idiomate incip. *Con entrañables* &c. ms. in fol. asservatur Matriti in Archivo Ordinis plut. 1. num. 8.

1251.

JOANNES SAXO = V. *Joannes de Erfordia*.

MMCCCCXCVIII. 1252.

JOANNES SCALCUS = de quo Bordonus, Vernon, & Alfonsus Lassor to. 1. pag. 70., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2. Possevinus in Appar. sac. Institutum Regul. tacet, traditque

Xenium Evangelicum prodiisse anno 1579., &

Orationem lugubrem de Antiochena seditione an. 1572. apud Gulielmum Antuerpiensem.

MMCCCCXCIX. 1253.

JOANNES SCHILBERT = al. Scheubelius Belga sac. Theologiæ Professor flandrico sermone scripsit

Historiam S. P. Francisci excusam an. 1614. in 4., teste Martino Lippenio to. 1. Biblioth. Philosophicæ, & ex eo Joan. a S. Anton.

Sacrum misericordiæ Palatium Nicolai Gazæi ejusdem Instituti e gallico in latinum idioma vertit, prodiitque Treviris an. 1618. in 8. apud Jo: Schleuter.

MMCD.

* JOANNES DE SCOPETO provinciæ Tusciæ a Mariano Florentino recensetur apud Waddingum in Annal. Min. sub an. 1344. num. 8. inter eos, qui scientia illustres plurimum *scriptis* suis Sodalitium illustrarunt; sed quid scripserit, uterque reticuit, dumtaxat addentes, legisse eum in seculo Parisiis; nempe Theologiam, ideoque

Commentarios in 4. Senten. libros ex more illorum temporum verisimile est exarasse, & alia forsan Philosophica scripta.

* JOANNES A SECLI, quem hic recenset Joannes a S. Anton., est *Franciscus a Secli*, de quo actum

actum est supra, & ita vocatur a Waddingo, qui tunc vivebat.

MMCDI.

JOANNES SEGURA Hispanus provinciæ Beticæ, ut conjicitur, scripsit

Glossam in certamine Granatensi *pro Immaculatu Conceptione V. Mariæ* impressam cum aliis, teste Petro de Alva col. 832. Militiæ apud Jo: a S. Antonio.

MMCDII.

JOANNES DE SEPTIMIO provinciæ Tusciæ socius B. Joannis Firmani cognomento *Alvernicolæ*, cujus meminit autor suppar Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. in provincia Tusciæ, locoque Alverniæ de B. Joanne Firmano disserens, cujus morti an. 1322. interfuisse scribit,

Vitam & gestu præfati *B. Joannis Alvernicolæ* composuit, teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad annum 1322. num. 48.; & quidem in Ind. mss. codd., quibus usus est Waddingus in Annalium Opere concinnando, legitur etiam *Joannes de Septimio in Vita B. Joannis Firmani*: citatur ab Arturo in Martyrol. Franciscano.

MMCDIII.

JOANNES. SERRANO Hispanus provinciæ Conceptionis Regul. Observ., & Guardianus Conventus de Paredes vulgavit

Instructionem Viduarum Christianarum. Medinæ an.1554. in 8. apud Franciscum del Canto ex Nicolao Anton., & Jo. a S. Anton.

MMCDIV. 1254.

JOANNES SERRANUS = factus est Episcopus Acernensis in Campania felici sub Salernitano Archiepiscopo anno 1613., & post 24. annos administrationis obiit an. 1637. ex Ughello Ital. sac. to. 7. Agunt de eo Petrus de Alva, & Nicolaus Antonius.

Missæ sacrosanctæ, ac cæremoniarum, quæ in ejus celebratione fiunt, compendiosa expositio. Romæ 1626. in 8. apud Stephanum Paulinum.

Adversus pestem vitii conciones quadragesimales. Tom. 1. Cæsaraugustæ 1653. in fol. typis Michaelis de Luna: & to. 2. ibid., & eodem anno in 4. per Joan. de Ibar studio, & cura *Fr. Thomæ Frances* ejusdem Instituti.

Repertorium Historiarum Gallicarum Joan. Serrani impress. an. 1603. in 8., & Parisiis 1599. in 8. ex tomo 2. Biblioth. Barber. pag. 379., quod hic recensuit Joan. a S. Anton., est alterius *Joannis Serrani* autoris proscripti in 1. classe.

MMCDV. 1255.

JOANNES A SEXTOLA = oppido in montibus Mutinensis ditionis provinciæ Bononiensis Definitor, Claudiæ Mediceæ Archiducis Austriæ a sacris Confessionibus, doctrina, & vitæ integritate insignis, de quo Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor., Joan. a S. Anton., & Torrecilla in suo Catal. Scriptor. num. 392., scripsit etiam

Orationem in laudem S. Caroli Faventiæ in Ecclesia majori habitam an. 1615., ibique impressam an. 1616. in 4. per Jo: Simbenum; sed an. 1627. ait Joan. a S. Anton. to. 2.; forsan fuit 2. editio.

Instructionem ad bene, beateque moriendum. Œnipotenti 1633. in 4. apud Danielem Agricolam.

Orationem in laudem S. Apollinaris Episcopi, & Martyris civitatis Ravennæ Protectoris. Ravennæ anno 1635.

JOANNES SILVENCENSIS Belga Min. Capucin. provinciæ Belgicæ Minister, qui scripsit anno 1637. ex Aub. Miræo sec. 17. cap. 242., est *Jo: Evang. Silvaducensis*, de quo supra.

MMCDVI. 1256.

JOANNES SNELLINCK =

MMCDVII.

JOANNES DE SOLIS Truxillo Singiliæ Malacensis diœcesis natus, provinciæ Beticæ, & Granatensis Tertii Ordinis S. Francisci Definitor, & in Romana Curia Procurator, vir rerum gerendarum prudens, & in declamando facundus edidit Opusculum tit.

Demonstratio juris, de præcedentia nimirum debita suis alumnis, Fratribusque *supra Minimos FF. S. Francisci de Paula* impress. Neapoli an. 1641., quemadmodum refert Franciscus Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 38.

Apologiam pro 3. Ordine Franciscano. Granatæ an. 1677. in 4. apud Franciscum de Ochoa.

Memoriale latinum V. Tertii Ordinis de Pœnitentia ms. in 4. servatur Hispali in Biblioth. Conventus Dominæ nostræ a Consolatione.

Thesaurum Bullarum, & rerum antiquarum sacri Ordinis de Pœnitentia T. O. S. P. Francisci in tomos 3. distributum; extat ibidem.

Obiit circa annum 1696. in Cœnobio Dominæ nostræ de Remediis oppidi Syngiliensis ex Joan. a S. Anton. to 2.

MMCDVIII. 1257.

JOANNES SOMERIUS = Antonius Vood Anglus in Hist., & Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 76. testatur, se vidisse hujus scriptoris *Kalendarium* hoc titulo:

Calendarium secundum Fratrem Johannem Somer incip. *Istud Calendarium subsequens fuit factum ad meridiem Universit. Oxonien. anno Dñi* CIƆCCCLXXXVII.; in Biblioth. Cotton. Anglica sub Vespas. cod. 7. n. 2. extat ms. *Fr. Joannis Somur Ord. Minor. Algorithmus, & Kalendarium ad meridiem Universit. Oxoniæ una cum Tabulis astronomicis, & quibusdam notitiis historicis*. Romæ quoque in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ habetur *Joannis Semur Ordinis Minorum Calendarium compositum ad instantiam Principissæ matris Regis Angliæ Riccardi uxoris anno* 1385. ex Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 46. num. 1423.

Kalendarium tertium in eadem Biblioth. Cotton. sub Faustina cod. 2. num. 1.

Versus, & Kalend. habentur mss. Patavii teste Labbeo in nova Biblioth. ms.

Carmina ejus mss. habentur etiam Romæ in Biblioth. Baber. ex ejus Indice to. 2. pag. 398.

Joannis Semur Minoritæ Biblia versibus compendiose in Vatic. Bibliotheca ex libris olim Alexandri Petavii cod. 1372.; idem Opus tit. *Anonymi Compendium Bibliæ metrice, cujus singula carmina singula capitu continens*, habetur una cum Kalendario in cit. cod. Bibliothecæ Vatic. olim Reginæ Sveciæ ex Montfaucon pag. 46., & 66.

Chronica Conventus Villæ Briggewater Comitatus Somersatensis ms. servabantur in laudata Bibliotheca Cotton. sub Domitiano I. A. cod. 2. n. 1., ut notavit & Jo. a S. Anton.

MMCDIX.

JOANNES DE SORIA Hispanus: tres hujus nominis, & patriæ, nescio quo monumento, memorat Joannes a S. Anton., omnesque coævos; primum, quem appellat insignem Theologum, & vi-

tæ

tæ exemplaris nota insignitum, scripsisse dicit Compluti circa annum 1624.

Multiplicia consilia moralia, & regularia, quæ mss. asservantur Matriti in Biblioth. Conv. Reg. Observ. sub E. num. 38.

Alteri adjudicat

Enarrationem cujusdam miraculi S. Antonii Patavini. Oriolæ an. 1636. in 4. apud Vincentium Franciscum; &

Tractatum apologeticum, in quo dilucide ostendit Ministrum Generalem Regularis, ac Strictioris Observ. esse legitimum successorem S. P. Francisci, qui ms. habetur Matriti in Archivo Ordinis.

Tertium Joannem de Soria Buitron. Theologum edidisse ait

Epilogum Vitæ, ac miraculorum S. P. Francisci Conchæ an. 1649. in 4. per Salvatorem de Viader.

Epilogum Summarum, sive Compendium amplissimum rerum omnium, quæ in universis materiis Theologiæ moralis tractantur primo in communi, secundo in particulari resumptum ex Villalobos cum aliquibus additionibus. Ibidem an. 1650. in 4. per eumdem; postea Parisiis an. 1656. in 8. apud Simeonem Piget. In hujus *Epilogi Summam* lusit tetrasticho *Fr. Franciscus Magnesius* ejusdem Instituti.

MMCDX. 1258.

JOANNES STAFFORTIUS =

MMCDXI. 1259.

JOANNES STANDICIUS = ex Standisk familia antiqua, ac generosa in agro Lancastriensi ortus a patruo Henrico Standisk ejusdem Ordinis Min. Conv. Doctore, & Episcopo Asaphensi ad Collegium Æneinasi Oxoniæ amandatur circa an. 1524., annoque 1531. Doctoris laurea decoratur: scripsit autem

Tractatum contra protestationem Roberti Barnes tempore mortis factam. Londini 1540. angl. ex autore Hist., & Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 2. pag. 216., qui subdit, eum ad annum MDLIX. vixisse ex Tabulis illius Collegii, in quibus hæc habentur ad eum annum: *Magister Johannes Standishe sacræ Theologiæ Doctor Lancastriensis discessit*: unde legendum puto apud Pitseum de Script. Angl., & Waddingum *an.* 1559. pro 1556.

Quæstionem de Matrimonio, & divortio Henrici VIII., & Catharinæ scriptam a quodam Fr. Joanne Minorita evulgavit an. 1531. Petrus Paulus Caporella Italus Minorita Convent. Neapoli typis Antonii de Jubenis, teste Thoma Dempstero Eccles. Hist. Gent. Scot. lib. 9. num. 743.; suspicorque illius autorem fuisse hunc *Joannem*, nisi malint referri ad *Joannem Forestum* Anglum Catharinæ Reginæ a sacris Confessionibus; Sanderus tamen de Schism. Anglic. lib. 1. tradit, *Henricum* ejus patruum Episcopum Asaphen. an. 1529. hac de re pro Regina scripsisse.

De non edendis in vulgari sacris Bibliis adversus Erasmum anno 1520. ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed id tribuitur etiam *Henrico Standicio* ejus patruo; iste vero si scripsit, regnantibus *Philippo*, & *Maria* in Anglia, igitur inter ann. 1554., & 1558.; porro Rodulphius confundit Joannem cum Henrico, nepotemque cum patruo: Henricus scripsisse dicitur *contra versionem novi Testamenti ab Erasmo factam*; Joannes vero *de non edendis in vulgari sacris Bibliis*.

De unitate Ecclesiæ Anglicanæ lib. 1. Londini an. 1556. juxta nonnullos; sed Alfonsus Lassor to. Universi Orbis pag. 62. attribuit superiori *Joanni Stafforti*; at editionis tempus, & materia favent *Standitio* ex Pitseo, & Waddingo.

MMCDXII.

JOANNES A STIA oppido Casentinæ regionis in Tuscia Regul. Observ. Definitor suæ provinciæ, Cœnobii Alverniæ pluries moderator, ac Ordinis sui Procurator, humanioribus literis etiam delectatus nonnulla scripsit, quæ leguntur, ut

Capitulum de Vita, & Stigmatibus S. Francisci versu vulgari, italicoque in *libro Carminum sacrorum* Silvestri Puppiensis ejusdem Instituti Regul. an. 1606. Florentiæ vulgato. Obiit in Monte Alverniæ an. 1568., cum extitisset *concionator* tota Italia celeber, ut refert Augustinus Milius in Dialogo Montis Alverniæ lib. 3. cap. 4., & Anton. Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 6., de quo & Joseph Manuccius par. 2. Gloriæ Clusentini pag. 65.

MMCDXIII.

JOANNES STOBNICENSIS Polonus primùm Doctoris lauream an. 1494. in Academia Cracoviensi consecutus, quadriennio post in eadem Academia munus primarii Lectoris Philosophiæ obtinuit: exinde seculo relicto, Institutum S. Francisci Min. Observ. suscepit, ubi cum multis annis docuisset, sui *magistri Michaelis Parisen. Philosophiæ Professoris*

Scripta ad mentem Scoti typis edi curavit.

Parvulus Philosophiæ naturalis cum expositione textuali, ac dubiorum magis necessariorum dissolutione ad intensionem Scoti congesta in Studio Cracoviensi a Joanne Stobnicensi artium Magistro, impres. Cracoviæ anno 1507. in 4. parvo impensis Domini Joannis Haller civis Cracoviensis, cujus in libri initio *Thomas Posnaniensis* adjecit decasthicon de *excellenti Philosophiæ utilitate*: & videtur 2. editio ex epistola nuncupatoria autoris. Extat liber Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonaventuræ Min. Conv.

Quæstiones in universa Philosophia subtilissimas scripsit, quas *Thomas Posnaniensis* ejus discipulus ad mentem etiam Scoti simpliciter conclusit: ut ex Simone Strarovolcio de Scriptor. Polon. A. n. 32. perhibet ipse Waddingus in Annal. Min. ad an. 1499. num. 23.

Elogium a Jacobo Vitellio ei positum versibus refert cit. Starovolcius; de eoque & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCDXIV.

JOANNES STOMMELIUS ita dictus a *Stommel* oppido ducatus Juliacensis non procul a Rheno fluvio, provinciæ Coloniensis Min. Conv. alumnus, ac bonarum literarum cultor egregius scripsit

Orationes varias latinas, & elegantes, inter quas illam ab eo in patria habitam incip. *Quod veteribus illis &c. adversum Paulum Jovium pro Jo: Scoti morte*, teste Petro Rodulphio lib. 3. in *Jo: Duns Scoto*, qui & scribit, eum Bononiæ auditorem habuisse circa annum 1570.; de eoque & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1308. num. 30.

MMCDXV. 1260.

JOANNES A SYDERNO = Calaber, de quo Dionysius Genuen., & Joan. a S. Anton. secuti Waddingum.

MMCDXVI.

JOANNES DE SYLVA Hispanus prov. Castellæ Reg. Observ. eruditus concionator, & Regius Confessarius vulgavit

De recta administratione temporali, ac spirituali Indiarum. Matriti 1621. in fol. apud Viduam Ferdinandi Correa.

De prædicatione evangelica inter Indos. Ibidem 1613. in fol. typis Regiis ex Joan. a S. Anton. to. 1. & 3. in append.

MMCDXVII.

JOANNES SINTHEN, ut mihi videtur, Germanus natione, & provinciæ superioris Germaniæ, seu Argentinæ scripsit *librum Grammaticalem*, nempe

Glossam super 1. & 2. partem Magistri Alexandri (scilicet *de Villa Dei*). Argentinæ an. 1599. in 8., teste Joan. a S. Anton. pag. 222., qui & addit, se illum vidisse in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ; sed forte legendum 1499.

MMCDXVIII.

JOANNES A TALIACOTIO Aprutii oppido Reg. Observ. S. Joannis a Capistrano socius, quem commendavit suis literis Angelus Reatinus Episcopus apud Amandum Hermanum in Capistrano Triumphante fol. 649., scripsit

Historiam longam, & exactam de morte ejusdem S. Joannis Capistran., cui præsens fuit, per modum *epistolæ ad B. Jacobum de Marchia* an. 1461. datæ, quam refert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1456. num. 81. & seqq. usque ad num. 91.

Historiam, seu Relationem victoriæ de Turcis apud Belgradum divinitus obtentæ opera S. Joannis Capistran. jussu ejusdem B. Jacobi Piceni se quoque scripsisse indicat ipse sub initium superioris *Historiæ*, seu *Relationis* de morte memorati S. Joannis Capistran. De hoc agit & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCDXIX.

JOANNES A TERRANOVA in Calabria Ord. Min. Capuccin. concionator scripsit idiomate italico Opusculum

De origine, & principiis suæ Congregationis Capuccin. an. 1571. in Sicilia impressum, quo usus est Papebrochius in prævio Comment. ad Vitam *B. Felicis* Capuccini to. 4. Maji die 18. Act. SS. Bolland., illudque latine factum pro appendice ad Vitam *Beati* publicavit.

Obiit Galatri an. 1573. ætatis suæ 70. ex Boverio in Annal. Capuccin. ad eum an. num 4., qui tradit floruisse ea pietatis, ac religionis opinione, ut prophetiæ dono illustratus occubuerit sanctitatis fama, & miraculis pluribus a Deo decoratus; sed eum quidquam scripsisse non commemorat. Videatur Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.

MMCDXX. 1261.

JOANNES TERRONES = Regul. Observ. scripsit vernacule ex Joan. a S. Anton., & autore Chron. illius provinciæ pag. 125. Non video, cur idem Jo: a S. Anton. to. 2. hunc diversum faciat ab alio *Joanne Terrones*, quem appellat *prov. Granatensis*, & typis dedisse ait

Concionem de Immaculata Conceptione V. M. Granatæ an. 1616. in 4. apud Martinum Fernandez ex Marracio in Biblioth. Mariana, & Petro de Alva in Militia. Ego quippe unum, eumdemque esse censeo.

MMCDXXI.

JOANNES TERTIUS Bergomensis Min. Conv. sac. Theolo. Magister in Ticinensi Gymnasio publicus Theologiæ Professor extitit, quo munere Tridentino Concilio interfuisse legitur, eoque etiam bis legatus asseritur, semel a Mediolanensi Senatu, & iterum ab Episcopo Bergomensi N. Cornelio, cujus Theologus, & a sacris Confessionibus erat: suæ provinciæ *Minister* erat an. 1549., & 1550., & anno 1563. Commissarius Generalis; sed & in Regesto *Vicarii Generalis* sui Ordinis *Felicis Peretti* sub an. 1566. die 10. Junii legimus ei potestatem esse factam commorandi extra claustra, & legendi Theologiam Bergomi ad preces Domini Episcopi Friderici Cornelii. Decessit autem ex hac vita an. 1572. in patria funebri oratione laudatus, relictis sui ingenii monumentis, quæ in majori suæ patriæ Ecclesia exposuerat, quæque mss. asservari prodit Donatus Calvus in Scœna Liter. Bergom. par. 1. Errat Joan. a S. Anton. to. 2., cum ait, obiisse *Mediolani*, & *Opera* ejus edita fuisse. Sunt autem

Declaratio libri Proverbiorum cum sermonibus ad mores accomodatis.

Expositio libri Ecclesiastici.

Sermones super Ecclesiasticum italice habiti Bergomi in primario Templo.

Libri Job, & Tobiæ illustrati.

Casuum conscientiæ decisiones juxta ea, quæ passim Confessariis occurrunt, latine in majori Ecclesia Bergomensi habitæ.

Fragmenta in Apocalypsim.

Miræ, quæ cadunt de mensa Domini, hoc est de Eucharistico mysterio ponderationes.

De eo agit Nicolaus Comnenus lib. 3. cap. 21. tomo 1. Historiæ Gymnasii Patavini, & Marius Mutius par. 3. Fratrem germanum *Augustinum* nomine ejusdem Instituti Regul. habuit celebrem verbi Dei *prædicatorem*, ad quem scripsit Petrus Aretinus epist. lib. 6. *prædicatori Tertio* Venetiis data anno 1554., cujus cum laude meminit cit. Calvus. Ejusdem gentis, & Instituti extitit & P. M. *Joseph* præceptor P. M. Matthæi Ferchii in Logica, ut ipse Ferchius testatur in Vita Jo: Scoti cap. 5. num. 13., & vivit nunc P. M. *Alexander* virtutum suorum gentilium magnus æmulator, de quo in *Continuatione*. De *Hieronymo Tertio* insigni Theologo suo loco dictum est. P. M. *Marcus Tertius* Parochus S. Euphemiæ, & familiaris S. Caroli Borromæi fuit, qui in illius cubiculo habitavit, dum anno 1575. Visitatoris Apostolici munere fungeretur.

MMCDXXII. 1262.

JOANNES TISSERANDUS = memoratur a Genebrardo in Chronico ad an. 1492. inter Scriptores Eccles., & *Tesseranum* dicit: extitisse autem eum a consiliis, sacrisque Confessionibus Annæ Galliarum Reginæ, & anno 1494. Lugduni diem obiisse tradit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum; quo quidem anno Parisiis initium cœpisse *Ordinem Pœnitentium Mulierum* ex prostitutis in honorem S. Mariæ Magdalenæ prædicationibus Fratris Joannis Tisserandi literis mandarunt Til., & Genebr. in Chronicis apud Spondanum in Continuat. ad eum an. num. 13., qua de re Abbavillæus par. 3. Biblioth. concionat. cap. 76. scribit: *Enituit potissimum, cum exaltaret vocem suam quasi tuba cœlestis, ut facinorosos quosque, & plures mulieres* ad

ad libidinem prostitutas ad pœnitentiam converteret: cujus insigne est testimonium, quod anno 1495., quo maxime vigebat fama concionum ipsius, novus Ordo Mulierum Pœnitentium Parisiis institutus est. De eo in Memoriali Ord. Min. apud Firmam. 3. Ord. sub 37. Ministro Generali; in Chron. S. Franc. par. 3. lib. 7. cap. 29., ubi dicitur *Doctor Parisiensis*; Arturus ad diem 7. Augusti §. 7., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Legenda, seu *Historia de SS. Martyribus Marochiorum* vulgata est a Jo: Bollando to. 2. Januarii ad diem 16. ex ms. Cœnobii Corandocani Canon. Regul. Scripsit quoque

Adventuale, seu *conciones* tempore *Adventus Domini*, quæ editæ fuerunt Parisiis anno 1517. in 4. typis Petri Vidove cura, & studio *Fr. Petri a Monte* docti Minoritæ, qui in laudem autoris nobile addidit *epigramma*. Ejusdem *sermones* 5. excusi leguntur a fol. 994. Operis inscripti: *Monumenta antiqua Seraphica* Petri de Alva, & ex ejus concionibus Adventualibus nonnullas adducit Abbavillæus loco cit.

MMCDXXIII. 1263.

JOANNES TISSINGTONUS = de quo Pitseus, & autor Hist. Universit. Oxonien. to. 1. lib. 1. pag. 76. præter nostros; ejus

Confessio contra Wicklefum extat ms. inter codd. mss. Biblioth. Bodlejanæ to. 1. fol. 174. in Fasciculo zizaniorum Jo: Wickleff cum tritico num. 5., teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1400. in *Thoma Nettero Waldensi*

MMCDXXIV.

JOANNES DE TOMANIS a Lucarno provinciæ Mediolanen. Minor. Conv. sac. Theolo. Magister Romæ publicus Theologiæ Professor, a Clemente VII. Pœnitentiarii Apostolici munere, aliisque donis cohonestatus obiit Comi an. 1540., cum edidisset *multa* præclara suæ doctrinæ *monumenta*, inquit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 23. ex Ballarino in Hist. Comen.; sed quæ fuerint, non edisserit.

* JOANNES DE TORQUEMADA Hispanus = V. *Joannes a Turrecremata*.

MMCDXXV. 1264.

JOANNES E TREVIO = sac. Theologiæ Magister provinciæ S. Francisci, Umbriæque Minister, & in Siciliæ regno *Vicarius Generalis Maræ magnum* (forsan illud Sixti IV.) imprimi curavit ex Rodulphio lib 3. Obiisse autem eum *Suessæ*, error est Willoti, a quo Possevinus, & Waddingus acceperunt, ex male intellecto Rodulphio, qui ibi in *Jo: de Trevio* non hunc, sed *Decium Nolanum Vicarium Generalem in provinciis regularibus* habet obiisse Suessæ: sicut & error est Abbatis Picinelli in Athenæo Liter. Mediolan. asserentis hunc e *Tritilio* agri Mediolanensis oppido fuisse, cum fuerit ex *Trebio*, vulgo *Trevi*, unde *Trebiates* Plinii lib. 3. cap. 14. in Umbria.

Orationem aliam de veri Messiæ adventu incip. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Dominica die 2. Adventus Domini an. 1472. VIII. Idus Decembris habuit coram Sixto IV., quam una cum duabus aliis excusam Romæ in 4. vidi Bononiæ in Biblioth. S. Franc. Min. Conv.

MMCDXXVI.

JOANNES TRIGOSUS Hispanus, ut videtur, prov. Aragoniæ, frater forsan, vel consanguineus Fr. Petri Trigosi Capuccini, edidit

Seminarium rerum prædicabilium ex S. Bonaventura. Parisiis 1613. in 12., testibus Fr. Petro de Alva col. 840. Militiæ, & Joannes a S. Antonio to. 2.

MMCDXXVII. 1265.

JOANNES A TRINITATE = in oppido Calzadæ diœcesis Abulensis ortus prov. S. Gabrielis Discalc. in Extremadura bis Minister, Commissarius, Visitator provinciarum Carthagin., Angelorum, SS. Jacobi, Josephi, & Pauli, & Algarbiorum in regno Lusitaniæ: obiit an. 1645. die 29. Septembris ex Joan. a S. Anton. to. 2., ejusque liber

De transformatione animæ in Deum super caput 8. *Canticorum* prodiit an. 1633. in 8. Ulyssipone typis Laurentii Craebeck.

Chronica provinciæ S. Gabrielis. Hispali an. 1652. in fol. Ejus *Chronicon* citat autor vitæ S. Petri de Alcantara Joan. a S. Bernardo lib. 7. cap. 31., & lib. 1. cap. 38. sicut & cap. 16. ejusdem libri, ac lib. 2. cap. 7.

Apologias duas pro Discalceatis hispanice confecit, quæ prodierunt in 4., quarum primæ meminit Antonius Truxillo to. 2. Chron. prov. S. Gabrielis lib. 8. cap. 24.

Apologiam pro vera filiatione S. Petri de Alcantara impress. in 4., de qua Martinus a S. Joseph to. 2. Chron. prov. S. Joseph in fine.

Opuscula apologetica alia extant in Archivo suæ provinciæ, & in Bibliotheca Conventus Dominæ nostræ de Antigua.

Triumphus Catholicæ Religionis contra Judæorum defensores impressus sub nomine cujusdam Minoritæ *Hispani ex Discalceatis provinciæ S. Joseph* tribuitur *Fr. Joanni a SS. Trinitate Valdepenas* ex Joan. a S. Anton. in Append. to. 3. num. 33. *Anonym.*, cujus ait *plura Opera* inedita haberi in Tuscia in Conventu S. Petri de Alcantara *de la Ambrosiana*, & & in his agi de impressione Operis egregii prænotati: *Summarium vitæ christianæ*.

MMCDXXVIII. 1266.

JOANNES A TURRECREMATA = Hispanus prov. S. Evangelii in America Regul. Observ. Minister composuit hispano sermone

Monarchiam Indiarum in XXII. libros, & tres tomos in fol. distributam &c. Hispali an. 1605. per Matthiam Clavijo, & nuper Matriti ex Joan. a S. Anton. to. 2. Waddingus ait impress. an. 1615.

Vitam V. Fr. Sebastiani de Apparitio ejusdem Ordinis. Tlatiluci 1600. in Collegio S. Jacobi typis Didaci Lopez Avalco, mox Hispali 1605. in 8. ex Joan. a S. Anton.

De eo eo Nicolaus Anton., & Ventancurt in Catalogo AA. prædictæ provinciæ.

MMCDXXIX. 1267.

JOANNES A TURRIBUS = cujus

Comment. in 3. Regulam S. Francisci una cum sacris colloquiis prodierunt Matriti an. 1631. typis Regni; estque 2. editio. *Joannes de Torres in practicis exhortationibus super 3. Regulam S. Francisci* citatur ab Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 19. Novembr. §. 3., eumdemque puto cum *Joanne a Turribus*; qui edidit etiam

Expositionem doctrinæ christianæ juxta editionem Matriten. an. 1623. in 8. apud Thomam Juncti ex Joan. a S. Anton., qui carpit Nicolaum Antonium alteri *Joanni Tertiario Franciscano* hanc *Expositionem* in Bibliotheca Hispan. tribuentem; extat-

que a fol. 135. *Comment. in 3. Regulam* ex eodem Joan. a S. Anton.

Librum sub titulo: *Esca animæ*. Matriti an. 1625. in 16. typis Theresiæ Juncti; estque septima editio.

Vitam S. Elisabeth Reginæ Lusitaniæ. Ibidem anno eodem 1625. in 8. vernacule ex Regia Typographia.

Tertiam partem Abecedarii spiritualis Fr. Francisci de Ossuna Hispqui ejusdem Instituti publicavit Matriti an. 1638. in 4. typis Regiis, spem faciens novæ editionis totius *Abecedarii*, teste cit. Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 417. in *Francisco de Ossuna*.

M M C D X X X. 1268.

JOANNES TYTHLESHALE = ante Possevinum, & Pitseum Petrus Lucius Carmelitana in Bibliotheca hunc dixit *Carmelitam*, citatque Indicem Jacobi de Plebe Ordinis Servorum; eumdem Jacobum Servitam citat & Possevinus in Appar. sac., & tamen hunc *Minoritam* appellat; & uterque scribit claruisse *an.* 1534. cum errore: quare nullus dubito, quin Jacobus ille Plebanus a Lucio, & Pitseo secutus erraverit etiam in Instituto Regulari, cum videam, neque Trithemium, neque Speculi Carmel. autorem, neque Fornarium Camelitam in Anno memor. Carmel. hunc inter suos enumerare. Joan. tamen a S. Anton. to. 2. hunc prætermisit.

* JOANNES VALENSIS, seu Vallensis, al. de Wallia = V. *Joannis Gualensis*.

M M C D X X X I.

JOANNES VALENTINUS Hispanus provinciæ Aragoniæ an. 1480. florebat, ediditque

Doctrinale salutis, teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad eum an. num. 12. De eo & Joan. a S. Anton. to. 2., sed errat, dum citat Waddingum ad an. 1440.

M M C D X X X I I. 1269.

JOANNES VALLONUS = non *Vallo* Reg. Observ. Lector Generalis in Cœnobio Neapolitano, a Joanne a S. Anton. to. 2. dicitur Definitor Generalis apud Couventuales electus anno 1535. ex Bonaventura Fassano de Memorabil. Minoritis provinciæ S. Nicolai par. 2. cap. 3. §. 00.; sed cum in editione prima a me inspecta dicatur *Reg. Observ.*, crediderim ad hos a Conventualibus transiisse: Opus suum inscriptum:

Lectura Joannis Vallonis a Incrnatio &c. super formalitates Scoti compilatas per Antonium Syretti dicavit Herculi Gonzagæ Card. Mantuano; vulgavitque primum Neapoli 1533. in fol. per Mag. Matthæum Brixiensem, quæ editio extat Romæ in Bibliotheca Conventus SS. XII. Apostolorum; postmodum Venetiis an. 1566. in fol. typis Hieronymi Scoti, quæ editio habetur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci; deinde Perusii an. 1570. in 8. operâ *Fr. Constantii a Sarnano* Min. Conv. ad Felicem Card. Perettum missa, quam editionem vidi in nostra Bononien. S. Francisci Bibliotheca, & tandem Parisiis an. 1585. in 8. cura *Fr. Joannis Barraud* Minoritæ Galli typis Gulielmi Bichonii ex cit. Jo: a S. Anton. to. 2.

Summam de regimine vitæ humanæ non Joannes Vallonus, ut vult Waddingus, eumque secutus Joannes a S. Anton., sed *Joannes Wallensis*, seu *Gualensis* composuit, ut supra in *Joanne Gualensi* seniore ostensum est; nam *Joannes Vallonus* scribebat anno 1565. Memorat hunc Rodulphius lib. 2. fol. 278. in prov. S. Nicolai, & Custodia Barolitana, sed inter Min. Conv.

Alius *Joannes a Vallono* Lector Salernitanus Ord. Min. vivebat an. 1331. a Rege Roberto datus socius Landulpho Caracciolo Archiepiscopo Amalphitano ex Annal. Min. ad eum an. num. 6.

M M C D X X X I I I.

JOANNES VARGAS Hispanus Regul. Observ. prov. S. Michaelis vernacule vulgavit

Orationem in exequiis D. Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ. Matriti anno 1612. in 4. per Ludovicum Sanchez ex Jo: a S. Anton. to. 2.

* JOANNES VARRO, quem hoc loco interserit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 229. ex Marracio, Daza, & Marco Ulyssipon. apud Petrum de Alva col. 848. Militiæ, est *Gulielmus Warro*, ut notavi ibi; & ipsemet Waddingus in *Gulielmo Varrone* scribit, a Pico Mirandulano per errorem dici *Joannem*.

M M C D X X X I V.

JOANNES VASCO seculo XIV. exeunte florebat poësi, cujus

Biblia mellificata, idest versibus exposita, ac versificata anno 1395. extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. inter libros Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfancon to. 1. Biblioth. mss. pag. 46. cod. 1425.: incipit a *primo lib. Argum* ex Jo: a S. Anton. to. 2., qui hunc habet ex Jacobo LeLong pag. 798. suæ Biblioth. sacræ; sed errat, dum ait claruisse anno 1595. Nescio, an sit ille *Vasco* autor *Chronicorum antiquorum* Ord. Min. in an. 1373. desinentium.

M M C D X X X V. 1270.

JOANNES A VEGA = de quo & Nicolaus Anton., & Didaeus Cordubensis Chron. prov. XII. Apostolorum lib. 6. cap. 7., & ex his Jo: a S. Anton. to. 2.

* JOANNES VERRI = V. *Joannes a Curianova*, qui idem est, etsi Joan. a S. Anton. putavit, & fecit diversos.

M M C D X X X V I. 1271.

JOANNES VIGERIUS = a *Vorragine*, al. Varagine agri Genuensis oppido dicitur in Bulla Clementis VII. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraphici sub an. 1533. num. 7., Gometii Hispani Min. Conv. Vicarii Generalis primum, mox Archiepiscopi Nazareni auditor, ut ipse fatetur in epist. ad Clementem VII. libro suo præfixa, & in altera ibidem ad Lectorem, in qua scribit se & Papiæ, & in urbe Romana plures annos publice Philosophiam docuisse; postea sui Ord. Conventualium summus Præfectus constituitur an. 1629. in Comitiis Gener. Spoleti celebratis; cum & Cæsaris Procurator extiterit ad componenda fœderis acta, pacemque procurandam, teste Rodulphio lib. 2. fol. 196.; demum anno 1534. die 19. kal. Februar. creatur Episcopus Chiensis in Ægeo a Clemente VII. ex cit. Bulla Indic. Bullarii Seraphici.

In hujus Operis laudem *epigrammata* ediderunt *Fr. Philippus Placentinus* Theologus a Secretis Ordinis, Orientisque provinciæ Minister, & *Fr. Ludovicus a Pontremulo* Theologus, Ordinisque Socius. Hujus viri agunt & Oldoinus in Athenæo Ligustico, & Jo: a S. Anton. to. 2.

M M C D X X X V I I.

JOANNES VITALIS Hispanus, qui an. 1380. reperitur interfuisse Conventui in Villa Metinæ de Campo Salmanticensis diœcesis a Joanne Castellæ, Legionisque Rege convocato super exorto nuper schismate inter Urbanum VI., & Clementem VII. ex

ex Actis apud Baluaium in Notis Papar. Avenion. to. 1. col. 1281.; jam Doctor Parisiensis an. 1390. interfuit revocationi a Fr. Joanne Nicolay Jacobita Parisiis factæ, ut apud Carolum de Plessis in Collectione judiciorum de novis erroribus to. 1. p. 2. pag. 144.; & anno 1395. erat provinciæ Castellæ Minister; memoraturque in historia Martyrii Joannis de Cetina, & Petri de Dueñas apud Marcum Ulyssipon. par. 3. Chron. S. Franc. lib. 1. cap. 12.; cum esset ecclesiastes eximius, scripsit an. 1389.

Tractatum, seu *Sermonem de Conceptione B., & gloriosæ Virginis Dei Genitricis*: incip. *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te* &c. *Magistri mei reverendi, & fratres charissimi, ut gratia almi Spiritus* &c.; qui est ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 3971. juxta Labbeum in brevi Chronologia Scriptor. Eccles.; & in cod. Thuano num. 264., teste eodem in nova Biblioth. mss. libror. par. 1. pag. 29.; ejusque meminit Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 4. p. 3., ubi autorem *excellentissimum Theologum* appellat.

Defensorium, seu Apologia pro immunitate V. Mariæ a peccato originali adversus Fr. Joannem de Montesono, ejusque asseclas an. 1387. contendentes, dicit Petrus de Alva, & Astorga in Armament. Seraph., & in Nodo indissolub.; & Strozaa lib. de Concept. B. V. *Vitalis Defensorium* citat Daniel Meyerus an. 1510. in *Corona Doctorum* pro Immacul. Concept. V. M. præmissa quæstioni 237. Mag. Jo: de Colonia p. 176. §. *miracula*; & in 5. libros divisum editum est Lovanii an. 1665. in 4. m. operâ Fr. Petri de Alva, qui de eo agit etiam col. 852. Militiæ univ. Hoc Opus illud puto, quod Bernardinus Busti appellat *tractatum de Concept.* loco supra cit.

Hujus autoris mentionem fecit & Joannes Aymerici in Basileensi Concilio pro Immacul. Concept. V. Mariæ causa Procurator apud Jo: Card. Turrecremata in tract. de Verit. Concept. par. 3. cap. 4., & par. 6. cap. 28., Marracius in append. ad Biblioth. Marian. ex Jo: Eusebio Nierenberg., Abulensis in prolegomenis sac. Script. cap. 1., & Joan. a S. Anton. to. 2. Alfonsus a Spina Hispanus Minorita autor *Fortalitii fidei* lib. 3. consid. 5. §. ad 4. argumentum citat *Jo: Vitalis Sermonem Nativitatis B. V.* incip. *O pulcherrima inter mulieres*; quem vocat *Doctorem Illuminatum*; sed incertum, an de isto, vel potius de *Vitali a Furno* Card., ut probabilius videtur, sit locutus.

MMCDXXXVIII. 1272.

JOANNES VITODURANUS = vulgo *Winterthar* in Helvetia oppido; de eoque agit Vossius lib. 3. de Hist. Latinis cap. 9., Possevinus in Appar. sac., & Hottingerus in Bibliotheca Tigurina lit. V. v. *Vitoduranus Joannes*.

Historia universalis extat ms. Tiguri in Bibliot. Universit. cod. 31. in 4., teste cit. Hottingero pag. 175., quam quidem Gulielmus Leibnitzius in *Accessionibus Historicis* to. 1. publicavit Lipsiæ anno 1698. in 4. apud Nicolaum Forsterum to. 1., sed mutilam, interpolatamque, ut nec tertiam Chronici partem contineat; de qua re legendus Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1340.; extat vulgatus & Lipsiæ an. 1723. in fol. inter Scriptores medii ævi Joan. Georgii Eccardi to. 1. num. 24. Vide Acta Erudit. Lipsien. m. Martio an. 1698. Extat ms. & in Biblioth. Vatic. inter libros olim Reginæ Sveciæ ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 21.

MMCDXXXIX.

JOANNES VOGHELSANCH Batavus *Tertii Ordinis* S. Francisci vir pius, & doctus, & a sacris Confessionibus Monialium S. Claræ in urbe Montis S. Geltrudæ Bergæ, cum diu pro fide catholica ab hæreticis Geuseis in carcere detentus fuerit, circa an. 1573. scripsit patriâ linguâ

Historiam persecutionis Catholicorum sui temporis, ut legimus ex Gonzaga par. 3., aliisque illorum temporum scriptoribus in 4. parte Chron. S. Franc. lib. 7. cap. 1.

* JOANNES UTINENSIS = V. *Joannes a Mortiliano*.

MMCDXL.

JOANNES WADLOKUS Deidonensis Scotus Philosophiæ, ac Theologiæ studiis magnopere exercitatus, literarum vero elegantium progressu nemini sua tempestate secundus; ut & provinciæ suæ Minister extiterit, & Episcopatus dignitatem a Rom. Pontifice oblatam fortiter recusarit, *nullius rei cupidus, nisi divini honoris*, inquit Magnus Macolo in Continuat. Scoti Chronici apud Dempsterum Hist. Eccles. Gent. Scot. lib. 19. n. 3184., qui addit floruisse anno 1541.; sed cum lib. 12. num. 911. dicat *Magnum Macallochum*, seu *Macolocum* floruisse 1482., error alicubi cubat, & fides sit apud hos autores maxime Dempsterum, qui ait ejus ingenii monumenta relicta extitisse

In Methеora lib. 4.

De planetarum cursu, conjunctione, domibus, verisque nativitatum judiciis lib. 1.

De terræ mensura lib. 1.

De loco Paradisi lib. 1.

De maris proprietatibus lib. 1.

* JOANNES WALLIUS Anglus ex Parisiensi Theologo Episcopus Wigorniensis ex Fr. Angelo de S. Francisco, Piseo, & Harpsfeldo ponitur hoc loco tamquam scriptor *multorum librorum edit.* circa an. 1316.; verum qui ex Franciscanis fuit eo tempore Episcopus Wigorniensis, vocabatur *Gulielmus Gainesburgus* Anglus, de quo supra actum est; *Jo:* vero *Wallius* seu *Walensis*, & *Galensis* floruit anno 1280.; sed non fuit Episcopus Wigorniensis, & de eo actum est suo loco; cumque fuerit Cœnobii *Wigorniensis* alumnus, facile confusus est cum Gulielmo Episcopo Wigorniensi.

MMCDXLI. 1273.

JOANNES WALLNODORPIUS = *Vallendorpius* dicitur a Willoto, & Possevino provinciæ Coloniensis, ditionisque Trevirensis, qui ex Joan. a S. Anton. to. 2. *conciones plures* edidit.

MMCDXLII. 1274.

JOANNES DE WERDENA = *Werdeus* dicitur a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 2. cap. 22. ex antiquis scriptoribus insignis Philosophus, ac Theologus, ac verbi divini facundus prædicator floruisse circa an. 1440., non 1330.

Sermones de Tempore duplices incipiunt: *Induamur*, teste Trithemio.

Sermonarium tit. *Dormi secure* jam typis impress. sine nomine autoris est hujus *Joannis*, teste Colvenerio to. 2. Kalend. Marian. fol. 6.; etsi Waddingus id attribuat *Matthæo Hus*, & prodiisse ait Norimbergæ an. 1486. apud Anton. Koberger. Titulum: *Dormi secure*, quo sermones prænotantur, merito cum multis sugillat Ludovicus Bail in Biblioth. concionat. V. *Matthæus Hus* infra.

Sermones de Sanctis prodierunt Lugduni an.

1488. typis Nicolai Philippi in 4. m., & post alias editiones reviai, emendati, & notia illustrati a Rodulpho Clutio Ord. Præd. cusi aunt Coloniæ an. 1612. tomia 2. ex Joan. a S. Anton. to. 2. typis Buchardi Kuicii; deinde anno 1616. typis Joan. Crithii; & 1625. in 4. typis Petri Kennigii ex Jac. Echardo to. 2. Biblioth. Ord. Prædic. pag. 468., ubi dicit *Sermones Dominicales, & de Sanctis Dormi secure* inscriptos sine nomine autoris.

Sermones Dominicales prodierunt & ipsi Lugduni an. 1488. apud HH. Simonis Vincentii in 4., in qua editione minime invenitur quædam propositio *de Conceptione S. Aaae* a non paucis sugillata, unde immerito huic autori adscribitur. Excusæ aunt postea ejua *coacioaes* Parisiis an. 1507. typis Jo: Barbier, & Argentinæ 1521. in fol. parvo, & alibi. Ex istia aliqua deprompsit Ludov. Bail par. 3. Biblioth. concionat. cap. 84. pag. 388., ubi per errorem hunc Hieronymianis adscribit: & perperam Dupinua sec. XIV. cum Operibus deperditis prædictos *Sermoaes* enumerat.

Sermoaes Ioannis de Werdy mss. cum aliis diversorum autorum habentur in Biblioth. S. Benigni Divionen., ut asserit Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1260. in *Gilberto Toraacen.* cod. 186., si tamen est idem cum *Joauae Verdens*.

MMCDXLIII. 1275.

JOANNES WICHINGHAMUS = nescio, an ait idem, ac *Joanaes Viccamus*, quem Waddingus supra in *Galielmo Nottinghamo* dicit in *Compendiam* redegisse 4. *libros Comment. ejusdem Nottinghami Aagli in Evangelia*. De eo Pitseus, & alii.

MMCDXLIV. 1276.

JOANNES WINCHELSÆUS = de quo agit Pitsena, Angelus a S. Francisco, & Jo: a S. Anton. to. 2., qui male ait, de eo Pisanum agere.

MMCDXLV.

JOANNES WODNIANENSIS Bohemus, alumnus Conventua SS. Angelorum prope Orazdovich, vir pietate, literisque clarua circa an. 1470. scripsit

Dialogum de controversia Conceptionis B. V., cum *rhytmo* lingua vernacula; in quo Henricus Stravicowski Magni Cancellarii filius proponit, & Fr. Joannea eruditione, ac doctrina resolvit, teste Thoma Strozza lib. de Concept. B. V., qui asserit etiam cod. ms. Crumlaviæ in Moravia in Collegio Soc. J. haberi, lib. 7. cap. 21.

MMCDXLVI.

JOANNES WOLFIUS Germanus Striet. Observ. Reformator. provinciæ Tiroli edidit Opus tit.

Schola meditationum vernacule, ex Felice Reineccio in Descriptione Histor. ejusdem provinciæ ms. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCDXLVII. 1277.

JOANNES XIMENES = Xericensis in Betica Theologua, & suæ provinciæ tertio Minister, & fundator Congregationia S. Philippi Nerii in Valentina civitate, vir vitæ sanctimonia, ac doctrina illustris scripsit partim

Vitam B. Paschalis Baylon an. 1598. idiomate hispanico sub tit. *Chroaici*, annoque 1601. Valentiæ impressam dicavit Philippo Hispaniarum Regi, ex cujus cap. 1. discimus, eum *B. Paschalis* discipulum extitisse: quæ etiam italice facta, vel ex ea plane ducta a Baretio exhibetur in 4. par. Chron. S. Franc. Venet. 1608. edita lib. 9. cap. 1. usque ad 66. Christophorus item ab Arta ejusdem Instituti, & Canonizationia prædicti Beati procurator hujua *Vitæ* aliam versionem italicam adornavit, publicavitque Romæ an. 1672.; sed & Act. SS. Collect. Bollandii latine factam, perpaucis, omissis, dederunt anno 1685. Antuerpiæ to. 4. Maji ad diem 17. Illud tamen *Chronicon* præter hanc *Beati* Vitam continet etiam

Vitas Fr. Alphonsi Lupi, aliorumque trium venerabilium Fratrum Discalceatorum hispan. in 7. cap. divisas ibi in dicta 4. parte Chron. lib. 10. cap. 1. & seqq.; nec non lib. 8. cap. 60. usque ad 66. nonnullorum aliorum Fratrum ejusdem provinciæ Vitas refert.

Chronica V. Fr. Antonil Sabriai, ejusque proviaciæ ms.

Chroaica V. Fr. Andrææ Hybernon ejusdem Instituti, de cujua Canonizatione anno 1732. agebatur, ms.

Examen casuum occurrentium in articula mortis non hujus Joannis, sed alterius esse docet Joan. a S. Anton. to. 2.

Manuale Theologicum, & Juridicum &c. etiam alterius Joannis, de quo infra, non hujua ex cit. Joanne a S. Anton.

De oratione mentali. Valentiæ 1627. in 8. ex eodem.

Exercitia spiritualia. Ibidem anno 1622. in 16. ex eodem.

Exercitia diviaa Nicolai Eschii hispanice translata prodierunt etiam Hispali an. 1614. & 1621. apud Gabrielem Ramos in 16.; tandem Cæsaraugustæ 1668. typis Jo. de Ibar S. Petro Arbues nuncupata ex eodem.

Expositionem Regulæ Min. FF. hispanice, quæ typis data est etiam Barcinone 1629. in 16.

Historiam Imaginis Christi Crucifixi a Fr. Antonio Ioan. Andrea a S. Joseph elaboratam correxit & illustravit, edique curavit Valentiæ an. 1625. in 4. ex eodem.

Commentaria in Iob: ia Cantica: & in Apocalypsim. mss.

Concionum multiplicium 22. *volumina* in 4., quæ asservantur mss. in Biblioth. Conventus Montia Sion de Torrente, teste eodem

Summam Theologicam ia 1. & 3. partem D. Thomæ. ms.

Summam Theologiæ Moralis. ms.

Artem methodicam curationis animarum, in qua agit *de Sacramentis in geaere*, & speciatim *de Baptismo, & Pœnitentia, de contractibus*: & *de autoritate Confessariorum* ms.

Ordiaem judicialem ms.

De raptibus, & revelationibus methodo scholastica ms.

Obiit Ayoræ die 23. Februarii 1628. in regno Valentiæ ætatia auæ anno 67., & Religionia 52., de quo & Joseph Chatino in ms. Chron. illius provinciæ fol. 910., & Antonius Pañes par. 2. Chron. cap. 11.

MMCDXLVIII.

JOANNES XIMENO Hispanus Valentinæ provinciæ S. Joannis Baptistæ Discalc. Theologiæ Professor, magister morum, vitæque spiritualis, ac S. Officii Murciensis urbis Consultor edidit

Manuale Theologicum, & Juridicum contra Inpanaria a Principibus permissa. Anocæ anno 1619., vel 1629., ut habet Waddingus in superiori *Joan. Ximenez*, quem eumdem existimavit.

Exa-

Examen casuum occurrentium in articulo mortis. Valentiæ anno 1636. in 8. typis Joannis Baptistæ Marzal.

Practicam regularem vernacule ms. in 4. ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan.

Examen peculiarium revelationum V. M. Sor. Franciscæ Lopez a SS. Sacramento hispanice in 8.; mss. extant in Archivo prædictæ provinciæ, teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui addit floruisse circa annum 1650.

MMCDXLIX.

JOANNES YVIONIS Gallus Baccalaureus Parisiensis cum extitisset socius *B. Ademari* de Feizineo Aquitani, qui anno 1309. Figiaci gloriose ad cœlos evolavit, composuit

Vitam prædicti B. Ademari Galli, teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad an. 1309. num. 10., & forsan ille est, de quo æqualis autor *Catalogi SS. Ordinis Minorum* ad calcem *Speculi Vitæ B. Francisci, & sociorum* ejus vulgati Ven. an. 1504. de *B. Ademario* provin. Aquitaniæ disserens ait: *sicut de his testimonium perhibuit Frater Johannes Lector Asisii anno Domini* MCCCXXXV.

1278.

JOANNES ZAMARA = hic est *Joannes Ægidius a Zamora*, de quo supra actum est. Joannes a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMCDL. 1279.

JOANNES DE ZAMORA = Regul. Observ.

Cæremoniale Romanum prodiit typis Joan. Baptistæ Varesii in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Opus de Compensationibus Joanni Zamorano adscriptum, quod prodiit Lugduni anno 1676. in 4. ex Indice Bibliothecæ Joseph Renati, Joannes a S. Anton. to. 2. conjicit esse hujus nostri Joannis.

MMCDLI. 1280.

JOANNES DE ZAYAS = Theologus Complutensis ex Joanne a S. Anton. to. 2.

MMCDLII. 1281.

JOANNES ZEITA = Ulyssiponensis Regul. Observ. Theologiæ Lector emeritus, insignisque ecclesiastes, ingenio, & doctrina clarus, totoque oris, & corporis gestu veluti ad eloquentiæ faciem conformatus singulari quadam dexteritate, & vehementia in arguendis hominum moribus utebatur, tam scholasticæ, quam dogmaticæ Theologiæ apprime gnarus, inquit Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp.: edidit autem lusitanice

Quadragesimam primam concionum in laudem Christi, & Christiparæ una cum exercitiis super Evangelia Dominicalia totius anni. Ulyssipone anno 1619. in fol. typis Petri Craesbeek.

Quadragesimam secundam concionum adventualium, & quadragesimalium. Eboræ anno 1625. in fol. per Laurentium Craesbeeck, quam in idioma castellanum vertit primo Joan. de Navaer Cisterciensis, vulgavitque Vallisoleti an. 1626.; deinde etiam Ferdinandus Camargo Augustinianus, & emisit Matriti an. 1629. in 4.

Concionem in solemni actu fidei. Eboræ an. 1624. in 4. apud Laurentium Craesbeeck.

Sermones de Christo Domino, Virgine Maria, & Sanctis, una cum 8. concionibus de Defunctis, aliisque 8. de SS. Eucharistia. Ulyssipone an. 1634. in 4. apud Craesbeeck: & castellane versos opera prædicti Camargi Augustiniani Cæsaraugustæ an. 1635. in fol.

Sermones de Sanctis Ordinis Seraphici, Apostolis, & Martyribus, adjectis x. concionibus de sacra Eucharistia. Ibidem an. 1635. in 4. typis ejusdem Laurentii Craesbeeck ex Joan. a S. Anton. to. 2., qui refert & *elogium* ei carmine structum jam in exordio suarum concionum de Sanctis Minoritis editum. De eo agunt Petrus de Alva, & Dupinus.

MMCDLIII. 1282.

JOANNES DE ZELAYA = al. *de Celaja* citatur a Thoma Elysio Ord. Prædic. in *Clypeo piorum* Ven. an. 1563. excuso q. 18. art. 4., & a Thoma Strozza Soc. J. lib. *de Conceptione B. V.*: ceterum ejus *tertius Sententiar. liber* dumtaxat ab istis adducitur, neque inde duci debet, in alios *Senten. libros* eum non scripsisse. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMCDLIV.

JOANNES ZUALARDO Italus ex Equitibus S. Sepulchri Tertii Ordinis, Locis sacris devote perlustratis, publicavit idiomate vulgari

Devotissimum iter Hierosolymitanum. Romæ an. 1587. in 4. apud Zanettum cum iconibus, uti testatur Joan. a S. Anton.

MMCDLV.

JOANNES ZUAZO, de quo Waddingus in Syllabo Martyrum agit, vocatque *Zuara*: ejus caput Venetias allatum in Basilica S. Marci multis clarescit miraculis, inquit Joannes a S. Anton. to. 2. Reliquit autem mss.

Revelationes plures ad Religionis statum declarandum pertinentes, quas publici juris fecit Boverius to. 1. Annal. Capuccin. ad an. 1543. & 1544. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Januarii §. 1., & cit. Joan. a S. Anton. par. 2. Biblioth. Min. Discalceat.

MMCDLVI.

JOANNES ZUMARRAGA Hispanus ex Durango Cantabriæ oppido etsi humilibus, honestis tamen parentibus ortus, cum per ætatem licuit, Ordinem S. Francisci Regul. Observ. in provincia Conceptionis ingressus est, in quo pietate adeo, & doctrina profecit, ut etiam suæ provinciæ *Ministri* fungi munere coactus fuerit; famâque ejus nominis ad Carolum V. Imperatorem delata, tulit ab eo *Inquisitoris* provinciæ Cantabriæ dignitatem, & anno 1528. primus Mexicanus *Episcopus* designatus, Indorumque Protector eo missus est, ubi quanta pro Christiana Religione, populorum institutione, ac juris Ecclesiastici defensione gesserit, perpessusque sit, legi possunt & apud Gonzagam par. 4., & apud Waddingum in Annal. Min. to. ult. Postmodum anno 1532. in Hispaniam ab Imper. Carolo revocatus, solemni ritu consecrationis Episcopalis munus accepit, iterumque ad Mexicanum regnum, suamque Ecclesiam amandatus post ingentia pietatis, religionis, & sanctitatis facta a Summo Pontifice anno 1548. declaratur primus Mexici *Archiepiscopus*; quo nuncio allato, paulo post ex hac vita decessit die 12. Junii; eique Ægidius Gonzalez posuit sequens *epitaphium* relatum a Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 235.

✠. „ Deo Servatori. Illustrissimus Dominus „ Fr. Joannes a Zumarraga natione Cantaber a Carolo Augusto ob eximiam morum puritatem magni habitus, & ab eodem primus Episcopus, & „ Archiepiscopus Mexicanus designatus, sibi creditas oves ad semitas rite, & recte faciendas, „ tamquam bonus pastor doctrina, & exemplo „ pavit; pauperibus largus, sibi parcus quievit in so-

„ somno paucis anno ætatis LXXX. MDXXXXVIII. Tumulatus fuit Mexici in Ecclesia Majori, ubi quoque signis a Deo fertur honoratus. Celebrat hunc virum & Marianus Florentinus apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 9. cap. 10., atque Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Junii §. 2., & alii. Scripsit

De Sacramento Matrimonii librum, quem typis editum fuisse refert Joseph Pamphilus Ord. Erem. S. Augustini Episc. Signinus apud Possevinum in Appar. sac. to. 2. v. *Joannes a Sumuruga*, qui perperam illum Ordinis S. Augustini facit: porro Gandulfus hunc suis Scriptoribus Augustinianis non accenset, & merito.

Doctrinam brevem christianam ad parvulorum utilitatem. Mexici 1543. in 4. typis Joannis Cromberg.

Tractatus de rebus novæ Hispaniæ scripsit, sed non vulgavit, teste Herrera ex Antonio de Leon in Biblioth. Occident. fol. 75.

Opuscula Joannis Gersonis de x. præceptis; *de Confessione*; *ac de arte bene moriendi* hispanice reddita publicavit ibidem 1544. in 4. eisdem typis.

Processionale Dionysii Riquel castellane versum, *nonnullis argumentis adjectis* edidit ibidem ex Relatione Cantabricen. provinciæ.

Doctrinam Christianam historica methodo efformatam a Fr. Petro Cordubensi Ord. Prædic. typis mandavit ibidem an. 1544. in 4. Jacobus Eccardus tamen to. 2. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 64. huic *Petro Cordubensi* non adscribit *Doctrinam Christianam*.

Conciones quoque scripsisse reor, quas *Mexicanis* populis pluribus annis habuit, &

Epistolas ad diversos, quarum fit mentio in ejus Vita; harumque una legitur apud Gonzagam par. 4., & ex eo in 4. parte Chron. S. Francisci lib. 2. cap. 8. ad Fratres suos in Comitiis Tolosanis congregatis data Mexici die 12. Junii an. 1531., qua illis edisserit Christianæ Religionis in illis partibus statum, & fructum, laboremque FF. Minorum in gentium conversione: eam hispanice edidit Ægidius Gonzalez Davila pag. 26. sui Theatri Mexicanæ Ecclesiæ, ubi & *duarum aliarum* Abulæ asservatarum fit mentio; cujus epistolæ fragmentum recitat Onuphrius Manescal Barcinonensis Rector S. Andreæ Sylvæ in *concione* de S. Francisco.

M M C D L V I I. 1283.

JOANNES DE ZWIGNEO = Sannig, & Joan. a S. Anton. exscripserunt Waddingum.

1284.

JOANNETTINUS NINNO = idem est, ac *Joannes Nuñez*, de quo supra actum est.

M M C D L V I I I. 1285.

JODOCUS AB ALMARAS = de quo Valerius Andreas, Bordonus, Vernon, & ex his Joan. a S. Anton., fuitque 3. Ord. Claustralis alumnus.

M M C D L I X. 1286.

JODOCUS A CASTRO =

Decachordum Mariale &c. per tractatus, & sermones prædicabiles distinctum.

Conciones quadragesimales, & de Sanctis promiserat ipse in prologo concionum Dominicalium. Agunt de eo Petrus de Alva col. 881. Militiæ, & Godefridus Vureus Pastor B. Mariæ Mechlinensis, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C D L X. 1287.

JODOCUS DE RYCK = al. *Rique* Mechlinensis, de quo Valerius Andreas, & Joan. a S. Anton.

M M C D L X I.

JONSELMUS DE CANOVA Comensis provinciæ Mediolanensis Custos Min. Conv. *in compendium* redegit

Postillam Fr. Philippi de Monte Calerio Ord. Min. super Evangelia Dominicalia, vulgavitque Mediolani an. 1498. in 8. per Uldericum Scinzenzeler ex Ind. Biblioth. S. Francisci Bonon., quæ iterum prodiit Lugduni anno 1510. apud Balthassarem a Gabiano; & an. 1515. in 8. typis Jacobi Myt hoc titulo: *Incipit Compendium Postillæ edita a Fratre Philippo de Montecalerio Ordinis Minorum abbreviatum per Fratrem Jonselmum de Canova de Cumis tunc Custodem Cumanum ejusdem Ordinis. Dominica prima de Adventu Domini. Evangelium primum. Expositio prima. Erunt signa in sole, & luna, & stellis* &c. *Lucæ* XXI. *Sciendum est, quod duo sunt inter alia* &c.; una cum *Quadragesimali* ejusdem Philippi de Monte Calerio incip. *Cum jejunatis, nolite* &c., ex Indice Biblioth. S. Francisci Ferrariæ; ac demum an. 1541. ex Waddingo in *Philippo a Montecalerio* per Jacobum Junti in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C D L X I I.

JORDANES DE YANO diœcesis Spoletanæ oppido inter primos S. Francisci discipulos extitit unus ex coadjutoribus Fr. Cœsarii Spirensis primi Germaniæ Ministri in Missione Germanica an. 1221. arrepta, Guardianus primus Moguntinus, ac Custos Thuringiæ, & concionator; interfuit an. 1262. Capitulo provinciali Halberstadii in Saxonia celebrato, ut habet Waddingus ad an. 1221. in 4., & scripsisse videtur

Gesta sui temporis per Fratres Minores, missionemque suam, & eorumdem in Germania, ut eruitur ex Waddingo ad an. 1318. n. 36. dicente de eo an. 1221., quo FF. Minores Coloniam accesserunt: *idque ex autore, cui refragari non licet; etenim missioni ipsi interfuit, præsensque vidit, quæ scripsit, Jordanes de Yano, ejusque Continuator Balduinus Brunsvicensis*. Obiit denique in Saxonia ex cit. Balduino.

M M C D L X I I I.

JORDANUS DE SANTAREN Lusitanus cum in Cœnobio Scalabitano moraretur, elucubravit, vel collegit circa an. 1500.

Proverbia Senecæ laudata ex Cardoso a Nicolao Anton. in ms. append. ad suam Biblioth. Hispan. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C D L X I V.

JOSAPHAT ROTHOMAGENSIS Gallus prov. Normanniæ Min. Capuccin. Minister edidit idiomate gallico

Orationem funebrem in obitu Rev. Patris Honorati Bonchart Capuccini sanctitate, & miraculorum gratia illustris. Parisiis an. 1624., teste autore Biblioth. Capuccinor., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C D L X V. 1288.

JOSEPH ACCETTA = ut ex Rodulphio lib. 3., non *Aveta*, ut corrupte Possevinus: est autem Italis *Accetta* Latinis *Securis* instrumentum, vulgò *Scure*. Provinciæ S. Nicolai Reg. Observ. dicitur a Fr. Bonav. Fassano par. 2. Memorab. dictæ prov.

prov. cap. 3. §. 10., & ex eo Joan. a S. Anton. Addit Rodulphius & *alia* eum *non contemnendæ lectionis* composuisse.

MMCDLXVI. 1289.

JOSEPH ANGLES = Regul. Observ. Commissarius Generalis in Sardinia, & a sacris Confessionibus Monasterii Clarissar. Excalceat. Matriten. floruit in Academiis Valentina, Ilerdensi, Complutensi, & Salmanticensi, factusque est Episcopus Bosanensis in Sardinia a Sixto V. an. 1585. Scripsisse autem eum

Flores in primum Senten. librum, liquet, eum eos ipsemet citet in *Floribus* 2. *Senten.* d. 1. q. 11. diff. 6., & 11.

Flores in secundum Senten. librum prodierunt Matriti 1586. typis Petri Madrigal to. 2. in 4., & ex Joan. a S. Anton. etiam Venet. apud Joan. Baptistam Somascum, & anno 1587. apud Alexandri Gryphi hæredes; Possevinus in Appar. sac. to. 3. v. *Theologicarum quæstionum* affert alias editiones Taurini an. 1583., & Venet. typis Zalterii.

Prima pars florum in 4. librum Senten. prodiit Lugduni an. 1575. in 8. apud Stephanum Michaelem ex Possevino.

Prima, & secunda pars in 4. Senten. librum prodierunt Romæ an. 1578. in 8. apud Josephum de Angelis Antonio Peresio Regis Hispan. a Secretis dicatæ; postea Taurini anno 1581. per Benedictum Royerium ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bononiæ, & quidem cura Julii Roscii Hurtani, qui in epistola, quam Operi præmisit, ait: *Josephus Angles cum in Magistri universum Opus subtilissime scripsisset, editurusque sit, si eum vita valetudo, & cum valetudine otium suppetet, in extrema illa parte omnium pulcherrima, & fructuosa interpretanda studiosorum gratia studuit primum elaborare*: postea etiam Antuerpiæ impressæ sunt an. 1584., & 1585. apud Bellerum, teste Possevino; nec non Burgis an. 1585. typis Philippi Juntæ tomis 2. in 4. ex Joan. a S. Anton.; & 1616. tomis 2. in 8. Venet. apud Andream Babam cum additionibus autoris; & antea ibidem an. 1586. typis Damiani Zenarii cura Feliciani Berardi sac. Theolog. Doctoris ad Petrum Trevisanum Abbatem missæ, cujus in epist. ad eumdem data inquit: *Novi ego de facie, & allocutus sum sæpe virum istum doctissimum, cum Romæ an. 1577. degerem, quo tempore ipse rursus Flores suos Theolog. in IIII. Senten. cum nova additione imprimendos curabat*: & huic editioni additi sunt

Tractatus tres de oratione, jejunio, & eleemosyna cum approbatione Operis facta an. 1573., & 1574.

De opinionibus Scoti super 4. libros Senten. separatim promisit se editurum, & fusius in Floribus secundi Senten. dist. 2. q. 3. diff. 2., uti &

De controversiis inter S. Thomam, & Scotum in Floribus 2. Senten. d. 2. q. 3. diff. 3. & 4., & q. 4. diff. 7., & 12.; d. 9. q. 5. diff. 4. & 9.; ac d. 22. q. 2. diff. 3.; quod an præstiterit, me latet. Laudant hunc Gonzaga, Nicolaus Antonius, ac Matthæus a Sosa.

MMCDLXVII.

JOSEPH BARCINONENSIS genere clarus Tarraconensis primùm Regul. Observ., deinde Laletanæ provinciæ Min. Capuccin. alumnus, vir prudens, ac primus Capuccinorum, qui in Hispania *Orationem* 40. *Horarum sermonibus* celebravit: obiit sanctimoniæ fama in Barcinonensi Cœnobio an. 1584., relicto libro

Sermonum de Tempore, qui ms. servatur in Cœnobio Montis Calvariæ Barcinon., teste autore Biblioth. Capuccinor. ex Boverio to. 2. Annal. Capuccin., ubi ejus Vita descripta legitur, & ex his Joan. a S. Anton.

MMCDLXVIII. 1290.

JOSEPH BERGAIGNE = origine Italus, sed Antuerpiæ natus; est autor libri titulum ferentis:

Legatus Ecclesiasticus pro Ecclesia Cameracensi ad Regem Hispaniarum, in quo defendit jus electionis Capituli &c., ut est in nova Gallia Christiana Sammarth. to. 3.

De eo Ludov. Moreri in gallico Diction., Dupinus sec. 17., & Sanmarthani to. 1. Galliæ Christ. de Archiepisc. Cameracen. §. 83., ubi & sequens legitur ejus *epitaphium*:

„ Ecclesia Cameracensis optimo Pastore orbata,
„ spe maxima erepta, nova viduitate afflicta, no-
„ vis curis agitata, de successore anxia, de liber-
„ tate sollicita Præsuli meritissimo justa persol-
„ vens monumentum mærens posuit. Luge via-
„ tor, si pacem amas; & precare, ut homo pa-
„ cis requiescat in pace.

1291.

JOSEPH DE BERNA = V. *Joseph Cameratensis*; de quo Diony. Genuen., & Mongitor.

MMCDLXIX.

JOSEPHUS BONAVENTURA VALPERGA Taurinensis nobilibus ortus parentibus Min.Conv. Institutum amplexus bonarum literarum, ac in primis Historiæ studiis addictus fuit, scripsitque hetrusco idiomate

Vitam, & gesta Harduini Eporediensis Marchionis, Italiæque Regis: nec non

Vitas quorumdam Virorum illustrium ex Comitibus Valpergæ; quas mss. penes Episcopum Salutiarum asservatas, mox ad manus Caroli ab Ecclesia Senatus Mediolanensis Præsidentis devenisse memoriæ prodidit Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemont., & ex eo Franchinus in Biblios., ac Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCDLXX.

JOSEPH BRANCHMAN Syracusanus provinciæ Siculæ latina vulgavit Opus inscriptum

Analytica demonstratio, in qua ostenditur, immunitatem tam personarum, quam rerum Ecclesiasticarum esse de jure divina. Romæ anno 1607. in 4. apud Paulinum ex Indice Biblioth. Tellerianæ pag. 172., de eoque & Dupinus sec. 17., ac ex his Joan. a S. Anton.

MMCDLXXI. 1292.

JOSEPHUS BRUNUS = an. 1625. erat *Guardianus* Cœnobii CPolitani, pro quo literas dedit Urbanus VIII. die 24. Januarii, ut est in Indiculo Bullarii Seraphici Petri de Alva & Astorga sub eo anno num. 3. Ejus Opus prodiit per Joan. Baptistam Bonsad, & Augustæ an. 1651. in 8. ex Joan. a S. Anton. De eo Petrus de Alva col. 865. Militiæ, & Alfunsus Lassor to. 1. Universi fol. 499.

MMCDLXXII.

JOSEPH CAMERATENSIS, mendose nonnullis *de Berna*, & *Taberna* dictus, Siculus prov. Panormitanæ Min. Capuccin. Sacerdos valde pius edidit

Symphoniam sacræ lectionis, sive libellum de sacrarum dictionum prolatione. Rhegii 1646. apud Jacobum Matthæi, & Perusii eodem anno in 8., deinde Messanæ an. 1656. apud HH. Petri Breæ, inquit Joan. a S. Anton.

Tra-

Tractatum de arte bene moriendi italico idiomate. Messanæ an. 1646. in 8. apud Jacobum Matthæi, & ibidem an. 1652.

Dictionarium Etruscum. Neapoli an. 1666. in 4. apud Dominicum Anselmum.

De 4. novissimis meditationes. Panormi 1665. In 12., & an. 1670., quæ editio dicitur sexta; tandem Messanæ 1704. in 12. typis Antonii Massei.

Viam dolorosam Christi Domini. Panormi an. 1665. apud Petrum de Insula in 8., & 1667., & 1692., inde Neapoli 1693. in 12. apud Michaelem Mutium.

Tractatum de sacris ritibus tam ad celebrationem Missæ, quam ad recitationem divini Officii, & alias functiones ecclesiasticas spectantibus. Panormi an. 1669. in 4. apud Dominicum de Anselmo.

De Maria dolorosa. Neapoli 1673. apud Anselmum, & 1695. apud Constantium in 12.

Corollam 100. rosarum, idest 100. Capuccinorum Crucifixum, ac Matrem dolorosam complectentium. Neapoli 1676. in 8. apud Petrum de Isola. Obiit autem an. 1677.

M M C D L X X I I I.

JOSEPH CARLINUS Ord. Capuccinor. Italus, ut videtur, sed incertæ regionis, & ætatis, scripsit

De origine Capuccinorum, teste Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 3. Augusti §. 6., & ex eo Joa. a S. Anton.

M M C D L X X I V.

JOSEPH CARON citatur ab Arturo in indice autorum Martyrol. Francisc. anno 1637. editi, &, eo teste ad diem 31. Augusti §. 29., scripsit

Querimoniam novæ Franciæ, & controversias fidei contra Hebræos, & hæreticos. Parisiis anno 1600. in 8. ex Catalogo Bibliographiæ Anisson.

* JOSEPH A CASALI Mo..s-fereati = V. *Joseph Reseghinus*.

M M C D L X X V.

JOSEPH CHARAVAGIUS Mediolanensis Min. Conv. alumnus composuit

Præfationem doctam, & elegantem in Regulam S. P. Francisci velut *epitomen Historiæ Franciscanæ*, quam præfixit eidem *Regulæ*, misitque ad P. Mag. Carolum Moronum Bergomatem Mediolanensis provinciæ Ministrum an. 1615., vulgatam eodem anno Mediolani typis Pandolfi Malatestæ in 8.

M M C D L X X V I.

JOSEPH CHATINO Hispanus Valentini regni Strict. Observ. Reform. concionator composuit an. 1626. jussu suæ provinciæ Ministri

Chronica provinciæ Discalc. S. Joan. Baptistæ in regno Valentiæ, quæ asservantur mss. in Archivo ejusdem provinciæ, teste Joa. a S. Anton.

M M C D L X X V I I. 1293.

JOSEPHUS LE CLERC = de Tomblay Parisiensis nobilitate generis, doctrinæ præstantia, ac animi pietate magnus, suæ Parisien. provinciæ Definitor, ac Turonensis Minister, dilatandæ ubique fidei, & Religionis catholicæ studiosissimus, & acatholicorum acerrimus hostis Monasterium Benedictinarum sub tit. Montis Calvariæ fundavit, & prælo mandavit gallico sermone

Praxim interiorem præcipuorum vitæ christianæ exercitiorum &c. Parisiis 1632. in 4.

Tractatum de tribus generibus vitæ spiritualis, & tribus votis viri Religiosi. Niosti 1646. in 8.

Epistolæ ejus, & alia pietatis *Opuscula* typis data sunt Parisiis an. 1645. in 4. apud Dionysium Thierry.

Obiit autem anno 1657., & de eo cum laude egerunt ii, qui de rebus Gallicis scripserunt sub Ludovico XIII., a cujus consiliis fuit, Dupinus in Supplemento, autor Biblioth. Capuccin., & ex his Joan. a S. Anton.

M M C D L X X V I I I. 1294.

JOSEPHUS CODICIS = rectius *Cordicius*, ex oppido Montis S. Juliani, de quo Rocchus Pyrrhus apud Mongitorem to. 1. Biblioth. Siculæ.

M M C D L X X I X.

JOSEPH A COLLEAMATO prope Fabrianum castro Picenæ provinciæ Ord. Capuccin. post se reliquit ms., teste Dionysio Genuen., & Arturo ad diem 28. Junii,

Historiam de origine, & progressu Reformationis Capuccinor. in provincia Marchiæ: obiitque sanctissime Forosempronii anno 1557.

* JOSEPH CORDICIUS = V. supra *Joseph Codicis*.

M M C D L X X X.

JOSEPH DE LAS CUEVAS Hispanus Ord. Capuccinorum ante an. 1626. composuit vernacule

Meditationes, & glossas super Officium divinum, teste Vitali Algezira, & ex eo Torrecilla apud Joan. a S. Anton. to. 2. Hunc non habet Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccinor.

M M C D L X X X I.

JOSEPH DONDORIUS Capuccinus provinciæ Tusciæ descripsit

Vitam Ven. Sororis Helenæ Cellesiæ nobilis Pistoriensis Ord. S. Claræ, quæ magna sanctitatis fama vivere desiit Pistorii in Monasterio S. Desiderii m. Aprili anno 1572. Nec Dionysius Genuen. hujus autoris meminit, nec Joan. a S. Anton. hoc Opus vidit.

M M C D L X X X I I.

JOSEPH DRUJENSIS, vulgo *de Dreux*, Gallus natione provinciæ Parisien. Capuccin. concionator edidit

Concionem funebrem in obitu R. P. Fr. Josephi de Morlais concionatoris Capuccini. Parisiis anno 1622. apud Dionysium Thierry.

Thronum Dei in animo justi, seu ideam perfectæ Abbatissæ in vita sancta, & præclaris gestis D. Magdalenæ de Sourdis Abbatissæ Regii Monasterii S. Pauli Bellovacensis. Parisiis anno 1668. in 8. ex autore Biblioth. Capuccinor., & ex eo Joan. a S. Anton.; sed vereor apud aliquem numeri annorum depravationem.

M M C D L X X X I I I. 1295.

JOSEPH EXIMENIUS = Valentinus Regul. Observ. concionator, & Custos recognovit, & additionibus locupletavit

Vitam Ven. Fratris Nicolai Factoris Minoritæ a Fr. Christophoro Moreno ejusdem Instituti compositam, quæ prodiit typis Sebastiani Cormellas ex autore Biblioth. Valentinæ apud Joan. a S. Anton.

M M C D L X X X I V.

JOSEPH A FERNO provinciæ Mediolanen. Min. Capuccin. alumnus, ac provinciæ Bonon. Vicarius, deinde Generalis Definitor, vir in Theologia apprime excultus, Institutor *Orationis* 40. *Horarum*, & coadjutor Ordinum S. Pauli Decollati *Barnabit.*, & Clericorum Regularium *Somaschor.* typis edi curavit

Methodum, seu instructionem celebrandi devote, & cum fructu prædictam 40. *Horarum Orationem*. Mediolani anno 1571.

Mi-

Miraculis clarus obiit an. 1556. ex Joan. a S. Anton. to. 2. Huncque eumdem existimo, quem pag. 77. to. 1. dixit *Angelum Fernensem* Apostolicum concionatorem proviu. Mediolanen., in qua mortuum ait anno 1568., cum scripsisset *plurimos Sermones de Tempore, & de Pœnitentia*; de quo suo loco.

M M C D L X X X V. 1296.

JOSEPHUS FERRER = Valentinus provinciæ S. Joannis Baptistæ Discalc. Theologus, Exdefinitor, & Vicarius Provinc., concionatorque vir præstantis doctrinæ edidit

Logicæ, Metaphysicæ, & Physicæ Summulisticum præludium. Valentiæ 1636. in 4. typis Josephi Esparzæ.

Panegyrim de purissima Conceptione Virginis. Granatæ an. 1651. in 4. typis Francisci Sanchez.

Pharum Evangelicam, seu Commentaria in 4. Evangelia. Lugduni 1661. in fol. typis Philippi Borde.

Tractatus in Evangelia Sanctorum latine in 8. ms.

Pharetram concionum latine tomis 2. in 8. ms.

Sertum concionum prædicabilium latine tomis 2. in 8. ms.

Concionum de Sanctis tomos 2. in 8. ms.

Epitome concionum Dominicalium ms. Omnia asservantur Valentiæ in Biblioth. Conventus S. Joannis a Ripa, teste Joan. a S. Anton.

M M C D L X X X V I.

JOSEPH FERRETTUS a S. Martino Mutinensis ditionis oppido, Herberiæque Cœnobii Min. Conv. alumnus sac. Theologiæ Magister, ac Parmensis Gymnasii anno 1638. moderator, humanarum literarum, in primisque poesis amator, ut Academiis Parmensi, Regien., ac Romanæ nomen dederit, Spoleti immatura morte sublatus an. 1650., cum nonnulla scripsisse metro italico, & latino, nimirum

Odas in laudem Ducis Cæsarini, & . . . Farnesii; carmenque epicum ex Franchino in Biblios. num. 199.

Epigramma ejus in laudem Francisci Antonii Blondi a S. Severino legitur in fronte illius Operis *de censuris, & irregularitate* Romæ 1636. impressi.

In *Collectione pro Philosophico certamine in Comitiis Antonii Mariæ Tertii* facta Parmæ an. 1639. in 4. typis eorum de Viotis leguntur hujus autoris nonnulla latino, & vulgari sermone composita; celebraturque a D. Cæsarino in suis carminibus, & a Theulo in Triumpho Seraphico, a quo dicitur Consultor sac. Congr. Indicis.

M M C D L X X X V I I.

JOSEPH A S. JULIANO Siculus Ord. Capuccinorum Nesitanus scripsit ante an. 1640. nonnulla *de S. Conone Monacho Basiliano* Nesitano in Sicilia an. 1236. mortuo, testibus Act. SS. Editoribus Bolland. to. 3. Martii die 28. pag. 734.; sed consulenda est PP. Capuccinor. Bibliotheca.

M M C D L X X X V I I I. 1297.

S. JOSEPH A LEONISSA = Aprutui oppido cognomine *Desideri* pro Christi nomine multa passus est Constantinopoli a Turcis, ubi sac. *Missionis* munus exercere tentavit: in Italiam reversus post multa pietatis, sanctitatisque signa meritis onustus ad cœlum evolavit Amatrici in Aprutio die 4. Februar. an. 1612.; sed paulo post ejus corpus Leonissam translatum est. Anno 1737. die 2. Junii *Beatorum* a Clemente XII., & an. 1746. die Junii 29. a Benedicto XIV., *Sanctorum* fastis adscribitur: de quo agit P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccin. pag. 203., & Arturus ad diem 20. Decembr., ac Boverius to. 2. Annal. Edidit etiam

Præparationes ad bene moriendum. Romæ anno 1602.

Opusculum de protestationibus &c. prodiit primum Brixiæ an. 1610., & postea alibi ex Joan. a S. Anton.

M M C D L X X X I X. 1298.

JOSEPHUS MALDONATUS = de quo Waddingus in append. ad hunc librum: Americanus, avis tamen Hispalensibus editus, e provincia Quitensi, cujus erat alumnus, cum suffragio veniens anno 1618. ad Capitulum Generale Ordinis, & moram ex eo tempore in Castellæ provincia Reg. Observ. trahens Commissarii Generalis sui Ordinis, & Confessarii Margaritæ Austriacæ munere functus est, unaque cum *FF. Petro de Alva, Petro de Bulbas, Jo. Guttierez, & Gaspare a Fonte* Opus elaboravit inscriptum

Armamentarium Seraphicum pro tuendo titulo Immacul. Conceptionis. Matriti anno 1648. in fol. ex Joan. a S. Anton.

Abditum secessum animæ, in quo defunctorum vitæ, eorumque sepulchra deteguntur sermone hispano. Cæsaraugustæ an. 1649. in fol. ex append. Waddin., & Joan. a S. Anton.

De autoritate Commissarii Generalis Indorum. Matriti 1649. in fol. ex eisdem.

Additiones ad tractatum Ludovici Molinæ de Primogeniis Hispaniarum. Ibidem 1667. in fol. per Julianum de Paredes ex Biblioth. Josephi Renati apud cit. Joan. a S. Anton. Hujus scriptoris meminit cum laude Nicolaus Anton. to. 2. Biblioth. Hispan.

M M C D X C. 1299.

JOSEPH A S. MARIA = provinciæ S. Gabrielis alumnus, ac provinciarum SS. Josephi, & Pauli Commissarius Visitator edidit

Practicam criminalem sub titulo: *Tribunal Religiosorum*.

Tractatus apologeticus de usu, & frequentia sacratiss. Eucharistiæ vernacule. Matriti 1616. in 8. typis Viduæ Alfonsi Martini, & alter tractatus

De modo audiendi Sacrum ex to. 1. Chron. provinciæ S. Pauli Discalceat. lib. 1. num. 316. a Joan. a S. Anton. adscribuntur alteri *Josepho a S. Maria* ex Mantua Carpentan., & provinciæ S. Pauli, quem floruisse ait anno 1630.; sed cum alterum obiisse dicat an. 1621. die 6. Januarii; eadem utrique Opera sint adscripta; & ejusdem provinciæ *S. Pauli* alter dicatur *alumnus*, & alter *Commissarius Visitator*, liquet unum, & eumdem ob varia munia in duos divisisse. In Indice Bibliothecæ Barberinæ legitur

Relatio Martyrii 6. Fratrum S. Francisci, & 20. Japonensium an. 1597. ex hispano in italicum idioma translata a Josepho de S. Maria. Romæ 1599. *in* 8., quæ & tribuitur *Fr. Joanni a S. Maria*, sed ille hispanice scripsit, iste vero transtulit, vel transferre fecit, dedicavitque Clementi VIII.; hanc non vidit nec Joan. a S. Anton.

M M C D X C I.

JOSEPH A S. MARIA alter provinciæ primùm Aragoniæ, tum S. Gregorii in Philippin. Insulis Discalceat. typis dedit

Tractatum de Tertio Ordine S. Francisci, *ejusque Sanctis* in Manilensi Cœnobio, ex Antonio de Llave in Chron. illius provinciæ trien. 10. cap. 3. apud Jo: a S. Anton.

M M C D X C I I.

JOSEPH MARIA MUZZARELLUS patritius Ferrariensis Min. Capuccin. Orator disertissimus, & Poëta minime vulgaris, verbique divini prædicator suo tempore clarus edidit

Orationem in obitu Fr. Joannis Baptistæ Estensis sui Ordinis, antea Alphonsi Ducis Mutinæ cusam Mutinæ in Typographia Ducali an. 1644. una cum *Carminibus italicis*.

Postmodum circa an. 1665. transiit ad Institutum Min. Conv.; moxque sac. Theologiæ lauream consecutus, Lectorque Philosophiæ, Theologiæque dogmaticæ constitutus haud multo post declaratus est Terræ Sanctæ Minister; exinde Veneto Conventui aggregatus, & civitate eo etiam donatus extitit Theologus Francisci Mauroceni Venet. armorum clarissimi Ducis, Peloponnesiacique regni expugnatoris, vertitque ex hispano in italicum idiomo librum hoc titulo:

Notitia degli Aji, e Maestri, che hanno havuto i Principi Infanti, & altre persone Reali di Spagna scritta da Rodrigo Mandez di Silva. Venetiis an. 1674. in 8. typis Jacobi Hertz ex Franchino in Bibliosophia num. CCI., ubi hunc dicit *Joseph Mucciarellum Fananensem* ditionis Mutinensis, & an. 1690. adhuc Venetiis vitam duxisse: alii vero, ut Barrufaldus, & Borsettus *Joseph Mariam* Muzzarellum *Ferrariensem*: forsan eo quod ut Veneta, ita & hac donatus fuerat civitate, ubi hæc illustris familia viget, & quæ eamdem cum Fananensi, & Bononiensi originem habere creditur, quemadmodum laudatus Franchinus affirmat; nisi fuerit alius ab illo.

Habentur ejus versus in *Collectione select. Poët. Ferrar.* anno 1713. facta, vulgataque Ferrariæ pag. 315. Baruffaldus agit de eo in Opere de Poetis Ferrarien. clas. 2., & Borsettus par. 2. Hist. Gymnasii Ferrarien. lib. 4.

M M C D X C I I I.

JOSEPHUS MARTINUS a Fonte Hispanus ex Tertio Ord. Claustr. S. Franc. ad usum Salmanticensium ejusdem Instituti vulgavit

Cæremoniale. Salmanticæ anno 1605. typis Eugenii Garcia ex Joan. a S. Anton. to. 3. append.

M M C D X C I V.

JOSEPH NEAPOLIS Drepanensis provinciæ Siculæ Minor. Convent. sac. Theol. Doctor insignis, & ecclesiastes non spernendus, de quo auctor coævus Philippus Cagliola Hist. provinciæ Siciliæ Min. Conv. explor. 3. manif. 5. p. 134. inquit: *superest nunc Mag. Joseph Neapolis senioris ex fratre nepos in Scoticis eruditissimus disciplinis, principum Ordinis studiorum Regens, ob virtutum nomen, quo per Philosophica, ac Theologica scripta per universam Religionem provinciam hanc condecorat, absens provinciæ Minister conclamatur anno 1618.; nunc de rebus fidei in hoc Siculo regno Censor* &c.: quod ipsum, aliis tamen verbis, perhibet & August. Superbus eodem tempore vivens in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 90., Theologorum sui seculi decus appellans, ingenio subtilem, Scoticæ doctrinæ admirabilem defensorem *multos eruditionis, ac subtilitatis libros* composuisse, cum vario scientiarum genere mirum in modum excultus esset. Scripsit autem inter alia

Tractatum de concursu causæ primæ cum secunda, in quo & *de prædestinatione, scientia Dei, gratia, auxiliis, voluntate divina* &c. docte pertractat: eumque ms. penes se habuisse a Bartholomæo Mastrio ejus discipulo exaratum, & ab eodem sibi dono datum Franchinus affirmat in Bibliosophia num. 53. pag. 86., additque primum in Scotistarum Scholas *decretum concomitans* invexisse, quod postea laudatus Mastrius publicavit, & defendit; qui in Opere, cui titulum fecit: *Mastrius, & Bellutus expurgati* pag. 02. virum vocat ingenio subtilissimum, & *Angeli Wlpes* clarissimi Theologi præceptorem.

De Conceptione B. Virginis fragmenta subtilissimi Theologi Drepanen. mss. extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Vivebat adhuc anno 1644. ex cit. Cagliola; de eo etiam Theulus in Triumpho Seraphico.

M M C D X C V.

JOSEPH OXIBIENSIS Ligur prov. Genuen. Minor. Capuccinor. scripsit

Tractatum de triumphante Resurrectione Jesu Christi in tres partes distributum in 8., &

Tractatum de sacro Monte Alverniæ tripartitum, in quo instar meditationum agit *de sac. Stigmatibus S. P. Francisci*.

Sanctimonia clarus obiit Genuæ an. 1591. teste auctore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 053.

M M C D X C V I. 1300.

JOSEPHUS PICCOLOMINEUS = nobili familia Senensi natus in provincia Tusciæ pietate ac religione claruit; de quo Anton. Terrinca, & Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

Exercitia spiritualia pro Chordigeris italico sermone digesta prodierunt anno 1637., teste Francisco Anton. de Leonibus in *Instructione Chordigerorum* S. Francisci cap. 07. §. 5., qui & ipsa sæpe citat ibi cap. 0. pun. 11., cap. 5. pond. 0., & cap. 17. §. 6., & 13.

M M C D X C V I I. 1301.

JOSEPHUS RESEGHINUS = a Casali Montisferrati Strict. Observ. in sacris literis peritus

Scalam Templi Salomonis italico idiomate vulgavit primo Mediolani an. 1618. in 8. typis Hieronymi Bordoni; deinde auctiorem Genuæ an. 1623. in 4. apud Josephum Pavonem; de eoque agit Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., nec non auctor coævus Augustinus Superbus in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 135. in append., ubi *Scalam Templi Salomonis* dicit. *Templum Salomonis Resighini* citatur a P. Antonio Natali apud Domin. Vivam in *appendice Indulgentiarum* §. VII.

M M C D X C V I I I.

JOSEPH RICCARDUS Alcariensis provinciæ Siciliæ, ac Custodiæ Messanen. Min. Conv. alumnus sac. Theol. Magister, & bonarum literarum studiis apprime excultus edidit

Orationem gratulatoriam electioni Joannis Casimiri Succiæ Regis in Regem Poloniæ habitam Venetiis in Templo PP. Servorum B. V. coram omnibus Principum Oratoribus, & Nunciis an. 1648. m. *Febr.*, ibique impressam eodem anno in 4. typis Francisci Milochi.

De eo agunt Theulus in Triumpho Seraph., ubi ait, *de Immacul. Concept. V. M.* plura dixisse, & scripsisse, & cito obiisse; Franchinus in Biblios. num. 205.; Mongitor in Biblioth. Sicula, & ex eo

ex Joan. a S. Anton., qui addunt obiisse an. 1652.

MMCDXCIX.

JOSEPH ROSCIOLUS de Corommanis Perusinus Regul. Observ. pietate, & doctrina clarus, concionatorque haud ignobilis, cum Venetiis prædicationi operam daret, a quadam matrona dono accepit sacrum *lapidem*, quo Christus puer circumcisus fuit, & in quo pretiosi sanguinis gutta adhuc apparet, illumque detulit Perusium circa an. 1530., & Ecclesiæ S. Francisci in Monte sui Instituti donavit, ubi toto anni cursu, sed potissimum primo anni die magna populorum frequentia colitur. Scripsit autem

Concionum tomum 1., & *alterum Theologicum*, ut ex Jacobillo de Scriptor. Umbriæ, & aliis habet Oldoinus in Athenæo Perusino, & Joa. a S. Anto. pag. 254.

MMD.

JOSEPH DE RUBEIS Campaniæ provinciæ in regno Neapolitano alumnus scripsit italice

Opusculum de partu Deiparæ semper Virginis. Neapoli an. 1650. in 16. ex to. 4. Biblioth. Marianæ ms. apud Jo: a S. Anton.

MMDI. 1302.

JOSEPHUS SIMON PALLARES = prov. Aragoniæ Regul. Observ. Concionator edidit hispanice tractatum inscriptum;

Dux spiritus, cum tractatu.

De Antichristo, & tribulationibus illius tempestatis. Valentiæ an. 1634. in 8. per Silvestrum Esparzam ex Joa. a S. Anton. to. 2.; de eoque & Nicolaus Anton., & autor Biblioth. Valentinæ.

* JOSEPH TOMBLAY = V. *Joseph le Clerc*.

MMDII. 1303.

JOSEPHUS VASQUEZ = sui Ordinis etiam Procurator Generalis dicitur a Joa. a S. Anton. ob zelum justitiæ tribulationibus vexatus ex to. 1. Chron. prov. S. Jacobi lib. 3. cap. 6.

MMDIII.

JOSEPH DE ZISNEROS Hispanus prov. Conceptionis Regul. Observ. S. Officii Censor, & Peruviensium provinciarum Generalis Commissarius evulgavit

Discursum in publico actu fidei Limæ celebrato an. 1636. die 23. Januarii, impres. ibi anno 1539. in 4. per Hierony. Contreras ex Joa. a S. Anton.

MMDIV. 1304.

IRENÆUS AVALONENSIS = provinciæ S. Ludovici Min. Capuccin. alumnus, sanctis moribus ornatus, & per plures annos contra hæreticos Apostolicarum Missionum Præfectus edidit etiam.

Controversiarum contra Calvinistas, Hugonotos, & Anabaptistas libros tres. Lugduni anno 1626. in 4., teste autore Biblioth. Capuccinorum, & Joa. a S. Anton. to. 2. pag. 267.

* IRENÆUS AUGENSIS = V. *Irenæus Deu* infra.

MMDV. 1305.

IRENÆUS BRASAVOLUS = Reg. Observ. factus est Episcopus Castrensis in Tuscia anno 1617., & anno 1621. ex hac vita decessit humatus ibi in sua Ecclesia cum epitaphio apud Ughellum to. 1. Italiæ sac. Ven. edit. legendo, ubi dicitur *Joannes Irenæus*.

Quæstiones miscellaneæ Theologicæ, & Philosophicæ prodierunt Venetiis anno 1500. in 4. juxta Indicem Biblioth. Barber.

In 4. Senten. libros, & alia prælo parata habuisse scribit Augustinus Superbus autor suppar in *Apparatu Illustri* Ferrar. par. 1., & quidem ipsemet in epist. ad Petrum Cardinalem Aldobrandinum præmissa Quæst. univers. Scoti an. 1599. ait: *quia tamen lucubrationes aliæ in Logicam, Philosophiam, ac Theologiam me interpellavere; ejus textum* (nempe Scoti in Porphyrium) *sæpe numero intermisi*.

Quæstiones de primis, & secundis intentionibus super formalitates Scoti excusæ sunt Venetiis anno 1591.

De hoc magna cum laude scripserunt Marcus Anton. Guarinus in Compendio Hist. Eccles. Ferrar. lib. 5. pag. 346., Possevinus in Appar. sac. to. 2., Baruffaldus in Comment. Hist. Familiæ Brasavolæ pag. 189., & Borsettus par. 2. Historiæ Gymnasii Ferrarien. lib. 4. pag. 334., præter Ughellum, & Superbum, quos dixi.

MMDVI. 1306.

IRENÆUS DEU = Tertii Ordinis Claustralis magnæ pietatis vir, de quo & Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 32. num. 86., & cap. 38., edidit etiam

Jucenum effigiem idiomate gallico. Parisiis anno 1647. ex Dupino sec. 17.

Librum exercitiorum, & devotionum pro omnibus diebus hebdomadæ in favorem Confraternitatis Dominæ nostræ a Nazareth. Ibidem 1649. in 16.

Perfectionem Christiani ad exemplar perfectionum Deiparæ Virginis gallice. Ibidem anno 1654. in fol., cujus, & superioris Opusculi meminit Petrus de Alva col. 873. Militiæ univ., Vernon in Syllabo AA. in Annal. 3. Ord., & ex his Joannes a S. Anton.

* IRENÆUS SIMON in Indice Scriptor. a Waddingo relatus, in Catalogo verò prætermissus, ut notavit Jo. a S. Anton. in append., mea sententia est *Simon Ardens*, corrupte dictus forsan *Irenæus*.

MMDVII. 1307.

ISIDORUS PERUSINUS = de quo Jacobillus in Scriptor. Umbris apud Oldoinum in Athenæo Perus., a S. Anton., qui ait floruisse anno 1660.

MMDVIII.

ISIDORUS ROTA Venetus Regul. Observ. vir doctus, & diligens edi curavit

Conciones XXVIII. *italicas, & extraordinarias Francisci Panigarolæ ejusdem Instituti cum notis a se additis*. Venetiis an. 1592. in 8. per Joannem Baptistam Ciottum; nec non

Conciones tres Parisiis ab eodem Panigarola habitas cum notis, ut supra. Bononiæ anno 1592. in 8. typis Joan. Rubei ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Bonon., & Ferrar. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 259. citat tantum primas, quas dicit *peregrinas*, cusas Ven. 1599.

Lectiones Cornelii Mussi in psal. De profundis, additis *argumentis*. Venetiis an. 1588. in 4. typis Joan. de Gara.

MMDIX.

ISIDORUS SICLENSIS e *Spinella* familia Siciliæ Min. Capuccin. alumnus, & Poëta non vulgaris edidit italice sub nomine *Julii Xifi* fratris sui

Poema sacrum in laudem S. Gulielmi titulo: *La nuova Settimana divisa in 7. giornate*: qua ejus vitam, & miracula dicti Sancti. Panormi anno 1632. in 12. typis Alfonsi Isola ex Anton. Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 259.

 IS-

* ISRAEL ERLANDI, ut videtur, natione Suecus Episcopus Arosiensis in Norvegia, Sueciaque, qui obiit anno 1291. ex Jo: a S. Anton. to. 2., scripsitque *Vitam, & miracula S. Erici Regis Sueciæ* impressam Holmiæ an. 1675. in 8., Dominicanis accensetur ab Eccardo de Scriptor. Ord. Præd. to. 1. ad an. 1321.

* JUCUNDUS VERONENSIS = V. *Joannes Iucundus*.

M M D X.

JULIANUS A CAVALLINA loco agri Mugellani in Hetruria Reg. Observ. in fine seculi XV. vivebat, majorque octogenario an. 1498. scripsit

Historiam, & originem Conventus S. Bonaventuræ Nemoris de Mugello Custodiæ Florentinæ, teste Antonio Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. Histor. par. 3. tit. 1. ser. 4., quam *Historiam* citat Joannes Baptista Ubaldinus in Hist. Familiæ Ubaldinorum apud Mannum to. 9. Observ. Hist. ad Vetera Sigilla pag. 136.

Vitam B. Claræ Ubaldinæ Florentinæ Abbatissæ Monasterii Montiscælii Florent., quam ms. citat Waddingus in Annal. Min. ad an. 1261. num. 10., & Arturus in Martyrologio Francisc. die 27. Febr., & in Gynæceo eodem die §. 6. Agit de eo & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D X I.

JULIANUS CAUSIUS a Molleano in Piceno Firmanæ diœcesis oppido Min. Conv. sac. Theol. Doctor insignis, & verbi Dei Prædicator egregius anno 1569. publice in Gymnasio Ferrariensi docuit ex Historia illius Gymnasii nuper a Cl. Viro Ferrante Borsetto elaborata par. 2. lib 2. pag. 193., ubi mendose dicitur *Julianus Cantino de Maliano*; inde contra hæreticam pravitatem Inquisitor declaratus an. 1583. suæ Provinciæ regimen obtinuit; mox Ordinis in Urbe Procurator Gener.; tandem an. 1590. ejusdem Ordinis supremus pastor, & moderator est factus; sed paucis post diebus vivendi finem fecit, ut refert Franchinus in Biblios. num. 149. 230., & 242.; ejusque

Commentarii super lib. Perihierm., & Poster. Arist. to. 1. in fol. ms. *Macerata* 1575., &

Commentarii super lib. Prædicament. Arist. to. alter in fol. *Macerata* 1576. ms. extant Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci. De hoc viro etiam autor 4. partis Chronic. S. Francisci lib. 10. cap. 78. agit, & Rodulphius autor synchronos lib. 2. fol. 257. in Custodia Firmana, locoque Molliani, ubi eum dicit *Doctorem egregium plures annos in Maceratensi Academia Philosophiam* professum esse. Romæ ad SS. Apostolos prope januam Ecclesiæ lateralem subter elogium, inscriptionemque in claustro Card. Laurentii Brancati de Laurea extat marmoreus lapis cum hac inscriptione:

„ Juliano Causio a Molleano Piceno S. T. M., ac
„ concionat. illust. ob præclara ejus merita Fran-
„ ciscanæ Relig. post S. Pat. General. LX. Romæ
„ V. id. Junii MDXC. omnium lætitia electo, ac XII.
„ ab elect. die omnium mœrore defuncto FF. Mi-
„ nores hujus Romani Cœnobii Conventles XII. pa-
„ riter ab obitu die mœstiss. pos.

M M D X I I.

JULIANUS GINART Reg. Observ. provinciæ Majoricarum; cujus extat

Opus morale in duas partes distributum editum Palmæ Balearium anno 1652. apud HH. Gabrielis Guasp post autoris mortem, quæ contigit an. 1644., teste Jo: a S. Anton. to. 2.

M M D X I I I.

JULIANUS MAFFEUS Volaterranus provinciæ Tusciæ Min. Conv. Philosophicis, Theologicisque disciplinis clarissimus natus est anno 1435., sanctique Francisci Ordinem adolescens ingressus, eo pietatis, virtutum, doctrinæque pervenit, ut doctissimorum virorum, in primisque Card. Bessarionis necessitudinem meruerit, eique in re literaria adjumento fuerit: a Sixto IV. Ecclesiæ Foropompilien. an. 1477. promotus fuit: anno vero 1493. erat Episcopus Bertinorii, sed morabatur Romæ *Vicarius Generalis* Juliani de Ruvere Episcopi Ostien., Majoris Pœnitentiarii, & Lateranen. Ecclesiæ Archipræsbyteri ex to. 1. Eccles. Venet. N. V. Flaminii Cornelii pag. 318.; & anno 1505. a Julio II. ad *Ragusinam* Sedem translatus, factus est etiam S. R. E. *Bibliothecarius* usque ad mortem ex Angelo Rocca in *Biblioth. Vaticana* apud Joan. Ciampinum in Catalogo S. R. E. Bibliothecariorum: obiit quinquennio post Romæ apud S. Petrum in Monteaureo sepultus cum hoc epitaphio:

D. O. M.

„ Juliano Municipi Volaterrano Archiepiscopo Ra-
„ gusino ex Ordine Minorum assumpto Philoso-
„ pho, Theologoque clarissimo Bessarioni Card.
„ Nicæno studiorum adjutori a Sixto IV., &
„ Paulo II. Pontiff. Maxx., quibuscum conjunctis-
„ simus vixit, dignitatibus honestato, Pœnitentia-
„ riæ Apostolicæ annos 25. regens. Vixit annos se-
„ ptuagintaquinque manuscript. Marcus Vigerius
„ Savonen. Card. Senogallien. amico fratri, &
„ contubernali jucundissimo Sacello communicato
„ P. 1510.

quod refert & Ughellus to. 2. Ital. sac. in Foropompilien. Episcopis n. 41., sed cognomen reticuit; id autem innotescit ex ejus assumptionis Bulla Pontif. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. sub an. 1476. n. 33. Quidnam iste scripserit, apud neminem hucusque legi: verumtamen cum dicatur *Card. Bessarionis* fuisse studiorum coadjutor, facile intelligimus, ex illis ejus scripta esse ducenda.

Ex eadem familia eodem tempore florebant etiam *Marius* Episcopus Aquinas primùm, postea Cavallicensis, *Jacobus*, & *Raphael* literis præclari.

M M D X I V.

JULIANUS MONCEAU Gallus natione sermone patrio scripsit, publicavitque

Concionem de Sanctis, & eorum Regina tom. 2. in 8. Parisiis an. 1616., & 1617., testibus Marracio in Append. ad Bibliothe. Marianam, & Petro de Alva col. 882. Militiæ, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D X V.

JULIANUS MONTEFUSCUS prov. Siciliæ Regul. Observ. composuit ante annum 1640.

Vitam S. Coni; ut ex Joseph. Predicario in Vitis SS. Siculorum refert Antoninus Mongitor. to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. Vide Act. SS. editores Bollandios to. 3. Martii die 28. de *S. Conone Netitano* Siciliæ *Monacho Basiliano* pag. 734., ubi hunc citant.

M M D X V I.

JULIANUS MUGLIENSIS ab oppido vulgo *Muggia* diœcesis Tergestinæ in ora maris Adriatici Italia celeberrimus fuit, cujus mentionem agit Georgius Benignus Salviati ejusdem Ordinis Archiepiscopus Nazarænus libr. 6. de *Natura Angelica* cap. 14.,

14. § eumque sibi amicitia conjunctissimum, doctissimum virum, & prædicatorem egregium pronunciat. *Juliano insigni Theologo Ord. Min.* Marsilius Ficinus an. 1493. die 21. Februarii Epistolam dedit, quæ lib. 12. ejusdem Marsilii epistol. legitur; refertque eum in Angelorum Æde frequentibus concionibus auscultasse dicentem: & Joannes Mapellus ejusdem Ordinis Theologus, de quo supra actum est, an. 1498. huic *Bartholomæi Pisani Quadragesimale de Contemptu mundi* dedicavit, vocatque sac. Theologiæ Doctorem celeberrimum, & sui temporis Concionatorem disertissimum, Mediolani tribus annis summo omnium favore auditum; jam an. 1488. conciones habuit quadragesimales Justinopoli ex Regesto Ordinis; & Monumenta Basilicæ S. Petronii Bononien. referunt an. 1491., & 1505. *Julianum a Capite Histriæ Ord. Min. sac. Theologiæ Magistrum* ibi conciones quadragesimales habuisse. Scripsit igitur.

Conciones quadragesimales; aliasque per annum; nec non.

Tractatum de Immaculata Conceptione B. V., quem adducit autor synchronos Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 9. p. 4. sub nomine *Juliani de Histria sac. Theol. Doctoris.*

MMDXVII.

JULIANUS PASINUS a S. Marino provinciæ Piceni, Custodiæque Feretranæ Min. Conv. Theologus, & ecclesiastes per quam illustris, Ordinis sui Gymnasiis pluribus rectis, aliisque muneribus egregie functis, tandem ejusdem Ordinis in Urbe Generalis Procurator est dictus; & cum latina, græcaque lingua polleret, coram Adriano VI. Summo Pontifice non semel oravit, cui testimonium perhibuit Petrus Bembus apud Rodulphium lib. 2. Hist. Seraph. fol. 258. inquiens: *audivimus Magistrum Julianum coram Adriano Pont. Max. orantem* &c: obiitque an. 1530., cum reliquisset mss.

Conciones, & Orationes; atque alia ex Aug. Superbo in ms. Catalogo Script. Ord. Min. pag. 90.

MMDXVIII.

JULIANUS PISAURENSIS concionandi muneri addictus seculo XV. scripsit.

Centum Sermones Mortuorum incip. *Scio, quia resurget in resurrectione in novissimo die. Jo. XI. Mulier fidelis ut suum* &c; quibus additi sunt alii *tres Sermones* in festo unius Martyris, unius Virginis, & SS. Virginum: & in fine legitur: *Per me Fratrem Julianum Pisaurensem Ordinis Minorum sub anno Domini* 1467. Extat codex ms. in 4. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci Min. Conv.

MMDXIX. 1308.

JULIANUS TEUTONICUS = *de Spira* dictus a Waddingo ad an. 1227. num. 4., & videtur jam tunc fuisse *Minorita*, & socius Simonis Anglici secundi Ministri Germaniæ eo anno constituti; *de Spira* dicitur etiam a Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 260., qui citat Willotum, Petrum de Alva, & Arturum ad diem 9. Febr. §. 1. 2., & 3. De eo autor antiquus Bartholomæus Pisanus Confor. vitæ par. 2. de provin. Franciæ, Conventuque Parisiensi scribit: *Parisiis jacet Frater Julianus Theutonicus vir miræ sanctitatis, qui fecit Historias B. Francisci, & B. Antonii & quo ad cantum, & quo ad antiphonas, versus, & responsoria: quibusdam antiphonis ad Magnificat, & responsorio Carnis spicam, exceptis. Hic ante Ordinis ingressum fuit Magister cantus in Aula Regis Francorum:* & Confor. XI. par. 2. de provincia Franciæ., & loco Parisiensi disserens ait: *in hoc etiam loco jacet Frater Julianus Theologus* (leg. *Teutonicus* ex ms.), *qui Legendam B. Francisci composuit, & responsoria nocturnalia, cantumque B. Francisci quoad hymnos, & omnia ipse composuit: fuit enim in cantu magister summus in Aula Regis Francorum, & fuit in Ordine sanctus Frater, & devotissimus.* Paulinus etiam Puteolanus Episcopus autor suppar in *Speculo Histor.* cap. 229. par. 26. de Viris, qui in Ordine S. Francisci floruerunt, ait: *Julianus Theotonicus fecit Historias, & cantum beatorum Francisci, & Antonii:* nec diversimode tradit Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 5. cap. 5. ex Chronicis antiquis ante Pisanum editis, & ex Mariano, qui produnt etiam obiisse eum circa annum 1285.; sed ex Waddingo in Annal. moritur an. 1278. ad eum annum num. 31. Porro quod Pisanus ait, *Legendam B. Francisci* a Juliano fuisse compositam, intelligatur oportet de antiphonis, & responsoriis; quandoquidem ex Microl. cap. 32., & Radulfo prop. 12. *responsorium* est historia, quæ vulgo *Legenda* dicitur: hinc primo loco inquit Pisanus, eum *historias* fecisse &c.; & Fr. Jacobus de Trisanto in ms. Sermone 2. de S. Antonio citat modo *responsorium*, modo *historiam*, cujus verba sumpta sunt ex responsor. 4. 6., & 9. lectionis Officii antiqui S. Antonii: *dono sapientiæ plenus, arrogantiæ fastum, quem timebat* &c.; scribebat autem ille paulo post an. 1300. *Historiam* pro *Officio* Ecclesiastico eo tempore dici consuevisse, habetur etiam ex Tholomeo Lucen. Hist. lib. 22. cap. 24. apud Jac. Eccardum to. 1. pag. 340. in *S. Thoma de Aquino.*

Officium S. Francisci incipit: *Franciscus vir Catholicus* &c.: &

Officium S. Antonii Patavini incipit: *Gaudeat Ecclesia* &c.: habenturque integra in antiquis Breviariis, ut in illo Cremonæ impresso an. 1499. in fol. per Carolum Darlerium; in recentioribus vero imminuta, in quibus deest 9. *responsorium*, quod temporibus illis in usu fuisse, testis est Gulielmus Duranti Ration. divin. Offic. lib. 5. cap. 2.: quinimo in antiquo cit. Breviario post 9. lectionem de S. Francisco habentur 4. *responsoria* cum totidem versiculis; in Officio autem S. Antonii unum tantum *responsorium* post 9. lectionem occurrit; quod sane cernitur & apud autorem *libri Mumotrecti*, qui paulo post annum 1300. scribebat. Julianus enim ante an. 1279. *Officia* ea composuerat; cum Joannes Peckam Minorita in *Expositione Regulæ* Minorum edita ante dictum annum, ut supra ostendi in *Joanne Peckamo*, cap. 9. referat: *jussa dat Innocentius Papa de prædicando*: quæ sunt ex 9. *responsorio* veteris Officii S. Francisci: quin & ante annum 1260. ex his, quæ habet Waddingus ad eum an. num. 13., ubi innuitur mutatio versiculi primi nocturni Officii S. Francisci: *Hic vir in vanitatibus nutritus indecenter* &c. Officium autem *B. Antonii* memorat Joannes de Parma Minister Generalis in Literis an. 1249. datis ad Fratres Tusciæ apud Waddingum ad eum annum num. 2.

Alius *Julianus Theutonicus* vita, & doctrina clarus floruit inter FF. *Reg. Observ.* circa an. 1480., & *Aquilæ* in Cœnobio S. Bernardini sepulturam accepit, teste Marco Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 38. ex *Memoriali*, qui lib. 7. cap. 4. ait, obiisse an. 1484. pridie kal. Octobr., ut & Bartholomæus Cimarella par. 4. Chronic. S. Francisci

lib. 4. cap. 51.; ejusque est *epitaphium*, quod referi Willotus, Waddingus, & Joan. a S. Anton., non superioris, antiquiorisque Juliani; ut etiam *versus* epitaphii elegantioris seculi produnt; de quo *Juliano* juniore agit & Rodulphius lib. 2. fol 277.

M M D X X. 1309.

JULIANUS VERROCHIUS = *Joannes* perperam vocatur a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 2. cap. 22. ex Mariano &c., ubi dicitur Theologus præclarissimus, & concionator celeberrimus legisse & in Italia, & in Gallia, atque obiisse circiter anno 1445.; sed leg. 1413.; de eoque cum laude scribunt Pocciantes in Catalogo illust. Script. Florent., Badius in Catalogo Theologorum Universit. Florent., Cangius Fresnen. in Glossario, Terrinca in Theatro Hetrusco Minor., & ex his Niger in Script. Florent. In Bibliotheca S. Crucis Florentiæ scam. 10. versus claustrum habentur plures codices mss. Logicæ Arist. cum magnis notis margineis, præsertim cod. 510. in fol., & cod. 514. in 4., sed sine autoris nomine; hujusne, vel alterius divinare est.

* JULIANUS VOLATERRANUS = Vide supra *Julianus Maffæus*.

* JULIUS ANTONIUS CATALANUS sac. Theol. Mag., & prov. S. Nicolai Minister frater germanus P. M. Michaelis Angeli Catalani Ministri Gener. Ordinis Min. Conv. hoc loco recensitus a F. Joan. a S. Anton. non scripsit, sed edi curavit sub nomine alterius fratris sui Doct. Nicolai Catalani Opus præfati P. M. *Michaelis Angeli Catalani* tit. non *Fumum*, sed *Flumen* &c; de quo infra.

M M D X X I. 1310.

JULIUS ARIGONIUS = sac. Theol. Magister, & patrii Cremonen. Gymnasii Regens, humanioribus literis addictus Romæ Columnenses Ducis Zagaroli natos imbuendos suscepit, factusque concionator in præcipuis Italiæ civitatibus auditus est. De eo Theulus in Triumpho Seraph., & Vernon in Annal. 3. Ord. Syllabo 2. AA., & ex hoc Joan. a S. Anton. to. 2.

Vita Sororis Diomira Binæ patriiæ Asisien., quam dum Asisii studiis operam navabat, circa an. 1610. composuit, extabat ms. etiam apud Franchinum, ut ipse scribit in Bibliosophia num. 223. Aug. Superbus autor coævus in Catalogi ms. indice Script. Ord. Min. tit. *Orationes variæ* asserit, has edidisse:

Orationes latinas in die Nativitatis Domini.

Orationes tres in Adventu Revmi Patris Ministri Generalis.

Orationes quatuor de Conceptione B. V.

Orationes duas funebres.

Orationes de laudibus sac. Theologiæ, & alia.

Iulii Arigoni Cremonensis O. M. Opus Grammaticæ ms. extat Parisiis in Bibliotheca Coisliniana Sangermanen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1116.

Epigramma ejus habetur in fronte *Minorica Silvestri Bartolucci* edit. Perusii 1615.

M M D X X I I.

JULIUS BERNARDINUS CAPUANUS, a Theulo dictus *de Galatia*, *seu de Capua*, nempe de Calatia, vulgo *Gajazza* sub Capua, Min. Conv. Theologus, & ecclesiastes haud vulgaris varia sui Ordinis Gymnasia moderatus est, & variis in urbibus verbum Dei sub initium seculi XVII. prædicavit; edidítque

Tractatum de divinis ideis copiosum, ut habet Theulus in Triumpho Seraph., & ex eo Franchinus in Bibliosoph. num. 223.

M M D X X I I I.

JULIUS BURGO Patavinus citatur ab Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 8. Novembr. §. 11. velut qui condidit

Subtilis Doctoris Joannis Scoti Elogium, quod in fronte *Maris Magni Scoticæ subtilitatis* excusum habetur.

M M D X X I V.

JULIUS CÆSAR FIGINI Mediolanensis Conventualis edidit

Notulam Sanctorum Corporum, & Reliquiarum, quæ Mediolani in Templo Sancti Francisci Minorum Convent. requiescunt, cum descriptione ejusdem Templi veteris, quod postea media nocte pridie non. Septembris an. 1688. corruit. Mediolani an. 1613. in 8. m. typis Antonii Corri. De eo Franchinus citatus num. 225.

M M D X X V. 1311.

JULIUS A CORRIGIO = de quo Rodulphius lib. 3. anno 1586. scribens agit, aliique post eum, sed stricte, & nude. Joannes a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum. Augustinus Superbus, qui paulo post scripsit, in ms. Catalogo Script. Ord. Min. dicit Convent. sac. Theologiæ Magistrum, & antea J. V. D., utraque lingua latina, & græca eruditum floruisse anno 1580., & septuagenarium obiisse, cum scripsisset etiam

Tractatum de Justificatione; &

Comment. in Epist. Canonicam S. Joannis; atque *alia*, quæ perierunt.

Errat Franchinus in Bibliosophia num. 226. hunc cum alio *Julio*, qui an. 1620. Forolivii Conciones habuit, confundens.

M M D X X V I.

JULIUS GEMELLUS Montagnanensis provinciæ S. Antonii, Venetæque Min. Conv. sac. Theolo. Magister, & Bononiæ Metaphysices Lector ordinarius evulgavit *Opusculum* tit.

Duodecim mirabiles gyros ad mentem Platonis, Aristotelis, & Theologorum, totum rursum Logicæ, Philosophiæ, ac Theologiæ circumambientes cum tribus quæstionibus de obiecto, & subjecto ad Alexandrum Card. Perettum. Venetiis an. 1592. in 4. per Robertum Mejettum, quod memini me olim apud nostros Finalis Mutinæ vidisse; extatque etiam Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonavent. Min. Conv.

M M D X X V I I.

JULIUS GIORNATA a Populis Aprutii oppido Anxianen., vulgo Lancianensis diœcesis provinciæ S. Bernardini Min. Conv. Theologus, ac ecclesiastes insignis, præciporum sui Ordnis Gymnasiorum Ferrarien., Veneti, Patavini, & Neapolitani Regens cum extitisset, suæ etiam provinciæ regimen obtinuit, & postmodum Card. Vicecomitis Alfonsi Theologus, inque Gallica Legatione Consultor designatus, & magnæ famæ concionator immatura morte sublatus est ætatis suæ anno 50., cum edidisset.

Opusculum de principio individuationis ad Antonium de Sanctis. Theate an. 1597. in 4. typis Isidori Facii, & Bartholomæi Gobetti.

Cum laude magni Philosophi, Theologi, & concionatoris commemorat hunc Ludovicus Novarinus lib. *Variorum Opusculorum*, Aug. Superbus in ms. Catalogo de Script. Ord. Min., Toppius in Biblioth.
Nea-

Neapolit., Franchinus cit. num. 227., & Joan. a S. Anton.

MMDXXVIII.

JULIUS LEONARDUS ab Aquapendente in Tuscia provinciæ Romanæ Convent. Theologus, & concionator suo tempore celeberrimus, bonarumque disciplinarum cultor eximius an. 1641. suæ provinciæ Minister est declaratus, ac in primariis Italiæ civitatibus conciones habuisse dicitur, ac edidisse italico idiomate, versuque vulgari

In laudem SS. Justinæ, Barbaræ, Theodosiæ, Victoriæ Virg. & Mart., atque Hermetis, de singulis seorsum.

Orationem in laudem S. Francisci de Paula; &

Sermonem de pretioso Sanguine J. C. D. N. in Veneta Ecclesia S. Francisci Min. Conv. Ven. 1634. in 4.

Opus panegyricum in laudem civitatis Aquipendii latine ex Franchino cit. num. 228., ac Theulo in Triumpho Seraph.

MMDXXIX.

JULIUS MAGNANUS Placentinus provinciæ Bononien. Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, verbique divini concionator præclarus ea morum probitate fuit, doctrinæ præstantia, & rerum gerendarum dexteritate, ut Ordinis sui in Curia Romana Procurator, inde Vicarius, postmodum Minister Generalis an. 1553. Genuæ in Comitiis sit institutus; *habebat quamdam in vultu*, inquit Rodulphius lib. 2. fol. 296., *& verbis gratum venustatem, innatam humanitatem, ut omnes ad sui amorem, & reverentiam excitaret*: rexit annis 7., deinde ad Calvensem in Campania felici Ecclesiam a Pio IV. promovetur an. 1560., quo titulo interfuit Tridentino Concilio; sexennioque expleto, obiit Theani apud Ædem S. Francisci humatus ad Aram majorem cum hoc epitaphio:

„ Julio Magnano Placentino vitæ innocentia morum
„ integritate excell. Q. Theol. Opt. M. Pontifici-
„ bus sui temporis non minus clarus, quam clarus
„ familiæ Franciscanæ toto Orbe, Minoris Ord.
„ Sum. Vicar. postea Max. Præfect. demum vero
„ Calvensium digniss. Pontifici; anno tandem ætatis
„ suæ LX. mens. IIII. non sine superstitum lacry-
„ mis Theani mortuo R. Julius ejusdem Ordinis
„ Theol., & Julius Jurecons. Magnani sororis filii
„ XXV. Septemb. MDLXXV. fecerunt.

quod legitur in Italia sac. Ugbelli edit. Ven. to. X. in Adden. & Corrigen. ad Episc. Calven. Scripsit autem

Librum de illustribus Viris Ord. Min., quem ms. se habuisse Waddingus refert in Annal. Min. ad an. 1340. num. 14., ejusque Supplementi autor ad an. 1465., & alibi. Augustin. Superbus sæpe citatus in suo ms. Catalogo Scriptor. Minor. plura alia ejus *Opera Philosophica, & Theologica* recenset, de quibus fides sit penes ipsum. Citat hunc scriptorem Arturus in Martyrol. Francisc. an. 1637. edito ad diem 23. Augusti §. 4., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 261., sed parce admodum, & jejune.

MMDXXX. 1312.

JULIUS PRUNIANUS = an. 1578. in Gymnasio Ferrariensi publice cœpit *Libros Platonis de Republica* interpretari, insequentique anno Collegio Theologorum suæ patriæ aggregatus est ex Hist. ejusdem Gymnasii nuper a Ferrante Borsetto elucubrata par. 2. lib. 3. & 5.; anno 1593. defuncto *Cornelio Martino*, Cathedram Theologicam patria in Universitate regendam accepit; cumque extitisset præceptor Philippi Fabri Faventini celeberrimi Theologi, vivere desiit in patria die 12. Octobr. an. 1595.; de quo autor æqualis Rodulphius lib. 2. fol. 267., Augustin. Superbus in Illustri Apparatu Viror. Ferrar., & in Catalogo ms., Franchinus in Bibliosо. num. 229., Bonavent. Baro to. 1. Opusculor. par. 14. num. 1., sed parce, & depravate, Jac. Le Long pag. 914. Biblioth. sac., & Joan. a S. Anton.

MMDXXXI. 1313.

JUNCTA DE BEVEGNATIS = de quo Waddingus in Annal. ad an. 1297., Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 262., ubi eum dicit ex urbe Umbriæ Mevania, vulgo *Bevagna*; ejus

Legenda de Vita, & miraculis B. Margaritæ Cortonen. scripta an. 1308. extat ms. Romæ in Biblioth. Vallicell. C. 122.; legiturque apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 5. cap. 29. usque ad cap. 37., nec non apud Act. SS. Bolland. to. 3. Febr. ad diem 23. cum notis, & addition.; sed sine cap. 12. *de miraculis* ea historia, seu codex ms. fuisse dicitur.

MMDXXXII.

B. JUNIPERUS ASISIAS socius S. Francisci, de quo, ejusque gestis tractat Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. parte 2. in provincia, Cœnobioque Romano, & Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 1. lib. 6. cap. 36. usque ad caput 45. ex autore Chronicorum antiquorum ante Pisanum editorum, ac ex istis Waddingus in Annal. Min. to. 1.; scripsit

Opusculum de virtutibus B. Francisci, ob quas a Deo tot gratias, donaque meruit accipere, teste Marco Ulyssipon. Chron. par. 1. lib. 3. cap. 21., quod in editis a Baretio, vel Diola italicis legitur post caput 75. lib. 2.

MMDXXXIII. 1314.

JUNIPERUS DREPANENSIS = Urbani VIII. *Capellanus* cum esset, ac *Pœnitentiarius* in Basilica Lateranensi, edidit etiam

De casibus reservatis, seu de Regularium Prælatorum jure reservationis tractatum. Venetiis an. 1652. in fol. apud Turrinum; quem citat Lucius Ferraris in *Bibliotheca canonica* &c.

Emblemata civilia ms. in 4. Duci de San Lucar dicata extant in Bibliotheca Marchionis de Monte Alegre, cujus Index est vulgatus Matriti 1677., par. 3. fol. 117.

De immunitate, & libertate Ecclesiæ tom. 1. in fol. ms.

Totius Theologiæ Moralis omnium controversiarum securiores sequendas conclusiones to. 1. in fol. ms., teste Mongitore in Bibliotheca Sicula, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDXXXIV. 1315.

JUNIPERUS PARASCANDALUS = ab urbe Vicoæquensi in Picentinis, teste Ughello to. 6. Ital. sac. in descript. illius urbis; fuit & in Urbe Roma Supremæ Inquisitionis Consultor.

Spicilegii Evangelici pars secunda prodiit an. 1652. in fol. Neapoli typis iisdem.

MMDXXXV.

S. IVO IN ARMORICA Britannia ex honestis parentibus an. 1258. natus, Lutetiæ primùm, deinde Aureliani literis in tantum operam navavit, ut

in

in utroque jure peritissimus evaserit, & sacram Theologiam optime calluerit; nec minus virtutibus, ac signis fuerit illustris. Ab Episcopo Trecoriensi Judex Curiæ suæ designatus, id munus summa cum laude exercuit; sed factus Ecclesiæ Lohaneti Parochus residentiam agere decrevit, jam habitu *Tertii Ordinis S. Francisci* suscepto; intereaque scripsit

Summam Decretalium, quæ ms. habetur in Bibliotheca Cœnobii Camberonensis Cistercien. in Hannonia, teste Antonio Sandero par. 1. Bibliothecæ Belgicæ.

Ejus gesta leguntur apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1303., quo anno ætatis suæ 45. die 19. Maji ad cælos evolavit, & apud Arturum in Martyrolo. Franciscano, nec non Act. SS. Collectores Bolland.: de eoque & Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. Concion. cap. 49. In numerum SS. relatus est a Clemente VI. anno 1347. Schedel in Regesto mundi ætate 6. hoc refert elogium:

„ Ivo pater legum, custos, protector, &
„ amplum,
„ Egregiumque decus, cui se debere fatentur
„ Jura, tuo toties sunt debellata furore:
„ Aptus eras justas miserorum sumere causas.

M M D X X X V I. 1316.

IVO MAGISTRI = Bituricensis, cujus ineptias multi damnarunt, utpote quia in exemplum se ceteris proponit, quasi ex ea re amplissimum fructum sint omnes consecuturi, inquit Rodulphius lib. 3. A Joanne a S. Anton. bis recensetur to. 2. pag. 379. v. *Joannes Ivo*, & pag. 263. v. *Ivo*. Ceterum *Manipulus Fratrum Minorum* tribuitur etiam Fr. *Michaeli Tobernier* infra, quippe qui Operi & ipse adlaboravit.

Vitas Joannæ Gallicæ, & Margoritæ Lotharingæ etiam scripsisse refert Langlet Fresn. Parisiis anno 1585. in 4.

M M D X X X V I I. 1317.

IVO PARISIENSIS = antea in seculo *Advocatus* magnæ eloquentiæ fuerat in Consistorio, vulgo *Parlamento*, Pariensi, cujus

Felices successus pietatis &c. prodierunt Parisiis an. 1633. ex Ind. Biblioth. Barberinæ, & 1638. in 4., & in 8., ac 16. tomis 2. ex Joan. a S. Anton. Contra hoc *Opusculum* an. 1633., prodiit Parisiis *Examen proloquii libri P. Ivonis Parisiensis*.

Declaratio quarumdam propositionum ex prædicto suo Opere non adeo sincere extractarum. Parisiis 1630.; sed forte legendum 1633. in 4.; cumque quidam libellis insanis denuo conati fuissent utrumque Opus impugnare, Senatus-consulti Regii Galliarum decreto an. 1633. iidem libelli fuerunt proscripti: Opera vero P. Ivonis mox speciali mandato Christianiss. Regis serio examinata, roborata fuerunt a tribus Professoribus sac. Facultatis Pariensis, quorum publicum testimonium exscripsit P. Dionysius Genuensis in sua Biblioth. Capuccinor. aucta; & 2. edit. pag. 209.

Theologia naturalis tomis 4., quorum in primo agitur *de existentia Dei, & creatione mundi*; in 2. *de immortalitote animæ; de Angelis; & dæmonibus*; in 3. *de perfectionibus divinis in particulari, de providentia Dei, & justitia*; in 4. *de Religione christiana, quod sit vera, & de ejus mysteriis*. Parisiis 1638. apud Dionysium Thierry.

Moralis christiana tomis 4. in 4., quorum in primo agitur *de Morali christiana in universum, & in particulari de officiis hominis erga Deum*; in 2. *de directione vitæ singularis*; in 3. *de vita publica, æconomica, & politico*; in 4. *de usu bonorum, & malorum, ac de gratia contra novatores*. Ibidem an. 1641. 1643., & 1645.

De potestate Romani Pontificis adversus hæreticos. Ibidem an. 1643. tomis 2. in 4.

Progressus divini amoris tomis 4. in 8., quorum in primo agitur *de divino amore nascente*; in 2. *de divino amore patiente*; in 3. *de divino amore operante*; in 4. *de divino amore fruente*. Ibidem an. 1644. apud eumdem Thierry.

Demonstratio ad Reginam Christianissimam circa doctrinas novitias excusa legitur Parisiis ex cit. Indice Biblioth. Barber. an. 1644.

Tractatus de differentia actuum humanorum. Ibidem anno 1645. in 8.

De agente Dei in humanis, qui censuram exercet in rebus Ecclesiasticis, politicis, & æconomicis. Ibidem an. 1646. per eumdem.

De perfectione religiosa an. 1649. in 4. Parisiis per eumdem.

De Institutione, & officio veri Religiosi. Rhedonis 1653. in 8.

Tractatus de necessitate, in quo docetur ab omni necessitate morali expedita libertas. Ibidem 1654. tomis 2. in 4.

Instructiones religiosæ ex Chronicis, & Annalibus Fratr. Minor. excerpta. Parisiis an. 1661. in 4.

Regulæ morales cum suis exceptionibus. Parisiis 1680.

Pænitens christianus. Ibidem eodem anno.

De falsis mundi opinionibus. Ibidem in 8. Omnia hæc ex gallico in latinum ab autore conversa fuerunt, & prælo submissa Parisiis an. 1677. apud Diony. Thierry ex Bibliothecæ Capuccinor. autore, una cum quatuor sequentibus Operibus latine scriptis, nempe

Jure naturali rebus creatis a Deo constituto, quod prodierat an. 1658. in fol.

Foto mundi, seu totius Orbis horoscopo, quod Opus prodiisse Rhedonis an. 1656. in fol. tradit idem autor Biblioth. Capuccinor.

Digesto Sapientiæ &c. *reductione sub combinatis terminis Artis Lullonæ, sub quibus tranctantur omnes quæstiones morales, politicæ, & theologicæ*: Opus in 4. tomos distributum, quorum in primo agit *de principiis obsolutis*; in 2. *de relativis*; in 3., & 4. *supplementum omnium materiarum*: & hi tres prodierunt primum Paris. 1659., & locupletiores an. 1661. in fol. typis Diony. Thierry; tomus 4. Lugduni an. 1672. in fol. per Laurentium Anisson. Quartum denique Opus latine editum est

Astrologiæ nova methodus sub nomine *Francisci Allæi Arabis Christiani ad Senatum Armoricæ Britanniæ*; & prodiit primum Parisiis an. 1659. in fol., postea Rhedonis, sed vitiose, ut indicat alia editio anno 1688. facta ex M. Augusti Beyeri Memoriis Historico-Criticis libr. rar., in qua tradit autor, se natum in Arabia felici, artemque hanc cum lingua latina a 15. suæ ætatis anno per patrem mercatorem didicisse, deinde in Europam navigasse. Morerus in Gallico Diction. Hist. v. *Yves de Paris* ait edidisse etiam gallico idiomate

Magistratum Christianorum. Parisiis.

Opera Misericordiæ in genere, & in specie. Ibid. 1650. tomis 2. in 4. apud Thierry.

Falsas opiniones, & vanas excusationes peccatoris; quæ omnes singillatim dissolvuntur. Ibidem 1662.

1662. in 4.; sed forsan idem est cum supra cit. *de falsis mundi opinionibus*.

Principem, & nobilem virum Christianum. Ibidem 1679. in 8.

Sua gesta.

Actor, curatorque Dei apud mundum videtur idem cum eo de *agente Dei in humanis*.

Vivebat adhuc venerandus senex anno 1679. in Cœnobio Parisiensi, variaque componebat Opera; sed paulo post obiisse memorat cit. Diony. Genuen., nempe an. 1685. Parisiis. Gallica ejus Opera ad meliorem formam redacta fuerunt a. *Fr. Alfonso de Chatres* ejusdem Instituti, & vulgata Parisiis an. 1680. to. 3. in fol. apud eumdem Thierry.

MMDXXXVIII.

JUSTINUS NURSINUS provin. S. Francisci, Umbriæque Ord. Capucc. Novitiorum Magister assidua oratione, aliisque virtutibus commendatus edidit

Libellum de oratione mentali. Venetiis 1593. tacito nomine, teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton.

Alia Opuscula ascetica exaravit, quæ & suppressit defunctus an. 1594., miraculis, & prophetico spiritu illustris ex Boverio to. 2. Annal. ad eum annum.

MMDXXXIX.

JUSTUS BONAFIDES Picenus provin. Marchiæ Anconitanæ Min. Capuccin. Minister vir pietate, & doctrina conspicuus edidit italice

Tractatum de Sacramento Pœnitentiæ, quo instruuntur fideles, ut hoc Sacramentum cum fructu recipiant. Maceratæ 1626. apud Joan. Carbonum

Soliloquia sacra, & devotissima. Ibidem, & eodem anno in 16.

Crasum tributum Dominæ universi oblatum in tres libros divisum. Paduæ 1661. in 4. (forsan legendum 1616., nisi sit 2. editio.)

Obiit Firmi an. 1631., eum ibi esset Guardianus, ex Marcellino Pise to. 3. Annal. Capuecin. §. 36., Marracio, Dupino in Supplem., Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton.

MMDXL.

JUSTUS A MONTE ULMI Picenæ provin. Min. Capuccin. Theologus, Minister, ac Definitor Generalis zelo altissimæ paupertatis accensus scripsit

Expositionem in Regulam FF. Minorum, teste autore Biblioth. Capuccin., ac Jo: a S. Anton.

Hymnos sacros in laudem Matris admirabilis, ac ejus Sponsi gloriosiss. S. Joseph, adjunctis devotis orationibus. Venetiis 1629. Laudatur a Pagnotio lib. de Maria triumphante cor. 3. cap. 65.

MMDXLI.

JUSTUS DE ROSA Florentinus socius, & discipulus *B. Thomasucci* Fulginatis Tertii Ordinis S. Francisci anno 1377. vita functi, cujus meritis a gravi infirmitate sanatus fuit, ut ait Waddingus ad an. citat. num. 10. & 21., scripsit

Vitam, & virtutes ejusdem B. Thomasucci Fulginatis, quæ impressa fuit Vicentiæ anno 1500. per Henricum S. Ursi, quemadmodum scribit Waddingus ad an. 1377. num. 23., & Julius Niger in Scriptor. Florent. ex Mariano Florent. cap. 24., & Anton. Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. ser. 4., & Joan. a S. Anton.

MMDXLII. 1318.

JUVENALIS DE TERRANOVA = provinciæ Aquitaniæ, de quo & Vernon in Annal. Syllabo 2. AA., & Jo: a S. Anton. ex Wadd.

L

MMDXLIII. 1319.

LACTANTIUS ARTURUS = de quo Rodulphius lib. 3., & ab eo alii exscripserunt; sed corrupte *Arctarius* dicitur pro Arturo; nam *Lactantius Arturus de Cropano Calaber civis Scyllacensis* dicitur in quodam suo Opere, testante Franchino; de eoque idem Rodulphius lib. 2. fol. 279. in prov. Calabriæ, Custodia Cutronis, locoque Scyllacensi meminit. Fuit enim Minor. Convent.sac. Theolo. Magister, suæ provinciæ Minister an. 1586. electus, nec non Ordinis Romæ Gen. Procurator, obiitque an. 1604.; cujus extant etiam typis.

Concio de nuptiis Evangelicis habita in Synodo Rhegiensi. Neapoli 1574. in 4. per Horatium Salvioni.

Oratio funebris ad Card. Sirletum habita Scyllacei 26. Octobris 1585. apud eumdem 1586. in 4. ex Toppio, & Teisserio apud Joan. a S. Anton.

De hoc agit & Franchinus in Bibliosophia num. 241., pluraque tradit de eo, docetque, non duos, sed *tres libros de Monarchia Ecclesiastica* composuisse, sed morte præventum edere nequivisse.

MMDXLIV.

LACTANTIUS INTERAMNENSIS Capuccin. provinciæ S. Francisci composuit

Volumen Epistolarum moralium, & spiritualium varii generis, quod ms. asservatur in sui Ordinis Cœnobio Tuderti, ubi anno 1619. cursum vitæ pie consumavit ex Marcellino. Pisensi to. 3. Annal. Capuccin., autore Bibliot. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

MMDXLV.

B. LADISLAUS A GIELNOVIO diœcesis Gnesnensis oppido Cracoviæ liberales disciplinas adolecens didicit, quo tempore vivendi austeritatem, sanctitatemque Fratrum Minorum Observ. recens per S. Joannem Capistranum in Poloniam introductorum admiratus, eorumdem habitum in Varsaviensi Cœnobio suscepit, tantumque io eo profecit, ut *perfectissimorum quorumcumque sanctissimus, & sanctissimorum omnium perfectissimus* haberetur; rectis pluribus sui Ordinis Cœnobis, Custodis etiam, Vicarii suæ provinciæ, ac concionatoris ministerio functus, plenus laboribus, ac meritis decessit anno 1504. 4. nonas Maji Varsaviæ magna sanctitatis fama, ut anno 1634. Synodus provincialis Cracoviæ celebrata Urbano VIII. preces porrexerit pro ejus Canonizatione. *Beatorum* Catalogo adscriptus est an. 1750. a Benedicto XIV., qui de eo agit in *Actis, & Decretis in causis, Beatificationum, & Canonizationum* &c. Romæ 1751. decr. XXIC. cap. 3. Ejus Vitæ Compendium ante annum 1521 edidit Andreas Cretius Cancellarius Reginæ Poloniæ, postea Archiepiscopus Gnesnensis. Scripsit autem

Rhytmos, & versus propriam conversionem, & vitam concernentes, quibus docet se anno 1462. kal. Augusti Minoriticum suscepisse habitum.

Sermones, rhytmos, & cantilenas plures in laudem Deiparæ Virginis composuisse ait Marracius in Append. ad suam Bibliothec. Marianam.

Sermones de Tempore, & de Sanctis, &

Normam recitandæ coronæ Deiparæ Virginis, quam Christi, & Matris ejus Vitæ meditatio comitaretur, ei attribuit Haroldus in Epitome Annal.

nal. Min. ad an. 1505. §. 13., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 268.

M M D X L V I. 1320.

LADISLAUS MARSOMI = de quo autor coævus Marianus Florentinus scribit apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 8. cap. 33., Joan. a S. Anton. ex Waddingo, & Jac. Le Long pag. 848. Biblioth. sac., cujus & *Expositio* &c. forsan exarata est *rarminibus*: sed forte loco *Marsomi* legendum *Warsavia*, eritque B. *Ladislaus Gielaov.*, cum ejus non meminerit.

M M D X L V I I.

LAMBERTUS DE ESPES de Gracia Hispanus Cæsaraugustanus provinciæ Aragoniæ Regul. Observ. obiit an. 1619., cum reliquisset mss.

Exercitia spiritualia ad prælum parata sub initinm seculi illius, ex Nicolao Anton. to. 1. Biblioth. Hispan., Didaco Murillo Hist. Dominæ noatræ *del Pilar* tract. 2. eap. 51., & Jo: a S. Anton. to. 2.

M M D X L V I I I. 1321.

LAMBERTUS A S. TRUDONE = clarebat circa an. 1600. ex Marracio par. 2. Bibliot. Marianæ, & Joan. a S. Anton.

M M D X L I X. 1322.

LAMBERTUS WILLOT =

M M D L X. 1323.

LANDULPHUS CARACCIOLUS = de quo autor suppar Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. inquit: *Fr. Landulfus de Neapoli ornate multum, & subtiliter plura addendo Srotum derlaravit. Hic Sermonibus, & Postillis editis rlaras habetur*: & fusius etiam Confor. XI. par. 2. in provincia Terrælaboris, & Custodia Neapol. *De Neapoli fuit Magister Landulfus magnus prædicator ad populum, & Clerum: qui Postillam pulcherrimam incæpit saprr omnia Evangelia, & super Epistolam ad Hæbreos, & super Zachariam: & multos Sermones scholasticos, & Collationes fecit. Scripsit multum luculeater super 4. libros Sententiarum vestigia sequendo Scoti ipsum in omaibus declarando: & fuit Archiepiscopus Malphitanus*. Hunc porro sæpe citat Jo: Canonicus in lib. Physic., Alfonsus Toletanus 1. d. 1. q. 5. & 7., & alibi, Petrus Aquilanus 2. d. 2. q. 1., & d. 17. q. 2., vocatque *Doctorem Landulphum*, Gulielmus Vorilongus in 4. d. 32. dicit *egregium Doctorem Scoti interpretem*, & d. 47. *Scoti discipalum*, ubi tamen eum carpit, quod contra Magistrum suum aliquando senserit, Adrianus VI. Quolib. q. 7. &c. Agit de eo & Arturus in Martyrol. Franciscano ad diem 1. Martii §. 2.

In 4. libros Senten. incip. *Fundamratum primum jaspis* &c. olim ms. extabat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius Biblioth. Indice an. 1437. confecto pag. 14., & 66.; nunc autem habetur ms. Cantabrigiæ in Archivo Collegii Caji ex Bundero fol. 422., & in Bibliotheca Basileensi hoc titulo: *Landulphi Commentarius in 4. libros Magistri Sententiarum* in fol., teste Theophilo Spizelio in sac. Bibliothecarum illustrium Arcanis detectis. *Landulfus in 1. & 2. Sententiarum* nec non *Lrctura in 1. Sententiarum Fratris Landulphi Neapolitani* ms. extat Patavii in Biblioth. S. Antonii ex Thomasino in Catalogo mss. Bibliothec. Patavin. *Comment. in 2. Senten.* ms. habetur etiam Neapoli in Biblioth. S. Laurentii Min. Conv. plut. 16., sed sine initio, teste Nicolao Toppio in Biblioth. Neapol.; etiam Florentiæ in S. Crucis Bibliotheca scam. 34. versus Eccles. extat codex 389. in fol. ms. incipit: *Fundamentum 1. jaspis; 2. saphirus* &c. *Augustinus Doctor præclaras sac. Scriptura* &c.: expletoque prologo, habet: *Utrum de Deo possit communicari aliqua notitia viatori pro statu via* &c.: & in fine legitur: *Expliciunt Reportationes fratris Landulfi de Ordine Minoram super primum Sratentiarum scripta per Petram de Corundia*.

Liber 2. Seatentiarum incipiens: *Fundamentum primam iaspis; 2. saphiras &c. Apocal. penult. cap. Celeber Doctor Ber. maudialis fabricæ* &c. extat ibid. ms. scam. 32. num. 368. in fol. post libros Senten. *Hugonis* Ord. Min. Liber iste secundus prodiit etiam typis in fol. incip. *Fundamentum primum jaspis* &c.; quam editionem antiquam Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 270. testatur se vidisse Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, & Valentiæ in Biblioth. Prædicat., & videtur fuisse sine loco, & anno.

Liber 4. Seaten. incipiens: *Circa materiam 4. libri Seutentiarum unam quæstionem quæro, & est: utrum totalis novitas alicujus effectus* &c.: habetur ibid. ms. scam. 34. cod. 391. in fol., nec non cod. 390. in 4. incipiens: *Quæritur, atrum totalis novitas alicujus effectus sit a virtute illimitata* &c.: sine prologo, & fine; sed scam. 2. al. 3. versus claustrum cod. 433. in 4. magno ms. post Epitomen *Directorii juris* extat cum prologo incip. *Fundamentum 1. jaspis; 2. saphirus* &c. *Apocal. penult. r. secundum Grego., & habetur in canone 1. q. 1. Multi secul.* &c.; quo expleto, incipit: *In cujus efficacia, & sanctificatione inchoando quæro anam quæstionem, s. utrum totalis novitas alicujus effectus sit a virtute illimitata* &c.

Scribit Bunderius pag. 422. Biblioth. Dominicanæ ejus *Commenc. in primum Seaten.* incipere: *Nolite multiplicare loqui sublimia*: sed nisi ipse scripserit binos *Commentarios* in 4. libros Senten., dictum est ejus *primum Senten.* incipere: *Fundamentum primum jaspis* ex mss. a me lectis; quare crediderim, Commentarium illum esse alterius Landulphi, de quo infra dicetur. Joannes Picus Mirandulanus in Apolog. q. 1. citat 2. *Seutrn. Archiepiscopi Amalphitensis*.

Postilla in sar. Scripturam præcipue *in Zachariam Prophetam*, & *in Epistolam Pauli ad Hebræos* ms. Patavii, teste post alios Jacobo Le Long pag. 667. Biblioth. sacræ, & Fabiano Justiniano in suo Catalogo.

Commentaria moralia in 4. Evangelia prostant Neapoli 1637. in 4. teste eodem Le Long. pag. 667.

Landulfi Postilla super Evangelia Dominicalia: & *Postilla Magistri Landulfi super Evangelia Dominicalia* incompletæ extant mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis Min. Conv. scam. 7. versus Ecclesiam n. 80. in fol., & scam. 11. n. 125. mss. in fol. incip. *Sinceris*, al. sinceræ *charitatis sibi nexibus copulato Fratri Monaldo de Perusio Ord. Fr. Min. Procuratori in Romana Curia Fr. Landulfus de Neapoli religionis ejusdem sac. Theologiæ Doctor exiguus* &c.: qua epistola præmissa, subditur prologus: *Vidi alterum Angelum volantem per medium cælum habentem Evangelium æternum* &c.: & mox Opus: *Erunt signa in sole, & luna* &c. *Lucæ* XXI. *Doctor egregius Ugo lib. de Sacramentis dicit* &c.: extat ibi & scam. 35. cod. 460. ms. in 4., sed incompleta. *Sermones de Tempore* incip. prolog., seu epist. *Sincera charitatis* &c. *Fratri Monaldo de* *Pe-*

Perusiis Ordinis Fratrum Minorum Professori (leg. *Procuratori*) *in Romana Curia Fr. Landulphus* &c. *æternæ jucunditatis dulcedinem*: habentur mss. Coloniæ apud Canonicos S. Crucis in 4. num. 30., & Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum cap. AA. n. 55. teste Joan. a S. Anton. to. 2. ex Petro de Alva.

Sermones quadragesimales, & festivi incipientes: *Apoc. Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere. Apoc. 1. Ad hoc autem, ut intelligas* &c.: extabant olim mss. in Sacrario Asisien. Conventus S. Franc. in solario occid. ex Inventario illius loci; servantur nunc mss. in Tabulario ejusdem Conventus.

Sermones vero *festivi, seu de Sanctis* incipiunt a S. Andrea: *Christo confixus sum Cruci &c. Gal. 7. Hoc dicit Apostolus de se ipso.* ibidem mss. *Sermones Landulphi* extabant olim mss. Bononiæ in Biblioth. S. Francisci ex veteri illius Bibliothecæ Indice an. 1421. scripto, & paucis ab hinc annis a me lecto in Tabulario illius Cœnobii. *Landulphus in Postilla super Evangelia totius anni super Exurgens Maria* citatur a Gabriele Barletta serm. de Concept. B. V. edit. Brixien. 1521., & a Vincen. Bandello.

Tractatum de Conceptione Virginis quoque scripsit, teste Anton. Bonito Episcopo Acernensi in Elucid. Concept. maxime par. 2. col. 2.

In Metaphysicam quæstiones, quas citat Gabriel Zerbius in sua Metaphysica anno 1480. elaborata, *Landulfum imitatorem Scoti appellans*; & Matthias Aquarius Ord. Præd. lib. 7. Metaphys. diluc. 13. & 14. sub nomine *Archiepiscopi Amalphitani*.

Pleraque ejus Opera mss. asservari in Sacrario majoris Ecclesiæ Amalphitanæ, eumque obiisse circa an. 1351. Amalphi, cum supra 20. annos Sedem illam tenuisset, testis est Ughellus Ital. sac. to. 6. & 7., ubi de eo magna cum laude disserit.

MMDLI. 1324.

LANDULPHUS ignoti Cognominus =, quem Eysengrenius ait floruisse an. 1462., forsan ille Landulphus Minorita est, cujus *primus liber Senten.* incipit: *Nolite multiplicari loqui sublimia*: ex Bunderio supra cit. in *Landulpho Caracciolo*: neque enim quia Eysingrenius ait, hunc scripsisse in 2. *libr. Senten.*, quia hunc librum tantum vidit, idcirco in alios libros Senten. Comment. non edidit.

MMDLII.

LAURENTIUS forsan ARIANENSIS patriâ in Hirpinis, atque etiam idem cum *Laurentio* incerti cognominis, temporis, & patriæ infra memorato a Waddingo, circa annum 1327. assumptus Episcopus *Arianensis* Sedem illam usque ad annum 1342. administrasse invenitur ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min., & Ughellum Ital. sac. tomo 8., scripsitque *Opusculum* hoc titulo:

Origo Christi, & Virginis Mariæ per Historias Bibliæ compilata a Fr. Laurentio Episcopo Arianensi Ordinis Minorum: Incipit: *Tres calami* &c: cui autor attexuit

Breve Opusculum Collectionum temporum veteris Testamenti incipiens: *Licet nostrum non sit, nosse tempora* &c: quod ms. pervetustum membraneum in fol. m. extat Bononiæ in nostra S. Francisci Bibliotheca a me, dum studiorum causa ibidem commorarer, lectum: notavique scriptum quidem habere *Episcopum Narniensem*, sed cum inter Narnienses Antistites nullus præsertim Ordinis Minorum, & temporis antiqui Laurentius occurrat, reponendum censui *Arianensem*.

Laurentii de Ariano Ord. Min. Chronica ab Adamo usque ad Christum extat ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Mariæ Annunciatæ Ord. Servor. B. V. ex Catalogo apud Montfaucon tomo 1. Biblioth. mss. pag. 429.; & Parisiis in Regia Biblioth. cod. 6582. ex eodem to. 2. pag. 764.

Sermones Dominicales Fr. Laurentii de Ariano mss. olim in parvo volumine extabant Utini in Bibliotheca Conventus S. Franc. ex illius loci Regesto anno 1397. exarato.

1325.

LAURENTIUS incerti Cognominis = de quo Willotus, probabilius videtur idem cum superiori, cui propterea adjudicandæ sunt *Postillæ pro concionibus*, quæ mss. extare dicuntur. *Laurentius Panormitanus* Reg. Observ. vir doctissimus, & verbi Dei prædicator egregius floruisse dicitur anno 1460., & a Summo Pontifice *Commissarius Apostolicus* constitutus in Insulis Orientis, ut incolas ad arma contra Turcas capessenda excitaret, ut legimus apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 4. cap. 28., sed an aliquid scripserit, incertum est.

MMDLIII.

LAURENTIUS BORDOGNA Cornelii Vallis Brembanæ oppido natus anno 1599. Min. Strict. Observ. Institutum anno ætatis suæ 17. amplexus est; in quo cum & Lectoris, & Concionatoris munia exercuisset, ac Cœnobiorum nonnullorum regimen tenuisset, immatura morte decessit anno 1646. die 24. Januarii, relictis pluribus sui ingenii monumentis, quæ mss. asservari literis mandavit Donatus Calvus in Scœna Liter. Bergom. par. 1., videlicet

Conciones in Adventu Domini italico idiomate.

Conciones quadragesimales, & annuæ; nec non *extraordinariæ*.

Mariale, & Sanctuarium; seu Sermones de B. V. Maria, & de Sanctis.

Sermones de SS. Eucharistiæ Sacramento, & in diebus Sabbati. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 271. tribuit ei tantum *Mariale* ex Marracio in Append. ad suam Biblioth. Marianam.

* LAURENTIUS BOURGOINUS, quem hic interserit Joan. a S. Anton. ex Willoto, & Daza, est *Florentius Bourgoinus*, quem vide supra suo loco.

* LAURENTIUS BRANCHATUS, qui scripsit *de Deo, & de Angelis*, hoc loco ex Dominico de Gubernatis recensitus a Joan. a S. Anton., est Clemens Brancasius, quem videas supra suo loco. Hic enim Joan. a S. Anton. confundit hunc cum *Laurentio Brundusino*, de quo infra.

MMDLIV. 1326.

LAURENTIUS BRIXIANUS = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum jejune satis: fuit autem *Laurentius* Min. Conv. sac. Theol. Magister, ut ex ejus Opere habetur, quod primùm vulgatum fuit hoc titulo:

Breves, faciles, ac perutiles Ysagoges in Jo: Scoti Formalitates. Brixiæ anno 1537. in 8. typis Damiani de Turlinis ad Vincentium de Madiis Brixianum in Gymnasio Patavino Lectorem ab autore missæ; quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Franc., postea prodierunt Venetiis an. 1588. in 8. typis Francisci de Franciscis cum diversorum Tractatibus de *Formalitatibus Scoti* curâ Constantii Sarnani Franciscani, ejusdemque notis margineis cum ti-

titulo: *Magistri Laurentii Brixiensis Philosophi, ac Theologi praestantis in Jo: Scoti Doct. Subtilis Formalitates Isagogica Expositio*: estque expositio *Tractatus Formalitatum Mag. Antonii Syrecti*, quod hactenus a nomine observatum video. *In Formalitates Antonii Syrecti Turonensis Isagoges ad Scoti Theologiam* prodierunt Parisiis an. 1588. typis Jo: Bouc, teste Franchino in Biblios. n. 299. in *Salvatore Bartoluccio*, quem ait in eas *Commentarium*, & *Expositionem* edidisse, suppresso tamen *Laurentii* nomine. Fallitur autem Franchinus ibidem n. 245., dum hunc *Laurentium* existimat eum esse, qui anno 1608. Venetiis munus Concionatoris obibat annoque 1612. in Dalmatiam missum illius provinciae Capitulo praefuisse legitur.

M M D L V.

B. LAURENTIUS BRUNDUSINUS provinciae Venetae Min. Capuccin., ejusdemque, ac Genuensis, & Hetruriae provinciae Minister, totiusque sui Ordinis Vicarius Generalis ob eximias virtutes, ac zelum propagandae fidei Principibus, Regibus, ac Summis Pontificibus charissimus, totique orbi pene notus plura scripsit, suntque

Sermones de Tempore.

Expositio in Ezechielem.

Tractatus de modo concionandi, in quo assignantur multa regulae novis praedicatoribus necessariae.

Epistolae IV. *pro perfecta Seraphicae Regula observantia*.

Ulyssipone dum apud Regem res gravissimas ageret, migravit ad Dominum anno 1619. die 22. Julii, cujus funera in omnibus fere Europae civitatibus celebrata sunt: sicut in vita, ita & post mortem miraculis claruit. De eo Joan. a S. Anto. to. 2. pag. 273. ex autore Biplioth. Capuccin., apud quem & legimus hunc laudibus elatum a Ferdinandez, Lopez, & Gravina Ord. Praedicat.

M M D L V I. 1327.

LAURENTIUS CARDUSIUS = Ejus Opus tomis 2. divisum est. Terrinca par. 3. tit. 1. ait scripsisse alia *Opuscula*; de eo Marracius apud Alvam col. 908. Militiae, & Joa. a S. Anto.

M M D L V I I.

LAURENTIUS A CASAMAXIMA Italus provinciae S. Nicolai, Apuliaeque Reg. Observ., de quo agit Bonav. de Fasano in Hist. ms. dictae provinciae, & par. 2. Memorab. ejusdem, & Joa. a S. Anton., anno 1645., quo vivebat, scripserat italice *Mortuorium sacrum Iesu, & Mariae*.

M M D L V I I I. 1328.

LAURENTIUS A CONCHA = vulgo *Cuenca* Reg. Observ. provinciae Castellae, de quo Nicolaus Anton., & Joan. a S. Anton. pag. 274. ex Waddingo.

M M D L I X. 1329.

LAURENTIUS CORBOSA = de quo & Terrinca, & Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

M M D L X. 1330.

LAURENTIUS CORRADUCCIUS = Ord. Min. Convent. provinciae Piceni; de quo Rodulphius lib. 3., aliique postea; & sunt, qui tradiderunt, vixisse eum an. 1503., de qua re viderint ipsi.

M M D L X I.

LAURENTIUS DE LA CUEVA Hispanus prov. Castel. Reg. Observ. versibus vulgaris linguae hispane cecinit.

La Conversion del Beato San Francesco. Compluti 1619. in 8. apud Joannem Garciam, teste Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2. pag. 2., & Joan. a S. Anton.

M M D L X I I. 1331.

LAURENTIUS FASANUS = de quo Nicolaus Toppius, & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D L X I I I.

LAURENTIUS FORESTANUS Pisciensis Coenobii in Hetruria alumnus Min. Conv. Mathematicis disciplinis addictissimus, in quibus illud progressua attulit, quo publice eas profiteri potuerit pluribus locis Hetruriae, & Venetiis etiam summa cum laude; ideoque & gratissimus extitit Magnis Hetruriae Ducibus Ferdinando I., Cosmoque II., quibus magno usui eum fuisse tradunt. Moritur Pisciae an. 1623. die 14. Febr., cum edidisset Opus inscriptum:

Praxis Arithmeticae, & Geometriae hetrusco idiomate. Venetiis anno 1603. in 4. typis Georgii Varisci, postea & Senis an. 1628. in 4. ex publ. Biblioth., & alibi, teste Franchino in Biblios. num. 246. De eo & Joan. a S. Anto., sed parce.

M M D L X I V. 1332.

LAURENTIUS A S. FRANCISCO = Discalceatus provinciae Baeticae Novitiorum Magister, & postea Hispalensis Coenobii Praefectus scripsit lingua vernacula

Tesoro espiritual y divino para rescate, y consuelo de las almas; sive *de Indulgentiis Pontificiis, quibus Defunctorum animis in Purgatorio detentis suffragari possumus*; primum Gadibus 1638. in 8.; deinde auctius Hispali 22. 1650. in 4. ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 2.; & 3. Gadibus 1655. in 4. per Laurentium Machado ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 276., & in priori Biblioth. Discalceator.

M M D L X V.

LAURENTIUS GUARDIOLA Hispanus Valentinae prov. Regul. Observ. Lector emeritus, ac Historiographus evulgavit

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis. Valentiae 1644. in 4. per Silvestrum de Esparza ex Petro de Alva, Marracio, autore Biblioth. Valentinae, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D L X V I. 1333.

LAURENTIUS GUILIELMUS = de quo agit Rodulphius lib. 3., aliique post ipsum.

Rhetorica ejus prodiit apud Villam S. Albani an. 1480., teste Orlando Bononien. de Orig., & progres. Typographiae par. 2. pag. 342., eamque citat Paulus Aresius Episcopus Dertonensis de Arte Oratoria lib. 4. cap. 3., sed perperam dicit eum *Min. Observan.*, cum fuerit alumnus *Sixti IV.*, ejusque Opera mss. asserventur Savonae apud *Minores Conventuales*: hinc Joan. a S. Anton. Strict. Observ. Discalc. to. 2. pag. 277. fatetur *Conventualem* fuisse.

M M D L X V I I. 1334.

LAURENTIUS LUPUS = vulgo *Lobo* Regul. Observ. provinciae Castellae, cujus *Compendiosa Explicatio* impressa est ex Typographia Regia; & insuper edidit.

Conciones, quarum volumina circumferri scribit Petrus Salazarius in Hist. provinciae Castellae an. 1612. vulgata, teste autore Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 4.

M M D L X V I I I. 1335.

LAURENTIUS MAGRIUS = forsan hujus est & ea *Apologia*, quae sine autoris nomine vulgata est etiam in *Speculo Minorum*, seu *Firmamento trium* Or-

Ordinum Veneriis anno 1513. in 4. per Lazarum Soardum hoc titulo:

Apologia Defens. Status Frat. Minor., ut & in *Monumentis Ordinis* editionis Salmant. anno 1511. tract. 2. incipiens: *Quidam nimium scrupulosus* &c. edita sub *Innocen. VIII.* circa annum 1490. contra quemdam *Episcopum Ordin. Minor. titularem*, Suffraganeumque, forte *Libertum Belgam*. Hunc non vidit Joan. a S. Anton. to. 2., nec to. 3. in Append.

MMDLXIX. 1336.

LAURENTIUS MASSORILLUS = quem Rodulphius lib. 3., Gonzaga &c. mendose vocat *Mastrillum*, natus est anno 1490., annoque 1508. Ordinem S. Francisci ingressus est, ut ipsemet scribit *Elegia* in fine libri 2.

* LAURENTIUS MASTEALLUS, quem ex August. Wite adducit Joan. a S. Anto. in cit. Append. to. 3., meo judicio est superior *Laurentius Masterillus* Rodulphi, & Gonzagæ, rectius tamen *Massorillus* dictus a Waddingo; etenim apud cit. Wite occurrunt nomina, & cognomina persæpe mendosa.

MMDLXX.

LAURENTIUS A MONTEPOLITIANO provinciæ Tusciæ Min. Capuccin., & Minister provinciarum Aprutii, & S. Francisci cum ad plures annos Novitiorum educationi præfuisset, ad eorum instructionem scripsit

Tractatum de externa hominis compositione, & hominis interioris abnegatione ex Opusculis S. Bonaventuræ depromptum ms., teste autore Biblioth. Capuccinor., & ex eo Jo. a S. Anto., qui addunt obiisse in Civitate Pennæ an. 1602. cum sanctimoniæ fama.

MMDLXXI. 1337.

LAURENTIUS PARISINUS =

Palatium divini amoris laudat S. Franciscus Salesius in libri gallice scripti præfatione *de Amore Dei*: de eo Card. Bona de Mystica Theol. cap. 5. & seq. Legatur etiam Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.

MMDLXXII. 1338.

LAURENTIUS PORTEL = in oppido *Portel* Transtagani tractus natus in provincia Algarbiorum Minoribus Regul. Observ. nomen dedit, & summopere laudatur ab Anto. Diana in indice autorum, quos adhibuit in sua *Summa* concinnanda.

Dubia Regularia &c. prodierunt Ulyssipone 1618. in 4., postea Lugduni 1633., & 1634. sumptibus Joannis Amati Candidi, *Additionibus*, quæ seorsum in fine fuerant adjectæ, in suos loculos distributis; deinde Venetiis 1641. cum primo *Responsionum* volumine typis Pauli Balleonii; & tandem Lugduni 1643. per Laurentium Arnaud to. 2. in 8. m.

Responsiones aliquorum casuum moralium &c. Ulyssipone 1629.; & Lugduni 1633. 1640. 1642., & 1644. typis Guatherin; nec non 1652. in 8. tomis 2. per Laurentium Arnaud; & Lovanii 1635. apud Joannem Bilium.

Sermones, & exhortationes monasticas religiosis personis necessarias, & secularibus proficuas cum *tractatu de scrupulis*, & *de opinione dubia eligenda*, alteroque *de impensis factis in Templo Salomonis*. Ulyssipone 1617. in 4. apud Petrum Craesbeeck. Quæ omnia latine edita sunt, & scripta.

De los casos, que a los Religiosos se pueden reservar. Ibidem an. 1615., & anno 1671. per Georgium a Costa.

Sermones totius anni de Portel prodierunt Antuerpiæ 1651., vel 1655., inquit autor cit. Biblioth. Hispa. pag. 7.; sed fatetur, se nescire, an sint hujus scriptoris, quem adhuc anno 1640. ætate multa in vivis fuisse refert.

De triplici voto solemni sermone patrio. Ulyssip. 1626. in 4. per Craesbeeck ex Jo. a S. Anto.

Responsio circa Concept. Deiparæ ms. in fol. extabat apud P. de Alva ex col. 911. Militiæ.

MMDLXXIII.

LAURENTIUS REATINUS sac. Theol. Magister, & S. Antonii Venetæque provinciæ Minister seculo xv. floruit, scripsitque complura, quæ mss. asservantur Reate in Biblioth. Cœnobii S. Franc., teste Bonaven. Theulo lib. 4. Appar. Minor. cap. 2. pag. 124.

MMDLXXIV. 1339.

LAURENTIUS SPATHA = in patria Universitate Metaphysicam interpretatus est anno 1529., & inter celebres Philosophos Bononien. recensetur ab autore synchrono Leandro Alberto in *Italia*, ubi Bononiam describit; ejusdem meminit cum laude Rodulphius lib. 2. fol. 196., Ghirardaccius lib. 24. Hist. Bonon., & Ughellus Italiæ sac. tomo 6., ubi perperam dicitur *Bernardinus* Laurentius: de eodem agit & Bumaldus in Biblioth. Bononien.; de & Alidosius to. 1. pag. 132. ait in *Quolibeta Scoti* scripsisse; sed forsan hunc cum *Hieronymo Gadio* ejusdem Ordinis, & temporis, locique autore confundit. Nicrologium Conventus S. Francisci Bonon. refert hunc multa composuisse Opera; sed quænam, non indigitat; & anno 1544. decessisse Neapoli anno ætatis suæ 51. Joan. a S. Anton. accipit a Waddingo. V. *Anonymum Italum* CCCVI.

MMDLXXV.

LAURENTIUS DE TUSANO seculo 16. medio transtulit e latino in italicum sermonem

Arborem vitæ Crucifixi ab Ubertino Casalensi compositam, quæ prodiit Venetiis anno 1564. in 4., teste Joan. a S. Anton. de *Fr. Ubertino de Ilia* disserente.

MMDLXXVI.

LAURENTIUS A VALLICO in Carpharonia, vulgo *Grafagnana* supra Mutinam in finibus Hetruriæ loco Regul. Observ. sac. Theol. Lector scripsit circa annum 1640.

Commentaria in Summulas Petri Hispani; &

Examen Ordinandorum, teste Antonio a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1., quem exscripsit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 278.

MMDLXXVII.

LAURENTIUS VERONENSIS prov. Venetiarum Ord. Min. Capuccin. fervidus concionator scripsit, ediditque vernacule

Sermones de Sacramento Pœnitentiæ, & alios, qui absque ejus nomine circumferuntur.

Conciones de Tempore, quæ mss. asservantur apud suos, teste Dionys. Genuen. in Biblioth. Capuccinor., & ex eo Joan. a S. Anton. in Append.

Obiit in patria anno 1631., ejusque gesta leguntur to. 3. Annal. Capuccinorum.

MMDLXXVIII. 1340.

LAURENTIUS A VILLAVINCENTII =

MMDLXXIX. 1341.

LEANDER MONTANUS = suæ provinciæ Minister, Supremæ Inquisitionis Qualificator, & concionator Regius in utroque jure egregie versatus scripsit etiam

Questiones selectas Regulares. Matriti an. 1646. in fol. apud Alphonsum de Paredes ex Jo: a S. Anton.

Llave maestra, y estado de la verdadera explicacion de las Bulas de Innocentio X., y de la santa Cruzada sobre la suspension de todas las indulgentias, facultades, y indultos el Año Santo con un tratodo, en que defiende la verdad de las opiniones, que elevò en su libro de las Questiones selectas Regulares. Matriti an. 1648., & iterum an. 1650. in 4. apud Gregorium Rodriguez; estque contra Fr. Martinum a S. Joseph Placentin. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 279., qui pro eo scripsit nonnulla to. 2. Chronic. prov. S. Pauli lib. 6. cap. 40. num. 70.

Apologia in defensionem suarum quastionum selectarum. ibidem an. 1655.

Memoriale, in quo probavit, PP. Provinciales Hispania non teneri in conscientia Romam ire ad Capitulum Generale.

Apologia in defensionem Annalium Capaccinorum P. Boverii.

Liber apologeticus in defensionem aliquarum propositionum suarum concionum.

Memoriale apologeticum pro Missione Capuccinorum in provintia de Caracas.

Disputatio moralis Regularis cujusdam nova Constitutionis P. Jo: a Montecalerio Ministri Generalis.

Manifestum in defensionem sui Ordinis contra aliquorum calumnias.

Quastiones stricta morales. ibidem apud Alphonsum de Paredes an. 1646.

Explication de la Regula de S. Clora. ibidem apud Gregorium Rodriguez an. 1658. ex autore Bibliothecæ Hispan. pag. 11., vel 1648. ex Joan. a S. Anton.

Responsio apologetica contra quamdam quæstionem moralem super Regulam Clarissarum. ibidem an. 1666.

Comment. in Regulam FF. Minorum vernacule. iisdem typis an. 1658. in fol.

Disquisitiones morales in 1. 2. D. Thomæ. ibidem to. 2. in fol. ann. 1653., & 1660. sumptibus Anton. Rierii; ex Dionysio Genuensi, & Jo: a S. Antonio.

M M D L X X X.

LELIUS MEDICEUS patritius Placentinus provin. Bononien. Min. Conv. Theologus, & Ecclesiastes insignis, multorum, ac præ ceteris Veneti, & Bononiensis Gymnasiorum moderator, suæque provinciæ anno 1579. Minister electus; postmodum Pisis anno 1586. contra hær. pravit. constitutus Inquisitor; inde Florentiæ an. 1603., eo in munere decessit an. 1608., cum jam edidisset hetruseo idiomate

Sermonem super fundamentis, & rationibus excusationum adversus interdictum Pauli V. Bononiæ anno 1606. in 4. typis Joan. Baptistæ Bellagumbæ; quod & refert Franchinus in Bibliosophia num. 242., ubi plura de eo habet, aitque Cœnobium suum plurimis, ac selectioribus libris locupletasse testimonio lapidis ei ob id erecti. Meminit ejus etiam cum laude autor æqualis Rodulphius lib. 2. in prov. Bonon. Custodia Parmen., & Conv. Placentino, Antonins Terrineanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 2. tit. 2. ser. 9., & Raphael Badius in Hist. Collegii Theolog. Florent., fuit enim nepos *Hieronymi Medicei*, de quo supra actum est, *Luciique Anguissolæ*, de quo paulo post dicetur. Agit de eo & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 280.

M M D L X X X I. 1342.

B. LEO ASISIAS = cujus *Legenda* S. Francisci una cum Ruffino, & Angelo conscripta communiter dicitur

Legenda trium Sociorum; & extat ms. in Biblioth. Canon. Regular. Tungren. ditionis Leodien., teste Sandero par. 2. Biblioth. Belgicæ: incipit: *Reverendo in Christo Patri, Fratri Crescentio Dei gratia Generali Ministro Fr. Leo, Fr. Rufinus, & Fr. Angelus olim socii licet indigni beatissimi Patris Francisci reverentiam in Domino debitam, & devotam. Cum de mandato proximi præteriti Capituli Generalis, & vestro teneantur Fratres signa, & prodigia beatissimi Patris Francisci, quæ scire, vel reperire possunt, vestræ Paternitati dirigere; visum est nobis, qui secum, licet indigni, fuimus diutius conversati, pauca de multis gestis ipsius, quæ per nos vidimus, vel per alios scire potuimus &c. . . . sanctitati vestræ intimare . . . quæ tamen per modum Legendæ non narramus, cum dudum de vita sua, & miraculis, quæ per eum Dominus operatus est, sint confectæ Legendæ, sed velut de magno, & amœno prato quosdam flores arbitrio nostro pulchriores excerpsimus continuam historiam non sequentes, sed multa serio relinquentes; quibus pauca, quæ dicimus, poteritis facere inseri, si vestra discretio videbit esse justum. Credimus quod si venerabilibus viris, qui dictas confecere Legendas, hæc nota fuissent, ea minime præteriissent &c. . . Dat. Gracia 3. idus Augusti 1246.*: extat apud Waddingum ad an. 1244. num. 9. Petrus Joannes Olivi Minorita, qui obiit anno 1297., in *Expositione Regulæ* S. Francisci cap. 10. memorat *Cedulas Fratris Leonis, quas de his, quæ de Patre nostro, tamquam ejus singularis socius viderat, & audierat, conscripsit*: & B. Franciscus Fabrianen. in suo Chronico ms. ait: *Fratrem Leonem ego vidi, & scripta ejus legi, quæ recollegit de dictis, & vita sanctissimi Patris nostri Francisci*; ut etiam legitur apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1267. num. 5.; Bartholomæus Pisanus quoque Confor. XVIII. par. 2. habet: *Prædixit enim Fratribus* (S. Franciscus) *teste Fr. Leone de ædificatione sumptuosa locorum dicens: Fratres mei, post nos venirat Fratres* &c: & paulo post: *& plura alia etiam de Ordine prædixit, sicut socii retulerunt B. Francisci; & Frater Leo scripsit B. Franciscum intellexisse ventura, & futuræ tribulationis per Spiritum Sanctum tempora appropinquare*: sed an sit Opus diversum a *Legenda trium Sociorum*, vel idem, inquirant alii. Scripsit quoque

Vitam B. Ægidii Asisiatis, ut habetur ex Fr. Salimbene Parmen. in suo Chron. ms. pag. 140. his verbis: *Fuit Frater Ægidius, qui Perusii in arca saxea tumulatus est in Ecclesia Fratrum, quartus Frater Ordinis Fratrum Minorum, computato B. Francisco, cujus Vitam Fr. Leo, qui fuit unus de tribus specialibus sociis B. Francisci, sufficienter descripsit*: & hæc illa esse creditur, quam ms. italico sermone, & in cap. 72. distributam sibi a Constantino Cajetano commodatam habuisse testatur Waddingus in Annalibus; quandoquidem Historiæ autor fatetur, se familiariter sancto viro usum ex cit. Waddingo, & Arturo ad diem 25. Novembris: de eo Cornelius a Lapide 2. ad Timoth. 2. v. 14. *Vita Sancti Ægidii de Assisio Laici Ord. Min.*, quæ finiebat his verbis: *cunctis retro diebus*: extabat olim Asisii in Bibliotheca Conventus S. Francisci ex veteri illius Inventario an. 1381. confecto in 5. sola-

lario orientali una cum *Legenda S. Ludovici Episcopi, & Confessoris*, quæ incipit: *Scripturus Vitam S. Ludovici* &c: legitur etiam dicti *B. Ægidii Vita* in Chronicis 24. General. extantibus Asisii mss. pag. 26., & seqq. *Vita del Beato Frate Egidio terzo Frate, e compagno di S. Francesco* divisa in duos libros incip. *Questo glorioso homo citadino de la Città da Scisri abiando intexo da i soi parenti* &c.: extat Venetiis in Biblioth. S. Marci cod. 11. in 4. cartaceo ex illius Catalogo pag. 224.

M M D L X X X I I. 1343.

LEO BACCON =

Summam Confessorum vulgavit Parisiis an. 1646., teste Joan. a S. Anton. to. 2. Hunc eumdem crediderim cum *Leone Bacotio* Gallo Episcopo non *Flandatensi*, sed *Glandatensi*, qui elaboravit Opus inscriptum

Delphinut, seu *de prima Principis institutione*. Parisiis 1671. in 4.; deinde ibidem anno 1685. in 8., & in 12., Lugduni 1688. in 8., de quo agit Alfonsus Lassor to. 1. Universi Orbis pag. 327., & autor Ephemer. Erudit. Galliæ ad an. 1686., & ex his Jo: a S. Anton.

* LEO BALESTRINUS = V. *Leonardus Belestrinus* intra.

* LEO DE PEREGO = V. *Leo Valvassorius*.

M M D L X X X I I I. 1344.

LEO RUBEUS = de quo & Joan. a S. Anton, to. 2. Waddingum exscribens.

M M D L X X X I V. 1345.

LEO VALVASSORIUS = Abbas Picinellus ex Paulo Morigia de Nobilit. Mediolan. lib. 3. cap. 30. tradit hunc edidisse

Quædam Opera Theologica, de qua re viderint ipsi. Fr. Franciscus Pipini Ord. Prædic. lib. 2. cap. 52. Chron. to. 9. Scriptor. Rer. Ital. de eo scribit: *toto tempore animosus, & optimus sermocinator, libertatis, & nobilitatis custos*: & autor coævus Fr. Salimbene Parmen. qui eum novit, in Chron. ms. pag. 236.: *qui fuit famosus, & solemnis prædicator, & magnus persecutor hæreticorum, & confutator, & superator*: & pag. 458. inquit: *Fr. Leo Archiepiscopus Mediolanensis, qui in Mediolano optime prædicasse* &c.; scripsit igitur &

Conciones varias, quæ aut perierunt, aut latent adhuc. Waddingus ad an. 1232. num. 21. ait, quædam scriptis mandasse de *B. Bentivolo Minorita*, forsan illius *Beati Vitam*, quæ ms. servabatur in Conventu S. Severini in Piceno ex cit. Waddingo to. 4. Annal. in Addition. ad to. 1. num. 26. Plurimi tractant de hoc viro veteres, recentesque scriptores, quorum unus est Ughellus in Ital. sac. to. 4. de Archiepisc. Mediolanen. num. 97., & mihi quoque de eo alias redibit sermo. De eo & Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 18. Decem. §. 2.

M M D L X X X V. 1346.

* LEO DE VENNES = provinciæ Parisien. Ecclesiastes, de quo videndus Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccinor. Opus ejus prodiit primum Nanete an. 1635., & postea Parisiis ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D L X X X V I. 1347.

LEO ZAMBELLUS = prov. Bononien. Theologus, & Pater, de quo Lassor pag. 405. to. 2.

Globus cælestis &c. prodiit Venetiis etiam anno 1655. in 4.: edidit etiam

Tractatum de Politica tomis 2. Bononiæ 1635. in 4. typis Clementis Ferroni. *Ethicam, OEconomiam, & Politiam militarem* opus in 4. partes distributum ait Joan. a S. Anton.

Practicam criminalem. Ibidem, & eodem anno; &

Repertorium morale resolutionum casuum conscientiæ alphabetico ordine. Venetiis 1640. in 8. typis Marci Ginammi, ut habet Fernandus Bononiensis in Memor. Histor. prov. Bonon. Min. Observ. par. 3. c. 8.; & quidem *Repertorium* hoc extat Bononiæ, & Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

M M D L X X X V I I.

LEONARDUS AB ALTARE Subalpinus, provinciæque Genuensis, vel S. Didaci Regul. Observ. Theologus, & concionator haud ignobilis, cum esset Guardianus Conventus Fossani, composuit idiomate hetrusco

Vitam, & miracula B. Paulæ Gambaræ Costæ. Monteregali anno 1650. in 8., nec non & Cunei, teste And. Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 281.

M M D L X X X V I I I.

LEONARDUS BALESTRINI *Genuensis*, non *Perusinus*, ut a quibusdam recentibus appellatur, nescio quo monumento, Regul. Observ. anno 1506. Colossensis in Rhodi insula Archiepiscopus constitutus est ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1506. to. 8. pag. 128.; scripsit

Sermones in Adventu Domini, Quadragesima, in Dominicis anni mss.

Volumina plura Theologicis de rebus, & carmina plura, teste Oldoino in Athenæo Perusino pag. 209. ex Haroldo in Epitome Annal. Min. ad an. 1506.

Orationes aliquas *sacras*, quas typis datas vult Oldoinus citatus: & quidem *Orationem* egregiam habitam ad Milites S. Joannis in Æde majori die SS. Trinitatis an. 1522., cum immineret civitatis obsidio per Turcas, refert Jacobus Fontenus, qui præsens fuit.

Historiam illius obsidionis an. 1564. a Francisco Sansovino Venetiis evulgatam, qui autorem ait fuisse virum summa in sacris literis doctrina, memoria incredibili, qua aut Cyrum, & Mithridatem superabat, aut æquabat, in sententiis acutum, & in verbis ornatum, efficacemque, velut Periclis eloquentia perorantem.

M M D L X X X I X.

LEONARDUS BERGOMAS prov. Brixien. Min. Capuccin. Minister emisit

Apologiam pro arte amandi Deiparam, ejusque vero autore Fr. Alexio Salodiensi. Brixiæ an. 1612.

M M D X C. 1348.

LEONARDUS BORIANUS = hunc *Leonem* vocat Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D X C I.

LEONARDUS DULIRIS ex Recollectis Galliæ Astronomiæ non ignarus vernacule scripsit

Apologiam, sive Expostulationem contra Morinum. Parisiis 1648. in 4.; de quo P. Milliet to. 1. Cursus Mathematici cap. 9. *de progressu Astronomiæ* fol. 103., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

* LEONARDUS HUIPHONENSIS, quem ex Hieronymo Lorte refert Joan. a S. Anton in Append., est *Leonardus* prave *Chifonensis*, sed *Giffonensis*, al. *de Rubeis* dictus.

M M D X C I I.

LEONARDUS A MONTE POLITIANO provinciæ Tusciæ vir fuit magnæ religionis, & doctrinæ, memoraturque ab Urbano VI. in Epist. Bartholomæo

mæo Monasterii in Gorgona Priori anno 1378. data, & vulgata a Friderico Burlamacchio S. J. in notis ad epist. 54. S. Catharinæ Senensis ex Archiv. Monasterii Carthusianorum Pisani, qua cum nonnullis aliis diversorum Ordinum piis viris Romam vocatus ad Apostolicæ Sedis negotia fuit: a Mariano Florentino apud Waddingum in Annal. Min. sub an. 1344. num. 8. recensetur inter eos, qui Franciscanum Sodalitium suis *scriptis* illustrarunt; sed quid scripserit, minime significat; fuit enim ex antiquis scriptoribus, quorum multorum *Opera*, & fere memoria periit.

MMDXCIII. 1349.

LEONARDUS RUBEUS = ex *Geofano*, al. *Jovis Fano*, vulgo *Giffono* diœcesis Salernitanæ oppido sac. Theol. Magister.

Comment. super Cantica Canticorum extant mss. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 7. versus Eccles. n. 69. in fol. imperiali, sed cui deest prima prologi pagina: Opusque incipit: *Osculetur me osculo oris sui*: *Cantic. pri. ca. Humana progenies in statu primario* &c.

Sermones multos scripsisse lib. 1. tradit Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 13. sub an. 1353. *Sermones Dñi Leonardi de Giffono* extabant olim mss. Utini in Bibliotheca Conventus S. Franc. ex Regesto ejusdem Biblioth. an. 1397. edito; quo anno erat ille Avenione S. R. E. *Cardinalis*, ideoque dicitur *Dnús*.

Tractatus ejus *adversus Benedictum XIII. tamquam hæreticum in schismate* circa annum 1398. editus habetur ms. in Gallica Bibliotheca Colbert. cod. 820.

Tractatus utrum via renunciationis Summi Pontificis eo modo sit acceptanda, quo oblata a nonnullis proponitur; & an subtractio obedientiæ debeat fieri Benedicto XIII. scriptus anno 1395. extat ms. in veteri cod. Carthusiæ majoris incip. *Utrum via renunciationis*.

Epistola ad Carolum VI. Galliæ Regem die 8. Septembris an. 1395. data, qua suam confirmat opinionem de via cessionis ad schisma extinguendum, extat in veteri cod. ms. Archivi Regii Parisien. ex Baluzio in Vitis Papar. Avenionen.

Liber Soliloquiorum animæ pœnitentis ad Deum ad impetrandam gratiam, & lacrymas habetur ms. in cit. Biblioth. Colbert. cod. 2743. fol. 107., & creditur *Cardinalis de Giffono*, inquit cit. Baluzius in notis ad Vitas Pap. Avenion. col. 1261., de quo agit & col. 566., & 570., sicut & Raynaldus ad an. 1381. num. 26.; nec non Spondanus ad eumdem an. n. 13., quo carceri datus ab *Urbano VI.*, tandem post quinquennium liberatur an. 1386., annoque sequenti Italia aufugiens Avenionem pervenit ad *Clementem VII.* Gallum, a quo dignitati, qua nudatus fuerat, restitutus tandem sub *Benedicto XIII.* factus est *Episcopus Ostiensis*, quo munere obiit Avenione an. 1405., vel 1407. apud suos humatus. De eo & Trithemius in Scriptor. Eccles., & Oudinus to. 3. Comment. sub. an. 1380., & ante omnes autor coævus Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter S. R. E. Cardinales Ord. Min., & Conf. XI. par. 2. in provincia Terræ laboris.

* LEONARDUS SENENSIS, qui anno 1446. hortatu S. Joannis a Capistrano scripsit breviorem *Vitam S. Bernardini* sui æqualis, & familiaris, ex qua idem S. Joannes potiora transcripsit in suam, ut refert Waddingus ad an. 1380. n. 1., Minorita dicitur a Terrinca, & a Joan. a S. Anto., sed nullo monumento.

MMDXCIV. 1350.

LEVINUS BRECHTUS = Hunc Petrus Bertius in descriptione Comitatus Flandriæ *Gandavensem* patriâ dicit, uti & Joannes Bleau in Theatro urbium Belgicæ Regiæ, & forsan agregatus fuit Conventui Antuerpiensi, vel ea civitate donatus: alii *Lovaniensem* dicunt; fuitque Magister Ven. *Danielis Areadock* Mart. De eo Sedulius in Hist. Seraphica, Possevinus in Appar. sac., & Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 11. Junii §. 7.

Tractatus contra Turcas, quem Gregorius de Rives adscribit *Livino Gallo*, probabilius huic adjudicandus videtur ob ea, quæ in *Livino Gallo* dicam.

MMDXCV.

LIBERATUS MAGGATI Italus in seculo *Cæsar Maggati* Medicinæ Doctor, factus Ordinis Capuccin. provinciæ Bonon. evulgavit

Opus de rara meditatione vulnerum, seu nova methodo, qua felicissime, ac citius vulnera sanantur. Venetiis 1616. apud Ambrosium Dei sub nomine *Cæsaris Maggati*.

Opera medica composuit, quæ circumferuntur sub nomine *Joan. Baptistæ Maggati* ejus fratris; & *alia* parata habebat, quæ morte preventus indigesta remanserunt, teste Dionysio Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin., a quo accepit Joan. a S. Anto. to 2. pag. 282.

MMDXCVI.

LIBERTUS BELGA, ut suspicor, vel Germanus factus est an. 1470. Episcopus Beriœensis, al Berytensis, & Suffraganeus, sive Coadjutor Leodiensis, ediditque

Collectionem de crucibus, quæ illo tempore, & aliis apparuernut. Argentinæ anno 1478. ex Orlando Bonon. de Orig., & progres. Typogr. par. 2. pag. 357., postea Antuerpiæ an. 1501. in fol., teste Miræo in Auctario de Scriptor. Eccles. sec. 16. num. 7. Meminit hujus Waddingus in Annal. Min. ad an. 1470. n. 8., dicitque *Libertum e Broel*, al. *Brachana*, cui anno 1477. 4. idus Febr. a Sixto IV. conceditur, ut habeat *beneficium* ex Reg. Pontif. apud Petrum de Alva, & Astorga in Indic. Bullarii Seraph. ad eum an. num. 48. Nescio, an sit ille *Episcopus* Suffraganeus, qui his temporibus edidit

Tractatum adversus separationem FF. Min. Observ. a Convent., ut supra num. CDV. in *Anonymo Episcopo Suffraganeo*, & in *Laurentio Magrio*. Extat *Broel*, al. *Brilovia* provinciæ Coloniensis.

MMDXCVII. 1351.

LINUS MORONUS = Reg. Observ. Definitor, ut vocant, suæque provinciæ Tusciæ Minister laudatur ab Antonio Daza ejusdem Instituti lib. de Stigmatibus S. Franc. cap. 2., obiitque anno 1633. in patria, uti scribitur ab Antonio Terrincano in Theatro Hetrusco Minor., & Nigro in Scriptor. Florent. Opus cusum est in fol. ex Joan. a S. Anton. to. 2., ubi corrupte dicit *Morinum*: iterum autem prodiit Florentiæ 1626. in 8. ex Lassor to. 1. Univ. Terr. Orb. pag. 39. apud eumdem Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 310., ubi corrupte dicitur *Dinus Moronus*

MMDXCVIII. 1352.

LIVINUS GALLUS = in Chronicis antiquis paulo

lo post conscriptis apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 9. cap. 7. & 8. legimus, composuisse eum etiam

Tractatum, seu *Quaestionem*, *utrum liceat Christiano Mesquitam Saracenorum ingredi*, *eorumque legem palam improbare ob periculum mortis imminentis*, *docte resolutam*. Gregorius de Rives in Controversia tit. *Pro expeditione contra Turcas* tradit eum scripsisse

Tractatum contra Turcas, quem Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 283. conjicit esse *Quaestionem* supra memoratam; sed mea quidem sententia aberrat: aliud plane indicat *Tractatus contra Turcas*, & facile est, spectare illum ad superiorem *Levinum Brechtum*; & Gregorium de Rives confudisse illum cum isto; tempore enim Livini Galli in Europa non Turcæ, sed *Saraceni* audiebantur. Agit de hoc Martyre etiam S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. §. 17. cap. 9., Marracius tomo 2. Biblioth. Marianæ, & Arturus in Martyrol. Franciśc. die 1. Aug. §. 1.

M M D X C I X. 1353.

LIVIUS GALANTES = Reg. Observ. prov. Bononiensis Theologus, & Philosophus eruditus in Platonicis disciplinis versatissimus, nec minori doctrina, quam pietate præclarus, inquit autor coævus August. Superbus in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. Fuit autem & bonis literis, Poësique in primis excultus, legique nonnullos ejus *versus* neque insulsos, neque inelegantes, qui circumferuntur mss., hetrusca lingua pro defensione *Francisci Petrarchæ* contra *Alexandrum Tassonum*, cum quo hac de re non minima, sed tristis altercatio fuisse fertur. De eo Lassor to. 1. Universi pag. 15., Dupinus sec. 17., ac ex eis Joan. a S. Anton. to. 2.

* LOPETIUS A SALINIS = V. *Lupus*.

* LUCAS APULUS = V. *Lucas Bituntinus*.

M M D C. 1354.

LUCAS ASSISIAS = præceptor fuit *Gulielmi Vorilongi* ejusdem Ordinis in Gymnasio Parisiensi circa an. 1430., quemadmodum testatur idem Gulielmus in 4. Senten. libro d. 50. prope finem, ibidemque commorans an. 1431. per Magistrum Conradum Wild de Wittemberg in artibus scriptorem exscribi fecit *Repertorium Morale Petri Bercorii* tom. 4. in fol. pro suo Cœnobio Asisien., unde an. 1753. Opus translatum est in privatam Benedicti XIV. Bibliothecam. Fuit etiam *Inquisitor* contra hæreses in Valle Spoletina, Umbriaque, ut habetur apud Waddingum in Annal. ad an. 1438. n. 28. Memoratus Gulielmus initio prologi Senten. citat *Principium* sui Magistri, quod est *in libros Sententiarum*; unde lucet, scripsisse eum etiam

Comment. in 4. Sententiarum libros de more illorum temporum.

M M D C I. 1355.

LUCAS BALIONIUS = quem citat Thomas Garzonus in Plantea Univers. in fine disc. 3. an. 1585. descripta. Possevinus in Appar. sac. perperam vocat *Ludovicum Baleonem*; reticensque Institutum Regul. ejus Opus dicit prodiisse Ven. an. 1562. typis Andreæ Torrisani, & fratrum; etiam Julius Niger in Script. Florent. citans Carolum Cartarium in Syllabo Advocatorum Consistor. tacet Institutum, & patriâ Florentinum fuisse dicit: verùm cum neque Pocciantes Florentinus eo tempore scribens, neque Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. hunc habeant, æstimo potius cum extitisse aut Venetum, aut *Perusinum*, ex qua urbe, familia, & Instituto paulo ante floruerat *Fr. Evangelista*. Certe Oldoinus in Athenæo Perusino pag. 212. Perusinum dicit, eumque secutus est Joan. a S. Anton. to. 2.

* LUCAS BELLUDA = V. *B. Lucas Patavinus* infra.

M M D C I I. 1356.

LUCAS BITUNTINUS = *Fratris Lucæ de Apulia* Ord. Min. an. 1233. meminit Fr. Salimbene Parmen. in Chronico ms. pag. 243., ubi ait fecisse *Sermonem* in morte Henrici filii Friderici II. Imperat., ita ut Imperator illum voluerit habere: & pag. 286. scribit: *Frater Lucas Apulus ex Ord. Fratrum Minorum*, *cujus est Sermonum memoria* (idest liber), *qui fuit Scholasticus*, *& Ecclesiasticus*, *& literatus homo*, *& in Apulia in Theologia eximius Doctor*, *nominatus*, *solemnis*, *& famosus*, addens fuisse sub Gregorio IX. anno 1241. defuncto. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 33. versus claustrum num. 761. extat codex antiquus valde, & pulcher in 4. magno hoc titulo:

Sermones venerabilis Lucæ de Botonto; incipitque prologus: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes* &c: *Tantu est divinæ legis excellentia* &c. Opus vero incipit: *Universæ viæ Domini misericordia*, *& veritas*. *Quando populo notificatur sui Regis adventus* &c.; ab Adventu enim procedit usque ad ultimam Dominicam Pentecostes: & licet in prologo dicat, *se mundato Superioris urgente*, *nec non quorumdam Fratrum desiderio Opusculum Sermonum Dominicalium* coactum esse annotare; addatque: *Suscipe digne Pater totius Ordinis Minorum Minister auditoris tui licet inculti Operis rudimenta* &c., tamen habentur ibi plures alii Sermones Dominicalibus intermixti ex Epistolis Pauli, aliisque, Sermones de Nativitate Domini, SS. Stephano, Johanne, & Innocentibus; in fine vero Sermones plures de Mortuis, desinitque: *ut laborem convertat in requiem*. *Amen*. In extrema pagina legitur charactere diverso, sed antiquo: *Sermones venerabilis Fratris Lucæ de Botonto provinciæ Apuliæ*: in prima vero: *Iste liber est ad usum Fratris Iacobi de Trisnucti Ordinis Minorum provinciæ Ethruriæ*, *& Custodiæ Florentinæ*, *post cujus mortem pertinet ad armarium Florentini Conventus*: floruit autem *Fr. Iacobus*, scripsitque paulo post annum 1308., ut dictum est supra, dum de eo egi. *Fr. Lucæ de Botonto prov. Apuliæ Ord. Min. Sermones super Epistolas*, *& Evangelia Dominicalia totius anni* incipientes sine prologo: *Universæ viæ Domini misericordia*, *& veritas* &c.: & finientes: *sic iste effulsit in templo Domini*: extabant olim mss. in Sacrario Conventus S. Francisci Asisii ex veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto IV. solario occid., & banco V. occid., qui codices videntur incompleti, eo quod in Biblioth. ejusdem Conventus ex cit. Inventario in IV. sol. dicuntur desiisse: *Christo præstante*, *qui est benedictus in secula seculorum*. *Amen*: in quo solario IV. alius codex incipiebat: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes*: & finiebat: *Christus Dominus noster*: cum tamen *Narraverunt* sit initium prologi, *Universæ viæ* vero initium Sermonum; & iste codex completus nunc superest, servaturque in Tabulario ejusdem Conventus, sed sine nomine autoris. Hi *Sermones de Tempore* incip. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes* &c., prodierunt an. 1483. in fol., quæ editio habetur Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 283., dicens se illam

 vi-

vidisse; additque eos etiam mss. in fol. ex Biblioth. Antuerpien. Abbatiæ S. Michaelis habuisse Petrum de Alva eum hoc titulo: *Sermones vin, & veritatis super Epistolas, & Evangelia de Tempore per totum annum eximii sacræ Theologiæ Doctoris Lucæ de Bitonto Ordinis S. Francisci socii S. Antonii de Padua*: ex quo cit. Joan. a S. Anton. ansam arripuit carpendi Waddingum, & asserendi Lucam *Bituntinum*, & *Patavinum* unum eumdemque esse, quo nihil falsius.

Sermones ejusdem *Dominicales*, *Quadragesimales*, *& festivi* incip. *Ecce nomen Domini venit de longinquo ardens furor ejus*, & finientes: *qui fuerunt Dei sui apertissimi proditores*, extabant Asisii in IV. sol. occid. ex cit. Inventario.

Sermones de Sanctis incip. *Facies leonis a dextris* &c., quos memorat Rodulphius pag. 328., in Bibliotheca Florentina S. Crucis non amplius extant.

MMDCIII.

LUCAS CALESSILITANUS Siculus prov. Messanen. Min. Capucc. scripsit

Summam de casibus conscientiæ, quæ *Summa Lucana* appellatur, in 3. tomos in 8. distributam, & ab eo completam anno 1563., quæ ms. habetur in Biblioth. Conventus Genuen. sui Instituti, teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

* LUCAS CIONI = V. *Lucas Nini*.

MMDCIV.

LUCAS DE S. FRANCISCO de la Tovilla Valentiæ nobili loco natus, Excalceatorum provinciæ S. Joan. Baptistæ, concionator, & a Confessionibus Philiberti Proregis Valentiæ, vir exstaticus, ingenti pietate, salutisque animarum zelo præditus scripsit lingua materna

Monile Deiparæ V. M. Murciæ 1619. in 12. ex Biblioth. Hispan. pag. 13., & postea 1650.

Tractatus tres *de æterna Communione*: *de oratione mentali*: & *de laudibus S. Joseph* extant mss., teste Joseph Chatino in Chron. ms. illius provinciæ. De eo Antonius Pañez, & Jo: a S. Anton. to. 2.

* LUCAS A GUEVARA. V. infra *Ludovicus a Guevara*.

MMDCV. 1357.

LUCAS MECHLINIENSIS = de quo & Dionysius Genuen. exscribens Waddingum.

MMDCVI.

LUCAS MENCHOLINIUS a Cutiliano Pistoriensis diœcesis oppido provinciæ Tusciæ Theologus Reg. Observ., & ecclesiastes celeber pluribus sui Ordinis in Gymnasiis Aquilæ, Perusii, Florentiæ, & Venetiis doctrinam Scoti exposuit, legitque, quo quidem tempore adnotavit, & scriptis tradidit

Contradictiones Scoti tum literales, tum virtualiter tales, tum dictis Sanctorum, & Philosophorum oppositiones in prologum, primum, atque secundum librum Sententiarum Subtil. Joannis Duns Scoti, quas expurgatas, & auctas vulgavit *Jacobus Pierius* Pistoriensis ejusdem Ordinis Florentiæ anno 1625., ut dictum est supra in *Jacobo Pierio*. Lucas vero decessit ex hac vita Neapoli anno 1590. ex Antonio Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2., qui tamen habet an. 1621. loco 1625.

MMDCVII. 1358.

LUCAS A MONTEFORTI = de quo Marracius, Toppius, Petrus de Alva col. 949. Militiæ, & autor Expeditionis Hispan. S. Jacobi to. 2. n. 70.

Domus Sapientiæ &c. prodiit Neapoli an. 1654. in fol. typis Camilli Cavalli, teste Joa. a S. Anton., & prohibetur ex Decr. sac. Congregat. Indicis sub die 10. Junii an. 1658. ex Ind. Libror. prohibitor.

MMDCVIII.

LUCAS NINI, al. Cionis Senensis de *Marsiliis* juxta Ugurgerium in Pomp. Senen. par. 1. tit. 14. n. 47., sac. Theol. Doctor, cujus meminit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1424., quo anno tradit Procuratoris Generalis munere functum; contra hæreticam pravitatem fidei Inquisitor in Marchia Tarvisina, Senisque in Tuscia an. 1428.; anno 1434. pridie kal. Decembris Eugenius IV. literas dedit pro *Fr. Luca Cione Inquisitore*, ut est apud Indic. Bullarii Seraphici Petri de Alva, & Astorga ad eum annum num. 41.; Theologicæ Academiæ Florentiæ aggregatus an. 1438. ab Eugenio IV. ad Ferrariense œcumenicum Concilium amandatur ex Waddingo ad an. 1437. num. 3., & 1438. n. 2. ut unus e 12. sacræ Theolog. Magistris a Pontifice pro Concilio postulatis, ubi scripsisse dicitur doctissimum

Opusculum de Spiritus Sancti a Patre processione. Missus est postea *Nuncius*, & Theologus a Senensi Republica Basileam ad Concilium: unde ejus extat

Epistola ad suos cives de legitimo Basileensi Concilio acceptando dat. Basileæ, uti docet cit. Ugurgerius, qui addit, ei se subscripsisse *Ministrum Generalem*; sed forsan legendum *Ministrum Provincialem*: vel aliquid erroris irrepsit. Scripsit etiam cum nonnullis aliis

Constitutiones Theologici Collegii Florentini, teste Luca Josepho Cerrachino in Fastis Theologicis Collegii Academiæ Florentinæ pag. 53., & 721. Hic fortassis est ille *Lucas Senensis* sacræ Theologiæ Magister, de quo loquitur Abbas Panormitanus parte 2. Consil. numero 63., ejusque causam egit, cum Domina B. illi donationem fecerit 16. florenorum aureorum singulis annis ejus vitæ pro libris emendis, aliisque necessitatibus pro studio Theologiæ; resolvitque legatum tenere, præsertim quod a Summo Pontifice facultatem illud recipiendi obtinuerat.

Alius *Lucas Senensis* (nam alium plane dixerim) Min. Conv. sac. Theol. Magister, & ecclesiastes insignis anno 1486. Bononiæ in celeberrimo S. Petronii Templo *conciones quadragesimales* habuit ex Monumentis mss. illius Basilicæ; annoque 1489. Florentiæ interfuit Disputationi *de causa mali* habitæ coram Laurentio Mediceo, Jo. Pico Mirandulano, aliisque pluribus viris doctissimis, teste Georgio Benigno Salviato in suo de hac Disputatione Opusculo supra relato. Cerrachinus laudatus primum *Lucam Cioni* icendum affirmat, Waddingus vero vocat *Lucam Nini*, qui videtur utrumque confundere, & migrasse ait ex hac vita anno 1499. in Annal. Min. loco cit.; sed ex Reg. Gener. Ord. pag. 56., & 12. factus est anno 1508. Vicarius Gener. in provinciis Romæ, & S. Francisci usque ad reditum Ministri Generalis de partibus Hispaniæ.

* LUCAS ORGAS. V. *Lucas Romanus*.

MMDCIX. 1359.

LUCAS PACIOLUS = Min. Conv. sac. Theol. Magister; anno 1489. Romæ se publico in Gymnasio Lectoris munus obiisse ipsemet scribit circa

6.

finem dist. 8. *Tractatas* Geometriæ; & in limine peculiaris *Tractatas circa corpora regularia, & ordinaria* adjuncti ad calcem 2. partis, seu tractatus *Geometriæ*, significat, se eo anno 1489. Romæ ad obsequium Petri Valetarii Genuensis, & Episcopi Carpentoracensis apud Cardinalem Petrum Fuxum in palatio Ursino Campi Floræ destinatum; anno vero 1493. erat Patavii ex Regesto Ordinis pag. 8. & 9.; & anno 1501. Bononiæ in Universitate primarius Mathematicæ Lector factus est ex monumentis illius Gymnasii; denique anno 1510. 22. Febr. institutus est Commissarius sui Cœnobii cum facultatibus amplis ex cit. Regesto pag. 12. Primus hic dicitur, qui de Algebra *scripta* typis dederit.

Samma Arithmetica, Geometria, Proportionum, & Proportionalitatam cum *Trartata circa corpora regularia, & ordinaria* scripto anno 1494., italice ad Guidonem Ubaldum Urbini Ducem prodiit in fol. *Venetiis apud Paganinum de Paganinis Brixiensem, imperante Augustino Barbadico* M. CCCC. *lxl*IIII., idest *anno* 1494., non autem 1465., ut habet Franchinus in Bibliosophia num. 246. pag. 401.; quæ editio extat in Hispalensi Biblioth., teste Jo: a S. Anton. to. 2., & Bononiæ in Biblioth. S. Franc., memoratur ab ipso in lib. *de divina proportione* pag. 32., & adducitur ab N. Fr. Haym in Not. Libror. rarior. italic.; & iterum ibidem an. 1509. in fol. ex Dictionario Baile to. 4. pag. 2696. not. E.; & demum Tusculani ad Lacum Benacum an. 1523. per eumdem Paganinum in fol. ex Indice etiam Bibliothecæ Barber., & Florentinæ S. Crucis. Maittaire Annal. Typograph. to. 1. pag. 454. scribit prodiisse primo Venetiis an. 1484. in fol.; sed autor dist. 6. tractat. 1. pag. 67. vers. asserit, se Opus illud scribere anno 1487. Innocentii PP. VIII. an. 4., cum esset Perusiæ Mathematicæ publicus Professor. Ibi etiam ait, in seculo se discipulum fuisse Venetiis Dominici Bragadini, & de *Algebra* alia quatuor Opera scripsisse, quorum unum misit anno 1470. Bartholomæo, Francisco, & Paulo de Rompiansis Venetis fratribus; alterum an. 1476 Perusinæ juventuti nuncupatum; tertium an. 1481. Jaderæ scriptum. In epist. autem nuncupatoria dicit, etiam in Gymnasio Neapolitano se Euclidem professum esse; præmittiturque Operi sequens Fa. Pompilii *epigramma* ad lectorem:

„ Quæ fuerant mediis carie consumpta late-
„ bris,
„ Restituit Lucas, lector amice, tibi.
„ Mœnia si lapides, quos habent erecta sub
„ auras;
„ Aut ubi phœbeos temperat annus equos;
„ Et quæ cæruleas ducat te stella per undas;
„ Et quæ declivo corpore signa cadant;
„ Linea, quid corpus, quid circus, & angulus
„ omnis;
„ Ultima quæ terris regio, quas fluctibus ur-
„ bes
„ Extremus gelidis abluat oceanus;
„ Tempore seu certo concordem emittere vo-
„ cem,
„ Naturæ mores discere seu cupies;
„ Demere seu numeros numeris, sive addere
„ tentas,
„ Sollicitum medio seu juvat esse foro;
„ Hunc eme: quidquid erit liber hic condu-
„ cet agenti:
„ Quod non dant plures, hic feret unus
„ opem.

De divina proportione italice scriptum Mediolani an. 1497.; sed ubi agit de architectura Venetiis scripsit an. 1509., ex pag. 23., ibique & prodiit an. 1509. eisdem typis in fol. In epist. ad P. Soderinum Reipublicæ Florentinæ Principem ait, Euclidis elementa lingua patria donare coactum esse, confluente studiosorum copia; & pag. 28. scribit, ab anno 1496. ad an. 1499. Mediolani stipendiis Ludovici M. Sforza conductum vixisse: adjunxit autem

Libellum in tres partiales trartatus divisum quiaque rorporum regularium, & dependentium activæ perscutationis.

Edi curavit castigatius *Euclidem* ex interpretatione Campani, additis ad loca difficiliora suis *annotationibus*, misitque ad Cardinalem Volaterranum Franciscum Soderinum Florentinum, cusum Venetiis anno 1509, & iterum 1519. per eumdem Paganinum, quæ posterior editio extat Asisii apud nostros, præmissis binis Epistolis, altera Danielis Cajetani Cremonensis ad Danielem Ranerium J. C. Venetum, altera vero Francisci Massarii Veneti ad Jacobum Coccum ejus concivem in laudem autoris, & Operis, in quarum prima dicitur in *Physica, Theologia*, & *Mathesi* vir incomparabilis, nec non *concionator* celeber in Italia, & extra in nobilissimis civitatibus frequentissimo cœtu auditus; in cujus laudem & sequens præmittit epigramma:

„ Redditus infernis Euclides mœstus ab umbris,
„ Pallidus, informis, conditus ora situ
„ Hospicium a multis miseranda voce poposcit
„ Per fora, per Regum limina, perque
„ scholas.
„ Accipitur nulli, nisi qui se nosse putabant:
„ Sed male quod fuerat cognitus, emicuit;
„ Extremasque diu mundi spaciatus ad oras,
„ Si qua sibi misero dextera ferret opem;
„ Invenit tandem qualem felicia dudum
„ Patronum votis fata tulere suis.
„ Frater is est, a quo nitidus, formosus &
„ ille
„ Redditur, antiquo tempore qualis erat.

Thuanus lib. 19. Hist. de *Nicolao Tartalea* Brixiensi Mathematico nobili disserens ait, illum *multa a Luca Bargensi Monacho solertissime inventa* illustrasse, & correxisse. Hieronymus Cardanus etsi in sua *Practica Arithmetica* sæpe eum confutet, ut videatur adversus eumdem ex professo Opus illud confecisse, tamen interdum citat, & commendat, ut cap. 41. in fine, & cap. 61. n. 1n., ac 15. &c.; cap. vero 68. in fine dicitur *amator virtutum, & laboriosas; & quod si non fuisset, ego fortasse non potuissem complere artem ad modum, quem feci*. De eo P. Milliet cap. 2. & 3. de progressu Matheseos.

Habuit germanos fratres ejusdem Instituti *Jo: Petrum* sac. Theol. Mag., & *Ambrosium* ex pag. 23. *de divina proportione*.

M M D C X.

LUCAS PATAVINUS Lector, & Custos, alius a B. Luca Belludo Patavino, de quo infra, cum utriusque memoria simul occurrat in monumentis Archivi Patav. Cœnobii S. Antonii Min. Convent., & alter dicitur *Fr. Lucas a S. Anton.*, alter vero *Fr. Lucas Lector*, aut *Custos*: scripsit *Sermones* incip.

Fr. Luca Lectoris de Padua Dom. 1. de Adven. Dom. Sermo incipit: Et veniet desideratus cunctis gentibus &c.: extantque ms. Patavii in Bibliot. cit. Conventus circa an. 1370. conscripti, quorum unus est de *Translatione S. Antonii*. Fr-

Fr. Lucas de Padua Ord. Min. a Nicolao III. an. 1280. ad Archiepiscopatum Ragusinum promotus dignitatem sibi oblatam noluit accipere ex epist. *Militanti Ecclesiæ* Martini IV. 10. kal. Januar. an. 1281.; sed nescio an de hoc, vel de sequenti loquatur.

MMDCXI. 1360.

B. LUCAS PATAVINUS = ex nobili, vetustaque familia *Belluda*, ab Ezelino Tyranno in exilium pulsa una cum B. Luca, ut scribit Rodulphius lib. 2. fol. 269.; sed Zambonus Favafoscus scriptor antiquus narrat, Lucæ parentes quidem patriâ pulsos, ipsi tamen permissum, ut Paduæ remaneret: de quo Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Viris SS. in provincia, & loco *Patavii* sitis ait: *hic jacet Fr. Lucas B. Antonii socius sanctitate, signis, & scientia, ac prædicationibus clarus... hic utiles, solemnes, & subtiles composuit sermones Dominicales, & incipiunt: Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua*: & paulo post inter Scriptores Ord. Min. eumdem commemorat; sed & Confor. XI. par. 2. in provincia S. Antonii, locoque Patavino repetit, eum *præter miracula Dominicale pulcherrimam ad prædicandum, & subtile* edidisse. Opus etiam *notabile, & famosum* vocat Joa. Card. Turrecremata de Verit. Concept. B. V. par. 6. cap. 32., extabatque olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ms. ex veteri Indice illius Biblioth. an. 1437. edito pag. 15. 24., & 72. incip. *Narraverunt mihi iniqui* &c. *Item Sermones Lucæ, & Historia Evangelica incip. Fuit autem in diebus* &c. ms. ibid. pag. 72. *Sermones de Adventu, & per totam annum Luca Fratr. Min.* extant mss. pergam. Viennæ Austriæ apud nostros ex illius loci Inventario an. 1593. confecto, & Romæ asservato pag. 46. Rodulphius lib. 1. fol. 119. de B. Luca disserens notavit in margine ejus *Sermones* haberi mss. Arimini, lib. vero 3. de hoc ipso scribit haberi Patavii mss. in Biblioth. D. Antonii, ubi usque nunc asservantur; suntque n. 184.; sed initium *Narraverunt* &c. commune est etiam Sermonibus Fr. Lucæ Bituntini, de quo supra.

Vivebat adhuc anno 1285. die 9. Junii, qua Dña Alicia in suo testamento asservato in Archivo Conventus Patavini S. Anton. reliquit *Fratri Lucha socio q. B. Antonii libras quatuor Venet. pro una tonega*. Sepultus autem est in Templo S. Antonii, non in *Sacello* ejusdem Sancti, ut ait Waddingus, sed prope, ut habet proxime citat. Pisanus Confor. VIII.: *Hic jacet juxta Capellam B. Antonii, & super ejus arcam missa celebratur, & corpus ejus in devotione habetur*: idipsum habet & veterum traditio: ejus festum celebratur die 17. Februarii. De eo agunt Chronica antiqua apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 4. cap. 12.; legique potest etiam Commentarius Michaelis Savonarolæ de laudibus Patavii an. 1450. circiter compositus to. 24. Rer. Italic. Script. lib. 1. cap. 2., ubi eum a miraculorum copia valde commendat. Hic est ille *Fr. Lucas*, qui ab Alberto Mussato Patavino autore synchrono inducitur in Tragædiam Ezelini to. x. Rer. Italic. Scriptor.

MMDCXII. 1361.

LUCAS ROMANUS = de quo Marracius, Petrus de Alva in Militia, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2., & Dupinus sec. 17.

MMDCXIII. 1362.

LUCAS DE SUBERETO = non de *Saberto*, ut etiam habet eum errore Willotus; hoc loco Rodulphius lib. 3. recte *de Subereto* dicit, quod est oppidum Hetruriæ Custodiæ Maritimæ, & diœcesis Grossetanæ; ex quo loco fuit *Gulielmus* Ordinis *Generalis* Minister tempore schismatis a Gregorio XII. electus, qui tamen perperam Guidus appellatur a Rodulphio lib. 2. fol. 265.; ubi quoque cum errore *Lucam* hunc dicit *Ladovicum Baccalaureum*, *qui nonnulla* scripserit: lib. autem 3. tradit *Lucam* edidisse *quædam Opuscula laude digna, & quædam alia desiderari*. A Rodulphio errorem hausit Waddingus in Annal. ad an. 1288. n. 4., ubi vocat *Ludovicum*; sed in hoc libro de Scriptor. *Lucam* appellat; Joan. autem a S. Anton. to. 2. & *Lucam*, & *Ludovicum* sejunxit.

Quæstiones Antonii Andreæ super 12. libros Metaphysices Arist. recognovit, & a se castigatas evulgavit Venetiis an. 1482. in fol. typis Gregorii, & Joannis Foroliviensis, teste Ferchio in Discuss. Scot. Metaphys., rursumque an. 1487. ibidem typis Boneti Locatelli ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bonon., & Ferrar., qua in editione dicitur *doctissimus sac. Theologiæ Baccalaureus formatus*: & anno 1488. constitutus est Gymnasii Pisani *Regens*, eum jam sac. *Theologiæ Magister esset*, ex Actis mss. Capituli Gen. eo anno Cremonæ a Francisco Samsone celebrati: de eo etiam in Regesto Ordinis sub anno 1488., quo dicitur lauream Magisterii accepisse Cremonæ in dictis Comitiis Generalibus die 25. Maji celebratis; & sub anno 1492. pag. 6n.

MMDCXIV. 1363.

LUCAS WADDINGUS = hujus *Vitam* fuse descripsit *Franciscus Haroldus* ejusdem Instituti, regionis, & in Chronologi munere successor, quam præmisit *Epitome Annalium* Waddingi Romæ tomis 2. in fol. vulgatæ anno 1662.

Legatio Philippi III. &c. prodiit etiam Antuerpiæ 1641. typis Petri Belleri, & Coloniæ, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Illustre Martyrium XIV. *Fratrum Minorum ab hæreticis Bohemis Pragæ pro fide catholica occisorum* scripsit; misitque ad *Hieronymum Strasser* Germanum ejusdem Ordinis, ut id examini subjiceret, qui correctum, expolitumque suo nomine vulgavit Viennæ Austriæ an. 1624., ut idem Waddingus refert supra in *Hieronymo Strasser*.

Vitam Joan. Duns Scoti Doctor. Subtil. vulgavit primùm to. 1. Operum ejusdem Scoti præfixam Lugduni an. 1639. in fol. typis Laurentii Durand; postea Montibus an. 1644. in 8. per Fratres Vuaudræi.

Vitam B. Petri Thomæ Carmelitæ Patriar. CPolitani in italicum sermonem translatam edidit Furnarius in suo *Carmel. Memorabili Anno* to. 1. die 29. Januarii.

Scriptores Ordinis Minorum cum Syllabo Martyrum ejusdem Ordinis. Romæ 1650. in fol. typis Francisci Alberti Tani; postea Trevicis ex officina Huberti Reulandt, teste Antonio Teisserio in Catalogo AA. apud Joan. a. S. Anton. to. 2.

Tomum octavum Annalium Minorum ab anno 1501. usque ad annum 1540. impress. Romæ an. 1654. in fol. per Joan. Petrum Collinium; & postea etiam Lugduni 1657. *Supplementum horum Annalium* usque ad an. 1500. elaboravit Fr. *Antonius Melissanus* Subalpinas ejusdem Instituti, & emisit Taurini an. 1710. to. 1. in fol. post autoris mortem Fr. *Antonias Maria de Turre* ab Augusta Præto-

toria, sed fede mendis scatens, & valde mancum. *Annales* vero e latino in gallicum sermonem vertit *Silvester Castet* Minorita Gallus, & ommissis Bullis, imprimi fecit Tolosæ an. 1680. tomis 4. in 4. teste Langlet Fresn. in Methodo studendi Hist. Nuperrime autem latine, integreque cum *Vita Vaddingi*, & *Supplemento* Melissani cura, atque opera P. Joseph Mariæ Fonsecæ Eborensis ejusdem Ordinis S. & Universalis Inquisitionis Consultoris, S. C. Consist. Votantis, Episcoporum Examinatoris, & in Rom. Curia Commissarii Gener., postea Portuensis in Lusitania Episcopi locupletiores paulo prodierunt Romæ an. 1731., & seqq. tomis 16. in fol., quibus accessit magnus *Index* studio Fr. *Joseph Mariæ Anconitani* to. 1. in fol., nec non *Continuatio* ab an. 1540. usque ad an. 1553. *Joannis de Luca* Veneti ejusdem Ordinis to. 1. in fol. typis Rocchi Bernabò an. 1741., & tomus secundus usque ad an. 1564. operâ dicti Fr. *Josephi Mariæ Anconitani* ibidem anno 1745. in fol. (Tomi 19. omnes.)

Immaculata Conceptioni B. V. M. non adversari ejus mortem corporalem. Romæ anno 1655. in 8. apud Nicol. Angel. Tinassi.

De Baptismo B. Virginis. Ibidem anno 1656. in 8.

De Redemptione ejusdem. Ibidem eodem anno in 8.

Epigrammata pia, quæ suppresso autoris nomine habentur post Tractatus Francisci a Sosa Salmanticæ impressos an. 1623. per Antonium Vasquez, ut ipsemet Waddingus prodit in Indice Materiarum §. *Poemata*.

Summam Casuum Conscientiæ Emman. Roderici ex duobus voluminibus, duobusque alphabetis jussu Superiorum unum satis grande compegisse se, absolutis studiis Theologicis Salmanticæ, & per sua loca singulas materias disposuisse, ipsemet scribit supra in *Emmanuele Roderico*, subdens illud prodiisse an. 1616.

Florilegium de dictis, & factis Philosophorum celebrium, cum Opusculo de Sapientia Sanctorum Joannis Guallensis Minorita. Romæ 1655. in 12. ad Carolum Card. Barberinum, teste Francisco Haroldo in ejus Vita.

Oculum moralem Joannis Guallensis cum apologia vulgavit ibidem anno 1655., mox & Viterbii an. 1656. ex Indice Biblioth. Barber., & Conventus SS. XII. Apostol. Romæ.

Commentaria ad Vitam, & Opuscula S. Anselmi Episcopi Lucensis. Romæ an. 1657. in 4.

Tractatum de scandalis exortis in controversia Conceptionis scripsit, teste Marracio in Biblioth. Mariana apud Joan. a S. Anton.

Judicium doctrinæ Jansenii, seu brevis relatio de gestis in controversia Jansenistarum edita est a Mag. Germano Leodii an. 1696. typis Henrici Heyoux to. 4. pag. 389. Defens. Eccl. Rom., Summique Pontificis.

Alphonsi Ciacconii Opus de Rom. Pontificibus, & S. R. E. Cardinalibus correxit, & auxit, teste cit. Joanne a S. Anton.

Tomi duo *Operum* ejus, *Vitæ Summorum Pontificum, & Cardinalium*; & *Collectanea ad Vitas Episcoporum* mss. extant Romæ in Archivo Basilicæ S. Petri ex Catalogo apud Moutfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 159.

Obiit Romæ in Cœnobio S. Isidori a se fundato, ubi sequens epitaphium habet:

„ R. A. P. F. Lucæ Waddingo Hiberno, viro
„ erudito, virtutibus ornato, de Ecclesia, Religio-
„ ne, & patria benemerito, Lectori Jubilato, to-
„ tius Ordinis Minorum Cronologo, Patri, ac fun-
„ datori optissimo, & amplissimo Collegium mœ-
„ rens posuit ære D. Herculis Ronconii in Urbe
„ Advocati ejus vere amici.

„ Obiit XVIII. Novembris MDCLVIJ., ætatis LXX.

Laudatur a Paulo Leonardo Iberno in Respons. ad Expostul. contra Scientiam mediam par. 2. sect. 4. n. 20.

MMDCXV.

LUCIA PALEARIA e Cutiliano Pistoriens. diœces. Tertii Ord. Secularis in Monasterio S. Bonaventuræ Cutiliani oppidi a pio Theologo humaniores literas, Philosophiam, ac Theologiam edocta alias ejusdem Monasterii Virgines eisdem facultatibus, disciplinisque imbuit: ex qua re fama doctrinæ ejus ita percrebuit, ut undique ad eam de Theologia, sacrisque literis quæstiones multæ deferrentur, quibus ipsa humaniter, ac docte responsa dabat; sed invida boni mors immature Virginem e vivis sustulit, cum scripsisset

Plures, variasque Responsiones ad diversas de Theologia, sacrisque literis quæstiones sibi missas, & alia, quæ mss. asservari in dicto Monasterio Cutilianen. dicuntur; ubi & extructum e marmore monumentum, ac locata statua visitur in Ecclesia cum hoc epitaphio:

„ Quisquis festinum huc moliris ingressum, siste
„ gradum, viator. Paucis te vult hoc, quod con-
„ spicis e pario lapide, monumentum positum; cre-
„ de virtuti. Non hic mortis Lyceum, sed erudi-
„ tæ Minervæ palæstricum putes. Lucia Palearia e
„ Cutiliano morum innocentia, & virgineo cando-
„ re spectabilis hic tumulum sortita est. Palladis
„ alumnam dixeris, quæ in castris sapientiæ per-
„ noctavit universos Philosophiæ, atque Theologiæ
„ thesauros exhauriens. Flevere illam bonæ artes,
„ quæ ea vivente Etruriam habuere pro Attica.
„ Magistra insuper morum lectas doctrinæ frugea
„ patriæ suæ Monialibus exposuit. Quæ ejus obi-
„ tum effusis lacrymis prosequutæ, ut perennis
„ memoria viveret, posuere an. salutis 1643. Obi-
„ it ætatis anno 29.

al. MDCIIIL. (idest 1647.) *ætatis an.* XXVII.

„ Syderei pete summa poli convexa Virago,
„ Dum rapit immiti te Libitina manu.
„ Hospes odorato fundet tibi lilia culmo;
„ Guadebitque suam Pallada Thuscus habens.

Quæ & refert Salvius in Histor. Pistorien., & ex eo nuperus Ughelliani Operis Editor Venetus to. 3. Ital. sac. in Pistrorien. Episcop. descriptione, nec non Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 288. ex Anton. Terrincano par. 3. Theatri Hetrusco Minor.

MMDCXVI.

LUCIANUS MONTISFONTANUS Capuccinus provinciæ Austriæ inferioris concionator, & in Helvetia Missionarius Apostolicus scripsit latine

Vitam, ac Martyrium S. Fidelis a Sigmaringa. Constantiæ an. 1647. in 8. apud David Haurt.

Vitam P. Archangeli Gordonii Scoti Capuccini concionatoris. iisdem typis an. 1682.

Vitam P. Archangeli Leslæi, de quo supra.

Conciones festivales to. 1. an. 1689.

Primum, & secundum cursum concionum annuarum.

Conciones Dominicales quadragesimales. Con-

statan-

mantiæ an. 1690. in 4. ex Catalogo libror. Genuæ impres. an. 1725. apud Tornæus.

Opus Controversiarum tit. *Vox clamantis in deserto*; ex autore Biblioth. Capuccin., & Jo: a S. Anton.

MMDCXVII.

LUCIANUS RICCARDUS Panormitanus Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, concionator eruditus anno 1563. erat Guardianus Conventus S. Francisci Panormi, sacramque doctrinam optime callens, præter *conciones* edidit plura

Commentaria in Scripturam, & in Theologicam disciplinam; & sanctimonia clarus decessit; inquit P. M. Philippus Cagliola in provinciæ Siculæ Min. Conv. explor. 3. manifest. 2. pag. 99.; *decessit autem his diebus*, subdit Rodulphius libro 3. fol. 281. circa an. 1585. scribens: de quo & Franciscus Baronius, & Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ; & ex his Joan. e S. Anton. to. 2.

MMDCXVIII.

LUCIANUS SONCINUS Brixiensis provinciæ, & urbis Min. Capuccin. Definitor typis dedit

Librum exercitiorum spiritualium impressum Brixiæ an. 1610. in 8.; obiitque in patria an. 1618. ex autore Biblioth. Capuccin.

MMDCXIX.

LUCIDUS MANCINELLUS non ex *Monsampolio*, ut perperam apud Joan. a S. Anton., & quosdam alios legitur, sed ex Monte Sancto in Piceno non procul a Laureto meridiem versus Regul. Observ., & a Secretis Fr. Stephani Tosi Cismontanæ Familiæ Vicarii Generalis, vir, Marracio teste par. 2. Biblioth. Mar., pius, & eruditus, insignis concionator, & Poëta clarus edidit

Libros v. Orationum variarum an. 1621.

Disputationes Academici, seu legitimi canones an. 1625.

De rigore instrumentorum Passionis D. N. J. C. idiomate italico an. 1634.

Regulam S. P. Francisci carminibus expressam an. 1635.

Epitaphiorum libros an. 1641.

In Beatam Virginem hymnum unum. Maceratæ an. 1641.

Carmen in Donatum, & Guarinum olim nobiles Grammaticos, nunc vero exules restitutos per Joannem Baptistam Conradum Presbyterum civem, & consanguineum suum, quod legitur in fine *Grammaticæ* ejusdem Conradi vulgatæ Romæ an. 1644., & 1647. typis Francisci Monetæ; cujus in epist. ad Lectorem dicitur vir sacrarum literarum consumatissimus, & pindaricæ lyrodiæ æmulator, & amator.

Epitaphia alia diversa an. 1649.

Mariæ Virginis Encomia per ejus festivitates rhetorico ritu, encyclopædico stylo, pariformique methodo digesta an. 1645. edebat apud Aramcæli

Votivum pegma super Litanias Lauretanas B. Mariæ Piceni incolis oblatum epigrammatibus 56.; idque forsan est, quod Joan. a S. Anton. dicit piissimum *Opus* inscriptum *B. Maria Lauretana* editum an. 1651. ex Relatione prædictæ provinciæ Piceni in Generali Ordinis Archivo Matriti ms. asservata, teste cit. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 289., ubi confundit Opuscula hujus *Lucidi* cum illis *Lucidi Veronensis*: hic enim Mancinellus vivebat anno 1640. alter vero *Veronensis* scripsit ante annum 1585. ex Rodulphio.

MMDCXX. 1364.

LUCIDUS VERONENSIS ex Rodulphio lib. 3., qui primus hujus meminit, vocatque concionatorem suo tempore clarum; erat enim humaniorum studiorum amicus; scripsit igitur præter *versus* etiam *Conciones*.

MMDCXXI.

LUCIUS ANGUISCIOLA patritius Placentinus Min. Conv. Theologus, Philosophusque egregius, & rerum gerendarum vir peritissimus plura, præcipuaque sui Ordinis Gymnasia rexit (interfuit enim Tridentino Concilio uti *Regens S. Francisci Bononiæ* ex Catalogo PP.), & in Bononiensi Universitate Metaphysicam an. 1572. interpretari cæpit; ubi & sac. Inquisitionis *Consultoris* munere functus invenitur, ut lucet ex approbatione *Responsion. Cas. Conscientiæ Ludovici de Beja* Ord. Erem. S. Augustini Bononiæ 1587. facta ab eo; alia vero in Ordine decora, ac munia feliciter obita legere est apud Franchinum in Biblios. num. 247., qui & epitaphium ejus Placentiæ in sui Ordinis Ecclesia positum exscripsit hujuscemodi:

„ Fratri Lucio Anguisciolæ Placentino Theologo
„ clarissimo, Studiorum Mediolanen., Bononien.,
„ & Veneti præfectura sæpius, & præclare functo;
„ & in Bononiensi Academia naturalis, divinæque
„ Philosophiæ Professori eximio, qui vixit annos
„ LXXII. Obiit Bononiæ die VII. Octobris MDLXXXXII.
„ Fr. Lelius de Medicis ex sorore nepos avunculo de se benemerito P. An. D. IϽCI. die tertia Augusti.

Meminit ejus Rodulphius lib. 2. fol. 268., Joan. a S. Anton. tomo 2., sed perperam dicit Conventus Utinensis alumnum, & August. Superbus in ms. Catalogo Script. Ord. Min., ubi refert de eo narrari,

Opuscula multa scripsisse; & quidem Ferrariensi in Biblioth. S. Franc. memini olim me vidisse quasdam

Quæstiones miscellaneas mss. sub ejus nomine conscriptas.

Conformitates S. Francisci ad Christum Fr. Bartholomæi Pisani Minoritæ a Hieremia Buchio Utinensi parum castigatas, præloque destinatas, illo morte erepto, typis mandari curavit Bononiæ an. 1590. in fol. apud Alexandrum Benatium Hieronymo Card. Roboreo Ord. Min. Conv. Protectori nuncupatas.

MMDCXXII.

LUCIUS FABER Ariminensis Min. Conv. sac. Theol. Magister, & Orator pro tempore illo haud contemnendus, cum Bononiæ apud suos *Studii*, ut ajunt, *Magister*, seu Philosophiæ Lector esset, evulgavit italico sermone

Orationem Academicam in laudem Immaculatæ Conceptionis B. V. ad Joannem Baptistam Berardicellum Generalem. Bononiæ anno 1642. in 4. per Nicolaum Tebaldinum, quæ extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Panegyricum Academicum in laudem S. Catharinæ V. & M. Cæsenæ 1647. typis Nerii.

Panegyricam Orationem in laudem S. Antonii Patavini. Ferrariæ 1649. in 4. typis Gironi.

Lucernam Diogenis opus eruditum vocat Franchinus cit. num. 248.; sed incertum an prodierit.

Hunc non vidit neque Marracius, neque Waddingus, neque Petrus de Alva, aut Joannes a S. Antonio.

MMDCXXIII.

MMDCXXIII.

LUDOVICUS ALIDOSIUS Imolæ, aliorumque oppidorum in Flaminia Dominus, cum diu feliciter regnasset, tandem an. 1424. a Vicecomite Mediolanensi Duce per fraudem intereeptus, eivitatis, rerumque omnium spoliatus est dominio, & eum aliquandiu Modoetiæ loco carceris detentus fuisset, dimissus demum Ferrariam se contulit, ibique Ordinem, & Institutum S. Francisci amplexus pie, ac religiose reliquum vitæ tempus duxit, & quietius, feliciusque quam vixerat, diem obiit; cum & *Thaddæa* ejus uxor Giberti de Pjis Carpensium Domini filia, nec non *Lucbina* ejus genita in Monasterio Corporis Christi Ordinis S. Claræ ejusdem urbis Ferrar. religiosa vota professæ fuissent. Fl. Blondus autor suppar scribit quidem *Ludovicum*, amisso principatu, *Religionem* ingressum esse; sed autor suppar Hieronymus de Bursellis Bonon. Ord. Prædic. in Chron. Bononien. to. 23. Rer. Italic. Script., & autor Diarii Ferrarien. to. 24. Rer. Italic. ad an. 1424. testantur *Ordinem Minorum* eum fuisse amplexum; & Albertus in Italia Imolam describens *Ordinem Sancti Francisci* amplexum *sanctissime* vixisse prodit: & autor Anonymus Ferrariensis ms. a me lectus id *Ferrariæ* contigisse tradit. De *Thaddæa* namque ejus uxore testimonium perhibuit S. Catharina Bonon. in fine sui Libelli *de 7. armis spiritualibus* scripti, inquit, an. 1438., dum illa Ferrariæ *Abbatissa* munus obibat. Ceterum Ludovicus plus literis, quam regimini intentus scripsit eleganter

Versus italicos, qui leguntur inter *Opera diversorum*; & citantur ab autoribus Vocabularii Hetrusci, vulgo *della Crusca* inter autores linguæ italicæ, memoranturque etiam a Leone Allatio in suo de antiquis Poëtis libro Neapoli an. 1661. impresso.

* LUDOVICUS DE ALCALA' = V. *Ludovicus Complutensis*.

MMDCXXIV.

LUDOVICUS AB ANGELIS Lusitanus Regul. Observ. provinciæ Algarb. S. Officii Censor publicavit a se correcta

Chronica S. P. Francisci a Marco Vlyssipon. conscripta. Ulyssipone an. 1615. tomis 2. in fol. typis Petri Craesbeeck ex Joan. a S. Anton.

Mensam spiritualem vernacule. Ibidem an. 1667. in 8. teste Nicol. Anton. to. 2. Biblioth. Hispan. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCXXV.

LUDOVICUS AB ASCENSIONE Lusitanus Discalceat. provinciæ Arabidorum pro suorum Fratrum utilitate scripsit vernacule an. 1650.

Chronica laudata provinciæ, teste Fr. Antonio a Pietate in prol. Chronic. illius provinciæ apud Jo: a S. Anton.

MMDCXXVI.

LUDOVICUS AVENIONENSIS Capuccinus provinciæ S. Ludovici concionator religiosis moribus ornatus scripsit gallice

Theatrum epidemicum, in quo describuntur egregia facinora, res gestæ, & beneficia a PP. Capuccinis provinciæ S. Ludovici præstita in variis locis tempore pestis grassantis anno 1630. in 8., teste autore Bibliothecæ Capuccinor. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

MMDCXXVII. 1365.

LUDOVICUS A S. AUGUSTINO = ut in append. Waddingi ad hunc librum; quem omisit Joan. a S. Antonio.

* LUDOVICUS BAGNARA = V. *Ludovicus Imolensis*.

MMDCXXVIII.

LUDOVICUS BALBUS Venetus Min. Conv., & Constantii Portæ Cremonensis discipulus, Musicæ facultatis peritissimus æstimatus, Patavii modulationibus Templi S. Antonii præfectus constituitur, ut innuit etiam Rodulphius lib. 3. in *Constantio Porta*, quem ait *reliquisse post se insignes discipulos; inter ceteros floret sub hoc tempore* (1585.) *Paduæ Ludovicus Balbus Venetus ejus æmulator, qui suis modulationibus ubique acceptus est*. Vidi

Flora sacra, quæ in Ecclesiis cantari solent, musicis notis, concentuque ab eo facta, typisque edita Venetiis an. 1589., & 1595. per Angelum Gardanum; quorum quædam etiam mss. habentur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Opus ejus Festorum propriorum Ordinis Minorum musice factum in lucem exiit cura *Fr. Angeli Borsurii* Regiensis Tertii Ord. S. Franc., teste Bordono in Chronologio 3. Ordinis cap. 38., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Nepotem habuit *Aloysium Balbum* ejusdem Instituti ejus alumnum, & in eadem Musica facultate præstantem, de quo, uti & de *Ludovico* agit autor coævus August. Superbus in ms. Catalogo Music. Ord. Min.

MMDCXXIX.

LUDOVICUS BALDUS Panormitanus prov. Siculæ Min. Capuccin. ecclesiastes, & Theologus, ac in sacra Scriptura versatus scripsit

Commentaria varia in sacram Scripturam, teste Fr. Thoma Calona apud autorem Biblioth. Capuccinor.; cujus cum non meminerit Mongitor in Biblioth. Sicula, suspicatur Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 291., an sit *Ludovicus Panormitanus*; at perperam, cum hic Ludovicus Panormita viveret adhuc anno 1714., *Baldus* vero ante an. 1640. scripserat, cum laudetur a Thoma Calona illius temporis scriptore.

* LUDOVICUS BELLUGA = V. *Ludovicus Velluga*.

MMDCXXX. 1366.

LUDOVICUS BENEDICTUS = de quo Willotus, Marracius, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

* LUDOVICUS BEREUL = V. *Ludovicus a Dola*.

MMDCXXXI. 1367.

LUDOVICUS BORAGIUS = Strict. Observ. Reformat. egregius Theologus, cujus Opus est

Dialogismus de divina civium civitatis Dei prædestinatione, deque civium civitatis sathanæ reprobatione Ludovici Boroji: unde liquet eumdem esse cum sequenti. Prodiit autem Venetiis 1607. ex Coron. Biblioth. Univers. to. 6. num. 2142., typis Sebastiani de Combis in 8; 2. cum *Additionibus* Veronæ an. 1610. apud Angelum Tami; & 3. cum aliis *Additionibus* Venetiis an. 1612. typis Joan. Guerilli, teste Jo: a S. Anton.

1368.

LUDOVICUS BOROJUS = idem est cum superiori, modo *Boragius*, modo *Borojus* appellatus.

Dialogus de S. Oratione &c. prodiit italico idiomate typis Joan. Baptistæ Gelmini ex Possevino to. 2. Appar. sacri, qui tamen Instit. Regul. reticet.

MMDCXXXII.

MMDCXXXII. 1369.
LUDOVICUS BOZZUTUS = cujus
Debitum Christiani prodiit Neapoli an. 1649. in 12. per Cæsarem Lucciolum: edidit etiam Opus inscriptum
Scuola de' veri amanti eretta, e divisa in tre parti. Neapoli 1651. in 4. typis Francisci Savi ex Toppio in Biblioth. Neapol.

MMDCXXXIII.
LUDOVICUS BRUNUS Setinus provinciæ Romanæ, cum Monacus Cassinensis esset, factus est Minorita Conventualis, & sac. Theol. Magister, ediditque
Disputationes duas de principio individuationis; & de mundi origine ad Jacobum Montanarium Ord. Min. Generalem cusas Ticini an. 1616. in 4. apud Jacobum Ardizzonum; quæ extant in Ferrariensi S. Francisci Bibliotheca.

MMDCXXXIV.
LUDOVICUS CÆLESTINUS a Monte Corvino Apuliæ, ac Principatus oppido prov. Neapolitanæ alumnus Regul. Observ. Lector sac. Theol. an. 1582. Romæ in Capitulo Generali theses scientiarum, ac in primis artium liberalium, quas perfecte calluisse ferunt, publice magno Ordinis sui honore defendit, scripsitque doctissime
Super VII. artes liberales: & edidit
Libros plures concionum ex Relatione ms. Reformatæ provinciæ Principatus Matriti in Generali Ord. Archivo existente, ut refert Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 292.
Vitam B. Joannis a Capistrano, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1456. num. 124.
Vitam B. Jacobi de Marchia: italice, sicut & superior. Neapoli 1649. in 4. apud Camillum Cavalli ex Toppio in Biblioth. Neapol., seu Supplemento Bibliothecæ. Hanc non vidit Joan. a S. Anton.

MMDCXXXV.
LUDOVICUS CÆLESTINUS a Monte Leone prov. S. Francisci, Umbriæque collegit, publicavitque, ut notavit Joan. a S. Anton.,
Miracula B. Mariæ Virginis. Venetiis an. 1590., teste Ludovico Jacobillo de Scriptor. Umbriæ apud Marracium in Append. ad Bibliothecam.
* LUDOVICUS CÆSARAUGUSTANUS = V. *Ludovicus Caspensis*, qui idem est, errat vero Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 292., dum scribit, Waddingum hunc memorare.

MMDCXXXVI. 1370.
LUDOVICUS CÆSENAS =
* LUDOVICUS CARBO, quem ex Angelo Rocca Augustiniano hoc loco Minoritis Jo: a S. Anton. to. 2. adnumerat, nullius Instituti Regularis fuit, sed Doctor secularis. Confundit enim Rocca *Cornelium Carboacm*, de quo superius actum est, cum *Ludovico Carboae*, qui eodem tempore vixerunt.

MMDCXXXVII. 1371.
LUDOVICUS CARVAJALIUS = Theologus Complutensis, vir eruditione, & eloquentia clarus, perfectissimus Orator, nec ulli Theologorum sui seculi, Eisengrenii autoris synchroni testimonio, secundus, in Tridentino Concilio spectatæ virtutis, & autoritatis: *doctissimus Franciscanorum Præfectus* dicitur a Joan. Genesio Sepulveda Hispano in Apologia de justis belli causis adversus Indos gerendi. Joannes a Carthagena in Homil. Cathol. to. 2. lib. 1. hom. 19. §. 5. laudat ejus *percelebrem*
Declamationem habitam Parisiis an. 1541., inquit ille, *pro Immacul. Concept. B. V.*, ubi & fragmentum refert. In hanc *Declamationem* scripsit Bartholomæus Spina Pisanus Ord. Prædic. Romæ Magister sac. Palatii, cui Ludovicus respondit *Apologia* doctissima, de qua Thomas Strozza de Controv. Concept. lib. 7. cap. 28., inquiens, utrasque prodiisse Parisiis an. 1541.; & Petrus de Alva apud Jac. Echard. to. 2. de Scriptor. Ord. Prædicat. pag. 128. in *Bartholomæo de Spina*, cujus esse dicit XV. *Objectiones* contra illam *Declamationem expostulatoriam*.
Apologiam monasticæ Religionis prodiisse etiam Basileæ an. 1529. tradit Miræus in Auct. Script. Eccles. sec. 16. n. 36., ubi tamen mendose hunc dicit *Franciscum*, quem alias *Ludovicum* dixerat.
Dulcoratio amaralentiarum Erasmicæ responsionis prohibetur ex Decr. sac. Congr. Indicis Libror., donec expurgetur.
Oratio habita in Concilio Trident. prodiit Antuerpiæ apud Joannem Gracium in 4., incipitque: *Quam arduam* ex Joan. a S. Anton.

MMDCXXXVIII. 1372.
LUDOVICUS CASPENSIS = de quo legendus est Dionysius Genuen. in Biblioth. Scriptor. Capuccinorum; estque idem, ac *Aloysius Cæsaraugustanus*, de quo supra Waddingus egit. Scripsit autem ad mentem *S. Bonaventura*, non *D. Thomæ*, ut v. *Aloysius* scribit cit. Waddingus: *tomus* 2. prodiit Lugduni an. 1643. ex Indice Biblioth. Barberinæ typis eisdem; & editio 2. auctior ibidem an. 1666. per eumdem ex Joan. a S. Anton. Scripsit etiam
Cursum Philosophicum, nec non
Apologiam in defeationem Annalium Zacharia Boverii. Cæsaraugustæ an. 1645. ex eodem Dionysio Genuensi, qui tradit anno 1647. Cæsaraugustæ diem obiisse, cum suæ provinciæ extitisset Minister. De eo & Benedictus Paloccius de Scandrilia in *Fructibus Seraphicis*, Joan. a S. Anton., ac Nicolaus Antonius in Biblioth. Hispan.

MMDCXXXIX. 1373.
LUDOVICUS DE CASTILIONE = ex Mariano, Anton. Terrinca, & Joan. a S. Anton., qui ait scripsisse etiam *Opuscula in sacra pagina*.

MMDCXL. 1374.
LUDOVICUS A CASTRO = an. 1619. Coloniæ interfuit translationi ossium *Joannis Scoti* a Jacobo Montanario Ministro Gen. factæ, ut refert Waddingus in Annal. Min. ad an. 1308. num. 39., ubi dicitur *Provincialis Leodiensis*. De eo agit & Joan. a S. Anton. to. 2. ex Wadd.
Antivigneum, idest contra prædicantem celeberrimam nomine Vigneum. Leodii anno 1619. refert Franchinus in Biblios. n. 249.; forsan est *Antisynodica Conventicalorum* &c.

MMDCXLI. 1375.
LUDOVICUS CAVALLI = de quo agit & Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo: cujus *Januam Masaram* sæpe citat P. Ricciolius in *Prosodia reformata* ind. 2.
Annalium Fratrum Minorum Epitomen ab eo confectam ms. servari Romæ in Biblioth. S. Isidori Minor. Reform. literis mandavit Franciscus Cionaccius Hist. B. Humilianæ par. 3. cap. 1. n. 21.
Carmen latinum de S. Francisco an. 1651. edidit, quod citat Ludovicus Jacobillus de SS. Umbriæ ad diem 4. Octobris.

MMDCXLII.

M M D C X L I I. 1376.

LUDOVICUS CAVIEZ = qui videtur fuisse provinciæ Parisien.; de eo & Joan. a S. Antonio exscribens Waddingum to. 2. pag. 294.

M M D C X L I I I.

LUDOVICUS CHAVAGNACUS a Casanova Aptensis diœcesis prov. Recollect. S. Bernardini in Gallia sapientia singulari, exactaque legum suarum observantia clarus apud suos circa an. 1640. plenus meritis, & annis diem clausit extremum in Cœnobio Biterrensi, reliquitque ms.

Librum de virtutibus cum quibusdam *Libellis de vita spiritualis documentis*, teste Fr. Chrysostomo Gaufrido in Hist. prædictæ provinciæ ms. Matriti in Generali Ord. Archi. asservata, ut habet Jo: a S. Anton. to. 2.

M M D C X L I V. 1377.

LUDOVICUS CICONIOLANUS = sive Laquedoniensis, vulgo *Cicogna* in regno Neapol. urbe Regul. Observ. alumnus, cujus *Directorium divini Officii* scriptum est sub Paulo III. circa an. 1540., & ab eo approbatum, ut enarrat Bartholomæus Gavantus in *Thesauro sac. Rit.* de rubricis appositis in reform. Piana; de quo & Joan. a S. Antonio to. 2.

M M D C X L V.

LUDOVICUS COLUMBUS Gallus provinciæ Narbonen., sive S. Ludovici Regul. Observ. semel, atque iterum Minister, concionatorque verbi Dei celeberrimus, ac fidei catholicæ contra Calvinistas, aliosque hæreticos defensor acerrimus Tolosæ publice disputavit cum quodam Barta Montalbanensi hæreticorum duce, eumque devicit; & postquam annos 52. prædicationis sacræ munere pluribus, præcipuisque locis functus esset, decessit apud Castrum Ripæ Mauræ an. 1567., ubi quoque conciones habebat, tumulatusque est Avenione in Cœnobio S. Crucis plurimorum lacrymis sublatus, cum scripsisset, teste Gonzaga par. 3. Hist.Seraph. Relig.,

Conciones Quadragesimales, *aliasque per annum*, &

Disputationes contra hæreticos Galliarum sui temporis.

M M D C X L V I. 1378.

LUDOVICUS COMPLUTENSIS = vulgo *d'Alcalà* Regul. Observ. provinciæ Castellæ alumnus in morali Theologia non vulgariter edoctus, cujus

Tractatus de foenoribus &c. lingua hispana primò prodiit an. 1543. in 4. ex Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 14.; deinde an. 1546. in 4. Toleti typis Jo. de Ayala auctior; de quo Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C X L V I I.

LUDOVICUS CORBUTIUS a Montono Umbriæ oppido diœcesis Tiphernatis provinciæ S. Francisci Min. Conv. Theologus, & ecclesiastes insignis provinciæ Hungariæ Ministerio functo, Senis est primùm contra hæreticam pravitatem Inquisitor electus; postea & Florentiæ idem munus exercuit; tandem an. 1627. ab Urbano VIII. Romæ supremæ Inquisitionis Consultor institutus, ac Ordinis Procurator ex Theulo in Triumpho Seraph., ubi ait plura *Quadragesimalia* eum scripsisse, decennio post ibidem vivendi finem posuit, vir ad omnem humanitatis rationem compositus, & in scribendo admirabilis, ut Urbis portentum, & orbis ornamentum audiret, quemadmodum memoriæ prodidit autor æqualis, eoque tempore scribens August. Superbus in ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Min. pag. 95., ubi ait

Varia pro Concionatoribus composuisse; sed morte an. 1637. præoccupatum edere non potuisse.

M M D C X L V I I I.

LUDOVICUS CREMENSIS provinciæ Mediolanensis Min. Conv. sac. Theol. Magister cum Bergomensis Gymnasii apud suos Regens esset, anno 1595. elucubravit

Explanationem in Universalia Scoti Lectionibus 113.*conclusam*, quæ ms. in 4. extat Ferrariæ in Bibliot. S. Franc. Nescio, an sit ille *Ludovicus Vimercatus Cremensis* nobili genere satus, quem Franchinus in Biblios. num. 107. dicit virum insignem, & concionatorem egregium suæ provinciæ an. 1624. electum *Ministrum*, postmodum & *Commissarium*, tandem an. 1658. diem supremum obiisse. Certe paulo antea *Franciscus Vicomercatus* vulgo *Vimercatus* nobilis Philosophus, ut ejus scripta typis tradita declarant, cum pluribus annis Franciscanum Institutum secutus fuisset, ob nonnulla domus suæ negotia ad seculum redire compulsus fuit.

M M D C X L I X. 1379.

LUDOVICUS A CRUCE = Strictioris Observ. alumnus, de quo Cardosus in Agiologio Lusitano die 9. Maji L., & Petrus Anton. Venetus to. 1. par. 3., ac autor Chron. prov. S. Gabrielis to. 1. lib. 3. cap. 33.

Disputationes Morales in 3. Bullas Apostolicas Cruciatæ &c. cum *Appendice de Electione opinionum*. Lugduni 1634. in 4. apud Jacobum Prost.

Tractatus de Jubileo ejusdem ms. servatur in Biblioth. Barber. cod. 210., teste Joan. a S. Anton. in utraque sua Biblioth.

M M D C L.

LUDOVICUS A CRUCE Vercellensis Italus Regul. Observ. Theologus, & suæ provinciæ Minister scripsit vernacule

Vitam B. Ugolinæ Virginis Vercellensis.

Internos affectus animæ pænitentis super psal.50. Miserere. Mediolani, & Taurini impres. an. 1647.

Compendium Historiæ Sabaudæ ad Carolum Emanuelem I. anno 1611., quod ms. extat in Regia Sabaud. Biblioth., teste Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemontan., qui addit, eum prælo paratas habuisse &

Vitas Sanctorum suæ Religionis; a quo exscripsit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 295.

M M D C L I.

LUDOVICUS DE CUMBIS Rheginus Calaber Ord. Capuccin. scripsit

Sermones varios latine, qui mss. servantur in Bibliotheca sui Ordinis apud Castrum vetus in regno Neapolit. ex Barrio ad an. 1537. apud Zavaronem in Biblioth. Calabra pag. 82.

* LUDOVICUS CURIUS = V. *Aloysius Curius* supra.

M M D C L I I.

LUDOVICUS A CRYPTALIIS, vulgo *Grottaglie*, diœcesis Liciensis oppido prov. S. Nicolai Strict. Observ. Theologus carmine italico scripsit

Allegorias super Opus Marianum Fr. Bonaventuræ a vera Cruce ejusdem Instituti, provinciæque alumni. Licii anno 1642. in 8. apud Petrum Micheli, teste Joanne a S. Anton. to. 2. pag. 298.

Elogium Immaculatæ Conceptionis. Ibidem 1653. in charta expansa exscriptum a Petro de Alva col. 978. Militiæ univ.

1380.

LUDOVICUS N. = idem est cum *Ludovico* e *Lyrano*, de quo infra.

M M D C L I I I. 1381.

LUDOVICUS A DOLA = Sequanus gente, de quo legendus P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin. Prodiit Opus postea & in fol.

Disputatio quadripartita contra prædeterminantium, & assertorum scientiæ mediæ modernorum opiniones.

M M D C L I V.

LUDOVICUS DONATUS patritius Venetus vir genere, ac virtutibus clarissimus eos in Minorum Religione progressus fecit, ut dicendi facultate, & Philosophicis, Theologisque disciplinis nemini concederet; sub Urbano V. unus fuit e fundatoribus Collegii Theologici Bononiensis Academiæ ex monumentis ejusdem Collegii, in quibus appellatur *urbanæ eloquentiæ pater*; exinde eum sac. Theologiæ Doctor illustris haberetur, & esset, factus est Venetiis contra hæreticam pravitatem Inquisitor, & anno 1379. sui Ordinis Generalis Minister; quo munere una cum Zacharia Contareno pacem inter Venetos, & Genuenses Regemque Hungariæ componendam sategit: triennioque post ab Urbano VI. primus Venetorum inter Rom. Ecclesiæ Purpuratos adlegitur tit. S. Marci; sed tempora teterrimi schismatis sævissima nactus an. 1386. Genuæ die 11. Januarii vitam linquere coactus est; cum scripsisset

Conciones, & Orationes, aliaque, quæ ad meam non venerunt notitiam. Joseph Eggs in Bibliotheca Purpurata scribit edidisse etiam

Librum exhortationum ad Fratres:

Sermones de Tempore:

Comment. in VII. *psalmos Pœnitentiales*.

Opus Ludovici de Sanctis, & primo de S. Andrea incip. *Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem* &c. *psal.* XIV. *Hæc verba optime conveniunt B. Andreæ* &c. cod. 91. Biblioth. Venetæ Bessar. in 4. membran. hoc titulo: *Incipit Opus Ludovici de Sanctis* ex Indice ejusdem pag. 64.; & Bibliothecarius suspicatur, an sint *Ludovici de Lyrano*, vel *Casenat.*; add. & *Donati Veneti*.

Memorant hunc Barthol. Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter Ord. Min. Cardinales, & Confor. XI. par. 2. in prov. Veneta; Marinus Sanutus in Vita Andreæ Contarini LV. Ducis Venet. apud to. 22. Rer. Italic.; Contelorius in Elogio Cardinalium; aliique plures apud Wadding. in Annal. Min.

M M D C L V.

S. LUDOVICUS Episcopus Tolosanus ex regia progenie *Valesia* filius Caroli II. Regis utriusque Siciliæ, & Hierusalem natu major sub cura Fratrum Minorum, eorumque, ac aliorum Doctorum disciplina magnos tam in literis humanioribus, quam sacris progressus fecit; tanta enim doctrina, morum honestate, & vitæ gravitate præditus adhuc adolescens erat, ut nondum ætate ad Ordines Minores idoneo Cælestinus V. administrationem *Lugdunensis* Ecclesiæ Galliarum Primatis demandarit; mox Instituto S. Francisci, habituque suscepto, creatur a Bonifacio VIII. *Tolosanus* Episcopus; quo in munere *prædicabat populo, & Clero multoties: nam prædicavit Romæ in Consistorio, Parisiis, Tolosæ, in Monte Pesulano, & aliis locis . . . . & adeo ejus prædicatio fuit utilis, & fructuosa, quod nonnulli Judæi ad fidem sunt conversi, quos sacro fonte Baptismatis innovavit*: inquit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de eo in *provincia Provinciæ* verba texens: & Joannes XXII. in Bulla ejus Canonizationis: *sub institutione*, ait, *Fratrum Minorum, quos secum habebat in socios, in primitivis scientiis, & sacra pagina sic profecit, quod vir Dei pollens ingenio de prædictis scientiis non solum publice, & private subtiliter disputare valeret, sed & solemniter Clero, & populo proponere verbum Dei, ut putaretur scientia hæc infusa sibi magis divinitus, quam humanitus acquisita*: eaque vitæ sanctitate sese extulit, quam orbis Christianus norit juvenem Regium nondum 24. ætatis anno completo ad perennem totis viribus gloriam contendisse admiratus; & ob quam innumeris & in vita, & post mortem signis, & prodigiis refulgens ante 20. ab obitu annum a memorato Joanne XXII. in Sanctorum albo adscribi meruit. De eo Act. SS. Collect. Bolland. sub die 19. Augusti. Scripsit

Conciones varias, quas variis locis, variisque de causis habuit: &

Testamentum suum, quod condidit; & erutum e latebris ex antiquissimis codd. evulgavit vir eruditissimus Antonius Pagius ejusdem Ordinis in fine quorumdam *Sermonum S. Antonio Patavino* adjudicatorum Avenione 1684. typis Petri Offray.

M M D C L V I.

LUDOVICUS DE ESCOBAR Hispanus Regul. Observ. prov. Castellæ habito literario cum Friderico Castellæ Architalasso, cujus Confessarius erat, commercio edidit

Proverbialia responsa CCCC., quorum editio secunda, *adjectis ab autore* C. *glossis*, facta est Pinciæ an. 1550. in fol. typis Francisci Alphari.

Responsa alia CCCC. Ibidem an. 1552. in fol. apud Cordovam.

Historiam Caracæ, vernacule *Guadalaxara*, teste Comite de Mora in Hist. Toletana p. 189.

Claruit an. 1551. in Cœnobio de Rio Secco prov. Conceptionis ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 296.

M M D C L V I I.

LUDOVICUS DE EZIIRA Hispanus sac. Theol. Magister, & provinciæ Castellæ an. 1466. Minister scripsit

Conciones de B. V. Maria, quæ mss. in fol. perantiquis characteribus exaratæ asservantur Toleti in Biblioth. Conventus S. Joannis Regum sub FF. num. 15., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 302.

M M C D L V I I I. 1382.

LUDOVICUS FERNANDEZ = tertii Ord. Claustralis, Theologus, & concionator clarus, de quo Bordonus, Vernon, & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C L I X. 1383.

LUDOVICUS EX FILICARIA = patricius Florentinus Ordinis Capuccinorum alumnus edidit etiam

Acta Apostolorum hetrusco carmine Venetiis impres. an. 1549. in 4. ad signum spei; nec non

Evangelia in unum historice unita, italice ex autore Biblioth. Italicæ pag. 214.

Marius Crescimbeni vol. 1. Comment. Hist. Poësis vulgaris hunc dicit *Capucinum*, & recte ex ejus Operibus, dissereque de utroque ejus Opere *Vita S. Francisci*, & *Actis Apostolorum*; Julius vero Niger in Scriptor. Florent. *Regular. Observ.* alumnum pronunciat, sicut etiam Gonzaga, Willotus

tus, Possevinus, & Terrinca 3. par. Theatri Hetrusci Minor. tit. 1. ser. 4.; sed errant, & legendus Dionysius Genuen. in Biblioth. Script. Capuccin. Joan. a S. Anton. tomo 2. pag. 296. citat tantum Terrincam, & Teisserium, & ait edidisse anno 1490.

MMDCLX. 1384.

LUDOVICUS A S. FRANCISCO = Ulyssiponensis patriâ, provinciæ S. Jacobi Theologus, olimque Pontificii juris interpres: ejus Opus

Globus, & canon arcanorum &c. in x. libros divisum est ex Joa. S. Anton. to. 2., impressumque Romæ an. 1586. in 4. m. typis Bartholomæi de Grassis, ut codex a me lectus Bononiæ in Bibl. S. Franc. habet, & ex Biblioth. Hispan., & Barberina. De eo Waddingus ipse in Opusculo *de hebraica linguæ origine &c.* ait: *Ludovicus Lusitanus Minorita post publicam in Academia Salmantina Imperatoriarum, & Pontificiarum legum interpretationem, & post Theologiæ professionem inter Minores quinquagenarius, & ultra huic se adjunxit disciplinæ* (linguæ hebraicæ); *ut ipse fatetur in prologo suarum Institutionum hebraicarum; in qua tam doctus evasit, ut quadam sui ingenii, & eruditionis in hoc argumento transmiserit ad posteros monumenta*. Scripsit etiam a se habitam

Orationem funebrem in obitu Fr. Marci Valladarii. ibidem an. 1587. in 4. ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 27., & Joan. a S. Anton.

MMDCLXI. 1385.

LUDOVICUS FUNDONI = Regul. Observ., Valentinus, Concionator pius scripsit lingua vernacula

De Corpore, & Sanguine Christi. Valentiæ per Joan. Chrysostomum Garriz 1614. in 4.

De præparatione ad communionem, ac præsentiam sacramentalem. Ibidem an. 1617. in 32. per eumdem.

De praviis ad mortem dispositionibus. Ibidem per eumdem an. 1621. in 4. ex Joan. a S. Anton., Nicolao Anton., & Autore Biblioth. Valentinæ.

MMDCLXII. 1386.

S. LUDOVICUS GALLIARUM REX = quem *Franciscanorum Ordini* adjudicavit etiam B. Pacificus Novariensis in *Summa* casuum conscientiæ dicta *Pacifica* an. 1473. edita cap. 6., & Nicolaus Lugarus Cremonensis Rhetor clarissimus in *Panegyrica Oratione* an. 1488. habita pro Comitiis General. Cremonæ a Francisco Sampsone coactis, quæ typis edita legi potest; nam & *B. Isabella* ejus soror germana extitit Ordinis S. Claræ, & S. Ludovicus Episcopus ejus nepos Minorita; eum certe *caputium capitis super scapulas* gestasse legimus apud autorem lib. 2. Apum c. 134. dist. vi. in Speculo exemplorum.

Pragmatica sanctio anno 1268. *constituta*, nec non

Tractatus ejus cum Raymundo Comite Tolosate an. 1228. *factus*, &

Statuta ejus num. 32. *pro reformatione morum an.* 1255., atque

Testamentum, omnia habentur etiam in Collectione Hist. Francicæ Andreæ Duchesnii to. 5. una cum

Statutis aliis pro libertate Ecclesiæ an. 1228. *conditis*, quæ etiam habentur in ultimis Conciliorum editionibus. Nonnulla etiam leguntur apud Waddingum, & Surium.

Ejus *Epistola* longa de sua captivitate, ac liberatione a Saracenorum manibus legitur in Melissani Supplem. ad Annal. Min. Waddingi sub an. 1250. n. 5. incip. *Ad decus*.

Ad hunc scripsit *Regulam Regum* Fr. Gilbertus Tornacensis Minorita Theologus, ut ibi dictum est.

* LUDOVICUS GRANATENSIS, quem refert Joan. a S. Anton. to. 2., fuit Ord. Prædic., ut apud Jac. Echardum to. 2. pag. 287.

MMDCLXIII. 1387.

LUDOVICUS GUERILLUS = e Pinarolio in Subalpinis oppido diœcesis Taurinensis Regul. Observ. Theologus, provinciæ S. Tomæ Apostoli Minister erat an. 1637.; de quo videatur Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemontanorum, Britius in Monumentis Subalpinæ provinciæ S. Thomæ pag. 291., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCLXIV.

LUDOVICUS, quem alii *Lucam* vocant, e Guevara Hispanus scripsit

Disputationes de voluntate Dei, teste Francisco Haroldo in Addition. mss. ad Bibliothecam Franciscanam Waddingi apud Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan. pag. 34., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCLXV. 1388.

LUDOVICUS HIERONYMI = anno 1620. factus est Episcopus Civitatis Imperialis in regione Chili; obiit autem an. 1628.; deque eo Franciscus Haroldus in *Lima limata Conciliis* &c. pag. 181.; autor Biblioth. Hispan. pag. 35.; Joan. a S. Anton. to. 2.; & Andreas Barcia par. 2. Biblioth. Indicæ pag. 713., & 780.

Symbolum Indianum Catholicum una cum *Descriptione novi orbis, & incolarum*, atque *Ordine tradendi doctrinam Christianam in linguis quichua, & aymara* idiomate hispano Limæ an. 1598. in fol.

Corona Virginis Mariæ. Matriti an. 1619. in 4. typis Cosmæ Delgado.

Relatio de Martyribus Franciscanis, qui in Florida passi sunt hispanico idiomate. Limæ an. 1604., & 1612. in 4. Scripsit quoque eodem idiomate

Relationem de vita, & miraculis S. Francisci Solani cusam in 4.

MMDCLXVI. 1389.

LUDOVICUS IMOLENSIS = *de Bagnariis* cognomento, ut ex monumentis Cœnobii S. Francisci Ferrarien., ubi anno 1462. Lectoris, an. vero 1463. concionatoris munere fungebatur; & circa annum 1470. Collegio Theologorum illius Universitatis adscriptus invenitur ex Catalogo illius Collegii nuper a Cl. Viro Ferrante Borsetto in 2. parte Hist. Gymnasii Ferrarien. lib. 5. publicato. Fuit enim Theologus, & Ecclesiastes suo tempore illustris; propter quod & suæ provinciæ Bononien. Min. Convent. factus est Minister, & a Sixto IV. anno 1478. *annuam pensionem* accepit, ut ex Rege. Pontif. apud Alvam in Indiculo Bullar. Seraph. num. 31. habetur, ubi dicitur *Fr. Ludovicus de Bagnanis*, sed leg. *de Bagnariis*; pauloque post constituitur Ordinis in Romana Curia Gener. Procurator, de quo Jacobus Volaterranus, qui tunc Romæ, & in Curia morabatur, in *Diario Romano*, quod to. 23. Rer. Ital. Script. legitur, ait: *Anno 1481. die S. Stephani Protomartyris* in Vaticano coram Summo Pontifice *Orationem habuit Ludovicus Imolensis ex Minorum Ordine, qui fuit fere ab omnibus commendatus. Sermonem bipartitus est, primo de charitate disseruit; tum de morte narravit, quam dormitionem*

tota Oratione appellavit secutus Lucam de Protomartyre referentem. Prima Orationis pars postremâ rasolutior fuit, &, ut ita dicam, magis quadrata, & ideo magis ab auditoribus commendata: qua absoluta, si Orationi finem imposuisset, nullas, aut paucos magis commendatos habuisset hoc anno Orator ille: sed pars postrema aliquantulum evagata nonnihil ex jam parta commendatione detraxit. Eruditorum judicio existimatus vidisse, & legisse multa, sed male postmodum collocasse. Pontifex nihilominus & nutu, & verbis illum commendavit; & Cardinali Mediolanensi gratulatus est, in cujus familia Ludovicus esse dicebatur. De hoc etiam Rodulphius lib. 2. fol. 268. in Custodia Ravennæ, & lib. 3. inter Scriptores agit, traditque Romæ & coram *Sixto IV.*, & coram *Innocentio VIII.* Orationes habuisse, ideoque adhuc an. 1485. in vivis fuisse.

Orationem etiam habuit *in funere Petri Ferrici Card. Episcopi* incip. *Cum sape alias* &c., quam cum aliis impressam Joan. a S. Anton. to. 2. ait se vidisse Matriti in Bibliotheca S. Martini ser. 143.

M M D C L X V I I. 1390.

LUDOVICUS A S. JOANNE EVANGELISTA = provinciæ S. Joseph Definitor, & ecclesiastes, suique Ordinis Romæ Commissarius Generalis Ultramontanus, anno 1609. kal. Decembr. a Paulo V. obtinuit confirmationem privilegiorum Ordini Minor. concessorum; & ut in singulis diebus Sabbatis festo 9. lectionum non impeditis recitari posait *Officium Immacul. Conceptionis* ex Joan. a S. Anton., qui addit, virtutibus, prophetiæ dono, doctrinaque fuisse illustrem: edidit lingua vernacula

Luz de Sacerdotes, y guia de Confessores, ubi continetur *omnis doctrina moralis ex primo Sententiarum libro*: sed leg. ex *quarta Senten. libro* tomis 2. in fol., quorum primus cusus fuit Matriti an. 1622. typis Joan. Cuesta in 4., & postea 1642. apud Didacum Diaz; tomus vero 2. ms. extat Matriti in Archivo Conventus S. Ægidii.

De instabilitate vita, cum exhortatione ad pœnitentiam, & satisfactionem de culpis hispanice. Ibidem 1625. in 8. apud Joan. Delgado

De residentia rectorum Ecclesiarum 1634. ex Typographia Regia, & 1659. per Paulum de Val in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 1. Bibliothecæ; & antea an. 1637. per Joan. Sanchez in 8. una cum *tractatibus*

De electione opinionis: de consuetudine: de ignorantia: de necessitate: de legibus: de restitutione: de defectibus occurrentibus in celebratione Missa; de orationibus jaculatoriis: & *de administratione Sacramentorum in casibus repentinis, & frequenti Communione* hispanice ex cit. Joan. a S. Anton. to. 3. in append.; & Biblioth. Hispan. pag. 35.

Artem, qua docetur via ad unionem cum Deo, adjectis tractatibus de 7. *gradibus perfectionis*, de *oratione mentali*, ac *orationibus jaculatoris*. Ibidem anno 1640. in 8. ex Typographia Regia, teste eodem Joanne a S. Anton. to. 1. pag. 298., & 299.

M M D C L X V I I I. 1391.

LUDOVICUS DE S. LEONE = prov. Marchiæ, Feretranæ regionis, & Custodiæ in finibus Flaminiæ, Hetruriæ, & Umbriæ anno 1527. factus est suæ provinciæ Minister; cum antea anno 1522. Florentiæ legens suis edidisset

Diloseon super 1. Senten. Scoti, quod ms. chartaceum in fol. habetur Asisii in Bibliotheca, seu Tabulario sacri Conventus S. Francisci.

1392.

LUDOVICUS E LYRANO = leg. *a Pyrano*, ut infra: error enim fluxit ex Gonzaga, a quo alii acceperunt.

M M D C L X I X. 1393.

LUDOVICUS DE MALVEDA = *Malvenda* in Hispano Indice librorum prohibitor. nota confixus legitur ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 39. De eo Joan. a S. Anton. ex Alphonso Lassor to. 2. *Universi* fol. 400., ubi dicit Opus cusum in fol.

M M D C L X X. 1394.

LUDOVICUS DE MANGANELLIS = cujus

Discursus super primum, secundum, & tertium caput Canticorum Salomonis juxta ordinem quastionum Scoti in 2. libro Sententiarum prodiit iterum Matriti eodem anno 1619. in 4. apud Thomam Junctam, ubi adducit

Brevem paraphrasticam expositionem supradictorum Canticorum Salomonis, præmittitque

Vitam Doctoris Subtilis Joannis Scoti.

M M D C L X X I.

LUDOVICUS MELITENSIS ex Reformatis provinciæ Vallis Mazariæ in Sicilia celebris Theologus, Definitor, & S. Officii Qualificator edidit italice

Vitam Ven. Servi Dei Fr. Innocentii a Clusia Romæ impressam. Migravit ad Dominum an. 1633., ejusque corpus an. 1646. corruptionem non viderat ex Chronicis Fr. Francisci Agrigentini apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 301.

* LUDOVICUS MESSANENSIS = V. *Ludovicus Visitanus*, quem eumdem existimo.

M M D C L X X I I. 1395.

LUDOVICUS MIRANDA = scripsit partim *latine*, & partim *hispanice*. Latine sunt

Manuale Pralatorum Regularium, seu *Directorium*, quod prodiit Romæ an. 1612. in 4. tomis 2. ex Ind. Biblioth. Barber., postea Salmanticæ 1615. in fol., & Placentiæ, ac Augustæ Vindelic. 1616. in fol. apud Kruger: quod Opus a Paulino Berto Lucensi Tusco Erem. S. Augustini auctum, locupletatumque vulgatum est Coloniæ apud Jo: Kochium, al. Crithium an. 1617. in fol., teste Miræo in par. altera Biblioth. Eccles. sec. XVII. num. 190., & anno 1630.

Tractatus de sacris Monialibus. Salmanticæ anno 1614. in fol. apud Viduam Francisci de Cea; & italice conversus prodiit Placentiæ an. 1616. typis Joan. Bazachii.

De ordine judiciaria &c. prodiit etiam an. 1623. in 4. tomis 2.

Tractatus de sacris Scriptura sensibus in 26. quastiones divisus. Salmanticæ 1625. in 4.

Pro Immaculata sacra Deipara Conceptione defensio. Ibidem 1626. typis Antoniæ Ramirez in 4. Hispanice vero extant

Expositio Regula Fratrum Minorum, quæ prodiit primum Salmanticæ anno 1609. per Arturum Tabernier.

Expositio Regula S. Clara. Ibidem an. 1610.

Expositio Regula Tertiariorum. Ibidem anno 1619. in 4. per Arturum Tabernier; estque editio tertia.

Instructio doctrinalis pro Novitiis &c. 1616.

Collationes spirituales &c. 1617.

De incongruentia novi gubernii Vicarii Generalis Discalceatorum tractatus apologeticus. Ibidem typis Antonii Ramirez anno 1604.; sed suspicor reponen-

nendum esse 1614., quo FF. Discalceati *Vicarium Generalem* obtinuerunt a Gregorio XV.

De Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis tractatus alter. Ibidem 1621. in 4. apud Didacum Cusium.

Expositio sphæræ Ioannis a Sacrobosco aucta cum iis, quæ super ea senserunt Franciscus Iuntinas, Elias Vinetus, Christophorus Clavius, & alii, ad Ferdinandum Hispan. Infantem. Ibidem an. 1629. apud Hyacinthum Tabernier ex Biblioth. Hispan. pag. 42.

De indebita multiplicatione Conventuum tractatus in 4. impressus absque anno, & loco.

De conservatione regnorum Hispaniæ tractatus in 4. absque anno, & loco, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 301., & 302.

M M D C L X X I I I. 1396.

LUDOVICUS MONDELLUS = sac. Theologiæ Doctor Parisiensis, & humanarum literarum cultor eximius, cui anno 1510. conceduntur, vel confirmantur gratiæ, seu privilegia jam concessa ex Regesto Ordinis pag. 88. de *prov. Mediolani*; non edidit *Novum epistolarium ad Marium Philelphianum*, sed Marius Philelphus Francisci filius, artium, & utriusque Juris Doctor, Eques auratus, ac Poëta laureatus ad eum misit *Novum epistolarium* literis datis *ex Vrbino sexto idus Febr.* MCCCCLXXVII. *ad religiosissimum Patrem, sapientemque Theologum Ludovicum Mondellum Mediolanensem ex Seraphico Minorum Ordine*. Ludovicus vero post obitum Marii illud curavit typis Parisien. mandari, dicavitque *Octaviano Vbaldino Mercatelli Domino Ducis Vrbini germano, doctorumque virorum patrono* literis datis *Parisii tertio kalend. Maji* MCCCCLXXXI. satis elegantibus; cui Octavianus rescripsit *ex Vrbino tertio nonas Julii* eodem anno 1481., ex quibus literis elucet amicitia, quæ inter eos intercedebat. Porro *epistolarium* illud prodiit etiam Mediolani an. 1484. per Pachel, & Scenzenzeler ex to. 1. Biblioth. Scriptor. Mediolanen. Argellati col. 577.; iterumque excusum fuit cum eisdem literis Venetiis an. 1492. in 4. per Joan. de Cerreto, al. de Tridino; extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.; & denuo prodiit Parisiis in 4. per Nicolaum de Pratis sine anno, sed, ut videtur, anno 1511. Memorat hunc virum Willotus in Athenis Franciscanis.

Inter Scriptores *de re Botanica*, seu de herbarum cultu, ac virtutibus recensetur & *Aloysius*, seu *Ludovicus Mondellus*, hic ne, vel alius, haud facile dixerim. Fuit autem ex veteri, nobilique familia *Mondella*, ex qua jam anno 1234. *Otho* invenitur Prætor fuisse Patavii, ut habetur in Vita Eccelini Tyranni.

* LUDOVICUS N. HISPANUS, de quo Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 302., est *Ludovicus de Exiira*, de quo supra.

M M D C L X X I V.

LUDOVICUS A NATIVITATE Lusitanus Regul. Observ. Lector emeritus prov. Portugalliæ scripsit sermone patrio Opusculum inscriptum:

Divinitas Filii Dei incarnati. Ulyssipone an. 1645. in fol. apud Laurentium Anveres.

Laudes Immaculatæ Conceptionis Reginæ Angelorum ms., teste Cardoso apud Nicol. Ant.

Concionum variarum tomos 3., teste Fr. Ferdinando a Solitudine to. 5. Chron. dictæ provinciæ. Hujus meminit & Emmanuel Cajetanus de Soussa to. 2. Expedit. Hispan. S. Jacobi Major. num. 381. apud Joan. a S. Anton.

M M D C L X X V. 1397.

LUDOVICUS A NAZARETH = ut in Appendice Waddingi ad hunc librum a Joanne a S. Antonio exscripti.

M M D C L X X V I. 1398.

LUDOVICUS PARISINUS = forsan *Ludovicus Pipre*, ut infra, suæ provinciæ Parisien. Definitor, ac sac. Theologiæ Professor, doctrina illustris, & de tota sua provincia optime meritus; de eo meminit Cardinalis Bona apud autorem Biblioth. Capuccin., & Arturus ad diem 4. Octobris §. 3. Martyrol. Franciscani.

Expositio literalis super Regulam Fratrum Minorum secundum mentem S. P. Francisci prodiit etiam Parisiis an. 1623. apud Jo: Fovet, & Lugduni an. 1631., & 1633. in 32. ex Joan. a S. Anton.

M M D C L X X V I I. 1399.

LUDOVICUS PASCHALIS = edidit etiam

De debito Pastorum, & de spiritibus opus mysticum. Tolosæ 1626. in 8. tomis 2. ex to. 1. Biblioth. Barberinæ pag. 170., & Joan. a S. Anton.

M M D C L X X V I I I.

LUDOVICUS PIPRE Gallus natione Ord. Capuccinor., quem cum non memoret autor Biblioth. Capuccinor., forsan alius non est a *Ludovico Parisiensi*, de quo supra; florebat quippe circa an. 1640. ex Joan. a S. Anton., ediditque idiomate Gallico

Tractatum de 4. obligationibus Parochorum. Antuerpiæ an. 1635.; & Parisiis 1657., teste Dupino sec. 17.

M M D C L X X I X.

LUDOVICUS DE PIRANO Foroliviensis sacræ Theologiæ Doctor celeberrimus, & Orator disertissimus, quem latina, græcaque lingua præditum, & morum honestate præstantem, sibique veteri amicitia conjunctum scribit Franciscus Philelphus epist. 34. lib. 24. an. 1428. ad Ambrosium Camaldulensem Monachum data; Philosophorum, Theologorumque suæ ætatis *princeps* appellatur a Fl. Blondo scriptore synchrono Reg. 6. Ital. Illust. de Forolivio disserente; quo factum, ut anno 1434. cum esset *Minister provinciæ S. Antonii de Padua*, interfuerit Concilio Basileensi, & in *Cœna Domini collationem*, seu sermonem habuerit ad Patres Concilii ex Supplem. Concilior. Labb. nuper Lucæ edito to. 5. col. 32., ubi dicitur *Magister Ludovicus de Piramo Minister provinciæ S. Antonii de Padua*; deinde ab Eugenio IV. anno 1436. Episcopus Seniensis in Liburnia primum, deinde insequenti anno Foroliviensis Episcopus in Flaminia crearetur; qua munere non solum Ferrariensi Concilio Œcumenico interfuit, sed & inter primos pro Catholica fide contra Græcos disputatores locum obtinuit; in quo præ ceteris an. 1438. die 8. Novemb. *sermonem gravissimum, ac eruditissimum* habuisse, quo probavit, in *Symbolo CP. additionem Filioque* non esse vere, & proprie additamentum, sed declarationem, & 11. die idem argumentum adeo feliciter prosecutum ex Actis Concilii observavit Waddingus in Annal. Min. ad eum ann., ut eum singulari laude, & gratiarum actione dignum judicarent Latini, & ipsum admirarentur Græci; additque eum etiam die 27. Januarii an. 1438. *concionem pro Concilio* habuisse in majori Ecclesia Ferrariensi coram Eugenio IV. Anno 1440 jussu ejusdem Eugenii IV. una cum Mauro Abbate S. Mariæ Nonasensis Vero-

ronen. cognovit, confirmavitque fines diœcesis Episcopatus Ferrariensis literis dat. Ferrariæ die 15. Julii, quæ servantur in Tabulario Capituli ejusdem Episcopatus, in quibus dicitur *Ludovicus de Piramo Episc. Forolivien.*; etiam *de Pirramo* dicitur a Waddingo in Annal. Min.; at in Regesto Pontif. apud eumdem *de Pirrano*, uti & apud Ughellum to. 2. Ital. sac., ubi adnotatum legimus eum jam ætate confectum anno 1446. dignitate Episc. se abdicasse. Nec multo post obiit; reliquitque post se juxta Rodulphium lib. 3. in *Ludovico N.*

Feriales Sermones per totum annum:

Commune Sanctorum: *& alia*: inquit Gonzaga par. 2., qui mendose vocat *Ludovicum e Lyrano*; mendumque exscripserunt Possevinus, & Waddingus supra. Eysengrenius autem, & Willotus in *Ludovico* N. ignoto, de quo etiam Waddingus egit, addunt præter *Feriales Sermones*, & *Commune Sanctorum* scripsisse &

Sermones CLXXI *ad Religiosos*.

Sermones extraordinarios.

De B. V. Maria.

De Angelis, &

De quibusdam Sanctis separatim: & forsan hujus sunt *Sermones*, qui habentur in Biblioth. S. Marci Venet. cod. 91. Bess. in 4. hoc tit. *Incipit Opus Ludovici de Sanctis* &c.; de quo vide supra in *Ludovico Donato*.

Ludovici Foroliviensis tractatus de potestate Papa ad Eugenium IV. ms. extat Romæ in Biblioth. Vatic. cod. 4143. ex to. 1. Biblioth. mss. Montfaucon. Extabat olim Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. cod. ms. membran. in 4. *Diversorum autorum* Opuscula referens, in quo potissimum habebantur *Leonardi Aretini epistola*, *&* *Orationes*, quas inter extabat & sequens

Oratio funebris Fr. Ludovici Pyranensis pro Francisco Cornario Patavii mortuo habita 12. *Novembris* 1420.; sed a multis annis eum ego studiorum causa Ferraria abessem, codex evanuit.

Cum autem ait Eysengrenius, vixisse eum *anno* 1513., reponendum 1431.; sunt enim crebri apud hunc autorem hujusmodi lapsus; quippe anno 1408. Arimini Baccalaureus morabatur, ut notatum legi in fine ms. cod. 563. in 4. Biblioth. S. Crucis Florentiæ *Physicam Alberti Saxonis* continente. Agit de eo Naldinus Episc. Justinupolit. in Chorographia Justinopol.; sed perperam de *Traversariis*, & de *Pirano* Histriæ oppido eum scripsisse notat, & refellit Eques Georgius Viv. Marchesius in Vitis Viror. Illustr. Forolivien. lib. 1. cap. 6. *Ludovicus Pyranensis doctissimus sacra Theologia Magister*, *ac Fratrum Minorum provinciæ* S. Antonii, seu Venetæ *Minister* an. 1434. dicitur a Siccone Polentone Patavino in Vita S. Antonii Patavini eo anno scripta cap. 8.

M M D C L X X X.

LUDOVICUS PLACENTIUS Aquapendens in Hetruria provinciæ Romanæ Min. Conv. sacræ Theologiæ Magister, & Ecclesiastes præstantissimus, quem Rodulphius lib. 2. fol. 259. in Custodia Urbevetana dicit a natura ad habendas conciones progenitum, *Julii*que *Aurelii* suo tempore clari concionatoris alumnum; etiam a Leone XI. *tuba argentea*, & a doctis sui temporis *Oratorum pater* appellatus, a Sixto V., & a Clemente VIII. sæpius pretiosis torquibus donatus, & ad Infulas insuper Episcopales vocatus dignitatem admittere renuit ex Coronel. Biblioth. univ. to. 1. num. 5794. Augusti Superbus autor suppar illi in ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Min. pag. 95. eloquentissimum virum appellat, & *Francisci Panigarolæ* concionatoris celeberrimi æmulum; postquam in præcipuis, nobilioribusque Italiæ civitatibus magno auditorum concursu, admiratione, & plausu conciones habuisset, decessisse in patria ætatis anno 65., ac reliquisse a se conscripta

Multa, *&* *laude dignissima volumina verbi Dei præconibus*, quæ mss. servari dicuntur. Hunc inter *fulmina concionatorum* sui temporis collocat Julius Cæsar Capaccius in Epistola, quam *Sylvæ conceptuum Scriptur.* Venetiis anno 1594. editæ præfixit, nomine *Aquapendentis*; ita enim audiebat. De eo Theulus in Appar. Minor. prov. Rom.

M M D C L X X X I. 1400.

LUDOVICUS PRUTENUS = de Hilsberg cognomento *Wolgemuth* in seculo *Joannes* appellatus, teste Rodulphio lib. 3., ante annum 1457. docuit in Universitate Coloniensi, postea Berlitz, Posnaniæ, Thorunii, & alibi; annoque 1466. factus est Minorita Observantinus, habuitque discipulum *B. Alexium Wratislavien.*, qui obiit Bithomi miraculis clarus ex epistola Fr. Paulini de Lemberg olim Vicarii Fr. Minor. de Observ. provinciæ Bohemiæ an. 1496. scripta Fr. Nicolao Glasperg ejusdem Ordinis *Trilogio animæ* præmissa. *Doctor Coloniensis*, & *concionator* illustris, ac excellens dicitur a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 40. De eo & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1494. Edidit autem

Trilogium animæ, idest de animæ *potentiis*, *passionibus*, *&* *habitibus*, cujus prologus incipit: *Tria constat esse in anima*, *potentias videlicet*, *passiones*, *&* *habitus* &c.: Opus vero: *Deus omnipotens* &c., complevit in Cœnobio S. Bernardini Brunæ in Moravia anno 149. .; prodiitque Norimbergæ per Antonium Koberger an. 1498. in 4., & citatur a Salvatore Vitali in Chron. Seraph. Montis Alverniæ lib. 5. cap. 1. §. 6. Scripsit etiam

De Immaculata Conceptione B. V.; &

De usu liberi arbitrii ejusdem in utero matris, ut habet Jo: a S. Anton. ex Maraccio par. 2. Biblioth. Marianæ, & Petrus de Alva col. 987. Militiæ.

Hic alius videtur a *Ludovico Heningo Pruteno Ord. Min. sac. Theol. Professore*, quem Leo X. an. 1521. in Orientem misit, ut res Turcarum exploraret, ut apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. num. 19. & 20.

M M D C L X X X I I. 1401.

LUDOVICUS DE QUIROS = scripsit

De origine, *&* *miraculis* &c., adjecto *Catalogo eorum*, *qui primitus fidem catholicam seminarunt in Insulis Canariensibus* lingua vulgari. Cæsaraugustæ 1612. in 4. apud Joan. de Lanaja ex autore Biblioth. Hispan.

M M D C L X X X I I I.

LUDOVICUS RAM Hispanus ab urbe Oscensi prov. Aragoniæ Regul. Observ. concionator vernacule edidit

Historiam Conventus Dominæ nostræ de Monlora; adjecitque

Concionem habitam in translatione Christi Domini de Columna ad novum Sacellum. Oscæ 1634. in 4. per Petrum Bluson; & morte præventus reliquit

Opu-

Opusculum etc: *Consalatio omnium afflictorum*, cujus ipsemet meminit in superiori Opere, ms. ex Hebrera in Catalogo Scriptor. illius provinciæ; & ex eo Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 303., & to. 3. in append.

M M D C L X X X I V. 1402.

LUDOVICUS DE REBOLLEDO = hujus *Historia* producitur solum usque ad Leonardum Giffonensem Ministrum Generalem an. 1370. circiter: adjecit autem in fine primæ partis

Catalogum virorum sanctorum, ac illustrium Ordinum S. P. Francisci.

Orationes funebres 50. Hispali anno 1600. in 4. apud Clementem Hildago; Matriti 1603., & Cæsaraugustæ 1608. per Joannem Quartan.

Vitam Christi a Landulpho &c. Hispali anno 1608. in fol. Edidit etiam

Orationem funebrem in Exequiis Comitis de Chinchon ad Capitulum Generale Ordinis Toleti anno 1606. celebratum. Toleti 1606. in 4. typis Thomæ de Guzman.

· *Expositionem Regulæ Seraphicæ cum declarationibus Summ. Pontificum, ac variis Constitutionibus Ordinis*. Hispali 1600. in fol. typis Francisci Perez, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 303., & 304.

Tractatum de Monte Alverniæ hispanice, teste Francisco Haroldo in ms. Supplemento ad Waddingi Scriptores apud Biblioth. Hispan. pag. 49., & cit. Joan. a S. Anton.

* S. LUDOVICUS REX GALLIÆ, ut supra.

M M D C L X X X V.

LUDOVICUS DE RIANO Matritensis adjecit

Secundam partem Operi *De Oratione mentali* &c. a Martino de Lilio scripto. Matriti 1611. in 8., ait autor Biblioth. Hispan. pag. 85. ex Luca Waddingo, qui tamen ejus non meminit in hoc Opere.

M M D C L X X X V I.

LUDOVICUS DE LA RIVIERE, ut videtur, Gallus natione, & prov. S. Bonav. edidit

Tabulam mysticam de quadruplici amore divino. Lugduni anno 1630., teste Dupino in Supplem. tomi 3., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C L X X X V I I. 1403.

LUDOVICUS RODRIQUEZ NOYENSIS = scripsit etiam

Comment. in 8. libros Physicorum ad mentem Doctoris Subtilis incip. *Quæstio prima: utrum de rebus naturalibus sit scientia tamquam de subjecto* ms., nec non

Comment. in libros 1. & 2. de Anima; cujus *quæstio ultima est: Utrum definitiones de Anima sint bene ab Aristotele assignatæ*: Opus 104. quæstionibus conflatum extat ms. in fol. Salmanticæ in Bibliotheca Conventus S. Francisci, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 304.

M M D C L X X X V I I I. 1404.

LUDOVICUS RODRIQUEZ = de quo Nicolaus Antonius, & Joan. de Torquemada to. 3. lib. 19. cap. 33., ac Ventancurt in Menologio, ac ex his Joan. a S. Anton. to. 2., qui ajunt, *Catechismum* conjunctum esse cum *Sermonibus*.

M M D C L X X X I X.

LUDOVICUS ROZICIUS Polonus Strict. Observ. vir doctus, & pius edidit

Umbram apologeticam de primo, & genuino sensu præcepti de pecunia in Regula Minorum appositi

Tractatum de usu Syndici Apostolici pro Fratribus Minoribus contra libellum P. Clementis Pelandi ejusdem Instituti pro Petri Marchantii sententia; quem adducit Dominicus de Gubernatis in *Umbra Illuminata*, & Casimirus Biernaki in suo *Propugnaculo* art. 4. num. 18. & 19.

M M D C X C.

LUDOVICUS SANGUINETO patritius Theatinus J. V. D. in seculo, Min. Capuccin. in provincia Neapolitana Institutum amplexus fervidus concionator factus est, & vir magnæ pietatis, scripsitque, ut habet Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol., anno circiter 1635.

De rebus spiritualibus Opuscula, quæ circumferuntur absque ejus nomine, teste autore Biblioth. Capuccinor., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C X C I.

LUDOVICUS DE SCALA forsan Escalera Hispanus scripsit lingua vernacula anno 1542.

Tractatum de provisione Toleti facta anno 1542. pro mendicis, qui prius per portas discurrebant pro colligenda stipe: qui ms. habetur Toleti in Biblioth. S. Joannis Regum Franciscan. ex Haroldo ms. apud autorem Biblioth. Hispan. pag. 50.

M M D C X C I I.

LUDOVICUS SILVESTER a S. Angelo in Vado civitate in Massa Trabaria in provincia Marchiæ, quam olim *Tiphernum Metaurense* veteres dixerunt, Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor nobili genere prognatus Mediolanense præ ceteris, & Patavinum sui Ordinis Gymnasia moderatus est, Episcopi Eporediensis primum, postea & Urbinatium Ducis Theologus extitit; castigavitque, & notis margineis illustravit

Commentaria Ricchardi de Mediavilla Ord. Min. in 4. libros Sententiarum; nec non

Quodlibeta ejusdem Ricchardi: quæ prodierunt Brixiæ an. 1591. tomis 4. in fol. per Vincentium Sabium Marco Antonio Gonzagæ Episcopo Casalensi nuncupata; de quo & Franchinus in Bibliosophia num. 256.

Catalogus universalis totius Seraphici Ordinis, idest compendiosa Cardinalium, Generalium, Capitulorum, Scriptorum &c. dicat. Card. Iulio Feltrio de Ruvere Ordinis Minorum Protectori, impres. Florentiæ apud Iuntas 1578. *in 4. opera Fratris Ludovici Tiphernatis*: ita cit. Franchinus num. 292. in *Petro Rodulphio*, ubi addit, se v. *Ludovicus* hac de re Judicium suum protulisse, Opus nimirum neque Rodolphii esse, neque Tiphernatis; qua de re tamen ibi nullum verbum facit, sed ait obiisse cum anno 1621.; tamen prope finem Operis extat: *ego Fr. Ludovicus Tiphernensis Franciscanus dictus Philosophus*: in fine autem libri, seu *Catalogi* extant *versus heroici* non inelegantes in laudem *S. Francisci*.

Hunc Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 305. ait tantum, illustrasse notis *Libros 4. Sententiarum* Ricchardi Mediavillæ; sed supra pag. 294. sub v. *Ludovicus Citta* (leg. *Civita* vulgo) ait dictum fuisse *Philosophum*, & vernacule edidisse, teste Petro de Alva tab. 5.,

Viridarium S. P. Francisci, ejusque Seraphicæ Religionis cusum Perusii an. 1580., ubi & refert prodiisse *Fr. Ludovici de Civitate S. Angeli Minorita*

Annotationes ad librum Ioannis Dominici Monte Pascoli de magnalibus Verbi italice scriptum, & impressum Neapoli an. 1593. in 4., teste cit. Petro de

de Alva col. 970 Militiæ univ. Tandem pag. 307. v. *Ludovicus Tiphernas* dicit hunc cognominatum *Philosophum*, *Regularis Observ.* alumnum ex Ludovico Jacobillo de Scriptor. Umbriæ apud Marracium in Appendice ad Biblioth. Marianam emisisse

Compendium Indulgentiæ plenariæ perpetuæ concessæ a D. N. J. C. Ecclesiæ S. Mariæ de Angelis, ac de ejus miraculis. Perusiæ anno 1520., nisi sit mendum in anno pro 1570.

Hortulum Religionis italico idiomate. Ibidem an. 1571. ex Waddingo infra in *Ludovico Tipherna-te*, quod Opus ei adscribit etiam Gonzaga, & Possevinus, nec non August. Superbus in ms. Catalogo Scriptor. pag. 93. Forsan duo fuerunt, unus e Civitate Castelli vere *Tiphernas*, ac Reg. Observ., ac edidit *Compendium Indulgentiæ Asisien.*, & *Hortulum Religionis*; alter e civitate S. Angeli in Vado, & edidit, quæ remanent. *P. Magister Ludovicus Silvestrius de S. Angelo in Vado* anno 1620. electus fuit Definitor temporaneus pro Custodia Urbini ex Actis Capituli provinciæ Marchiæ cusis Anconæ typis Salvioni pagina 2. & 17.

MMDCXCIII. 1405.

LUDOVICUS SOTELLUS = de quo Waddingus infra inter Martyres agens ait, nobili progenie Hispali natum provectiori ætate ad Strictioris Observ. provinciæ Discalc. Bæticæ, vel S. Pauli professores zelo animarum accessisse, & sub anno 1599. cum aliquot Franciscanis in Japonem trajecisse. A Paulo V. creatus est Episcopus *Oxensis* in eodem regno, ut habetur ex ejus *Relatione* ad Urbanum VIII., sed persecutione in Christianos ibi tunc grassante, & sæviente Ecclesiam suam adire nequiit; & carceribus datus martyrio coronatus fuit anno 1624., quo anno scripsit memoratam *Relationem* typis postea datam a P. *Dominico Collado* Dominicano hoc titulo:

Fr. Ludovici Soteli Minoritæ Regii ad Apostolicam Sedem Legati, & Regni Oxensis Apostoli, ac designati Martyris ad Urbanum VIII. Pont. Max. de Ecclesiæ Japponicæ statu Relatio, Imperatoris Aug., Principum Electorum, omniumque statuum Imperii cujuscumque Ordinis lectione digna. Incipit: *Post præmissam ss. pedum* &c., & desinit: *de hoc carcere Japponio Omurensi 20. Januarii an. 1624.* Prodiit primo Matriti an. 1634., postea Parisiis, & Francofurti eodem anno in 4., teste Lassor to. 2. Universi &c. pag. 5. Jacobus Eccardus de Scriptor. Ord. Prædic. to. 2. pag. 498. habet non *Dominicum*, sed *Didacum Collado*; negatque eum evulgasse hanc *Relationem*, sed ei suppositam fuisse vel a Scioppio, vel ab alio autore Gallico Operis: *Defense des Nouveaux Chrestiens, & des Messionaires de la Chine* &c. par. 1. cap. 8.

Gravis, christiana, doctaque Epistola ad Paulum V. Sum. Pontif. &c. prodiit etiam Œniponte an. 1635. in 4. apud Joannem Gachium cura *Gasparis Scioppii*, cui ob id illam adscripit Placius in Biblioth. Anonymorum cap. 9. num. 248.; habetur etiam impressa to. 2. *Moralis Practicæ*, teste Dupino sec. 17.

Alias Epistolas ad Principes &c., quarum tres publicavit P. Joan. a S. Anton. to. 2. Chron. provinciæ S. Pauli pag. 241., & seqq.

Catechismum Japponicum ad Tertiariorum S. Francisci preces in carcere exaravit, sed incompletum reliquit, teste Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth., ubi, ut & in alia Min. Discalc. Biblioth., & in Chron. prov. S. Pauli to. 2. lib. 3. de eo pluribus agit; narratque illud mirabile, quod adhuc puerulus nondum e maternis ablactatus uberibus, Hispali cum Immaculatæ Conceptionis V. Mariæ festum diem fideles celebrarent, libera, claraque voce intonuit:

„ Todo el mundo en general
„ A vozes Reyna escogida;
„ Diga, che sois concebida
„ Sin pecado original.

Anonymus quoque autor libri, cui tit. *Difesa del giudizio formato dalla S. Sede Apostolica nel dì 20. Novembre 1704. intorno ai riti, e cerimonie Cinesi* &c.: Taurini an. 1709. typis excusi pag. 81. ait *Ludovicum* hunc nominatum fuisse *Episcopum*; sed, morte intercipiente, non obtinuisse.

MMDCXCIV.

LUDOVICUS STROBTOVICZIUS antea Canonicus Visliciensis, & Cantor Tornaviensis Polonus factus Minorita scripsit

Vitam, celebrioraque miracula B. Simonis de Lepnika Cracoviæ an. 1482. defuncti, uti testatur Waddingus in Annal. Min. ad an. 1483. num. 14.; aitque prodiisse hanc Bransbergæ an. 1636. typis Gasparis Weingartneri Nicolai Episcopi Wormiensis approbatione commendatam: de quo & Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 18. Julii, & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 305.

* LUDOVICUS A SUBRETO hoc loco insitus a Joan. a S. Anton. ex Waddingo, & Terrinca vocabatur *Lucas a Subereto*, de quo suo loco actum est, ubi & dixi, unde error fluxerit.

MMDCXCV. 1406.

LUDOVICUS TANA = de quo legendus Andreas Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedemontanorum; est enim *Cherium* agri, diœcesisque Taurinensis nobile oppidum. Joan. a S. Anton. to. 2. exscribit Waddingum, & Paulum Britium lib. 3., qui ante Waddingum scripsit.

1407.

LUDOVICUS TIFERNAS = V. *Ludovicus Silvester*.

MMDCXCVI. 1408.

LUDOVICUS TREGLIOTTA = provinciæ S. Nicolai in Apulia, de quo & Lassor to. 2. Universi &c. pag. 651., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCXCVII. 1409.

LUDOVICUS DE TRIOLA = fuit aliquando socius Ven. *P. Angeli del Pas* anno 1583. Genuæ commorantis, ut refert Fr. Bonifacius Bonibellus in Chron. Reform. provinciæ Romanæ de eodem Angelo del Pas, ubi dicitur *de Trioria*. De hoc Oldoinus in Athenæo Ligustico, Vernon in Catalogo Scriptor. Tertiarior., & Joan. a S. Anton.

MMDCXCVIII. 1410.

LUDOVICUS A TURRE = anno 1498. *Vicarii Gen.* Cismontani munus obtinuit usque ad annum 1501. ex Chron. S. Franc. par. 3. lib. 7. cap. 33. ex Mariano, ac Memor. Ordinis; hujus mentionem non fecit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 307. Obiit Romæ an. 1502. apud Aram cœli ex Waddingo in Annal. num. 24.

Apologiam pro Monte Pietatis una cum nonnullis composuit an. 1473., misitque ad Petrum Barotium Episcopum Patavinum; eamque ms. extare Florentiæ in Bibliotheca Antonii Magliabecchi tradit Stephanus Fabrutius Doctor Pisanus in Collectione præcipuorum Monumentorum Academiæ Pisanæ nuper vulgata.

De Conceptione B. Virginis Opus insigne dicitur a Pe-

a Petro Rodulphio lib. 3., qui addit asservari Coloniæ in Biblioth. Franciscana: prodiit autem typis Brixiæ anno 1486. in 4. teste Orlando de Orig., & progr. Typograph. par. 1., & Maffeo in Verona Illustr. par. 2. lib. 3. pag. 133., ac Joan. a S. Anton. to. 2.; & postea in Monumentis Franciscanis Petri de Alva hoc titulo: *Compendium Virginei honoris Ludovici a Turre Veronensis dicat. Gabrieli Card. Veronen. contra quemdam Anonymum. Opus benedictiss. Conceptionis Virginis Mariæ contra Libellum invectivarum Religiosi innominati*, nempe Vincentii Bandelli Ord. Præd., citatur a Bernardino Busti in Mariali par. 1. serm. 7. p. 1.

Apologia pro familia Fratrum Observantium edita post an. 1500., & ante an. 1503. prodiit Romæ, ut autor testatur circa finem partis 3., eamque cusam antiquis characteribus se vidisse in Bibliotheca Augustiniana Angeli Rocchæ scribit Petrus de Alva in Indiculo Bullarii Seraphici ad an. 1446. num. 4.; postea vulgata fuit in *Firmamento trium Ordinum* edit. Venet. an. 1513. par. 3. ad modum *epistolæ* Vicariis sui Ordinis missæ sub Alex. VI. pro defensione *Bullæ Eugenianæ* Observantes a Conventualibus separantis.

Huic *Fr. Ludovicus Brognolus* ejusdem Instituti an. 1492. misit *Quadragesimale Antonii Vercellensis de XII. Excellentiis fidei* Venetis typis cusum; vocatque Prædicatorem Apostolicum.

MMDCXXIX.

LUDOVICUS VELLUGA, al. Belluga Toletanus Doctor, & in Academia Toletana sac. Scripturæ, Theologiæque Professor, Orgainemensis Parochus, Tertium Ord. S. Francisci secularem amplexus an. 1617. die 18. Januarii, ad Episcopatum *Portus divitis* a Philippo IV. Hispan. Rege vocatus honorem admittere recusavit, obiitque cum magna sanctitas opinione sepultus in Monasterio Carmelitarum oppidi de Loeches die 26. Augusti an. 1627., cum scripsisset latine

Vitas duorum, qui primas obtinent sedes in regno Dei, Christi scilicet, atque Deiparæ variis illustrium virorum, ac feminarum revelationibus concinnatas. Conchæ an. 1631. in 4. typis Salvatoris a Viader.

De bono divinarum revelationum, ac de Sybillinis oraculis. Ibidem sub *præludiorum* titulo. De eo agunt Nicolaus Anton., & Yanguas Chron. prov. Castellæ Regul. Observ., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCC. 1411.

LUDOVICUS VERRUCINUS = prov. S. Francisci, Umbriæque, poëta insignis italice cecinit versu heroico

Poëma sacrum de S. Antonio Abbate 5. libris distributum. Fulginei an. 1627. in 4. typis Augustini Altieri, & tertia dicitur editio.

Eclogas plures pastorales de Nativitate D. N. J. C. Ibidem, & Venetiis an. 1629. & 1630.

Poemata sacra, & varia. Fulginei an. 1630. ex autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton.

MMDCCI. 1412.

LUDOVICUS A VILLALPANDO = de quo agit Gonzaga par. 4. in Vita *Fr. Toribii Motolinii*, a quo ductus fuit in Americam, Mexicanamque regionem, ac Juchatan, cum esset Strict. Observ., ac provinciæ S. Gabrielis alumnus; de quo & Henricus Willotus, & Possevinus, nec non autor Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2., Lassor to. 2. Universi pag. 32., & post hos Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 308.

* LUDOVICUS VIMERCATUS = V. *Ludovicus Cremensis* supra.

MMDCCII. 1413.

LUDOVICUS VINCENTINUS = anno circiter 1455. a Callisto III. constitutus est concionator Apostolicus, missusque qui contra Turcas *Cruciatam* prædicaret ex Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 3. cap. 58.; erat autem Regul. Observ. alumnus.

Vitam S. Bernardini ad Card. Agriensem Gabrielem Rangonum Veronen. an. 1477. ex Ord. Min. Regul. Observ. assumptum legimus apud Surium, & Act. SS. Collect. Bolland. to. 3. Maji ad diem 20.; eamque statutum est in Capitulo Gen. sui Ordinis anno 1484. ubique per Ordinem a Fratribus legi.

Meminerunt hujus autoris Rodulphius lib. 3., & post eum alii plures, inter quos & Gerardus Joan. Vossius lib. 3. de Histor. Latin. cap. 7., & Oudinus to. 3. Comment. ad annum 1460.

* LUDOVICUS VINCENTIUS = V. infra *Vincentius Bargensis*.

MMDCCIII.

LUDOVICUS VISITANUS Messanensis Regul. Observ. prov. Siciliæ Theologus, & concionator Generalis vernacule edidit

Conciones pro Sabbatis Quadragesimæ super literas B. V. Mariæ ad Messanenses. Cosentiæ an. 1649. in 4. apud Joan. Baptistam Rossum. Hunc Mongitor to. 2. Bibliothe. Siculæ, quem sequitur Joan. a S. Anton., diversum facit, nescio quo monumento, a Ludovico Messanensi, qui versu heroico scripsit

Subtilitates Scoti, quæ mss. asservantur Messanæ in Cœnobio S. Mariæ a Jesu.

* LUDOVICUS VULCANUS = V. *Aloysius Vulcanus*.

MMDCCIV.

LUDOVICUS VITELLIANENSIS, vulgo *Viadana*, diœcesis Cremonensis oppido provinciæ Bononiensis Min. Conv., & Constantii Portæ, de quo supra, alumnus, & artis Musices insignis suo tempore Magister, Fani, Mantuaque, nec non Patavii majoris Odæi extitit præfectus; cujus

Plurima Opera sacra, quæ & publice inter sacra cani solent, & privatim notis musicis elaborata typis edita cernuntur Venetiis an. 1597. per Ricciardum Amadinum, & 1604., ac 1612., & 1619. per Alexandrum Vincentium, aliosque tam multos, ut usque ad 27. ejus Opus Musicum inspexerim. Citat hunc Joseph Frezza in *Cantore Eccles.* par. 4. lect. 13. n. 12., sed eum cum alio Vitellianensi Musico *Berardo Marchesio* eodem tempore florente confundit, cum *Min. Observantem* appellat Ludovicum; hic enim *Conventualis* fuit, ille vero *Min. Observ.* alumnus; ac de utroque scribit Aug. Superbus autor coævus in ms. Catalogo Scriptor. Music. Ord. Min.

* LUDOVICUS WOLGEMUTH = V. *Ludovicus Prutenus* supra

MMDCCV.

LUPUS FELIX DE VEGA, vulgo dictus *Lopez de Vega* Carpio Hispanus Matriti e probatæ nobilitatis ortus parentibus an. 1562. pene ab infantia specimen præbuit ad poësim in primis natus; libe-

ralibus disciplinis acceptis, Philosophiæ in Complutensi Academia operam dedit magno cum profectu; mox etiam militiæ, reique familiari, binis ductis uxoribus, quibus sine prole orbatus, Sacerdotio initiari Toleti se obtinuit in Matriten. Sacerdotum Congregationem cooptatus, & *Tertii Ordinis S. Francisci* Regulam professus, in *S. Officii* Ministrorum receptus album est, & *Melitensis* etiam *sacræ* Militiæ insignia, quæ Præsbyteris ex indulgentia Pontificum conferri solent, una cum *Theologi Doctoris* titulo ab Urbano VIII. summæ de eo existimationis literis accepit. Tandem summi oratoris, & poëtæ oomine decessit die 27. Augusti an. 1635. ætatis suæ 73., cum scripsisset innumera sive soluta, sive ligata oratione, præcipue

Comœdiarum volumina XXV., quorum quodlibet XII. complectitur, & Matriti typis sunt edita, & inde aliis in locis seorsum; horumque Catalogum exhibet Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2. pag. 59. & seqq., ubi & affirmat ex nonnullis composuisse eum ad *mille, & octingentas Comœdias*; tanta huic inerat & inveniendi copia, & perficiendi facilitas. Editiones omnium voluminum, & annum, & locum refert Joan. a S. Aoton. to. 2.; ex his *Tragicomœdiam* tit. *Amicitia depensa* ex hispano in hetruscum idioma vertit Marius Calamus Florentinus tit: *L'Amistà pagata*: & Florentiæ anno 1662. publice recitata est, teste Leone Allaccio in Drammaturgia. Præterea typis dedit etiam

De S. Francisco plura, variaque, quæ habentur in ejus *Operibus*, teste Petro de Alva, & Astorga in Opere inscripto: *Naturæ prodigium*, Matriti anno 1651. impresso pag. 10., ex quo Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 38. hoc ipsum exscripsit.

Carminum humanorum tomos 3., quorum duo primi sub tit. hispano *Rimas* prodierunt Matriti an. 1602., & 1609. in 8., tertius vero de *Gestis Francisci Drac Angli* ibidem an. 1589., & 1602. in 8.

Pastores Bethlemiticos partim ligato, partim soluto sermone. Ilerdæ 1603., Matriti 1612., Compluti 1616., & Valentiæ 1645. in 8. per Jos. Gasch.

De festiva agitatione Deniæ Philippi III. gratia an. 1599. in 8.

Arcadiam ad Jacobi Sannazarii imitationem. Matriti anno 1603. in 8., Antuerpiæ an. 1605. in 12., & alibi.

Peregrinum patriæ. Barcinone 1605. io 8.

Cantica 20. *de pulchritudine angelica*. Matriti 1605. in 8. typis Joan. Cuesta.

Epopæjam tragicam, seu de destructione Jerusalem. Barcinone 1609., & 1619. in 8. apud Gabrielem Graells.

Soliloquia IV. *peccatoris conversi*. Salmanticæ 1612. in 8. apud Anton. Ramirez.

Carmina sacra, Hispanis *Rimas*. Matriti an. 1614. typis Alphonsi Martinez, & Ilerdæ an. 1615.

Colloquium pastorale in laudem SS. Conceptionis Deiparæ Virginis. Hispali anno 1615. in 4.

De passione Domini carmina assona XIV. Conchæ anno 1620. io 16. per Salvatorem Viader.

Philomenam una cum *epistolis variis*, & *Apologo fortunarum Dianæ*. Matriti 1620. in 4. typis Alphonsi Martini.

Decursionem poeticam pro Beatificatione B. Isidori Agricolæ. Ibidem eodem anno.

De metro polito, sive affectato. Ibidem anno 1621.

De solemnitatibus Lermæ factis, simulque de solemniis Matriti factis pro Canonizatione S. Isidori Agricolæ. Ibidem 1622. in 4.

Historiam S. Isidori Agricolæ poemate castellano. Compluti apud Joannem Gratianum 3. editio.

Puritas immaculata: idest *de Immaculata Conceptione Virginis Comœdium*. Vallisoleti 1624. in 4.

Triumphum fidei in Japponiorum regno annis 1624., & 1625. Matriti anno 1618. (lego 1628.) in 8. typis Alphonsi Martini.

De Virgine de Almuneda dicta poëma historicum cum *triumphis divinis, variisque carminibus*. Ibidem 1627. in 4.

Laurum Apollinis, seu de laudibus Hispanorum poetarum cum variis carminibus. Ibidem 1630. in 4.

De celebrationibus Toleti in Nativitate Philippi IV. Hispaniarum Principis. Ibidem in 4.

Poematum prophanorum, ac sacrorum tomum 1. Ibidem an. 1634. in 4. sub nomine *Thomæ de Burgillos*.

Planities Parnasi, quæ est *Collectio variorum carminum cum* 8. *ejus Comœdiis* prodiit post ejus obitum ibidem an. 1637. typis regni.

Ejus Elogium, & Vitam hispanice condidit Joannes Petrus, al. Perez a Montalbano an. 1636. Matriti cusam, & Nicol. Anton., qui & 350. *Opera* ejus partim versu, partim vero prosa typis excusa fuisse demonstrat ab anno 1598. usque ad 1647. Matriti majori ex parte, Barcinone, Vallisoleti, Cæsaraugustæ, ac Valentiæ, nec non Pampilone. De eo Petrus de Alva citatur col. 995. Militiæ univ., Marracius in append. ad Biblioth. Mar. L., Quintaña lib. 2. Hist. Matriti cap. 147., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCVI. 1414.

LUPUS PAEZ = prædicator Apostolicus, & Visitator Generalis 3. Ord. S. Francisci in Hispania scripsit hispano idiomate

Origen, aumento, y estado de la Venerable Orden Tercera de Penitencia con las Vidas de los Santos, que a tenido. Matriti 1623., & 1629. io 16.

Corona de la Virgen distribuida por mysterios. Ibidem 1613. in 16. apud Ludov. Sanchez ex Biblioth. Hispan. pag. 64. Edidit etiam

Vitam Ven. Sororis Franciscæ Agnetis a Conceptione neptis S. Petri Alcantar. Abbatissæ Monasterii Bethlemitici de Zifuentes, & fundatricis Monasterii Oropesani Recollectarum 3. Ordinis S. Francisci, cujus a sacris Confessionibus ipse fuerat; quam vitam typis edi curavit *Michael de Cardona Montoya* ejusdem Ven. Servæ Dei Franciscæ nepos, teste Joan. a S. Bernardo in Vita S. Petri Alcantar. lib. 1. cap. 41. Matriti io 4. ex Joan. a S. Anton., qui addit to. 2. pag. 310.

De ejusdem virtutibus, ac miraculis impres. io fol. absque loco, & anno se vidisse Matriti in Biblioth. S. Francisci, de eoque agere & Petrum de Alva.

MMDCCVII. 1415.

LUPUS E SALINIS = discipulus, & socius *B. Petri a Villacreces* Reformationis Hispanicæ autoris, an. 1427. factus est *Minister* provinciæ S. Jacobi ex Waddingo ad eum an. n. 20., de quo ex Monumentis Ordinis agit Marcus Ulyssiponen. Chron.

par.

par. 3. lib. 2. cap. 27., & inde in Annal. Minor. Waddingus pluribus in locis, dictus etiam vulgo *Lopez de Salazar*; Antonius enim Daza Minorita Hispanus in Vita S. Petri Regalati apud Act. SS. Collect. Bolland. to. 3. Martii die 30. de Viris Cœnobii Aquileriani insignibus disserens cap. 1. ait: *In quibus post ipsos fundatores primo loco dici meretur B. Frater Lopez de Salazar, & Salinis, cujus in hoc libro fit mentio alias, qui fuit fundator Custodiæ S. Mariæ Minorum, quæ nunc est sancta Burgensis provincia, & discipulus B. Villacrecii, ac S. Regalati socius, vir doctissimus, Reformationis zelator insignis, moribus tam sanctis, qualem ipsum sua declarat Vita ab autoribus variis scripta.*

Opuscula omnia, quæ refert Waddingus ms. extare in Bibliothecis, nunc edita leguntur to. 1. Chron. prov. Burgensis Matriti excuso an. 1722. in fol. typis Hieronymi Roxi, teste Joa. a S. Anton. to. 2.

Satisfactorium duplex ejusdem Fr. Lupi habetur ibidem; & etiam cum ejus Vita to. 6. Chron. Ord. hispano idiomate conscriptorum a P. Eusebio Gonzalez Matriti an. 1725. in fol. typis Viduæ Jo: Garciæ Infanzon.

Epistolæ plures memoria dignæ, quarum nonnullæ editæ habentur in prædictis Chronicis ex Joan. a S. Anton.

Apologiam, seu *Responsionem* edidit *ad* XII. *articulos, quibus Observantiæ opponebant Eremitariis Villacrecianis, Concilio Regia Henrici IV. Hispaniarum Regis post annum* 1453. *expositam*, quæ ms. extat in Cœnobii Aquileriani Biblioth. ex cit. Antonio Daza cap. 1., lingua *castellana* exarata.

Testamentum suum fuse condidit an. 1458. in Conventu S. Antonii supra Fresnedam die 30. Martii, cujus *Compendium* latine exhibet Ant. Melissanus autor *Supplementi* Annal. Min. Waddingi ad an. 1458. Ipse vero Lupus ex hac vita migravit non anno 1463., ut scribit Joa. a S. Anton., sed an. 1459. die 24. Februarii; deque eo agit Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem dictam §. 3., aliique plures.

M

MMDCCVIII. 1416.

MALACHIAS HIBERNICUS = de Conventu Limbricen. sub Nicolao III. postulatus fuerat in Pastorem ab una parte Capituli *Tuamensis* Ecclesiæ in Hibernia Archiepiscopalis: Garetius, & Lusitanus, ac Altamura *Ord. Prædic.* dixerunt; sed Echardus to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. eedit hunc Minoritis; reapse *Ordinis Minorum* dicitur in Bulla electionis, assumptionisque ad eam Ecclesiam *Stephani* itidem Minoritæ apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1286. In Bulla 169. Joannis XXII. apud Waddingum ad an. 1325., qua Pontifex Episcopatum Enagdunen. confert Fr. Roberto Ordinis Min., memoratur *Malachias Archiepiscopus Tuamensis*: an post Stephanum, & alium ipse obtinuerit hanc Ecclesiam, an vero sit alius, nondum inveni.

De 7. peccatis mortalibus ms. extat in Paris. Biblioth. Regia cod. 1135. ex Eehardo citato to. 1. pag. 743.

* MANFREDUS N. Regul. Observ. Professor vocabatur *Fulgentius Manfredus*, de quo supra.

MMDCCIX.

MANFREDUS PLACENTIA Salernitanus Siculus *Tertii Ord.* S. Francisci eorum, qui in seculo degunt, votisque Religionis non adstriguntur, composuit

Institutiones Grammaticales, quæ Panormi eusæ sunt an. 1604. per Joan. Anton. de Franciscis; extantque & in Bibliotheca Romana SS. Cosmæ, & Damiani 3. Ord. Claustral., testante Bordono in Cronol. 3. Ord. cap. 38.

MMDCCX. 1417.

MANFREDUS TERDONENSIS, al. Dertonensis = hujus ex Mariano meminit Waddingus etiam in Annal. Min. ad an. 1344. n. 8.; *magnum Doctorem* dicit autor synchronos Fr. Salimbene Parmensis in Chron. ms., qui pag. 378. narrat missum cum aliis duobus a Bonagratia tunc Ministro prov. Bononiæ ad Concilium Ravennæ congregatum a Philippo Archiepiscopo, de quo Concilio & Waddingus in Annal. Minor. ad annum dictum num. 13. agit.

Polylogium Dictionum Scripturarum incipiens: *Expositioni dictionum difficilium*: finiens vero: *nos firmo cardine mentis*: extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex illius Indice an. 1437. descripto pag. 15. 28. 67., & 74.; quorum ultimo loco dicitur ita desiisse: *nos cardine firmo*: ex quibus elicitur *versibus exametris* Opus conflatum fuisse cum *prologo* soluto; vel saltem in fine versus apposuisse, uti fecit & Gulielmus *Brito* in principio, & fine sui Vocabolarii.

Postilla super Matthæum Fratris Manfredi ms. habebatur olim Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci ex illius veteri Indice an. 1421. confecto; hujusne, vel alterius, viderint alii.

Summa de restitutione male ablatorum, & alia *Summa casuum conscientiæ edita a Fr. Manfredo* extabat olim ms. in Bibliotheca Conventus S. Francisci Utinensis ex antiquo illius loci Regesto an. 1397. scripto; sed an ad istum Fratrem Manfredum attineant, mihi incompertum; nam fuit & *Manfredus* de Calcinaria anno 1342. Episcopus Adjacensis in Corsica, & alius *Fr. Manfredus* anno 1363. erat Episcopus Chius in Ægæo.

* MANUEL = V. *Emmanuel*.

MMDCCXI.

MANSUETUS DE CASTELLIONE Aretino Etruscus Poenitentiarius, & Capellanus Pontificius an. 1257. delectus est ad absolvendos Pisanos a censuris ex literis Alexan. IV. apud Ughel. in Pisan. Archiep. to. 3., cujus rei causa ferunt illius urbis cives in grati animi argumentum cinxisse muris Conventum Minorum Castellionis: non autem, ut scribunt Marianus & Waddingus, Pisis novum Cœnobium erexerunt; qui similiter cum errore hanc reconciliationem an. 1244. factam dicunt: anno autem 1258. ablegatus est in Angliam ad Henricum Regem ex Paris. apud Raynal. Annal. Eccles. n. 13. Charus fuit S. Ludovico Galliæ Regi, a quo dono accepit unam e *spinis* coronæ D. N. J. C., epistola adjuncta eidem Fr. Mansueto dat. *Compendii* die S. Bartholomæi an. 1258. in Arch. Conventus Castellionis adhue asservata, de qua & Barthol. Pisanus Confor. XI. par. 2. prov. Tusciæ. Scribit Fr. Salimbene Parmen. Chron. ms. pag. 441. se vidisse in Ecclesia Montis Alverniæ *magnam quantitatem ligni Dominicæ Crucis, quod habuerat Fr. Mansuetus a Rege Franciæ bonæ memoriæ Sancto Ludovico, eo* quod

quod Nuntius esset Papæ Alexandri IV. missus ad eum; & pag. 225. dicit fuisse *Lectorem, & magni valoris in Ordine*, annoque 1238. Fani commorasse. Scripsit

Regulam Sororum Monasterii Humilitatis Beatæ M. V. a B. Isabella S. Ludovici sorore prope Parisios erecti, examini commissam 4. Magistrorum Ord. Minor., nempe *Fr. Bonaventuræ*, *Fr. Gulielmi de Melitone*, *Fr. Gulielmi de Harcombaut*, & *Fr. Godefridi de Vierson*, ut in Vita B. Isabellæ cap. 2. apud Collect. Act. SS. ad diem 31. Augusti; & ab Alexandro IV. an. 1259. die 2. Februarii approbatam. Extat ms. autogr. in Archivo S. Crucis Florentiæ, in cujus fine legitur: *Explicit Regula humilium Ancillarum gloriosissimæ Mariæ Virginis Matris Dei, quam Fr. Mansuetus de Ord. FF. Minor. de mandato Summi Pontificis, & Cardinalium quorumdam diligenti consilio composuit, & dictavit.*

Vivebat adhuc anno 1263., quo iterum a Pontifice missus est, ut Pisanos averteret a partibus Manfredi Tyranni; cui etiam, uti & *Fr. Pacifico* germano suo ejusdem Ordinis facultas data est disponendi de libris suis ex lit. in Arch. Conventus Castillionis. Eum Rodulphius lib. 2. fol. 265. *Beatum* dicit, & *miraculis, ac vitæ sanctitate* claruisse.

MMDCCXII.

MAPHINUS CELLA Cremonensis provinciæ Bononiæ Min. Conv. Theologus acutus, ac disputator egregius, Francisco Sfortiæ Mediolanen. postremo Duci charissimus anno 1508. constitutus est Lector Philosophiæ in Conventu Patavino ex Reges. Ordinis p. 65.; summoque judicio scripsit

Commentaria in Opera Scoti: quemadmodum memoriæ tradidit Franciscus Arisius in Cremona Liter. to. 2., ubi addit floruisse an. 1525., recolique a Francisco Zava in *Parentalibus Pauli Phaerni* ejusdem Instit. Regul., qui eo seculo scripsit.

MMDCCXIII. 1418.

MARCELLINUS DE PISE = prov. Lugdunen. Definitor, cujus

Moralis Encyclopedia 5. tomis in fol. conflatur, primusque prodiit Venetiis an. 1634. in 4., deinde ab autore auctus Parisiis an. 1644. apud Jo: Tost, seu Johest in fol. ex Joan. a S. Anton.

Tomus 2. agit *de Festis S. Crucis, de Angelis, de S. Joseph, & omnium Sanctorum* cum *Homiliis in totam Quadragesimam speciali ratiocinandi modo contextis, scientiarumque omnium ornamentis*. Venetiis 1637.; additisque ab autore *Homiliis de Defunctis, de Purgatorio, de institutione Festorum, de Ecclesiis consecratis, de Imaginibus, de Reliquiis Sanctorum, de peregrinationibus, de Processionibus, de flagellis Dei, de Jubilæo, de Indulgentiis, & de Confessione*, prodiit Parisiis anno 1644. in fol. apud eumdem.

Tomus 3. expendit *moraliter Evangelia totius Quadragesimæ* &c. Parisiis an. 1640. in fol.

Tomus 4. expendit *literaliter, & moraliter reliqua Evangelia Quadragesimæ, quæ in to. 3. deficiunt*; adjunctis etiam, ut in tribus prioribus tomis, *ritibus antiquis omnium fere nationum idoneis moribus excolendis*. Lugduni 1656. in fol. per Laurentium Anisson.

Commentaria literalia, & moralia in Evangelium S. Matthæi. eisdem typis, eodemque anno 1656.

Commentaria literalia, & moralia in Marcum, Lucam, & Joannem tomis 3. in fol. ms. asservantur Lugduni in Biblioth. Capuccin.

Vita, & gesta P. Hieronymi Narniensis &c. Romæ an. 1644. in 4. ex Typographia Cam. Apostol. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Vita, & gesta Urbani VIII. Summi Pontificis. Romæ an. 1645. in 4. eisdem typis ex eodem, cum tamen Waddingus an. 1649. dicat tantum prælo paratam.

Annalium Ord. Minor. S. Francisci Capuccinorum tomus tertius (seu tomi 3. primam & secundam partem; nam tertiam partem fecit Maximus Bertani ab an. 1628. usque ad 1636.), *in quo universa, quæ ad ejusdem Ordinis progressum spectant, ab an. 1612. exclusive usque ad an. 1634. inclusive fidelissime traduntur*: est autem *Continuatio Annalium Zaccariæ Boverii*. Lugduni 1676. in fol. sumptibus Fratrum Anisson, & Joannis Poysvel ex cit. Joan. a S. Anton.; postea prodiit & Tridenti an. 1708. in fol. typis Joan. Anton. Brunati, quæ est italica translatio Annalium Capuccin. facta a *Fr. Antonio Olgiati* Comensi Capuccino.

Appendicem ad Annales P. Zachariæ Boveril, ac Supplementum ms. reliquit, teste autore Biblioth. Capuccinor.

Genius Christianus Opus bipartitum latine promittitur ab autore in calce posterioris tomi suæ Encyclopediæ; sed an confecerit, ignoro.

De eo Joseph Imbonatus in Biblioth. Latino-Hebr., Dupinus sec. 17., & Sousa in Expedit. Hispan. S. Jacobi n. 140.

MMDCCXIV. 1419.

MARCELLINUS DE PONTE BAUES. = obiit Gratianopoli 1623., de quo Dupinus sec. 17., & Dionysius Genuensis.

MMDCCXV. 1420.

MARCELLUS DE RIBADENEIRA = sac. Theologiæ Lector, ac celebris concionator Regul. Observ., quondam BB. Martyrum Japonensium socius, vir ingenio præstans, ac pietatis, doctrinæque titulis admodum clarus, cujus Opera exarata sunt hispanice ex Nicolao Antonio.

Vitam, & gesta BB. Martyrum Japonensium exscripsit P. Petrus a Ribadeneyra *de Vitis Sanctorum* fol. 636.

Historiam Archipelagi, & regnorum Sinensium, Tartarorum, Japonensium &c. Barcinone anno 1601. in 4. per Gabrielem Grelli.

Coronam excellentiarum B. M. V.; seu de *Excellentiis coronæ B. Virginis* duobus libris: quorum in primo agit *de origine coronæ, quam recitant Minoritæ*; in 2. *de excellentiis ejusdem coronæ*. Neapoli anno 1605. in 4. typis Joan. Bapt. Subtilis.

Sermonem Summi Sacerdotis Tartarorum evulgavit hispanice.

E vivis exemptus est Salmanticæ circa annum 1606. in Cœnobio Recollect. S. Anton. ex Joan. a S. Anton. in utraque Bibliothe., & autore Chron. provin. S. Jacobi to. 2.

MMDCCXVI.

MARCELLUS ROMANUS COLUMNA patritius Catanen. Strict. Observ. Reformator. sac. Theologiæ Lector, Generalis Concionator, & in provincia Siciliæ tertiò Definitor, ac Romæ Hieronymi Card. Columnæ a Confessionibus scripsit italice

Conciones de Sancto Crucifixo. Catanæ an. 1650. in 4. apud Jo: Russum.

Orationum sacrarum Octavam primam tit. *La vera Deità Catanese*. Veronæ an. 1658. in 4. apud Franciscum Rosum.

Apo-

Apologiam pro Opere Orationum sacrarum &c. Romæ an. 1665. in 4. typis Ignatii de Lazaris.

Adventuale, seu *canciones in Adventu Domini*. Catanæ an. 1670. in 4. per Paulum Bisagnium.

De triumpho S. Crucis. iisdem typis in 4. an. 1681.

Obiit in patria an. 1679., ætatis suæ 65., & commendatur a Petro Tognoleto apud Mongitorem to. 2. Biblioth. Siculæ, & ex his Jo: a S. Anton.

MMDCCXVII.

MARCELLUS SANSEVERINUS Ligur, teste Oldoino in Athenæo Ligustico pag. 411., ad litteras redegit

Vitam S. Patris Francisci vulgatam Genuæ an. 1637., ut notavit & Joa. a S. Anton.

MMDCCXVIII.

MARCELLUS TONNORODENSIS Gallus provinciæ Parisiensis Tertii Ordinis S. Francisci Theologus, multæque lectionis vir composuit Opus prolixum, quod inscripsit:

Theologia vitæ spiritualis scholastica, & positiva methodo consarcinata: ut refert Bordonus in Chronologio 3. Ordin. cap. 38., & 32. n. 68., ubi Opus hoc appellat *Organum morale*, Encyclopediam, sive omnium scientiarum sanctarum concatenationem complectens; autoremque morte præoccupatum vulgare non potuisse: ex eo accepit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 314.

MMCCXIX. 1421.

MARCHESINUS DE BAJADON = *de Bajadox* dicitur apud Bollandum ad diem 14. Januarii, quæ est Pax Augusta in Hispania, ac Extremadura; *de Badajon* dicitur a Joan. a S. Anton.

MMDCCXX. 1422.

MARCHESINUS PETOR = *Lector*, ut infra, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum; sed patriam, & tempus, quo scripsit, nemo nobis edisserit. Eius Opuscula servantur mss. pergam. in 4. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, suntque

Tractatus de pœnis peccatorum diversimode nuncupatis incipit: *Pœna debita peccatori nunc censetur nomine proditionis* &c.: & in fine legitur: *Explicit utile Opus de pœnis peccatorum a Fr. Marchesino Lectore Ord. Minorum*. Non igitur *Petor*, ut male apud Rodulphium, & alios ex eo, sed *Lector* Marchesinus dicendus est.

De passione Domini incipit: *Passio Domini nostri Iesu Christi. Consumatis sermonibus Evangelicæ prædicationis, dixit Dominus discipulis suis: scitis, quia post biduum Pascha fiet* &c.

Incipit Opus de vitiis a Fr. Marchesino compositum. De superbia. De superbia est loquendum quantum ad causam defectivam &c. Hæc tria Opuscula sunt in eodem cod. ms., horumque tituli recensentur in veteri Inventario Bibliothecæ, Sacristique Conventus S. Francisci Asisiensis anno 1381. facto, ac renovato, ubi dicuntur extasse in IV. solario occid. sub nomine *Fratris Marchesini de Ordine Minorum*; unde patet hujus autoris antiquitas.

MMDCCXXI. 1423.

MARCHESINUS E REGIO = de quo Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in provincia Bononiæ, & Conventu Regii.

Dictionarium Vocabulorum Bibliorum titulo *Mammothreptus* prodiit primum Moguntiæ an. 1470. per Petrum Schoiffer de Gernsehen in fol.; postea Venetiis 1476., & 1478. in 4. typis Francisci Hailbrun; 3. Venetiis 1479. in 4. per Nicolaum Jenson; Mediolani 1481. per Leonardum Pachel; Venetiis 1482. in 4. per Andream Jacobi de Cathara; 1483. in 8. per Franciscum de Hilbrun; 1485. per Franciscum de Madiis; mox Argentorati 1487., 1489., & 1497. in 4. tit. *Mammotrepton, idest Dictionarium Vocabulorum difficiliorum in Bibliis repertorum. Item tractatus de mensibus Hebræorum, festivitatibus legalibus, vestibus sacerdotalibus, divinationibus, nominibus Dei apud Hebræos, Interpretibus sacræ Scripturæ, ejusdem divisione* &c. *Item Dictionarium vocabulorum difficiliorum in Antiphonis, & Responsoriis per annum totum; item in hymnis, sermonibus Doctorum, Legendis Sanctorum, & declaratione Regulæ Minorum*. Iterumque Venetiis anno 1494., & 1498.; nec non 1506., non 1596., per Joan. Pontium de Leuco; postea & Metis 1509., Venetiisque 1596. Addit Joan. a S. Anton. Norimbergæ 1494., & Parisiis 1510., & 1521. in 8. Extabat olim ms. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. ex Indice veteri illius Bibliothecæ an. 1437. scripto pag. 18. 28., & 69.; nec non Crumloviæ in Bohemia in Bibliotheca Conven. S. Mariæ Min. Conv., & in Monasterio S. Mariæ Clarissar. in pergam., & Viennæ apud nostros ex Indice earumdem Bibliothecar. an. 1593. confecto, & Romæ asservato pag. 24. & 45. Habetur etiam ms. in Bibliotheca Varmiensi ex Catalogo illius apud Possevinum ad calcem sui Appar. sac.; Asisii apud nostros; & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 34. versus claustrum num. 771. in 4., & scam. 28. num. 722. in 4. tit. *De Vocabulis Bibliæ*; sed primo loco *Mammotrectus* completus, secundo loco incompletus est. In Biblioth. etiam Gothana Ducis Saxoniæ extat ms. membran. in fol. *Mamotrectus*, in cujus fine legitur: *Anno ab Incarnatione Dominica* CIↃ. CCCCLXVI. *fuit totus hic liber regnante Dño nostro Jhesu Christo*: & postea adduntur hi versus:

„ O vos, qui nostis quid perferat ille labo-
„ ris,
„ Qui se scribendo castigat tempore crebro,
„ Assiduis precibus memores sitis, precor,
„ ejus,
„ Qui prumptus librum conscripsit, & edidit
„ illum.
„ Et tu nate Dei miserere, flagito, mei;
„ Nam tua pro gloria feci hæc . . . omnia,

Autoris *ne*, an *exscriptoris*, in certum: ita legitur in Catalogo codd. mss. Bibliothecæ dictæ anno 1714. Lipsiæ ab Ernesto Salom. Cypriano confecto, atque vulgato pag. . . . n. 48. Ex hoc Opere, & Papia suum confecit *Vocabolarium Ecclesiasticum* Joan. Bernardus Savonensis Ord. Erem. S. August., ut ipsemet fatetur in proœmio dicti Vocabolarii. *Mammotrepti* voce usus est S. Augustinus in psal. 30. *In te, Domine, speravi* &c. Habetur *Christgau Commentar. de Mammotrecto*: quis tamen fuerit, ignoro.

Sermones de Sanctis extant & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 28. cod. 722. in 4. post *Dictionarium vocabulorum Bibliorum Mamotrepti*; sed valde interpolati, & etiam sine nomine, ac sine præfatione, seu prologo; & scam. 24. cod. 676. in fol. in fine post diversorum autorum Opuscula pariter sine nomine autoris, sed titulo *Lucidarii Legendarum*: reipsa non sunt sermones, sed elucidationes Vitarum SS. in duas partes, quarum in

in altero elucidat Vitas SS. Ordinis Minorum, in altera vero Vitas SS. communium Ecclesiæ a S. Andrea Apostolo usque ad S. Catharinam V. & M.; idque ad honorem B. V. *Mariæ*, *S. Francisci stigmatibus insigniti*, *& S. Cæciliæ V. & M.*, incipitque: *Utilitatem comparis prædilecti confratris B. mihi caritatis vinculo spiritualiter copulati, ac propriam attendens, subtratum Opusculum compilare decrevi* &c.; ita prologus: Opus vero incipit: *Passionem S. Andreæ Apostoli* &c.: ubi dumtaxat verba quædam, & voces, nominaque, quæ in Historiis SS. occurrunt, explicat inquiens in prologo: *quod quia Legendas Sanctorum nostri Ordinis difficiles elucidat, & luculenter clarificat, volo censeri Lucidarium Legendarum. Non ergo se moveat, Fr. Kristime, in subjecto Opusculo alicujus verbi expositionis obmissio, quia quod in una parte interdum obmittitur, in alia recaperatur ad plenum*: Deest tamen pars illa, quæ agit de Sanctis Ord. Minor., cumque autor citet non semel *Polyloginm*, & *Britonem* ad vocum explicationem, liquet scripsisse eum hoc Opus post an. saltem 1260. Hic codex Florentinus dicitur fuisse ad usum *Fr. Illuminati de Capoinsaccis Florent. Ord. Minorum*, ut habetur in fine ejusdem codicis: *Fr.* autem *Illuminatus de Capoinsaccis anno* 1305. erat *Custos Florentiæ*, ut legitur in fine codicis 295. ejusdem Biblioth. S. Crucis scam. 26. quarti libri Senten. S. Bonaven. in fol.

Opuscula hujus scriptoris *de Purgatorio*, & *de vitiis* cum ait Waddingus extare Asisii apud nostros, fatetur hunc eumdem esse cum *Marchetino*, superiori; nam ego, qui dudum cuncta illius Asisien. Bibliothecæ libros, & scripta evolvi, excussique, nonnisi *Opuscula* non de Purgatorio, sed *de pœnis peccatorum*, & *de vitiis Fr. Marchesini Lectoris*, ut supra adnotavi, ibi extare mss. reperi.

Agunt de eo Sixtus Senensis, Rodulphius, alliique postea, ut Joan. Gerardus Vossius lib. 5. de vitiis sermonis par. 2., Waddingus in Annal. Min., Carolus Dufrenius Cangius in Dictionario med., & infim. Latin. num. 50. præfat., v. *Sagma* 2., & v. *Florentia*, Oudinus to. 3. Comment. sub an. 1450., Jo: Guascus in Histor. Liter. Academ. Regien., & nuper autores Diarii Literat. Italic. Veneti to. 13. art. 10.; quorum aliqui *Joannem Marchesinum* appellant; aliqui vero volunt vixisse *ad an.* 1450.; sed veteres *Marchetinum* dumtaxat dixerunt, & vixisse eum circa an. 1300. liquet; nam, ut dictum est, meminit ejus Pisanus, qui an. 1388. *Conformitates* illas elucubrabat; deinde hic autor in *Mammotrepto* affert *Legendam S. Francisci* a S. Bonaventura editam, & *Officium*; itidem antiquam *Legendam S. Antonii Patavini*, & *Officium*; nec non *Legendam S. Elisabeth* Reginæ Hungariæ solum; non illas *S. Ludovici* Episcopi an. 1317., & *Stigmatum S. Francisci* anno 1337. cœptas legi: in fine apposuit *Decretalem* Nicolai III. *Exiit qui seminat* anno 1279. conditam pro declaratione Regulæ Minorum, non illam Clementis V. *Exivi de Paradiso* anno 1312. editam: scribebat igitur ante annum 1312.

MMDCCXXII.

MARCUS DE ABILA Hispanus sac. Theol. Doctor composuit, quo tempore nescitur, antiquitus tamen,

Quadragesimale, quod ms. in 4. asservatur in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ, codicisque inscriptio est; *Dubia V. Magistri, & Doctoris Fr. Marci de Abila Ordinis Fratrum Minorum*: ibique a fol. 121. extat *aliud Quadragesimale* incipiens: *Tu autem cum jejunas* &c., teste Joan. a S. Anton.

MMDCCXXIII.

MARCUS ALEGAMBE Platiensis Siculus Strict. Observ. Lector, Concionator, & suæ provinciæ Custos, seu præfectus obiit Syracusis an. 1647, cum jam edidisset italice librum hoc titulo:

Piazza città opulentissima col vessillo dell'invittissimo Co. Roggieri Normando, in virtù del quale con gloriose, e famosissime imprese discacciò i Saraceni di Sicilia: extat ms. in Bibliotheca Cœnobii Placensis S. Petri, teste Mongitore. De eo agunt Scriptores Siculi apud Coron. in Bibliotheca univ. to. 2. n. 3944., Tognoletus, Joannes Claranoano.

MMDCCXXIV.

MARCUS ANTONIUS CAPELLUS Atestinus provin. Venetæ Min. Conv., aggregatus etiam Cœnobio *Genazzani* diœcesis Prænestinæ, ac provinciæ Romanæ ex Theulo in Appar. Min. lib. 5. cap. 7., Philosophus, Theologusque insignis, in sacra ac profana Historia, fideique controversis versatissimus, Patavino in Gymnasio publicus Metaphysices Lector declaratus est, mox Orientis provinciæ Minister, postea Romæ a Paulo V. sac. Congregationis de Propag. Qualificator; quo in officio Romæ decessit circa an. 1626.; de quo agit & Waddingus supra in *Antonio Cappello*, sed pluribus omissis, & cum errore, cum reapse *Marcus Antonius* appellaretur. Ejus autem Opera sunt:

Tractatus de Interdicto Pauli V., num legitime publicatum fuit in Venetos, una cum aliis Theologis 6. Venetis compositus sermone italico. Venetiis 1606. in 4. per Robertum Mejettum; qui proscriptus fuit ex Indice Librorum prohibitorum.

De Controversiis inter Summum Pontificem Paulum V., & Venetam Rempublicam. italico sermone. Venetiis an. 1606. in 4. typis Alexandri Cavalcalupi: contra quem hac de re scripserunt Auton. Possevinus, Benedictus Justinianus, Jacobus Gretzerus, & Paulus Comitolus Soc. J., & Lelius Medici Conventualis.

Responsum, sive *Rescriptum ea de re ad Antonium Possevinum* extat cusum Venetiis an. 1606., & Vicentiæ an. 1607. in 4. in Collectione Scriptorum super Controversia inter Paulum V., & Venetos impressa Curiæ anno 1607. per Paulum Marcellum vol. 2. pag. 039.

Adversus prætensum primatum Ecclesiasticum Regis Angliæ librum, *in quo Iacobi Regis, & ejus Eleemosynarii confutantur scripta de captioso juramento proposito Anglis Catholicis; de usurpata potestate spirituali ejusdem Regis; & de exaggerata, & incompossibi hominum, & redditnum sacrorum copia in universa Republica Christiana*. Bononiæ anno 1610. in 4. per Bartholomæum Cocchium, Benedicto Justiniano Cardin. Bononiæ Legato dicatum.

Constitutiones pro Reformatis Conventualibus una cum Sylvestro Bartoluccio Assitinte composuit ex Actis Capituli Gen. an. 1617. Romæ coacti apud Franchinum in Biblios. num. 258. §. 7., quæ editæ leguntur.

De Summo Pontificatu Petri. Coloniæ an. 1621. in 4. ad signum Monocerontis Card. Ludovisio Camerario &c. dicatum.

De successione Episcopi Romani contra duos Anonymos, Ibidem anno 1621. in 4. per Joan.

Kin-

Kinkium: citatur a Benedicto XIV. in Synodo dioeces. lib. 2. cap. 5. n. 2.

De Appellationibus Ecclesiæ Africanæ ad Romanam Sedem. Parisiis an. 1622. in 8. ea Ind. Biblioth. Barber.; quæ *dissertatio* ab autore majori ex parte immutata, correcta, & aucta curâ, atque studio Joan. Bortonii Abbatis Ripaliensis a domestica Bibliotheca Pontif., & Sacellanorum intimorum primi, ac jussu Clementis XI. ad Bibliothecæ Albanæ exemplar prodiit Romæ an. 1722. in 8. magno typis sac. Congr. de Propag. Fide ad Innocen. XIII. missa; diciturque *editio tertia*; cui memoratus Bortonius *de ejusdem Capelli Vita, & scriptis diatribam* præmisit, & Carolus Majellus Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus hujusce Operis Censor *aureum Opusculum* appellat; quod alii *pereruditum, & præclaram dissertationem* dicunt *magnis laudibus ab eruditis exornatam*. Hoc Opusculum una cum tribus aliis *de Regis primatu; de Summo Pontificatu Petri; de successione Episcopi Rom.* extat etiam in Bibliotheca Pontificia Roccaberti to. 16. edit. Romanæ an. 1698.

Regulæ SS. Augustini, & Benedicti, nec non S. Claræ declaratæ cum Decretis Concilii Tridentini, Bullisque Pontificiis ad Monasticum statum attinentibus italico idiomate hortatu Card. Ludovisii Archiepiscopi Bononien. Bononiæ an. 1623. in 4. typis Victorii Benacci.

Oratio funebris in exequiis D. Lucretiæ Thomacelli Palliani Ducis italice. Romæ an. 1623. in 4. apud Jacobum Mascardum.

De Cœna Christi suprema; deque præcipuis ejus vitæ capitibus dissertatio adversus Ægyptium autorem anni primitivi. Parisiis an. 1625. in 4. ap. C. Morellum Card. de Valleta dicata.

De absoluta omnium rerum sacrarum immunitate a potestate Principum laicorum ex lege naturæ, Moysis, & Christi ad Paulum V. ms. extat in Biblioth. Barber. cod. n. 426.

Disputatio de utilitate, & necessitate Monarchici regiminis in Ecclesia adversus M. Antonium de Dominis. ms. in eadem Bibliotheca Barber. cod. n. 446., teste cit. Abbate Bortonio in laudata *Diatriba de Vita, & Scriptis M. Antonii Capelli*.

De jure Religionis in politia bene, & recte instituta. ms. Romæ in Bibliotheca Barberina fol. 445.

Disputatio quo jure sit prohibita Clericis mercatura. ms. ibidem fol. 447.

De hoc agit Moreri, Lassor, Dupinus sec. 17., Graveson. to. 8., Coron. Bibliot. univ. to. 7., & Joan. a S. Anton. 2., qui errat, dum pag. 315. ait, morte præventum reliqua Opera inedita reliquisse in Bibliotheca sui Conventus Ferrariensis; nec nisi 6. Opera edita commemoret.

M M D C C X X V.

MARCUS ANTONIUS CURSIUS Tarvisinus provinciæ S. Antonii, Venetæque Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, Philosophus, & concionator tota Italia valde notus, suæque provinciæ Minister, & Commissarius, de quo Rodulphius lib. 2. fol. 271. in Custodia Veneta, & Franchinus in Biblios. n. 183. pag. 315., an. 1562. Bononiæ in Basilica S. Petronii *conciones quadragesimales* habuit ex monumentis illius Basilicæ, decennioque post obiit in patria, ubi in Templo sui Ordinis *Elogium* ei erexerunt amicitia conjunctissimi, quod hucusque cernitur, referturque a Bartholomæo Burchelato autore coævo in suis Epitaphiis serm. 6. pag. 256. hujuscemodi:

„ Quis hic? M. Ant. Cursius. Cujas? Tarvisinus. Quid professus? Monachum, Philosophum, „ ac Theologum plane summum. Quæ merita? „ Docendo, scribendo, declamando, agendo, vivendo; denique ingenio, doctrina, facundia, „ prudentia, ac probitate singulari cum patriam „ ipsam tum Francisc. familiam, Urbe, & orbe teste, ad summum decus evexisse. Quæ præmia? „ Deo frui, corpore jam posito. Quo anno, mense, ac die? salutis nostræ MDLXXII. V. kal. Decemb. ætatis vero suæ anno XLI. d. XX. Qui posuere? Fr. Daniel Sbar. Brixien., & Fr. Stephanus Girard. Venetus Minoritæ Theologi pyladeo „ quondam nexu homini juncti veteris necessitudinis ergo.

Scripsit autem, quantum quidem vix ei licuit per tam brevem temporis cursum,

Quadragesimales conciones;

In Psalmos Davidicos, &

In nonnullos alios sac. Scripturæ libros: quemadmodum testatur cit. Burchelatus his de eo verbis: *Norunt Venetiæ, Patavium, Brixia, Verona, Utinum: quid ultra? ferme civitates omnes Insubriæ, & Roma ipsa, & nos ipsi novimus, qualis, quantusque fuerit concionator, quantus sacræ Theologiæ interpres & doctus, & subtilis, & facilis: certe fuit mæror publicus tam citus obitus tanti civis . . . . . ejus Opera cum in Psalmis Davidicis, tum in aliis sacris Codicibus jam & prælecta, & literis accuratius commendata, sicut & doctissimum ejus, ac piissimum Quadragesimale ab omnibus præsertim concivibus summo in pretio habitum, summo jure publicius expetuntur, ac expectantur.*

M M D C C X X V I. 1424.

MARCUS ANTONIUS GALITIUS = de Carpenedulo Brixiensis agri oppido S. Rom. Inquisit. Qualificator, ac tandem sui Ordinis Capuccinor. Generalis Minister ubique clarissimus ob præclaram doctrinam, ac vitæ sanctimoniam Romæ præsertim, ubi alter *Cajetanus* sæpius appellatus fuit: de quo legi potest Donatus Calvus in Scœna Liter. Bergom. Script. par. 2., ubi tradit, natum eum anno 1589., & autor Biblioth. Capuccinorum, qui ait obiisse Niciæ anno 1665.

Pars 4. *de anima*. Romæ an. 1636. in 4.

Pars 5. *De Metaphysica*. Ibidem eodem anno in 4. Edidit quoque

Dilucidationem Speculi apologetici, sive propugnaculum Historiæ Annalium P. Zachariæ Boverii. Antuerpiæ anno 1653. in 4. apud Franciscum Fichert contra Jacobum de Ridere; cui eodem anno Ridere respondit.

Commentarios in quatuor libros Senten. ad mentem S. Bonaventuræ in fol. to. 1.

Quæstiones Morales, & Regulares to. 2. in fol.

De præceptis Decalogi. to. 2. in 4.

De judiciis Regularium to. 2. in 4.

De Immunitate Ecclesiastica. to. 1. in 4.

De Sacramentis Eucharistiæ; & Pœnitentiæ. to. 1. in 4.

De peccatis in genere, & in specie. to. 2. in 4.

Quæstiones Legales, & Juris canonici. to. 3. in fol.

Consulta varia moralia, & Legalia. to. 1. in fol.

Philomena, sive Canticorum spiritualium to. 1. in

in fol. Hæc omnia mss. asservantur Brixiæ in Biblioth. Capuccinor. De eo agit etiam Petrus de Alva in Militia, Sannig in Synoposi, Coronellus in Chronol. univ. to. 7., & ex his Joan. a S. Anton.

MMDCCXXVII.

MARCUS ANTONUS GAMBARONUS Lugiensis in Falminia provinciæ Bononien. Min. Conv. Theologus, & ecclesiastes suo tempore clarus; quandoquidem anno 1563. in insigni Bonon. S. Petronii Templo legitur *conciones quadragesimales* habuisse ex monumentis illius Basilicæ: vir enim literis latinis, & græcis excultus, Philosophicis vero, Theologicisque disciplinis exornatus præclariora sui Ordinis Gymnasia moderatus est; mox *Socius Ordinis*, ut vocant, constitutus ad Tridentinum Concilium accessit, ac pro Concione dixit; annoque 1564. suæ provinciæ Ministerio functus an. 1570. ex hac vita decessit; cui Petrus Rodulphius Bononiæ in Templo S. Francisci *Eloginm* illi junctum, quod Francisco Vicedomino posuit supra a Waddingo relatum, alte locavit in hunc modum:

„ Et una Marco Antonio Gamb. Lug. post ipsum „ provin. Præfecto triennium ante abrepto; ut quo„ rum in vita animos necessitudo, studiaque conjun„ xerant, mortuorum conjuncte monumentum cor„ pora contineat, Petrus Rodulph. Thausignanensis „ pietatis in illum, in hunc benevolentiæ ergo P. „ 1574.

Etiam lib. 2. Hist. Seraph. pag. 268. Rodulphius ejus cum laude meminit, vocatque *concionatorem eximium*: ad eum nonnullas literas dedit Bartholomæus Riccius, quæ leguntur to. 2. lib. 4. Epist.; eumdem laudat & Aug. Superbus in Append. ad ms. Catalogum Script. pag. 136., & Franchinus in Biblios. pag. 422., & 577.

Oratio ejus, seu *Concio habita in Concilio Tridentino die 6. Septembr. an. 1562. Dominica 16.* post Pentecost. prodiit anno eodem 1562. Brixiæ in 4., & postea Lovanii an. 1567. cum aliis diversorum Oratorum.

MMDCCXXVIII.

MARCUS ANTONIUS GUARINI Ravennas Min. Conv. sac. Theol. Magister an. 1617. electus est suæ provinciæ Bonon. Minister, obiitque in patria an. 1656. ex Hiernnymo Fabri in Hist. Raven. Eccles. par. 1. pag. 174., & reliquit post se

Conciones quadragesimales, de Adventu, aliisque anni temporibus, cum variis Lectionibus sacris, & Sermonibus lingua vulgari scriptis an. 1610., dum Romæ in Collegio S. Bonav. Baccalaurei Conventus munere fungeretur, quæ mss. in fol. to. 2. asservantur Ravennæ in Biblioth. S. Francisci.

MMDCCXXIX.

MARCUS ANTONIUS PAGANUS Foroliviensis, quem quidam, inter quos Waddingus supra in *Antonio Pagano*, & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 316., cum illo *Pagano*. confundunt; sed, ut ibi ostensum est, ille *Antonius*, hic *Marcus Antonius* dicebatur; ille *Venetus*, hic *Foroliviensis*; ille demum *Regnl. Observ.*, hic *Conventualis* extitit; uterque eodem tempore vivens, sed ille literis, hic vero regiminibus potissimum inclaruit, quippe qui anno 1558. *Commissarius* provinciæ Bononiæ legitur in Monumentis Cœnobii S. Francisci Ferrariæ, postea provinciæ Romanlæ primùm, deinde anno 1560. Daniæ etiam *Minister* appellatus; mox *Visitatoris* provinciæ Genuensis an. 1567., & anno 1570. *Ministri* munus obivit; quo expleto, anno 1573. ad suæ provinciæ Bononien. adlectus Præfecturam, summa eam integritate, ac prudentia gubernavit, ut jam *Patris Religionis* titulo cohonestatus inveniatur, & Patribus Conventus *Bononiensis* aggregatus, eum locum, uti & Mediolanensem rexerit; & antea contra hæreticam pravitatem Adriæ *Inquisitor* extiterit. His itaque meritis onustus, ut omittam Gymnasia plura in Ordine moderata, & civitates concionibus illustratas, dum Romam ad *Sixtum V.*, cui erat gratissimus, proficisceretur, obiit Fulginei an. 1585. die 20. Octobris, cui Petrus Rodulphius, qui lib. 2. Hist. Seraph. pag. 268. in Custodia Forolivien. de eo multa cum laude scribit, lapidem cum *epitaphio*, quod & refert, erexit Fulginei in Æde sui Ordinis, hujusmodi:

„ Marco Antonio Pagano Foroliviensi viro inte„ gerrimo, qui Visitatoris Apostolici in provin„ cia Genuæ, & Præfecturæ Provincialis munere „ perfuncto dum Romam petit ad Sixtum V. Pon„ tificem Maximum, obiit anno ætatis suæ LXIX. „ die vero XX. Octobr. F. Petrus Rodulphius Tos„ sinianensis mutuæ necessitudinis memor grati ani„ mi sui monumentum posuit.

Forolivii vero in Ecclesia sui Ordinis aliud *epitaphium* habet a Franchino relatum num. 259.

„ Fratri Marco Antonio Pagani Foroliviensi, viro „ integerrimo, olim Rhodigii pravitatis hereticæ „ Inquisitori, illustrium domorum familiæ, & to„ tius provinciæ Bononiæ pluries Moderatori, Li„ guriæ Visitatori Apostolico, mox Provinciali „ Magistro, qui dum e dulci patriæ sinu ad oscu„ la pedum Sixti V. sui amatissimi properat, Ful„ ginei jam septuagenarius moritur die XX. Octo„ bris MDLXXXV. Frater Sebastianus Gherardinus „ Foroliviensis alumnus tanquam patri de se opti„ me merito P.

Scripsit vir iste, quantum per tempus ei licuit, perpetuis regiminum occupationibus distentus,

Conciones quadragesimales, quas pluribus sui Ordinis, aliisque in Ecclesiis habuit.

Sermones ad Fratres: &

Epistolas plures, quas commemorat cit. Franchinus in Biblios. num. 259., sed horum nihil enm edidisse constat.

MMDCCXXX.

MARCUS ANTONIUS RAYNALDUS Faventinus provinciæ Bononiæ Min. Conv. Theologus, Philosophus, & ecclesiastes minime vulgaris, humanioribusque literis perquam eruditus, pluribus sui Ordinis Gymnasiis, ac Cœnobiis rectis, anno 1597. ad suæ provinciæ Ministerium evectus est, quo nondum expleto, an. 1599. vitam cum morte commutavit vir & doctrina, & concionatoris munere præclarus; de quo cum laude meminit Franchinus in Biblios. n. 146. in *Francisco Pontelongo*, & Theulus in Triumpho Seraph. Scripsit

Commentarium in 1. librum Physicorum Arist., quem vidi ms. Bononiæ in nostra S. Franc. Bibliotheca. Forsan & in alios libros *Comment.* scripsit, & alia, quæ & me, & alios latere possunt.

Carmina nonnulla latina, & quidem docta in laudem *Ludovici Carbonis* legimus in fronte libri *de Pacificatione, & dilectione inimicorum* ejusdem Carbonis Florentiæ an. 1583. typis Sermatelli editi.

MMDCCXXXI.

MMDCCXXXI.

MARCUS DE BERULLE Gallus provinciæ S. Bonaventuræ, Normannus dicitur a Joanne a S. Anton. to. 2., Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, & suæ provinciæ Minister assumptus anno 1662. edidit, ut etiam habet Joan. a S. Anton. cit. ex Coron. to. 6. Biblioth. univ. num. 453.,

Cursum Theologicum ad mentem Scoti juxta methodum Magistri Sententiarum tomis 12. *comprehensum* in 12. Gratianopoli an. 1646., & seqq., deinde ibidem iterum an. 1668., & seqq. typis Roberti de Philippis in 12.; vocaturque hæc *editio secunda* juxta tomum 3. an. 1670. impressum, & a me lectum.

Exercitium hominis christiani lingua gallica. Ibidem anno 1660.

In libros Historiales veteris Testamenti brevis explicatio tomus primus cum *concordia locorum* Bibliorum sac., quæ videntur inter se pugnantia, atque *Chronologia Bibliorum* gallice.

In libros doctrinales Sapientiæ, Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticorum, Ecclesiastici, Prophetas, & Macchabæos tomus secundus.

Expositis totius novi Testamenti tomus tertius: extant hæc tria vol. in fol. mss. Gratianopoli ex Franchino, quæ refert Jacobus Le Long pagina 636. Biblioth. sac. typis data fuisse Gratianopoli tomis 3. in fol. gallice tit.: *Expositis brevis, & succincta universæ sac. Scripturæ cum concordia librorum Biblicorum, quæ videntur pugnantia ex Chronologia*.

De rebus Scripturalibus singularioribus tomi 4. Inediti remanserunt ex Franchino in Biblioso. num. CCLX.; & videtur conjici posse autorem fuisse Gratianopolitanum patria, vel Conventu.

MMDCCXXXII. 1425.

MARCUS BLANCUS = Brixiensis provinciæ Regul. Observ. ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum: florebat an. 1521., quo suum Opus *Intentionale* dictum de primis, & secundis intentionibus prodiit Neapoli in 4. typis Antonii de Frizis, cum ibi Lector esset in Cœnobio S. Crucis.

MMDCCXXXIII.

MARCUS DE CAMERA Hispanus Complutensis patriâ Reg. Observ. provinciæ S. Evangeli, seu Mexicanæ alumnus, de quo Waddingus infra v. *Martinus* agit, sed minus vere; edidit

Quæstionarium conciliationis simul, & expositionis locorum difficilium sacræ Scripturæ. Compluti an. 1587. in 4. typis Jo: Gratiani; & etiam 1588. ex Jo: a S. Anton. to. 2. In eo oc. *Scriptura loca* exponuntur.

Elenchum concionum pro Dominicis totius fere anni, præcipuis festivitatibus Domini, & communi Sanctorum ex Biblioth. Hispana pag. 68., Coron. to. 7. Bibliot. univ. col. 524., Ventancurt de Scriptor. prov. S. Evangel., & Jo: a S. Anton.

De animalibus sac. Scripturæ. Compluti anno 1594. in 4. ex Coron. cit. to. 7. col. 524. Ejus Opera mss. asservantur in Cœnobio Dominæ nostræ de Saliceto.

MMDCCXXXIV.

MARCUS CORONA Uladislaviensis Poloniæ provinciæ Min. Conv. sac. Theolog. Magister, Cracoviæ, Wilnæ, & Leopoli Studiorum Regens, suæque provinciæ Minister an. 1636. constitutus fuit: cujus typis edita habentur istahæc:

Speculum provinciæ Russiæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ Ord. S. Franc. Min. Conv. Marcello Lantes Card. Protectori Ordinis dicatum. Wilnæ an. 1637. in 4. typis Soc. J. Hoc tantùm habet Joan. a S. Anton. to. 2. ex Supplem. Annal. Waddingi ad an. 1238. num. 4.

Directorium, seu instructio terminorum Logicalium latino-polonica in gratiam juventutis ad Logicam, & Philosophiam accedentis; dicat. excellent., & nobiliss. adolescentibus Marco Capitaneo Javoroviensi, & Joanni Sobieski Palatini Betrensis filiis. Leopoli an. 1639. in 8. typis Michaelis Sloski.

Dialogus de vera fide inter Theologum, & Hebræum idiomate polonico. Ibidem anno 1645. typis Soc. J., ut habet Franchinus in Biblios. num. 261., & Theulus in Triumpho Seraphico.

MMDCCXXXV. 1426.

MARCUS DIAZ = edidit &

Arborem Seraphicam, quam citat Joan. Matare in Dialogo chronol. charit. par. 1. num. 23.

Ordo recitandi divini Officii prodiit typis Jacobi Facciotti in 8.

* MACUS FABIUS VARRETUS recensetur a Joan. a S. Anton. hoc loco to. 2. pag. 318. ex Salvatore Vitali, & Petro de Alva tab. 1. ut autor *Dialogi de sacro Monte Alverniæ*; sed ille *secularis* fuit, citaturque etiam ab Anto. Daza cap. 2. de Stigmat. S. Francisci; vocatque *Marcum Fabium Barretum*; sed ante Dialogum italicum P. Augustini Millii cusum Florentiæ an. 1568. habetur italice *Sonetto di M. Fabio Manetti Gentiluomo Sanese in lode del sac. Monte della Verna*: unde quidam conjectura tantum dixere Minoritam, nisi extiterit Tertii Ord. S. Franci. Secularis.

MMDCCXXXVI.

B. MARCUS A S. MARIA in Gallo Picenus ab oppido diœcesis Asculanæ in Appeninis montibus sito *Mons Gallus* etiam, & *Mons S. Mariæ in Gallo* nuncupato, cum Artium, ac Medicinæ Doctor esset, Ordinem S. Franc. Min. Observ. ingressus anno circiter 1455. munus prædicandi populis verbi Dei accepit, quo in officio oratione, ac studio adeo profecit, ut toti Italiæ celeber haberetur, & magnos animarum fructus referret: tandem post 40. annos hujusce ministerii Vicentiæ, ubi *concionum* causa morabatur, ad cœlos evolavit die 19. Martii anno 1496. magna sanctitatis opinione, ut seorsum ab aliis in lapideo tumulo condi eum cives censuerint: de quo Marianus autor coævus apud Marcum Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 6. c. 40., & lib. 7. c. 30., Rodulphius lib. 2. fol. 205. & 299., nec non Act. SS. Collect. Bolland. to. 3. Martii sub die 19. Composuit

Librum de rebus ad conciones attinentibus, qui jam impressus cernitur, inquit laudatus Marcus Ulyssipon. lib. 6. cap. 40., memoraturque a Petro de Alva col. 1004. Militiæ.

De figura vitæ æternæ: de regulis recomendatorum B. Virginis in Monte Pietatis ab eo fundato: de divinis præceptis: de Testamento veteri, & novo: & *de sacris canonibus*. Florentiæ an. 1494. in 4. per Antonium Miscominum ex Joan. a S. Anton. to. 2., ubi fatetur, se librum vidisse in Biblioth. Hispalen. Ecclesiæ, & ex Orlando de Orig. & progr. Typogra. par. 2., qui autorem vocat *Marcum de Monte*. Opus exaratum est italica lingua; incip. *Cum jejunatis* &c. *Alpha & ω. principium & finis* &c.; & finit: *totiusque cœlestis curiæ feliciter trium-*

triamphantis. De eo agit etiam Gonzaga de Conventu S. Blasii Vicent., Cimacella 4. par. Chron. S. Feanc. lib. 6. cap. 35., & 36., & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1496.

* MARCUS DE MONTE = V. *Marcus a S. Marin*.

MMDCCXXXVII.

MARCUS NICIENSIS Italus provinciæ Subalpinæ animarum saluti studens in Peruvianam Americæ provinciam an. 1531. navigavit, ibique Commissarius Generalis renunciatus post multos peo Dei, ac Religionis Cheistianæ gloria exantlatos labores animam Deo reddidit, cum scripsisset italice

Relationem saorum Itiaerum; *ac descriptionem* VII. *civitatam*, quæ latine eeddita habentur in vol. 3. Navigationum Rhamusii. De eo Oldoinus in Athenæo Ligust., Antonius de Leon pag. 77. Biblioth. Occid., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCXXXVIII.

MARCUS RAMIREZ de Prado Matritensis prov. S. Jacobi alumnus sacrarum literarum cognitione peæstans cum in Americam transiisset, ibique Pro-Commissarius Generalis constitutus fuisset, renunciatis insulis de Yucatan, ac de Caracas, factus est primum *Episcopas Chiapæ*, deinde *Mechoacani*, quibus in Ecclesiis boni pastoeis munia, officiaque peragens Synodum celebravit anno 1642., & 1644., præloque dedit

Constitutiones Synodales in illis factas, uti testatur D. Ægidius Gonzalez to. 1. Theatei Eccles. Indiarum pag. 131., ubi exsecibit plucims ejus pietatis monumenta, ac obiisse circa an. 1660., ut habet & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 319.

MMDCCXXXIX. 1427.

MARCUS DE SUMMARIPA = ex Rodulphio lib. 3., qui cum dicit *Conventus Albensis Lectorem universalem Taariai edidisse* &c. Est & *Sammaripa* nobilis familia *Laudensis*, ex qua anno 1290. extitit Fr. Raymundus Ord. Prædic. Episcopus Laudensis ex Tabulis illius Ecclesiæ. De eo & Britius, & Rossotus, ac Joan. a S. Auton.

Quadragesimale, quod vocatar Boaam qaateraariam Frat. Marci de Sammaripa Ord. Mia. Lector. Universitatis Thaurini 1419. die 8. M. . . . exiat ms. pergam. in 4. Taucini, & Ravennæ in Biblioth. S. Franci.; incedit per *dabia*, & *quæstiones*, quas docte resolvit mocaliter, dogmatice, & canonice:

MMDCCXL.

MARCUS TRIVISANUS patritius Venetus, vel Patavinus, sacræ Theologiæ Magister, & provinciæ *Romaniæ*, non Romanæ, Ministec claeuit sub Alexan. V., & Martino V., fuitque Ancolythus, & Auditoc Cameræ Apostolicæ, quo tempore confecit

Collectionem privilegiorum, immunitatum, exemptionum, aliorumque indaltorum a summis Poatificibus, aliisque Autistisibus Romanæ Curiæ Ordini Fratrum Minorum coneessorum; quæ ms. extat ad calcem *Conformitatum* S. Feancisci ad Christum a Bartholomæo Pisano editacum, annoque 1465. a Fe. Paulo de Marostica Ord. Min. exscriptarum, & Fercaciæ in Biblioth. S. Franc. servatarum. *Collectio* autem incipit *In nomine Domiai. Amea. Infrascripta saat privilegia annotata tam Indulgentiarum, qaam immunitatam, & exemptioaam Ordiai Fratrum Minorum concessarum per diversos Dominos Summos Pontifices Sacrosanctæ Rom., & aniversalis Ecclesiæ, nec non per nonnallos Dominos ejusdem Ecclesiæ tam Cardiaales, & Patriarchas, & Primates, qaam Archiepiscopos, Episcopos, & Legatos, & alios Prælatos Sediam diversarum ia Romana Curia existentiam. Qaæ privilegia, & Indulgeatiæ fuerant reportatæ, & de Registris extracta Apostolicis per Rev. in Xpo Patrem Fratrem Marcum Trivixano Ministrum proviacia Romaaiæ, & sacræ Theologiæ Magistram tunc Acolitam, & Auditorem Apostolicæ Cameræ existentem* &c. *De Privilegiis Indulg. Sanctissimus in Xpo Pater, & Dominus Dñus Gregorius divina providentia PP. IX.* &c.: sed continet tantum *Indicem privilegioeum Indalgeatiarum Roman. Pontificum* a Gregocio IX. usque ad *Alexandrum V.*, cetera desunt. Deinde subditue *altera pars* ita incipiens: *Infrascripta sunt privilegia auctoritatam, & exemptionum, & immunitatum, praeservatioaum, gratiarum, & aliorum Indultorum Ordini Fratrum Minorum a Sede Apostolica coacessorum per plures Sammos Poatifices Sacrosanctæ Romanæ, & universalis Ecclesia sub privilegiis bulla plumbea bullatis, quæ reperta fueraat ia Registis Apostolicis per superscriptam Rev. Patrem Fratrem Marcum Magistrum, & Ministrum* &c.: *Qaæ hic scribi fecit ad perpetuam rei memoriam, ad praeservationem Ordinis, ad notitiam legentiam, & ad contundenda armis præsentium immunitatam ora latrantium contra Ordinem memoratum anno Domini* 1428. *die* 10. *Ianuarii. De auctoritate absolvendi ab excommunicatioae* &c. *Rubrica* &c. *Fratres Miaores possuat* &c. Suntque duntaxat *privilegia* indicata, ut supea, non descripta. Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 319. ait: *Marcus Tarbisiaus Miaorita scripsit, aoa autem edidit Opus preaotatum*: *RECOLLECTA ORDINIS MINORUM. Penes se habebat ms. Waddingus, teste N. Alva Tab.* 1.; sed falsum: nam Waddingus pag. 250. jejune scribit: *Marias Tarvisinus edidit Recollecta Ordinis.* Hujus *Collectionis* peima paes nonnihil tamen variata prodiit peimum sine loco, & anno in 8. sub Sixto IV., vel paulo post cum *additamento* quarumdam Bullarum usque ad Sixtum IV. an. 1479. emanatarum operâ *F. Matthæi Novariensis* Ordinis Minorum Observ. ejusdem Ordinis Cismontani in Rom. Curia Procuratoris, & Commissaeii, quæ editio reperitue Florentiæ, & Ferrariæ in Biblioth. S. Feanc.; deinde vulgata est Venetiis an. 1502. in 8. pec Lucam Ant. de Giunta; iterumque anno 1508. in 8.; postremo ibidem in *Firmamento trium Ordinum* par. 2. tract. 1. an. 1513. sine nomine autoris. Meminit *Marci* ipsemet Waddingus in Annal. Min. sub an. 1399. num. 10., refertque eum anno 1418. mense Januario exscripsisse proxime memoratas *Conformitates S. Francisci*, quæ mss. asservantue Romæ in Aracælitana Bibliotheca, quarum in fine habetue supradicta *Collectio*, seu *Sammarium Privilegiorum* &c. usque ad an. 1418., teste autoce *Apologia pro Ordine FF. Minorum* to. 1. lib. 4. cap. 8. §. 2. n. 12. anno 1748. Lucæ editæ; sed peeperam dicit provinciæ Romanæ Ministrum.

Ejusdem familiæ creditur fuisse ille *Nicolaus Trivisanus*, qui anno 1410. ex *Ordine Minorum* ab Alexandro V. evectus ad *Archiepiscopatam Thebanum*, postea ad *Nonensem* in Dalmatia Ecclesiam teanslatus est; decessitque Patavii in Templo S. Antonii sui Ordinis humatus cum hac epigraphi: *Hic tamulatur veaerandum corpas Reverendiss. D. Nicolai Trivisani olim Episcopi Noneasis Artiam, & sacræ . . . . Doctoris eximii, qui obiit anao D.* MCCCCLI. *mensis Decembris die septimo*: quam refert Valerius Polidorus in Mem. Templi S. Antonii Patavi-

tavini cap. 65., & Ughellus to. 5. Ital. sac. in Cenecten. Episc. n. 37.

M M D C C X L I. 1428.

MACUS VIGERIUS = Min. Conv. Marci non *Nolani*, ut Waddingus, eumque exscribens Joan. a S. Antonio, sed *Naulensis* Episcopi nepos anno 1511. factus est Episcopus Prænestinus, ejusque

Decachordum Christianum prodiit primùm Fani anno 1507. in fol. per Hieronymum Soncinum pulcherrimis formis, correctoribus sac. Theol. Magg. *Guido de S. Leone*, & *Francisco Armillino* de Serra Comitum ejusdem Ordinis; postea Parisiis anno 1517. in 8. in ædibus Jodoci Badii Ascensii studio Remigii Rufi Candidi una cum

Controversia de excellentia instrumentorum Dominicæ passionis a Simone Benignio Episcopo Modrusien. e Biblioth., & mss. Operibus Card. Marci eruta, estque idem Opus eum illo

De dignitate ferri lanceæ Christi, *& vestimentorum ejus*; non diversum, ut putavit Waddingus, & Joan. a S. Anton.: prodiit & Haganau an. 1517. Idem *Decachordum Christianum*, & *Controversiam* emendavit Riccardus Gibbanus Soc. J., vulgavitque Duaci in Belgio per Balthassar Bellerum, quemadmodum habet Petrus Ribadeneira in Catalogo illustrium Scriptor. Soc. J. an. 1607. Scripsit & librum

De Annunciatione B. Virginis, qui prodiit an. 1506. & 1507. typis Hieronymi Soncini una cum *Decachordo* in fol.

De vita, passione, morte, & resurrectione Domini librum tomis 2. Duaci anno 1607. excusum una cum aliis ejus Operibus.

Declarationes in Regulam S. Francisci de Paula edidit anno 1508. Romæ die 15. Febr. in illius Ord. Comitiis Gen., quibus jussu Julii II. præsidebat; & leguntur impressæ Brixiæ an. 1518. in 12. una cum *Vita*, & *Regula* ejusdem S. Francisci Paulani typis Bartholomæi Fontanæ; quæ extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Tractatum de Sacerdotis Officio, ut liquet ex ejus *Decachordi* chorda 1. cap. 21.

Tractatum de Compaternitate ex chorda 2. cap. 30.

Tractatum de Universalibus activorum ex chorda 4. cap. 21.

Comment. in Ethicam Aristotelis ex chorda 6. cap. 1., & chorda 7. cap. 43.

Sermones ex chorda 4. cap. 21., quos Ciacconius, Dupinus, & Eggs *Homilias* appellant.

Tractatum de Antichristo ex Ciacconio in Vitis Cardinalium, & Georgio Eggs in Bibliotheca Purpurata.

Dialogum super reformationem abusus ex Ludov. Dupino sec. XVI., ut notavit Joan. a S. Antonio to. 2. cit.

Obiit Romæ anno 1516. die 15. kal. Julii ex Rodulphio lib. 2. pag. 228. tumulatus cum inscriptione, quam semiexesam refert Ughellus to. 2. Ital. sac. in Senogal. Episc. n. 49., qui & to. 1. in Prænestin. Episc. de eodem egit; ejusque laudes contexuit in Oratione Camillus Porcarius, Folietta in Elogiis, Garimbertus, Haroldus in Epitome Annal. ad an. 1476., & 1506.; aliique plures.

M M D C C X L I I.

MARCUS VITERBIENSIS provinciæ Romanæ alumnus, & sac. Theol. Magister, virtutis, doctrinæ, agendarumque rerum præstantia tanta, ut totius Ordinis post multa, variaque munia obita Minister Generalis sit assumptus an. 1359.; inde ab Urbano V. Pon. Max. quibusdam in Legationibus adhibitus, aliisque pro bono Ecclesiæ Romanæ functis officiis ab eodem Pontifice S. R. E. Cardinalis eligitur an. 1366.; triennioque elapso in patria decessit 3. nonas Septembris 1369., cum scripsisset

Summam casuum conscientiæ, teste Castaneo de Cardinal. Scriptor., & ex eo Joan. a S. Anton.

1429.

MARCUS VITUS PISA = V. *Vitus Fiza* infra, nam ita vocabatur.

M M D C C X L I I I. 1430.

MARCUS ULMENSIS = provinciæ Argentinæ, Custodiæque Sveviensis, de quo Rodulphius lib. 3. agit, aliique postea, & ante hos Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ.

M M D C C X L I V. 1431.

MARCUS ULYSSIPONENSIS = al. de Bethania Reg. Observ., unus ex fundatoribus, ac secundus Discalceatæ provinciæ S. Antonii in Lusitania Minister, literis latinis, græcis, & hebraicis peritissimus ex Joan. a S. Anton., factus est Episcopus Portuensis in Lusitania an. 1581. die 30. Septembr. ex Reges. Pontif. apud Rodulphium lib. 2. fol. 235., aut 13. kal. Novembr., ut apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. num. 8.: obiit anno 1591.

Chronicorum S. Francisci prima pars an. 1556. approbata est a Fr. Andrea Insulano Commissario Generali, prodiitque Ulyssipone eodem anno in fol.; secunda vero pars an. 1561. approbata legitur a Fr. Petro de Carnota Ministro suæ provinciæ, typisque data est ibidem an. 1562. in fol., & postea an. 1615. ibidem; & 3. pars an. 1568. approbata a Fr. Francisco Gusmanio Commiss. Generali prodiit Salmanticæ an. 1570. in fol. apud Alexandrum de Canova; hinc editiones castellana an. 1570., & italica an. 1581., pluresque Venetiis, ubi quarta editio facta est anno 1598. in 4. typis Erasmi Viotti aucta per nescio quemdam in parte 3. Eis 4. *partem* addidit *Baretius* Cremonensis Bibliopola, vulgavitque Venetiis an. 1608. in 4., & 1612.; Antonius item *Daza* Hispanus, & Bartholomæus *Cimarella* ejusdem Instituti, eodemque circiter tempore aliam 4. *partem* addiderunt in suam quisque linguam evulgatam; de quibus suis dicitur locis..

Reformatas suo tempore, suisque auspiciis Portuensis Episcopatus Constitutiones, Synodoque stabilitas publicari fecit Conimbriæ an. 1585., & alibi.

Exercitia, *& Meditationes devotas de Vita*, *& passione D. N. J. C.* lingua vernacula ex *Joan. Tauleri latinis*. Visæi an. 1571. in 8.

Cantica B. Jacoponi Tudertini versu lusitanico in 8.; *Vitam Christi* ex latino Marci Marulli; *Tractatum de personis illustr.*, teste Ferdinando a Solitudine; & *Meditationes super Orationem Dominicam* ex Georgio Cardoso in Agiologio Lusitano.

Censuræ 4. librorum ejus nomine editæ sunt ab Andrea Schoto in Bibliotheca Hispana.

Vitam B. Colettæ lingua etiam lusitana conscripsit, quam ms. extare dicit Cardosus, & autor Biblioth. Hispanæ pag. 69., ubi & memorat Gonzagam in Cœnobio S. Catharinæ a *Carnota* prov. S. Anton. Portugal. tradere, edidisse eum etiam *latino sermone libros* doctis hominibus accomodatissimos. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 11. Septemb. Y y y 2 MMDCCXLV.

MMDCCXLV.

MARGARITA AGULLONA Hispana ex Xativa in regno Valentiæ ab ioeuote ætate Deo dedita Tertium Ordinem S. Francisci amplexa est; exinde omnibus virtutibus, ac oratione præsertim exstatica exornata scripsit jussu sui Confessarii hispano idiomate

Methodum contemplandi passionem, & mortem D. N. J. C.; quæ habetur to. 2. Hist. Tertii Ordinis S. Francisci Fr. Joannis Carilli fol. 244., & 249.

Pluribus de ea agit Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 9. Decembr. §. 8., & Joan. a S. Anton. to. 2. Defunctæ corpus a Sacello majori Conventus Sanguinis Christi an. 1605. mense Febr. Valentinus Archiepiscopus in Collegium sui Seminarii transtulit, atque in sepulchro affabre extructo recondidit cum hoc epitaphio:

„ Beata Margarita Agullooia Setabensis profes-
„ sionis Franciscanæ obiit IX. Decembr. anno a Nativi-
„ tate Domini M. DC. ætatis suæ LXIV. Clsruit hæc
„ Virgo eximia vitæ pænitentia, & frequenti exta-
„ si, assiduos dolores io eisdem partibus accepit,
„ in quibus Christus Dominus vulnera feria VI. in
„ capite, coronæ instar. Mortua est magna opioio-
„ ne sanctitatis, & funere pietate celeberrimo.

MMDCCXLVI.

MARGARITA AUSTRIACA, al. *a Cruce* Maximiliani Imperatoris filia, & Philippi IV. Hispan. Regis amita, Monialium Discalc. Clarissarum divino instiuctu Ordioem amplexa puritate cooversationis, ac spiritus fervore mores prope angelicos in Religione præsetulit. Deiparam Virginem ab ioeunabulis præcipuo semper amore coluit; scripsitque

Epistolam pro Conceptione sancta, & immaculata ejusdem B. V. ad Gregorium XV., quæ legitur in Legatione Waddingi pro ea causa an. 1624. sect. 4.

Exercitia spiritualia ad ejus usum, ac Sanctimonialium Excalceatarum Matritensium. Antuerpiæ an. 1622. io 8. typis Plantiniaois.

Palatium spirituale extat apud Marracium in suo Opere inscripto: *Heroides Marianæ* cap. 12.

Epistolam ad P. Bartholomæum de los Rios Augustinianum, quæ habetur ibid. pag. 313.

Epistolam ad cognatam suam Isabellam Claram Eugeniam. Ibid. pag. 314.

Obiit an. 1633. die 5. Julii; ejusque *Vitam* eleganter descripsit P. Joaooes de Palma, edidítque an. 1653.

MMDCCXLVII.

MARGARITA BICHIA patritia, nobilique familia Senis io Hetruria nata an. 1480. uxor fuit Francisci Bonsignori; quo defuncto, *Tertium S. Francisci Ordinem* amplexa eos pietatis, religionisque fructus retulit, ut etiam prophetiæ dono illustratam fuisse velint: cujus quoque consiliis, piisque orationibus Senenses an. 1526. die 25. Julii gloriosam de civibus extorribus, aliisque victoriam reportasse ferunt, de qua Strozza Controv. de Concept. lib. 7. cap. 28. Anno 1527., ætatis suæ 47. noo sine sanctitatis opinione ad Deum emigravit, cujus vitam paucis ab hinc anois conscripsit Mag. *Philippus Lutus Senensis* Ord. Min. Conv., & antea ejus mentio habetur in Fastis Senen. sub die 25. Julii apud Coron. Biblioth. univ. to. 6. n. 245. Claruit autem & literis, fertúrque reliquisse

Opuscula nonnulla spiritualia pietate referta, quæ mss. asservantur.

MMDCCXLVIII.

MARGARITA DE NORONHA, al. de S. Paulo Francisci Comitis de Linhare filia Lusitana Ord. S. Claræ io Monasterio Ulyssiponen. B. Virginis Anounciatæ, cum latine admodum docta esset, lusitanicam fecit

Regulam S. Claræ, teste Cardoso: scripsit vero lingua vernacula

Sermones spirituales, ut ex Aoton. de Sousa Macedo in *Floribus Hispaniæ* cap. 8. excell. 11. habet Nicolaus Antonius io Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2. pag. 71.

Exercitium spirituale cum variis orationibus ad B. V. editum fuit ad finem libri *Conventus spiritualis* cujusdam Capuccinæ Granatensis. Ulyssipone anno 1630. ex cit. Cardoso ms. apud Joan. a S. Antoo. to. 2.

MMDCCXLIX.

MARIA DE ANTIGUA Cazallæ io Betica ex patre Pacensi, & matre Lusitana ortum ducens primis pueritiæ annis habitum S. Domioici induit; deinde Mooialibus 3. Ordinis S. Fraocisci aggregata majorem vitæ partem in Marchena oppido sanctissime vixit; tandem non diu ante mortem Ordinem Discalceatarum B. Mariæ de Mercede amplexa io Cœnobio Loræ prope Bætim viveodi finem fecit die 22. Septembris an. 1617. cum desuper illuminata, legere enim, & scribere fertur nescisse, composuerit Tomum magnum mira doctrina refertum tit.

Lux Religiosorum, ac animarum spiritualium, teste Joan. a S. Antoo. to. 2. pag. 321., seu *Documenta quamplura spiritualia* a Deo sibi dictata omnibus Ecclesiasticis tum secularibus, tum Regularibus utriusque sexus valde necessaria, qui asservantur ms. io Archivo Cooventus Hispalen. S. Antonii; prodiitque Hispali anno 1678. in fol. typis Jo: Cabezas; & 3. editio facta est Barcinone an. 1697. io fol. typis Joseph Llopis; 4. vero editio ibidem 1720. in fol. apud Joannem Piferrer. Ejus mentio honorifica extat apud Dazam lib. de Concept. cap. 6., & Sousam in Expedit. Hispan. S. Jacobi num. 547. Apud Joannem a S. Anton. de transitu a Serafico Iostituto ad illud *S. Mariæ de Mercede* oullum verbum habetur; sed teste Autore Biblioth. Hispao. to. 1. pag. 71. memoratur a Fr. Petro a S. Cæcilia lib. de Scriptor. Ord. B. M. de Mercede ms.

MMDCCL.

MARIA DE AYALA Toletana nobili genere orta vota Religionis nuocupavit in Monasterio Immacul. Cooçeptioois ejusdem urbis, virtutibusque religiosis adornata fertur scripsisse egregium

Tractatum de via perfectæ orationis, quem spiritu humilitatis ducta flammis tradidit; obiitque anno 1634., cujus exemplarem *Vitam* recensuit Fr. Lucas Yanguas a fol. 98. Chron. ms. prov. Castel. Regul. Observ., teste Joan a S. Anton. to. 2.

MMDCCLI.

MARIA A JESU Coronel ad 35. annos Monasterii Agridensis Excalceatarum Immacul. Conceptionis a nobilibus suis parentibus fuodati Abbatissa nata est anno 1602. die 2. Aprilis; Ordioem S. Claræ suscepit an. 1619.; præclarisque ornata virtutibus, miraculis, ac supernis revelationibus insignis obiit anno 1665. d. 24. Maji Dominica Pentecostes magna sanctitatis opinione, & nunc etiam in Romana Curia agitur de ejus canoolzatiooe; ejusque *Vitam* scripsit *Joseph Ximenes* *Epi-*

Epistola ejus memorabilis, *qua recenset suam Indicam missionem in provinciis novi Mexici ab anno 1620. atque ad annum 1631.*, prodiit Matriti an. 1631. in 8.

Concordia sui Monasterii Agredensis super perpetuum patronatum Deiparæ Virginis ms. in 4. an. 1650. exarata. Scripsit quoque nobili stylo hispano ex his, quæ a B. Virgine didicit, Opus tit.

Mystica civitas Dei, miraculum suæ omnipotentiæ, abyssus gratiæ, & Vita Beatissimæ Virginis, editum primo Matriti an. 1670., & iterum anno 1688. tomis 6. in 4. apud Bernardum de Villa Diego; an. 1701. tomis 3. in fol. per Ruia, & ibidem iterum; & italice Panormi anno 1701. tomis 4. in 4. typis Augustini Epiro, postea Mediolani, & deinde Tridenti an. 1714. apud Jo: Paronem, & iterum ibidem an. 1731. tomis 5. in 4.; gallice autem Bruxellis anno 1715. tomis 3. in 4.; latine Augustæ Vindelic. anno 1719. tomis 3. in fol. Prodiit quoque tomis 3. in fol. Ulyssipone an. 1684., & Antuerpiæ an. 1696.; translatum quippe est etiam in lusitanicum, & germanicum idioma; sed & græce, & arabice redditum invenitur ob fructum spiritualem, quem cuncti etiam ethnici ex ejus lectione recipiunt ex Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 322. & seqq., ubi fuse disserit de oppositione, quæ facta est hujus Virginis *Operibus*, & præsertim *Mysticæ civitati Dei*, de longa dissensione, reique exitu. Propugnatores Operum laudat Philippum Bezerra, Josephum Cavero Ord. B. Mariæ de Mercede, Andream Mendum, & Antonium de Goyeneche Soc. Jesu, Didacum de Sylva Episc. Acciranum, Michaelem Escartin Episc. Tarraconen., D. Siuri Episc. Corduben., & Andream Barciam, præter Minoritas Samaniego, Sendin, Richelme, Rodriguez, Castel, Arbiol, aliosque. Scripsit quoque ex eodem Jo: a S. Anton.

Exercitia spiritualia ad suas filias spirituales, Monialesve. Cæsaraugustæ an. 1712. typis Petri Carreras, & Matriti an. 1718. in 8.

De orbibus cœlestibus, ac elementis tractatus ms. in 4. extat Matriti in Bibliotheca Marchionum de Cuellar.

Leges sponsæ Opus egregium ms. in 4. asservatur in suo Monasterio Agridensi.

Epistolæ plures ad Philippum IV. Catholicum Hispan. Regem mss. in fol. sunt in Bibliotheca 2. Scorialis plut. 2. & 10., & Palentiæ in Biblioth. Conventus Regul. Observ. n. 35., & alibi.

Tractatus de perfectione singulis horis procuranda ms. in 4.

Oratio cordis contriti ms. in 4.

MMDCCLII.

MARIA LASSO de Castilla Hispana Ord. S. Claræ Granatensis Monasterii S. Elisabeth alumna scripsit

Carmina pro Virginis Mariæ puritate, quæ cum aliis extant in Libro Granatæ an. 1640. impresso in 4., teste Fr. Joan. a S. Anton.

MMDCCLIII.

MARIA MAGDALENA Lusitana Monialis Ordinis S. Claræ Monasterii Matris Dei Ulyssiponen. edidit lingua vulgari

Vitam S. Joannis Evangelistæ. Ulyssipone an. 1628. in 8. ex Biblioth. Hispan.

MMDCCLIV.

MARIA A S. PAULO Matritensis sanguine, ac virtutibus illustris, fundatrix Monasterii Matritensis S. Joseph a Jesu Maria Discalceatarum Immacul. Conceptionis Ord. S. Claræ vulgo *del Cavallero de Gracia* scripsit

Constitutiones Monialium Discalceatarum Conceptionis Dominæ nostræ, quæ leguntur in ejus *Vita* fol. 45., & seqq. edita Matriti an. 1658. in 4. typis Andreæ Garciæ studio D. Antonii Contreras. Obiit autem ipsa in dicto Monasterio septuagenaria an. 1609. die 22. Maji ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCLV.

MARIA DE PERNIA Hispana Monialis S. Claræ in urbe dicta *Velez de Malega* hispanico versu scripsit nonnulla

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, quæ habentur in libro edito Granatæ 1640. in 4. cum tit. hispan. *Elogios de Maria Santissima*, ut notavit Joan. a S. Anton. pag. 327.

MMDCCLVI.

MARIA SALLENT Hispana in urbe Borgiensi Tyrasonen. diœcesis piis, honestisque parentibus nata Monasterii Monialium sub secunda Regula S. Claræ Abbatissa edidit metrice

Vitam Seraphicæ Matris S. Claræ Virginis. Valentiæ an. 1603. in 8. typis Francisci Mestre ex Joan. a S. Anton.

MMDCCLVII.

MARIA TELLEZ Hispana Ord. S. Claræ Monialis in Monasterio S. Francisci *de Tordesillas* in Castellæ regno ex latino Opere *Ludolfi Carthusiani* in hispanum sermonem transtulit

Passionem D. N. J. C., quæ prodiit Pinciæ an. 1539. in 4. apud Nicolaum Tiersi ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 71., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

* MARIA VILLENA = V. *Elisabeth de Villena*; eamdem enim puto.

MMDCCLVIII.

MARIANA A JESU Hispana ex Discalceatis Monialibus Turris Juliæ in Extremadura scripsit

De fundatione mirabili sui Conventus: & hispanico idiomate

Carmina plura varii generis mss. in 4. extant Matriti in Regia Bibliotheca ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 328.

Speculum clarissimum vitæ, ac passionis D. N. J. C. vernacule in 4. Matriti, & in Biblioth. Convent. S. Francisci ex eodem to. 3. in Append., ubi ait sanctitatis opinione claruisse an. 1647. ex Chron. provin. S. Michaelis.

MMDCCLIX.

MARIANA A JESU Escalonæ in oppido Toletanæ diœcesis orta, *Tertii Ordinis Secul.* S. Francisci virtutibus, ac signis clara scripsit

Epistolas plures mysticas, & *Revelationes sibi cœlitus factas*, quas D. Ludovicus de Messa suus Confessarius cum ejus Actis publicavit Toleti an. 1661. in fol.

Migravit autem ad Dominum die 9. Julii an. 1620.; agiturque de ejus Canonizatione, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 328.

MMDCCLX.

MARIANUS AB ALCAMO Siculus prov. Panormitanæ Min. Capuccin. concionator, Magister Novitiorum, Definitor, & S. Inquisit. Qualificator vir Dei spiritu plenus, qui multas ab hæreticis pro fide catholica dilatanda est ærumnas perpessus; devotionis vero Stellarii, & Immaculatæ Conceptionis B. V. mirificus Panormi præsertim propagator publicavit Mo-

Modum contemplandi coronam B. V. M. in Stellario gaudioso. Panormi anno 1608. in 12. apud Antonium de Franciscis.

Officium parvum Stellarii gaudiosi, dolorosi, & gloriosi B. V. M. Ibidem an. 1615. in 12. apud Augustin. Orlandum, & Dec. Grillum.

Labyrinthum B. V. Mariæ. Ibidem anno 1612. apud eosdem.

Poëmata varia, & devotissima in laudem B. Virginis Mariæ. Ibidem eodem anno 1612.

Plures palmulas in fol., & alia Opuscula diversa & prosa, & versu. Ibidem anno 1613.

Elucidationem in primam partem D. Thomæ, quæ ms. asservatur Genuæ in Biblioth. Capuccinor., teste Dionysio Genuensi.

Quadragesimalium concionum tomos duos in 4. mss. italice.

In Orationem Dominicam, quæ Mare Oceanum concionatorum pauperum nuncupatur, tomos 3. in fol. mss. Panormi in Bibliothe. Capuccinorum, teste Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a S. Anton. in Append. to.3. De eo etiam Marracius, & Pagnotius.

MMDCCLXI.

MARIANUS COSTENUS prov. Poloniæ Regul. Observ. Lector Jubilatus vir eruditione, morumque gravitate insignis claruit an. 1642. in Posnaniæ Gen. Gymnasio ex Joan. a S. Antonio, elucubravitque Opus

De pœnitentia, jure, & Justitia hoc tit.: *Æquilibrium, tabula naufragii, & typus veræ Religionis* tomis 3.; quod & impressum scribit Fr. Augustinus Cieplinski fol. 239. Chronol. Descriptionis ejusdem provinciæ.

MMDCCLXII. 1432.

MARIANUS FLORENTINUS =

Fasciculus Chronicorum incipit ab exordio *Ordinis Minorum*, & excurrit usque ad initium Pontificatus *Leonis X.*; usque ad annum 1486., inquit Haroldus in Vita Lucæ Waddingi num. 35.; habeturque ms. in Florentina Bibliotheca Omnium Sanctorum, seu Salvatoris sui Ordinis, & in Romana S. Isidori.

Catalogus, seu brevis Historia fœminarum Ordinis S. Claræ continet *Vitas* 159. *Mulierum, Virginumque* 2. *Ordinis* scriptas Volaterræ an. 1519.; extatque ms. Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis, & apud Moniales S. Mariæ in Monticellis, nec non Romæ in cit. S. Isidori Bibliotheca, ubi etiam

Historia Montis Alverniæ asservatur.

Historia provinciæ Hetruriæ Ordinis Minorum, cujus meminit Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 3. lib. 9. cap. 23., capitibus 25. comprehensa scripta est an. 1517., missaque Fr. Francisco Cino Pratensi a Secretis sui Ordinis.

Historia Translationis habitus S. Francisci a Monte Acuto Florentiam, cui translationi ipse unus ex 4. a Republica Florentina delegatis anno 1504. interfuit; quam & vulgavit Cimarella 4. par. Chron. S. Francisci.

Itinerarium urbis Romæ 18. *capitibus distinctum*.

Tractatus de Corona Mariæ Virginis cum variis Meditationibus lingua vulgari, & *preces super Corona Domini 33. Pater*, scriptus an. 1503. apud Montem S. Miniatis ms. in Florentino Cœnobio Omn. SS., teste Anton. Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. par. 3.

Sermones complures etiam ei attribuit Rodulphius lib. 3., & cit. Terrinca, & cum his Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 329.

Obiit non an. 1537., ut ait cit. Marcus Ulyssiponensis; neque an. 1523. die 20. *Julii*, ut habet Buccolinus in Elogiis B. Angelæ Fulginatis ad calcem Opusculorum ejusdem Beatæ, neque anno 1522., uti ex Dionysio Pulinario scripserunt Socii Bolland. apud Pagium in Breviario Rom. Pontif. in Joanne XXII. num. 82.; sed anno 1527., quo ingens pestilentiæ morbus Florentiæ grassabatur testimonio Marci Anton. Montesiani Medici Florentini, qui eo tempore vivebat, in suis *Quæstionibus Medicinalibus* Venetiis an. 1546. excusis pag. 55. scribentis: *Vidimus in pestilentia, quæ per Florentiam anno 1527. grassabatur, in quo septuaginta fere millia corpora absumta sunt* &c.: quo quidem anno etiam Romæ pestem invaluisse tradit Franciscus Guicciardinus lib. 18. Hist.; tamen in fine Chron. ejus ms. Conventus S. Isidori Romæ fertur extare scriptum obiisse eum anno 1523. die 20. Julii, ut habet & Can. Garampus in Indice pag. 517. Mem. Eccles. ad Vitam B. Claræ Ariminen., sed error Librarii censeatur. Scribunt de hoc Viro præter allatos Pocciantius in Catalogo Illustr. Scriptor. Florent., Possevinus in Appar. sac., Willotus, & Gonzaga; Vossius de Histor. Latin. lib. 3., Du-Cangius in Catalogo Scriptor., Cionaccius in Vita B. Humilianæ Florent., & nuper Julius Niger in Scriptor. Florent., sed ante omnes eum commemoravit autor coævus, & ejusdem Instituti *Fr. Hilarion Sacchetus* Florentinus, de quo supra actum est, in epistola ad Raphaelem Volaterranum anno 1520. data; & post eum Marcus Ulyssipon. par.3. lib. 9. cap. 23.

MMDCCLXIII.

MARIANUS GENUENSIS Ord. Min. Capuccin. vir sui Instituti legum accuratus sectator ex mandato Cypriani Pallavicini Genuensis Archiepiscopi composuit, ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2.,

Doctrinam christianam pro pueris, & idiotis in fide instruendis, quæ impressa fuit Genuæ an.1580. apud Bellonium.

Obiit in patria piis laboribus pene consumptus an. 1585. ex Boverio to. 2. Annal., & autore Biblioth. Capuccinor.

MMDCCLXIV.

MARIANUS A MONTE MELLINO Hetruscus nobilis Clericus, ac eruditus J. C., inque pluribus Academiis publicus Professor primo Religionis Minoriticæ seculo in eam, omnibus relictis, ingressus est, profecitque adeo pietate, & exemplo, ut provinciæ Bononiæ Minister constitutus legatur; quo in officio etiam decessit circa annum 1296., cum varia sui ingenii *Monumenta* reliquerit, quæ forsan cursu temporis exciderunt. Certe Marianus Florentinus apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9. hunc inter viros recenset, qui suis *Scriptis* Sodalitium Franciscanum illustrarunt; agitque de eo idem Waddingus in Annal. ad an. 1296.

MMDCCLXV.

MARIANUS NEBIENSIS in Corsica natus eximius divini verbi declamator fuit, & provinciæ Corsicæ Minor. Capuccinor. fundator; nonnulla scripsisse fertur, inter quæ recensetur

Narratio fundationis Capuccinorum in provincia Corsicæ italico sermone, quæ ms. extat ex autore Biblioth. Capuccinor., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. Obiit autem circa an. 1540. virtutibus, & exemplari vita clarus.

MMDCCLXVI.

MMDCCLXVI. 1433.

MARIANUS DE ORSCOLOR = de quo Lippenius to. 2. Biblioth. Theolog.

Rhytmi x. de Corona Virginis extant in fine *Chronicorum*. Edidit etiam

Vexillum Seraphicum Montis Alverni. Ingolstadii ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCLXVII.

MARIANUS SOLERTER Germanus edidit librum

De conversione regni Voxri in Japponia per P. Ludovicum Sotellum Franciscanum procurata, quem citat Felix Reineccius in *Solone Franciscano* lib. 3. par. 1. cap. 8. edito an. 1650.

MMDCCLXVIII.

MARINUS DE CALVACESIO Brixiensis Min. Capuccin. in eadem prov. Definitor, & Novitiorum Magister vir magnæ perfectionis, qui a sac. Congregat. de Propag. Fide ob singularem ejus prudentiam, ac præcipuum Catholicæ fidei zelum Apostolicus Visitator fuit constitutus in Missionibus Rhetiorum, & Helvetiorum; composuit, typisque dedit latine

Vitam D. N. I. C. in 30. *lectiones distributam*. Brixiæ an. 1639., teste Dionysio Genuen., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCLXIX.

MARINUS DE CASTINEANO oppido diœcesis Montisalti anno 1453. Patavii Doctoris lauream assecutus, ibi publice Theologiam professus est ab anno 1457. usque ad annum 1463.: per novem annos Minister fuit suæ provinciæ Marchiæ tempore Sixti IV. ex Civallo; scripsitque

De inventione medii, & quatratura circuli: codex ms. chart. in 8. in Biblioth. FF. Minor. Strict. Observ. Æsii, cujus in fine legitur: *Explicit per me Bernardinum Catonem de Urbino* MCCCCLXXIII. *die* XIII. *Novembris hora decima octava paulo præterita*.

„ Hoc Opus ediderat Castignanensis alumnus,
„ Qui, Francisce, tuæ est Religionis honos.
„ Hic sibi nomen habet, si quæris forte, Ma-
„ rinus,
„ Quo Picenus ager terra beata nitet.
„ Sit licet exiguus, medium reperire docebit
„ Hic tamen egregie, non liber iste lo-
„ quax.
„ Ast ego, quem dicunt nostra de gente Ca-
„ tonem,
„ Exscripsi Urbinas, Umbria quem genuit.

MMDCCLXX.

MARINUS A CORIOLANO Calaber Min. Conv. Musices facultatis studiosissimus vivebat seculo XVI., laudaturque a Petro Rodulphio scriptore suppare lib. 2. fol. 279. in Custodia Castrovillarum; & August. Superbus, qui paulo post elucubravit Catalogum ms. de Scriptor. Ord. Min., memorat composuisse

De Musica libros duos; *aliaque plura musicis notis* edidisse; quo loco, uti & memoratus Rodulphius, celebrant eodem tempore in eadem Calabriæ provincia floruisse quoque in Musicis *Marcellum*, al. *Martellum Zombinum* insignem Musices Magistrum, atque alumnum Cœnobii Montis Leonis ex cit. Rodulphio in Custod. Rhegiensi, qui plurima musice facta elucubravit.

MMDCCLXXI. 1434.

MARINUS MAURUS = patritius Venetus Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, & sui Ordinis a Secretis, nec non Cornelii Mussi alumnus, quo præceptore usus in Theologicis disciplinis, concionandique munere plures post se ipse quoque reliquit alumnos; ejus meminit autor æqualis Petrus Rodulphius lib. 2. in Custodia Veneta, ubi asserit, scripsisse etiam

Quædam Opuscula a studiosis desiderata; de quo Franchinus in Biblios. num. 263.

* MARINUS MERSENNIUS hic a Joan. a S. Anton. recensitus ex Imbonati Biblioth. Latino-Hebr. fuit Ordinis *Minimorum*, non Minorum, ut ipsemet to. 1. pag. 389. ex Waddingo asserit in *Francisco Georgio*.

MMDCCLXXII. 1435.

MARIUS DE BIGNONO = de quo legendus Dionysius Genuen. in Bibliothe. Scriptor. Capuccinorum: obiit Venetiis 1660.; ejusque

Sermones tit. *Splendores Seraphici* iterum prodierunt Venetiis an. 1654. apud Juntas in 4. Edidit etiam lingua vulgari italica

Sanctuarium, seu sermones de Sanctis tit. *Elogia sacra*. Venet. an. 1652. apud Franciscum Storti in 4.

Conciones in Adventu, & annuis Dominicis. Ibidem anno 1656 in 4. apud Juntas; quæ cuncta tamen proscripta sunt, donec corrigantur, ex Decr. sac. Congr. Indicis. *Conciones ejus omnes* ex italico in latinum sermonem convertit Fr. Bruno Neusser, vulgavitque Coloniæ Agripp. an. 1676. hoc tit. *Encyplopedia*, seu *Scientia universalis concionatorum* typis Hermanni Demen, teste Joan. a S. Anton. to. 2. De eo meminit & Sousa in Expedit. Hispan. S. Jacobi Maj. n. 73.

MMDCCLXXIII. 1436.

MARIUS A CALASIO = cujus meminit Carolus Imbonatus in Biblioth. Hebraico-Latina.

Concordantiæ prodierunt Romæ an. 1622. in fol. ex Typographia Stephani Paulini, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 331. & iterum Londini an. 1747., & 1749. tomis 4. in fol. typis J. Ilive apud Jacobum Hodges: ait cit. Imbonatus textus hebraici ordinem desumptum esse a R. Mardochæo ben Nathan pro *Concordantiarum* apud Hebræos autore, de quo Julius Bartholaccius in Biblioth. Mag. Rabbin. par. 3., & 4., cui Calasius addidit versionem latinam, & Fr. Michael Angelus a S. Romulo ejusdem Instituti, de quo suo loco, *Indicem* nominum propriorum vulgatæ editionis latinæ.

* MARIUS DULMENSIS est *Marcus Ulmensis*, de quo supra, qui scripsit non *Distinctionarium*, ut corrupte habent Petrus de Alva *principio B.*, & ex eo Joan. a S. Anton. in Append. to. 3., sed *Dictionarium in totam sacram Scripturam* edidit.

MMDCCLXXIV. 1437.

MARIUS A FORO SARRACENO = al. Sarsineo, non *Foro Sarzino*, vulgo *Mercato Saraceno*, inter Cæsenam, & Sassinam oppido primùm in Augustiniana familia Doctor Theologus fuit, postea ad Minores Capuccinos transiens provinciæ Picenæ alumnus electus est an. 1567. *Vicarius Generalis* IX. Romæ in Comitiis sui Ordinis, de quo Gonzaga autor coævus par. 1. agit, aitque virum pium annos sex rexisse; citat eum Ludovicus Jacobillus de SS., & BB. Umbriæ sub die 5. Augusti de *B. Matthæo Basci* disserens: sed legendus etiam Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., ubi ait migrasse ad Dominum anno 1581.

De

De eo tractavit & Rodulphius lib. 2. fol. 201., Boverius in Annal. Capuccin., Joan. a S. Anton.; aliique plures. Multa scripsisse fertur, quorum tantum supersunt

Poemata duo valde pia, & erudita; unum de Vita B. V. Mariæ; & alterum de S. Mariæ Magdalenæ conversione, & in ipsius pœnitentiæ encomium Impressa Venetiis an. 1586., & alibi.

Tractatus Chronologicus suæ Capuccinorum familiæ usque ad an. 1570., quo utitur Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Januarii, & alibi.

M M D C C L X X V.

MARIUS JOANNES Gostcalcanus Antuerpiensis Belga Tertii Ord. Claustr. alumnus edidit

Comment. in Epistolas D. Pauli, testibus Swertio, Dupino, & Le Longo.

Prædicationum libellum impress. Antuerpiæ an. 1587. typis Keebergii.

Evangelicas, & Christianas Orationes sermone vernaculo an. 1590.

De Republica Christiana novissimorum temporum libros 3. Antuerpiæ an. 1600. in 12. typis Bellerii, & Lovanii apud Rivium.

Obiit anno 1603. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C C L X X V I.

MARIUS ORPINELLUS e Monte Georgio Picenæ provinciæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor, ac Collegii S. Bonaventuræ Romæ Regens plures doctissime, ac ordinatissime *Theologicas materias* scripsit, dictavit, declaravit; & ab ipso hujusmodi legendi methodum ejus *Ordo* desumpsit. Forsan tanti viri laboribus aliorum decorantur ingenia, inquit Theulus in Triumpho Seraph., qui addit Paulum V. *Montalti* Episcopatum ei contulisse, sed morte præventum dignitatem non suscepisse, nec insugurari potuisse.

MARIUS SCRIBONIUS = V. *Joannes Marius Scribonius*: eum Honoratus Tournely Prælect. Theolog. to. 7. quæst. 7. art. 1. *Gallum* dicit, citans ejus *Pantalithiam*.

1438.

MARIUS TARVISINUS = V. *Marcus Tarvisinus*, vel *Trivisanus* supra; ita enim vocabatur.

M M D C C L X X V I I. 1439.

MARQUARDUS LEONIS = de quo agunt Dupinus sec. 17., Lassor to. 2. Universi pag. 439., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

Discursus Theologicus &c. prodiit etiam Ingolstadii 1609. in 8.

M M D C C L X X V I I I. 1440.

MARTIALIS BRIVATO = ut in *Append.* Waddingi ad hunc librum; provinciæ Aquitaniæ ex Joan. a S. Anton. 2. sed videndus & Dionysius Genuensis.

M M D C C L X X I X. 1441.

MARTIALIS CENOMANENSIS = de quo agunt & Vernon, Dupinus sec. 17., & Joannes a S. Anton.

Annotationes in tractatum de amico, & amato prodierunt Rothomagi ex Waddingo infra in *Raymundo Lullo* pag. 29. Composuit &

Apologiam pro suo Ordine, ac jure illius habitus conferendi personis secularibus, teste Bordono in Chronologio 3. Ord. S. Franc. cap. 38., & 32. num. 87. Eumdem Martialem crediderim gallice reddidisse

Blanquernam Raymundi Lulli, quæ prodiit Parisiis an. 1632. sub tit. *Anonymi* Franciscani, teste Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 26. Martii §. 5.

M M D C C L X X X.

MARTIALIS PEREGRINUS senior a Castrovillari nobili Calabriæ oppido Min. Conv. sac. Theol. Doctor cum Ferrariæ apud suos *Regentis* Studiorum munus obiret, ad sacrum Tridentinum Concilium missus est; annoque 1564. Ferrariæ etiam publico in Gymnasio *Metaphysicam* interpretari cœpit ex Ferrante Borsetto in Hist. illius Gymnasii par. 2. lib. 2., & postea itidem Patavii ad 12. annos, quemadmodum nos edocet autor æqualis Rodulphius lib. 2. fol. 279. in prov. Calabriæ, & Cust. Vallis, nec non Portinarius in Patav. felicit. lib. 7. cap. 4., obiitque in patria paulo ante annum 1585. Waddingus ad an. 1399. n. 46. ait obiisse anno 1576. kalend. Januarii; cum scripsisset præ ceteris

Prolegomena ad Metaphysicam, quæ laudantur in epistola Baptistæ Guarini junioris Ferrarien. data die 12. Decembr. an. 1585. ad Urbini Ducem, qui ea ipsa desiderasse videtur. De eo Riccobonus in Gymnasio Patavino inquit: *vir omni opinione doctissimus, & in disputando acutissimus Martialis Pellegrinus Calaber Regens Ferrariæ*. *Alius* ejusdem nominis, & familiæ, ejusdemque Instituti floruit seculo sequenti; de quo Franchinus in Biblios. num. 429.

M M D C C L X X X I. 1442.

MARTIALIS STAMPENSIS PARISINUS = de quo Dupinus sec. XVII., & Joan. a S. Anton. to. 2.; edidit etiam

De perfectione religiosa suppresso nomine in 4., & adjungitur *Tractatui de oratione mentali*.

Exercitium trium clavorum amoris, & doloris ad uniendum nos Christo Crucifixo Opusculum aureum asseritur a Dionysio Genuensi, qui addit, ipsum alia plura composuisse, & edere recusasse.

1443.

MARTINUS ABBAS = oscitanter Waddingus, & cum eo Joan. a S. Anton. secutus est editorem *Summæ Ostiensis*; nam *Martinus* J. C., qui temporibus *Azonis J. C.* vixit, longe ante Franciscanæ Religionis initium floruisse scitur; cum Otho Murena, qui illius seculo vixit, in Chron. tradat, eum anno 1158. interfuisse Conventui Roncalliensi a Friderico I. Imper. coacto; ubi dictus legitur *Martinus Copia legum* ab ejus Magistro Irnerio, de quo legi potest præ omnibus Guido Pancirolus de cl. leg. Interpr. lib. 2. Unde autem editor ille hauserit, hunc *Franciscanum* extitisse, & cognomento *Abbatem*, viderint alii; nam ante eum nemo invenitur, qui id tradiderit; fuit quidem *Franciscus de Abbate* Minorita, de quo supra suo loco, sed non J. C.

M M D C C L X X X I I. 1444.

MARTINUS ALVEVICUS = ab oppido Alvevico Angliæ in Northumbria, finibusque Scotorum posito, alumnus Cœnobii Novicastri, Oxonii studuit Philosophiæ, & Theologiæ, ibique magistrali laurea accepta, inter suos sacram Theologiam legit.

Chronicon ejus dicitur inscriptum *Flores temporum*, atque a Christi nativitate excurrere usque ad Nicolaum IV., & prodiisse Ulmæ an. 1486., teste Oudino to. 3. Comment. ad an. 1330., sed vereor, ne hoc Opus confundatur cum altero similis tituli Martini Germani, de quo infra. Eodem tempore vivebat *Gulielmus Alvevicus*, quem vide supra.

MMDCCLXXXIII.

MARTINUS DE ARRATIA Hispanus provinciæ Bæticæ Regul. Observ. scripsit an. 1589.

Doctrinarum moralium volumen in fol., quod ms. asservatur Compluti in Bibliotheca Conventus S. Didaci sub P. n. 253., teste Joan. a S. Anton.

* MARTINUS BARONIUS, quem hic *Minoritam* dicit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 333., & scripsisse *Catalogum SS. Ordinis Minorum* ex Melissano in Supplem. Annalium Waddingi ad an. 1264. n. 2., neque Minorita fuit, neque scripsit Catalogum SS. Ord. Min.; sed nulli Regul. Instituto adstrictus scripsit Chronicon de SS. sui regni Poloniæ, ideoque & de Viris SS., ac BB. Ordinis Minorum illius regni.

MMDCCLXXXIV.

MARTINUS BONONIENSIS Italus provinciæ Limensis in America Regul. Observ. alumnus, prædicator egregius, ac Definitor ob præclaram sacræ Scripturæ eruditionem merito commendatus reliquit post se

Commentaria in Epistolas S. Petri Apostoli; &

Concionum variarum tomum in fol., in quo sunt tres celebres Historiæ Davidis, filii prodigi, ac Judæ, nec non ultra 20. conciones de passione Domini, quæ mss. extare dicuntur. Claruit autem Limæ anno 1614. ex Fr. Didaco Cordubensi in Chron. prædictæ provinciæ lib. 6. cap. 7. apud Joan. a S. Anton.

MMDCCLXXXV.

MARTINUS DE BOSCO GUALTERII Turonensis Cœnobii Guardianus circa annum 1414. floruit, & scripsit

Vitam Ven. Viduæ, ac Virginis Mariæ de Maillaco Dominæ de Scilley apud Cenomanos, cui a sacris Confessionibus fuerat, an. 1414. die 28. Martii fama sanctitatis defunctæ, & Turonis in sacra FF. Minor. æde sepultæ in habitu Monialis Clarissæ, utpote Tertii Ordinis S. Francisci ex Necrologio dicti Conventus Turonen.; quam vitam evulgarunt SS. Editores Bolland. to. 3. Martii sub die 28. cum *Processu* pro Canonizatione, ac *Epistola* ad Jacobum Borbonium Marchiæ Comitem, Regemque Hungariæ, Siciliæ, ac Hierusalem ejusdem Ven. Mariæ consanguineum. Monent Bollandii cit. hanc *Vitam* latine, & gallice eusam fuisse Andegavis an. 1644., teste Arturo in Martyrol. Francisc., gallicamque factam fuisse a P. le Heurt, & extare ms. apud Patres Cordigeros e latina translatam. Meminit Waddingus in Annal. Min. hujus sanctæ mulieris *Dominæ Mariæ de Sille* ad an. 1289. n. 39. de Turonensi Cœnobio verba faciens, aitque ibi tumulatam *in habitu Franciscano miraculis* condecoratam *anno* 1403. *die xv. kal. Aprilis usque in hodiernum diem*, ut patet, inquit, ex ejus *Legenda*, sed hujus autorem non prodit. Docent cit. SS. Illustratores Bolland. in ejusdem Vita legendum esse anno 1414. die v. *kalend.* April. more gallico a Paschate annum inchoante.

MMDCCLXXXVI.

MARTINUS BURGUERIUS Hispanus prov. Aragoniæ Regul. Observ. Minister edidit, teste Joan. a S. Anton.,

Reformationes Sanctionum, seu *Constitutionum Fratrum Conventualium Ordin. Minor.* Barcinone an. 1640. in 4. apud Amorosum Provenzalem.

MMDCCLXXXVII.

MARTINUS DE CARTHEGENA, al. Castañega Hispanus Regul. Observ. prov. Burgensis Theologus eruditus vernacule edidit

Tractatum de superstitionibus. Lueronii an. 1529. in 4. apud Michaelem de Eguia, teste Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan., & Joan. a S. Anton.

MMDCCLXXXVIII.

MARTINUS DE CASTILLO Hispanus Burgensis Regul. Observ. Lector Emeritus, S. O. Consultor, & provinciæ S. Evangelii in Mexico Minister edidit

Panegyrim de S. Laurentio Martyre an. 1649. in 4.

De Seraphico Patre Francisco aliam; &

De dedicatione Ecclesiæ Angelopolitanæ.

Commentar. super Abdiam Prophetam. Antuerpiæ an. 1657. in 4.; quem celebrant Petrus de Alva col. 1015. Militiæ, Ventancurt in Chron. prædictæ provinciæ Mexicanæ, & Le Long.

Commentar. super Susannam illustratimibus literalibus, moralibus, & panegyricis pro Deipara. Matriti 1658. in fol. apud Paulum Bal.

In caput 13. *Danielis* in append. de *Susanna figurata*.

Concionem una cum thesibus pro S. Evangelii provincia in Comitiis Generalibus Toleti habitis. Ibidem an. 1658.

Comment. super Sermones aureos S. Petri Chrysologi. Lugduni an. 1667. in fol.

Artem Biblicam. Mexici an. 1675. in 4. apud Lupertium ex cit. Ventancurt.

Artem linguæ sanctæ. Lugduni an. 1676. in 8. per Florianum Anisson hispanice.

Grammaticam græci idiomatis. Ibidem an. 1678. in 8. hispanice.

Comment. in Debboram de Maria figurata. Hispali an. 1678. in fol., & Lugduni an. 1690.; in cujus prologo pollicitus est

Documenta moralia super caput 4., & 5. *Judicum*; sed an ediderit, ignoro. Ad calcem Operis extant

Conciones morales juxta moralem sensum Debboræ, & Jahelis.

Apologeticum de sacris Stigmatibus S. P. Francisci. Coloniæ an. 1684. in 4. hispanice; & in libro inscripto: *El Thaumatico Regular*, cura *Fr. Petri de Arroyo* Minoritæ.

De diluvio universali opus egregium an. 1697. paratum erat ad prælum, teste August. Ventancurt cit. num. 36.; nec non

Opus de imaginibus Marianis Indis tit. *Arca mystica super psalm. Fundamenta* &c.

MMDCCLXXXIX.

MARTINUS DE LA CUEVA Carmonensis Bæticus Regul. Observ. Andreæ Insulano illius Ordinis Gen. Ministro a Secretis, epistolisque scripsit

De corrupto docendæ Grammaticæ latinæ genere; *& de ratione ejusdem recte, breviterque tradendæ ad Philippum Lusitaniæ Principem Joannis III. Regis filium hæredem*. Antuerpiæ 1550. in 8. apud Joan. Gravium; quo in libro profitetur, parare se *in Laurentium Vallam Annotationes*.

Sermones per totum annum lingua vernacula, ut habet Petrus Salazarius in Hist. prov. Castellæ Francisc. apud autorem Biblioth. Hispan. pag. 81., qui putat, duos, non unum extitisse, quod non satis ostenditur: duos facit ex illo Joan. a S. Anton.

MMDCCXC. 1445.

MARTINUS DOYZA = in Ergavicensi diœcesis Cæsaraugustanæ oppido natus edidit latine

Conciones a Dominica prima Adventus usque ad Dominicam primam Quadragesimæ cum Festivitatibus Sanctorum occurrentibus tom. 1. Cæsaraugustæ anno 1602. in 4. per Angelum Tabanum ex Joan. a S. Anton. to. 2., & postea Brixiæ anno 1610. in 4. ex Waddingo.

Conciones a Dominica 2. Quadragesimæ usque ad feriam 3. Resurrectionis. Ibidem & eodem anno 1602. in 4. per Alphonsum Rodriguez, & postea Brixiæ an. 1610. in 4. ex cit. Jo: a S. Anton.

Sermonem de S. Enecone Abbate de Oña Ordinis S. Benedicti idiomate hispano. Cæsaraugustæ anno 1601. in 4. per Angelum Tabanum ex cit. Jo: a S. Anton. De eo agunt etiam Petrus de Alva col. 1015. Militiæ, & Blascus de Lanuza to. 2. Hist. Eccles. fol. 380.

MMDCCXCI.

MARTINUS GERMANUS, quem Mansi in not. ad Annales Eccles. Raynaldi an. 1370. n. 24. vocat *Martinum Fuldensem*, quæ urbs in Franconia est, sed immerito, nam Martinus Fuldensis alius est a Martino Minorita; edidit *Chronicon* tit.

Flores temporum, in Nicolao IV. an. MCCXC. desinens ex Orosio, Isidoro, & Martino Polono compilatum, ut ipsemet habet in Rodulpho I. Imper., in *Wirtembergensi* Ducatu, qui est in Svevia inter Palatinatum Rheni, & Marchionatum Badensem, ubi urbes præcipuæ sunt *Tubinga*, *Stargardia*, & *Schornorfia*: prodiit Ulmæ anno 1486. in fol., ejusque meminit Martinus Lippenius to. 1. Biblioth. Regalis Philosophicæ fol. 289., & autor Bibliothecæ curiosæ Joan. Hallevordius editæ Francofurti anno 1676., a quibus accepit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 337.; vulgavit quoque illud Joannes Georgius Eccardi Lipsiæ an. 1723. inter Scriptores medii ævi to. 1. num. 22., de eoque plura disserit in præfat. n. XXII., observans, etiam Andream Ratisbonen. in suo Chronico testari, *Fratrem Minorem*, cujus nomen reticult, *Chronicum tit. Flores Temporum usque ad Nicolaum IV. Papam* perduxisse, & addens *Joannem Chraff* in oppido Camb Ratisponen. diœcesis concionatorem an. 1490. exscripsisse Cronicon *Martini Germani* Minoritæ, *Martini Poloni* O. P., & Fr. *Andreæ Ratispon.* usque ad an. 1466. deductum, ibique vulgatum. Romæ in Vatic. Bibliot. inter libros olim Reginæ Sveciæ habetur ms. hoc titulo: *Chronica Martini Poloni Ordinis Minorum Flores Temporum, seu Chronica Imperiales* ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 17. n. 171.; forsan ergo & iste fuit *Polonus*, aut error est exscriptoris, qui eum asseruit *Ordin. Min.* pro *Ord. Prædic.*

Porro *Chronicon* istud continuavit usque ad an. 1349. *Hermannus Gigas* Germanus, de quo supra, & usque ad an. 1513. Michael Eysenhart Presbyter Erythropolitanus, seu Rotemburgen., vulgavitque post Eccardum Joan. Gerhardus Meuschenius Lugduni Batav. an. 1750. in 4. typis Philippi Bonk tit. *Martini Minoritæ Flores Temporum ab Hermano Januensi continuatos ad Carolum IV. Imp.* Præfationis Martini initium est: *Virginis Mariæ indignus Sacrista ego Martinus Ordinis Fratrum Minorum scire desiderans* &c.; initium vero præfationis Hermanni est: *Mariæ Virginis indignus famulus ego Fr. Hermannus Ordinis Fratrum Minor. dictus Gygas scire desiderans* &c. Opus vero inchoatur: *Incipit prima ætas seculi M. annos, & DCXLIII. habens. Prima ætas duravit ab Adamo ad Nohe* &c; & a sexta ætate incipit agere de *Imperatoribus* Rom., & seorsim de Rom. *Pontificibus*. Adjecit editor Glossarium vocum medii ævi, seu expositionem pro quarumdam vocum hujus Chronici intelligentia. Ego autem in tit. Operis mendum inesse puto, & loco *Hermanni Januensis* reponendum *Tannensis*, quod oppidum est Germaniæ in Alsatia, seu Svevia Franconiæ finitima, ubi Cœnobium habent adhuc Franciscani Conventuales, estque 2. *Custodia Basileensis* provinciæ Argentinæ, seu Germaniæ superioris apud Pisanum Confor. XI. par. 2., 4. vero in Chronico Jordani, ubi mendose dicitur *Annis*, pro *Tannis*. Cum vero ait Meuschenius, hunc ex *Franconia* fuisse, eo quod ad an. 1339. referat, locustas venisse circa festum S. Joannis *in totam Franconiam*, seque illas vidisse, id probat, eum extitisse eo anno in Franconia, sed non ex Franconia fuisse, eo quod multi, præsertim Regulares Fratres morantur in uno loco, & in alio ortum habuerunt. Erravit pariter Meuschenius in præfat. §. 2. asserens, apud Waddingum hujus autoris non inveniri mentionem: nam in ejus lib. de Scriptor. Ord. Min. agit etsi jejune de eo sub tit. *Hermani Germani*, cui tantum attribuit Opus de *Rom. Pontificibus*, quia *Chronicon* istud non vidit; agunt de eo etiam Vossius, & Oudinus to. 3. de Scriptor. Eccles. Neque a vero minus abludit præfat. §. 6., cum notat *Flores temporum* ab Eccardo vulgatos non alios esse, quam Hermanni Opus, a *Martino* inscite interpolatos, & depravatos: constat enim Martinum usque ad annum MCCXC., & *Nicolaum IV.* tantummodo Chronicon perduxisse, ut in præfat., & *Hermannum* Gigantem Chronicon exscripsisse, interpolasse, aliqua omnisse, complura addidisse, & a Nicolao IV. usque ad Clementem VI., & Carolum IV. continuasse; multa autem, quæ Meuschenius vitio vertit huic Martino, potius scribarum mihi esse videntur, quam ipsius Martini, ipsumque Hermanum aliquando pejus scripsisse Martino; habet enim: *Honorius quintus vocatus prius Petrus Sabellus Papa CXCII.*, cum antea vocaretur *Jacobus Sabellus*, ut legitur etiam apud Martinum. Sed & scriptum Hermanni in editione Meuschenii interdum variat ab editione Eccardi; nam apud hunc ita desinit: *Hic igitur Karolus* (IV. Imper.) *quot annis regnaturus sit, nescio, quia adhuc vivit; verumtamen dicunt aliqui ipsum veneno extinctum esse*: ubi confunditur Guntherus cum Carolo IV.; apud Meuschenium vero post verba, *quia adhuc vivit*, subditur: *Guntherus vero veneno abiit sepultus in Francfort*: postea adjungit & mortem *Ludovici Bavari* Imper. veneno an. 1347. sequutam. Notat etiam idem Meuschenius in præfat. §. 8. Henschenium, & Papebrochium to. 2. April. in Vita S Zenonis Episc. Veronen. ab Oldoino in Athenæo Ligust. sequutos habere *Hermannum addictum Genuensem* cognominatum *Flores temporum* scripsisse usque *ad Leonem IX.*: sed cum legerint Chronicon Hermanni continuatum usque ad *Leonem XI.*; (ita Continuator vocat *Leonem X.*), scripserunt notis inversis *Leonem IX.*; & Meuschenius credidit extasse *Hermannum Genuensem*, qui scripserit seculo XI., quo floruit Leo IX.

Eccardus cit. addit *Chronicon* istud delatum esse in manus Hermani Ordinis S. Wilhelmi Jannensis, qui omnia verbo tenus exscripsit vix immuta-

to

to aliquando vocabulorum quorumdam ordine, ut ex præfatione: *Mariæ Virginis indignus famulus ego frater Hermannus S. Vilhelmi Iannensis scire desiderans ab initio seculi usque ad annum* MCCCXLV. *mihi soli aliqua breviavi* &c.: ita codex ms. vet. Coloniæ in Monasterio S. Pantaleonis, cujus apographum asservari in Bibliotheca Motllincrotiana tradit cit. Eccardus; qui & advertit hunc *Hermannum*, quod se dixerit *Iannensem*, ab aliquibus dictum esse a patria Genuensem, ab aliquibus vero creditum id ex officio a *Ianua*, & porta Ecclesiæ, vocatumque *Æditnum*.

Compendium hujus *Chronici* germanica lingua conscripsit Henricus Steinhövel Medicus Ulmensis, continuavitque a Carolo IV. ad suam usque ætatem. Editus est liber anno 1473. in fol. Ulmæ, estque primum Opus historicum typis datum germanico idiomate; quod nonnihil auctum prodiit & Francofurti ad Mœnum anno 1531. in 4.

* MARTINUS GILBERTI = V. *Maturinus Gilberti*.

MMDCCXCII.

MARTINUS GOMEZ de Soto Hispanus provin. Burgensis Regul. Observ. Theologus, & S. Officii Qualificator edidit

Concionem de S. P. Francisco an. 1645. Burgis in 4. ex Petro de Alva tab. 1.

Conciones alias edidisse ferunt ex cit. Joanne a S. Anton.

MMDCCXCIII.

MARTINUS IGNATIUS DE LOYOLA Cantaber S. Ignatii Soc. J. fundatoris propinquus Strict. Observ. provinciæ S. Joseph vir doctus, ac in primis pius post multa egregie facta creatus est *Episcopus Assumptionis* de Paraguai in Chilo Americæ Meridionalis regione anno 1601. a Clemente VIII. opera Philippi III. ex Reg. Vatic. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. n. 6. De eo Gonzaga par. 4. fol. 1358., & Daza Chron. par. 4. lib. 2. cap. 34. Edidit

Itinerarium suum novi orbis an. 1584., quod est itineris descriptionem anno 1581. jussu Philippi II. Hispaniarum Regis arrepti cum pluribus aliis, quo ex Europa, Hispaniaque in Occidentales, ut vocant, Indias, sive Americam, orientalesque regiones transvectus, & Sinas etiam ingressus verbi Dei disseminandi caussa, plurimos perpessus labores, tandem anno 1584. in Europam reversus Romam adivit die 24. Novembr. una cum Mar Simeone Episcopo Insulæ Piperis Gregorium XIII. veneraturo; ut refert Joan. Gonzalez de Mendoza Ord. Eremit. S. August. ad calcem cap. 15., ultimique *Itineris Fr. Petri Alfari* Minoritæ, & sociorum, quod in compendium redactum, ut & istud Martini Ignatii capitibus 22. comprehensum in sua *Chinensi Historia* an. 1585. conscripta Joan. Gonzalez cit. exhibuit; quæ quidem Historia in italicum sermonem versa a Francisco Avanzo Veneto an. 1586. prodiit sine nomine, inquit Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth., qui ejus Acta describit to. 1. Chronic. prov. S. Pauli lib. 2., aitque obiisse an. 1612. in Cœnobio S. Francisci a se erecto humatum; & Venetiis an. 1588. apud Andream Muschium in 8. Sixto V. dicata. Meminit hujus Itineris & Thomas Bozius de Signis Eccles. lib. 5. cap. 2., lib. 7. cap. 28., lib. 15. cap. 14., & lib. 22. cap. 9., Antonius Leonius, & Ægidius Gonzalez apud cit. Biblioth. Hispan. pag. 83., ubi dicitur Episcopus *Argentei fluminis*, vulgo *della Plata*, & *Archiepiscopus de las Charcas*.

MMDCCXCIV. 1446.

MARTINUS A S. JOSEPH Placentinus = dicitur olim fuisse in Salmantina Academia J. U. D., & primarius moderator: deinde provinciæ S. Pauli Definitor, & Custos, provinciarumque SS. Joan. Baptistæ, & Joseph Commissarius Visitator, & Theologiæ Moralis Lector clarissimus; de eo agit Joan. a S. Anton. to. 2. Chron. prov. S. Pauli, & to. 1. lib. 4. cap. 4., ubi dicitur obiisse anno 1649.

In præcepta Regulæ S. Francisci cum *Additionibus* prodiit Hispali an. 1652. in 8. ex Joan. a S. Anton., & Matriti 1655. in 4. ex Biblioth. Hisp. pag. 84., & 333. Edidit etiam

Summam Theologiæ Moralis cum propugnaculo suarum opinionum. Matriti 1649. in fol. typis Gregorii Rodriguez ex cit. Joan. a S. Anton. to. 2.

Aviso de Confessores, y guja de Penitentes iisdem typis, & anno in fol. ex Biblioth. Hispan. pag. 84.; nec videtur esse illud Opus, quod Waddingus appellat: *Instructionem brevem doctrinæ Christianæ*; sed forsan idem est cum superiori *Summa* &c.

MMDCCXCV. 1447.

MARTINUS A S. JOSEPH = Pradevæ in oppido diœces. Segobien. natus, & prov. Discalc. S. Pauli alumnus ex Joan. a S. Anton.

MMDCCXCVI.

MARTINUS DE LILLIO Hispanus Regul. Observ. provinciæ Castellæ scripsit lingua vernacula

De oratione mentali, & exercitiis mentalibus duabus partibus, quarum posterior autorem habet *Ludovicum de Riano* Matritensem (ait cit. Biblioth. Hispan. pag. 85. ex Luca Waddingo, cum tamen Waddingus hujus non meminerit in hoc Opere). Matriti 1611. in 8. apud Antonium Martin.

Florem Sanctorum Hispali impress. an. 1544. in fol. m., & correctum, & auctum iterum ibidem an. 1569. ex officina Joan. Gutierrez, Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 337. ei adscribit, illudque Opus ei adscriptum refert se legisse cit. autor Biblioth. Hispan., quod solet attribui etiam Francisco Eximenio veteri Catalano Episcopo, & Patriarchæ; sed forsan uterque idem Opus diversimode confecit.

MMDCCXCVII.

MARTINUS A MARATA Idubedæ in Hispania natus prov. Granaten. Regul. Observ. Sacerdos vitæ spiritualis obiit anno 1632., composuitque ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Documenta spiritualia valde utilia, quæ impressa leguntur in Chronicis prædictæ provinciæ tract. 3. cap. 67.

MMDCCXCVIII. 1448.

MARTINUS MEURISSE =

Tractatus de Trinitate prodiit Parisiis an. 1631. in 8. apud Carolum Bovillard.

Catalagus Episcaporum Metensium gallico idiomate Metis, vel Divodurii an. 1634. in fol. m. apud Joan. Antonium. Ejus quoque sunt sequentia:

Augusta Basilica Abbatiæ Regalis S. Arnoul Metensis. Parisiis an. 1615. in 4. gallice.

Obsidio urbis Metensis an. 1553. eodem idiomate; sed eum dicitur impres. Parisiis 1553. in 4., error erit impressoris, & forsan legendum 1635.

De sacrosancto, & admirabili Eucharistiæ Sacramento. Parisiis an. 1628. in 8. apud Ludovicum Boulanger ex Joan. a S. Anton.

Statuta secundæ Synodi Metensis. Ibidem an. 1633. ex Dupino sec. XVII.

De virtutibus cardinalibus. Ibidem an. 1635. ex eodem.

De progressu, & declinatione hæresum in diœcesi Metensi. Divoduri anno 1642. ex eodem Dupino.

• MARTINUS MORIN, quem ex Petro de Alva tab. 1., & Algeaira in Arbore Seraph. Relig. Scriptoribus Minoritis adjungit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 338., fuit Typographus Rothomagensis, qui non scripsit, sed typis impressit *Speculum Fratrum Minor*. an. 1509. al. 1510. in 4., teste Petro de Alva in *Apparatu* ad Indiculum Bullarii Seraphici v. *Speculum Fratrum*; & an. 1497. *Postillam super Evangelia, & Epist. Quadragesim. Anonymi Franciscani* ex Maittaire de vitis Typograph. pag. 39.

M M D C C X C I X. 1449.

MARTINUS MYRICANUS = Regular. Observ. scripsit etiam

De Locis communibus ms. in fol. asservatum in Cœnobio FF. Min. Recollect. Bootendalen. in Sylva prope Bruxellas, teste Petro de Alva col. 1018. Militiæ apud Jo: a S. Anton.

• MARTINUS N. apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 337. V. *Martinus Germanus*.

M M D C C C. 1450.

MARTINUS DE REHIS = provinciæ Mediolanensis.

Sermones de Tempore, & de Sanctis Martini Ordinis Minorum prodierunt Argentinæ anno 1480. teste autore Incunab. Typograph. pag. 92., & Orlando de Orig. & progr. Typogr. par. 2. pag. 364., nec non Joan. a S. Anton. to. 2.; quos puto esse hujus Martini, vel Martini autoris *Chronici*, ut supra.

M M D C C C I. 1451.

MARTINUS ROSA = de quo & Lassor to. 2. Universi pag. 13. & 387., & ex his Joan. a S. Anton.

M M D C C C I I. 1452.

MARTINUS RUEGO = de quo Nicolaus Anton., & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

M M D C C C I I I. 1453.

MARTINUS RUIZ = Reg. Observ., cujus *Directorium* prodiit primo typis Francisci Cea 1612.; postea Matriti 1715. in 4. typis Viduæ Joan. Garcia Infanzon ex Joanne a S. Anton.

M M D C C C I V.

MARTINUS RUPNIOUSKI Cracoviensis provinciæ Poloniæ Min. Conv. alumnus, & Cracoviæ Regens ex Theulo in Triumpho Seraph., qui eum dicit virum doctissimum, edidit librum

De sublimi cœli civitate ad Vladislaum Sigismundi III. Regis filium. Cracoviæ apud Andream Petricò ex Franchino in Biblios. n. 265.

M M D C C C V.

MARTINUS SARMIENTO Hispanus ex Hoja de Castro diœces. S. Dominici in provincia Burgensi, concionator, & Mexicanæ provinciæ S. Evangelii Regul. Observ. Custos, ac Commissarius Generalis novæ Hispaniæ, deinde an. 1547. Episcopus *Tlascala*, quæ Sedes an. 1550. translata est *Angelopolim*, qua in dignitate nihil de antiquo rigore, aut solita religiosissima vita remisit, ut inquit Gonzaga par. 4. Conv. 38. provinciæ prædictæ S. Evang. Concinnavit gravissima

Statuta primi Concilii Mexicani, teste D. Ægidio Gonzalez to. 1. Theatri Eccles. Indiarum pag. 88.

Decessit circa an. 1560., & in Cœnobio S. Francisci Populæ de Angelis sepultus fuit maximo Indorum mœrore, qui illum & tamquam sanctum venerabantur, & tamquam verum patrem diligebant, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2. Biblioth., & Arturus ad diem 30. Augusti in Martyrol. Francisc.; de quo & Baretius 4. par. Chron. S. Franc. lib. 4. cap. 18.

M M D C C C V I. 1454.

MARTINUS A TURNHOUT = *Vander Keele* a Turnhout Brabantiæ oppido dicitur in Annal. Min. ad an. 1540. n. 23. De eo Possevinus, Daza, Petrus de Alva in Militia, & Joan. a S. Anton.

M M D C C C V I I. 1455.

MARTINUS A VALENTIA = Strict. Observ. alumnus fuit a Minister prov. S. Gabrielis an. 1522. electus, cujus *Vitam* scripsit Fr. Franciscus Ximenius ejus socius anno 1537., quæ majori ex parte amissa est, ut ait Waddingus supra in *Francisco Ximenio* 3. De eo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 9., Rodulphius lib. 2. fol. 269., & Gonzaga par. 4. apud autorem 4. partis Chron. S. Franc. lib. 2. cap. 36., & seqq. usque ad cap. 49., Joan. a S. Anton. to. 2., aliique plures.

M M D C C C V I I I. 1456.

MARTINUS VALESIUS = laudatur a Leone Allatio de Viris Illustr. fol. 188., Jacobo Longo pag. 811. Biblioth. sac., ac Joan. a S. Anton. to. 2.

1457.

MARTIUS = V. *Marcus de Camera* supra; ita namque appellabatur.

M M D C C C I X. 1458.

MASSÆUS BRUNA = de *Fivizano* Hetruriæ in finibus Liguriæ oppido diœcesis Lunensis. De eo agit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C C C X.

MASSÆUS, ab aliis dictus *Massicus*, de Fruzascho recognovit, ac edi curavit

Primam partem Sermonum Fr. Thomæ Illyrici Minoritæ, & sui præceptoris Tolosæ an. 1521. in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 341. Recognovit etiam

Clypeum Status Papalis ejusdem Thomæ, ut ex epist. ejus ad August. Grimaldum Episcopum Grassen. data, & in fine dicti Clypei impressa.

M M D C C C X I. 1459.

MASSÆUS N. = provinciæ Conceptionis dicitur supra a Waddingo in *Anonymo Hispano* 5., qui idem est ex Opere: idem etiam vulgari fecit *Summam*, vel *Manuale Confessorum*, quod Waddingus attribuit *Anonymo Hispano* 4.

Enchiridion FF. Minorum per Anonymum Regular. Observ. provinciæ Conceptionis vernacule scriptum, & Conimbricæ editum an. 1571. in 8. per Jo: Carrera memorat Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 9. num. 96. Vide *Anton. de Curara* supra suo loco.

M M D C C C X I I.

B. MATTHÆUS AGRIGENTINUS cognomento *Gimmarra* ex Philippo Cagliola Hist. prov. Siciliæ Min.

Min. Conv. explor. 4. manifest. 2. primum Conventualibus nomen dedit, & in Hispaniam profectus ad sacrarum disciplinarum studia comparanda brevi sac. Theol. lauream retulit: mox S. Bernardini fama percitus in Italiam enavigans se illi in nomine *Jesu*, & *Mariæ* populis enunciando asseclam præbuit; pauloque post pietatis, paupertatisque strenuus æmulator succrescentem *Observantum* familiam in Siciliæ regnum introduxit, diplomate obtento a Martino V. excitandi ibidem pro iisdem quinque Cœnobia: erat autem vir doctissimus, & inter *famosissimos* sui temporis concionatores, dicendique genere tota Italia celeberrimos recensetur a Roberto Liciensi Episcopo Aquinate illorum temporum Oratorum principe in serm. de S. Bernardino par. 2.; eaque doctrinæ, ac sanctitatis fama effulsit, ut suæ patriæ *primus* e sua Congregatione Regul. Observ. *Episcopus* creatus sit an. 1442., quam dignitatem postea ultro dimisit, reversusque ad Ordinem ibi decessit magna sanctitatis fama Panormi circa an. 1451., ait cit. Cagliola an. 1455. die 7. Januarii; reliquitque

Conciones quadragesimales, *aliasque*, nec non *Sermones*, quibus adeo celebratus legitur. August. Superbus in sæpe cit. ms. Catalogo de Script. Ord. Min. pag. 98. ei plura alia *Opera* adjudicat, de quibus fides sit penes ipsum. Porro de hoc agunt Marianus apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 44., Rodulphius lib. 2. fol. 280., Rocchus Pyrrhus in Not. Agrigent., & Waddingus in Annal. Min.

MMDCCCXIII. 1460.

MATTHÆUS DE AQUASPARTA = Bartholomæus Pisanus, qui paulo post ejus obitum scripsit, Confor. VIII. par. 2. de Magistris, & Scriptor. Ordinis ait, eum *multa tam super Sententias, quam Scripturam edidisse, & luculentos sermones composuisse*: Confor. vero XI. par. 2. in prov. S. Francisci, & Cust. Tudertina *Opus pulcherrimum ad prædicandum* fecisse tradit: de eo & Trithemius in Scriptor. Eccles., & alii.

Postilla super Job incipiens: *Hæc omnia liber vitæ, & testamentum Altissimi, & agnitio veritatis* &c., extat ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, de quo & in veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto, renovatoque banco 3. occid.

Postillæ super Psalterium incip. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria* &c.; usque ad psal. 50. *Miserere mei Deus* &c.: & finiens: *acceptabile præparans holocaustum, quatenus tandem in superna Jerusalem Sanctorum*. Ibidem extant mss. pergam. in fol.; deque iis fit mentio in cit. veteri Inventario 2. solar. orient.

Postillæ super XII. *Prophetas*, *Danielem*, *Matthæum*, *&* *Apocalypsim* incompletæ. Ibidem ms. pergam. in fol.

In 2. librum Senten. cum parte *Comment. in 4. librum Senten.* ibidem ms. pergam. in fol. incip. *Intravi in domum figuli, & ipse faciebat Opus super rotam* &c.; ut & in Inventar. citato 2. solario occid.

Quolibeta sex plures singula Quæstiones complectentia incip. *Omnis Scriba doctus de regno cælorum similis est homini Patrifamilias* &c. Ibidem ms. pergam. in fol., eorumque extat recensio & in cit. Inventario, ubi dicitur extasse in Sacrario XII. solar. occid., ac finisse: *alia possunt concedi gratia conclusionis*.

Quæstiones disputatæ de Incarnatione, de lege, de anima habentur ibidem mss. pergam. in fol. post *Quolibeta Riccardi Mediavil.*, & *Petri Falci*, quem, an Minorita fuerit, ignoro.

In Epistolam ad Romanos sermones varii: ex Rodulphio lib. 2. fol. 218. in Cardinalibus Ordinis.

Sermones Dominicales, *&* *feriales* incip. *Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus* &c. *Sanctus Patriarcha Jacob* &c. a Domin. 1. Adventus. ms. ibidem Asisii in 8.

Sermones tam de Tempore, quam de Sanctis ei attribuit autor Firmam. 3. Ord. par. 1. edit. Paris.

Indices in libros Sententiarum S. Bonaventuræ ex Arturo ad diem 14. Julii §. 8. Martyrol. Francisc.; etiam Rodulphius loco cit. dicit scripsisse Opus tit. *Pinaca, seu index Sententiarum*; sed fol. 184. in Ministris Generalibus inquit Opus edidisse tit. *Tabulæ in Evangelia, quæ Pinaca dicuntur*.

MMDCCCXIV.

MATTÆUS BACCELINUS a Stia Hetruriæ ad fontes Arni fluminis oppido Reg. Observ. Florentiæ tamen, & ex patre Florentino natus liberalibus disciplinis, literisque humanioribus excultus an. 1594. concionator est institutus, & an. 1597. Pistorii Lector, anno vero 1601. Guardianus Cœnobii S. Romani, postea a sacris Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ Confessionibus, Theologusque, quemadmodum scribit Joseph Manucci Puppiensis par. 2. Glor. Clusentini cap. 5. & 6.; cap. vero 8. memorat multa ejus *Scripta* periisse, quæ apud suos consanguineos habebantur, inter quæ

Opus ingens de origine Hetruriæ.

Aphorismos politicos, & militares num. 464. vulgavit Parisiis an. 1610. per Joan. de Haye, qui & Venet. postmodum recusi putantur; autorque in epist. ad Lectorem testatur, se quorumdam hortatu Magnatum *Opus*, quod in modum *Dialogi 7. libris* comprehensum composuerat, ad 464. *aphorismos* majoris commodi gratia redegisse; quod quidem Florentiæ in Bibliotheca Ducali asservari ex Antonio Magliabeceo laudatus Manuccius prodit; additque obiisse eum Parisiis an. 1614.

Poëma de Stigmatibus S. Francisci scripsisse perhibet Angelus Grillus Abbas in *Epistolis* Ven. an. 1608. impres. pag. 530., & 537., qui ad eum plures dedit Epistolas, & pag. 564. scribit & ipse eum *Florentiæ* natum, & ex patre Florentino, ac *varia carmina* edidisse, *Opellamque lyricam* commendat. *Opusculum* ejus de *Stigmatibus S. Francisci* citat & Antonius Daza ejusdem Instituti, eodemque tempore scribens cap. 2. libri de Stigmatibus S. Francisci apud Antonium Terrincanum.

VII. *psalmos pœnitentiales* transtulit rhytmis italicis, & cum interpretatione Philippi de Portes Galli vulgavit Parisiis an. 1604. in 12.

Carmina nonnulla in laudem S. Francisci italice habentur in fronte 4. partis *Chronicorum S. Francisci* a Barctio Venetiis an. 1608. publicatæ.

Theatrum Christianum etiam edidit, seu *versus spirituales*, vel *pios de præcipuis mysteriis passionis Jesu Christi*, qui leguntur in *Collectione piorum carminum de S. Francisco, ac Monte Alvernia* a Fr. Silvestro Puppiensi ejusdem Ordinis facta, vulgataque an. 1608. Florentiæ in 4. par. 2. pag. 8.; & pag. 14. & 19. habentur alia ejus *Carmina spiritualia* diversorum argumentorum; pag. vero 49. *Carmina de sac. Monte Alverniæ*, ac *de S. Patre Francisco*.

An-

Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. sec. 4. vocat *Matthæum de Sthya Min. Observ. Definitorem an.* 1524., quem ait obiisse anno 1548. in Cœnobio *Sergiani* prope Acetium; sed ille ab isto diversus est, de quo Augustinus Millius in novo Montis Alverniæ Dialogo disserit lib. 3. cap. 2., traditque, pluries ejusdem Montis extitisse moderatorem, &, ut vocant, *Guardianum* ab an. 1517. ad 1535. Joan. a S. Anton. non advertit hunc esse *Matthæum de Sthia*, de quo ipse agit inferius pag. 349.

M M D C C C C X V. 1461.

MATTHÆUS BOTIXA = perperam *Botti* apud Coron. to. 6. Biblioth. univ. n. 1432.; de eo Nicolaus Anton., & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

M M D C C C C X V I. 1462.

MATTHÆUS DE BURGOS = Strict. Observ. ex Commissario Gen. sui Ordinis factus est an. 1600. Episcopus *Pamplonensis* in regno Navarræ ex Reg. Vatic. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. n. 14., & ex Roderico Quæst. Canon. & Regul. to. 2. q. 52. art. 2.; postea & Episcopus *Saguntinus* in regno Castellæ ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1497. n. 22. Nicolaus Anton., & Joan. a S. Anton. exscribunt Waddingum.

M M D C C C C X V I I.

MATTHÆUS CAMPAGNA Cheriensis in agro Taurinensi Subalpinas provinciæ Genuensis Min. Conv. sac. Theolog. Doctor. an. 1488. institutus est Lector Phys. in Conventu S. Nicolai Venetiis ex Reges. Ordinis in prov. S. Antonii p. 2.; expurgavitque nonnulla aliorum Opera, ac edi curavit

Comment. Burlæi in Artem veterem Porphirii, & Arist. Venetiis an. 1492. in fol. per Andream Catharen.

Comment. Magistri Alexandri Sermonetæ super consequentiis Strodi: Declarationes Cajetani de Thienis consequentiarum Strodi: & Dubia Magistri Pauli Pergulensis super eadem re. Ibidem an. 1507. in 4. per Petrum de Querengiis Bergomen. ex Indice Bononien. Biblioth. S. Francisci.

Comment. Antonii Audreæ Minoritæ in Artem veterem Arist. Ibidem 1517. in fol. per Lucam Ant. Junctam.

M M D C C C C X V I I I.

MATTÆUS DE CARRETO ex nobilissima familia Savonæ, Finalis, aliorumpue Liguriæ oppidorum domina titulo *Marchionatus* insignita, *Georgii* filius sub Joan. XXIII., a quo pluribus donatus est privilegiis, floruit an. 1413. sac. Theologiæ Magister præcipuis inter suos Asisii, & Perusii functus honoribus; an. 1417. factus est *Abbas Commendatarius Monasterii Sublacensis* in Sabinis Ord. S. Benedicti; rexitque annis x. ex Indice Chronolog. Abbatum illius loci, & a Martino V. an. 1429. ad Episcopatum Abingaunen. promotus an. 1433. Basileensi Concilio, & an. 1439. Florentino interfuisse invenitur; obiitque demum dierum plenus an. 1448., cum edidisset

Plura sui ingenii monumenta, teste Waddin. in Annal. Min. sub an. 1413., Paulo Brotio Episc. Albensi in Seraphicis provinciæ Subalpinæ S. Thomæ monumentis lib. 3., & And. Rossotto in Sillabo Script. Pedemont., qui tamen Episcopalem dignitatem reticuerunt, quam indicat Ughellus to. 4. Ital. sac.; sed & iste Institutum Regul. ignoravit, vel certe non expressit. De hoc Æneas Sylvius lib. 1. de Gestis Basil. Concilii scribit: *Albingaunensis quoque vir nobilissimus, & ex Cæsarum sanguine descendens quamvis nunquam animum a Concilio alienasset, ne tamen ab aliis Oratorum principibus videretur discrepare, haud absimilem querimoniam habuit de neglectu Prælatorum.* Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 343. eum habet sub v. *Matthæus Georgius*, sed perperam. Ex hac familia, & Instituto fuit seculo præterito Henricus Episcopus Lucensis.

M M D C C C C X I X.

MATTHÆUS CIACCHERI Florentinus an. 1355. scripit versu italico, hetruscoque

Chronicon oppidi S. Geminiani in Hetruria siti, quod ms. penes se habere scribit Dominicus Maria Manni Florentinus to. 2. Observ. Histor. super antiqua sigilla medii ævi pag. 92., & to. 3. pag. 107.

* MATTHÆUS CIACCIUS = V. *Joan. Matthæus Ciaccius* al. Saccius.

M M D C C C C X X. 1463.

MATTHÆUS CORRADONUS = de *Silentio* dicit Rodulphius lib. 3., & Possevinus in Appar. sac. to. 2., ubi aliam editionem Venetiis an. 1573. factam refert. De eo & Toppius in Biblioth. Neapolit., & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C C C C X X I.

MATTHÆUS DIRCOVICHIUS Illyricus Reg. Observ. circa annum 163-. scripsit patrio sermone

Explanationes in Evangelia totius anni; & *alia* ad pietatem utilia.

1464.

MATTHÆUS DORDRACENUS = V. infra *Matthæus Weynsenius*. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 343. pauca adjecit Waddingo.

1465.

MATTHÆUS FACIUS = V. supra *Joannes Matthæus Saccius*; ita enim vocabatur.

M M D C C C C X X I I. 1466.

MATTHÆUS FERCHIUS = Dalmata.

Apologia pro Jo: Scoto adversus Fridericum Matenesium prodiit Coloniæ an. 1619.

Correptio Historica Abrahami Bzovii pro eodem Scoto. Camberii anno 1619. in 4.

Apologia Historica Scoti in Paulum Jovium Novocomen. Hæ tres *Apologiæ* scriptæ Coloniæ prodierunt simul Bononiæ 1620., & postea Neapoli 1629. in 8. apud Joan. Dominicum Roncaliolum.

Vita Scoti prodiit Bononiæ 1622., & postea Neapoli 1629. in 8. typis Joan. Dom. Roncalioli. *Additiones ad hujus Vitam* fecit, quæ impressæ sunt Patavii an. 1671. in 8. per Gattellam; adjectis in fine *testimoniis de catholica veritate Scoticæ doctrinæ, ac Pub. Prof. Theol., & Metaph.*, qui *Scoti Cathedram* Patavii ab an. 1395. usque ad annum 1671. gloriose exornarunt, a D. *Antonio Zeno* Patavino eidem Andreæ Gattellæ Typographo traditis.

Istri, seu Danubii ortus, aliorumque fluminum ab Aristotele in 1. Metheor. lib. inductorum; una cum Lacus Asphaltitis confirmatione lib. 3. Patavii an. 1632. in 4. per Bartholomæum Carectonum.

Orationes duæ præludiales, altera ad Metaphysicam, altera ad Theologiam Patavinam. Ibidem an. 1634. apud Julium Crivellium.

Vita Philippi Fabri Faventini, quam præfixit Metaphysicæ ejusdem Fabri a se vulgatæ. Venetiis an. 1637. in fol. typis Marci Ginammi; qui & ejusdem *Fabri Opus de Primatu Petri, & Romani Pontificis, ac aliis Ecclesiasticis dogmatibus adversus libros M. Ant. de Dominis de Republ. Christiana* edi curavit.

De fabulis Palæstini stagni adversus Aristotelem. Patavii an. 1641. in 12. ex to. 1. Biblioth. Barber. pag. 402.

Observationes in Gaufridam, seu *Hierusalem liberatam*, *poëma Torquati Tassi* italico sermone. Ibidem an. 1642. in 12. per Joan. Baptistam Pasquatum.

De personis producentibus Spiritum Sanctum. Ibidem an. 1644. in 4. typis Julii Cribellarii.

Vestigationes Peripateticæ de quibusdam Philosophicis ad mentem Aristotelis &c.

Defensio Vestigationum Peripateticarum ab offensionibus Bellati, *& Mastrii* prohibetur ex Decr. sac. Congreg. Ind. an. 1681., donec corrigatur, cum jam prodiisset Patavii an. 1646. in 4. typis Pasquati.

De cœlesti substantia, *ejusque ortu*, *ac motu in sententia Anaxagoræ*. Ibidem an. 1646. in 4. per P. Frambottum.

Epitome Theologicum in 4. libros Senten. Scoti tomis 4. Ibidem an. 1647. in 8. per eumdem, & 1660. per eumdem ab autore recognitum, & castigatum.

De productione Filii Dei. Venetiis primùm an. 1650., postea Patavii anno 1668. in 4. per Pasquatum.

Observationes super epistola libri primi de Septimoquæsitis, *creatione Filii Dei ad intra*, *& epistola Liceti*. Venetiis apud HH. Joan. de Solia an. 1652. in 4.

Recognitiones Peripateticæ. Patavii an. 1656. in 4. typis Pasquati.

De Angelis tractatus Theologicus ad mentem D. Bonaventuræ to. 1. Ibidem an. 1658. in 4.

De Angelis, *ut supra tomus* 2. Ibidem an. 1665. in 4. apud eumdem.

Gustus Jesu Christi D. N. afflictus sermone italico, Venetiis an. 1663. in 12. typis Joan. Baptistæ Valvasensis; sed prohibetur ex Decr. sac. Congr. Indicis an. 1681.

Præcursor de Beatiss. Virginis Immaculata conceptu. Patavii an. 1668. in 4. typis Gattellæ. Extat penes me ms. *Veglensis Theologi Patavini quæstio* diffusa *fueritne B. Virgo in originali concepta peccato*, exscripta Patavii die 27. Novembr. an. 1632. a Theodoro Summo Cremonensi Antoniani Collegii Baccalaureo: quæ nescio, an eadem sit cum superiori.

In Metheora Aristotelis Scriptum S. Bonaventuræ in antiquo codice ms. Asisii repertum, *& observationibus*, *ac annotationibus Ferchii illustratum anno* 1666. probatur, permitteturque, ut typis edi possit; quod iterum factum est anno 1672., sed nondum prodiisse legi.

Quæstiones tres ad Logicæ prooemium *de necessitate secundarum intentionum*; *& de Logica docente*; *ac utente*, *utrum sit scientia* ms. in 4. reposui in Biblioth. S. Francisci Ferrariæ.

Annales Ord. Min. Conv. aggressus ex statuto Comitiorum Generalium anno 1625. Romæ edito plura scripto ea de re commisit; sed morte, aliisve negotiis interceptus imperfectos reliquit, ut admonet Franchinus pluribus locis Biblioso. pag. 238., 449., & alibi.

Sermonem S. Quirici edidit italice ex *Addit.* ejus ad Vitam Scoti num. 20., & forsan alios, quorum notitia nos fugit; audio namque Patavii plura alia ejus asservari mss., & cit. Franchinus pag. 450. num. 17. refert, Maceratæ in Bibliotheca S. Francisci haberi mss. plures ejus *epistolas* inter illas Mag. Horatii Civallæ.

In Bibliotheca Salmanticensi Conventus FF. Min. Strict. Observ. Discalc. extat *Matthæi a Nativitate* illius Instituti Hispani *Opusculum Theologicum Apologeticum* pro tribus propositionibus Theologicis Scripturalibus P. Matthæi Veglia Franciscani sac. Theol. Professoris in Academia Patav. incip. *Petis a me*, *o Matthæe Frater charissime*, *instanterque petis literis transmarinis* &c., ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 345. in *Matthæo a Nativitate*; estque Opusculum 1. tomi 1.

Obiit autem Patavii an. 1669. ætatis suæ 87. funebri oratione honoratus, tumulatusque ad levam chori partem in medio aditus ad 2. claustrum cum sequenti epitaphio:

„ Q. S. E. P. Mag. Matthæus Ferchius Ve-
„ glenais Ord. Min. Conv. re, & fama orbi no-
„ tissimus, Doctor fundatus, subtilis, & seraphi-
„ cus, in omni doctrinarum genere versatissimus,
„ sapientia, probitate, & eloquentia celebris Pata-
„ vinam Academiam e Scoti Cathedra primo Me-
„ taphy. mox sac. Theologiam interpretando glo-
„ riose annos XXXVI. illustravit. Miniat. Provincial.
„ S. Bonaven., & Dalmatiæ, Socius, & Assistens
„ Ord. decessit annos natus duo de nonaginta a partu
„ Virg. An. M. DC. LXIX. die VIII. Septemb. hora
„ XVI. Tanto viro in peren. obseq. symb. monum.
„ hoc ejus successor Mag. Felix Rotundus a M.
„ Leone ex provin. S. Franc. Theol. Publ. & Mi-
„ nist. Provincialis Terræ Sanctæ P. C.

Hujus etiam laudes celebrarunt Thomasinus lib. 3. de Gymnasio Patavino cap. 4., Theulus in Triumpho Seraph., & Franchinus in Biblios.n.267., ac Joan. a S. Anton. to. 2., sed ex Waddingo.

MMDCCCXXIII. 1467.

MATTHÆUS LE HEURT = latine *Scandalum*, Gallus, ac provinciæ, ut videtur, Franciæ alumnus e latino transtulit in gallicum sermonem

Vitam Ven. Viduæ, *& Virginis Mariæ de Mailleco Seilley* 3. Ord. S. Francisci an. 1414. die 28. Martii Turonis defunctæ, & in Ecclesia FF. Minorum humatæ, quæ Vita typis data est Andegavis an. 1644., teste Arturo in Martyrol. Francisc. apud Act. SS. editores Bolland. to. 3. Martii sub die 28.

MMDCCCXXIV. 1468.

MATTHÆUS HUS = de quo & Konigius in Biblioth. *H.*, & Sousa in Expedit. Hispan. S. Jacobi num. 238.

Sermonarium, *Dormi secure* tribuitur Fr. Joanni de Werdena a Colvenerio to. 2. kalend. Mariani fol. 6.; sed ego eos *Sermones* legi, & revolvi pluries, neque in eis quidquam invenire potui, quod Franciscanum oleret, aut alterius Instituti Regularis; non ibi inter Sermones de Sanctis totius anni occurrit ille de SS. Franciaco, Antonio Patavino, Clara Asis., & Ludovico Episcopo, sed nec de SS. Regular. Mendicant.; quapropter censeo esse Sermones alicujus scriptoris secularis, & forsan *Ioannis Verdy*, non de Werdena Minoritæ, ut ait Colvenerius. Deinde reperi *Matthæum Hus* extitisse typographum Gallicum, non autem Minoritam: id unum habet autor ille, quod inter Sermones de Sanctis legendum exhibet illum *de Conceptione B. Virginis*, quam sine peccato originali conceptam affirmat, & probat.

Sermones Dominicales incip. *Dicitæ filiæ Sion* &c.

Matth.

Matth. 21. *Verba ista scripta sunt* &c., num. 71. a prima Dominica Adventus usque ad finem anni.

Sermones de Sanctis incip. *Christo confixus sum craci: ad Gal.* 2. *Notate charissimi, dicit enim Aug.* &c., num. 70. a *S. Andrea* usque ad diem Defunctorum cusi sunt Parisiis an. 1530. in 8. ex Ind. Biblioth. Bononien. S. Francisci, & antea 1503. per Petrum Levat, & socios sine nomine autoris, & Basileæ an. 1489. Extat alia editio facta Lugduni 1491. in 4. Adscribuntur *Ricardo Maidston*.

MMDCCCXXV.

MATTHÆUS A S. MARTINO prov. Calabriæ Min. Capuccin. concionator ex primis, qui in ea provincia floruerint, scripsit italice

Chronologiam de origine, & rebus gestis Capuccinorum in Calabria, teste Paulo Gualterio apud autorem Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCXXVI. 1469.

MATTHÆUS MARTINUS = Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 344. cum Waddingo.

MMDCCCXXVII. 1470.

MATTHÆUS MOMBRION = Joan. a S. Anton. cit. exscribit Waddingum.

MMDCCCXXVIII. 1471.

MATTHÆUS A NATIVITATE = Strict.Observ. scriptor celeberrimus a Tiburtio Navarro in S. *Petro Alcantar. redivivo* cap. 28. appellatus, virorum sui temporis doctissimorum nulli secundus scripsit Opus hoc titulo:

Nova Hierusalem latine, in *tomos* 9. in fol., & *libros* 26. partitum stylo parænetico: incipitque a *prædestinatione V. Mariæ*, inde ad ejus *Immaculatam Conceptionem* lib. 3. excurrit, discurritque; postea de ejusdem *Nativitate*, *Præsentatione*, *Desponsatione* usque ad ipsius *Assumptionem*, *Coronationem*, & per eam *Intercessionem* agit; quorum tres primi tomi mss. asservantur Salmanticæ in Bibliot. Conv. Min. Discalc.

Tomus x. *aureo Chrysologi stylo continet scholia in Evangelia totius anni* ms.

Hymenæus Virginalis divini sponsi Matris Jesu Mariæ, & Joseph super illud Matth. 1. *Cum esset desponsata* &c. tom. 1. in fol. m. ms. in ead. Biblioth.

Allegatio sacra, Theologica, Pontificia, Imperialis, Regalis, expositiva, Historica, & chronologica pro definienda de fide Conceptione illibata Almæ Dei Genitricis Mariæ ex Philippi IV. Hispan., & Indiarum Regis Catholici voto ad Innocentium X. Pont. Max. in fol. ms., quam citat Petrus de Alva in sua *Militia*, ususque ea est in *Armamentario Seraphico* conficiendo.

Opusculorum variorum tomos 4. in fol., quorum primus continet 22. *Opuscula* variis de rebus: tomus secundus continet 8. *Opuscula super Immaculata Conceptione Beatæ Virginis*: tertius amplectitur *Apologias* XI., quarum 9. respiciunt res Franciscanas: quartus continet 27. gravia Opuscula Historica, Canonica, Moralia, quorum primum est *Chronicon provinciæ S. Pauli Discalc.*; quod extat etiam in Archivo Gen. illius provinciæ, & Matriti in Gen. Archivo Ordinis. Horum Opusculorum fere omnium titulos exhibet Joan. a S. Anton. cit., extantque ms. in dicta Biblioth. Salmantina.

De immunitate ecclesiastica, & Regum jure ms. in fol.

De patronatu Deiparæ Virginis in Hispaniarum regnis ad Philippum IV. ms. in fol.

De origine, successione, & statu sac. Imperii Romani Opus singularissimum ms. in fol. Hi tres tomi mss. extant in cit. Biblioth. Salmantina.

De Templo Salomonis hispano idiomate ms. in fol.

Cathedra crucis de 7. verbis Domini. Pinciæ 1639. in 4. per Ant. Bazquez de Esparza.

Minerva Eucharistica, seu *Arbor vitæ*. Matriti anno 1644. in 4. apud Joan. Sanchez. Sunt XII. *tractatus* per XII. menses pro solemnitate Augustissimi Sacramenti.

Amor amorum purissime de admirabili Sacramento Altaris. Discursus super sex Evangelicas clausulas S. Joannis. Tomus primus ms. servatur in Bibliotheca Conventus sui Ordinis Vallisoleti.

Historia Gedeonis pro Vesperis Quadragesimæ vernaculo sermone.

Orationes funebres XXIV. *pro omnibus statibus a Christo sepulto usque ad agricolam*, sub tit. *Trophæa mortis*.

Pharetra amoris divini ms. cum facultatibus ad prœlum extare dicitur.

Viridarium Florum Franciscanorum, in quo *mirabilia S. P. Francisci* recensentur.

Expositio psalmorum pœnitentialium primo prosa, secundo cum glossa, ac vario genere carminum sub tit. *Cythara Davidica*.

Scala perfectionis: cujus argumentum sunt XV. *psalmi graduales*, quorum primi 5. illustrant viam purgativam; alii 5. viam illuminativam; ultimi 5. viam unitivam.

Philomena S. Bonaventuræ castellane traducta, & dilatata carmine, & prosa per cantus ipsius Philomenæ.

Dies diei. Manuale dispositionis diei pro Confessione, & assistentia Vener. Sacramento.

Opusculum de nominibus Dei unius, & trini hebraicis, græcis, latinis castellane expositis ad Ducissam Methymnæ.

Manuale Sacerdotum, & secularium pro celebrando, & audiendo Sacrosancto Sacrificio Missæ ad Comitem Benaventanum.

Psalterium, seu *Soliloquia* versibus exposita hispanicis.

Puerilia sacra, seu *divinæ Cantilenæ* eodem idiomate. De eo agit Joan. a S. Anton. in Chron. prov. S. Pauli, in Biblioth. Min. Discalc., & in Biblioth. Francisc. to. 2., ubi tradit, obiisse an. 1659. Salmanticæ in Conventu Calvarii sui Ordinis.

MMDCCCXXIX.

MATTHÆUS PEDELARIUS provinciæ Bononiensis Lector composuit

Vitam S. Antonii Patavini, teste Petro Rodulphio lib. 1. Hist. Seraph. fol. 83., ubi de hoc Sancto verba texit; & videtur hic autor scripsisse seculo XIV. ineunte. Citatur ab Arturo in Martyrol. Francisc.; & Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 348. eum habet ex Sedulio.

Nescio an hic sit ille Matthæus, qui an. 1381. exscripsit *Excerptum de Legenda antiqua B. Francisci cum persecutionibus, seu tribulationibus ejusdem Ordinis* ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. n. 7. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 284., de quo supra in *Angelo Clareno*.

* MATTÆUS RUBEUS Ursinus S. R. E. Cardinalis hoc loco recensitus a Joan. a S. Anton., nescio, quo autore, non fuit Ordinis Franciscani alumnus, sed ejusdem Protector.

MMDCCCXXX.

MMDCCCXXX.

MATTHÆUS DE SALZEDO Hispanus Tertii Ordinis S. Francisci Presbyter edidit carmine castellano

Postrimerias del hombre enemigos de la alma, y alabanzas del Santissimo Sacramento: idest: *Novissima hominis animæ inimica, & laudes SS. Sacramenti*. Matriti 1610. in 8. apud Joann. de la Cuesta.

Luz de la oracion mental. Ibidem 1614. in 16. apud Cosmam Delgado.

Mercedes de la Reyna del cielo, y excellencias del nombre de Maria. Ibidem 1629. in 8. ex Biblioth. Hispan. to. 1. pag. 93. Hoc tertium Opusculum ommisit Joan. a S. Antonio to. 2. pag. 348.

MMDCCCXXXI. 1472.

MATTHÆUS SILVAGIUS = Regular. Observ.

Liber de tribus peregrinis, seu *Colloquia trium peregrinorum*, uti vocat Ciampinus Exam. lib. Pont. sect. 1., prodiit Venetiis 1542. in 8. apud Franciscum Bindonium, & Mapheum Pasineum, agitque *de divinis perfectionibus*; *de Philosophia Sanctorum*; *de partibus mundi, linguis, populis, & civitatibus* &c., ac *de excellentiis Romæ*, & *Hierusalem*: citatur etiam a Philippo Cagliola in Hist. prov. Siciliæ Min. Conv. explor. 3. manifest. 1. pag. 73., & explor. 6. manif. 7. pag. 176.

Liber de victoria Verbi Dei contra Hebræos est *Porchetti Silvatici* Genuensis Ordinis Carthusiani, qui vivebat an. 1315.

De nuptiis animæ cum Christo ejus sponso Opus in 4. libros, & 11. capita divisum cum *Dialogo* inter Rempublicam, & Philosophiam prodiit Venetiis eodem anno 1542. in 8.

De gratia, & remediis peccatorum est 7. caput supradicti Operis a Rodulphio, eumque sequente Waddingo segregatum.

Lectura, seu *Expositio brevis super* 8. *libros Physicorum Aristotelis cum aliquibus Annotationibus de mente Doct. Subtilis*. Venetiis eodem anno in 8.

Labyrinthi duo de mundano, & divino amore cum suis exordiis, differentiis, & fructibus, cumque suis semitis rite ordinatis usque ad centrales, ut vocant, terminos vel inferni, vel felicitatis æternæ: &

Apotheca divini amoris: *sive de Apotheca viridarii labyrinthi, quæ est sanctissima crux, ubi venditur amor Dei* carmine heroico. Venetiis eodem an. in 8. ad signum Archangeli Raphaelis, ut est apud Possevinum in Appar. sac. to. 2.

Chronicon Rerum Sicularum usque ad adventum Caroli V. Imp. in Siciliam. Venetiis eodem an. in 8. ex Hieronymo Ragusa pag. 184. suæ Biblioth. Siculæ.

Expositio xv. *versuum priorum capitis* 1. *Evangelii S. Ioannis*, teste Jacobo Le-Long pag. 979. suæ Biblioth. sacræ.

Disciplina salutis, seu *Modus vivendi secundum Dei voluntatem* sermone italico prodiit an. 1536. ex Joan. a S. Anton. to. 2., & ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ.

Tractatum de navigio mundi citat ipsemet in suo *Libro de tribus peregrinis* cap. 33. pag. 117.

Ex hac familia fuit & *Aloysius Silvagius* Catanensis, qui an. 1521. extitit Siculæ provinciæ Min. Conv. Minister ex cit. Cagliola.

* MATTÆUS SILVATICUS, cujus sunt *Pandectæ Medicinæ* Ven. cusæ an. 1492., quem Joan. a S. Anton. hic memorat, fuit Patavinus celeber *Medicinæ* Doctor.

MMDCCCXXXII.

MATTÆUS SILVESTRIUS a Leonissa Aprutii oppido in seculo Doctoris Medicinæ laurea exornatus ad Institutum S. Francisci inter Capuccinos provinciæ Neapolitanæ transitum fecit, in quo pœnitentia, ac prophetico spiritu clarus obiit anno 1553. ex Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 21. Junii §. 3., & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 349. Scripsit devotissimum

Opusculum in forma meditationis, & colloquii de pœnis, tormentis, & vulneribus Iesu Christi impress. Venetiis an. 1586., & 1601. apud Junctas sine nomine autoris, sed tantum Religionis, teste autore Biblioth. Capuccin.

MMDCCCXXXIII. 1473.

MATTHÆUS A SOSA = Regul. Observ., cujus Opus cusum est apud Didacum a Cussio in fol. ex Joan. a S. Anton. to. 2., de quo & Nicolaus Anton.

* MATTHÆUS DE STHIA = V. *Matthæus Baccelinus*.

MMDCCCXXXIV.

MATTHÆUS THEATINUS = V. *Gulielmus Cheriensis* supra.

MMDCCCXXXV.

MATTHÆUS WEYNSSENIUS Dordracenus Batavus Antuerpiæ *Guardianus*, & *Commissarius Generalis* Reg. Observ., de quo Waddingus supra in *Matthæo Dordraceno*, vivebat anno 1540., & obiit in patria anno 1547.

Fasciculum myrrhæ postea latine redditum vernaculo scripsit sermone, teste Valerio Andrea in Bibl. Belg.

Quadragesimale Francisci ab Ossuna Hispani ejusdem Instituti recognovit Tolosæ in Comitiis Gener. an. 1532., cum esset *Commissarius Gen.* trans montes; in cujus editione opera facta Lugduni an. 1560. dicitur *Fr. Matthæus Veusen* &c.

Comment. S. Bonaventuræ in Evangelium Lucæ expurgavit, castigatumque vulgavit Antuerpiæ an. 1539., præmissa a *Jo: Mahusio* ejusdem Ordinis, & postea primo Episcopo Daventriæ insigni ejus Panegyri. Ab editoribus Romanis Operum S. Bonaventuræ an. 1589. in prævia ad ipsum *Comment.* notatione dicitur *Matthias Inferioris Germaniæ Minister*. *Matthias* etiam *Weynsenius Guardianus, & Commissarius Gen.* appellatur a Waddingo supra in *Joanne Aquensi*.

Meminit ejus etiam Theodoricus Loher Carthusianus in epistola *Theologiæ Mysticæ* Henrici Harpii Minoritæ præmissa; & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 343., & 350.

1474.

MATTHIAS BALBANUS = Hydruntinus patria vitæ sanctimonia insignis.

Opusculum de flagellatione Domini N. J. C., quod antequam converteretur in gallicum, impressum dicitur an. 1590. ab autore Biblioth. Capuccin., tribuitur etiam *Bernardino a Balbano* Capuccino ab ipsomet Waddingo; quare existimo, eumdem autorem esse, qui antea in seculo *Matthias*,

vel *Matthæas* appellaretur, & nomen in Religionis ingressu mutaverit in illud *Bernardini*. *Matthæi Balbani* meminit Joan. Andreas Anguillara in fine *Metamorphosis Ovidii* an. 1581. edit. Ven., & magna quidem cum laude, sed nescio num alius sit ab isto; quem *Matthæum* appellat & Antonius Tercincanus in Theatro Hetr. Minor. par. 3. art. 5., putatque *Lucanum* in Hetrucia fuisse.

MMDCCCCXXXVI. 1475.

MATTHIAS BELINTANUS = de quo cum laude loquuntur Rodulphius lib. 3., Gonzaga, aliique scriptores coævi; & Fridericus Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis lib. 3. de sacris Oratoribus pag. 119. scribit: *Mathias Belintanas Capuccinus vim, & ubertatem inventionis etiam in præcipiti senectu retinuit raro exemplo, cum ætas illa infelix omnem ex animo nostro dicendi vim, & copiam exhaurire videatur . . . Nihil tamen unquam dixit Belintanus, quod abditum magnopere, & exquisitum non esset: eratque non tam copia magis, & ubertate, quam excellentia, & acumine inventionis admirandus. Accesserat ad eam inveniendi facilitatem labor assiduus, & incredibile tanto progressu, ut* &c.: erat igitur inter præcones verbi Dei ea tempestate facile princeps.

Meditationes, seu Corona de vita, & passione Christi jussu S. Caroli compositæ italice. Bononiæ an. 1570. per Bartholomæum Cochium, & Mediolani anno 1614., & antea Bononiæ an. 1610. cum *Præparationibus ad Missam*. Rodulphius cit., qui Opus suum an. 1586. publicavit, hunc ait edidisse lingua vernacula

De oratione mentali utilem tractatum; & super S. Bonaventuram Opus eruditum titulo:

In Sermones S. Bonaventuræ, & in Evangelia totius anni scripturales introductiones: erant igitur hæ impressæ ante an. 1588.; deinde anno cit. prodierunt Venetiis tomis 2. in 4. apud Messerinum, & cum nonnullis *Concionibus Francisci Mayron Minoritæ* ibidem eodem anno apud Petrum Dusinellum.

Historia Salodii, patriæque Alexandri VI. Summi Pontificis italico idiomate cusa Brixiæ an. 1599.; an. 1586. dicit Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1522. num. 2.

Brevis tractatus de oratione 40. horarum &c. italice Venetiis prodiit an. 1586. Alexander Canobius Veronensis edidit italice an. 1585. in 4. *Devotam orationem 40. horarum Veronæ factam, a F. Matthia Bellintano persuasam*.

Oratio funebris in obitu Alexandri Luzaghi nobilis Brixiani italice. Brixiæ an. 1594.

Historia Religionis Capuccinorum usque ad an. 1597. italice; & citatur a Jacobillo de Sanctis Umbriæ. Boverius initio indicis rerum Annal. Capuccin. ait scripsisse *duo Volumina gestorum Capucinorum*.

Practica Orationis spiritualis prodiit italice primo Venetiis an. 1608., & Mediolani 1615., & in latinum translata ab Anton. Volmaro Monacho Carthusiano Coloniæ impressa est an. 1609. in 12.; postea Constantiæ Helvet. 1627. typis Joan. Kuult; gallice etiam versa est, & hispanice, & hac lingua prodiit Matriti an. 1525. Hoc Opus Possevinus lib. 3. Bibliothecæ selectæ cap. 23. valde commendat.

Confortatorium eorum, qui morte plectendi sunt. Brixiæ an. 1614.

Theatrum Paradisi, seu piæ Meditationes de gloria Jesu Christi, B. Mariæ Virginis, & Sanctorum italice in duas partes. Salodii an. 1620. per Bernardinum Lantonium.

Exaggerationes morales pro concionatoribus italice. Salodii an. 1622. in 8. per Bernardinum Lantonium.

Contiones quadragesimales quadruplices juxta ritum Ambrosianum ad usum tamen Romanum accomodatæ tomis 2. Lugduni an. 1624. in 8. sumptibus Anton. Pillehoste, & Joan. Cassin. *Quadragesimale Ambrosianum* ms. habetur Mediolani in Biblioth. Ambros. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 520.

Expositio admirabilis, & profundissima in Apocalypsim B. Joan. Apostoli ab omnibus viris doctis, potissimumque a Clemente VIII. commendata; cujus exemplar asservari in Biblioth. Vaticana ms. jussit.

Conciones quadragesimales secundum ritum, & ordinem Romanæ Ecclesiæ mss. tomis 5. in 4.

Sermones pro solemnitatibus 40. horarum mss. tomis 2. in 4.

Sermones de passione, & morte D. N. Jesu Christi mss. to. 1. in 4.

Conciones, & sermones quadruplices pro tempore Adventus mss. tomis 2. in 4.

Sermones pro festivitatibus B. V. Mariæ mss. tomis 2. in 4.

Tractatus de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ ms. to. 1. in 4.

Catena conceptuum extracta ex Operibus SS. Augustini, Gregorii, Cypriani, & aliorum SS. Patrum ms. tomis 4. in 4.

Vita B. Felicis a Cantalicio Ordinis Capuccinorum ms. in 4., quam ex italico idiomate in latinum conversam ex ms. codice Cœnobii Romani dederunt Act. SS. Collect. Bolland. to. 4. Maji. die 18.

Vita B. Angelæ a Dezenzano fundatricis Monasterii Virginum Ursulinarum Brixiæ ms. in 4.

Vita B. Raynerii e Burgo S. Sepulchri Capuccini, & aliorum ejusdem Instituti citatur a Jacobillo de SS. Umbriæ to. 2. ad diem 18. Augusti, ubi agit de tribus Capuccinorum Cœnobiis Fulginatibus, eorumque Viris illustribus; sed nescio, an id prompserit ex ejus *Chronico Capuccinorum*, quod citat ad diem 5. Augusti de Matthæo Bascio disserens, & alibi pluries.

Alia ejus *Opera* usque ad 40. volumina extare dicuntur mss. Brixiæ in Biblioth. sui Ord., teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. Agit de eo fuse Cozzandus in Biblioth. Brixien. par. 1., Coronel. in Biblioth. univ. to. 5., & Arturus in Martyrol. Franc. ad diem 6. Aprilis.

MMDCCCCXXXVII. 1476.

MATTHIAS DORINGUS = de quo Marianus, & Trithemius apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 2. cap. 22., Rodulphius lib. 3., aliique post istos, sed valde jejune, & parce, uti & Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. sanctæ. Anno 1445. Magdeburgi *Theologiam* publice professus asseritur; & anno 1455. erat provinciæ Saxoniæ *Minister* ex monum. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. n. 52.

Defensorium Nicolai Lycani contra Paulum Burgensem editum paulo post ann. 1431. autor inscripsit *Correctorium Corruptorii*, quod alii *Replicas* barbare dixerunt; & sub initium se appellat *Matthiam Ord. Min. provinciæ Saxoniæ Ministrum*: prodiit Opus primum, quod sciam, Basileæ an. 1507. typis

pis Frobenii cum *Postilla* Lyrani, & *Additionibus* Pauli Burgensis in fol., postea alibi pluries. V. *Nicolaus de Lyra*. Scripsit præterea

Super Sententias libros.

Dialecticam utilem admodum.

Super Isaiam Prophetam Opus grande.

Sermones tam ad populum, quam ad Clerum: teste Anonymo suppare a Joanne Madero Hanoverano an. 1660. edito Helmstadii in *Centuria Scriptorum insignium*, qui in celeberrimis Lipsiensi, Wittembergensi, ac Francofortanæ ad Oderam Academiis usque ad annm 1515. floruerunt, ubi *Script.* 98. ait: *Matthias Dorink natione Alemanus ex Prignitia* (f. leg. *ex provincia*) *Marchiæ Brandeburgensis territorio oppido Kyritz oriundus Fratrum Minorum provinciæ Saxoniæ quondam Minister, vir in divina simul, & humana Philosophia apprime doctus, sacrarum literarum Professor Erfordiensis eruditissimus, & declamator sermonum eximius scripsit nonnulla præclara, quæ ejus multijugam doctrinam plane testantur, ex quibus subjecta ferantur: super Esaiam Prophetam Opus grande: Defensoriam Postillæ Nicolai de Lyra contra Paulum Burgensem, Additiones videlicet in vetus, & novum Testamentum: super Sententiarum libros librum unum: Item Dialecticam utilem admodum: Sermones quoque tam ad populum, quam ad Clerum edidit. Claruit temporibus Concilii Basileensis, quod sua præsentia, & doctrina decoravit, ubi etiam ab ea parte sui Ordinis, quæ tunc Concilio adhærebat, in Generalem Ministrum electus, & per dictum Concilium confirmatus fuit. Sed postea tam huic, quam cauta Ministeriatus Saxoniæ aliis officiis libere cedens reliquum vitæ suæ in sacris meditationibus in Conventu Kyritzensi transegit sepultus ibidem in Choro Ecclesiæ.*

Sermo in die S. Francisci an. 1432. *habitus in Concilio Basileensi per M. Matthiam provincialem Minorum Saxoniæ* extat ms. in Gallica Bibliotheca Philiberti de la Mare V. C. Senatoris Divionensis inter diversorum *Sermones* in eodem Concilio recitatos, teste Philippo Labbeo in notis, ac addit. ad dictum Concilium; anno quoque 1436. in die Epiphaniæ *Sermonem* habuit in eodem Concilio ex Supplem. Concil. Labb. nuper Lucæ edito to. 5. col. 32., ubi dicitur *Sermo factus per Magistrum Doctorem Matthæum Ordinis Fratrum Minorum*, quem hunc existimo.

Appellatio Doctoris Matthiæ Doring Ordinis Minorum contra Magdeburgensem Archiepiscopum habetur ms. Lipsiæ in Bibliotheca Paulina ex ejusdem Bibliothecæ Catalogo an. 1686. a Fellero Lipsiæ evulgato pag. 236.; forsan ob cultum *hostiæ miraculosæ* in Wolsenac, de qua Anonymus autor Chronici Archiepiscoporum Magdeburgensium editi to. 2. Rerum Germanic. Henrici Meibonii Lipsiæ an. 1688. in *Friderico de Blichliage* xxxvi. Archiepiscopo an. 1445. asserit, Episcopum Havelbergen. cum Marchione Frederico usum consiliis *Doctorum sac. Theologiæ Doring, & Connemann* restitisse instantiis Henrici Tocken, ne dictæ *hostiæ* cultus tolleretur; idque sub Nicolao V. Papa, ideoque post annum 1446.

Chronica brevis, & utilis ex Speculo Historiali Vincentii Bellovacensis, atque aliorum Eusebii, Hieronymi, Orosii, Cassiodori, & aliorum Historicorum collecta (a Theodorico Engelhusien. usque ad an. 1420.), *& continuata a Matthia Doringk Ordinis Fratrum Minorum usque ad annum* 1493. ms. extat in cit. Lipsiensi Biblioth. Paulina ex Catalogo memorato pag. 409.: eam Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1440. dicit in nonnullis mss. codd. inscribi: *Compendium Speculi Historialis Vincentii Bellovacensis*; vulgatumque primo fuisse Norimbergæ an. 1493., deinde Augustæ Vindel. an. 1496. absque *epitomatoris* nomine in fol., & vulgo appellari *Chronicon Norimbergense*, eo quod primo Norimbergæ prodierit. *Continuatio Chronici Theodorici Engelhusii ab an.* 1420. *usque ad annum* 1498., vel potius usque *ad annum* 1464. ex ms. Bibliothecæ Academicæ Lipsiensis prodiit nuper inter Scriptores rerum Germanicarum a Joan. Burchardo Menckenio tomo 3. Lipsiæ an. 1730. in fol. vulgatos. Hoc Opus scribit Oudinus loco cit. a Trithemio in Script. Eccles., Langio in Chronico Citizensi, & Vossio lib. 3. de Histor. Latin. cap. 6. attribui *Hartmanno Schedel*; verum vel aliud est *Chronicon* illud, vel ab *Hartmanno* usque ad an. 1493. continuatum, suppletumque, ut verius puto, & ut idem Oudinus ex ipsius Chronici verbis colligi observavit: revera etiam Menckenius initio Operis notat, etsi continuatio Chronici usque annum 1498. procedat, tamen ex stylo, & alterius manus scripto videri, Matthiæ laborem nonnisi ad an. 1464. pertingere, & reliqua alterius continuatoris esse: quare non erat, cur contra veteres, probatosque scriptores negaret Oudinus, interfuisse eum Basileensi Concilio; & exararet, pervenisse eumdem usque annum 1494., & ultra, quod plane falsum. Porro continuatio illa ab heterodoxis in multis depravata legitur, unde caute legenda.

Librum perplexorum Ecclesiæ tempore schismatis inter Eugenium IV., & Concilium Basileense scripsisse, ac publicasse ipsemet habet in Chronici continuatione ad an. 1442. apud Menckenium, qui addit loco cit. de *Theodorica Engelhusien.* agere Leibnitzium; qui tamen non vidit multa, quæ de hoc Matthia refert cit. Oudinus, aliique; sicut neque Oudinus ea, quæ habet Menckenius, nimirum Matthiam a Lantgravio in pretio habitum, & ab eo *Discalceatorum* Isenaci præ ceteris reformatorem esse constitutum.

MMDCCCXXXVIII. 1477.

MATTHIAS FELISIUS = Mauritius Hylaretus conc. fer. 3. post 3. Dom. Quadrag. pag. 731. citat hunc *in 2. Sententiarum*; sed forte notare voluit *Institutionem Christianam Catholicam* &c. relatam a Waddingo. Meminit hujus Gonzaga par. 2., Rodulphius lib. 3., Possevinus, Valerius Andreas, Petrus de Alva in Militia, & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCXXXIX. 1478.

MATTHIAS A S. FRANCISCO = Hispanus Strict. Observ. Excalc. alumnus provinciæ primum S. Joseph, deinde S. Didaci in Bætica propagandi Evangelii, ac martyrii desiderio usque ad Philippinas Insulas se contulit; inde ad regnum Marrochii cum B. Joanne de Prado Sacerdote, & Genesio Occanensi Laico amandatus verberibus pene confectus est; inde reversus ad suos Xelchii Regis Legatus, qui fratri barbaro interfecto successerat, scripsit

Itinerarium ad Marrochium &c. cusum etiam Gadibus in 4. sumptibus Bartholomæi Nuñez ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCXL. 1479.

MATTHIAS HAUZEUR = latine *celsitas*, & *altitudo*.

Anathomia totius augustiss. doctrinæ B. Augustini Episcopi tomus primus continens *difficultates philosophicas, biblicas, dogmaticas, scholasticas, mysticas, & morales* prodiit Leodii an. 1643. in fol. typis Leonardi Streel.

Anathomia ejusdem tomus 2. complectens *difficultates dogmaticas collatas, & conciliatas tam inter se, quam cum sacro Concilio Tridentino, & censuris Pontificiis*. Augustæ Eburonum an. 1645. in fol. per Joan. Tournay. Uterque tomus prodiit etiam Parisiis an. 1646. apud Michael. Solis, & socios

Collatio totius Theologiæ inter majores nostros Fr. Alexandrum Alensem, S. Bonaventuram, & Fr. Joannem Duns Scotum ad mentem S. Augustini sub magisterio Christi interiore per gratiam, exteriore per Ecclesiam tomis 2. in fol. impress. typis ejusdem provinciæ in Cœnobio Leodiensi, & Namurcensi ab an. 1646. ad 1652. Regi Catholico dicata. Ad calcem tomi primi sunt

Conciliationes inter Alensem, S. Bonaventuram, & Scotum cum S. Augustino; nec non Opusculum *absolutionis hujus Operis a censuris quorumdam in illud prolatis*. Ad calcem vero tomi 2. extat

Supplementum dogmaticum, scholasticum, & morale, teste Joan. a S. Anton.

Veronica pro Immaculata Virginis Conceptione, seu *Interpretatio epistolæ S. Bernardi ad Lugdunenses Canonicos* tractatus latissimus impressus, teste Petro de Alva col. 1033. Militiæ.

Rescriptum pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis ms. extat in Archivo Conven. Gandensis ex eodem.

Statera causæ inter P. Petrum de Alva pro Immaculata Conceptione &c. contra *Franciscum Janssens* Lovanii Professorem Ord. Prædic. Namurci an. 1664. in 8. typis Petri Gerardi, teste Joan. a S. Anton.; qua de causa in eum strinxit calamum idem *Janssens* anno sequenti 1665.

Apologia analogica pro vero Ordine, & successore S. Francisci. Augustæ Eburonum an. 1650. in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.; quam citat Fr. Joannes Matare in suo Dialogo Chronologo-Charit. par. 3. num. 20.

1480.

MATTHIAS MEDIOLANENSIS = hunc illum existimo, quem Paulus Morigia de Nobil. Mediolan. lib. 3. cap. 30. apud Abbatem Picinellum in Athenæo Mediolanen. pag. 25. dicit *Andream*, de quo supra actum est. Opus ejus prodiit Mediolani typis Joan. Angeli Scinzenzeler in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

* MATTHIAS SALODIENSIS = V. *Matthias Belintanus*.

M M D C C C X L I. 1481.

MATTHIAS SARBURG = Minor. Convent.

Anagrammata pura pro Immacul. Conceptione Deiparæ Virginis super Hymnum Te Deum, & quamdam Antiphonam S. Ecclesiæ an. 1666. habebat parata ad prœlum, teste Petro de Alva col. 1034. Militiæ univ. apud Joan. a S. Anton.

* MATTHIAS SVECUS, quem Fr. Joan. de la Haye credit ex Ordine Minorum, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. hic collocavit, & recensuit, nemo unquam antiquorum, & ante Haysm *Minoritam* dixit. Fuit præceptor *S. Bernardini* Senensis in seculo, & a sacris Confessionibus *S. Birgittæ*.

M M D C C C X L I I. 1482.

MATTHIAS DE VESTIS = Apulus provinciæ S. Angeli, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum.

M M D C C C X L I I I. 1483.

MATURINUS GILBERTI = provinciæ Aquitaniæ Strict. Observ. unus e XII. illis patribus, qui ineunte seculo XVI. in Americam, & ad Indos Mexicanos fidei Christianæ ampliandæ causa navigarunt; quod munus ut facilius, rectiusque adimpleret, addiscendi illius regionis idiomatis eam navavit operam, ut & cito ea in re valde doctus evaserit, & libros tam Indis, quam Hispanis utilissimos ediderit: & quamquam gravi post hac podagra vexabatur, non propterea in promovenda infidelium populorum salute destitit, quinimo tot in laboribus illos fructus animarum fertur retulisse, ut vix ea tempestate parem habuisse legatur. His itaque meritis onustus in Cœnobio S. Francisci Sinsonzæ regni Mechoacani, nunc provinciæ SS. Petri, & Pauli, infirmitate gravi illud Isaiæ Prophetæ repetens subinde: *parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis*, ex hac vita, magno populis sui desiderio relicto, ad æternam gloriam emigravit, ibidem humatus apud eos, quibus charus fuit, & veluti pater venerabatur, utpote religione, & vitæ sanctimonia clarus, teste Gonzaga par. 4., & ex eo apud autorem Chron. S. Francisci par. 4. lib. 3. cap. 33., ubi perperam *Martinus* dicitur, quod occasio fuit Fr. Joan. a S. Anton. to. 2., ut bis de eo ageret pag. 336., & 356.

Doctrinæ christianæ magnum volumen &c. impressum fuit Mechoacæ in fol., teste Torquemada to. 3. Hist. prov. S. Evangelii cap. 23. Edidit etiam

Artem, & Vocabularium ad usum Indorum Grammaticorum latino sermone: quorum *Ars Grammatica* impressa fuit Mexici an. 1559. apud Ant. de Espinosa; teste August. Ventancurt in Menologio Franciscano, & addit scripsisse etiam

Dialogum inter magistrum, & discipulum, forsan *Catechismum* de rebus fidei christianæ, lingua tarascana.

Libros alios *plures* eodem idiomate tarascano scripsisse tradit cit. Torquemada lib. 20. cap. 55.

M M D C C C X L I V. 1484.

MATURINUS LE BRET = Gallus provinciæ Turonensis Lector emeritus, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post. Extat Ferrariæ in S. Francisci Bibliotheca Opus *Nicolai de Orbellis Minoritæ in quatuor Sententiarum* libros impressum Parisiis anno 1511. in 8., cujus in principio exaratum calamo, scriptumque legitur: *f. M. Lebreton*; & videtur hujus autoris chirographum, quo lucet floruisse eum post annum 1511., vel saltem eo tempore: anno 1530. circiter dicit Joan. a S. Anton.

Lectura in 4. libros Sententiarum. Andegavi an. 1528. in 4. typis Richardi Picquet. Ejus *Comment. in 3. & 4. librum Senten. Scoti* habetur in Biblioth. Barberina ex illius Indice.

Lectura in 1. & 2. Sententiarum sub titulo: *Parvus Scotus Lavallensis*: idest Epitome 4. Sententiarum Scoti. Ibidem, ac eisdem typis, & Compluti an. 1527. in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 355.

M M D C C C X L V. 1485.

MATURINUS QUADRATUS = Gallus provinciæ Franciæ, & Normandiæ, de quo Mauritius Hylaretus in sac. Ennead. Adv. hom. 25. asserit vocatum fuisse *Carrè* vulgo; nam *quarrè* gallice sonat

nat Latinis *quadratum*; sacræque Theologiæ Doctorem, & linguæ sanctæ, sive hebraicæ cultorem extitisse.

Homiliæ xx. in Joelem Prophetam cusæ sunt Parisiis an. 1582. in 8. typis Michaelis Sonnii, ut est apud Joan. a S. Anton. Rodulphius lib. 3. *Homilias in Joelem* tantum memorat; & Possevinus in Appar. sac. modo sub nomine *Maturini*, & modo *Martini*, ac loco 1582. habet 1587.

Homiliæ xxix. in Amos Prophetam. Ibidem an. 1587. in 8. typis eisdem.

Homiliæ xxi. in Malachiam Prophetam. Ibidem 1575. in 8. apud Sebastianum Nivellium.

MMDCCCXLVI.

MAURELIUS BACILERIUS Ferrariensis in vico *Ficaroli*, latine *Ficeti*, xii. ab urbe lapide sito natus Ord. Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, liberalibusque disciplinis eruditus an. 1633. Veronæ apud suos *Regentis* munere functus Philosophiam docuit testimonio Aug. Superbi tunc scribentis Historiam Conventus S. Francisci Ferrariæ, quæ ms. servatur: ediditque vulgari sermone

Orationem in funere P. M. Valentini Mandoli Ferrarien. Ordinis Carmelit. Vicarii Gen., & in patrio Gymnasio Theologiæ primarii Lectoris. Ferrariæ anno 1640. per Joseph Gironum in 4.

Atestæ an. 1644. die 5. Maji, postquam in majori illius oppidi Ecclesia *quadragesimales conciones* habuisset, decimo post die ex venefica febri ætatis suæ an. 38. decessit, humatus ibi in Ecclesia sui Ordinis ex Monumentis Tabularii sui Conventus; quod autem *Oratio* vulgata fuerit sub nomine *Maurelii Moncatini*, crediderim factum forsan, quod in eam patritiam familiam cooptatus fuerat.

MMDCCCXLVII. 1486.

MAURITIUS CENTINUS = provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor insignis, & ecclesiastes suo tempore clarus; humanioribus enim literis, in primisque poësi satis excultum testantur ejus *carmina* potissimum ea, quæ latine præfixa leguntur libro *Epigrammatum Sacrorum* Co: Galeatii Gualengui Ferrar. an. 1623. cuso, nec non *Decachordo spirit*. Aug. Superbi an. 1620. impresso. Fuit Ferrariæ in Gymnasio primum publicus Metaphysices an. 1612., deinde an. 1618. Theologiæ Professor, ibidemque S. Officii Consultor ex autore coævo Aug. Superbo in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. pag. 99.; postmodum ab Urbano VIII. an. 1626. Episcopus Massæ Lubrensis in Picentinis assumptus, inde anno 1632. ad Miletensem in Calabria Ecclesiam translatus magna & populorum ædificatione, & Ecclesiæ utriusque beneficio, atque incremento gubernavit usque ad annum 1640., quo ex hac vita decessit, ut refert Ughellus Ital. sac. to. 1. & 6., cum jam scripsisset

De laudibus Polesii Montis Asculani carmen. Bononiæ 1618. in 4. typis Sebastiani Bonomii ad Marchionem Camillum Gualengum Ferrarien.

Epigrammatum sacrorum lib. 1., quorum meminit cit. Superbus, & Theulus.

De Immortalitate lib. 1. Hujus non meminit Franchinus num. 268.

Æneas sacra ad Novenam italico sermone ex Theulo in Triumpho Seraph., ac Franchino.

Conciones in Adventu Domini italico itidem sermone ad Felicem Card. Centinum autoris patruum. Messanæ an. 1633. in 4. typis Joan. Francisci Blanci.

De Incarnatione Dominica, & de Sacramentis Opus Theologicum ad Petrum Mariam Card. Burghesium. Messanæ an. 1637. in fol. eisdem typis; quorum Opus *de Incarnatione* sæpe citat Bonav. Bellutus in suo *de Incarnatione Verbi Dei* libro; *de Sacramentis in genere, de Baptismo, & de Confirmatione* eruditissimas, & doctissimas edidisse *Disputationes* testatur ejus discipulus Modestus Gavatius in prælusione libri *de Eucharistiæ Sacramento*, quo in Opere non semel eum adducit, ejusque autoritate utitur. Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci plura ejus Opera mss. reperiuntur, videlicet

Disputationes Aristotelicæ in 8. Physicorum libros, fr. Mauritio Centino Asculano autore.

Liber 2. Metaphysices Fr. Mauritii Centini; itemque *Fr. Mauritii Centini Asculani Ordinis Minorum sac. Theologiæ Doctoris in Universitate Ferrariensi primæ Philosophiæ publici Interpretis, & in Franciscano Gymnasio Regentis prælusio, & interpretatio in 6. Metaphysices Aristotelis*: nec non *prælusio, atque interpretatio in 12. Metaphysices librum.*

Mauritii Centini Asculani in Universitate Ferrariensi publici sacræ Theologiæ Professoris in 2. Sententiarum prælusio, atque interpretatio: non extat autem, nisi *tractatus de Angelis, de actibus humanis, & de virtutibus.*

Disputationes in 3. Senten., autore Fr. Mauritio Centino Asculano; quæ tamen exscribentium, ut puto, discipulorum incuria habentur mutilæ, & interdum fragmenta tantum.

Constitutiones Synodales multifarias edidit, quas bis Massæ, & semel Mileti Antistes magno cum populi, tum Cleri usu præscripsisse tradit proxime memoratus Ughellus.

Patruum habuit ejusdem Instituti *Felicem Centinum* S.R.E. Cardinalem, & Episcopum Mileten. in Calabria, & Maceraten. in Piceno, de quo Matthæus Ferchius ejus discipulus in *Vita Jo: Scoti* prope finem ait: *Felix Centinus S.R.E. Cardinalis Asculanus doctrina, & moribus Urbi, & orbi notissimus, qui naturalium, & supernaturalium veritatum cognitione ditatus cum Scotica subtilitate tantam integritatem memoriæ sive natura, sive industria comparavit, ut integras Scoti, & Scotistarum columnas, mirandum relatu, adamussim in disputationibus ex tempore proferret.*

* MAURITIUS GAMBARINUS = V. infra *Mauritius a Morra.*

MMDCCCXLVIII. 1487.

MAURITIUS = senior *Hibernicus* ita dictus, quod pro ea provincia receptus fuerat, uti tunc fieri de nonnullis consueverat; nam Fr. Salimbene Parmen. in Chronico ms. pag. 308. eum vocat *Fr. Mauritium Lectorem de Pruinensi tractu natum*, additque an. 1248. secum fuisse *Provini* oppido regionis Briæ in provincia Campaniæ Gallicæ, seque ab eo invitatum ad sibi opitulandum in confectione Operis *Distinctionum* pro concionatoribus: anno 1275. constitutus est *Procurator* nationis Anglicanæ in Universitate Parisiensi a Simone Card. Presbytero tit. S. Cæciliæ, & Apostolicæ Sedis Legato ex Hist. Universitatis prædictæ sec. v. ad ann. 1275. pag. 411.

Summa Distinctionum de his, quæ in Scripturis sacris continentur incip. *A. Circa abjectionem nota* &c. (non *circa objectionem*, ut habet Rodulphius lib. 3.) extat ms. in plurimis Bibliothecis Galliarum, Angliæ, & Italiæ, ut legere est apud Oudinum to. 3. Comment. ad an. 1280. in *Mauritio Hi-*

Hibernico; quarum codices duo Regiæ Galliarum Bibliothecæ n. 4285., & 5674. hunc titulum ferunt: *Fratris Mauritii de Ordine Fratrum Minorum Distinctiones mille centum underim ordine alphabetico disposita*: incip. *A. Circa abjectionem nota, qualiter in Scriptura sumitur* &c. Mss. habentur etiam in Anglica Biblioth. Bodlej cod. 5., & in Murbacen. diœces. Basileen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1190. *Fratris Mauritii Distinctiones rerum ordine alphabetico* mss. in Biblioth. Gemmaticensi ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1212. *Dictionarium sacrum morale per Fratrem Mauritium* ms. in Biblioth. SS. Sergii, & Bacchi ex eod. pag. 1219., quod puto idem Opus; sicut & *Divisiones Mauritii super omnia fere nomina*, quod ms. habetur in Biblioth. Claromont. ex Catalogo eodem pag. 1264. Sunt hæ *Distinctiones* vocabulorum sacræ Scripturæ expositiones secundum triplicem, vel quadruplicem sensum, quo in sacris literis sumuntur, alphabetico ordine dispositæ pro concionatoribus illorum temporum admodum utiles: suntque sub litt. *A. distinctiones* 89., in qualibet autem literarum sequentium sæpius plures sunt; quod decepit nonnullos, ut existimarint, omnes has distinctiones esse 89., ut Possevinum, eique subscribentem Waddingum. Ceterum hoc Opus apparet, vel ab autore, vel ab alio interpolatum non semel fuisse: nam Asisii in nostra Conventus S. Francisci Bibliotheca, vel Tabulario mss. pergam. in 4. extant *Mauritii Distinctiones* num. 362. incipientes: *Abjicere. Est enim abjectio multiplex* &c.; finientes vero in themate *zelus*, verbisque: *in sententia judicialis definitione*. Ibidem alius codex ms. pergam. in 4. habetur non parum diversus a superiori incipiens: *Circa abjectionem vero qualiter in Scriptura sumi, qualiter dividi, & quæ abjicienda vobis ostendam. Circa primum nota* &c.; dividiturque in 732. distinctiones, vel themata, & finit in themate *zona*: *zona aurea* &c. In veteri vero hujus Conventus Bibliothecæ Inventario an. 1381. innovato 2. solario orient. notatur olim extasse *Fratris Mauritii Ord. Minorum Distinctiones* incip. *Abjectio*, & finientes: *homo toties moritur, quoties amittit suos*.

Mauritii Distinctiones citat, & adducit antiquus autor Petrus Berchorius Gallus in suo *Repertorio* Morali par. 1. v. *benedicere*; & Guido Bartholucclus Asisias Min. Conv. Theologus elaboravit *Comment. in Scriptum Mauritii de Distinctionibus*, inquit Jacobillus in Scriptor. Umbris; reapse tamen non *Commentarium*, sed partem tantummodo, nempe usque ad thema sub lit. E, vulgari curavit, & cum errore adjudicavit juniori Mauritio de Portu Fildæo, qui anno 1508., vel 1509. factus fuit Archiepiscopus Tuamensis, & sub titulo *Dictionarii sacræ Scripturæ* emisit Venetiis anno 1603. in fol. per Franciscos Mathæo Zane Patriarchæ Veneto dicati. De eo Bulæus in Hist. & Catalogo illustrium Academicor. Universit. Parisiensis.

Jac. Echard. to. 1. Scriptor. Ord. Præd. pag. 484. in *F. Mauritio* tentavit hunc autorem suis accensere ex Antonio Lusitano, aliisque nonnullis sui Ordinis scriptoribus cum Pitseo, sed omnibus recentibus; affert tamen plures codices mss. solum nomen *Mauritii* referentes, unum Anglicum in Bibliothecis Anglicanis to. 1. par. 3. num. 1977. habere *de Ordine Fratrum Minorum*, alterum Venetum apud Thomasinum in Biblioth. mss. Ven. *Ord. Prædicat.*; fateturque nescire se, an manu secunda, seu recenti in hoc secundo scriptum fuerit, quod sine dubio est; nam addit extare Parisiis alium cod. ms. in Biblioth. Collegii Navarrici membr. in fol. medii seculi circiter XIV. habentem: *Expliciunt Distinctiones fratris Mauritii Belvacensis Ordinis Minorum*: ubi vox *Belvacensis* forsan corrupta est, vel eo in Conventu Gallico moram diu iste traxit.

* MAURITIUS HIBERNICUS JUNIOR = V. *Mauritius de Portu Fildæus*.

MMDCCCXLIX. 1488.

MAURITIUS HYLARETUS = edidit etiam gallico idiomate

Opusculum de non ineundo a Catholicis cum hæreticis mulieribus conjugio, quod ipsemet citat in sac. Ennead. Adv. homil. 36., & ult. cap. 1. De eo Possevinus in Appar. sac., a quo Waddingus accepit, Bartholomæus Laurentius in indice AA., qui de Prædicat. S. Jacobi in Hispania scripserunt, Carolus Sauseyo lib. 16. Annal. Eccles. Aurelian. num. 9., & alibi, & post hos Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCL. 1489.

MAURITIUS DE MORRA = *Gambarinus* cognomento ex Morra Astensis diœcesis oppido Theologus, & concionator verbi Dei non ignobilis, hæreticorum vero acer oppugnator a Clemente VIII. Tononensi in Sabaudia Catholicæ Missioni præfectus est, ut habet And. Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., de quo legendus etiam Dionysius Genuen. in Biblioth. Capuccinor., ubi scribit obiisse eum devotissime an. 1613.

Catechismus, seu doctrina christiana cusa est etiam anno 1607. Præterea scripsit

Commentarios in 4. libros Sententiarum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ ab eodem explicatos Genuæ in Conventu S. Barnabæ an. 1595., qui mss. habentur in Biblioth. Conventus Immacul. Concept. Capuccinor.

MMDCCCLI. 1490.

MAURITIUS DE PORTU FILDÆUS = anno 1488. constitutus Mediolani Studiorum sui Ordinis Regens legitur in Actis ms. Capituli Gen. Cremonæ habiti; & anno 1491. Regens Patavii ex Actis Capituli Gen. Asisii eo anno a Ministro Generali Francisco Samsone convocati, præceptorque fuit præ ceteris *Hieronymi Gadii* Philosophi, Theologique præstantissimi. Præcipuum autem ejus Opus est

Expositio in Quæstiones Dialecticas Jo: Scoti super Porphyrium incipiens: *Quia intentio præsentis lucubrationis* &c. facta *Patavii*, dum ordinarie sacram Thelogiam profiteretur; finita vero *Ferrariæ* die 27. Augusti 1499., uti legitur in fine codicis nostræ Biblioth. Bononien impressi Venetiis an. 1519. in fol. per HH. Octaviani Scoti, & antea anno 1500. per Simonem de Luere.

Commentarios alios super Quæstiones præfatas Universalium Scoti se edidisse legimus in epistola ad lectorem superiori *Expositioni* præfixa, ubi hæc habentur: *Commentarii nostri, quos super Quæstiones Joannis Scoti superioribus annis emisimus, enimvero non fuissent tot exemplis editi, nisi me Xantus Maurus Venetæ Reipublicæ ornamentum, ac omnium virtutum specimen impulisset: is quidem me ut præceptorem veneratur* &c. *Illi itaque labores nostros* (*ut so-*

sole clarius patet) *dedicnvimus. Nunc autem quoniam omnibus quoad fieere posse satis exoptamus, alios Commentarios super eamdem Lectionem exaravmus; non quod eorum jam impressorum me nutorem extitisse pænitrat* &c; *verum quin pinguiorem sapiunt doctrinam*... Et paulo post: *Suscipe igitur, Lector, & has, & illas accuratissimas lucubrationes in unum collettas* &c.

Epithomata, seu castigationes in theoremnta Scoti: nec non *in ejusdem tractatum de primo principio*: &

Castigationes in quæstiones Metaphysicales Scoti ad Antonium Trombettam *Theologorum maximum* ejusdem Instituti curæ in fine præfatorum Scoti Operum Venetiis an. 1497. in fol. per Bonetum Locatellum, mox anno 1499. in 4.; exinde an. 1625. in fol. cura Hugonis Cavelli; tandem Lugduni an. 1639. in nova Operum Scoti editione operâ PP. Hibernensium to. 3., & 4. in fol.

Epitomata ejus in Formalitates Scoti cudi curavit Lucas Panetius Olchinensis ejus discipulus cum aliorum in easdem *Scoti formalitates* animadversionibus Venetiis an. 1514., & 1522. in fol. per Lucam Anto. Juntam.

Universam Scoti Logicam notis illustratam; nec non *Librum Anton. Andreæ super sex principiis Gilberti Porretani* vulgavit Venetiis an. 1508. in fol. per Bonetum Locatellum; iterumque anno 1519.

Tractatum de modis significandi, seu Grammaticam speculativam Scoti recognitam emisit ad calcem suæ *Expositionis super Universalia Scoti* proxime relatæ.

De definitionibus Formalitatum Scoti Opusculum prodiit Parisiis 1605. in 8. in Gymnasio Speculativo Aug. Gothutii clas. 4.

Libros 4. Sententiarum scripti Oxoniensis Scoti castigatos edi curavit Venetiis an. 1506. in fol. typis Simonis de Luere.

Reportata Scoti non a *Mauritio* recognita sunt, sed a *Joanne Majori* Scoto Doctore Parisiensi; decepit enim Waddingum Possevinus in Appar. sac. v. *Mauritius Hibernicus*.

Expositionem Antonii Andreæ in Metaphys. Aristotelis castigavit, notisque illustratam primus sub nomine *Joan. Scoti* publicavit Venetiis anno 1501. in fol. per Bonetum Locatellum, de qua dictum est supra in *Joanne Duns Scoto*.

Comment. Francisci Mayroni in 4. Sententiarum libros, ejusque Quolibeta expurgavit, vulgavitque Venetiis anno 1504.; & postea ibidem prodierunt an. 1519. in fol. per Lucam Antonium.

Tractatum Stephani Brulefer de Formalitatibus Scoti castigavit, & novis additionibus illustravit, vulgavitque Venetiis an. 1505. in fol., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 358.

Dictionarium sacræ Scripturæ a Guidone Bartholuccio Asisiate tunc Venetiis *Casuum Conscientiæ publico Professore* an. 1603. vulgatum, & huic *Mauritio* perperam adjudicatum, est pars *Summæ Distinctionum* senioris Mauritii Hibernici, cum incipiat: *Abjectio. Circa abjectionem nota, qualiter in Scriptura sumatur*: quod est initium *Summæ Distinctionum* juxta veteres mss. codices a me inspectos.

Librum Distinctionum, quem nunc dixi pertinere ad antiquiorem *Mauritium Hibernicum*, de quo supra, Rodulphius primùm lib. 3. *Mauritio* juniori adjudicavit.

Compendium veritatum 4. librorum Magistri Senten. versu exametro non prorsus leonino dicitur ab eo recollectum, & castigatum, non autem compositum, idque anno 1505. Patavii, dum ibi lectiones Mauritius haberet; incipit: *Veteris, ac novæ legis* &c. *Res, & signa* (rei) *sunt doctrinæ duo membra*: *Rem voco nil signans*: *Signum rem significantem*. Prodiit Venetiis an. 1505. in 4. typis Simonis de Luere ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 358., & to. 3. pag. 11. Biblioth. Francisc.

Enchiridion fidei prodiit Venetiis expensis Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum in 4., non an. 1591., ut ait Waddingus, & Joan. a S. Anton., neque 1541., ut Franchinus in Biblios. num. 269., non advertentes *Octavianum Scotum*, cujus sumptibus Opus editum est, jam an. 1515. obiisse; sed an. 1509., ut etiam habet Possevinus in Appar. sac., die 23. Novembris ex cod. Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum Romæ, ubi Mauritius jam dicitur *Archiepiscopus Tuamensis*; unde liquet assumptum eum ad eam dignitatem ante annum 1510.; nec est Opus diversum ab *Epitomatis de rerum contingentia, & divina prædestinatione, ac præscientia*, ut putavit Joan. a S. Anton.

Interfuit *Mauritius* Lateranen. Concilio an. 1512., annoque insequenti ex hac vita migravit *Galviæ*, vulgo *Galovai*, nobili Hiberniæ portu, Emporioque ad Occidentem insulæ Taumensis diœcesis.

MMDCCCLII.

MAURITIUS SERRALIA a Monteregali, vel Montevico, vulgo *Mondovì* in Subalpinis, ac Pedemontana regione Regul. Observ. edidit

Compendium Summæ Angelicæ. Cunei an. 1628. per Christophorum Strabellam, teste Andrea Rossotto in Syllabo Script. Pedemont., a quo Joan a S. Anton. to. 2. pag. 358.

Alius *Mauritius Pinaroliensis* ejusdem regionis Min. Conv. sac. Theol. Magister eodem tempore invenitur bonis literis excultus, ejusque *versus latini* leguntur in fronte primæ partis *Summæ Theologicæ* ab Angelo Wulpes editæ, & Neapoli anno 1620. excusæ.

MMDCCCLIII.

MAURUS NOLANUS provinciæ Neapolitanæ Regularis Observ. edidit italico sermone dilucidam

Expositionem Orationis Dominicæ: Neapoli anno 1610. typis Joan. Dominici Roncaglioli, teste Joan. a S. Anton. in Append.

MMDCCCLIV.

MAURUS SARACENUS Forosemproniensis Picenæ provinciæ Min. Conv. Ordinem ingressus ætatis suæ anno XIII., salutis vero reparatæ 1553., quippe ex nobili familia natus anno 1540.; optimos sortitus est præceptores, sub quibus ita profecit, ut an. 1559. Asisii in Generalibus Comitiis Ordinis annos natus XIX. *Theses* 738. problematice doctissimorum quorumcumque usque ad stuporem propugnaverit. Rectis exinde Florentino, Mediolanensi, Bononiensi, Neapolitano, Patavinoque Gymnasiis maxima cum laude, an. 1578. eligitur Gen. Ordinis Procurator; plurimis enim callebat linguis, ut gallice, hispanice, germanice, & polonice concionaretur; latine vero, græce, hebraice, chaldaice, & arabice disputaret. Ex disciplinis paucas omisit, quas saltem non delibasset; artem dicendi, poësim, Algebram, & Opticam, Geometriam, Astronomiam, Musicam, & Medicinam apri-

prime tenebat. Hinc Vicarius Gen. an.1580., paulo post Visitator Gen. provinciarum Siciliæ, & Gallicarum an. 1583. Parisios deventus constituitur illa in Universitate *Sacræ Scripturæ Lector* lingua hebraica, ubi & *Magni Concilatoris* nomen acquisivit. Inde ad Polonos, Lithuanosque transiens Wilnæ supra hominem labores sufferre coactus est cum instruendis Catholicis, tum confutandis hæreticis, quibus civitas haud parum laborabat; quorum pluribus, illorum vel signifero ad Romanam, Catholicamque Ecclesiam adductis, interim sæviente peste, dum omnibus in Xenodochiis opem ægris ferret, Sacramenta administraret, omnibus omnia esse vellet, meritis, virtutibusque plenus ad Deum emigravit die 22. Octobris an.1588. ætatis suæ 48. ibi nobili elatus funere, & apud suos humatus, illustri ei apposito *epitaphio*. Plurima scripsit vir undequaque doctissimus tam brevi temporis spatio, tantisque occupationibus, ut vix eredi possit: Sunt autem

Concilium Theologorum in primum, & 2. Senten. lib. ad M. Ant. Columnam Siciliæ Proregem: extatque Romæ in Biblioth. Columnensi.

Expositio in primum Sententiarum publice habita Neapoli.

Altera Expositio in 1. Senten. Scoti habita Vilnæ in Lithuania apud suos.

Compendium totius Theologiæ.

Tractatus de scientia demonstrativa. Item *Quæstiones Rhetoricæ*.

In octo libros de physico auditu.

Tractatus physicus de iis, quæ fiunt in aere, mineralibus, & mari; fluxu, refluxu, salsedine &c.

Compendium physicum in tria Commentaria distinctum; in quorum primo agitur de causis rerum naturalium; in 2. de effectibus naturalibus generatim; in 3. de corporibus naturalibus, & speciatim de cœlo, elementis, mixtis &c. impress. Lutetiæ Paris. an. 1586. apud Jacobum de Puis in 4.

Tractatus philosophicus de anima.

In 12. libros Metaphysicorum.

Philosophia moralis.

De modo conciliandi opiniones diversas tam in Philosophia, quam in Theologia.

De modo interpretandi sacram Scripturam.

Quæstiones scripturales in sex prima capita Genesis.

Centum quæstiones in librum Job.

Expositio in canticum Moysis.

Expositiones supra viginitduos psalmos.

Moralitates in Psalterium Davidis.

Expositio in Oseam Prophetam.

Glossemata in Evangelium Joannis.

Opus varium PERIPETASMATON inscriptum.

De autoritate Summi Pontificis.

De hæresibus cognoscendi, & distinguendis.

Conciones quadragesimales italico sermone.

Homiliæ tres habitæ Romæ coram Gregorio XIII.; quarum eam Dominica 2. Adventus an. 1580. recitatam; ob quam Maurus male audiit, vulgatam legimus apud Franchinum in Biblios. num. 270. pag. 481.

Apologetica epistola oblonga pro dicta sua Homilia legitur fere integra apud cit. Franchinum pag. 488. & seqq.; apud quem & plura de hoc viro legi possunt; scirique hujus Opera recensita partim haberi Forosempronii in Tabulario ipsius urbis mss., partim vero alibi apud diversos. Mentionem hujus habet & Rodulphius lib. 2. fol. 258. in Custodia Fanensi; locoque Forosempronii, & Aug. Superbus sæpecitatus in ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Min. pag. 137. append., & Jacobus Laurus in Hist. Forosempron. an. 1635. Romæ publicata, qui Maurum vocat Ord. Min. Convent. singulare decus, suique temporis Theologorum omnium præstantissimum, prædicatorem Apostolicum, Operibus editis, & mss. abunde notum; eumque Wilnæ defunctum magna sanctitatis fama, luminibus etiam, votisque populorum veneratum.

MMDCCCLV. 1491.

MAURUS DE VALENTIA = Hispanus Minor. Capuccinor. provinciæ Valentinæ alumnus, concionator Regius, ac magni nominis, sacræque Theologiæ professor egregius vulgavit hispanice

Sermones varios de Sanctis, & præcipue de SS. Teresia, Ignatio Loyola, Francisco Xaverio, Philippo, & Isidoro a Gregorio XV. canonizatis. Matriti an. 1625.

Orationem funebrem pro Serenissima Domina Margarita Austriæ. Ibid. an. 1626.

Panegyricam orationem de S. Teresia a Iesu. Ibidem an. 1627. in 4. ex Typographia Regia.

Conciones quadragesimales. Ibidem an. 1637.

Obiit in patria anno 1637. die 24. Januarii, de quo præ ceteris autor Bibliothecæ Capuccinor., & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 359.

MMDCCCLVI. 1492.

MAXIMIANUS BENIAMUS = non *Maximilianus Beniaminus*, ex oppido Cotonei in agro Laudensi natus, & Cœnobio Cremensi Min. Convent. provinciæ Mediolan. aggregatus Patavii præceptorem sortitus Hieronymum Girellum ejusdem Instituti Philosophum, Theologumque præstantissimum, cui vita functo Patavii elegantem, lapideamque memoriam erexit; eos doctrinæ fructus reportavit, ut brevi sacræ Theologiæ Doctor, & ecclesiastes illustris haberetur; Bononiensis provinciæ præfecturam gesserit; contra hæreticam pravitatem non in Tuscia, sed Adriæ primùm, postea Patavii Inquisitor extiterit; quo munere interfuit Tridentino Concilio uti *Orator Religionis* ex catalogo dicti Concilii; in quo anno 1561. pro concione dixit; typisque extat ejus

Oratio habita ad Patres Concilii Tridentini in Dominica 2. Adventus incip. *Quam bene sperandum &c., de summa Dei benignitate, & providentia* impres. Patavii an. 1562. in 4. per Gratiosum Perchacinum ex Ind. Biblioth. Bononien. S. Francisci; deinde Lovanii an. 1567. in fol. cum illis aliorum ex Miræo in Auct. Script. Eccles. sec. xvi. n. 76.

Anno 1585. creatus Episcopus Clodiensis ibi decessit an. 1601. die 10. Martii ex Ughello to. 5. Ital. sac.; de eoque & Rodulphius egit lib. 2. fol. 273. in Cust. Brixien., Ant. Guerrescus in Summa Pœnit. die 3. pag. 22., Marcus Scarsella epist. Summæ casuum conscien. præmissa, Felix Ciatti, & Franchinus in Biblios. num. 266., & ante omnes Rodulphius lib. 3. fol. 329., & nuper Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCLVII. 1493.

MAXIMILIANUS LENGLEZ = Belga Recollectus prov. Flandriæ Minister sermone patrio vulgavit

Scholam B. Mariæ Virginis. Montibus an. 1636. in 8. apud Franciscum de Waude.

Materialia consilia Virginis Mariæ sub tit. *Boni Consilii* honoratæ an. 1652. in 16. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 360.

MMDCCCLVIII.

MMDCCCLVIII. 1494.
MAXIMILIANUS VOLATERRANUS = *Maximianus* dicitur a Rodulphio lib. 3., a quo alii acceperunt.

MMDCCCLIX.
MAXIMUS DE GUECHEN Gallus prov. Lugdunen. Min. Capuccin. Geometricis facultatibus excellens jussu sui Superioris delineavit, & sculpsit

Geographicam descriptionem omnium Provinciarum, & Conventuum Familiæ Capuccinorum secundum veram illorum distantiam, servata etiam climatum constitutione. Romæ anno 1643. in fol., & Taurini an. 1649., teste autore Biblioth. Capuccinor., & ex eo Joan. a S. Anton., & mirum esse potest, Waddingum tunc Romæ degentem, & scribentem istum latuisse, aut omisisse.

MMDCCCLX.
MAYNARDI Ordinis Minorum Summa de jure Canonicorum ms. extat in Gallica Biblioth. Franciscanorum Cadoment. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1364., ubi legendum puto *de jure Canonico*. Porro *Cadomet*, vulgo *Caen* est in Normannia inter Rothomagum, & Bajocas non procul ab hac secunda, teste Baudrand in Diction. Geograph.

MMDCCCLXI.
MELCHIOR AB ANGELIS Hispanus edidit sermone vernaculo

Conciones varias; ejusque *Sermo de fide* citatur a Fr. Anton. Daza apud Petrum de Alva col. 1043. Militiæ univ., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCLXII. 1495.
MELCHIOR ANTUERPIENSIS = de quo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1342. num. 49., Lassor to. 2. pag. 423.

MMDCCCLXIII. 1496.
MELCHIOR DE CETINA = scripsit hispanice ad Margaritam Austriacam Hispaniarum Reginam; qua lingua edidit etiam

Exhortationem ad devotionem Dominæ nostræ V. Mariæ cum nonnullis exercitiis devotis in gratiam Servorum ejusdem Virg. Mariæ cum ejus Litaniis specialibus. Compluti 1618. in 8. typis Viduæ And. Sanchez de Ezpeleta ex Biblioth. Hispan. pag. 98., & Joan. a S. Anton.

MMDCCCLXIV. 1497.
MELCHIOR FLAVIUS = ex illustri familia Tolosana; factus est *Commissarius Generalis* Germaniæ superioris a Joan. Calvo Gen. Ministro Observ. Regul., quemadmodum scribit Franciscus Gonzaga par. 3., ubi non dubitavit literis tradere, eum sanctimonia vitæ fulsisse, ac prophetiæ spiritu decessisse in patria in Conventu S. Mariæ Angelorum humatum prope *Oliverii Maillardi* tumulum signis etiam a Deo illustratum.

De regno Christi &c. prodiit primùm Parisiis an. 1566. in 4. m. apud Petrum Huiller hoc tit. *Epitome omnium Christi mysteriorum, & Summa totius sacræ Scripturæ*, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Resolutiones in 4. libros Senten. Scoti vulgavit primum Fr. *Joan. Forsanus* Minorita sac. Theologiæ Parisiis studens an. 1579. in 8. Arnoldo Pontaco Episcopo Vasatensi nuncupatas typis Guillelmi de la Noüe; postea *Salvator Bartholuccius* Asisias Min. Conv. Venetiis an. 1580. in 8. apud Hil. Sessæ cum ipsis Scoti libris in 4. Sentent.; extat utraque editio Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

De statu animarum post mortem tractatus prodiit postea Duaci an. 1606. in 12. typis Caroli Boscar tit. *De animabus separatis, & in Purgatorio existentibus* cum *variis sermonibus funebribus*, teste cit. Joan. a S. Anton., qui male putavit, esse *duos tractatus*.

Libros de orbis terræ concordia scripsit, vulgavitque Basileæ an. 1570. circiter, qui paulo post italice facti prodierunt in Italia, ut ipsemet autor in quæst. 2. prologi *Resolutionum lib. Senten.* narrat his verbis: *Quo vero anno typos primus in Gallia exposui, erat ab ortu Mahumedis 997.* (hic autem natus asseritur anno Christi 570. juxta Georgium Elmacinum Hist. Sarac.) *Cum autem scripsi libros de orbis terræ concordia, in quorum secundo Alcoranum ex Alcorano arabice discusso refutavi, armaque idem facere volentibus, & Christum, Evangeliumque ex ipso Alcorano prædicare cupientibus suppeditavi in calce libri, contigit & publice Basileæ prodire, & millesimum annum a Mahumede nato currere*: (subde an. 1570.) *Paulo post prodiit lingua vulgari in Italia; quibus editionibus inter exoticas (hoc est inter extraneas, seu alterius gentis) doctrinas orbis Christianus nihil majus, aut utilius habet, quamvis secus multis videatur, & ex arabicis adhuc multa in versione desiderentur*. Quæ tamen verba in 2. Bartholucci editione frustra quæruntur: cum ille ea tantum, quæ ex Scoto sunt, edere voluerit; hæc vero sint autoris *Resolutionum* additamenta.

MMDCCCLXV. 1498.
MELCHIOR FRIZOLIUS = Min. Conv. sac. Theolog. Magister edidit tria scripta, videlicet

In Psalmos; *de Anima*; & *de Angelis*: ut innuit de eo versus:

.... tria Scripta peregi
Psalmorum; ac Animæ; Spirituumque simul:

Quorum illud tantummodo *de anima* vulgatum extat; non enim duplex est Opus *de Anima* libri tres, & *tractatus de Animo* per modum dialogi, ut putavit Waddingus, & ex eo Joan. a S. Anton.; sed unum, idemque Opus; nam *tractatus de Anima* ad modum dialogi dividitur in tres libros; quorum in primo agitur de anima corpori conjuncta; in secundo de anima separata a corpore; in 3. de prædestinatione, & reprobatione animæ: mittiturque ad Ludovicum Mariam Mediolan. Ducem. In fine vero Operis legitur: *Actum Janue in Sancto Francisco anno Dominicæ Incarnationis 1498. Frater Melchior de Parma Ord. Min. Convent. sacræ Theologiæ Professor indignus compilavit, & scripsit. Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pacchel anno Domini* MCCCCLXXXXIX. *die* XXIX. *Augusti* in fol. Postea recusum est Venetiis an. 1537. in 8. per Bernardinum de Viano de Lexona Vercellen., & an. 1538. Bononiæ in 8. per Vincentium Bonardum Parmen., & M. Antonium Carpen. cura, atque opera *Fr. Raphaelis de Nobilibus* Bononien. Reg. Observ. castigatum; quas editiones vidi apud nostros Bononiæ, & Ferrariæ.

Agit de eo Rodulphius lib. 3., ex quo primus *Epitaphii* versus apud Waddingum, & Joan. a S. Anton. ita corrigendus est:

Stigmiferi normam, gens Frixola, Melchio nomen.

De eo & Jacobus Longus pag. 734. Biblioth. sacræ.

MMDCCCLXVI.
MELCHIOR DE GRATIA *Sotelo* illustris progenie, vitæque sanctimonia, primùm provinciæ S. Gabrielis alumnus, tum provinciæ S. Gabrielis Di-

scalceator, aggregatus veram sapientiam sacris revelationibus assecutus scripsit

De mortificatione membrorum sacris vulneribus Salvatoris correspondente, ut ipse a D. N. J. C. crucifixo didicit.

Tractatus breves de oratione mentali typis, ut ajunt, datos, quorum meminit Martinus a S. Joseph lib. 2. Chronic. cap. 21., & Jo: a S. Maria lib. 2. Chronic. cap. 31.

Obiit Matriti cantantibus Angelis, in Ecclesia S. Bernardini sepultus, cujus corpus post aliquot annos integrum repertum fuisse ferunt ex Chron. provinciar. S. Gabrielis, & S. Pauli to. 1. lib. 2. cap. 20. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 362.

M M D C C C L X V I I. 1499.

MELCHIOR HUELAMUS =

Discursus prædicabiles super Ant. Salve Regina. Conchæ 1601. in 4. apud Cornelium Bodan; cum *Discursibus de Nativitate Virginis, de S. Patre Francisco, & de Defunctis*,

Discursus spirituales, & prædicabiles considerationes ex cæremoniis, & mysteriis Missæ deprompta. Conchæ 1595. in 4.; postea Barcinone 1597. in 4. apud Sebastianum Cormellas, mox auctiores multo Conchæ 1600. in 4. typis Michaelis Serrani, & 1604. in 4. m. apud Ludovicum Garcial Canum; & ad ejus calcem extat

Epitome xx. discursuum prædicabilium super mysteria Missæ cum elencho sermonum, cujus egit Haroldus in *Additionibus* mss. ad librum Waddingi de Scriptor. Ord. Min., teste autore Biblioth. Hispan. pag. 99.

M M D C C C L X V I I I. 1500.

MELCHIOR DE JEBRA = forsan *de Hierba*, de quo Alphonsus Villegas in Appar. ad 3. par. Flor. SS. apud Chron. S.Francisci; Reg. Observ. provinciæ Castellæ, Monasterii B. V. Monialium Discalceat. Matriti a sacris Confessionibus, Guardianus Complutensis, ac Definitor vir magnæ puritatis scripsit hispano idiomate librum titulo partim latino, partim hispano

Refugium infirmorum pro juvandis infirmis, & moribundis. Matriti 1596. in 8. apud Ludovicum Sanchez; & antea ibidem an. 1592. ex Wadd., in 4., & 1593. in 8. Opus tripartitum.

Tractatum de passione Christi eodem idiomate ex Ludovico Rebolledo in Catalogo Scriptor. Franciscanor. apud autorem Biblioth. Hispan. pag. 99.

Expositio alphabeti religiosi S. Bonaventuræ extat ad calcem *Refugii infirmorum* edit. Matriten. an. 1592.

Obiit Toleti an. 1586.; ejusque Acta descripsit Fr. Eusebius Gonzalez to. 6. Chronic. Ord. lib. 3. cap. 31.

M M D C C C L X I X. 1501.

MELCHIOR DE S. MARIA = Toletanus concionator in Cœnobio Conchensi S. Laurentii prov. S. Joseph edidit conciones sub tit.

Quadragesimale Discalceati. Conchæ an. 1635. in 4. apud Salvatorem de Viader: in prologo promisit *Adventuale cum Festivitatibus Sanctorum, ac Dominicarum usque ad Resurrectionem Domini occurrentium* ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C C C L X X.

MELCHIOR AB ORIOLANO Hispanus Ord. Capucein. prov. Valentiæ alumnus, Joannis vero Garciæ Episcopi Oriolensis germanus frater concionator Apostolicus, admirandæ humilitatis, abstinentiæ, & paupertatis scripsit

Sermones aliquot de Passione Domini, & de B. Virgine. Valentiæ 1610., teste autore Biblioth. Capuccinor. Hunc non habet Nicolaus Antonius.

Obiit in Cœnobio Albaydæ suæ provinciæ, in quo Guardianus erat, anno 1614. ex autore Biblioth. Valentinæ pag. 335. apud Joan. a S. Anton.

M M D C C C L X X I.

MELCHIOR DE RIOJA Hispanus scripsit lingua vernacula

Guia espiritual para examinar la conciencia. Leodii 1579. in 8. apud Gualterium Morberium, ut ex Thoma Tamajo refertur in Biblioth. Hispan. pag. 100. to. 2., & ex ea apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 363.

M M D C C C L X X I I.

MELITHON DE FONTAINE Belga sac. Theol. Doctor edidit

Concordiam plurium paradoxorum de B. Virgine, & aliu de ejus Immaculata Conceptione. Montibus an. 1645. in chartis expansis, teste Petro de Alva col. 1046. Militiæ univ., & ex eo Joan. a S. Anton.

M M D C C C L X X I I I.

MICHAEL DE AGIA Valentinus in Hispania in Guatemalensi Americæ provincia Reg. Observ. Theologus constitutus scripsit latine

De exhibendis auxiliis, sive de invocatione utriusque brachii. Matriti 1600. in 4. apud Ludovicum Sanchez.

Tratado, y pareceres sobre la cedula Real del servicio personal de los Indios. Limæ Peruanæ 1604. in fol. ex cit. Biblioth. Hispan. pag. 102., & ex Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C C C L X X I V.

MICHAEL DE AGUAJO prov. Castellæ Reg. Observ. cum studiis vacaret Compluti in Conventu S. Didaci, sub *Incogniti* nomine scripsit vernacula lingua

Contra supradicti Michaelis Agiensis de personali servitio Indorum tractatum ex Anton. Leonio in Bibl. Indica Occident. tit. xxt.; sed Fr. Petrus Salazar in Hist. provinciæ Castellæ Ord. Min. hunc vocat *Marcum de Aguajo*; additque scripsisse etiam

Historiam Indicam, &

Catechismum Indorum; ut habet & cit. Biblioth. Hispan. pag. 102. Joan. tamen a S. Anton. to. 2. pag. 363. putat, sentitque diversos fuisse *Marcum Aguado* ab hoc *Michaele Aguazo*, & Nicolaum Antonium confundere utrumque.

M M D C C C L X X V.

MICHAEL AB ANGELIS Lusitanus Discalc. provinciæ Arrabidorum descripsit ex autenticis monumentis jussu D. Sebastiani de Mattos Episcopi Albensia

Vitam Ven. Mariæ a Cruce Tertiariæ Franciscanæ, quæ Olivenzæ in territorio Albensi floruit anno 1635.; de qua, sicut & de hoc Michaele ejus Confessario ex Cardoso agit Arturus in Ginæceo die 1. Januarii §. 8., & Joan. a S. Anton. to. 2., qui Petrum de Alva carpit, quod huic attribuat librum

De vita evangelica, & apostolica Fr. Michaelis a Purificatione.

M M D C C C L X X V I. 1502.

MICHAEL ANGELUS DE ALMENARA = Reg. Observ. hispanice scripsit, vulgavitque typis Chrysostomi Garriz to. 2. in 4. ex cit. Biblioth. Hispan., & Joan. a S. Anton.

MMDCCCLXXVII.

MMDCCCLXXVII.

MICHAEL ANGELUS ARIMINENSIS prov. Bononien. Min. Capuccinor. tertiò Minister, Commissarius Generalis, ac Definitor, & in Curia Romana Ordinis Procurator, vir magnæ perfectionis elaboravit, sed non edidit morte præventus Bononiæ an. 1625.,

Tractatum, de electionibus Regularibus: & *Resolutiones Morales*, & *Regulares*, teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton.

MMDCCCLXXVIII. 1503.

MICHAEL ANGELUS DE BERGON = de quo agunt etiam Dionysius Genuensis in Bibliotheca Capuccinorum, & Joannes a S. Antonio to. 2. pag. 364.; sed ex Waddingo.

MMDCCCLXXIX.

MICHAEL ANGELUS CASSINA Mediolanensis Capuccinus, & concionatur haud ignobilis edidit vulgari lingua

Martyrium S. Caroli Borromæi, Orationem, quam die 4. Novemb. an. 1623. habuit in Majori Ecclesia Mediolanen., excusam typis Joan. Baptistæ Bidelli eodem anno, teste Joan. a S. Antòn. Vide Biblioth. Script. Capuccinor.

MMDCCCLXXX.

MICHAEL ANGELUS Catalanus a S. Mauro Tricaricen. diœcesis in Lucania oppido Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & concionator suo tempore clarus, rectis sui Ordini insignioribus Gymnasiis, aliisque muneribus functis anno 1647. Romæ in Comitiis electus est Generalis Minister, quo officio naviter, & egregie expleto an. 1660. ad *Ecclesiam* in Campania felici Ecclesiam promovetur, quam usque ad annum 1672., quo decessit, summa integritate rexit. Plura præstitit Assisii; Cœnobium *Rivitorti* pro 30. alumnis a fundamentis erexit cum eleganti Ecclesia subter complectente vetus tugurium omnium primum inhabitatum a B. Francisco, & sociis; Ecclesiæ sacri Conventus Assisien. sacram suppellectilem nobilem, divitem, & variam dono dedit; unde diebus 9. & 12. mensis Septembris fiunt ibi *anniversaria* pro ejus anima. Edidit idiomate hetrusco,

Admonitiones compositionis Religiosæ ex S. Bonaventura, decretis, & ordinationibus disciplinæ Regularis. Bononiæ an. 1647. in 4. typis Jacobi Monti; & Spoleti 1648. typis Arnazzini; & Maceratæ eodem anno typis Seraphini Paradisi cum *Decretis pro Studiorum directione*.

Epistolam encyclicam, pastoralem, quæ incip. *Quella divina destra* &c. Bononiæ eodem anno 1647. in 4. typis Joan. Baptistæ Ferroni. Extat Ferrariæ in Bibiloth. S. Francisci. Prodiit quoque Maceratæ cum superioribus *Admonitionibus* &c. an. 1648.

Sermones panegyricos sacros, tomus prim. Neapoli an. 1651. in 4. apud Robertum Mollem.

Eorumdem Sermonum to. 2. Ibidem anno 1671. in 4. apud Hieronymum Fasulum. Horum tantùm meminit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 365. ex Nicolao Toppio in Biblioth. Neapol.

Flumen terrestris Paradisi de antiqua forma vestis FF. Minor. a S. Francisco instituta sub nomine fratris sui *Doct. Nicolai Catalani* publicatum a P. M. *Iulio Anton. Catalano* ejusdem Institut., & oppidi. Florentiæ an. 1652. in 4. typis Amatoris Massi, sed ex Decr. sac. Congr. Indicis Libror. prohibetur. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 261. meminit hujus Operis editi a *Iulio Anton. Catalano a S. Mauro*.

Versus, & *carmina varia italica*, & *latina*. Romæ an. 1655. in 8. typis Ignatii Lazari cura Fr. *Felicis Rotundi*.

Cætera poetica, parte 2. vario metro, variisque de rebus. Opus vulgatum a D. Clemente de Alexandro Neapoli 1672. in 8. Extat Romæ in Biblioth. SS. XII. Apostolorum.

Tertiam partem metro latino tit. *Citharam maltisonam*, nempe *Divini amoris prodigia in Alverniæ vertice repræsentata in carne Seraphici Patris Francisci Assisiatis* libris 5. carmine heroico; postea sequuntur duo libri *epigrammatum*, quorum primus canit ortum, & vitam ejusdem S. Patris Francisci, alter vero variis de rebus. Ibidem. Habetur Romæ in eadem Bibliotheca.

De eo scripserunt Joan. Bapt. de Luca S. R. E. Cardinalis in Opere inscripto: *Il Religioso pratico* pag. 366., Toppius in Biblioth. Neapolit., & Franchinus in Biblios. n. 271., nec non Theulus in Triumpho Seraph.

MMDCCCLXXXI. 1504.

MICHAEL ANGELUS GUERETENSIS = al. de Gueren probitate vitæ præclarus, & mysticæ Theologiæ Doctor egregius.

Gressus animæ christianæ prodiit in 4.; antea vero ediderat Opus tit.

Pietas ægroti Christum sequentis in hortum, in prætorium, & *in montem Calvariæ*. Ambiani 1639. in 8. De eo Dionysius Genuensis, & Joan. a S. Anton. to. 2.

* MICHAEL ANGELUS A NEAPOLI = V. *Michael Angelus Vaginari* infra.

MMDCCCLXXXII. 1505.

MICHAEL ANGELUS A S. ROMULO = Reg. Observ., de quo Oldoinus in Athenæo Ligustico, & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMDCCCLXXXIII.

*MICHAEL ANGELUS ROTHOMAGENSIS Gallus, prov. Normanniæ Min. Capuccin. prædicator illustris, hæreticorum conversioni occupatus cum illis sæpissime disputavit, eorumque plurimos ad fidem catholicam convertit. Scripsit gallice duo volumina edita an. 1650. in 8. Rothomagi apud Jo: de Bouleger tit.

Agatha mystica cœlestis Pyrrhi continens controversias ad fidem catholicam spectantes; &

Veritas fidei catholicæ, teste autore Biblioth. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCLXXXIV. 1506.

MICHAEL ANGELUS SCOTUS = scripsit etiam

De redactione Ecclesiasticorum ad omnia in communi habenda, ut in primitiva Ecclesia; &

Lib. 1. *de virtutibus*, & *vitiis*, teste Joan. a Vacallo apud Joan. a S. Anton.

MMDCCCLXXXV. 1507.

MICHAEL ANGELUS TAPIN = Theologus gallice vulgavit

Rituale sacrarum Cærmoniarum &c. an. 1639.

Librum Officiorum &c. an. 1646. iisdem typis Ludovici, & Petri Miguet.

Methodum beae confitendi &c. Ibidem anno 1648. ex autore Biblioth. Capuccinor. pag. 254., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMDCCCLXXXVI.

MICHAEL ANGELUS VAGINARI Neapolitanus Reg. Observ. Lector emeritus, & a Secretis sui Ordinis, vir pius, & doctus, & inter suos variis

muneribus cohonestatus, quæ tam prudenter, feliciterque gessit, ut anno 1659. ad Juvenacensem in Apulia Sedem admotus fuerit ab Alexandro VII., eaque octennio magna morum integritate, & subditorum utilitate administrata, decessit Neapoli an. 1667., apud Ædem S. Mariæ novæ sui Ordinis tumulatus ex Ital. sac. Ughelli 2. edit. to. 2., cum edidisset

Chronologiam Historico-legalem Seraphici Ordinis Fratrum Minor. S. Francisci Capitulorum omnium, & Congregationum Generalium ab Ordinis exordio usque ad an. 1633., ac in ipsis editarum Constitutionum seriem complectentem cum cujuscumque Instituti sub tit. Fratrum Minorum descriptione. Neapoli to. 1. in fol. an. 1650. typis Camilli Cavalli; & hic tomus 1. continet ab exordio Ordinis usque ad annum 1443. Capitula, & Constitutiones Ordinis tantùm in Communitate, seu *Conventualium*: ab anno 1443. ad usque 1517. *Conventualium* simul, & *Observantinorum*: ab anno vero 1517. ad an. 1633. nonnisi *Observantinorum* Statuta. Alterum tomum, quem autor promisit, non vidi. Ejus etiam est

Asia Minor, seu *Status Fratrum Minorum in illa regione* lingua hispanica. Matriti an. 1654. in fol.; de eo Toppius in Biblioth. Neapolit.; & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 366. v. *Michael Angelus a Neapoli*.

M M D C C C L X X X V I I. 1508.

MICHAEL ANGELUS VENETUS = provinciæ Venetæ Minister, morum sanctitate clarus, & B. Virginis cultor eximius edidit

Regulam pro Confratribus Sodalitatis de Puritate B. V. a se institutæ, teste autore Biblioth. Capuccin. to. 2., & Petro de Alva col. 1050. Militiæ, qui dicit *Regulam pro Sodalitate Immaculatæ Conceptionis S. Laurentii in Damaso*.

Fasciculum Rosarum variarum exercitiorum spiritualium in 8.

Obiit Venetiis an. 1612., ejusque vitæ innocentia post obitum signis etiam a Deo illustrata fuit ex Boverio in Annal. Capuccin. to. 2., & ex eo Joan. a S. Anton.

Huic synchronus vixit alter *Fr. Michael Venetus Min. Observ. Theologus* memoratus in italico *tractatu de Interdicto Pauli V.* in Rempublicam Venetam anno 1606. a 7. Theologis composito, qui *præfationem* edidit anno 1620. 4. parti *Chronicorum* S. Francisci a Bartholomæo Cimarella descriptorum.

1509.

MICHAEL AROLANUS = V. *Michael Avellan.*

M M D C C C L X X X V I I I. 1510.

MICHAEL ASCENSIUS = Reg. Observ., cujus Opus prodiit apud Petrum Cabarte 1621., & 1628. in 8. ex Joan. a S. Anton., Petro de Alva in Militia, & Nicolao Anton.

M M D C C C L X X X I X.

MICHAEL AVELLANUS Hispanus prov. Carthaginen. Reg. Observ. sac. Theologiæ Lector, & a Confessionibus V. *Margaritæ a Cruce* Austriacæ edidit

Declamationem in solemniis urbis Granatensis pro epithalamio Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ. Granatæ anno 1616. in 4. Collegit quoque, edidítque

Glossas, & carmina varia in laudem ejusdem Immaculatæ Conceptionis vernacule. Malacæ primo, deinde Hispali 1615. in 4. typis Alphonsi Rodriguez Gamarra: Waddingus ait Hispali 1617., & Michaelem *Arolanum* appellat; sed sequor Joan. a S. Anton., qui to. 2. pag. 368. testatur, se vidisse ejus Opuscula.

Orationem funebrem in obitu Marchionis de Villarai. Matriti an. 1628. in 4. ex Typograph. Regia ex cit. Joan. a S. Anton., qui in Append. to. 3. scribit edidisse etiam eruditum

Tractatum pro conservatione cujusdam provisionis Episcopalis. Matriti anno 1632.

Anno 1633. factus est *Episcopus Siriensis* ex Petro Anton. Veneto in Catalogo Episcoporum Ord. S. Franc., cujus dignitatis meminerunt Petrus de Alva col. 1050. Militiæ, & ex eo Joan. a S. Anton., etsi Sedem ignorarunt, ut & Waddingus utramque. Est autem *Sira*, Siros, & *Syria*, Scyros, vulgo *Sira* insula maris Ægei sub Archiepiscopo Naxiensi.

M M D C C C X C.

MICHAEL BELTRAN Matritensis prov. Castellæ Regul. Observ. sac. Theolog. Lector., & Regius concionator edidit sermone vulgari

Panegyrim de sacris Stigmatibus S. P. Francisci. Matriti an. 1632. in 4. typis Regiis, teste Petro de Alva tab. 2., & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M D C C C X C I.

MICHAEL BERNARDUCCI ignotus nostris, etiam nupero Fr. Joanni a S. Anton. to. 2., & 3.; de eo tamen Waddingus ad an. 1277. num. 18., sed Minoritam non dicit; videtur Italus, ac provinciæ S. Francisci, Umbriæque, diciturque scripsisse

De veritate, & excellentia Indulgentiæ S. Mariæ de Portiuncula Asisiensi, teste Alphonso Lassor to. 2. *Universi terrar. orbis* &c. v. *Asisium*.

M M D C C C X C I I.

MICHAEL BRUCARDI in fine seculi XV., & initio XVI. scripsit, ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2.,

Apologiam pro Immacul. Conceptione B. V. Mariæ contra Joan. Wigandum, testibus Daniele Agricola, & Anton. Daza apud Petrum de Alva col. 1052. *Militiæ*.

Sermones etiam scripsit, teste eodem Agricola in *Corona Doctorum* pro Immacul. Conceptione B. V., quam præfixit quæstioni 237. Joannis Colonien. an. 1510. Basileæ editæ.

M M D C C C X C I I I.

MICHAEL BURGIUS Drepanensis nobili familia Siciliæ natus *Tertium S. Francisci Ordinem* Reg. Observ. ingressus factus est discipulus, & socius Ven. Fr. Jacobi Eugubini ejusdem Ordinis in Sicilia vulgo *Discalceati* Reformatoris; cumque vir esset rerum agendarum prudentia, dexteritate, virtutibusque clarus, pluribus quoque dignitatibus ornatus asseritur, & quater suæ provinciæ regimen subire coactus; post quæ vivere desiit in patria die 9. Januarii anno 1616. Reliquit ms.

Vitam Ven. Fr. Jacobi Eugubini Tertii Ord. Claustr. S. Francisci in Sicilia Reformatoris, quam sæpe citat Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 25. n. 52., 67., & 73. Scripsit &

Historiam suæ provinciæ una cum Vitis suorum alumnorum doctrina, & sanctitate illustrium; &

Epistolas de piis, divinisque rebus ad amicos, quæ mss. Drepani servantur apud suos Confratres, teste Mongitore in Biblioth. Sic., & Joan. a S. Anton. Hujus meminit Roccus Pyrrhus in not. 6. Mazarien. pag. 551.

MMDCCCXCIV.

M M D C C C X C I V. 1511.

MICHAEL CÆSENAS = quem autor suppar Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. testatur *Magistrum in Theologia* fuisse, ac *super Ezechielem*, & *Sententias* scripsisse; *ac alia Opera* digessisse.

Postilla super Psalterium extat ms. fol. Cæsenæ in Biblioth. S. Franc., teste Possevino in Catalogo illius Biblioth. ad calcem *Apparatus sacri* posito.

Constitutiones Generales pro Ordinis regimine in Comitiis Generalibus anni 1316. explicavit, & correxit; quæ *additiones* extant Ravennæ mss. in 8. in Biblioth. S. Francisci.

Originalia pro Quæstione, quod Christus nihil habuit in proprio, vel in communi Act. 3. Argentum, & aurum non est mihi &c. *Glossa memor illius præcepti: nolite possidere aurum, neque argentum* &c.: extant mss. in Biblioth. Colbert. cod. 506.

Tractatus tres ejus contra Joan. XXII. præcipue de utili dominio bonorum Ecclesiasticorum, & abdicatione rerum temporalium in perfectione status Monachorum, & Clericorum leguntur apud Melchiorem Goldastum to. 2. *Monarchiæ*. *Michaelis Ord. Minorum de dogmatibus Joan. XXII.* extat ms. in Biblioth. Vatic. num. 3740. ex Catalogo Montfauconi to. 1. Biblioth. mss. pag. 114., & Raynaldo ad an. 1323. n. 65.

Tractatus ejus, quod nec Christus, nec Apostoli habuerunt aliquid in proprio cum responsionibus Joan. XXII. habentur mss. in Anglica Bibliotheca Bodlej. Oxonii cod. 4.

Ejus, & *Gulielmi* Ocham *responsiones ad quæstionem, utrum asserere, quod Christus, & Apostoli non habuerunt aliquid nec in proprio, nec in communi sit hæreticum*; extant mss. Florentiæ in Laurent. Medic. Biblioth. plut. 17. cod. 29. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 280.

Epistola circularis, qua revocat tam ipsam responsionem, quam una cum ceteris Fratribus dederat de paupertate Christi &c. ms. ibidem. Altera *Epistola ad Giraldum Odonem* Ministrum Gen. extat in Biblioth. Vatic. num. 4010.; *alia* universis Christi fidelibus missa habetur ms. Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 506. una cum *alia* Joanni Papæ XXII. directa. *Altera* data Firmi 3. Januarii 1317. Fr. Simoni Ministro provinciæ Marchiæ Anconitanæ incip. *Gravi, qua premor, sarcina* &c. extat in cit. cod. Biblioth. S. Franc. Ravennæ: habetur etiam in cod. Pisaurensis Biblioth. S. Francisci data Bononiæ XIIII. kal. Octobris Fr. Petro Ministro provinciæ Romanæ, a quo VI. kal. Augu. directa fuit Fr. Nicolao Custodi Urbevetano in sua Custodia evulganda; *Epistola* alia *de paupertate, & forma habitus* refertur to. 1. Orbis Seraphici lib. 3. §. 17.; *alias* etiam cusas legi in fine *Dialogi, & Operis* xc. *dierum Gulielmi Ochami* Lugduni an. 1494. per Jod. Badium Ascensium publicati; & *alia* in Annal. Cæsenaten. nuper evulgatis to. 14. Rer. Italic. Script. Nonnullas etiam *Epistolas* refert Waddingus in Annal. Min. ad ann. 1416. n. 5., 1317. n. 23., & anno 1322. n. 52. ac 54.; aliasque *Epistolas*, & *Apologias* ejus penes se habuisse scribit ad an. 1328. num. 19.

Ejusdem *Expositio in Psal.* 50. *Miserere an.* 1343. *prope mortem facta* incip. *Deus absconditus, qui videri non potes oculis corporeis* &c., nuper vulgata fuit Mediolani an. 1734. to. 3. par. 2. Rer. Italic. Script. cum notis *Petri Pauli Ginanni* Prioris S. Vitalis Raven. Ord. S. Bened.; sed quæ mihi fictitia videtur.

Quædam alia ejus dicuntur mss. haberi etiam in Biblioth. Collegii SS. Trinitatis Dublinen. cod. 86.; & Ocham in *Defensorio* suo de paupertate §. *Ad primum* de quadam Joan. XXII. revocatione inquit: *quam revocationem apud nos habemus, & per septem rationes solemnes in Operibus Magistrorum Fratrum Min. hic ob brevitatem dimissas probatur, quod ipsa revocatio non valuit, nec fuit vera* &c: qui Magistri creduntur fuisse Michael Cæsenas, Franciscus Asculanus, Henricus de Chalem, & ipse Gulielmus Ocham.

M M D C C C X C V. 1512.

MICHAEL CALVUS = Siclitanus patria, vir in divinis literis egregie doctus, & verbi Dei prædicator minime vulgaris edidit italico idiomate

Conciones de laudibus B. Virginis pro Sabbatis Quadragesimæ. Panormi anno 1645. in 4. per Nicolaum Buam, quas laudat Marracius in Bibliotheca Mariana.

Assumpta prædicabilia super omnia Quadragesimæ Evangelia. *Pars prima* prodiit Panormi 1645. in 4. apud Buam, & Portamnovam; postea Venetiis 1649. in 4. apud Combum; & postremo ibidem an. 1665. in 4. apud Beetanos. *Pars* 2. vero Panormi 1648. in 4. apud Colicchiam, & Terram novam; postea Venetiis an. 1649. in 4. apud Junctam, & Baoam; & tandem ibidem an. 1665. in 4. apud Bertanos. Hos *Sermones* latinos fecit *Fr. Bruno Neuser* Germanus Strict. Observ. Reformat., vulgavitque Coloniæ an. 1668. tomis 2. in 4. per Joan. Busæum.

Conciones de Sanctis occurrentibus in Quadragesima: pro Hebdomada Sancta: pro feriis sextis Quadragesimæ: & Dominicale totius anni scripserat, præloque paraverat, teste Mongitore in Biblioth. Sicula, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 369.; sed edere non potuit morte præventus, quam obiit an. 1654. ex Bordono in Chronologio 3. Ordinis cap. 38.

M M D C C C X C V I. 1513.

MICHAEL DE CARCANO = Reg. Observ., quem Robertus Liciensis Episcopus Aquinas suorum temporum concionatorum princeps in serm. de S. Bernardino cap. 2. inter *famosissimos* verbi Dei præcones enumerat, & Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Supplementi lib. 14. dicit alterum *Paulum Apostolum* tota Italia nominatissimum, Perusii anno 1464. in Comitiis Gen., ubi in Ministrum Gen. electus fuit Fr. Franciscus de Ruvere, postea Sixtus IV., medio foro *egregium Sermonem* habuit ex Rodulphio lib. 2. fol. 193.; anno vero 1463. Conciones habuit Venetiis in platea S. Marci pro expeditione in Turcas ex Marino Sanuto in Vita Christophori Mauri LXI. Ducis Venet. in to. 22. Rer. Italic. Script., & an. 1471. Placentiæ ex Alberto Ripalta in Annal. Placentin. to. 20. Rer. Italic. Script.; etiam Petrus Thomasius in Phænice, seu tract. de artificiosa memoria §. *Experim.* commemorat hunc Patavii de *immortalitate animæ* concionantem, & in eam rem 140. auctoritates afferentem; demum an. 1471. Placentiam evocatus fuit conciones habiturus, & hospitale novum, magnum promoturus, uti fecit ex Alberto Ripalta in Annal. Placentin. apud to. 20. Rer. Italic. Script.; Mediolani quoque majoris Xenodochii, Montisque Pietatis autor fuit. Scribit Bergomas loco cit. obiisse Lau-

Laudæ an. 1495.; sed puto legendum 1485.; Rodulphius quoque lib. 2. fol. 299., & lib. 3. fol. 329. habet excessisse Laudæ in Cœnobio S. Joannis; Marcus tamen Ulyssipon. Chron. S. Francisci par. 3. lib. 8. cap. 35. scribit, humatum fuisse Mediolani in Cœnobio S. Mariæ Angelorum; Comi vero obiisse circa annum 1485., ubi in Ecclesia sui Ordinis tumulatus est, ejusque imago cernitur cum laureola, radiisque more *Beati*, tradit Waddingus in Annal., & Benedictus Mazzara ex eo in Legend. Francisc. ad diem 15. Octobr.; adduntque ejus caput cum veneratione asservari Laudæ, ac diversum esse ab alio Fr. *Michaële Mediolanensi*, qui eodem tempore florebat prædicatione, & vitæ sanctitate Bergomi, obiitque an. 1490. Mediolani in æde S. Angeli sui Ordinis humatus ex Bartholomæo Peregrino. Paulus Morigia de Nobil. Mediolan. lib. 2. cap. 14., ac lib. 3. cap. 30., & ex eo Abbas Picinellus in Athenæo Liter. Mediolan. tradiderunt, eum ad Eccles. Bergomen. promotum fuisse; quod si quid veri habent, id contigisse dicendum erit an. 1484., quo Ludovicus Donatus mense Julio decessit; & Michaelem vel dignitatem recusasse, vel ipsum quoque ex hac vita excessisse, cum veteres, synchronique scriptores altum de hac re silentium teneant. *Michaeli Carcano Religiosæ Observantiæ* scripsit Jacobus Cardinalis Papiensis epist. dat. Fulginei 17. Januar. 1472., ut ex ejus Epistolis: & Bernardinus Busti in *Rosario* par. 2. serm. 27. p. 2. fatetur, se ab eo ad Ordinem Minor. admissum fuisse; ac *Beati* titulo eum honorare non veretur, quem & citat in suo *Mariali* par. 3. serm. 1. p. 2., vocatque *Michaelem de Carchana*, uti & serm. 6., ac 7.

Sermones XI. &c. Venetiis 1492., & 1496. in 4. ex Joan. a S. Anton.

Sermones 77. in caput 1. Exodi habuit præ manibus Fr. Joan. la Haye, ut ipse testatur in Indiculo AA., quibus confirmat suos conceptus in Exodum.

Sermones de IV. Novissimis. Coloniæ an. 1492. in 4. ex cit. Joan. a S. Anton.

Sermones impres. Venetiis an. 1477. typis Francisci Renner memorat Joan. de Caille de Vitis Typographor. fol. 22., sed in qua materia fuerint, non dicit; forsan quos *de Tempore*, & *de Sanctis* vocat Waddingus pag. 261. in *Michaele de Mediolano*, qui idem est, & pag. 259. hoc loco.

Quadragesimale de pœnitentia incipiens: *Secundum Philosophi sententiam*: prodiit *optima castigatione emendatum cura, & impensis Nicolai Franckfort 3. idus Decembris anno salutis* 1487. Venetiis in 4., in cujus fine ita legitur: *Quadragesimale, seu Sermonarium de pœnitentia duplicatum per Adventum videlicet, & Quadragesimam a Venerabili Viro Fratre Michaele Mediolanensi Ord. Fratrum Minorum de Observantia editum, qui tum sanctimonia vitæ, tum ferventissima verbi Dei prædicatione a Deo innumeris meruit coruscare miraculis, felici numine explicitum est. Impressum* &c. Obierat igitur *Michael* ante initium mensis Decembris an. 1487. Deinde excusum est ibidem an. 1492., uti habet Waddingus infra in *Michaele Mediolanensi*, subdens idipsum habere penes se ms. vetusto charactere; & anno 1496. ibidem per Georgium de Arrivabenis Mantuanum.

Quadragesimale 1. de tribus peccatis principalibus superbia, luxuria, & avaritia cum speciebus suis: incip. *Sententia est vera* &c.; &

Quadragesimale 2. de reliquis 4. peccatis capitalibus, gula, accidia, ira, & invidia cum speciebus suis, incip. *Audivi vocem magnam* &c.; atque

Sermones in Adventu Domini de peccato in generali: tria hæc impressa sunt simul Venetiis an. 1476. in 4. per Franciscum de Hailbrun, & Nicolaum Franckfordien. socios; extantque Bononiæ in Biblioth. S. Francisci, quorum in fine legitur: *Explicit Sermonarium triplicatum; per Adventum, in quo tractatur de peccato in generali, & per duas Quadragesimas, in quarum una tractatur de peccatis principalibus, superbia videlicet, luxuria, & avaritia cum speciebus, & filiabus suis: in alia vero de reliquis quatuor peccatis capitalibus, gula videlicet, accidia, ira, & invidia cum speciebus, ac etiam filiabus suis diffuse describitur . . . Quadragesimale* 2. prodiit postea & Mediolani 1495. in 4. ex cit. Joan. a S. Anton. *Sermones Adventus, & Quadragesimale* prodiisse Basileæ an. 1479. in 4. per Michaelem Wenkler tradit Orlandus de Orig., & progr. Typogr. par. 1. & 2. pag. 273.; (hoc autem esse *Quadragesimale de tribus peccatis principalibus* habet Willotus in *Michaele de Carcano*; credo cum errore): *Adventuale, & Quadragesimale* dicit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 268.

Quadragesimale de decem præceptis incipiens a *Dominica Septuagesimæ*: *Sic currite, ut comprehendatis*, & prolog. *Sapientissimi Solonis Philosophi*: constansque *Sermonibus n.* 77. impressum est Venetiis an. 1492. in 4. per Joan., & Gregorium fratres de Gregoriis Forolivienses; & extat Bononiæ in cit. Biblioth. S. Francisci; de eoque & Joan. a S. Anton.

Tractatum de moribus, & peccatis a se *nuper editum* ipsemet citat in prologo prædictorum Sermonum de X. *præceptis*.

Opus de commendatione virtutum, & vitiorum reprobatione Sermonarium cusum Mediolani an. 1495. per Uldericum Scinzenzeler in 4. habet cit. Orlandus de Orig., & progr. Typogr., & ex Biblioth. Scriptor. Mediolan. Argellati to. 1. col. 597., ac ms. membran. in 4. extare ibidem in Ambrosiana Biblioth. scribit Abbas Picinellus in Athenæo Mediolanen., vocatque *Sermonarium de commendatione virtutum, & reprobatione vitiorum*; cujus meminit & Petrus de Alva col. 1052. Militiæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. *Sermones Michaelis Mediolanensis* mss. extare in Biblioth. Ambros. habet & Catalogus Montfaucon to. 1. pag. 520.

De clementia Dei tractatum autor ipse citat in suo *Quadragesimali de pœnitentia* serm. feriæ 6. post 1. Dominicam Adventus par. 1.

Confessionale, seu methodum confitendi lingua vernacula, & breve composuit, quod prodiit Venetiis an. 1513. in 8. apud Alexandrum Bindoni; & 1520. apud eumdem hoc tit.: *Confessionale generale de la gran tuba Frate Michele da Milano*; quod extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., & adducitur a Moreri in Dictionario Gallico, & Waddingo infra in *Michaele Mediolanen.*

Compendium SS. Ordinis Min. Michaelis de Mediolano citatur a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1308. n. 70., & Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 17. Augusti §. 4., qui & de hoc viro agit ad diem 15. Octobr. §. 2.

Apostillas duas Fratris Michaelis contra Angelum de Castro in causa fœnerationis Judæorum citat Alexander de Nevo Vicentinus J. U. Doctor Patavinus

vinus in *consilio* 3. contra eumdem Angelum de Castro, an Judæi possint conduci ad fœnerandum cum licentia Papæ; cuso Venetiis anno 1476., & 1481. post Supplementum Summæ Pisanellæ his verbis: *& Fr. Michael in sua Apostilla dicit, quod S. Thomas, Scotus, Riccardus* &c. . . . . *& hæc formalis Apostilla Fratris Michaelis ad tuum consilium in ordine secunda . . . Frater autem Michael in sua secunda Apostilla ad tuum consilium concordat cum mea opinione* &c.: & prope finem addit: *pollicitus fuisti Fratri Michaeli de his pænitentiam agere; noli tardare*.

MMDCCCXCVII.

MICHAEL CATTINARI Fanani in montibus Mutinensis ditionis natus, & Cœnobio Mutinensis urbis aggregatus Min. Conv. sac. Theol. Magister in sacris dogmatibus, & canonibus eruditus plura sui Ordinis officia provinciarum Visitatoris, Conventuumque præcipuorum præfecti, nec non reformatoris obivit, decessitque in patria circa annum 1630. ætatis suæ 63., cum edidisset librum

De valore Sacrificii Missæ. Regii an. 1627. typis Flaminii Bartoli; &

De casibus conscientiæ discrepationes: ut est scriptum a Theulo in Triumpho Seraph., & Ciatto in Annal. apud Franchinum in Biblioso. num. 273.

MMDCCCXCVIII.

MICHAEL DE CERVANTES Saavedra Hispanus Hispalensis, al. ex oppido *Esquivias* in agro Toletano *Tertii Ordinis Secul.* S. Francisci ingenii amenitate conspicuus plura composuit fabularum amatoribus gratissima: uti

Ingeniosus immanis vulgo *Don Quixote dela Mancha* bipartitus. Matriti an. 1608. in 4., & Bruxellis 1662. cum figuris; gallice vero Rothomagi an. 1646. in 8., & etiam italice.

Historia septentrionalis fabulosa de laboribus Persiles, & Agnemunda gallice Parisiis an. 1611. in 8.; hispanice vero Matriti 1619. in 8., & 1728. in 4. typis Josephi de Padilla.

Apologi XII. Matriti 1613., & 1622. in 8.; italice vero Venet. 1616. in 12., & alibi sæpe.

Comœdias octo; *actoque intercalares scœnæ*. Matriti an. 1615. in 4.

Erudita Galatea. Beaciæ an. 1617. in 8. apud Joan. Baptistam Montoyam.

De eo fuse, & cum laude Nicolaus Anton. to. 2. Biblioth. Hispan., & ex eo Joan. a S. Anton. toi 2. pag. 370.

MMDCCCXCIX. 1514.

MICHAEL CLERUS = de quo & Joan. a S. Anton. exscribens Waddingum.

MMCM.

MICHAEL DENSK Germanus provinciæ Austriæ Strict. Observ. Reform. Pater, Procurator Gener., demumque Monasterii Clarissarum Viennæ Austriæ Commissarius edidit in lucem anno 1629.

Librum controversiarum fidei hoc titulo: *Gladius S. Michaelis* ex Relatione prædictæ provinciæ apud Joan. a S. Anton.

MMCMI.

MICHAEL DIRLETON Scotus vir doctrina, & rerum gerendarum præstantia clarus, ac in patria Cœnobii sui Ordinis moderator, & rector scripsit circa annum 1444., quo florebat,

Ad Valterum Haliburton fundatorem Militem lib. 1.

Logicalia Opus egregium juxta Scoti Chronici Continuatorem Maculloch anno 1480. scribentem.

Lecturas in Psalmos lib. 1., si quid veri perhibet Dempsterus lib. 4. Hist. Eccles. Scot. n. 418.

MMCMII. 1515.

MICHAEL DOMINICUS = Conventual. sacræ Theol. Magister dicitur ab Andrea Rossotto in Syllabo Scriptor. Pedemont., qui & addit Opus ejus prodiisse Taurini anno 1522. Scripsit quoque

Commentaria in Porphyrium dicata Carolo Sabaudiæ Duci. Taurini an. 1521. in 4., teste autore anonymo *Bibliothecæ ineditæ* Matriti in Regia Bibliotheca asservatæ, & Joan. a S. Anton. in Append. De eo & D. Britius in Monumentis Subalpinæ provinciæ, & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMCMIII.

MICHAEL EZPELETA Hispanus prov. Aragoniæ Reg. Observ. edidit hispanice

Vitam S. Waldescæ. Cæsaraugustæ an. 1633. in 4. per Christophorum de Turre, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 371.

MMCMIV.

MICHAEL FIDOTUS Ennensis Siculus Agrigentinæ diœcesis elucubravit

Descriptionem provinciæ Vallis Netinæ in Sicilia Strict. Observ. Reform., teste Petro de Alva col. 1054. Militiæ apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCMV. 1516.

MICHAEL GALLUS = ex Rodulphio lib. 3., qui eum dicit de *provincia Provinciæ*, scilicet Narbonensi, seu S. Ludovici Episcopi: ejusque Opus extat ms. Patavii in Biblioth. S. Antonii in 4. ex Thomasino in Catalogo ejusdem Bibliot. mss.; extabat etiam ms. penes Waddingum, ut ipse testatur supra in *Ioanne Michaelis*, qui idem est, hoc titulo:

De quadraginta duabus mansionibus filiorum Israel moraliter applicatis ad totidem gradus, quas ascendere debet, qui calcatis vitiis, ad virtutum culmen cupit pertingere: incipitque: *Circa quadraginta duas mansiones &c.* Opus hoc sine nomine autoris vidi Asisii in Biblioth. sac. Conventus S. Francisci hoc titulo: *Summa de vitiis, & virtutibus* incip. *Circa 42. mansiones nota, quod Christus descendit in carnem per 42. generationes* &c.: estque ms. chartaceum in 4. inter nonnullorum autorum *Sermones*, quorum primus de Nativitate V. Mariæ incipit: *Iacob genuit Ioseph* &c.

Sunt, qui tradant, claruisse eum anno 1490. De hoc & Possevinus, & Imbonatus in Bibliotheca Latino-Hebr., & ex his Jo: a S. Anton. to. 2.

MMCMVI.

MICHAEL HISPANUS Neapolitanæ prov. concionator celebris, ac Theologus eruditus Min. Capuccin. composuit

Tractatum de prædestinatione, quem ms. extare scribit autor Bibliothecæ Cappucin., & ex eo Jo: a S. Anton. Obiit autem Romæ an. 1585. ex Boverio to. 2. Annal. Capuccin.

MMCMVII.

MICHAEL DE HUNGARIA Minor. Conv. concionator, & sac. Theol. Doctor elaboravit exeunte seculo XV., teste Joan. a S. Anton. to. 2.,

Sermones XIII. *universales* juxta XIII. dictiones: *sequitur. humiliat. dominas. filius. voca. servit. stans. moritur. diligit. venit. ambula. surge. resurge.* Daventriæ an. 1491. in 8., & postea Parisiis anno 1515., & 1516. in 8. castigatos a F. *Iacobo Gandensi* O. P., quem non habet Jac. Eccardus in Biblioth. nova Ord. Prædic.

In

Indicem concionatorium pro Conceptione immacul. B. V. Mariæ. Argentinæ an. 1508. in 8., teste Petro de Alva col. 1062. Militiæ. Hujus Scriptoris meminit Marracius in Biblioth. Mariana v. *Michael Hungarus*.

MMCMVIII.

MICHAEL ISQUIERDO Strict. Observ. Discalc. provinciæ Valentinæ scripsit vernaculo sermone hispano.

Brevem, & claram resolutionem casuum conscientiæ, quam ms. in 8. se vidisse tradit Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan. pag. 334. in Append., & ex eo autor Biblioth. Valent., & Jo: a S. Anton. to. 2.

MMCMIX.

MICHAEL IVET Gallus, ut conjicio, natione, ac Regul. Observ. clarus ecclesiastes

Varias Orationes conscripsit, quarum unam habuit *ad Paulum V. de Misicardino Tyri*, *& Sidonis Principe* ejusdem Ordinis Min. benemerito, qui Romam, sedente præfato Paulo V., advenit, quemadmodum memoriæ prodidit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1341. num. 33.

MMCMX. 1517.

MICHAEL DE MEDINA =

Opus de recta in Deum fide commendat Anton. Possevinus in Bibliotheca selecta lib. 7. cap. 1., & 4.

Septem alios libros de recta in Deum fide scripsisse docet laudatus Hieronymus Magius in præfatione dicta; de quo Opere Jacobus Gibertus Nogueras Episcopus Alipharum scribit: *Tu vero, Medina doctissime, non tantum longe ab horum hominum ingenio abes, sed proxime etiam accedis ad eam normam tuendi Religionem nostram, quam nascentis, adolescentis, & natu jam grandioris Ecclesiæ facile principes Clemens Alexandrinus, Athanasius, Basilius, Hieronymus, Augustinus, & aliæ Christianæ Reipub. columnæ nobis tradiderunt*: cui concinit Eysengrenius in Catalogo testium Verit., *eruditissimum, & antiquis Christianæ Ecclesiæ Theologorum coriphæis comparandum, ac novum quemdam Theologiæ Herculem* appellans.

Tractatum de Purgatorio citat & Gonzaga.

De salutari Pænitentia; & *de restitutione tractatus* non sunt *Michaelis*, sed *Ioannis Medinæ* Complutensis ex Nicolao Anto., & Jo. a S. Anton.

Apologeticum pro Joanne Fero contra Sotum prohibetur ex Decr. sac. Congreg. Indic., ubi dicitur *Belarcensis*; uti ipse etiam se appellat ab oppido *Belalcazar* vulgo diœcesis Cordubensis.

Enarrationem trium locorum ex cap. 2. Deuteronomii Cathedræ sacrarum Scripturarum Academiæ Complutensis assignatorum, & in publico theatro explanatorum. Compluti an. 1560. in 4., teste Jo. a S. Anton.

Animadversiones in S. Cyrilli Alexandrini librum adversus Antropomorphitas ex interpretatione Bonaventuræ Vulcanii extant cum aliis in cod. ms. Bibliothecæ Lugduno-Batavæ Communis inter libros Vulcanianos, ut ex ejus Catalogi pag. 417. constat.

Biblicarum annotationum libros composuit; &

De præcepto, & dispensatione, quorum ipse meminit in Opere *de recta in Deum fide* lib. 3. cap. 8., & lib. 6. cap. 9., sed inediti remanserunt ex cit. autore.

1518.

MICHAEL DE MEDIOLANO = V. *Michael de Carcano* supra; nam idem est: & sane Bernardinus a Busto ejus alumnus in *Mariali* par. 1. serm. 1. p. 2. citat *Michaelem de Carchano in suo primo Quadragesimali de peccato*. Fuit quidem eodem tempore alius Fr. *Michael Mediolanensis* ejusdem Instituti ex Waddingo ad an. 1490. n. 3., si tamen alius fuit, ut supra dixi in *Michaele de Carcano*.

MMCMXI. 1519.

MICHAEL MENOTUS = Theologiæ professor in Parisiensi Academia, & concionator excellens edidit *succinctos sermones in Epistolas, & Evangelia quadragesimalia*; floruitque an. 1517., inquit Rodulphius lib. 3., aliique post eum; & Franciscus Crucius, vulgo *la Croix* in Biblioth. Scriptor. Galliæ hujus autoris Opera pluris æstimari scribit, quam quæ *Oliverii Maillardi*, sive alterius, qui talia tractarit: fuit autem Min. Conv. alumnus.

Quadragesimale 1. prodiit Parisiis hoc titulo: *Fratris Michaelis Menoti zelantissimi prædicatoris, ac sacræ Theologiæ professoris Ordinis Minorum perpulchra epistolarum quadragesimalium expositio secundum ferias, & Dominicas declamatarum in famosissimo, ac devotissimo Conventu Fratrum Minorum Parisiensium anno Domini* MDXVII. Incipit: *Ne irascaris, Domine* &c.: cui Expositioni præmittitur

Tractatus de fœdere, & pace ineunda media pænitentia incipiens: *Quantum ad secundam partem* &c.; nec non

Quadragesimale alterum hoc titulo: *Aureum Opus Evangeliorum in Pariscorum Academia declamatorum per Venerabilem Patrem sacræ Theologiæ Professorem eximium, nec non divini verbi facundissimum declamatorem Fratrem Michaelem Menoti Ordinis Fratrum Minorum*, incipit, *In Evangelio hodierno* &c. Parisiis anno 1519. in 8. apud Claudium Chevallon. Extat hæc editio, sed corruptissima Bononiæ in Biblioth. S. Francisci: prodiit postea hoc Opus castigatum, & locupletatum Parisiis an. 1530. in 8. apud Joan. Parvum ex Analectis Liner. Freytag pag. 591. Hujus autoris esse puto Opusculum, quod ms. extat Parisiis in Biblioth. Regia n. 7092. hoc tit. gallico:

Le miroir des Dames composé per M. Cordelier a la prin de Joanne Reina du France: idest *Speculum nobilium fœminarum rogatu Joannæ Franciæ Reginæ compositum per M. Franciscanum* ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 788.

De hoc agit Joan. a S. Anton. to. 2., sed non satis attente, & Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. concionat. cap. 85.

MMCMXII.

MICHAEL DE MONSALVE Hispanus scripsit lingua vulgari, teste Antonio Leonio in Biblioth. Indica Occiden.;

Reduccion universal del Peru, y de todas las Indias. 1604. in 4.

Avisos al Rey D. Felipe III. para la conservacion de todas las Indias: ex Catalogo Bibliothecæ Cœnobii S. Mariæ *dela Salzeda* vulgo, seu de Saliceto apud Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan. par. 2. to. 2. pag. 112.

MMCMXIII.

MICHAEL MONTELLANUS ab oppido Lucaniæ, provinciæ Neapolit. Min. Conv. sac. Theol. Magister, vir eruditione insignis, orator, ac poëta nobilis, latinæ nedum, sed & grecæ, & hebraicæ, chaldaicæque linguarum cognitione, atque

usu

usu præclarus, ut facile ex ejus Opere duci potest, quod elucubravit,

De antiquitate Romanæ urbis; inquit Aug. Superbus in ms. Catalogo de Script. Francisc. pag. 100., qui addit floruisse an. 1470. Meminit ejus Rodulphius lib. 2. fol. 276. in Custodia Principatus, eumque dicit *literarum chaldæarum* peritissimum.

M M C M X I V.

MICHAEL NEAPOLITANUS Min. Capuccinor. virtutibus, & morum sanctitate illustris, quem excellens ingenii præstantia, præclara eruditio, & sana doctrina inter primos sui Instituti Apostolicos prædicatores constituerunt, scripsit

Annotationes super Prophetas majores, præcipue super Ezechielem &c.: &

Sermones plurimos diversi generis: quæ omnia mss. asservabantur in Bibliotheca Ducis Urbini.

Obiit an. 1580. Camerini, dum ibi tempore Quadragesimæ conciones haberet, ut habet Boverius to. 1. Annalium Capuccin. ad eum annum, & ex eo Dionys. Genuen., & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C M X V.

MICHAEL DE PARADA Segobiensis Hispanus prov. Conceptionis, Palentiæ Franciscanis Regul. Observ. nomen dedit, inde sac. Theologiæ Lector evasit, ac S. Inquisitionis Censor, Ordinisque sui generalis Chronographus: scripsit

Responsionem apologeticam Memoriali Patrum Discalceatorum super eorum separatione: & rationem fundamentalem unionis.

Instantias propositionibus, & responsis super separatione eorumdem.

Epitome Qualificatorum, ac Ministrorum S. Inquisitionis una cum Edicti expositione ms. extabat Pinciæ in Biblioth. Conventus S. Francisci plut. ult. arm. 2. n. 8.

De Matrimonii impedimentis, eorumque dispensationibus ms. in fol. Matriti in Biblioth. Conventus S. Francisci sub E. num. 38.

De rebus beneficialibus, earumque expeditione in Romana Curia ms. ibidem

Opusculum de præstantiis Regul. Observ. S. Francisci D. Petro de Gonzalez nuncupatum hispanice incip. *Por desadendar* &c.: impressum absque anno, & loco.

Cum continuandis *Ord. Min. Chronicis* animum convertisset, obiit Vallisoleti anno 1633. ætatis suæ 45. nonis Febr. De eo Biblioth. Hispan. autor pag. 154., & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 375., & to. 3. in append.

M M C M X V I. 1520.

MICHAEL DE PLATIA = non *Regul. Observ.* alumnus, ut habet Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 376., cum nondum eo tempore Congregatio illa emersisset, maxime in Sicilia; concinnavit

Continuationem Historiæ Siculæ Nicolai Specialis ab anno 1337. usque ad annum 1361. al. 1352., ut ex fragmentis apud Rocchum Pyrrhum elicitur. Extat hæc ms. penes Fridericum de Vigintimiliis Eq. Panormitanum Hieracii Marchionem, quam ex cit. codice Ant. Amicus promiserat in lucem edere, sed morte præventus promissis stare non potuit. V. Pyrrhum in *Notitia Catanen.* anno 1347. 1348. De eo & Joan. Paulus Clarandanus, & Rendazagusa fol. 187., & Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ.

M M C M X V I I.

MICHAEL DE PRECES Hispanus Valentiæ *de el Cid* natus, e prov. Discalc. S. Joan. Baptistæ ad illam S. Gregorii in Philipp. Insul. translatus fuit, Definitor, Vicarius Clarissarum Manillæ, & a sac. Confessionibus V. M. Sor. Hieronymæ ab Assumptione. Inde in Japoniam transiens, Evangelicam fidem quinquennium prædicans propter innumerabilium infidelium conversionem in horrendum carcerem *de Girando* intrusus est, ubi incommodis, poenisve innumeris ad triennium exsaturatus, in exilium missus ad Philippinas revertitur, ibique scripsit

Artem japponico, aliisque illarum regionum idiomatibus etiam Sinarum characteribus: &

Catechismum Christianum Catholicum idiomate japponico, & tagalo: quibus Operibus passim utuntur Missionarii Franciscani.

Post hæc in Hispaniam reversus, obiit Matriti die 16. Octobr. an. 1639. in Cœnobio S. Ægidii, teste Joan. a S. Anton.

M M C M X V I I I. 1521.

MICHAEL A PURIFICATIONE = Strict. Observ. edidit etiam

Apologiam pro suo Opere de vita Evangelica, teste Petro de Alva in Addition. ad *tabulam primam*, & ex eo Joan. a S. Anton.; de eo etiam Nicolaus Anto., & Marracius agunt.

M M C M X I X. 1522.

MICHAEL RODRIGUEZ =.

M M C M X X. 1523.

MICHAEL SPENLAGER = de quo & Dupinus sec. 17., & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

M M C M X X I.

MICHAEL STELLA Venetus Min. Conv. Theologus, & Ecclesiastes haud ignobilis Venetum præ ceteris Gymnasium moderatus est, suæque provinciæ Commissarii Gen. munus exercuit; aliis insuper in Ordine functis muniis obiit in patria die 2. Augusti an. 1652., cum scripsisset ea, quæ sequuntur.

De tribus excellentissimis humanitati nostræ a munifico Domino collatis dignitatibus in unione ejus ad Verbum divinum disputatio Theologica habita Venetiis, dum ibi Baccalaurei Conventus, seu Lectoris Philosophiæ Metaphys. munere fungeretur. Ven. 1614. in 4. per Nicolaum Misserinum, quam vidi apud nostros Romæ.

In sacram Scholasticam Theologiam operosa præfatio, ubi de origine, nominibus, professoribus, &c. *ejusdem agitur*. Venetiis an. 1614. in 4. iisdem typis, cum jam ibi esset Studiorum Regens.

De præsentia Sacerdotis, & Sacerdotis Evangelici Oratio auspicalis habita in Ecclesia magnæ Domus Venetiarum in die S. Gregorii Nazianzeni, cum exordiretur interpretationem tractatus de restitutione. Ibidem an. 1621. in 4.

De innocentia, & sanctitate Christi tom. 2. in fol., quorum edendorum fit ei potestas a Ministro Generali die 27. Aprilis an. 1641.

Expositio Salutationis Angelicæ tom. 5. italico idiomate in 8.

De ineffabili conceptione pueri Iesu tom. 2. in fol.

De Angustiis. Incarnationis mysterio Disputationes tom. 1. in fol.

De merito animæ Christi in ordine ad se, ad *Angelos, & ad homines tom.* 3. in fol.

De merito bonorum operum to. 1. in fol.

Tractatus de somniis, eorumque causis, & significationibus to. 1. in 8.

De sensu Ecclesiæ, quando orat in Offertorio Missæ Defunctorum to. 1. in 8.

De Suffragiis animarum Purgatorii to. 1. in 8.

Orationes de libero arbitrio, funebres, in laudem S. Antonii, Religionis, Nativitatis J. C. &c. *to.* 1. in 4.

Fabulosam esse narrationem de anima Trajani Imp. liberata ab inferno.

Fragmenta scholastica quamplurima latine; & plura ascetica italice conscripta. Quæ omnia asservari mss. Venetiis in Bibliotheca sui Ordinis, testatur Thomasinus in sua Bibliotheca Ven. ms. pag. 108., & Franchinus in Biblioso. num. 274., nec non Theulus in Triumpho Seraph.

M M C M X X I I.

MICHAEL DE TALAVERA novæ Granatæ in nova Hispania natus Strict. Observan. Discalc. in prov. S. Gregorii Philipp. Insul. Ordini Minorum nomen dedit, ibique virtutibus, ac literis resplendens conscripsit egregia volumina tagalo idiomate, quæ sunt:

Figurarum sacræ Scripturæ in laudem Sanctorum tom. 1.

Moralitatum & exemplorum tom. 2.

Sacræ paginæ, ac SS. Patrum tom. 1.

Mariale, seu conciones de purissima Virgine. tom. 1.

Enchiridion conscientiæ idiomate hispano, & tagalo omnium eruditorum laude impressum Manilæ an. 1617., teste Fr. Auton. de Llave in Chron. prædictæ prov. S. Gregorii trien. 13. cap. 24., ubi & autoris hujus Vitam describit, & ex eo Joan. a S. Anton. cit. to. 2.

M M C M X X I I I. 1524.

MICHAEL TEBERNIER = Reg. Observ. natione Catalanus a Secretis Ordinis, & Socius Francisci Gonzagæ Generalis an. 1563. missus est Complutum studiorum causa una cum Fr. Angelo del Pas, ut refert idem Gonzaga apud Bonifacium Bonibellum in Vita præfati Vener. Angeli del Pas cap. 53.

Manipulus Minorum conscriptus jussu præfati Generalis Paris. an. 1582. in 12. tribuitur etiam *Iconi Magistri* ejusdem Instituti; forsan quod uterque in idem Opus laborem contulisse potuit.

M M C M X X I V. 1525.

MICHAEL DE TRUXILLOS = forsan hoc est Opus, quod Autor Biblioth. Hispan. pag. 273. tribuit *Anonymo* cusum Medinæ apud Gulielmum de Milles hispanice, & ait apud ipsos prohibitum. V. *Anonym. Hisp.* XII.

M M C M X X V.

MICHAEL VAL Hispanus prov. Aragon. Reg. Observ., vir Apostolicus peregrinatione facta ad Mexicanos *Sermones* habuit; scripsitque

Tractatum variarum comparationum hispano, & mexicano idiomate, qui ms. in 4. servatur Cæsaraugustæ in Bibliotheca Collegii S. Didaci: obiit autem anno 1643. ex Joan. a S. Anton. in Append.

M M C M X X V I.

MICHAEL VALENTINUS Hispanus olim *Matthæus Scriba*, & Doctor Theologus in Ordine *SS. Trinitatis*, postea ad Min. Capuccinorum Institutum transiens, concionator extitit, & Valentinæ provinciæ iterato Minister; composuit, ac non vulgavit

Expositionem super Regulam Fratrum Minorum: obiitque anno 1630. ex autore Biblioth. Capuccin., & Valentinæ apud Joan. a S. Anton. pag. 378.

M M C M X X V I I.

MICHAEL DE ZARATE Hispanus Mexicanæ prov. Reg. Observ. sac. Theol. Professor elucubravit.

Opuscula varia Mexicano idiomate; claruitque sanctitatis opinione an. 1583. in Conventu Angelopolitano, teste Augustino Ventancurt in Menologio Franciscano num. 30. apud Joan. a S. Anton.

M M C M X X V I I I.

MODESTUS ANTIQUUS provinciæ Tusciæ alumnus floruit seculo XIV., & Parisiis legit, & interpretatus est Magistrum Sententiarum, uti prodit Marianus Florentinus apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1344. num. 8., qui hunc inter eos viros recenset, qui *Scriptis* Sodalitium Franciscanum illustrarunt; quamquam quid scripserit, reticeat: verisimile tamen est, scripsisse saltem

Commentaria in 4. Magistri Sententiarum libros de more illorum temporum.

M M C M X X I X.

MODESTUS GAVATIUS senior Ferrariensis Min. Convent. sac. Theologiæ Magister, & concionator egregius cum an. 1598. in patria Gymnasii sui Ordinis *Regens*, ut ajunt, esset, & Clemens VIII. Ferrariæ degens XV. kal. Junii in D. Francisci Cœnobio pernoctasset, sequentique die Sacrum ibidem fecisset, ab eodem Summo Pontifice præficitur Ecclesiæ Allifiensi in Hirpinis, Samnioque; ubi anno 1608. supremum diem obiit ex Ughello to. 8. Ital. sac., reliquitque post se

Conciones quadragesimales, annuasque vulgari lingua scriptas, quæ tamen periisse creduntur.

Cetera, quæ Franchinus in Biblios. n. 275., *Opera* recenset, sunt ex corrupto August. Superbi ms. *Catalogo de Script. Francisc.*, ubi nihilominus notatur, ea non extare; nam in ejusdem autoris *Apparatu Viror. Illustr. Ferrarien.* an. 1620. typis edito prædicta Opera minime commemorantur.

M M C M X X X. 1526.

MODESTUS GAVATIUS junior, nepósque superioris Ferrariensis Modesti eousque virtutibus excelluit, ut ad Theatinam in Marrucinis Ecclesiam ab Alexandro VII. anno 1657. evectus fuerit; sed insequenti anno vitam cum morte commutavit ex Ughelli Italia sac. to. 6. in Theatin. Archiepiscop. num. 21.

De macula peccati &c. Bononiæ 1642. in 4. apud Joan. Bapt. Ferronium.

Opuscula Theologica, in quibus potissimum de processione Spiritus Sancti agitur. Romæ an. 1650. in 4. typis Ludovici Grignani, Nicolao Ludovisio Flumbini Principi nuncupata.

De venerabili Eucharistiæ Sacramento, & Missæ Sacrificio disputationes Theologicæ ad mentem Scoti Alexandro VII. dicatæ. Ibidem an. 1656. in fol. typis HH. Corbeletti.

De Incarnatione citatur a Fr. Antonio Castel q. 1. num. 24., teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui pag. 379. to. 2. hunc eumdem repetit, vocatque *Modestum a Ravenna* Min. Conv. Romæ Procuratorem Gen., & tandem Episcopum in regno Neapolitano edidisse de *Processione Spiritus Sancti* ex Bonaventura Baro to. 1. Opuscul. par. 14. §. 11. Append.

Citat hunc sæpe Mastrius coævus scriptor, & ma-

magna cum laude; de eoque scripserunt Justinianus in Epist.Memorab.par.3., autor Ferrariæ aureæ par.1. & 3., Franchinus in Bibliosoph. num. 276., Theulus in Triumpho Seraph., & Ferrantes Borsettus in Hist. Gymnasii Ferrarien. par. 2. lib. 4., ubi tamen utrumque *Modestum* patruum, & nepotem confundit. Ferrariæ in Templo S. Francisci legitur hujus secundi insequens epitaphium:

„ Frat. Modesto Gavatio Ferrariensi Ord.Min. „ Convent. Archiepisc. Theatino, qui morum ele„ gantia, vitæ integritate conspicuus Religionis „ gradus decurrens post Cathedras, & regimina „ ex Ordinis Generali Procuratore, & Sancti Of„ ficii Consultore ab Alexandro VII. ad Archie„ piscopatum promotus, dignitate clarus, typis „ clarior obiit anno salutis 1658. die 19. Novem„ bris. Ad perpetuam ejus memoriam Frater Ja„ cobus Fabrettus de Ravenna confratri dilectissi„ mo posuit anno Domini MDCLXII.

M M C M X X X I.

MODESTUS ROMANUS Capuccinus, concionator, Definitor, & Conventus Romani Guardianus e latino in italicum idioma vertit

Regulam perfectionis redactæ ad unicum punctum volantatis divinæ P. Benedicti Canfeld. Romæ anno 1650. typis Mascardi, teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag.379.

M M C M X X X I I. 1527.

MONALDUS JUSTINOPOLITANUS = valde diversus est a *Fr. Monaldo Archiepiscopo* Beneventano Ordinis quidem Minorum & ipso, sed vita functo circa an. 1333.; hic vero jam anno 1316. vivere desierat, cum citetur in *Summa Astesana* præsertim lib. 3. par. 1. tit. 12. art. 4. 5. 7., quæ eo anno 1317. m. Januarii edita agnoscitur; & ante annum 1295. *Summam* suam conscripserat, ut eruitur ex charta donationis librorum Cœnobio Tarvisino *a Fr. Nicolao Boccasino FF. Prædicatorum Magistro* Generali anno 1297. factæ, quam nuper publici juris fecit Co. Antonius Scoti Tarvisinus Canonicus in *Vita B. Benedicti XI.* PP., in qua sane charta legitur & *Summa Monaldi*; aitque idem *Fr. Nicolaus*, se eos libros habuisse, *antequam ad Magistratum esset assumptus*, quod est ante annum 1296.; quinimo obierat ante annum 1285.; nam Fr. Petrus Joannis Olivi in *Defensione* suorum articulorum anno eodem facta art. XI. de *Matrimonio* ait: *Fraser Monaldus, qui fuit Frater sanctus, & Minister in Ordine nostro, dicit in Summa sua cap. de Sacramentis* &c.: quod hactenus nemo animadvertit, præsertim *Ministrum* fuisse, forsan suæ provinciæ Dalmatiæ. Adducitur autem Monaldus ab autore antiquo Summæ Pisanellæ v. *Abbas*, & *Interdictam* 4., laudaturque a Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2. in Scriptor. Ord. Min. inquiens: *in legibus, & decretalibus Frater Monaldus ordine alphabeti fecit anam Summam*: & Confor.XI. par. 2. in provincia Dalmatiæ de loco *Justinopolis* inquit: *abi jacet Frater Monaldus, qui Summam fecit Monaldinam in Decretalibas*. Laudat eum & S. Antoninus in Summa par. 3. tit. 16. capit. 4. §. 4., & ex Joan. Dominico J. C. *magnum Canonistam, atque Theologum* appellat. Joannes Trithemius in Scriptor. Eccles. ad annum 1330. de isto ait: *Monaldus Ordinis Fratrum Minorum Theologas, & Iurista eraditissimus, ingenio subtilis, scientia clarus, sermone scholasticas, in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ vir edidit pro utilitate simplicium etiam doctis non spernenda Opascula, qaibus & nunc præsentibus, & longe postea futuris utiliter providit: de quibas subjecta feruntur; necessaria, & perpulchra Summa Iuris Canonici lib. 1. Qaoniam igaorans ignorabitur &c.; Qaæstiones Sententiarum libros 4.; Sermones varii lib. 1.; & alia malta, qaæ ad notitiam nostram minime pervenerant.* Cuncta quidem recte, nisi quod perperam eum collocavit sub an. 1330., a quo alii exscripserunt, cum vixerit tempore S. Bonaventuræ, scripseritque, ut jam ostensum est, ante annum 1285. Auxit errorem Rodulphius cit. tradens *Archiepiscopum* Beneventanum extitisse. Tractat de eo post alios nuperrime Oudinus to. 3. Comment. de Script. Eccles. sub an. 1330., his nostris tamen corrigendus cum aliis. Sunt, qui tradant, eum *Pirano* Histriæ oppido diœcesis Justinopolitanæ oriundum Justinopoli vixisse; ubi opinione sanctitatis decessit. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 2. Martii, April., & Decembris.

Summa Monaldi ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 4. versus claustrum num. 457. in fol., scam. 6. n. 475., scam. 7. n. 484. in fol., & scam. 9. n. 506. in 4. Incip. prologus: *Quoniam ignorans ignorabitur* &c.; Opus vero: *Abbas debet esse* &c., cum tit. *Hic primo agendam est de Abbate*: procedit enim alphabetice; & codex iste pluribus ornatus est notis margineis; in fine vero extat *Additamentam* valde copiosum diverso charactere cum *tabala* totius Operis fusissima ex variis autoribus conflata per quemdam ejusdem Ordinis paulopost annum 1308., cum citet Scotum. *Monaldas Samma* ms. in pergam. extat in Biblioth. S. Udalrici Stainensis Austriæ provinciæ Min. Conv. ex Catalogo in Archivo Ordinis Romæ asservato pag. 31.; habetur ms. etiam in Parisien. Biblioth. S. Victoris, & in Metensi Eccles. Cathedr. pergam. n. 300. ex Catalogo apud Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1373., & 1383.; Cæseuæ quoque in Biblioth. S. Franc., & in aliis Bibliothecis Cameracensi in Belgio, S. Victoris Parisien., & Paulina Lipsiæ. Prodiit autem Lugduni in 8. apud Petrum Belerum sine anno editionis incip. *Quoniam ignorans ignorabitur* &c.; postea ibidem an. 1516. correcta, & castigata per Hugues Descourte J. U. Doctorem: Jacobillus de Scriptor. Umbriæ refert *Monaldi Sammam* perutilem prodiisse Lugduni 1506. apud Petrum Gallettum, & putat esse *Monaldi de Monaldis* Perusini, de quo infra.

Summa casuam cusa anno 1516., quæ forsan prodiit sine prologo, cum incipiat: *Hic primo agendum est de Abbate*, quod initium est superioris *Summæ Iuris Canonici*, apparet idem Opus esse, non autem diversum, ut omnium primus scripsit Rodulphius lib. 3. ab aliis postea exscriptus.

Samma extracta ex Summa Monaldi extat ms. Cremonæ in Biblioth. Eremit. S. Augustini ex Catalogo illius Biblioth. apud Possevinum ad calcem Appar. sac. *Samma, quæ dicitur Margarita, extracta de Samma Monaldi Ord. Frat. Minor.* extat ms. in Biblioth. Monasterii Pratellensis n. 7. ex Catalogo apud Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 1267.

Commentarii in 4. libros Sententiarum extant mss. Patavii in Biblioth. S. Antonii juxta Catalogum mss. Biblioth. Patavinæ Thomasini.

Tractatus de tribus Magis:
Carmina de mysteriis Missæ: &
Homilia de Assumptione Virginis: tria hæc *Opuscula* mss. habentur in Biblioth. Cœnobii Camberonensis Cistereiensis Ordinis in Hannonia, ut refert Antonius Sanderus par. 1. Bibliothecæ Belgicæ, & ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 379.

Sermones varios, quos inter haberi dicunt illos *de pura Virginis Conceptione*, quos memorat Possevinus, & alii apud Petrum de Alva col. 1085. *Militiæ*, ego adscribendos censeo *Monaldo Urbevetano*, vel *Perusino*, qui post controversiam de eo mysterio a Scoto excitatam, & firmatam vixerunt.

M M C M X X X I I I.

MONALDUS MONALDESCHI Urbevetanus natalibus non minus, quam religione, ac literis illustris factus est primùm Episcopus Sunnensis an. 1299., inde post 4. annos ad Beneventanum Archiepiscopatum translatus eam rexit Ecclesiam usque ad an.1331., quo temporis intervallo circa an. 1323. eum aliis scripsit

Quæstionem de paupertate Christi, & Apostolorum ejus, quæ ms. asservatur in Biblioth. Vatic. cod. 3740. cum illis aliorum autorum de hac re quæstionibus; incipitque: *Ego Fr. Monaldus* &c.; teste Nicolao Anton. in veteri Biblioth. Hispana to. 2. lib. 9. cap. 4. n. 199., & Raynaldo ad an. 1323. n. 65.

Synodum quoque pro bono suæ Ecclesiæ, diœcesisque Beneventanæ regimine composuit, habuitque anno 1331. capitib.73.; cujus acta jam dudum publicavit Card. Vincentius Maria Ursinus Archiepisc. Beneventanus, postea Benedictus XIII. in Synodico Beneventano anno 1695. Beneventi in fol. inter alias Synodos illius Metropolis num. v.

M M C M X X X I V.

MONALDUS DE MONALDIS Perusinus Theologus magni nominis Min. Conv., & concionator eximius, cui, cum Ordinis in Curia Romana Procurator esset, Frater *Landulphus Caracciolus* ejusdem Instituti misit suam super Evangelia annuam *Postillam*, sive *Expositionem*: & patriæ nomine Avenionem ad Joannem XXII. Pont. Max. legatus, controversias, & jurgia, bellaque inter Tudertinos, & Perusinos sedavit, feliciterque composuit; quare ab eodem Joanne Papa assumptus fuit an. 1326. ad Melphiensem in Apulia Ecclesiam, quam usque ad annum 1332. sapienter gubernavit, quo vivere desiit, cum scripsisset

Conciones, & *Theologica plura*. De eo Waddingus in Annal. Min., aliique plures apud Oldoinum in Athenæo Perusino pag. 245.; sed eum addunt

Summam sacrorum Canonum eum edidisse, vereor, ne hunc eum Justinopolit. Monaldo confundant, de quo supra.

* MONALDUS DE MONALDIS junior a Joan. a S. Anton. ex Jacobillo, & Oldoino hic recensitus nullus est; cum *Summa perutilis*, quam ajunt prodiisse Lugduni anno 1506. apud Petrum Belletum, sit Summa Monaldi Justinopolitani, de quo supra.

1528.

MORISSARACENUS = iste est *Maurus Saracenus*, de quo dictum est paulo ante, vulgo *Morus* appellatus.

M M C M X X X V. 1529.

MUTIUS CAVENSIS = provinciæ Neapolitanæ Magister Novitiorum, de quo legendus Dionysius Genuensis in Biblioth. Capuccin. Citat hunc Gavantus in Opere suo de Cærem. Offic., & Miss.; de eo & Allatius de Viris Illustr. pag. 197.

Declaratio divin. Offic. Romæ 1612. apud Jacobum Mascardum.

De significatis Sacrificii Missæ. Ibidem 1626. apud Ludovicum Grignanum, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

N

M M C M X X X V I.

NARCISSUS JOANNES Hispanus prov. Catalauniæ primùm alumnus, postea ad illam S. Josephi Discalc. translatus Theologiæ Lector fuit, virtutibus conspicuus, qui præmatura morte interceptus officium Commissarii Generalis Indiarum sibi delegatum nequiit subire. Floruit an. 1570. Matriti in Conventu S. Bernardini, de quo Arturus in Martyrol. Francisc. die 13. Septembris §. 4., & Joan. a S. Anton.: reliquit brevem

Tractatum de oratione: & *de legibus spiritus*.

M M C M X X X V I I. 1530.

NATALIS DURRET = de quo & Joan. a S. Anton. prorsus ex Waddingo.

M M C M X X X V I I I. 1531.

NATALIS TAILLEPIED = latine *Pedecæsus* Pontisarensis primò Reg. Observ., postea Min. Capuccin. alumnus vir doctrina, & vita conspicuus edidit

Vitam Fr. Nicolai de Nisse Minoritæ Galli. Parisiis an. 1574. in 8. apud Sonnium ex Joan. a S. Anton.

Resolutiones Sententiarum Scripturæ adversus hæreticos modernos. Ibidem an. 1574. ex Dupino in Supplemento.

Historiam vitæ, & mortis Martini Lutheri, Andreæ Carolostadii, & Petri Martyris. Ibidem 1577. per Joan. Parant; & postea etiam cum *Vita Theodori Bezæ* Duaci 1616. in 12.

Vita, & gesta Theodori Bezæ. Parisiis 1577. in 12.; quæ postea latine reddita a Panthaleone Theventino prodiit Coloniæ an. 1580. in 12.; & tandem Duaci an. 1616. cum aliis, ut supra est dictum, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Comment. in Threnos Jeremiæ. Ibidem an. 1582. in 8. apud Joan. Parant, teste Joan. a S. Anton.

Comment. in Prophetam Jeremiam. Ibidem anno 1583. in 4., teste Jacobo Le Long in Biblioth. sacra pag. 980., nisi sit idem Opus cum superiori.

Antiquitates Pontizarenses. Ibidem an. 1587. in 8. ex eodem lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ n. 6357.

Perfecta Abbatissa Pontizarensis gallice. Ibidem in 8. ex eodem loco cit.

Antiquitates Rothomagenses. Ibidem; de quibus Lassor to. 2. Universi pag. 454.

Thesaurus Ecclesiæ Catholicæ ex autore Biblioth. Capuccin. in append.

Traite de l'apparition des Esprits à sçavoir, des ames reparées, fantômes, prodiges, & autres accidens merveilleux par Frere Noel Taillepied Lecteur en Theologie. Rothomagi an. 1600.; Bruxellis 1609.; & Paris. an. 1627. in 12. apud Joan. Corozet.

P. Fr.

F. Fr. Noel Tallepied Histoire de l'estat, & Republiques des Druides, Eubages, Sarronides, Bardes, Vacies, anciens François Gonverneurs de la païs de la Gaule depuis le deluge universel jusques a la venue de Jesus Christ en ce monde. Compris en deux livres contenans leurs loix, police, ordonnances tan en l'estat Ecclesiastique, que seculier. Escrit nouvellement en François. Paris. 1585. in 8. apud Joan. Parant; cujus libri rarissimi excerptum dedit Joan. Georgius Frickius in Comment. *de Druidis Occidentalium populorum Philosophis* par. 2., teste Frider. Freytag in *Analectis litter. de libris rarior.* pag. 933.

Obiit Andegavi an. 1589. ex Joan. de Hiret in Antiquit. Andegaven. fol. 510., & Didaco Lequilen. in Catalogo Scriptor., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCMXXXIX. 1532.

NATHANAEL LE SAGE = de quo & Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

MMCMXL.

NENNIANUS ELGINENSIS natione Scotus, qui ad an. 1300. fertur vixisse, scripsit

Deflorationem Nennii, seu *Compendium Historiarum Nennii Gildæ* Hibernici, qui an. 83n. florebat, teste Thoma Dempstero Hist. Eccles. Scot. lib. 14. n. 9615.; sed ego *Anonymum* existimo, qui quod *Nennii Compendium* egit, idcirco *Nennianus* est appellatus. V. *Anonymus Scotus* Elginensis.

MMCMXLI. 1533.

NESTOR DIONYSIUS = Reg. Observ. Opera tit.

Vocabularium, diphtonga, & prosodia prodierunt Ven. 1488. per Gulielmum de Tridino in fol. ad Ludovicum Sfortiam enm multis versibus latinis, & italicis ante, & post.

Item *Opus de verborum ortographia*. Ibidem, & eodem anno in fol., & postea *Dictionarium* 8. libris dictinctum, & Ludovico Sfortiæ Mediolan. Duci dicatum ibidem impressum est an. 1496. per Philippum Pinzium Mantuanum: scribit Orlandus de Orig. & progr. Typogr. par. 1. & 2. utrumque Opus ibidem in fol. prodiisse; iterumque *Vocabolarium* cusum est Venetiis an. 1506. ex Indice Biblioth. Barber.

Meminit hujus Ludovicus Vives lib. 3. *de tradendis disciplinis*, citantque eum sæpe Quintianus Stoa in Epograph., Deuspauterius, & Letciolius in Prosodia Ind. 2.; in Opusque ejus *tabulam* elaboravit Joan. Petrus Constantinus Placentinus Orator in primis, vatesque clarissimus testimonio Joannis Biffi Presbyteri Mediolanensis in Indice suorum Opusculorum anno circiter 1490. editorum, ubi scribit, eam penes se eum aliis ejusdem autoris Scriptis habuisse cudendam. Fabritius tamen in Biblioth. Latin. lib. 4. cap. 7. edit. Hamburg. hunc *Lexici Catholici Papiæ* interpolatorem vocare non dubitavit. Citatur quoque ab Ambrosio Calepino in suo *Dictionario* v. *Obaudio*: de eo Rodulphius lib. 3., aliique plures, & ultimo Jo: a S. Anton., sed ex Waddingo.

MMCMXLII.

NICANDER GARRIGA patritius Venafranus provinciæ Terræ laboris Min. Capuc. composuit italice, silente Biblioth. Capuccin.,

Libros plures meditationum spiritualium: obiitque in patria an. 1649. 13. Novembr. ex Toppio in Biblioth. Neapolit, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCMXLIII.

B. NICASIUS JOANNIS Hesius ab oppido, vel pago Hollandiæ, ubi natus est, sic appellatus, Reg. Observ. Conventus Lovanien. alumnus, Theologiæ præsertim mysticæ insigniter peritus, Evangelicæque perfectionis sectator egregius; in lectione vero sacræ Scripturæ tam exercitatus, ut Psalterium totum, & Apostolicas epistolas memoriter recitare valeret. Unus fuit e Martyribus Gorcomiensibus, scripsitque

Sermones sublimes, ac subtiles ad populum, quorum nonnulli propria manu exarati asservabantur apud Gulielmum Estium, ut ipsemet testatur lib. 3. Histor. BB. Martyrum Goreomien. cap. 3.

Obiit gloriosus Martyr cum sociis an. 1572. die 9. Julii, eosque miraculis illustres Clemens X. inter Beatos numeravit. De iis egerunt Conradus Janningus in Act. SS. die 9. Julii fol. 809., Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 380., aliique.

MMCMXLIV. 1534.

NICODEMUS FLORENTINUS = Reg. Observ. alumnus, cujus

Summa casuum conscientiæ italico idiomate scripta hoc titulo: *Pratica de casi di coscienza*; ovvero *Specchio de' Confessori* prohibetur, donec corrigatur, ex decr. sac. Congreg. Ind., citaturque a Diana in sua *Summa* ex Indice autorum, quos adhibuit.

Dialogus animæ rationalis cum se ipsa eodem idiomate vulgari prodiit Florentiæ 1607. per Alexandrum Guiducci Vincentio Bertino Sartianensi ejusdem Instituti sac. Theologiæ Lectori dicatus.

Lo Stato convertito: Tragædia spiritualis; & in fine *Corona de septem gaudiis B. V. Mariæ* versibus hetruscis. Florentiæ an. 1614. in 8. per Zanobium Pignoni, & socios.

De hoc agunt Antonius Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., Leo Allatius in Drammaturgia, & Julius Niger in Scriptor. Florent., qui cum errore *Nicolaum* dicit autorem Speculi Confessorum. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum, & Terrincam.

MMCMXLV. 1535.

NICOLAUS ALBASPINA = de quo Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMCMXLVI.

NICOLAUS AMESFORDIENSIS Belga Capuccinorum concionator, rerum Historicarum studio detentus composuit lingua vernacula

Chronica generalia Ordinis Seraphici Patris Francisci scripta anno 1647. & postmodum vulgata Bruxellis an. 1656., quæ citantur a Francisco Cionaccio Hist. B. Humilianæ T. O. S. Francisci par. 3. cap. 7. n. 2. De eo silent Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

MMCMXLVII.

NICOLAUS ANGELUS a S. Angelo Picenus natione, & provinciæ Romanæ alumnus Min. Capuccin. concionator eruditus, in arte poetica admodum excultus, ac clarissimo pollens ingenio scripsit carmine heroico hetrusco

Encomium sacrum de B. Felice Capuccino sub tit. *Amor felix Felicis amantis* impress. Romæ an. 1632., cujus autographum extat Genuæ in Biblioth. sui Ordinis, teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton.

NI-

* NICOLAUS ANGLICUS. V. *Nicolaus Brito*.

MMCMXLVIII. 1536.

NICOLAUS AB AQUAVILLA = Gallus, & Lugdunensis concionator suo tempore perillustris, ut plures codices mss. produnt, sac. Theol. Doctor, cujus Sermonem *de Assumpt.* citat Gabriel Barletta in Serm. de Concept. B. V., & Vincentius Bandellus de un. Concept. J. C., agitque de eo Rodulphius lib. 3., aliique post ipsum; ante eum tamen Joan. Garetius de Sacram. Euchar. clas. 1. tradit floruisse an. 1317., & *Joannes Quintinus* Doctor insignis sac. Theologiæ *Sermones Theologales* ab hoc Doctore Nicolao excerptos, & a Ludovico Unsario emendatos edidit, quemadmodum habet Possevinus in Appar. sac. V. *Joannes Quintinus*.

Sermones de Tempore per totum annum secundum Nicolaum de Aquævilla alias Lugdunensem mss. extant Oxonii in Biblioth. Collegii Lincolniensis cod. 14.

Sermones Dominicales Lugdunensis, alias Aquævillæ anglice Watertovv ibidem in Bibl. Collegii Corporis Christi cod. 156. membr. in 4., & in Bodlejana cod. 3. *Sermones pro diebus Dominicis, & Festivis per totum annum Nicolai de Aquævilla Ordinis Fratrum Minorum* mss. ibidem inter codd. Henrici Worseley cod. 57. Porro *Sermones Dominicales super Evangelia* incipiunt: *Dicite filiæ Sion*.

Homiliæ Nicolai de Aquævilla ibidem mss. inter codd. Simonis d'Ewes Baronetti cod. 112.

Sermones de Tempore collecti ex Patribus Nicolai de Aquævilla; itemque *Sermones super Evangelia* mss. in Biblioth. Univers. Cantabrigen. cod. 14. & 97., aliisque pluribus locis, ut legere est apud Oudinum to. 3. Commentar. ad an. 1310. Extant mss. & in Biblioth. S. Gatiani Turonen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1275. n. 224. V. to. 1. Biblioth. Bolej fol. 148., & Ant. Sanderus par. 2. Biblioth. mss. Belgicorum.

Sermones de Nativitate, & Assumptione B. Virginis citatos a Joanne Carthega lib. 7. homil. 15., teste Joan. a S. Anton., puto extasse inter *Sermones de Sanctis*, al. *pro diebus festivis per annum*.

Nicolaus iste primus omnium in *Epitomen redegit Jus canonicum*, assertore Fr. Petro de Alva *principio* x. in append. Joan. a S. Anton.

MMCMXLIX. 1537.

NICOLAUS ARIMINENSIS = sacræ Theologiæ Doctor, & Ravennatis Cœnobii moderator, nec non Opizonis Polentani urbis Principis a sacris Confessionibus ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1417. n. 10. missus est ab eodem Opizone suo, ac civitatis nomine Martino V. aggratulatum. Cum igitur Ravennæ degeret an. 1413., scripsit

Vitam, & miracula B. Raynaldi Ravennatis Archiepiscopi, nec non tres Sermones in illius laudem; qui una cum Vita mss. servantur in Tabulario illius Archiepiscopatus, teste Hieronymo Fabro in Hist. Eccles. Raven. par. 1., ex quo *Vitam cum miraculis* haud multis ab hinc annis publicavit Abbas Ughellus to. 2. Italiæ sac. in Ravennat. Archiepisc. n. 92. hoc titulo: *Tractatus de Vita laudabili Archipræsulis B. Raynaldi per me edita Fr. Nicolaum de Arimino Ordin. Minorum S. Theol. humilem professorem anno Dom.* 1413. Scripsit etiam latine

Vitam B. Roberti Malatestæ Arimini, & Casenæ Domini Tertii Ord. S. Francisci an. 1432. *defuncti*, ut ex Speculo Min., & Mariano Chron. lib. 5. cap. 13. refert Marcus Ulyssipon. Chron. S. Francisci par. 3. lib. 1. cap. 53., & Rodulphius lib. 2. fol. 269. in Custodia Forolivien., & loco Arimini, de quo & Arturus in Martyrol. Francisc. die 10. Octobr. §. 5. Extat autem Arimini in Archivo Conventus S. Francisci scripta an. 1433. sine nomine autoris, sed miracula exarata sunt italice: incipit: *Gloriosus Deus, qui multifariam modis nobis ingratissimis creaturis suis* &c: & diversa est ab illa, qua usus est Waddingus. *Vita Roberti* Malatestæ ab eo scripta extat apud hæredes Hieronymi Melzi Lampergorum ex Clementino par 2. lib. 8. ad an. 1427. pag. 231., habetur etiam vulgari lingua ms. Cæsenæ in Biblioth. S. Francisci; nuperque exemplum codicis Ariminen. una cum monumentis ejusdem Cœnobii illatum est in Archivum Ordinis Romæ apud SS. Apostolos.

Porro Nicolaus iste anno 1433. Ferrariæ interfuit cuidam instrumentariæ actioni Conventus sui Ordinis ex Tabulario ejusdem Conventus.

MMCML.

NICOLAUS ARMIGER germanice *Waffentrager* Coloniensis Cœnobii Minor. Convent. Guardianus edidit

Currum mystico-historicum Ordinis S. Francisci an. 1631., cujus *Examen* elaboravit Petrus Marcantius Belga Regular. Observ. an. 1631., uti scribit Waddingus in *Gerardo Empolio*, & *Petro Marchantio*, suppresso tamen autoris nomine. Citat hunc Arturus in Martyrol. Franciscano anno 1637. edito art. 21. §. 137. ex Franchino in Bibliosoph. num. 278., & in Append. pag. 651. §. 209., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCMLI.

NICOLAUS ARRESTORFIUS Bonnensis Bavarus Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & Coloniensis prov. Minister factus est Episcopus Aconensis, & Suffraganeus Ernesti Bavariæ Ducis Archiepiscopi Colonien., & Episcopi Monasterien.; qui eum Ecclesiæ S. Lamberti Monasterii in urbe primariæ constituit Administratorem, & pastorem, ut Religionem Catholicam Lutheranorum, & Anabaptistarum colluvione collapsam restauraret, & pristinæ integritati restitueret, quod assiduis concionibus, aliisque piis operibus effecit; composuitque

Nucleum catecheticum, & *conciones*, *Sermonesque varios*.

Obiit Monasterii circa anno 1620. apud suos humatus cum epitaphio; de eoque Hist. prov. Colonien. fol. 141.

* NICOLAUS AUBESPIA = V. *Nicolaus Albaspina*.

MMCMLII. 1538.

NICOLAUS AUXIMANUS = Regul. Observ., de quo Marcus Ulyssipon. ex Speculo Minor., & Mariano Chron. par. 3. lib. 1. cap. 41., & 42., aliique postea: conscripsit non

Commentarios in Regulam Fratrum Minorum; sed brevem *Declarationem super Regula FF. Minor.* an. 1439., cum esset Vicarius provinciæ S. Angeli, & Commissarius Generalis, quam SS. Bernardinus, & Joannes Capistran. an. 1440. approbarunt; legiturque in Monumentis Ord. Min. tract. 2. edit. Salmantic. anno 1511., ejusque meminerunt autor Opusculi *De necessariorum congrua solutione* in Firmamento trium Ordin. par. 3., & cit. Marcus Ulyssipon. lib. 1. par. 3. cap. 28.; extat & in eodem Firmamen. edit. Venetæ 1513. par. 3., estque brevis explicatio, seu *Ordinationes quædam in caput 7. Regulæ FF. Minor.* breviter conclusæ, & epi-

& epistolâ S. Bernardini anno 1440. data comprobatæ: attamen cum Rodulphius lib. 3. tradat, eum scripsisse *super præcepta Regula sermone vernacalo*, dubium subiit, an commentarii diversi sint a declaratione brevi.

Supplementum Privilegiorum Ordinis Minorum confecit an. 1444., quod extat Romæ in 8. in Bibliotheca S. Isidori, teste Petro de Alva, & Astorga in Apparatu ad Indiculum Bullarii Seraphici v. *Supplementam*.

Supplementum Summæ Magistratiæ, sea Pisanella prodiit primo Venetiis per Vindelinum de Spira in fol. ante mensem Aug. an. 1473. ex versibus ibi relatis:

Impressam est, Sixto sacroram Antistite IV.,
Et Veneto Troni Principis imperio:

qui Dux Nicolaus Tronus obiit 28. Julii illius anni; & Venetiis eodem anno m. Novembr. per Barthol. Cremonen. in fol. parvo; Genuæ anno 1474. in fol. per Matthæum Moranum de Olmutz, & Michaelem de Colonia ex Orlando de Orig., & progr. Typograph., & Joan. a S. Anton., qui vidit Hispali in Biblioth. Ecclesiæ; postea Venetiis annis 1474., & 1476. fol. per Franciscum de Hailbrum, & Nicolaum de Francfordia; mox ibidem an. 1477. in 4. per eumdem Franciscum de Hailbrun, & Petrum de Battua socios, quæ extat Florentiæ apud nostros; & postea Mediolani 1479. in fol. per Leonardum Pachel, teste Joan. a S. Anton., & iterum Venetiis 1481. in 4. per Bartholomæum de Alex., & Andream de Asula; nec non Reutlingiæ an. 1484. in fol., & Norimbergæ in 4., in cujus fine habetur: *Expletum apud locum nostram prope Mediolanam S. Mariæ de Angelis nuncupatum, & valgariter S. Angeli* MCCCCXIIII. *Novembris* 28. *die Sabbati proximi ante Adventum hora quasi sexta*; & postea:

Sacra docens popalos oracula presbiter alme
Fit tibi, ne dubites, atilis iste liber.
Denique cognosces, fraeris dum clave superna
Solvere coafessor, quidve ligare potes.
Hæc alias malta tibi sant scrutanda labore;
Sed cito, sed breviter do Pisanella tibi.
Incola Nurembergæ Antonius Kobargen at illam
Imprimeret, Ieorgius Stuchs dedit æris opem.
Edi hanc Sulzbach, docuit Nuremberga polite
Imprimat ut libros, nunc decus artis hujus.

Anno Christi M. CCCC. LXXX. VIII. *m. Janii d.* XX.; tandem Ven. 1489., & 1494. per Leonardum Wid in 4. ex Waddingo, qui *Summam Casaam Conscientiæ*, & *Supplementum Summæ Pisanellæ* facit duo Opera diversa; sed Joan. a S. Anton. recte judicavit esse idem Opus. Extat autem ms. membr. 4. Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., ut & duæ Venetæ editiones, quas dixi.

Opus conscripsit idiomate vulgari italico tit. *Quadriga spirituale* incip. *Dice l'Apostolo, quello, el quale non sa cioè le cose necessarie alla salute, non è saputo da Dio, cioè come estraneo è repatata* &c.; quod *spiritualem Quadrigam* appellat, quia peragit de 4. rebus præcipuis ad salutem, *fide, operibus. confessione, oratione*, seu *de symbolo*; *de peccatis, decem præceptis, & operibus charitatis*; *de rebus necessariis ad coafessionem*; & *de oratione*: in cujus fine legitur: *Explicit Opus nuncupatum spiritualis Quadriga compositum per venerabilem patrem fratrem Nicolaum de Auximo Ordinis Minoram de Osservantia imprexum per magistrum Phedericum de Comitibus de Verona in civitate Esii Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi* M. CCCC. LXXV. *sexto kls Novembris*. Habetur autem in Tabulario sac. Conventus S. Franc. Asisii ms. chart. in 4., in cujus fine legitur: *Explicit spiritualis Quadriga edita per venerabilem viram fr. Nicolaum de Auxima Ordinis fratrum Minorum de Observantia regulari* M. CCCC. XXXXII. *die* V. *Decemb.*: extat quoque ms. in Biblioth. Minor. Observ. Regul. Auximi, quæ in fine habet: *Finisce lo libro dicto Quadriga spiritualis composto dal venerab. P. F. Nicolò da Osimo dela provincia dela Marca d'Ancona del ordine deli Frati minori dicto de Oservanzia scripto per me fra Baptista da Carualdo dello dicto ord., lo quale fenito nello loco de Pesaro adi* XXI. *de septembre nel dì de Sancta Matheo Apto & Evang.* 1445. *nel tempo, che era Vicario de la dicta provincia el Ven. P. Fre Domenico de Lionessa predicatore Evangel.*; & hæc videtur, quam Joannes a S. Antonio to. 2. pag. 383. vidit Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ cod. in 4. partim pergam. ms., & partim impres. sine loco, & anno sub tit. *Quadriga spiritualis*; aitque continere 1. *expositionem symboli*; 2. *expositionem decalogi*; & 3. *tractatum de oratione*. Habetur quoque Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci cod. membr. in 4. scriptus ne, vel impressus, non satis apparet, hoc titulo: *Incominçia el libro dicto Quadriga spirituale. Renovamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quæ sit volantas Dei beneplacens, & perfecta. El glorioso Apostolo Messer San Paulo nel sopradicto parlare ci dà una maravigliosa doctrina* &c.: in 4. divisa est partes, in 1. agit *de anima*, & *symbolo Apostoloram*: in 2. *de peccatis, de* 10. *præceptis*, & *operibus misericordiæ*: in 3. *de Confessione sacramentali*: & in 4. *de oratione dominicali*: ac in fine legitur: *Finito è il trattato de Frate Nicolò da Osmo*. Eadem habetur Asisii in Tabulario sac. Conventus S. Francisci ms. chart. in 4. sine nomine autoris cum diversorum Opusculis. Demum typis prodiit an 1494. in 4., sed perperam S. Bernardino adscripta hoc titulo: *Sancta Bernardino della Confessione. Incominçia una doctrina di Sancto Bernardino utile del modo, che se debba lo homo confessare: e prima de la cagione, che hanno da inducere l'anima a la confessione*: incip. *Renovamini in novitate sensus* &c. Extat Opusculum Ravennæ in nostra S. Francisci Bibliotheca.

Quadrigam aliam ipse composuit, quam non semel adducit in suo Pisanellæ Summæ *Supplemento* v. *absolutio* 1. & 5., ubi citat suam *Quadrigam litteralem* lib. 2. tit. 9. §. 9. & 10.; v. etiam *confessio* 1. & 2. ejusdem *Quadrigæ* lib. 2. tit. 6. §. 2., & tit. 7. §. 2. & 10.; ac v. *religio* 2. citat lib. 1. tit. 49. §. 23. ipsius *Quadrigæ*; quam & citat Pelbartus Temiswarien. in *Pomerio de SS.* serm. 120., & par. 1. æstiv., & Fr. Cherubinus Senen. in tract. *regulæ vitæ matrimonial.* §. *de prima re* post procemium. Aliam vero dixi a superiori *Quadriga*; nam ista dicitur distributa in *libros, titulos*, & §., illa vero in capita, seu titulos.

Ejusdem Nicolai aliud *Opusculum* italice *Zardino di Orazione* anno 1454. sub Nicolao V. scriptum, & in 24. capita partitum, quod prodiit anno 1494. sine nomine autoris cum supradicta *Quadriga* spirituali in fronte referens *Minoritam* genuflexum cum B. V. *Corona*, ut ajunt, inter proten-

sas

sas manus, ante quem cernitur *Angelus*, & post hunc *Ecclesia*, forsan *S. Mariæ de Angelis* prope Mediolanum, ubi ipse morabatur aliquando.

Interrogatorium Confessorum ipsemet adducit in suo Pisanellæ Supplemento v. *Absolutio* 1. & 5.

Apologiam scripsit *adversus Fr. Robertum Liciensem an.* 1453. *pro Bulla Eugeniana* Minores Observ. a Conventualibus separante, ut ex Mariano Florent. tradit Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 3. cap. 39.

Sermonum latinorum lib. 1., & *Sermonum vulgarium lib.* 1., nec non *Quadragesimale* composuisse memorat idem Marcus Ulyssipon. lib. 1. cap. 42., citaturque a Summa Angelica, & Rosella inter DD. Juris Canonici, & civilis.

De eo Arturus in Martyrol. Francisc. die 23. Februar. §. 3. Waddingus in Annal. Min. sub an. 1376. n. 12. refert, *Nicolaum de Romanis* Auximatem sub Gregorio XI. sac. Theologiæ, & utriusque juris Doctorem extitisse, Archidiaconum Vercellensem, Præpositum Ecclesiæ Collegiatæ S. Felicis Aquilejen., aliisque pinguibus cohonestatum Sacerdotiis legatione apostolica functum esse in Syriam sub Martino V., unde reversum post triennium obiisse, relictis pluribus, quos scripserat, libris, quorum Catalogum pollicitus est idem Waddingus se daturum in lib. de Scriptor. Ord. Min., quo loco non alium *Auximatem Nicolaum*, quàm quem descripsimus, exhibuit; nam ille *Nicolaus de Romanis*, ut infra, non fuit Minorita.

MMCMLIII.

NICOLAUS BARSOTTUS Lucensis Capuccinus, sed provinciæ Bohemiæ concionator ductus, & pius scripsit

Spirituale humanæ semper peregrinæ mortalis vitæ remigium habens portum suum immortalem æternam vitam italice fusius, deinde strictius latine factum. Viennæ an. 1647. typis Jo: Jacobi Kurner; germanico etiam idiomate cusum est circa idem tempus.

Cynosuram, seu Mariam stellam polarem Christo Jesu sole amictam, exornatam, illustratam &c. ad Leopoldum I. Hungariæ Regem. Iisdem typis an. 1655. in fol.; & auctam ibidem an. 1675. cum diffusa *inscriptione distichorum, carminumque* innumerabilium, quæ legi potest apud autorem Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Antonio.

Sermones evangelicos de Adventu, & Quadragesima iisdem typis in 4. an. 1667.

Sermones de Sanctis per annum occurrentibus. iisdem typis in 4. an. 1668.

Paradisum interiorem P. Pauli Manassei Capuccini cum additione quorumdam Opusculorum, & aliorum exercitiorum spiritualium ex italico in germanicum sermonem transtulit: prodiitque bis Coloniæ, & ter Viennæ Austriæ, teste Joan. a S. Anton.

Meminit hujus Marracius, Caramuel, & Dupinus, quorum elogia merito exscripsit autor Biblioth. Capuccinor.

* NICOLAUS E BETTONA, al. Vettona Umber = V. infra *Nicolaus Ferragattus*.

* NICOLAUS A BIARDO = V. *Nicolaus e Broido*.

* NICOLAUS BOCHAM apud Aug. Witte, & ex eo Joan. a S. Anton. in append. relatus est *Nicolaus Occham*.

MMCMLIV. 1539.

NICOLAUS BODIUS = Joan. a S. Anton. exscribit prorsus Waddingum.

MMCMLV. 1540.

NICOLAUS BONETUS = Gallus natione, uti etiam indicat agnomen, est enim *Bonet* gallice latinis *Pileolus*, Italis *Berretta*; ac Turonensis patriâ ex Gulielmo Vorilongo in 1. Senten. d. 36., Pelbarto Themisvar. in Theol. Rosario lib. 2. v. *Servitus*, & ex Daniele Meyero in decisione præmissa quæstioni 26. Magistrali Joan. Scoti per Joan. Colonien. breviatæ; diciturque *Scoti discipulus* a cit. Vorilongo in 2. Senten. d. 3.; Joan. vero Anglicus quæst. 3. Universal. Scoti tanti nominis extitisse eum dicit, ut *Doctor Pacificus* audiret, & sectam *Bonetistarum* condiderit: *Doctor Parisiensis* quidem, & unus ex *Capellanis Regiis* anno 1333. interfuit Congregationi Parisiis apud S. Maturinum jussu Philippi Regis habitæ super opinione Joan. XXII. de beatifica animarum visione, ut legimus sec. VI. Hist. Universit. Parisien. ad an. 1332. *Vir in subtilitate nulli secundus* appellatur a Tiberio Bacilerio Bononiæ ordinario Logicæ Lectore in sua *de prædicatione reali* quæstione impressa ibi an. 1496.; & *vir gravissimus* ab Aquario Ord. Prædic. lib. 1. Metaphys. diluc. 5. Anno 1338. a Benedicto XII. missus est nuncius cum tribus aliis Minoritis ad Tartarorum Imperat., aliosque Principes, Gentesque illarum regionum fidei catholicæ dilatandæ causa; indeque reversus an. 1342. promovetur ad Episcopatum Melitensem sub Archiepiscopo Panormitano ex Reg. Vatic. apud Wadding. in Annal. Min. ad eos annos; obiitque anno 1360. ex Roccho Pyrrho in Not. Melit.

Postillam super Genesim laudat Gulielmus Vorilongus in 2. d. 17., & 21., & Pelbartus Themisvar. in Theol. Rosario lib. 2. v. *Tentatio* §. 16.; & prodiit Venetiis an. 1505., teste Jacobo Le Long Biblioth. sacræ n. 750.

Fr. Nicolai Bonetti Mag. Ord. Min. provinciæ Turoniæ Philosophiæ naturalis lib. 8.; &

Theologiæ naturalis lib. 7. extant Ven. in Biblioth. Bessar. in 4. membr. sec. XV. scripti an. 1470. Romæ apud SS. Apostolos. Ejus *Theologia naturalis divisa in septem libros* ms. extat Oxonii in Collegii Mertonen. Bibliotheca ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 661., & Baliolen. Biblioth. cod. 666. ibi. *Theologiam* hujus citat laudatus Vorilongus in 1. Senten. dist. 22. & 36., ac Pelbartus Themisvar. in Rosario Theol. v. *Servitus*, nec non Mauritius Hibernicus in annot. ad theorem. 21. Scoti n. 15.

Ejus *Metaphysica* habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Franc. ms. chart. in 4. incipiens: *Omnes homines, imo omnes naturæ intellectuales cum naturaliter scire desiderent* &c.: & in fine legitur scripta *Mantuæ per manum Fratris Joannis de Costa ejusdem Ordinis Minorum provinciæ Burgundiæ, & completa die XV. mensis Martii anno Domini mill. cccc. XXVII.* Extat ms. etiam in Biblioth. Cassinen. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 226. cod. 336.; & Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub 11. n. 21. in 4. ex append. Joan. a S. Anton.; demum Venet. in Biblioth. Bessar. cod. 304. in 4. seculi XV., in cujus fine legitur: *Explicit Metaphysica Bonetti Ord. Min. Frater Bernardinus de Mevanco scripsit ejusdem Ordinis* 1468. ex Catalogo ejusdem p. 133.

Su-

Super prædicamenta lib. 1. *In libros* 8. *Physicorum*. *In libros* 9. *Metaphysicorum*; ac *in Theologiam naturalem lib.* 7. volumine uno prodierunt Venetiis an. 1505. in fol. studio N. V. Laurentii Venerii Procuratoris S. Marci per HH. Octaviani Scoti ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 384. *Prædicamenta*, *Topica*, *Physicam*, ac *Metaphysicam* ejus citat laudatus scriptor antiquus Joan. Angliens quæst. 3. Universal., ut & Gabriel Zerbius lib. 2. quæst. 13. Metaphys., & Nicolaus Dorbellus lib. 3. Metaphys., nec non Joan. Mirandulanus, ac Gulielmus Vorilong. 1. d. 3. quæst. 1., nec non Mastrius Instit. Logic. par. 1. tract. 1. cap. 7. n. 33.

Ejus *Formalitates in via Scoti* edition. antiqà in fol. absque loco, & anno extant Emeritæ in Extremadura in Biblioth. Conventus Reg. Observ. sub C. n. 90., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 241. v. *Bonetus N.* Prodierunt etiam cum variis aliorum Opusculis Venetiis an. 1489. in 4. per Bernardinum de Choris Cremonensem, & Simonem de Luere. Extat hæc editio Romæ in Bibliotheca Collegii S. Bonaventuræ; prima autem etiam Florentiæ in Biblioth. S. Crucis: incip. *Ens in quantum ens, manifestum est &c.*: sed hæ cum hoc principio tribuuntur Antonio Andreæ, ut ibi visum est. Eas citat Mastrius disput. 1. Logic. quæst. 5. art. 2. n. 61. Scripsit etiam

Tractatum de Conceptione V. M. jussu Clementis V. ad modum dialogi, teste Willoto, Rodulphio, & Wadd. supra in *Boneto N.*, qui idem est; de quo & Marracius, & Petrus de Alva in Militia col. 208.

Erravit Joan. a S. Anton. to. 2. cum Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ *Messanensem* eum existimans; sicut & quidam Florentini, qui hunc civem suum fecerunt.

MMCMLVI. 1541.

NICOLAUS DE BONONIA = cum neque nostri, neque Bononienses Scriptores ullam de isto fecerint mentionem, vereor excidisse Waddingo, ut pro *Iesualdo*, seu *Gesualdo Bononia*, de quo dictum est suo loco, scripserit *Nicolaum*; ille enim plura composuit Opera ad Moralem Theologiam attinentia, Joannes a S. Anton. Waddingum secutus est.

MMCMLVII. 1542.

NICOLAUS BRITO, vel Anglicus Innocentii IV. Confessarius, & inde Episcopus Asisias ex Thoma Ecclestono, Lelando, Pitseo, & Pansa in Vita Innocentii IV., ad quam dignitatem probabiliter evectus est circa annum 1247., & ante Nicolaum a Curbio, de quo infra, qui in munere Sacellani, & a Confessionibus fuit ejusdem Pontificis usque ad mortem: de eo Waddingus in Annal. Min. Reg. Vatic. ad eum annum; ferunt scripsisse

Varia Opera, quæ ad nos non pervenisse putatur; inquit ex Thoma Ecclestono, & Lelando apud Fr. Angelum a S. Francisco Pitseus de Scriptor. Angl., & Rodulphius etiam lib. 3. inter Scriptores Franciscanos hunc habet, sed quid scripserit, nobis non edisserit. Obierat ante annum vel initio anni 1255., quo memoratus Nicolaus de Curbio eam Sedem tenebat. Hunc habet & Ughellus to. 1. Ital. sac., sed perperam dicit adlectum *anno* 1258. Episcopum; de eo & Morerus in Gallico Dictionario [illegible]

NICOLAUS E BRITTONIO = V. *Nicolaus Ferragatus* infra. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

MMCMLVIII. 1543.

NICOLAUS E BROIDO = *de Biordo* dicitur a Rodulphio lib. 3. Gandulfus de 200. Scriptor. Erem. S. Augustini hunc suis Augustinianis adjudicat, & plura scripsisse commemorat ex mss. & editis; atque etiam *Distinctiones Fr. Nicolai de Biardo Ordinis Eremitarum* mss. extare dicuntur Cremonæ in Biblioth. S. Augustini ex Possevini catalogo illius Bibliothecæ in fine Appar. sac. Sed & Antonius Senensis Ord. Prædic. Rodulphio coævus sui Ordinis extitisse dicit *Nicolaum de Byartho*, ac scripsisse *Distinctiones morales*, *Summam de abstinentia*, & *Sermones*: quare Possevinus in Appar. sac. modo Minorum, modo Prædicator. Ordinis eum describit, & modo etiam nullius Instituti; cum prius scripserit *Nicolaum Bayart Anglum* edidisse librum *Distinctionum Theologicarum*, *Sermones de tempore*, & *de SS.*, *Placita Theologica*, ac vixisse anno 1410. Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1400. tradit, Nicolai Byarti Angli *Distinctiones utiles concionatoribus cum tabula tractatus* mss. extare Parisiis in Biblioth. Choletana, & Collegii Navarrici; in Biblioth. Divionen. S. Benigni; nec non Oxonii, & Cantabrigiæ in pluribus Bibliothecis; videturque sentire fuisse Ord. Prædicator. Demum Echard to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. hunc suis accenset auctoritate Bernardi Guidonis habentis: *Fr. Nicolaus de Viardo* (al. de Biardo) *Gallicus Sermones*, & *Distinctiones utiles*, & *morales*, & *Summam de abstinentia fecit*: attamen fatetur, Parisiis in Biblioth. Gymnasii Navarrici haberi exemplum elegans in membranis fol. hoc titulo: *Incipiunt Distinctiones fratris Nicolai de Biardo Ordinis Fratrum Minorum*: in pluribus autem aliis codd. mss., quos inspexit, non exprimitur, cujus Instituti fuerit, aitque floruisse an. 1250.; ceterum errat, dum scribit Waddingum hunc autorem non habere inter Franciscanos, cum ipsum ille recenseat, mendose tamen sub *Nicolao Broido*, & Biordo.

Nicolai Briardi distinctiones, seu loci communes de variis rebus ordine alphabetico mss. in Biblioth. Monast. Divion. Benign. n. 181. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1286.

MMCMLIX.

NICOLAUS CÆSAREUS a Serra S. Quirici Picenæ provinciæ oppido Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, & ecclesiastes illustris a Secretis sui Ordinis, ac Terræ Sanctæ Minister; primo Mediolanensis, tum suæ quoque provinciæ Ministerium, ac Præfecturam gessit anno 1574., aliaque plura suæ Religionis munia obivit; ejusque typis extare invenitur tantummodo

Oratio in funere Isabellæ Vitelliæ de Ruvere Marchionissæ &c. habita in Ædibus S. Francisci Pisauren. die 25. *Julii* 1598., ac ibidem impressa eodem anno per Hieronymum Concordiam in 4., & Hyppolito Marchioni de Ruvere dicata ex Franchino in Biblios. n. 279.

Hujus patruus forsan fuit alter *Nicolaus Cæsaris* ejusdem oppidi, & provinciæ Picenæ anno 1533. Minister.

MMCMLX. 1544

NICOLAUS CÆSARIS = de quo Bordonus, & Joan. a S. Anton., sed ex Waddingo.

MMCMLXI.

NICOLAUS CARNATTUS Novariensis provinciæ Mediolanen. Min. Conv. alumnus edidit italice

Antidota, & remedia spiritualia ad animas a contagiis bacchanalium præservandas. Mediolani an. 1611. ex Cotta in Musæo Novarien. apud Franchinum in append. ad Biblioseph. n. 631., crediturque frater *Petri Pauli Carnatti* ejusdem Instituti sac. Theologiæ Magistri, de quo infra suo loco.

MMCMLXII.

NICOLAUS DE CASTILLO Hispanus Caroli V. Imp. concionator composuit

Concionum volumina a suis valde laudata; sed morte præventus evulgare nequivit, ut Antonius Daza scribit 4. par. Hist. lib. 3. cap. 15., & ex eo autor Biblioth. Hispan. pag. 120., atque Joan. a S. Anton. to. 2.

MMCMLXIII.

NICOLAUS CERBARIUS Gallus sac. Theol. Doctor, & ecclesiastes egregius ob insignes animi sui dotes circa an. 1390. ad Diniensem in Delphinatu, Narbonensique Gallia Episcopatum promotus invenitur; eamque Ecclesiam usque ad annum circiter 1407. rexisse conjecit Petrus Gassendus in Notitia Dinien. Ecclesiæ cap. 24., ubi & docet, post plura Ecclesiæ suæ præstita beneficia ex hac vita decessisse eum die 3. nonas Martias, &, ut videtur, an. 1407. In Vita autem *Benedicti XIII.* in schismate creati to. 3. par. 2. Rer. Italic. Scriptor. legimus, eum anno 1406. mense Junio, die Dominica ante festum Corporis Christi Savonæ in Majori Ecclesia concionem habuisse coram eodem Benedicto XIII. unionem in Ecclesia Romana ostentante. Scripsit porro Nicolaus

Conciones varias, & si qua alia, quæ cursu temporum excidisse creduntur.

MMCMLXIV. 1545.

NICOLAUS GRASSELLUS = fuit antea in seculo J. U. Doctor., teste Scardeonio *de Antiquitate urbis Patavii*, & Rudulphio lib. 3., qui ejus librum, seu Opusculum

De gradibus affinitatis ajunt incipere: *Brevis, & compendiosus tractatus cognoscendi gradus consanguinitatis, & affinitatis per V. P. Fr. Nicolaum de Padua Ordin. Minor. de Observantia Canonum Doctorem eximium.*

Non alius videtur, atque ille *Fr. Nicolaus Grassettus Inquisitor* ab eodem Rodulphio lib. 2. fol. 270. in Custodia Patavina memoratus (*Grasellus* appellatus libro 3. fol. 323.); cujus summam pietatem, & præclaras animi dotes tradit exhibere quoddam monumentum in celeberrimo S. Antonii Templo: quod si ita est, non fuit is *Regular. Observ.*, sed *Conventualis. Magistro Nicolao Grasseto* an. 1493. confirmatur prædicatio in Conventu Conigliani ex Reg. Ordinis pag. 80., & anno 1491. erat Vicarius provinciæ S. Antonii, ut ibi pag. 74.; anno autem 1506. *Magister Nicolaus Grassetus* interfuit Romæ Comitiis Generalibus ex lib. Expensarum in Archivo Ord. apud SS. XII. Apostolos tit. *prov. S. Antonii*; alibi quoque non semel commemoratur inter *Minores Conventuales*. In Annal. Min. sub. an. 1516. legimus *Fr. Nicolaum Grassottum* Episcopum Lampsacenum datum fuisse coadjutorem Episcopo Mantuano Sigismundo Gonzagæ S. R. E. Cardinali, eoque anno ea in urbe decessisse, quem *Nicolaum Grassettum Patavinum Ord. Min.* dicit Ughellus to. 1. Ital. sac. in Episc. Mantuan. num. 43., atque diem obiisse 25. Novembr. apud S. Leonardum tumulatum.

MMCMLXV.

NICOLAUS DE CURBIO, al. de Carbio, vulgo *Calvi*, in Sabinis oppido diœcesis Narniensis a Sacello, sacrisque Confessionibus Innocentii IV., postmodum Episcopus Asisias, circa an. 1255. scripsit

Vitam ejusdem Innocentii Papæ IV., quam Stephanus Baluzius publicavit to. 7. Miscellan. an. 1715. pag. 353., & ex eo Muratorius to. 3. Rer. Italic. Scriptor., cujus cap. 13. autor se dicit *Fr. Nicolaum de Curbio Sacerdotem Capellanum, & Confessorem Innocentii Papæ Ordinis Fratrum Minorum postea Assisinatem Episcopum*: & in fine de se dicit: *non solum ab exordio ipsius Episcopatus, sed etiam in Cardinalatu ejus Capellanus, & Confessor assidue extitit, & usque ad ipsius obitum familiariter secum mansit.* Etiam a Fr. Salimbene Parmen. Chron. ms. fol. 395. memoratur *Confessarius Papæ* (Innocentii IV.) *quidam Frater Minor, scilicet Frater Nicola amicus meus, quem Papa fecit Assisinatem Episcopum*, dicitque eum se vidisse Ferrariæ cum Pontifice an. 1251. Lugduno in Italiam revertente. Fratrem habuit *Ægidium de Corbis*, vel de Carbio *civem Narniensem*, cui scripsit Alexander IV. anno 1255. 12. kal. Februar. epist. 103. Reg. Vatic. fol. 13., ubi memoratur *Episcopus Asisias Frater ejus*. Erravit Mansi in notis ad Raynaldi Annal. Eccles. an. 1254. num. 67. censens *Nicolaum de Curbio* eumdem esse cum *Nicolao Anglo*, de quo supra; & ab Alexandro IV. in Episcopum Asisiatem promotum *anno* 1258. ex Ughello, cum non viderit epist. Innocentii IV. an. 1250. kal. Septembris *Nicolao Episcopo Assisinati* Reg. Vatic. n. 531. an. 8., neque legerit apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1247. promotionem *Fr. N. Ord. Min. Pœnitentiarii Innocentii IV.* ad dictum Episcopatum.

* NICOLAUS DORBELLUS = V. *Nicolaus de Orbellis*.

MMCMLXVI. 1546.

NICOLAUS AB EQUILA = Joan. a S. Anton. exscribit Waddingum; sed videndum, ne sit *Nicolaus de Aquævilla* dictus hic Anglus pro *Gallus*.

MMCMLXVII. 1547.

NICOLAUS FACHINHAMUS =

Determinationes super schismate inter Bonifacium IX., & Benedictum XIII. die 1. Novembris an. 1395. præstita habentur mss. in libris Eccles. Cathedral. Oxonien., teste Antonio Vood Hist. Universit. Oxunien. lib. 1. pag. 201., ubi & fragmentum producit.

* B. NICOLAUS FACTOR = V. *Petrus Nicolaus Factor*.

MMCMLXVIII. 1548.

NICOLAUS FARA = cognomento *Tellus* provinciæ S. Bernardini Vicarius ex Joan. a S. Antonio to. 2. pag. 385.

Vita B. Joannis Capistran., additis quibusdam encomiis, seu præconizatione Capistrani, vulgata est a Fr. Petro de Supronio ejusdem Instituti, & dicti Beati altero socio *an.* 1489., ut infra tradit Waddingus in *Petro Sifronio*: qui annus videtur potius exscriptionis, quam editionis, cum in fine præconizationis legatur annus 1523. Etiam cit. Joannes a S. Anton. dicit hanc *Vitam* impressam anno 1523. in 4., atque sine loco, & Typographo.

MMCMLXIX.

MMCMLXIX.

NICOLAUS FERRAGATTUS e Bettona Umbriæ oppido diœcesis Asisiatis anno 1376. sacræ Theologiæ laurea decoratus est ex Waddingo in Annal. Min. ad eum annum: *Magistri Nicolai de Bictonio Discreti* sac. Conventus S. Franc. Assisien. fit mentio in Inventario Librorum Bibliothecæ illius Conventus anno 1381. confecto; & anno 1385. erat Minister provinciæ S. Francisci, & ab Angelo Ministro Generali Transalpinorum partis Clementis VII. Galli adhibitus est judex cujusdam controversiæ: forsan defecerat ab Urbano VI., & Clementi VII. adhæserat. Cum esset vir doctus, & ecclesiastes nobilis, scripsit

Super Epistolas, & Evangelia quadragesimalia, inquit Petrus Rodulphius lib. 2. fol. 253. in provincia S. Francisci, ac Custodia Asisii, locoque Bettonæ; & lib. 3. de Scriptor. ait edidisse *Quadragesimale an.* 1413., quod habet & Waddingus supra in *Nicolao e Brittonio*. Edidit etiam

Tractatum super facto schismatis ad Innocentium VII., qui ms. habetur Romæ in Bibliotheca Vatic. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 169.

Alia ejus *Opera* vide infra in *Nicolao Veroensi*, quem *Vettonensem* dicendum existimo.

Anno 1418. a Martino V. præficitur Ecclesiæ Fulginatensi, quam usque ad annum 1421., quo vivere desiit, summo amore, summoque jure administravit, ut refert Ughellus to. 1. Italiæ sac. in Fulginat. Episc. n. 39.; de quo & Jacobillus agit in Biblioth. Umbriæ.

MMCMLXX. 1549.

NICOLAUS DE FERRO = Hispanus provinciæ Castellæ Opus suum vulgavit Pinciæ ex Nicolao Anton., & Joan. a S. Anton.

* NICOLAUS FODERETUS, quem ex Arturo die 25. §. 8. Gynecæi Joannes a S. Anton. to. 2. pag. 386. ait efformasse descriptionem Monasterii Clarissarum Gratianopolitani, mihi non alius est, quam *Jacobus Fodereus*, qui inter alia descripsit Monasteria Clarissarum provinciæ Burgundiæ, ut suo loco dictum est: ab eodem Arturo etiam in indice dicitur *Nicolaus Foderetus*.

MMCMLXXI.

NICOLAUS DE GANGIO autor ignoti temporis scripsit

Tractatum de Cæremoniis, qui ms. extat Romæ in Biblioth. Vaticana num. 2644. ex Catalogo a Montfaucone relato to. 1. Biblioth. mss. pag. 106.

MMCMLXXII. 1550.

NICOLAUS GAZZÆUS = Regul. Observantiæ.

Speculum viduarum, seu *Vitam Ludovicæ de Lothariagia* vulgo *de Lorrayne*. Parisiis 1601. in 12., teste Jacobo Le Long lib. 3. Biblioth. Gallicæ num. 10051.

Sacrum misericordiæ palatium &c. prodiit primo gallice Duaci anno 1606. ex Dupino sec. 17.; quod postea in latinum &c., ut apud Waddingum.

Incendium animæ devotæ. Antuerpiæ an. 1612. ex eodem Dupino.

Historiam boni, & mali Adami. Ibidem anno 1616. ex eodem.

Historiam sacram &c. per *Sermones varias* sub tit. *Mens inreata Deo*. Atrebati anno 1616. in 8., teste Petro de Alva col. 1099. Militiæ apud Joan. a S. Anton.

* NICOLAUS GILBERTI, de quo actum est supra in *Gilberto Nicolai* ex Waddingo: se quippe *Fr. Gilbertum Nicolai* dicit in epist. ad Senatum, populumque Norembergen. præmissa tractatui de tripl. Devot.; attamen *Nicolaus Gilberti* vocatur apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 8. cap. 37. ex autore coævo Mariano, ac Monumentis Ordinis; nec non apud Gonzagam par. 3., & Moles in Memor. provinciæ S. Gabrielis, qui tradunt, non *Leonem X.*, sed *Alexandrum VI.* an. 1501. ei nomen commutasse in illud *Gabrielis Avemaria*.

MMCMLXXIII.

NICOLAUS GLABSPERGEN. Germanus de Moravia provinciæ Bohemiæ floruit an. 1496. ex ejus rescripto impresso ante *Trilogium animæ* Ludovici Pruteni ejus operâ cusum Nurembergæ an. 1498. ad preces Fratrum Cœnobii Brunensis S. Bernardini, & ubi dicitur Confessor in Nurimberga. Scripsisse dicitur

Chronicon provinciæ Argentinæ, quod sæpe citat Waddingus in Annal. Min., & ms. penes se illud habuisse tradit ad an. 1341. n. 7., & ad annum 1347. n. 19., ubi tamen autoris nomen non prodit, sed illud nobis indicavit Anton. Melissanus in *Supplemento* Annalium prædictorum ad an. 1484. n. 4., ex quo Joan. a S. Anton. accepit to. 2. Scripsit etiam

Quæstionem, ut ipse vocat, seu *Apologiam contra Jac. Philippum Bergomatem*, quod S. Franciscus non fuerit Eremita Augustinianus, neque discipulus B. Joannis Boni; quam intexuit *Trilogio animæ* cit. par. 3. cap. 6.

1551.

NICOLAUS GORAM = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum, sed cum errore; cum notum sit, *Nicolaum Gorham* extitisse *Ord. Prædic.* ex mss. codd., Trithemio, aliisque pene omnibus Scriptoribus. Codex tamen 901. Victor. habet *Ordinis Minorum*, unde error juxta Ecardum pag. 443. Rodulphius autem forsan deceptus est a sequenti *Nicolao Goroa*, quod & notavit Joan. a S. Anton. to. 2., etsi Moreri in suo Dictionario problematice incedat.

MMCMLXXIV. 1552.

NICOLAUS GOROA = *de Targa* dicitur a Rodulphio lib. 3., & melius (ut etiam putat Joan. a S. Anton. to. 2.) in Silesia provinciæ Bohemiæ, scripsit juxta nonnullos an. 1507.; sed cum egerit contra impugnantem *figuram sphæricam nominis Jesu*, puto floruisse tempore S. Bernardini circa an. 1430., quo ea quæstio agitata fuit.

MMCMLXXV. 1553.

NICOLAUS GRANDIS = de quo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43., Rodulphius lib. 3., aliique post istos egerunt; meminit quoque ejus Alphonsus a Castro in epist. libro de justa hæreticorum punitione præmissa, & Jacobus Le Long pag. 780. Biblioth. sacræ.

Opus Comment. in Epist. ad Hebræos non incipit: *Summæ ingratitudinis insimularer*: sed hoc est initium *epistolæ autoris* Francisco Galliarum Regi datæ, ac præfixæ *Commentariis in epist. ad Romanos*, quibus jam præierant typis *Commentarii in epist. ad Hebræos*: hos prodiisse etiam an. 1552. scribit Joannes a S. Anton.

Commentarios in ceteras D. Pauli epistolas eum edidisse, atque inter chartaceam suam suppellectilem habuisse, quos typis evulgaret, testatur ipsemet in memorata ad Franciscum Regem epistola

Alia doctissima etiam exarasse scribit ejus di-

scipulus *Joannes de Rioche* in suo Compendio Temporum c. 140. De eo Waddingus etiam in *Richardo Cenomano*.

MMCMLXXVI.

NICOLAUS HASIUS Belga e latino in belgicum idioma teanstulit

Libellum asceticum, cui titulus est: Ignitum cum Deo colloquium, Gerlaci Petri Daventriensis Canonici Regal. S. August., vulgavitque Coloniæ an. 1616. in 12. ex Biblioth. Belgica Valeeii Andreæ *v. Gerlacus Petri*. Vide an sit B. *Nicasius Hesius*, dictus etiam a nonnullis *Nicolaus*, Martye Goecomien. an. 1572. interemptus, de quo supea.

MMCMLXXVII. 1554.

NICOLAUS HERBRON = Thomas Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 8. num. 652. facie natione Scotum, sed non probat; & Joan. a S. Anton. to. 2. dicit ex *Conventualibus provinciæ Coloniæ*: de eo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43. Adversarium autem habuit *Franciscum Lamberti* Avenionensem Lutheranum, vel certe heterodoxum, qui anno 1525. Argentorati edidit virulentos *Commentarios in Regulam Minoritarum, & contra universas perditionis sectas denuo per ipsum recognitos, & locupletatos*: & anno 1527. Erphordiæ *epistolam ad Colonienses de Synodo Hombergensi* (hæreticorum) *adversus Nicolaum Herborn Minoritam assertorem, & consarcinatorem mendaciorum*. Nicolaus autem edidit Opus hoc titulo:

Assertiones trecentæ, & viginti sex Fr. Nicolai Herbornensis Guardiani Marpurgensis veræ, orthodoxæ adversus Fr. Lamberti exitiosi Monachi paradoxa impia, & erroris plena in Hombergiana Hessorum congregatione proposita, ac plusquam hæreticissime deducta, & exposita.

Assertiones aliæ, quibus excusatur Marpurgensium, quod in Hombergiana Hessorum congregatione post protestationem eo loci publice factam, & jam tandem coram Notario legitime repetitam in Werlensi oppido disputare noluerit, neque respondere Fr. Lamberto heretico, impees. Coloniæ anno 1527. in 8., teste Feider. Freytag in *Analectis literariis* de Libeis raeior. pag. 509. & 510. Sceipsit quoque

Librum super Matrimonio Henrici VIII. Angliæ Regis cum Catharina Austriaca ad Paulum Pisottum Ministrum General. Regul. Observ., a quo facultatem petiit contra Lutherum, ejusque sectaeios scribendi; quaee opus est asseere, ipsum ab una ad alteram Minoritaeum Congregationem transiisse.

Enarrationes Evangeliorum quadragesimalium apud Coloniam Agrippinam germanice, inquit Rodulphius lib. 3., *declamatæ* latine redditæ prodierunt Antuerpiæ 1533. in 8. pee Michaelem Hillentium; deinde Parisiis an. 1543. ap. Oudinum Petit in 8., quas Roderico Ferrando misit an. 1522. ex Yprensi Cœnobio: & in episrola Operi præfixa eas edidisse narrat, quod quidam nobilis familiæ vir editis libellis adversus eum concitasset Peincipes, aliosque Magnates, ne eum sinerent verbum Dei administrare: eis veeo adjectum legitur

Monotessaron Passionis D. N. J. Christi.

Enarratio in psalmum 78. prodiit eodem anno 1529. etiam Coloniæ in 8. typis Petri Quentel.

Enchiridion locorum communium adversus hæreses sui temporis. Coloniæ eodem anno, & eisdem typis in 8. cum duobus sequentibus, nempe

Tractatu de notis veræ Ecclesiæ ab adultera dignoscenda; &

Methodo prædicandi concionatoribus cum utili, tum accomodata.

Monas sacros. Evangelicæ doctrinæ &c.: Abstersæ sunt fæculentiores Fr. Lamberti Apostatæ aspergines, quibus immaculatam Christi sponsam impudentius fœdare admolitus est. Ad Joan. Hink. J. V. D. cum

Epistola ad Minoritas, quod apologia optima est vita emendatio. Coloniæ 1529. in 8. apud eumdem. Hæc epistola fusissima, quæ continet instructionem Missionariis Indicis datam, refertur a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1532. n. 6. *Monas* &c. prodiit etiam Parisiis anno 1534.

Epitome convertendi gentes Indiarum prodiit Basileæ an. 1555. in libro illo insceipto: *Novus orbis regionum*, ibi cuso typis Joannis Hervagii, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 387.; & foesan est superior *Epistola ad Minoritas*.

MMCMLXXVIII.

NICOLAUS LE HUEN Gallus edidit idiomate pateio, gallicoque

Iter Hierosolymitanum, quod excusum est Lugduni an. 1488. in 4. ex Orlando de Oeig., & progr. Typogeaph. pae. 2. pag. 347., ubi & ejusdem autoeis refeet eodem idiomate prodiisse

Peregrinationem Ultramarinam in Palæstinam, seu Terram sanctam. Ibidem anno 1490. in fol. per Micheletum Topie de Pimont, & Jacobum Heremberg; sed pae. 1. dicit impressum sine anno, & Institutum silet.

MMCMLXXIX. 1555.

NICOLAUS LANGEMBERG = Joan. a S. Anton. to. 2. excepit Waddingum ad verbum.

MMCMLXXX.

NICOLAUS LAURINOVICZIUS Lithuanus, quantum conjicimus, Min. Conv. concionator, & Orator haud ignobilis, cujus typis extat

Stella quasi cadens: Oratio parentalis in anniversario D. Thomæ Tamoiski supremi Regis Cancellarii. Leopoli anno 1639. in 4. per Michaelem Floski.

Hiromantia: Oratio funebris pro D. Matthia Theodoradzki Pincernæ Caunensi. Vilnæ an. 1643. in 4. typis Soc. J. De quo agit Franchinus in Biblios. n. 280.

MMCMLXXXI.

NICOLAUS DE LINNA Anglus Oxoniensis Mathematicus anno 1360. Eduardo III. Regi Opus insigne nuncupavit inscriptum:

Inventio fortunata, in quo *Insularum septentrionalium, suarumque voraginum descriptionem faciens incipit a gradu 53. usque ad polum*, teste Fe. Feancisco a S. Clara in append. ad suæ Anglicanæ peovinciæ fragmenta fol. 227. apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 388., qui docet, hunc alium esse a *Nicolao Linacusi* Carmelitano, cujus mentionem faciunt Joan. Lelandus, & Joan. Pitseus. Erit autem sine dubio ille *Minorita*, quem Jacobus Cnoxen Buscoducensis in suo *Itinerario* dicit *Anglum*, patria *Oxoniensem*, & *Mathematicum* apud Peteum Bertium lib. 2. Geograph. in descriptione *Hyperboreorum*; additque, terras septenteionales, ac subboreales vidisse, lustrasse, astrolabio dimensum fuisse, & radio etiam descripsisse; a quo & ipsum Cnoxium, & Gherardum Mercatorem *Hyperboreorum tabulam* accepisse, observavit Paulus Merula Cosmograph. par. 1. lib. 3. cap. 9.

MMCMLXXXII. 1556.

NICOLAUS LOCKMAN = *Lackman* dicitur a Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 2. cap. 22., & Rodulphio lib. 3., ejusque meminit Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 15. ad an. 1438. sub nomine *Nicolai de Saxonia*, & Trithemius in Script. Eccles. ad an. 1440.; & Bergomas addit edidisse etiam

Sermones de Sanctis lib. 1., quod habet & Willotus, & ante eum Rodulphius in *Nicolao Teutonico*, ubi ait interfuisse Concilio Basileensi, ibique in magno pretio habitum esse, ac concionatorem mirabilem extitisse. Petrus Lambeccius lib. 2. Comment. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobon. cap. 8. cod. 337. refert ibi extare ms.

Historiam desponsationis, & coronationis Friderici III. Imperatoris, & Eleonoræ ejus conjugis compositam, & propria manu scriptam a *Nicolao Langekmanno de Walckenstain*; qui unus fuit ex duobus Sacerdotibus, & Sacellanis, quos memoratus Imperator anno 1451. tamquam Legatos, & Oratores suos annuli pronubi sponsæ offerendi causa misit in Lusitaniam; factusque postmodum *Episcopus Hipponensis* in aula Imperiali usque ad obitum permansit: additque Lambeccius in fine dicti codicis ms. extare *diploma Imperatricis Eleonoræ pro Nicolao Langkman de Valckenstain anno* 1464. datum. Oudinus vero to. 3. Comment. ad an. 1450. ait hanc *Historiam* haberi inter mss. codd. Ambrosianos cum annotationibus, & Chronologicis Tabulis Columbani Pontremulensis; sed neuter hunc dicit Minoritam fuisse. Joan. a S. Anton. exscribit fere Waddingum.

MMCMLXXXIII. 1557.

NICOLAUS DE LYRA = anno 1333. uti *Doctor Parisiensis*, & *Capellanus Regius* interfuit congregationi jussu Philippi Regis apud S. Maturinum super opinione Joan. XXII. *de animarum beata post obitum visione* coactæ ex Bulæo sec. VI. Hist. Univers. Parisien. sub an. 1332. De eo autor supar Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in prov. Franciæ, & Cœnobio Parisiensi ait: *In hoc etiam loco jacet Magister Nicolaus de Lira natione Gallicus, qui totam Scripturam divinam postillavit, & alia Opera fecit: celebratur in toto orbe sua doctrina*: & Confor. VIII. inter Scriptores Ord. Min. magna cum ejus laude scribit. Autor vero Vitæ *Benedicti XII.* a Bosqueto primum, deinde a Baluzio publicatæ, & to. 3. par. 2. Rer. Italic. Script. recusæ de Viris, qui tempore illius Pontificis claruerunt, inquit: *circa montes vero Parisiis clarebat Frater Nicolaus de Lyra Normannus Ordinis Minorum Magister in Theologia profundissimus, qui totam Bibliam profundissime, & subtilissime postillavit*: & Joan. Ragusinus Ord. Prædic. in sua de *Communione sub utraque specie* Oratione anno 1443. in Basileen. Concilio habita inquit: *Item Nicolaus de Lyra in expositione sacrarum literarum meo judicio post antiquos Doctores excellentissimus, & bonæ vitæ* &c.: & Fr. Gulielmus Pepin Ord. Prædic. serm. de S. Anton. Patavino: *similem sibi in litterali expositione sacræ Scripturæ non reliquit*: & Benedictus Pereira in 13. caput Genesis *multa eximia a Lyrano scripta* testatur. De eo etiam Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 23. Octobr., Lequile to. 1. Hierarch. Francisc. dist. 3. pag. 230., & Petrus de Alva lib. *Pleyto de los Libros* pag. 540.; ferunt apud Castel in Francilogio lib. 2. cap. 15. §. 5. n. 424. plusquam sex millia Hebræorum ad Christi fidem convertisse. Scripsit autem

Expositionem literalem, & moralem, seu mysticam *super Biblia Sacra*; quæ habetur ms. in Biblioth. Gallica B. Mariæ de Lira Ord. S. Benedicti illi testamento legata an. 1469. a Magistro Radulpho Boverii Canonico Lexovien., ac Vicario Gen. Ludovici de Haricuria Patriarchæ Jerosolimit., Episcopi Bajocen., & ejusdem Monasterii perpetui Commendatarii; continetque *Opus integrum ad sensum literalem supra totam Bibliam contentum in sex voluminibus; ac Opus ejusdem integrum supra Bibliam ad sensum mysticum in uno volumine*; ut refertur in nova Gallia Christiana to. 6. col. 362. de Eccl. Biterren. num... *Expositio super Biblia sacra* ms. extat Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 5. versus Eccles. a num. 47. usque ad num. 53., & num. 55., & 56., nec non scam. 6. num. 57.; horum autem codex 49., & 53. habet in fine *super Psalterium* Comment. expletum *Anno Domini* M. CCC. XXVI. Codex 51. *super librum Sapientiæ* habet fuisse finitum *Anno Domini* M. CCC. XXX. *die Jovis ante Judica*; idemque codex 51. *super Ecclesiasticum* finitum dicit *Anno Domini* M. CCCXXXI.; codex 52. *super Ezechielem* in fine habet completum fuisse *Anno Domini* M. CCC. XXXII. *Vigilia SS. Trinitatis*: ex quibus liquet codicem a Waddingo relatum, quo dicitur autorem *super omnes libros Bibliæ* scripsisse *anno Domini* 1330., aut corruptum esse in numeris annorum, aut annos illos non esse autoris, sed scribarum. *Scripta* ejus *super Genesim, Psalmos, & super Evangelia* habentur mss. in Bibliotheca Varmiensi in Prussia, teste Possevino in Catalogo illius Bibliothecæ, & in Ducali Bibliotheca Urbini, nec non Franciscana Cæsenatensi plura mss. hujuscemodi extare tradit in fine Apparatus sacri. *Expositio super universam sacram Scripturam* prodiit primum Romæ tomis 5. in fol. m. anno 1471. & 1472. in domo Papæ Bibliothecarii, & Petri de Maximis per Conradum, & Arnoldum Germanos cum præfatione Jo: Andreæ Episcopi Aleriensis ad Sixtum IV.; postea Coloniæ anno 1478. & 1480. tomis 7. in fol.; exin Venetiis 1481. in fol. per Jo: Colonien., & Jo: Gerretzen, & an. 1488. to. 3. in in fol. per Octavianum Scotum; ann. vero 1485., & 1495. per Paganinum Paganini ex Orlando de Orig. & progres. Typogr.; & antea Argentinæ an. 1492.; nec non Lubecæ 1493. in fol. per Stephanum Arndes ex Jacobo Le Long in delectu edit. Bibl.; postmodum Lugduni an. 1520.; Venetiis 1588. tomis 6. in fol.; Duaci 1617.; Antuerpiæ 1634., & 1635. tomis 6. in fol. apud Joan. Meursium opera, ac studio Theologorum Duacensium, ac in primis Leandri de S. Martino; & Parisiis in Bibliis Maximis 1660. in fol.

Expositio super vetus Testamentum impressa est Moguntiæ an. 1484. ex cit. Orlando.

Postillæ morales super sacra Biblia absolutæ anno 1339. in die S. Georgii Martyris prodierunt Mantuæ an. 1481. in fol. per Paulum de Butshbach, & iterum an. 1484. ex cit. Orlando.

Postilla super quatuor Evangelia prodiit Mantuæ an. 1477. in fol. typis Pauli de Puzpach.

Postilla super Epistolis B. Pauli Apostoli cum additionibus Domini Episcopi, & cum replicationibus Pauli Burgensis fratris Matthei Doringk Ord. Minor. Mantuæ per Paulum Joannis de Puzpach Moguntinen. diœces. an. 1478. d. 28. m. Aprilis in fol. Sixtus Senensis in fine libri 3. Biblioth. sanctæ post Sanctos Patres proponit expositionem Lyrani. *Tra-*

Tractatus de differentia nostræ translationis ab hebraica litera veteris Testamenti extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 5. versus Eccles. memorato num. 52. diciturque finitus *anno m. ccc. xxxiii. ante festum B. Lucæ Evangelistæ*: extat & scam. 6. cod. 59. in 4.

Tractatus differentiarum novi, & veteris Testamenti cum explicatione nominum Hebræorum prodiit Rothomagi in 8. typis Martini Morin, & in 4. sine loco & anno editionis; extatque in fol. in Biblioth. Emerit., Segobien., & Vallisoleti, teste Joan. a S. Anton., cujus in prologo ait haberi: *Postquam, auxiliante Deo, scripsi super totam sacram Scripturam* &c.

Tractatus contra quemdam Judæum ex verbis Evangelii S. Matthæi Christum redarguentem extat cum superiori *tractatu* Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis, & Matriti ms. in Biblioth. Regul. Observ.; prodiitque Venetiis anno 1588. in fine *Expositionis* super universa Biblia, & ad calcem tomi 6. ejusdem *Expositionis* edit. Antuerpiæ 1635.; eumque adducit Alphonsus a Spina in *Fortalitia fidei* lib. 3. consider. 4. & 5.

Præceptorium, seu manuale, ac triplex expositio in præcepta decalogi: incip. prologus: *Audi Israel præcepta Domini* &c. *Deuter. 6. In his verbis propositis Spiritus Sanctus circa divina præcepta tria tangit* &c. Opus vero incipit: *Primum præceptum appropriate respicit personam Patris* &c. impressum fuit Parisiis in 12., vel in 8. ex Catalogo Biblioth. Tellerianæ pag. 92., absque anno apud Gandoul antiquo ac gothico, ut ajunt, charactere; extatque Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonaventuræ; prodiit & Coloniæ an. 1504. in 8. typis Martini de Werdena cum nonnullis aliis diversorum Opusculis ex Indice Biblioth. S. Franc. Bononiæ. Utique Trithemius in Script. Eccles. habet *Præceptorium Henrici de Vrimaria* Ord. Eremit. S. August. eodem modo incipere: *Audi Israel*: sed vel deceptus est ille, vel uterque possit idem argumentum tractasse, eodem themate assumpto in principio. Addo hoc *Præceptorium* haberi eusum cum superiori *tractatu* in fine tomi 6. *Expositionis* &c. edit. Antuerpien. an. 1634. & 1635.

Tractatus de Corpore Christi. Parisiis an. 1513. apud Joan. Parvum.

Tractatus de visione beatifica &c. memoratur a Petro Alliacensi Cameracensi Episcopo adversus Joannem de Monteson nomine Facultatis Parisiensis scribente tit. 1. concl. 6.; & extat ms. etiam in Biblioth. Monasterii Lyrensis una cum aliis ejus *Postillis* ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1257.; & in Bibliotheca Corsendoncana, teste Sandero.

Tractatus de Christi adventu, & divinitate adversus Judæos incipiens: *Primo quæritur, utrum ex Scripturis receptis a Judæis possit* &c.: finiens vero: *ad vomitum revertuntur*: ms. extat Ferrariæ in Bibliotheca PP. Theatinorum a me perspectus in 4.; quam quæstionem autor ipse citat in 2. prologo in sacr. Scripturam, editaque fuit Venetiis an. 1588. in fine *Expositionis super universa Biblia*, & in fine tomi 6. ejusdem *Expositionis* edit. Antuerpien. an. 1635. Citatur etiam ab antiquo scriptore Joanne Anglico in 11. quæst. Universal. Scoti. *Tractatus contra Judæos* extat in Biblioth. S. Crucis Floren. scam. 5. cit. cod. 52., & scam. 6. cod. 59. in 4. una cum *tractatibus de differentia* &c., & *contra quemdam Judæum* &c.

Commentarios in 4. libros Senten. citat antiquus autor Joannes Gritsch in suo Quadragesimali concione Vigiliæ Paschatis par. 2., & 3., ac concione Paschatis.

Postillæ super Epistolas, & Evangelia quadragesimalia una cum *Quæstionibus Fr. Antonii Bituntini* cusæ sunt Venetiis anno 1500. in 8. per Joan. Tacuinum Tridinen., 1516. per Jacobum Pentium de Leucho, & an. 1519. per Alexandrum de Bindonis, adjunctis *Quæstionibus Alexandri Alensis*, & postea Lugduni an. 1569. in 4. per Gulielmum Rovillium, iterumque Venetiis an. 1588. cum Annotationibus J. Verdelay J. U. D.; sed & antea prodierunt ibidem an. 1494. in 4. per Joan. Emericum de Spira a Fr. Nicolao Mutinensi ejusdem Ordinis sac. Theologiæ Doctore castigatæ.

Sermones de Sanctis incip. *In baculo meo* &c. habebantur olim Ferrariæ mss. in Biblioth. S. Franc. ex veteri illius Indice an. 1437. scripto pag. 25. Ejus *Sermones de Sanctis* extant ms. in fol. Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub HH. n. 10., teste Joan. a S. Anton. in Append. to. 3.; to. vero 2. pag. 382. ait haberi ibi mss. *Sermones omnes* tam *de Tempore*, quam *de Sanctis*; & in Biblioth. SS. 5. Martyrum Marochien. prov. Angelorum haberi *editos in 4.* antiquitus.

Sermones in Epistolas Dominicales totius anni cum aliquibus *de Mortuis* incipientes: *Hora est, jam nos de somno surgere*; & finientes: *continuo orant Deum pro nobis. Rogemus ergo Dominum* &c. sine nomine autoris extabant olim Asisii mss. in Sacrario Conventus S. Franc. v. solario occid. ex veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto.

Alii *Sermones Dominicales, & festivi*, idest *de Sanctis per totum annum* finientes: *quasi stellæ in perpetuas æternitates* ibidem adjuncti extasse leguntur; sed nescio, an essent unius ejusdem autoris.

Libellus de naturis rerum extat ms. in Biblioth. Cœnobii Camberonen. Cistercien. in Hannonia, teste Sandero.

Libellus de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis ms. ibidem ex eodem.

Tractatus de animæ claustro ms. apud Bibliothecam Bodlej.

Prærogativæ gloriosæ Virginis Mariæ incip. *Bernardus in quodam sermone*: excusæ sunt Lugduni anno 1500. typis Joannis Picard ad calcem *Postillæ super Psalterium* &c; & etiam Parisiis gallice in 4. apud Petrum le Rouge, teste Joan. a S. Anton. to. 2.; qui etiam scribit

Glossas, & Repertorium in libros Epistolarum, & Sapientiæ scriptas an. 1329. haberi mss. Vallisoleti in Biblioth. Comitis de Gondomar: sed vel error est in anno, vel ille refertur ad *Libros Epistolarum*, quia *Liber Sapientiæ* anno sequenti 1330. finitus fuit ex supracit. cod. Florentino.

Tractatus de cura clericali prodiit Parisiis an. 1513. apud Petrum Clientis ex Biblioth. Telleriana.

Tractatus de arte bene vivendi, & bene moriendi ibid. an. 1517. apud Joan. Parvum ex ead. Biblioth. Edidit etiam

Expositionem in hymnos Ecclesiasticos totius anni incip. *Liber iste dicitur liber hymnorum: Hymnus dicitur laus Dei cum cantico* &c. *Primo dierum. Materia hujus hymni est commendatio* &c. prodiit post Postillam ejusdem in *Psalterium* Lugduni anno 1520. in 4. per Joan. Marion; extatque Asisii in nostra Bibliotheca.

Nicolai Lyrani oratio, seu *meditatio super vita*

ta, *& gestis B. Francisci* continens *orationes*, *antiphonas*, *& x. psalmorum Explanationem* in 10. capita distributa incipiens: *Postquam auxiliante Domino* &c. extat in Speculo Minorum, al. Firmamento trium Ordin. par. 1. sub initium edit. Venetæ an. 1513., & post Opera S. Francisci edit. Antuerpien. an. 1623., & Parisiis an. 1641. in *appendice dubiorum* Opusculor., quod aliqui de hujus Opusculi autore dubitent; certe autoris est illius ævi, temporisque, quo Lyranus fuit; inquit enim: *Postquam, auxiliante Domino, scripsi quædam Opera super utrumque Testamentum publice recitando in Scholis, eodem confisus auxilio volo convertere calamum ad scribendum quoddam Opusculum* &c.: in explicatione Psalmi *x. Super flumina* &c. dicit: *a tempore Bonifacii Papæ Octavi nostra privilegia in pluribus sunt restricta*, *& aliqua revocata*: & paulo post: *& ego*, *qui superiora descripsi*, *anno mei Novitiatus audivi a quodam fratre antiquo*, *qui Ordinem intraverat prope tempora B. Francisci*, *quod B. Franciscus adhuc vivens dixerat* &c: quare scripsit prope vitæ finem.

Magister Fridericus Venetus Ord. Præd. an. 1394. Lyrani *Glossam in Apocalypsim*, ipsamque *Apocalypsim* in vulgarem sermonem convertit, quæ & cusa est Venetiis circa an. 1480., & an. 1519. in fol., extatque ms. Florentiæ in Biblioth. Medic. plut. 27. cod. 7.; & Thomas Toletanus Ord. & ipse Prædic. Theologus circa an. 1470. *Indicem paravit super Nicolaum de Lyra*, & *alterum super tractatum ejus de differentia Bibliorum Latinorum*, *& Hebræorum*, ut habet Antonius Senensis apud Possevinum in Appar. sac., & Ecchardus to. 1. pag. 846. *Gulielmus Norton* Anglus Minorita circa an. 1403. composuit *Repertorium Lyræ*; & Matthias Doringus Minorita circa annum 1432. edidit *Defensionem Nic. Lyrani contra Paulum Burgensem*; & Samuel de Cassinis etiam Franciscanus ad an. 1500. scripsit *Apologiam pro Nic. Lyrano contra Joan. Viterbiensem* Ord. Prædic. de genealogia Salvatoris; Franciscus vero Ortisius Lucius composuit *Resolutiones passuum notabilium*, in quibus Lyranus, & Burgensis discrepant super Evangelia; & quidam Anonymus Italus Minorita vetus elucubravit *Tractatum de Passione Domini* secundum Nicolaum de Lyra: & de his omnibus actum est suis locis.

Memoratur hic autor a coævis scriptoribus Gulielmo Britone, ut ibi dictum est, a Gulielmo Parisien. Ord. Prædic. in *Postilla* super Epist., & Evang. totius anni cusa Parisiis an. 1509., & Argentorati 1513. & 1521., nec non a Nicolao Goreano Ord. & ipso Prædic. Epist. 1. Petri cap. 2. edit. Antuerp. 1617., quæ alias attributa legitur & Thomæ Anglico, & S. Thomæ Aquinati juxta varias editiones. Autor Histor. Universitat. Parisien. Cæsar Egassius Bulæus tomo 4. pag. 235. narrat, huic, nec non Petro Bertrandi S. R. E. Cardinali S. Clementis Joannam Franciæ Reginam Comitissam Atrebatensem, & Palatinam Burgundiæ an. 1331. commendasse fundationem Collegii Parisiensis *de Burgundia* nuncupati, quod ipsa incœperat, sed, morte interveniente, perficere non poterat.

M M C M L X X X I V.

NICOLAUS DE MATAFARIS Jaderensis patricia familia natus Ordinem Minorum amplexus est a teneris annis, in quo tantos doctrinæ, virtutumque progressus fecit, ut a Joanne XXII. ad suæ patriæ Archiepiscopatum an. 1333. promoveretur; cumque 33. annos sedem illam feliciter gubernasset, vitæ finem posuit an. 1366. ex Ughello to. 5. Ital. sac. in Jaderen. Archiepiscopis num. 17., vir autem doctrina longe clarissimus *elucubrationes* suas nuncupavit Bertrando de Podietto S. R. E. Card. Episcopo Ostiensi, & Joannis XXII. nepoti, inter quas refertur

Liber de Ecclesiasticis officiis, cui titulum fecit: *Thesaurus pontificalis*; qui vulgatus fuit Lutetiæ Paris. impensis Durandi Gerlier; & duo exemplaria mss. asservantur Parisiis in Biblioth. Colbert. teste Baluzio in notis ad Vitas Papar. Avenion. to. 1. pag. 1418., & Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 960. cod. 2108.; de quo & Abbas Lucentius in Ital. sac. correcta, & restricta in Ostien. Episc. num. 53., & in Jaderen. Archiep. num. 17. An. 1350. interfuit Patavii translationi ossium S. Antonii Patavini a memorato Guidone Cardin. Legato Apostolico factæ ex Guillelmo Cortusio lib. 10. de Novitat. Paduæ cap. 1. Nepotem habuit *Petrum*, qui ei in dignitate paulo post successit, decessitque an. 1399. ex cit. Ughello num. 19.

M M C M L X X X V.

NICOLAUS MONTAPERTUS patricius Agrigentinus an. 1363. Bononiæ lauream *Doctoratus* accepit, ut ex literis apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. n. 47. & 48.; sed anno 1364. apud Waddingum ad eum annum n. 17. *Nicolaus Casacchi de Agrigento* Universitatis Parisiensis alumnus in multis generalibus studiis Professor legitur per Marcum Viterbiensem Ministrum Generalem magisterio donatus; & anno 1372. suæ Siculæ provinciæ Minister est constitutus ex Philippo Cagliola in Hist. ejusdem provinciæ Min. Convent. De eo sine dubio loquitur epistola Stephani Columnæ Simoni Archiepiscopo Mediolanen. data, quæ inter falso adscriptas Francisco Petrarchæ legitur ad calcem to. 2. Operum ejusdem Petrarchæ edit. Basileen. 1554., habetque: *Huc Magister Nicolaus de Sicilia aperrime adventavit Ordinis Fratrum Minorum in sacris literis peritissimus Doctor*, *& in ceteris scientiis*, *in quibus fas est virum Christianum insistere*, *acutissimus speculator*, *& clarus instructor*; *ad quem velut ad fontem sitiens proposito meo iaest de omni dubio*, *cum non dubitem*, *multa occurreat*, *habere recursum*, *& super Apalejo ab ipso præsertim haurire sensum*. Cui Archiepiscopus Simon rescripsit: *hujus tamen vitii expiationis est remedii spes Magister Nicolaus de Sicilia in sacra pagina Magister in matre legum* (idest Bononia), *ubi annum totam legi*, *mihi notus*, *& tutamen tuum tutissimum erit*, *& salubre profugium de fonte ejus haurire*, *& sub mensa micas edere*. Porro iste est Simon Borsanus clarissimus J. C. an. 1370. factus Archiepisc. Mediolanensis, & anno 1373. S. R. E. Cardinalis. Nicolaus autem anno 1375. a Gregorio XI. die xi. kal. Novembr. legatus est Florentiam, cujus urbis civibus charissimus erat, ut eos fervcientes mitigaret ex monumentis Vatic. apud Bzovium ad eum annum. Hinc inter epistolas Lini Collutii Salutati Florentinæ Reipublicæ a Secretis Florentiæ anno 1742. a Bigaccio publicatas par. 2. pag. 25. legitur epist. 11. data *Reverendo Magistro V. Fratri Nicolao de Agrigento Ordinis Minorum sacræ Theologiæ egregio professori patri meo charissimo*. *Venerabilis Magister*; *Scripsisti plaries*, *& post tuum discessum illo elegantissimo stylo tuo hanc urbem regiam pupugisti*, *salutoribus*, *& quan-*

& quantum in te est, validis, atque fidis rationibus ad pacem hos cives exhortans, quibus omnino nec publice, nec privatim exhiberi responsum indignum mihi fuit &c. *Tibi tamen, & consiliis tuis patriæ nomine gratias ago* &c. *Vale feliciter, vir optime; & me tanquam filio tuo ad placitum potiaris. Data Florentiæ nonis Novembris*. Anno 1376. assumptus est Episcopus Æmoniensis in Histria ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min., & postmodum ad Panormitanum Archiepiscopatum transfertur an. 1380., qua tamen dignitate se abdicavit, vel abdicare tentabat an. 1383. al. 1393. ex monumentis apud Rocchum Pyrrhum, & cit. Cagliolam. Hujus esse puto

Versus heroici, & sapphici in laudem S. Francisci, ejusque Stigmatum Nicolai Siculi Minoritæ antiqui incipientes: *Pulcher apex viridis stellatas surgit in arces*: quos castigatos, emendatosque vulgavit Fr. Augustinus Milius in fine sui *Dialogi de Monte Alvernæ* Florentiæ an. 1568. per Torreutinum, & Pectinarium socios. Cetera tanti viri temporum edacitas obliteravit, vel forsan latent.

Fr. Nicolai Siculi Ord. Min. doctissimi sac. Theologiæ Magistri meminit Francus Sacchetus illius seculi scriptor cap. 73. Novell., uti ejus, qui in publica concione quædam dixit de *vultus Salvatoris imagine* Lucæ posita.

MMCMLXXXVI. 1558.

NICOLAUS A MONTE = 3. Ordinis Claustralia, de quo Bordonus, Vernon, & Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

MMCMLXXXVII.

NICOLAUS MUTINENSIS provinciæ Bononiensis Min. Conv. sac. Theol. Magister anno 1488. cum Venetiis degeret inter alia a Ministro Gener. obtinuit, ut uteretur *camera ei a Dño Antonio Morino fabricata, & quod posset tenere unum fratrem Sacerdotem pro celebratione Missarum unius Cappellæ* ex Reg. Ord. sub *prov. S. Antonii* pag. 3. Romæ apud SS. XII. Apostolos extante: castigavit vero, emendavitque

Postillam, seu *Expositionem literalem, & moralem Nicolai Lyrani super Epistolas, & Evangelia quadragesimalia cum quæstionibus Fr. Antonii Bitontini Minoritæ*; quæ prodiit Venetiis an. 1494. in 4. typis Joan. Emerici Spirensis; extatque codex Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

MMCMLXXXVIII. 1559.

NICOLAUS MUTIUS = anno 1373. die 12. kal. Januarii a Gregorio XI. *commendam* quamdam accepit, & 11. kal. ejusdem mensis *Magisterii* lauream suscepit; insequentique die contra hæret. pravit. Veronæ *Inquisitor* constituitur ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum, qui & ejusdem meminit ad an. 1376.; hujus

Omniloquium S. Gregorii Papæ ms. in duos tomos maximos in fol. distributum, & *Gregorio XI. an.* 1372. dicatum habetur in Hispania in Biblioth. Toletanæ Ecclesiæ in membranis plut. 11. n. 15.; & ad calcem Operis ita legitur: *Explicit Beati Papæ Gregorii compilatum, & dicatum Sanctissimo Patri, & Domino, Domino Gregorio divina providentia Romano Pontifici dignissimo Papæ II. Pontificatus sui anno, & ab Incarnatione D. N. J. C.* 1372. *per Fratrem Nicolaum Mutium de Venetiis Minorum Ordinis Professorem* &c., teste Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. in append.; quare cum errore scripserunt Rodulphius lib. 3., Gonzaga, Willotus, & Possevinus hunc floruisse *anno* 1238. decepti a codicibus Conformit. Bartholomæi Pisani impressis, & depravatis, ubi Confor. XI. par. 2. in prov. S. Antonii, ac loco *Venetiarum* autor ille suppar, vel æqualis habet: *inter alios fuit Frater Nicolaus Mutio, qui Opera B. Gregorii per materias distinguendo fecit Opus maximum multum pulchrum, & notabile, ipsumque Domino Gregorio IX. præsentavit*: cum ait legendum *Gregorio XI.* numeris transpositis; nam codex ms. Ferrarien. habet *Dño Gregorio* tantum.

MMCMLXXXIX.

NICOLAUS N. Gallus sac. Theologiæ Doctor, & provinciæ Franciæ Minister edidit

Libellum adversus Declarationem Regulæ Minorum a Nicolao III. anno 1279. *factam*; existimavit enim esse contra mentem S. P. Francisci, qui *glossas* Regulæ suæ fieri prohibuit; quem *Libellum* circa an. 1287. damnavit Matthæus Aquaspartanus Ordinis Gen. Minister ex Chronicis antiquis apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 2. lib. 5. cap. 5., autore veteri *Speculi Vitæ B. Francisci, & sociorum* ejus pag. 212. edit. 1., S. Antonino Chron. tit. 24. cap. 9. §. 10., nec non autore Firmamenti 3. Ordinum par. 1. in *Matthæo Aquaspartano* Generali.

MMCMXC. 1560.

NICOLAUS DE NYSE = non *de Nicia*, ut inquit And. Rossottus in Syllabo Script. Pedemont. juxta pravam Horatii Diola Bonnnien. Chronicor. S. Franc. par. 3. lib. 6. cap. 40. translationem ex Hispano; *prædicator famosus* dicitur ab autore coævo in *Memoriali* Ordinis sub XX. Vicario Gener. apud Firmamentum trium Ord. par. 1.; ex Canonico Costantiensi, & Episcopi illius Urbis Vicario factus Minorita asseritur in Annal. Min., eique vita functo positum est sequens *epitaphium* in Æde Capitulari Cœnobii Rothomagensis, quod refert Haroldus in Epitome dictorum Annalium ad an. 1509. n. 9., & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 392.

„ Hic jacet Fater observantissimus cum scien-
„ tia, tum virtutibus illusteris Frater Nicolaus De-
„ nisse, qui ob doctrinam, morumque præcellen-
„ tem eminentiam Guardianus, Custos, ac provin-
„ ciæ Franciæ Vicarius pluries extitit. Post lon-
„ gam vero, quam nedum verbo, operibusque,
„ sed & scriptis spectabilem duxit in Ordine vi-
„ tam obiit anno Dom. MDIX. die XVIII. Maji.

Resolutio Theologorum etiam anno 1574. prodiit per *Hæredes Melchioris Sessæ*.

Summa, seu *Gemma prædicantium* prodiit Parisiis 1522. per Joan. Parvum in 8.; & Rothomagi in 4. absque anno per Martinum Morin in tres partes divisa in *Ædificatorium spirituale, Destructorium spirituale*, & *Reparatorium*.

Sermones XII. *de S. P. Francisco*. Parisiis an. 1510. ex Joan. a S. Anton.

Sermones æstivi, & hyemales de Tempore; &

Hyemales Adventuales, & *per singulas Dominicas*; &

Quadragesimales per singulas ferias prodierunt singillatim primo Rothomagi, & Parisiis anno 1510. in 8. typis Francisci Reginaldi; postea simul Argentinæ an. 1510. in fol. per Joan. Bruniger.

Sermones Sanctorum, & Evangeliorum communium incip. *Pro S. Saturnino*: prodierunt Parisiis in 8. absque anno typis Joan. Barbier ex Joan. a S. An-

S. Anton. *Sermones hyemales*, & æstivales de Sanctis, & festis diebus J. Christi, & B. Virginis Argentinæ in fol. cum *Sermonibus æstivalibus de Tempore*.

Speculum mortalium cusum est Parisiis primùm anno 1509., & 1518. in 8. per Franciscum Regnault; postea Lugduni an. 1519. in ædibus Jacobi Myt ex Indice Biblioth. S. Francisci Bononiæ. In laudem Operis cecinit, fecitque velut *epitomen Fr. Marinus de Voyssins* Cœnobii Rothomagensis concionator versu non ineleganti cum *epistola* ad Fr. Joannem de Tecto Lectorem ejusdem Cœnobii.

De eo Rodulphius lib. 3., Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. concion. cap. 87., & alii apud Arturum in Martyrol. Francisc. die 18. Maji §. 7., & postremo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 391., qui errat, dum putat Bosium lib. 6. de signis Ecclesiæ cap. 4. locutum esse de hoc, aliisque duobus Minoritis, cum ibi loquatur de *Alexandro Halensi*, *Alberto Magno*, & *D. Thoma Aquinate*; error fluxit a Possevino ad Waddingum, & ex illo ad istum.

MMCMXCI. 1561.

NICOLAUS OCCAMUS = de quo Pitseus, Fr. Angelus a S. Francisco, & Joan. a S. Anton., uti Waddingus, habent. In Bibliotheca Florentina S. Crucis scam. 32. versus Ecclesiam n. 369. extat codex antiquus ms. in 4. incipiens: *Veteris, ac novæ legis* &c. *Quæritur de subjecto Theologiæ* &c.: in cujus fine legitur: *Explicit Lectura super primum Sententiarum ordinata a Fr. Nicholao de Anglia Ordinis Minorum*: estque brevis expositio; cui sequitur *Lectura super secundum Sententiarum ab eodem edita* incip. *Utrum mundus sit æternus*. *Et quod sic videtur per Aristotelem*: quas quidem hujus Nicolai esse puto.

MMCMXCII.

NICOLAUS OLIVI BETTONENSIS Umber Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor, Veneti Gymnasii Regens, & Asisiensis Cœnobii Custos, ut vocant, a Leone X. an. 1515. dicitur Episcopus Asisiensis renunciatus, ac anno 1526. vivendi finem fecisse; cum tamen Catalogus illius Ecclesiæ ab Ughello to. 1. Ital. sac. publicatus hunc inter Antistites non habeat, potius Coadjutorem, ac *Suffraganeum*, ut ajunt, quam Episcopum extitisse puto. Reliquit post se, cum esset verbi Dei concionator egregius,

Propositiones Theologicas super Evangeliis annuis, teste Ludovico Jacobillo de Scriptor. Umbriæ apud Coronel. Biblioth. univ. to. 5., cujus meminit & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1515., & autor Collis Paradisi. V. *Nicolaus Veronensis*, quem non alium exputo ab isto, vel *Ferragatto* superiori.

MMCMXCIII. 1562.

NICOLAUS ORANUS = Leodiensis Belga, & Strict. Observ. Reform., suique Conventus Leodiensis, & Luxemburgen. *Guardianus*

Conciones de Adventu num. 23. Exilium generis humani &c. vulgavit Montibus apud Lucam Rivinm.

Conciones num. 30. de Judæ proditoris apostasia prodierunt Antverpiæ anno 1611. apud Gasparum Bellerum in 8. ex Indice Biblioth. S. Franc. Bononiæ, & ex Joan. a S. Anton. to. 2. Hujus Operis in fronte legitur *Anagramma* de eo: *Salvus in corona* &c. carmine endecasyllabo expressum a *Fr. Francisco Orano* Minorita autoris fratre germano.

Conciones quadragesimales de conversione D. Pauli Apostoli tit. *Beniamin Evangelicus*. Coloniæ tomis 2. in 8. an. 1624. apud Joan. Kinckium ex Joan. à S. Anton. to. 2. pag. 392.

Conciones de conversione Cornelii Centurionis. Montibus Hannoniæ an. 1632. in 8. ex eodem Joan. a S. Anton.

Concionem trium horarum Passionis Domini. Coloniæ 1634. ex Dupino sec. XVII.

Commentaria in Matthæum, Lucam, & Joannem scripsisse tradit Crouvœus pag. 275. sui Elenchi. De hoc Scriptore agit & Petrus de Alva col. 1107. Militiæ.

MMCMXCIV. 1563.

NICOLAUS DE ORBELLIS = de quo Trithemius in Scriptor. Eccles. agit, aitque floruisse anno 1445., & Marianus apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 3. cap. 38., aliique post istos, quos inter Possevinus in Appar. sac. to. 2. imposuit Waddingo; non enim Thomas Bozius de Sign. Eccl. ea, quæ Waddingus refert, de hoc *Nicolao*, alioque *de Nyse*, ac *Stephano Brulifero* pronunciat; sed *de Alexandro Alensi*, *Alberto Magno*, & *D. Thoma Aquinate* dicit. Jacobus quidem Philippus Bergomas in Supplem. lib. 15. ad an. 1454. de eo ingenti cum laude scribit, *Turonensem*, & sac. Theologiæ *Magistrum* appellans; de quo etiam puto loqui Marcum Ulyssipon. cit. lib. 7. cap. 32.

Comment. in 4. libros Sententiarum prodierunt primùm Parisiis an. 1498. in 4. per Felicem Baligaut opera Lodoici Honnonii Nervii; 1498. in fol. per Joan. Richard ait Joan. a S. Anton. to. 2., sed puto leg. *Jo: Picardum* Minoritam, qui eo tempore fecit *Resolutiones* in hoc opus; Lugduni in 8. per Lodoicum Honnovium, nec non Haggenoæ an. 1503. in 4. apud Henricum Gran, & iterum Lugduni eodem anno 1503. in 8. apud Franciscum Fadin; deinde Venetiis an. 1507. in 4. per Lazarum Soardum cum textu Magistri Senten., iterumque Parisiis anno non 1411., ut Waddingus, & Joan. a S. Anton., sed 1511. in 8. apud Joan. Parvum; & tandem iterum Parisiis 1517. in 8. per Franciscum Regnault. Hoc Opus *insignissimum*, & *prope divinum* dicit laudatus Bergomensis; scriptumque fuit sub *Paulo II.*, nam in 4. dist. 45. q. 3. adducit autor privilegium *Pauli PP.* anno Domini MCCCCLXV. datum; quem dicit *Papam modernum*, hoc est regnantem. In fine vero lib. Sentent. edit. Paris. 1498. habetur: *Explicit primus Sent. Magistri Nicolai de Orbellis Ordinis Minorum provinciæ Turoniæ, & Conventus Cholleti per eumdem compilatus anno Domini millesimo quadrigentesimo* . . . Tabulam Operi adjecit *Fr. Thomas Sylvestri* Ord. Min. in sac. Theologia Baccalaureus, & editionem curavit Fr. Joan. Alexander Ordinis Min. Observ. cum Elogio Lodoici Honnonii Nervii. Ad calcem tandem ejusdem Operis additus est

Tractatus declarationum quorumdam terminorum secundum doctrinam illuminati Doctoris, scilicet *Francisci Mayronis*; estque Declaratio *divinorum nominum, & attributorum* incip. *Ut noviter ad facultatem* &c.: idque tam editioni 1498., quam 1511., ut suspicari merito quis possit hujus autoris esse & hunc *tractatum*. Tandem in hujus Nicolai Opus 4. Senten. *Resolutiones aureas* effecit Fr. *Joannes Picardus* Minorita circa an. 1500.

Super Sententias compendium singulare elegantiora Doctoris subtilis dicta summatim comprehendens. Lugduni an. 1503. in 8. apud Franciscum Fadin; deinde Parisiis anno 1517. in 8. per Franciscum Regnault, teste cit. Joan. a S. Anton.

Super Summulas Petri Hispani ad mentem Scoti recognitum a Fr. *Petro Parmensi* Reg. Observ. impress. Parmæ an. 1482. in 4. impensis Damiani de Moyliis, & Joan. Antonii de Montalli, quæ editio habetur Bononiæ, & Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci, citaturque ab Orlando de Orig., & progr. Typogr.; nec non Venetiis an. 1516. in 4. per Lazarum Soardi correcta, notulisque margineis aucta per *Fr. Hieronymum Crybellum* ejusdem Ordinis provinciæ S. Antonii, quæ habetur Florentiæ apud nostros.

Logica Summula cum Petri Hispani textu, aliisque quibusdam. Venetiis an. 1489. in 4. per Bernardinum de Choris Cremonensem ex cit. Orlando, & Simonem de Luere; extat Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonaven.; 1487. ait Jo. a S. Anton.

De scientia mathematica, & physica: Bononiæ an. 1473. in fol. per Baldasarrem de Azzoguidis, & an. 1485. in 4. per Henricum de Harlem; & Matthæum Crescentinum; qui eodem anno excuderunt etiam

Expositionem ejus *in 12. libros Metaphysices secundum viam Scoti* ex cit. Peregrino Orlando par. 2. pag. 273., cum Elogio metrico Petri Almadiani Viterbiensis Philosophi. *Metaphysica* ejus cum Compendio *Mathematica* prodiit Parisiis 1605. in 8. in Gymnasio Speculativo Augustini Gothutii clas. 3.

Comment. in libros Arist. de anima legitur excusus Basileæ an. 1542.; quod tamen ait Waddingus prodiisse ibidem, nempe Basileæ an. 1542. ap. Gregorium de Gregoriis, error est, & legendum Venetiis an. 1492., quo loco, & tempore fratres de Gregoriis excudebant.

De scientia mathematica, physica, de anima, de cælo & mundo, methecris, Metaphysica, ac *Ethica* prodiit Basileæ an. 1494. in 4. per Michaelem Furter; & iterum anno 1503. in 4. etiam cum *Logica* ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Ferrariæ. Ejus *Physicam* adducit autor suppar Stephanus Bruleser q. 1. prol. lib. 1. Report. Theolog.

Tractatum hujus autoris *de successione* citat Thomas Elysius Ord. Prædic. in suo *Piorum Clypeo* art. 3. q. 5. *de donatione Constantini* Imper.; &

Librum de casibus conscientiæ ei attribuit Rodulphius lib. 3., & Possevinus in Appar. sac. to. 2. Agit quidem de hoc scriptore Oudinus to. 3. ad an. 1450. Comment., sed parum critice.

M M C M X C V.

NICOLAUS OUDARTUS edidit

Facta sacra; quæ citat Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 4. Octob. §. 5.

M M C M X C V I.

NICOLAUS PATAVINUS scripsit, certe ante annum 1491.,

Tractatum de Immacul. Conceptione, ut ex Bernardino Busto, & Antonio Daza habet Petrus de Alva col. 1107. Militiæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M M C M X C V I I. 1564.

NICOLAUS A POCULIS =

* NICOLAUS QUARTUS = V. *Hieronymus Picenus*, al. *Asculanus*.

M M C M X C V I I I.

NICOLAUS RADULPHI Gallus, qui an. 1415. a Patribus Concilii Constantiensis constitutus est *Vicarius Gener.* Fratrum Reformat. Regul. Observ. trium provinciarum Franciæ, Turoniæ, & Burgundiæ ex ejusdem Concilii Decreto pro dictis Fratribus edito, a Mariano Florentino apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9. iis viris accensetur, qui scientia illustres plurimum suis *scriptis* Franciscanum Sodalitium illustrarunt, tametsi quid scripserit, non exposuit. Verisimile tamen est, eum edidisse *Tractatum* illum, cui titulus est:

Querimonia proposita in Concilio Constantiensi an. 1415. a Fratribus Reform. Reg. Observ. Gallicis trium provinciarum Franciæ contra Communitatem Ord. Min. incip. *Reverendissimis in Christo Patribus*; quæ legitur in Monumentis Ord. tract. 2. edit. Salmantic. 1511., & in Firmamento 3. Ordin. par. 3. edit. Venetæ an. 1514. impressa.

M M C M X C I X. 1565.

NICOLAUS RAMOS = natus anno 1531. Villasabæ diœcesis Palentinæ oppido, in Cœnobio Pinciano Ordinem S. Franc. Regul. Observ. professus est, ubi & Theologiam docuit, totique provinciæ præfuit ex Ant. Daza Hist. Francisc. par. 4. lib. 1. cap. 12.; anno vero 1588. factus est Episcopus *Portus divitis* in insula Cuba Americæ a Sixto V. ex Reg. Vatic. apud Petrum de Alva, & Astorga in Indic. Bullarii Seraph. sub an. 1587. num. 25.; deinde ad Archiepiscopatum *S. Dominici* vulgo insulæ Hispaniolæ in eadem regione translatus invenitur an. 1596., quo titulo citatur ejus *Assertio vulgatæ* &c. ab eodem Anton. Daza lib. de Stigmat. S. Francisci cap. 2.

Assertionis veteris vulgatæ editionis altera pars fertur prodiisse Pinciæ anno 1577. in 4. apud Didacum Fernandez ex autore Biblioth. Hispan. pag. 123., cum *Prima pars* prodierit Salmanticæ 1576. in 4. per Matthiam Gastium ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Contra eum an. 1579. scripta est *Admonitio Jodoci Tiletani*, tamquam in illum; & Gulielmum Lindanum calamum strinxisset Ramos lib. 2., ut habet Possevinus in Appar. sac. v. *Gulielmus Lindanus*. Obiit anno 1597., non 1576., ut est apud Joan. a S. Anton. to. 2. De eo Cimarella par. 4. Chron. S. Franc. lib. 9. cap. 75., & Ægidius Gonzalez to. 2. Theatri Eccles. Indiarum pag. 265.

M M M. 1566.

NICOLAUS ROCHAIM = Rodulphius lib. 3., & cum eo Willotus dicunt *Bocham*; Gonzaga vero *Rocham*; Possevinus in Appar. sac. modo *Bocham*, & modo *Rocham* appellat; sed nemo eorum ait, quo tempore scripserit, & cujus regionis fuerit; hinc Waddingus hunc inter ignotæ regionis scriptores collocavit. Errat Joan. a S. Anton. to. 2., dum ait, hunc laudari a Pisano.

* NICOLAUS DE ROMANIS Auximanus nobili familia natus, sac. Theol., ac U. J. peritus, rebusque magnis idoneus an. 1376. erat in pretio, & a Secretis Gregorii XI., qui eum præter conditionis suæ statum creavit Archidiaconum Vercellensem, & Præpositum Ecclesiæ Collegiatæ S. Felicis Aquilejen., Sacerdotiisque pinguibus donavit in Ecclesiis Concordien., Raven., Tarvis., & Nicosien., addita facultate testamento legandi ex perceptis fructibus, quæ placeret. Sub Martino V. legatione functus est in Syriam, unde post triennium regressus obiit Romæ sepultus apud nos Consodalea in Templo Aracœlitano; inquit Waddingus ad an. 1376.

1376. n. 12. ex Rodulphio lib. 3. Hist., & mss. Monum. Auxim.; additque multa scripsisse, quorum Catalogum se intexturum, cum de Scriptoribus Ordinis Opusculum orditetur, quod tamen ommisit; Cœnobioque Auximano præter alia legasse xv. volumina sacrorum Bibliorum, & illius Ædis Præfectum sui testamenti scripsisse executorem; de quo forsan loquitur & ad an.1392.num.25., ubi de Conventu Auximano Minorum Conventual. disserens ait, ibi claruisse *Magistrum Nicolaum, qui quadam reliquit posteris sui ingenii monumenta*. Servatur Auximi in Arch. Minor. Convent. hujus *Nicolai* testamentum factum Avenione 26. Novembris an. 1373., in quo dicit se Archidiaconum de Andorra in Ecclesia *Urgellen.*; nihil tamen habet, quo erui possit fuisse Minoritam, quamvis illi Ordini addictissimus esset, cujus amoris plura signa dedit in suo testamento, Cœnobioque Auximano præter *quindecim volumina diversorum librorum biblia glossatorum* reliquit etiam pecuniam *pro porticibus, & Capitulo, aliisque ædificiis dicti loci*.

M M M I.

NICOLAUS SENENSIS juxta id, quod refert Waddingus in Annal.Min. ad an.1266.n.19., scripsit

Sermones super Epistolas, & Evangelia Quadragesima; quod & notavit Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., sed agnomen, & quo tempore claruerit, non exprommunt. Duos ego ex monumentis Cœnobii Senensis Min. Conv. invenio hujus nominis vixisse sub initium seculi xv. patriâ Senenses *Nicolaum de Piccolhominibus*, & *Nicolaum Bertuldi*, utrumque sac. Theol. *Magistrum* an. 1402. cum aliis *Fr. Bernardinum* Senensem, qui postea SS. fastis adscriptus est, eidem Conventui aggregasse, & an. 1413. eumdem Fr. Bernardinum jam celebrem concionatorem in *Discretum Conventus* acceptasse: quo anno *Mag. Nicolaus Bertuldi* asseritur *Socius* Reverendissimi P. Generalis Ministri; idemque anno 1418. extitit *Theologus Pisanus*; & anno 1426. provinciæ Tusciæ *Minister*; ejusque memoria dicitur haberi usque in annum 1444. *Magister Nicolaus Bertoldi Senensis* an. 1409. interfuit Concilio Pisano ex Actis nuper Lucæ vulgatis in to. 3. Supplem. ad Conc. Labb. col. 1138. Quis autem horum dicendus sit autor *Sermonum* prædictorum, non meum est divinare. Joan. a S. Anton. to. 2. recenset hunc ex Terrinca.

M M M I I.

NICOLAUS DE SOKOLNIKI Polonus, &, ut conjicitur, Cracoviensis Regul. Observ. scripsit

Nonnulla ad Vitam B. Simonis a Lypnica pertinentia, (& forsan alia sui Ordinis) circa finem seculi xv., vel initio xvi. Citantur mss. ab Act. SS. Continuat. Bolland. ad d. 18. Julii in Comment. prævio §. 3., ubi dicitur obiisse anno 1522. Cracoviæ.

M M M I I I.

NICOLAUS SPECIALIS Netinus in Sicilia generosa familia genitus scripsit sub Joan. XXII., & Bened. XII.

Historiam Siciliæ suorum temporum libris octo ab an. 1282. usque ad an. 1337.; quæ mss. Parisiis extat in Biblioth. Colbert. cod. 678., vulgavitque eam Baluzius in addition. ad Marcam Hispan. an. 1688. Paris., & Grevius to. x. volum. 5. Thesauri Antiquit. Ital. edit. anno 1723. Lugduni Batav. per Petrum Vander, & Muratorius to. x. Rer. Italic. Script., qui & addit, hanc Historiam a *Fr. Michaele Platiano* Minorita continnatam fuisse usque ad an. 1352.; citat eam, pluraque fragmenta exhibet laudatus Baluzius in notis ad Vitas Papar. Avenionen. col. 598., 704., 788., & 892.; ac ex eo Oudinus to. 3. Comment. ad annum 1340., & ante hos Odoricus Raynaldus ad an. 1322. §. 53., & ad an. 1328. ex ms. Biblioth. Vatic.; & ex hoc codice *Libellus* hujus autoris descriptus extat Romæ in Biblioth. Ottoboniana, teste Constantino Rugerio in Disquisit. de tribus Episc. Sabinen. S. R. E. Cardin. to. 10. Opuscul. scient. P. Angeli Calogerà. V. *Diarium Eruditorum Parisiense* an. 1714. pag. 219., ex quo & Joan. a S. Anton. to. 2.

Anonymi Chronicu Siciliæ usque ad an. 1342. extat ms. in Biblioth. Vatic. n. 3974. ex Ind. Biblioth. Montfaucon to. 1. pag. 114.; sed forsan ad alium pertinet. Hujus forsan est

Historia gestorum in controversia de paupertate Christi, & Sociorum ejus inter Joannem XXII., & Michelinum, nonnullosque alios Minoritas, quæ manuscrip. in fol. habetur Florentiæ in Bibliothecа Sanctæ Crucis olim scam.20. versus claustrum cod. 631., nunc scam. 2. versus Ecclesiam hoc titulo: *Incipit motivum p. quæstionis orta in Curia Avenionis tempore Domini Iohanis PP. XXII. de paupertate Christi, & Apostolorum, & processus, & ordo ejusdem. Quoniam secundum Apostolum ignorans ignorabitur, secundum Augustinum, & jura ignorantia crassa, & supina, seu affectata non excusat potius, sed accusat; idea ego Fr. N. Ordinis Minorum cupitus ea, quæ de quæstione orta tempore Domini Dñi Jo. PP. XXII. de paupertate Christi, & Apostolorum ejus gesta, & facta sunt pro, & contra, & causas gestorum, & factorum, exponere . . . in uno volumine per modum Chronicæ, quantum Deus permiserit, dignum duxi redigere a fundamentis, ut sequitur, inchoando. Anno Dñi* MCCCXXI. &c.; & progreditur usque ad annum MCCCXXXIV. referens omnes Joan. PP. Bullas, appellationes, & responsiones aliorum ad eas; referturque haberi & Romæ ms. in Ottobon. Biblioth., & alibi, ex qua cuncta descripsit Waddingus in Annal. Minor. tom. 3. primæ edit. Lugdun., & to. 6. edit. Rom. Extat & in Vatic. Biblioth. num. 4008.

Fuit alius *Nicolaus Specialis* an. 1425. Siciliæ Prorex, qui jacet Neti in Ecclesia S. Francisci, confunditurque a Roccho Pyrrho cum superiori, seniorique *Nicolao*.

M M M I V.

NICOLAUS SPEDIENSIS prov. Genuensis Min. Capuccinor. vir doctus, ac concionator fervidus scripsit, jamque typis paratum habebat ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Opus Philosophicum compendiose elaboratum an. 1644., quod ms. habebatur Genuæ in Biblioth. sui Ordinis, teste autore Biblioth. Capuccin.

M M M V.

NICOLAUS E SPINACIOLA Strict. Observ. Reformat. provinciæ Principatus Cœnobium S.Laurentii Salernitanum sui Ordinis, cui plaries præfuit, pene a fundamentis erexit; & Pœnitentiarius Lateranensis, suæ provinciæ Minister, a Secretis Ordinis, Generalisque Definitor anno 1639. constitutus est; annoque 1646. collegit

Omnes Ordinis Constitutiones ad Reformationem utilitatem, ac gubernium spectantes juxta tenorem

Bullarum Gregorii XIII., *& Clementis VIII.*, & pulchra metodo disposuit ab omnibus suis Reformatis accepta. Collegit etiam, & vulgavit

Constitutiones omnes Apostolicas a Religionis exordio usque ad an. 1648. a diversis Summis Pontificibus emanatas. Ejus etiam habentur ms. sequentia; nempe

Libercnlus multarum rerum ad Generalium, Provincialiumque Ministrorum officium spectantium.

Origo, atque Annales suæ provinciæ ab exordio Religionis Seraphicæ usque ad annum 1648. lingua vulgari.

Tractatus casuum conscientiæ, & *alter de electione.*

Tractatus super Regulam S. Francisci; & *alter de rebus variis, quæ in dies in nostra Religione evenire solent.*

Iudicialis practica ad justitiam administrandam erga sui Ordinis Religiosor.

Obiit an. 1652. in præfato Cœnobio Salernit. ex Relatione illius provinciæ Matriti in Archivo Ordinis asservata, teste Joan. a S. Anton.

MMMVI.

NICOLAUS SPINELLUS Cremonensis *Tertii Ord. Claustr.* musica arte eruditus composuit

Opellas nonnullas musicis notis expressas; obiitque Papiæ an. 1630. tempore pestis ex Bordono, Vernon, & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 398.

MMMVII.

NICOLAUS SPINELLUS alter, & antiquior, patritius Florentinus anno 1434. in patria Lector fuit sacræ Scripturæ, & Sententiarum Magistri, ubi & Magisterii lauream accepit an. 1439., aggregatusque Theologorum Collegio illius Universitatis, cujus & Decanus fuit an. 1447., insequentique anno Hetruriæ provinciæ Minister declaratus, Vicarius Generalis, & concionator celeberrimus dicitur a Waddingo ad an. 1459. num. 28., quo anno refert, eum Patavii, mox Venetiis conciones habuisse: conscripsit

Varios tractatus in Philosophia, & Theologia, testantibus Mariano Florentino, Antonio Terrincano in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4., Raphaele Badio in Catalogo Theolog. Florent., Julio Nigro in Script. Florent., ubi perperam Ord. *Min. Observ.* dicit; & Luca Joseph Cerrachino in Fastis Theolog. Univers. Florent. Anno 1459. 12. kal. Decembr. Pius II. literas emisit, ut *Fr. Nicolaus Spinellus* fruatur privilegiis sibi a Generali concessis ex Indiculo Bullarii Seraphici Petri de Alva, & Astorga num. 19. Joan. a S. Anton. to. 2. accepit ex Terrinca.

MMMVIII.

NICOLAUS SUCCI Asisias olim Capellanus Card. Matthæi Ursini Romani factus est an. 1339. Episcopus suæ patriæ, & Romæ Summi Pontificis Vicarius, decessitque an. 1349., de quo Waddingus in Annal. Min., & Ughellus to. 1. Italiæ sac.; cum jam scripsisset

Tabulam super secundam secundæ, & super 4. Senten. D. Thomæ Aquinatis alphabetice incipientem: *Abraham*, ut est in frontispicio. Servatur hæc adhuc ms. chart. in 4. sine principio, & lacera Asisii in Tabulario Convent. S. Francisci, cujus in fine legitur: *Explicit Tabula super 4. Sententiarum Sancti Thomæ edita de mandato Rev. in Xpo Patris Domini Dñi Fratris Matthæi de Ursis miseratione divinæ SS. Johannis, & Pauli Presbyteri Cardinalis a Fratre Nicolao Sucii de Ass. Ordinis Minorum Capellano dicti Domini anno Dñi* MCCC. XXXV. XVII. *die men. Martii.* Recensetur hoc Opus etiam in veteri Asisiensia S. Francisci Bibliothecæ, Sacrariique Inventario an. 1381. confecto in 3. solar. occid. sine nomine autoris hoc modo: *Tabula super 2., & 4. Senten. Sancti Thomæ de Aquino incipit; Abraham castitatem conjugalem habuit in actu: & finit: zelus.*

* NICOLAUS TACITUS = V. *Nicolaus Zegerus.*

* NICOLAUS A TORGA = V. *Nicolaus Goron*: de quo Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 14. Januar. §. 6., & Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMIX.

NICOLAUS VALLA, seu a Valle, Agrigentinus Min. Conv. Theologus præstantissimus, & in divinis, humanisque literis versatissimus coram Alexan. VI. egregias sui animi dotes magna cum laude patefecit. Ejus doctrina, eruditio, & eloquentia pluribus in civitatibus Siciliæ, & Italiæ refulsit, ut ex ipsius epistola ad Christophorum Schobarum Canonicum Agrigentinum liquido constat, quæ in ejusdem Schobari Opusculis pag. 6. habetur: poetica etiam facultate inclaruit ex indice Poetarum Siculorum, quem suo *de Poetis libro* præfixit Joannes Vigintimillius. Edidit, typisque vulgavit

Seraphicam sylvam, idest *Vitam S. Francisci libris* 4. Florentiæ an. 1498. in 4. ex Anonymo autore cujusdam *Bibliothecæ*, quæ ms. asservatur Matriti in Regia Bibliotheca, teste Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. in Append., ubi eum dicit *Nic. Villa.*

Nicolai Vallæ Seraphicæ silvæ flosculi ad Franc. Sampsonem Gen. Min. 141X. . . . . *lendas Iulias* habentur Asisii apud nostros.

Gymnastica Literaria. Præludium octo partium Orationum. De nominum declinationibus. De generibus nominum. Venetiis an. 1516. in 4. per Lazarum de Soardis ex Mongitore.

Vocabolarium vulgare cum latino. Iisdem typis an. 1516. in 4. ex eodem; & postea anno 1525. ex Gesnero in Biblioth., & Petro Angelo Spera de Nobilit. Professor. Grammat. lib. 4., qui mendose eum *Florentinum* dicunt, cum ipsemet in epist. nuncupatoria dicto *Vocabolario* præmissa scribat: *D. Domino Martinello Apatellis Illustr. D. Comitis Cammeratæ, & Magistri Portulani totius regni Siciliæ Augusto filio M. Nicolaus Valla Agrigentinus.* In eodem autem *Vocabolario* pag. 49. alias lucubrationes se scripsisse ait; quæ sunt

Libri epigrammatum.

De reditu Proserpinæ libri 9.

Seraph. libri 6.

De unione hypostatica Verbi coram Alexandro VI. Panegyricus ab eo recitatus.

Oratio funebris habita Senis in obitu Sampsonis Generalis Ordinis an. 1499.

Multæ Orationes funebres Agrigenti habitæ.

De Vita D. N. Iesu Christi lib. 1.

De laudibus Deiparæ lib. 1.

De præceptis Decalogi lib. 1.

De VII. capitalibus vitiis lib. 1.

De Pænitentia lib. 1.

De VI. aliis Sacramentis lib. 1.

De D. N. Iesu Christo, an ipse triumphaverit optime de triplici mundo lib. 1.

De dæmonibus an sint; & quando naturali ratione eos esse probari potest; si sint corporei, vel

quæ

qua sint forma ; si possuat corpora hominum ingredi, & animalium, & quando ; an rognoverit Christum esse Filium Dei ante passionem ; & multa id genus scitu dignissima, quæ in plerisque Siciliæ, atque Tusciæ civitatibus disputavit, & prædicavit cum laude, præsertim Romæ in Ecclesia S. Celsi anno 1502.

Anno 1525. die 11. Augusti assumptus est Episcopus Medaurensis in Africa, datusque Coadjutor Episcopo Melitensi ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. ad eum an. n. 30., Rocco Pyrrho in Not. Eccles. Agrigent., Cagliola in Hist. prov. Siciliæ Min. Conv. manif. 3. explor. 3., & manif. 13. explor. 6. Memoratur a Quintiano Stoa, qui Maturantii Simiam appellat ; referturque a Dominico Caramella Panormitano in Musæo insignium Poetarum Latin. Probe autem advertit Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 398. hunc alium esse a *Nicolao Valla*, qui aliquot *Homeri, & Hesiodi libros* vertit, & qui *de Rebus dubiis, & in Jure* scripsit.

1567.

NICOLAUS VERONENSIS = *Umber* ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum ; quare vereor, an legendum sit *Vettonensis* pro *Veronensis* : sitque ille Nicolaus a *Vettona*, vulgo *Bettuna* in Umbria diœcesis Asisien., vel unus e duobus Nicolais *Ferrugatto*, & *Olivo* Bettonensibus, de quibus actum est. Joan. a S. Anton. accepit a Rodulphio, & Waddingo.

M M M X. 1568.

NICOLAUS VIGERIUS = Joan. a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum ; additque solum cum errore, de eo agere *Pisanum*, qui longe ante scripsit.

M M M X I.

NICOLAUS VINCENTIUS BONAVENTURA Barolitanus patritius provinciæ S. Nicolai in Apulia Min. Conv. alumnus edidisse fertur a Rodulphio apud Franchinum in Biblios. n. 281.

De Vitis Rom. Pontificum, additis carminibus ad Sixtum V., ideoque anno circiter 1588. Hujus *Catalogus Rom. Pontificum* extat ms. Parisiis in Regia Biblioth. cod. 10415. ex Catalogo Montfaucon to. 2. Biblioth. mss. pag. 915., ubi corrupte dicitur *de Bajolo* pro *de Barolo*, vulgo *Barletta* nobili oppido. Joan. a S. Anton. hunc habet ex Coronel. Biblioth. univ. to. 6. n. 4305.

M M M X I I. 1569.

NICOLAUS URSUS = Vicarius provin. Siciliæ, Theologus, & concionator nobilis ex Mongitore to. 1. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. ; vivebat anno 1500., & obiit Catanæ 1504.

M M M X I I I. 1570.

NICOLAUS ZEGERUS = *Nicolaus Tacitus Zegerus* dicitur ab autore coævo Marco Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 9. cap. 43., & Sixto Senen. lib. 4. Biblioth. sanctæ, uti & a Rodulphio autore suppari lib. 3., qui addunt ex *Diestensi* oppido Brabantiæ extitisse ; *Nicolaum Tacitum* dicunt & Gonzaga, & Possevinus ; *Tacitum Nicolaum* vero Aubert. Miræus in Auctar. Script. Eccles. sec. XVI. n. 74., qui tradit, eum

Testamentum novum ad fidem veterum mss. recensuisse, ac Lovanii edidisse ; misisseque non ad *Julium II.*, ut ex Possevino habet Waddingus ; sed ad *Julium III.*, ut cit. Marcus Ulyssiponen., & Rodulphius scribunt.

Inventarium, seu Concordantiæ in novum Testamentum prodierunt etiam ibidem 1566. in 8. ap. Jo: Bellerum ex Joan. a S. Anton. pag. 110. v. *Tacitus Nicolaus Zegerus*.

Adverbia latina, & teutonica evulgavit Antuerpiæ ex cit. Miræo.

Tac. Nic. Zegeri Comment. in Apocalypsim cusa sunt Coloniæ an. 1553. in 8. ex Indice Biblioth. Barber.

Catechismus germanica lingua cusus est Antuerpiæ an. 1558. in 16. ex cit. Joan. a S. Anton. De eo & Jacobus Le-Long to. 2. Biblioth. sac.

M M M X I V.

NOE BLANCUS Venetus edidit an. 1566. Venetiis

Itinerarium Terræ Sanctæ, quo tractat *de rebus Ægypti, Arabiæ, ac Terræ Sanctæ* ex Giano to. 2. Annal. Servor. B. V. lib. 3., & Francisco Sansovino apud Possevinum in Appar. sac. to. 2., ubi Institutum Regulare tacet ; sed *Minoritam* fuisse testatur Paulus Zamorensis in censura *Relationis Blasii de Buyza* Minoritæ an. 1622. editæ, & Petrus Anton. Venetus Strict. Observ. in epist. præmissa libro italico, cui titulum fecit : *Guida fedele alla santa città di Gerusalemme* &c. ; qui librum typis excusum se vidisse scribit. Aliam editionem vidi Asisii in nostra S. Francisci Bibliotheca an. 1648. factam in 12. Venetiis. Memorat, carpitque eumdem etiam Abbas Joan. Bapt. de Burgo in suo *Quinquennali Itinere* italice edito ; & in præfatione *Gallum* natione extitisse sentit ; attamen Opus italico prodiit sermone. Dubitari posset, an sit ille *Joan. Blancus Hispanus*, de quo suo loco actum est ; sed non habeo quid certi proferam. Joan. a S. Anton. to. 2. accepit a Paulo Zamorensi cit.

M M M X V.

NONNIUS DE CONCEPTIONE Hispanus Lusitaniæ provinciæ Tertii Ord. S. Franc. elucubravit lingua vernacula

Naufragium navis bonæ expeditionis. Ulyssipone an. 1631. in 8. ex Biblioth. Hispan. pag. 123., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M X V I.

N. NEGRONI Goensis Indus Regul. Observ. vir multæ sanctitatis, ac doctrinæ edidit, composuitque

Historiam primorum Fratrum, qui Indorum regionem sub Lusitanis ad fidem Christi perduxerunt, volum. 7., quam Ulyssipone typis dari an. 1620. scribit Fr. *Michael Venetus* in Epist., quam præmisit 4. parti Chronicorum S. Francisci a Bartholom. Cimarella editorum ; qui & de eo nomine suppresso agit lib. 7. cap. 43.

O

M M M X V I I.

OBICIUS BRIXIENSIS Italus ex Canonico Regul. S. Laurentii Justiniani ad S. Francisci Ordinem transiens in Brixien. provincia Min. Cappuccinorum præclarissimis probatæ vitæ exemplis enitens prælo tradidit

Vitas, & gesta Sanctorum Ecclesiæ Brixiensis figuris plurimis exornata. Brixiæ an. 1589. per Marchettum, teste autore Biblioth. Capuccin. Obiit anno 1599. ex Boverio to. 2. Annal. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 401.

MMMXVIII.

MMMXVIII.

OCTAVIANUS GAMERANI Ravennas Minorum Conv. sac. Theol. Magister præstantissimus; Philosophus etiam, orator, poeta, historicus, omnigenæque eruditionis vir, ac rerum gerendarum peritus, Gymnasii Viennensis in Austria primùm Rector, deinde in illius urbis Academia primarius Theologiæ Professor constitutus est anno 1625., moxque Ferdinando II. Imper. Theologus, & a Consiliis ad multos annos; quo in munere plura, magnique momenti operatus est pro catholica fide, pro Cæsare, & pro Academia. Reversus postmodum in patriam arcta cum *Bartholomæo Mastrio* Theologo, Philosophoque celeberrimo conjunctus fuit amicitia, eique in evulgandis suis *Operibus* plurimum adjumenti tulit, quemadmodum memoriæ prodidit Franchinus in Biblios. num. 282. pag. 509., ubi & refert, edidisse eum an. 1647.

Apologiam pro Mastrio adversus Ferchium, quantum quidem ad stylum, & methodum, cum literis Mastrii ad eum: quæ ms. extat Ravennæ apud nostros, & prodiit hoc titulo: *Scotus, & Scotistæ, Bellutus, & Mastrius expurgati a querelis Ferchianis*. Ferrariæ apud Franciscum Succium 1650. in 4., vulgante Paulo Pinzarino Medico Mediolanensi. Scripsit etiam

Dissertationem de tribus SS. Liberiis Ravennæ Archiepiscopis dicatam Card. Alderano Cybo Legato Raven.; cujus hortatu laborem assumpsit, probatque corpus *S. Liberii*, quod in Ecclesia S. Francisci Raveunæ asservatur, & colitur, esse S. Liberii I.; quæ dissertatio mss. habetur in Archivo Conventus S. Francisci Ravennæ, ubi etiam typis data fuit an. 1650. in fol. typis Cameralibus.

Decessit Ravennæ an. 1658. ex cit. Franchino, & in Ecclesia sui Ordinis ad Aram majorem erectum est ei sequens epitaphium, quod refert & Hieronymus Fabri par. 1. Hist. Eccles. Raven.

D. O. M. Octaviani Camerani Rev. inter Min. Conv. Magistri, quem Vienna Regentem, publicum Theologum, & Decanum vidit; ad concilia de rebus Ecclesiasticis Ferdinandus II. vocavit; Pannonia Ministr. Prov. obtinuit; plures Theologum habuere Cardinales; in Cong. de Prop. fide Urbanus VIII. adhibuit; cujus animam cœlum servat; hic lapis monum. Anno 1662.

MMMXIX.

OCTAVIANUS PHAERNUS Cremonensis Min. Conv. sac. Theol. Magister egregius, & Orator illustris, patruus *Pauli Phaerni* ejusdem Instituti singularis doctrinæ viri conscripserat

Orationes, & conciones quadragesimales, quas mss. ex Biblioth. Franciscana Cremon. subtractas literis mandavit Franciscus Arisius in Cremona Liter. to. 2., additque commemorari hunc a Francisco Zava in Oration. & Epist., aliisque illius urbis monumentis.

MMMXX. 1571.

OCTAVIANUS PRŒCONIUS = Caroli V. fuit a consiliis, concionibus, sacrisque Confessionibus; a quo plura retulit dona, inter quæ suimet effigies ad vivum hucusque conspici in æde Monialium S. Claræ Castri Regalis scribitur a Philippo Cagliola in Hist. prov. Siculæ explor. 3. manif. 1. pag. 8.; ejus habetur &

Adhortatio consolatoria pariter, & devota ad Ill., & Excell. D. D. Joannem a Vega Siciliæ Pro-Regem pro obitu suæ conjugis incipiens: *Paulus Apostolus vas electionis* ms. autographum in 8. in Biblioth. Marchionum de Astorga ex Joan. a S. Anton. to. 2.

Officium VII. *Angelorum*, teste Octavio Cajetano to. 2. SS. Siculorum pag. 268.

Historia sacræ Imaginis Dei Genitricis a Scalis Messanam insigni miraculo devecta cum Officio de eadem. Panormi 1565. apud Joan. Matthæum Maydam. *Officium* vero recusum fuit Messanæ an. 1700. In 8. ex Joan. a S. Anton., ejusque meminit cit. Cagliola, & Joannes de Joanne Canonicus Panormitanus in *tractatu de divinis Siculorum Officiis* cap. 45.; citatque Bonfilius lib. 4. Hist. Messanen., & Samperius in Icon. Messan. lib. 3.

Decreta habita, & acceptata in Congregatione diœcesana in Cathedrali Ecclesia urbis Panormi. Ibidem 1565. in 8. per eumdem.

Præconium Sacramenti; hoc est: *Disputatio, & præparatio ad altissimum Eucharistiæ Sacramentum*. Iisdem typis an. 1566. in 8.; & Neapoli etiam latine, & italice in 8. ex Joan. a S. Anton.; cujus meminit & Cagliola explor. 6. manif. 4. sub tit. *Tractatus de SS. Eucharistiæ Sacramento*.

Expositio Responsorii 3. Noct. Officii Defunctorum: Libera me, Domine, de morte æterna. italico idiomate: eodem anno, iisdemque typis in 8.

Sermones de sancto Sacramento extremæ Unctionis eodem idiomate. Neapoli 1567. in 8. apud Joan. de Boy.

Meditationes de peccatore converso italico sermone in 8. iisdem typis.

Pluries orasse legitur in Tridentino Concilio, præsertim an. 1462. die 11. Januarii Domin. infra Octavam Epiphaniæ; & die 25. ejusdem mensis Domin. Septuagesimæ; die 11. Martii fer.4. Domin.4. Quadrag.; & die 4. Octob. in festo S.Francisci ex Indice *Orationum, concionumque* Trident. Concil. Brixiæ eo anno impresso; easque puto excusas fuisse cum aliis Lovanii an. 1567. in fol.

Epistolas ejus nonnullas legimus lib. 2. Epist. Petri Aretini pag. 419.; & de eo multa cum laude scribit Rodulphius lib. 3., Marracius in Biblioth. Mariana par. 2., Mongitor in Biblioth. Sicula to. 1., Cagliola pag. 58., & 170., qui docet Cœnobii *Messanensis* alumnum fuisse, Ghillinus in Theatro Viror. Illustr. to. 2., nec non Ughellus to. 1. in Monopolit., & to. 8. in Arian. Episcopis, ubi tradit *a Paulo III.* an. 1546. ad Monopolitanam Ecclesiam evectum esse, refertque epitaphium, quod habet & cit. Rodulphius nonnihil diversum ab eo, quod legitur apud Waddingum; sive corrigendum, quod in fine ponitur ita:

Octavianus Præconius Prior Prioratus S. Andreæ civitatis Platiæ deflorescentis patriæ jactura mœstus florescentis nominis gloria lætus tantum virum tantillo marmoris & honestavit, & tumulavit.

MMMXXI. 1572.

OCTAVIANUS RAVENNAS = *Strambiati* cognomine perantiqua, illustrique familia natus anno 1524. circiter, Min. Conv. sac. Theologiæ Doctor insignis; anno 1563. *Regens* studiorum Bononiæ sui Ordinis interfuit Concilio Tridentino; eodemque anno die 13. Junii Pius IV. Pont. Max. literas dedit ad cives Avenionenses hortans, ut *Magistrum Octavianum Ravennatem* recipiant ex Archivo Vatic. apud Continuatorem Annal. Min. Waddingi ad eum an. num.33.; qui ad an.1541.n.41. to. 18. scripserat, eodem an. 1563. factum fuisse die 19. Augu-

Augusti *Ministrum* provinciæ Angliæ ex Reg.Ord.; de quo Rodulphius autor æqualis lib. 2. fol. 268. in *Custodia*, ac loco Ravennæ scribit: *habet hæc nostra ætas Magistrum Octavianum virum summa eruditionis; qui magna cum sui laude fuit in præclaris Gymnasiis Religionis Gymnasiarcha, quem nos Regentem appellamus; Taurini quoque plures annos professus est primam Philosophiam; demum Romam accitus est, profiteturque in tam inclyta Academia Theologiam juxta Scholam subtilissimi Doctoris*; sed & Hieremias Bucchius synchronus Bartholomæi Pisani editor, & continuator Conform. VIII. par. 2. de Doctoribus, & Scriptor. Ord. Min. an. 1590. edit. vocat Theologum præstantissimum, Patavii, Bononiæ, & Romæ ad multos annos tam privatim, quam publice Theologiam docuisse, ejusque *Scripta* potissime *in Scotum* maxime desiderari; & Gravina in *Voce turturis* cap. 24.: *P. Fr. Octavianus Ravennas Patavii* XXXX. *annis Cathedram Magistralem rexit, sed animam suam Theologiam mysticam ea docebat, opere implens quod ore docebat, cujus fama bonitatis, & disciplinæ permotus Clemens VIII. ad civitatem Bononiensem transmisit, ut suis literis quoque civitatem illam celebrem illustraret; sed senio confectus brevi vitis concessit, & luctu maximo tam perfecti viri exitus apud Dominum pretiosus ab illa civitate deploratus est*. De eo agit etiam Franchinus in Biblios. *n.* 282., qui addit eum *maximi* titulum tulisse ad distinctionem superioris *Octaviani Camerani* pariter Ravennatis, qui *magni* titulum habuit. Scripsit autem *Commentarios*

In Logicam Aristotelis.

In Metaphysicam ejusdem.

In libros ejusdem de anima.

Tractatum de prædestinatione.

Alterum de libero arbitrio; &

Alterum de Symbolo fidei juxta ms. Catalogum Script. Aug. Superbi autoris supparis apud Franchinum in Biblioso. num. 282., qui & docet ex Actis *Capituli Gen.* an. 1617. Romæ celebrati statutum ibi fuisse, ut hujus Scriptoris *Opera* typis ederentur; quod tamen quibusdam de causis successu caruit. Ego vero legi in Actis Capituli provinciæ Bonon. an. 1620. Parmæ coacti a Jacobo Montanario Balneocabal. Ministro Gen. §. *Commissiones*, injunctum fuisse potissimum P. M. Octaviano Ravennati, de quo infra, ut prælo committi curaret

Opera Scotelli Magistri Octaviani Ravennatis; igitur Octavianus iste senior operam dederat, ac elaboraverat in dilucidandis Operibus *Petri Aquilani dicti Scotelli*.

In 4. libros Sententiar., seu in Scriptum Oxonien. Jo: Duns Scoti Doctoris Subtilis Commentarii extant mss. Patavii in Biblioth. S. Jo: in Herbara Canonic. Regular. ex Thomasino Biblioth. Patav. mss. pag. 39. plut. 31.

Lectiones super primo Sententiarum libro; &

Super quæstionibus quolibetalibus Scoti per Magist. Octavianum Rav. Regentem 1562. *Bononiæ* ms. in 4. imperfectum extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

In Physicam expositio habetur in quodam Indice Biblioth. S. Francisci Ravennæ an. 1712. exarato, ut &

Lectura super prologum habita Romæ an. 1584.

Ravennæ in primo claustro Cœnobii sui Ordinis habet sequens *epitaphium* a cit. Superbo, Fabro, & Franchino relatum:

„ Octaviano Strambiato Ravennati Franciscano
„ Theologo eximio, Scoti subtilitatum maximo, &
„ clarissimo interpreti, qui cum præcipuorum sui
„ Ordinis Gymnasiorum summus Doctor fuisset,
„ & Avenionem ad confutandos hæreticos ab Alex.
„ Farnesio Card. Leg. missus ingentem undique
„ laudem retulisset, Augustæ Taurinorum Meta-
„ physicam Emanuelis Philiberti Ducis, cui caris-
„ simus fuit, accersitu cum summa auditorum ad-
„ miratione professus est. Postquam autem Colle-
„ gii Seraphici ad SS. Apostolos Romæ Sixto V.
„ Pontifice Max. instituente, ac jubente primus,
„ & summus Magister præfectus fuisset; atque in-
„ de tandem in patriam rediisset, ubi per XII. an-
„ nos Canonicos Portuenses magno auditorum nu-
„ mero, fructuque docuerat; Bononiam valetudi-
„ nis causa se contulit; ibique annos natus LXXII.
„ ex hac vita migravit an. sal. M. DLXXXXVI.
„ Octavianus Strambiatus ejusdem Ordinis Theolo-
„ gus illius ex fratris filio nepos patruo magno
„ bene merenti p. c.

Altera ejus memoria extat Romæ in claustro inferiori contra januam Sacrarii SS. XII. Apostolorum.

MMMXXII. 1573.

OCTAVIANUS SPATARIUS = Reg. Observ. provinciæ Tusciæ Definitor Gen., ac Minister, Romæ vero Cardinalis Columnæ Theologus, & sacror. Canonum Lector, ubi anno 1625. ex hac vita migravit apud Aramcæli. Fuit ecclesiastes percelebris, cujus

Centuriæ concionum quadripartitæ partes tres sunt *quadragesimales*, & alia *adventualis*, edita in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 402. In ea *Centuria* &c. edidit etiam

Conciones de Conceptione Virginis Mariæ, quas citat Marracius to. 2. in Biblioth. Mariana, & Terrinca.

Aurea methodus de modo corrigendi Regulares prohibita est, donec corrigatur, ex decr. sac. Congr. Ind. libror. Agit de hoc viro Antonius a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 1. tit. 3. ser. 7., & par. 3. tit. 1. ser. 4. n. 125., nec non Julius Niger in Scriptor. Florentinis, sed tantum ex Marracio.

MMMXXIII.

OCTAVIANUS STRAMBIATUS junior Ravennas superioris Octaviani ex filio fratris nepos, de quo Rodulphius *an.* 1586. scribens fol. 268. lib. 2. de Custodia, locoque Ravennæ Min. Conv. inquit post verba de superiori Octaviano Ravenn. facta: *est quoque alter Octavianus ejus nepos Romæ Baccalaureus Conventus non longe illi virtutibus dissimilis*: est autem *Baccalaureus Conventus* in nostro Min. Conv. Ordine Lector Philosophiæ, præsertimque primæ, seu Metaphysices: postea rexit Arimini, Cæsenæ, & Asisii Religionis Gymnasia; deinde Patavium missus, ea in Universitate ad 20. annos primam Philosophiam magna cum existimatione doctrinæ professus est. Tandem ætate confectus, obiit in patria an. 1629. ex Aug. Superbo proxime cit. pag. 105., vel 1631. ex Franchino in Bibliosoph. n. 282. §. 2., qui §. 3. tradit, e tribus Octavianis hunc titulum *majoris* retulisse: additque memoratus Superbus, qui suum *an.* 1632. elaborabat Catalogum Script. Ord. Min., multa eum sacripsisse, ac multa *commentariis* illustrasse, sed ea latere, quippe quem dicit virum eruditissimum, ingenio cla-

clarum, & in humanis literis peritissimum. De eo & Theulus in Triumpho Seraphico.

Tractatus aurei de Theologia morali Magistri Octaviani Ravennatis extant ms. in 4. in Biblioth. S. Vitalis Ravennæ.

* OCTAVIUS SPATARIUS ita appellatus a Joan. a S. Anton. est *Octavianus Spatarius*, de quo supra.

MMMXXIV.

ODO N. SCOTUS natione initio seculi XIII. dum studiorum gratia peregrinaretur in Italia sub ipsa tempora, quibus *Franciscus Asisias* Ordinem suum inchoaverat, sancti Viri præsentia, & sanctimonia, cælestique impulsus spiritu altiora meditari cæpit, nec destitit, donec sanctum illud Institutum amplexus ipsum in Scotiam inferret, ubi & floruit vitæ sanctitate, & Galvejæ in exiguo ab se constructo Cœnobio non absque miraculorum gloria decessit anno 1241. die 25. Martii, quo die coli fertur, cum etiam scripsisset, quantum quidem retulit Chronicon Scoticum apud Dempsterum Hist. Eccles. Scot. lib. 14. n. 974.,

De miraculis a se visis lib. 1., &

Ad Fratres suos lib. 1.

Waddingus ad an. 1230. n. 16. ex Chron. Saxon. ms. refert, Fr. *Ottonem Lombartum jurisperitum* eo anno factum fuisse Ministrum provinciæ Rheni; sed non dicit Scotum fuisse; deinde cum hujus non meminerit Thomas Ecclestonus provin. Angliæ, ad quam Custodia Scotiæ pertinebat, vereor, ne falsa sit relata narratio.

MMMXXV. 1574.

ODO = *Rigaldus* Gallus illustri, ac pervetusta familia ortus circa an. 1236. Ordinem S. Francisci ingressus brevi virtutibus, ac doctrina ita profecit, ut jam anno 1241. & sac. Theologiæ Magister, & egregius concionator celebraretur; annoque 1247. ab Innocentio IV. ad Archiepiscopatum Rothomagensem promoveretur; & cum prudentiæ vir esset, ac existimationis, an. 1270. a Philippo Francorum Rege una cum nonnullis insignioribus viris Gallicanis rebus tractandis, & administrandis præficitur; a Gregorio vero X. an. 1274. datus est una cum *Paulo Tripolitano Episcopo* itidem Minorita socius, & Assessor S.Bonaventuræ, ut Concilii Lugdunensis præcipua negotia conficeret; insequentique anno plenus virtutibus, ac meritis ad cœlos evolavit die 6. nonas Julii. Vetera Ordin. Min. Chronica apud Marcum Ulyssipon. parte 2. Chron. S. Francisci lib. 5. cap. 3. referunt, *Odonem* postea *Rothomagensem Archiepiscopum*, cum Aureliani sermonem de Pœnitentiæ Sacramento haberet, fœminam a dæmone liberasse; & Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min. inquit: *Frater Rigaldus, qui fuit Archiepiscopus Remensis* (reponendum *Rothomagensis*) *Magister magnus fuit in Theologia; & scripsit luculenter; & tam vita, quam scientia fuit orbi clarus*: & S. Antoninus in Summa par. 1. tit. 8. cap. 2. *de Conceptione B. V. Mariæ* hunc *Rigald.* inter *solemnes Doctores Ord. Min.* recenset; & in Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 1. ab eodem dicitur *Odo Rigaldi filius clarus genere, & moribus coactus ad Archiepiscopatum assumendum magnus prædicator, & sac. Theologiæ Magister* sub Helia Ministro Gener. Ordinem ingressus, quod Waddingus in Annal. Minor. tradit contigisse an. 1236. ad eum annum num. 9.; qui de eo agit & ad an. 1276. num. 4. Antiquus autor Firmamenti trium Ordinum edit. Paris. an. 1512. par. 1. perhibet, *Rigaldum Archiepiscopum Rothomagensem* scripsisse *in 4. Senten. libros; Sermones de Tempore, & de Sanctis totius anni*: & Rodulphius lib. 2. fol. 177. de *Fr. Helia Generali* ait: *floruit suo tempore Odo Rigaldus Episcopus Rothomagensis VIVENDI REGULA dictus*. Meminit ejus & Matthæus Paris. ad an.1249., & Fratres Sanmarthani to. 1. Galliæ Christ. in Archiepisc. Rothomagen. omnium fusius, & accuratius; & ex istis Oudinus. Demum Fr. Salimbene Parmen. autor æqualis in suo Chron. ms. pag. 391. scribit *Magistrum Cathedraticum fuisse Parisiis, & multis annis legisse Theologiam in domo Fratrum: optimus disputator fuit, & gratiosus sermocinator: Opus fecit super Sententias. Amicus fuit Regis Franciæ Sancti Lodoici, qui etiam laboravit pro eo, ut Archiepiscopatum Rothomagensem haberet. . . Sanctus homo fuit, & Deo devotus. . . Fratrem germanum habuit in Ordine, qui dicebatur frater Adam Lirigarde.*

Expositionem Regulæ S. Francisci cum aliis tribus Magistris *Alexandro de Hales*, *Joanne de Rupella*, & *Roberto de Bastia* fecit, misitque anno 1242. ad Haymonem Ministrum Gen., ceterosque Fratres eo anno Bononiæ in Comitiis Gen. congregatos; & dicitur *Expositio quatuor Magistrorum*, quæ cum pluries legitur in Monumentis Ordinis, Firmamento trium Ordinum, & alibi, vocaturque *Rigaldus* a cit. Pisano in *Roberto de Bastia*; *Rigaudus* vero ab Alvaro Pelagio lib. 2. de Planctu Ecclesiæ cap. 67., & perperam a multis *Riccardus*, & *Reginaldus*.

Comment. in 4. libros Sententiarum mss. extant Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti cod. 149. ex Joan. a S. Anton.; eorumque *primus*, 2., & 3. olim mss. extabant Bononiæ in Biblioth. S. Franc. sub nomine *Rigaldi* juxta veterem illius Bibliothecæ Indicem an. 1421. descriptum; nisi tamen extiterint *Raymundi Rigaldi*, de quo infra. Parisiis in Bibliotheca PP. Dominicanorum extat ms. in fol. magno seculi XIII. continens *Commentarios in 4. libros Sententiarum*: incipit 1. liber: *Cupientes aliquid de penuria scientiæ. Per pænam, quæ attenditur in rebus exterioribus, & acquisitis, intelligitur defectus scientiæ*: finitque: *& tamen Deus pati illum volebat; ita in passione Christi factum*. Secundus liber incipit: *Quæ ad mysterium*. Prœmium in 2. librum Senten. *Creationem &c. dicit Augustinus super Genesim &c.*: & finit: *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*. Tertius incipit: *Jam nunc iis intelligendis*. Incipit prologus in librum tertium. *Conditoris rerum &c.* Quartus liber incipit: *His tractatis, quæ ad rerum. Samaritanus enim Luc. x. &c.* Et in fine extat: *Thomas de Hibernia scripsit*: forsan ille, qui Parisiis degebat an. 1300., & *Manipulum Florum* composuit, vel complevit: manu vero a scripto Operis aliena, etsi antiqua legitur: *Rigaudus Ordinis Prædicatorum in libros Sententiarum*. Hinc Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædic. pag. 475. censet suis hunc adnumerandum; sed cum nemo alius nec Bernardus Guidonis, qui paulo post scripsit, quippe sui Ordinis Scriptores accurate recenset, hunc habeat; quis non intelligit, hoc loco factum, quod ipsemet pag. 488. fatetur de cod. 607. Bibliothecæ Victor. Paris., ubi legitur: *Hic sunt scripta super* XII. *Prophetas secundum Fratrem G. de Mi.*, cui alius addidit: *Guilelmi Militonensis sectæ Dominica-*

na

ne prædicatoris in xII. *Prophetas?* Censeo igitur hoc Opus spectare ad Odonem Rigaldum, seu Rigaudum, qui eo seculo floruit, & nomine tantum *Fr. Rigaldi* audiebat, ut lucet potissimum ex *Expositione* Regulæ S. Francisci per 4. Magistros, de qua supra. Ejus *Comment. in* 3. *Senten. librum* citat Joan. a Turrecremata *de Verit. Concept.* B. V. par. 3. cap. 30., sed corrupte *Reginaldum* appellat; uti & Michael Barletta in *Serm. de Concept. B. V.*, nec non Vincentius Bandellus tract. *de singulari Conceptione Salvatoris nostri J. C.* cap. 24. n. 60. his verbis: *idem tenet Dominus Reginaldus Archiepiscopus Rothomagensis Doctor Parisiensis Ordinis Minorum in* 3. *Sententiar. dist.* 3. *sic dicens* &c.

Conciones quadragesimales incip. *Pœnitentiam agite*: mss. in fol. asservantur in Toletana Biblioth. S. Joannis Regum sub GG. n. 13., teste Joan. a S. Anton. to. 3. in append.

Sermones Archiepiscopi Rothomagensis mss. extant Cantabrigiæ in Biblioth. S. Petri vol. 109. ex to. 1. codd. mss. Angliæ p. 3. num. 1171., & Oxoniæ in Collegio Jesu ex to. 1. par. 2. num. 2023.; etsi sint, qui putant, hos esse *Petri Rogerii*, qui fuit *Benedictus XII. Richardi Rothomagensis Sermones* mss. habentur Romæ in Biblioth. Vatic. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 138., ubi reponendum censeo: *Rigaldi Rothomagensis* nempe *Archiepiscopi*; nam hoc nomen sæpe a scriptoribus corrupte versum est in illud *Richardi*. Hujus etiam *Rigaudi* puto esse *Sermones*, qui cum illis diversorum autorum habentur in ms. codice seculi xIII. in Biblioth. Eremit. Augustin. ad Pontem novum Parisiis, teste Echard to. 1. Script. Ord. Præd. pag. 475., etsi ille secus dijudicet.

Sermones de Tempore ex cit. Rodulphio, & Waddingo, aliisque in *Richardo Rhemensi*, qui idem est, corrupte ita vocatus a nonnullis; habentur mss. in Biblioth. Domus S. Petri Cantabrigiæ cod. 109.

Postillas super Psalterium scripsit, teste Joan. a S. Anton. ex Waddingo in *Oddo N.*, quæ mss. extant in Biblioth. Balliolensi Oxonii cod. 36.

Postilla in Evangelia mss. habentur ibidem Oxonii cod. 37.

Commentaria in 4. libros Moysis mss. habentur Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti cod. 149. ex Ondino to. 3. Comment. ad an. 1250. in *Odone Rigaldo*; nisi sit legendum *in quinque libros*, subde *Pentateuchum*: nam *super Sacram Scripturam* quædam edidisse testatur & Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Hist. lib. 13. ad an. 1276., aut leg. *in 4. libros Mag. Sentent.*

Tractatum de visitatione Paræciarum ei adscribit Jo: Morerus in Diction. Hist. v. *Rigaud Odon*, præter *Comment. in 4. libros Senten.*, & *Sermones*; aitque *Lugdunensem* patriâ ex nobili, vetustissimaque ortum familia, quæ postea temporis in Delphinatum emigrans hodie etiam Viennæ subsistit, ex qua etiam fuisse *Joannem Rigaldi* Minoritam Episcopum Trecoriensem sub Jo: XXII., de quo actum est supra, & forsan *Odonis* nepos existimari potest.

M M M X X V I.

ODO DE ROINI memoratur in Vita *B. Isabellæ*, seu Elisabeth S. Ludovici Regis Galliarum sororis apud Act. SS. Collect. Bolland. die 31. Augusti sub nomine *Fr. Odonis de Roni sac. Theolog. Mag.*, ut pote qui a *sacris Confessionibus* ejus fuisse in eadem Vita dicitur. *Fr. Odo de Renoniaco Ord. Min.* memoratur in epist. 94. Reg. Vatic. an. 1254. 31. Julii Innocentii IV. pro confirmatione Sybillæ Abbatissæ S. Petri ad Moniales Remen., quæ ei commisit, ut cum duobus Canonicis Remensib. audiret testes in ea causa productos. An. 1272. & 1273. Paris. nonnullos habuit *Sermones*, qui mss. servantur ibi in Biblioth. Sorbonica cod. antiquo, de quo supra in *Joanne de Montibus*, in eoque ejus sunt 6., & 47. In Biblioth. Victorina, teste Echardo in Script. Ord. Præd. to. 1. pag. 269. in Fr. *Egidio Aurelianen.*, & pag. 386. in *Concionatoribus variis*, extat ms. cod. num. 762. *Sermonum* variorum, quorum 15., & 71. anno 1282. habuit *Fr. Odo de Bueriis*, qui tamen forsan alius est ab Odone de Roini. In eodem codice habentur *Sermones* diversorum etiam Franciscanorum, nempe *Fr. Egidii Boniclerici* 7. & 61., *Fr. Droconis*, *Fr. Guiberti* 56., *Fr. Ja: Gallensis*, de quibus dictum est suis locis; *Fr. Richardi* 47. 69. & 98., *Fr. Terrici de Saulis* 66., & plurium *Anonymorum* 40. *Sermones*.

M M M X X V I I. 1575.

B. ODORICUS DE PORTUNAONO = *Matteussi* a *Villanova* prope Portumnaonum dicitur a nonnullis, cujus

Itinerarium, seu *Historia peregrinationis suæ 16. annorum* eadem est cum *Libro de mirabilibus mundi* variis titulis evulgato, ut etiam *Descriptio terrarum Fr. Oderici: de diversis ritibus, & conditionibus mundi* &c.; ita apud Bollandum, qui illam edidit to. 1. Januar. ad diem 14. ex pervetusto cod. ms. Pragæ an. 1340. a *Fr. Henrico de Glatz* scriptam cum *Appendice Fr. Marchesini de Badajon* al. Bajadon, quam tamen exscripserat omnium primus *Gulielmus de Solagna*, ut supra dictum est, habeturque ms. pergam. in 4. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci cum *Vita*, & *Miraculis* post mortem: V. *Gulielmus de Solagna*; & scripta an. 1331. perg. in 4. extabat penes Jo: Bapt. Buccolinum Fulginat. Habetur & in Biblioth. Vatic. ms. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Bibliothecæ mss. pag. 96. & 17., quæ dicitur *Descriptio de partibus infidelium*: extat & inter libros mss. Reginæ Sveciæ n. 348. in Biblioth. eadem tit: *De mirabilibus urbium* ex eodem. *Liber S. Odorici O. M. de ritibus variarum gentium* ms. extat in Biblioth. Monasterii Murbacen. diœces. Basileæ ex Catalogo ejusdem pag. 1178. to. 2. *Descriptio itineris an. 1318. e Patavio CPolim, inde Trapezuntiam*, aliasque partes Orientis arrepti italico antiquo sermone exarata habetur Florentiæ in Biblioth. Riccardiana sub M. IV. cod. chart. in 4. n. 3. ex Indice dictæ Bibliothecæ pag. 203.; quem codicem Illustrator Historiæ B. Odorici in præfat. p. 39. & 40. putat esse scriptum B. Odorici a Gulielmo de Solagna latine factum; sed codex Gulielmi diversimode incipit, & error est de anno 1318., cum iter incœperit an. 1314. ex aliis. *Odarici Utinensis* liber *de mirabilibus mundi* in gallicum idioma translatus a *Jo: Vignay* habetur ms. in Bibliotheca Regis Angliæ ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 633., & in Parisiensi Regis Galliarum n. 4264. ex eodem pag. 749. to. 2. *Tractatus de mirabilibus Orientis* ejusdem in gallicum sermonem translatus fuit circa annum 1350. a *Joanne Longo* S. Bertini in Belgio Abbate, teste Labbeo in nova Biblioth. mss., extat-

que ms. in Cottoniana Biblioth. l. D. cod. 2. ex Oudino to. 3. Comment. ad an. 1360. in *Joanne Longo*; hanc autem Pontieus Virunius typis vulgavit Pisauri an. 1513. lingua vernacula; ut etiam apud Rhamnusium reperitur to. 2. Navigat. 4. edit., opinatus tali idiomate ab autore conditam, Bellunensem insuper, & de familia Pontemaonis scripsit; qua de re legendi sunt autores Operis Diarii Literat. Ital. Ven. to. 54., qui adnotant hujus B. Viri *Processus Vitæ*, & *Miraculorum* mss. asservari penes Abbatem Fontaninum.

Relationem 4. Martyrum Thanæ Ord. Min. Itinerario suo inseruit, quam seorsum exhibent Act. SS. Collectores Bollandii die kal. Aprilis.

Chronicon compend. a mundi exordio usque ad an. 1331. Baluzius in notis ad Vitas Papar. Avenionen. to. 1. cum nonnullis aliis contendit non esse hujus *Odorici*, eo quod aliqua contineat post obitum B. Odorici patrata, & in eo nominatur *B. Odoricus*; sed id probat dumtaxat, aliquid additamenti *Chronico* factum esse, quod sæpe contingit, præsertim Historicis: attamen ex aliis elicitur non esse B. Odorici, ut supra ostendi in *Joanne a Mortiliano*, cui adscribendum esse reor.

Agit de hoc B. Viro autor æqualis in *Catalogo SS. & BB. Ord. Min.* scripto anno 1336., Bartholomæus Pisanus Conform. VIII. par. 2. de loco *Utini*, a quo plura multi exscripserunt, ejusque *Opus breve de mirabilibus infidelium* appellat; at in Quadragesimali *de contemptu Mundi* serm. 7. dicit *de mirabilibus Tartarorum*: sed Petrus Berchorius autor suppar in Morali Reductorio lib. 14. vocat, & rectius *tract. de mirabilibus Orientis* cap. 27. 44., & 49. n. 8., nec non in Morali Repertorio, seu Dictionario v. *Delectatio*. De eo etiam ex Chronicis antiquis Ord. Min. tractat Marcus Ulyssiponen. in Chron. S. Francisci par. 2. lib. 8. cap. 18., & seqq., ubi *Sermones*, & *Epistolas* ei adscriptas legitur præter *librum de mirabilibus mundi* cap. 21., Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 404. ex Trithemio, aliisque; sed legendus est nuperus Illustrator Elogii, & Historiæ, seu Itinerarii hujus Beati Venetiis editi an. 1761. in 4. m. typis Anton. Zattæ. B. Odorici cultus immemorabilis approbatus est a Sede Apostolica an. 1755. die 2. Julii.

MMMXXVIII. 1576.

OLIVERIUS CONRADUS =

Speculum peccatorum prodiisse Parisiis scribit Possevinus in Appar. sac. to. 2., an. 1546. in 16. apud Vincentium Gautheret, teste Joan. a S. Anton. to. 2., & Anton. Tesserio in Catalogo pag. 249.

MMMXXIX. 1577.

OLIVERIUS MAILLARDUS = Armoricus a concionibus Regis Galliarum, & Ducis Burgundiæ; nec non Legatus Apostolicus a Summo Pontifice in Galliam directus, prophetiæ dono, religione, ac vitæ sanctitate floruit.

Contemplatio, seu expositio super Salutatione Angelica ad Matrem Misericordiæ dirigenda cum materia de eadem Virgine prædicabili prodiit Parisiis an. 1516. in 8. apud Joan. Petit.

Quadragesimale Opus declamatum Parisiorum urbe Ecclesia sancti Ioannis in Gravia an. 1498., & tunc *recollectum* prodiit Parisiis eodem anno in 4.; & ibid. opera Michaelis Lesclencher impensis Joannis Petit in 8. an. 1515. vel 1516. De eo Maittaire Annal. Typograph. to. 1. pag. 669.

Quadragesimale alterum ibidem an. 1518. ex Joan. a S. Antonio.

Sermones de Adventu. Parisiis an. 1497. in 4. per Anton. Caillaut, & Ludovicum Martineau ex Maittaire to. 1. pag. 647.; & ibidem an. 1498. ex eodem pag. 669.

Sermones dominicales post Pentecosten. Ibidem an. 1515. in 8. apud Joan. Petit; apud quem iterum prodierunt an. 1521. in 8. *Sermones dominicales* (nescio an alii a superioribus) *una cum concionibus de Tempore*.

Sermones de Adventu; quadragesimales; dominicales; & de peccati stipendio, & gratiæ præmio una cum pulcherrimis juris quæstionibus quolibet in Sermone insertis, & spiritualiter applicatis Parhisiis declamati, noviter impressi, & accuratissime emendati. Argentinæ impensis Jo: Knoblouchi Chalchographi ann. 1506. 5. kal. Septem. in 4. ex to. 1. Amænit. Hist. Eccles. & Litterar. Schellornii apud Freytag pag. 559. Analect. Litter.; eaque videtur editio, quam memorat Maittaire to. 1. pag. 701. his verbis: *Opera varia in unum collecta una cum pulcherrimis juris quæstionibus ad quemlibet sermonem, & tractatum additis ipsomet curante*; vel potius hæc ea est, quam ex Willoto adducit Possevinus to. 2. Appar. sac. pag. 510. facta an. 1499., & repetita anno 1506., & 1512. Argentinæ apud eumdem Knoblouchium, & Parisiis an. 1516. apud Jo: Parvum ex cit. Possevino, & Simleri Bibliotheca pag. 531.

Sermones de Sanctis. Lugduni an. 1507., Parisiis an. 1513., & Argentinæ 1514.

Sermones de Defunctis una cum supradictis Parisiis 1513. in 8. typis Joan. Parvi.

Historia Passionis dominica gallice. Ibidem an. 1497. in 4. apud Jo: Lambert.

Sermones omni tempore prædicabiles una cum 12. signis mortis naturalis, ac spiritualis; & XVI. conriones de stipendiis peccati. Ibid., & Lugduni an. 1499.

Novum diversorum Sermonum Opus, quod supplementum nuncupatur. Parisiis an. 1513. in 8. apud Joan. Parvum.

Instructio, & consolatio de vita contemplativa gallice prodiit Parisiis in 4. sine anno, teste Orlando de Orig. & progr. Typogr., & Labbeo in nova Bibliotheca librorum mss. Scripsit etiam

Dialogum inter veritatem, & mendacium, quem citat autor Addit., & Adnot. ad quæst. 237. Magistral. Joannis Coloniensis an. 1510. excusam pro Immacul. *V. M. Concept.*

Ejus *Sermonem* 47. Dominicæ Passionis citat Nicolaus Boerius Burdegalen. in Addit. ad Comment. proœmii Dini in Regulas Juris Pontif.; & nonnulla ex ejus Adventuali, & Quadragesimali excerpta leguntur apud Ludov. Bail par. 3. Biblioth. Concionat. cap. 82. Defuncti corpus ex decreto Capituli Gener. an. 1508. Barcinone celebrati translatum fuit ad Sacellum novum in ejus honorem constructum; agitque de eo Arturus ad diem 21. Julii Martyrol. Francisc., ubi binas Innocentii VIII. ad eum *epistolas* exscripsit, ut notavit Joan. a S. Anton. to. 2.

* OLMERIUS MICHAELIS = V. *Hieronymus Michaelis*.

MMMXXX. 1578.

ONESIMUS DE KIEN = Iprensis Belga suæ provinciæ Definitor, & ecclesiastes nobilis transtulit ex hispanica in latinam linguam

He-

Homilias Hieronymi Baptistæ Lanuza Ord. Prædicat. Episcopi Barbastrensis Opus insigne tomis 4. editum an. 1649., inquit Miræus in Auctar. Script. Eccles. sec. XVII., Antuerpiæ, & 1653. in 4., postea Coloniæ 1655., & 1660. ex Joan. a S. Anton. to. 2. Transtulit etiam in latinum

Paradisum Virginalem, seu *Conciones de Festis B. V. Mariæ P. Joannis de Matha Ord. Prædic.* impres. Antuerpiæ an. 1652. tomis 2. in 4.; &

Triumphum Jesu Christi Dei, & *Salvatoris nostri*, sive *Sermones prædicabiles in ejus Festis ejusdem autoris*. Ibidem an. 1653. to. 1. in fol. ex Joan. a S. Anton. to. 2., Petro de Alva, Marracio, Lippenio, & autore Biblioth. Capuccin. Addit Miræus

Alia Opera præ manibus eum habuisse

M M M X X X I. 1579.

ONUPHRIUS A TOLVE = de quo & Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol., & Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

M M M X X X I I. 1580.

ORONTIUS JULIOBONENSIS =

L'Esclavage de la Vierge videtur prohibitum.

Kalendarium Festorum SS., ac BB. trium Ordinum S. Francisci cum Rubricis propriis Francisci Bordoni auxit, vulgavitque Parisiis an. 1653., teste ipsemet Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 38.

De eo & Marracius in appendice, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M X X X I I I.

ORPHEUS CANCELLARIUS, ita enim vocabatur, non autem *Franciscus de Orpheis*, ut supra retulit Waddingus, & Joan. a S. Anton., Bononiensis Ord. Min. Observ. concionator celeber edidit

Tractatum de ornatu mulierum impressum Bononiæ an. 1558. in 8., & Asisii apud nostros extantem. De hoc Bononienses scriptores silent.

M M M X X X I V. 1581.

OSVALDUS A LASCO = videtur fuisse Polonus, nam *Jo: a Lasko*, seu Lasco circa an. 1510. factus est Archiepiscopus Gnesnensis, obiitque an. 1531. ex Simone Starovolscio in Scriptor. Polon., & alius *Joan. a Lasco Præpositus Gnesnensis* fuit, Regul. Observ., ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum

Supplementum in quartam partem Rosarii Pelbarti Themeswar. editum est primo Hagenovæ an. 1508. in fol. per Henricum Gran; & in fine legitur Opus ab *Osvaldo a Lasco* suppletum fuisse, non confectum: deinde Venetiis an. 1586. in 4. per Franciscum Zilettum typis Joan. Griphii. Waddingus infra in *Osvaldo del Asco*, qui idem est, ait scripsisse

In 4. libros Senten. Budæ 1505. in fol.; nimirum *libros in quatuor Senten. Pelbarti Temisvvar.* cum ejus Supplemento in 4. prodiisse Budæ an. 1505. in fol.

M M M X X X V. 1582.

OTHO COMENDEUS = provinciæ Turonensis, Episcopus Vesprimen. in Hungaria obiit an. 1560. ex Simleri Biblioth.

Elucidatorium Franciscanum prodiit Parisiis non an. 1459. ut & Waddingus habet; sed forsan 1495., numeris inversis, vel 1499., quo tempore Joannes Parvus excudebat Parisiis; & quidem an. 1499. Parisiis prodiit *Minorita elucidativa &c. FF. Minor.* sine nomine autoris; sed incertum, an hujus Othonis sit Opus. Joannes a S. Anton. to. 2. exscribit Waddingum.

M M M X X X V I.

OTHO HOCHBERGENSIS, & Ratelensis Marchio Helveticus, Episcopus Constantiensis, quo tempore ibi celebratum est Generale Concilium anno 1418., Episcopatus dignitate abdicata anno 23., postquam Sedem illam acceperat, Franciscanæ militiæ adscribi voluit in eadem urbe, expletoque biennio obiit in Ecclesia Cathedrali humatus, cum scripsisset ex Gallia Christiana to. 2. pag. 546. apud Joan. a S. Anton. to. 2., & Marracium in Append.

Psalterium B. M. Virginis, seu *Librum Psalmorum a se collectum, quem sub Mariæ Virginis nomine nuncupari voluit*, & ms. extat in Biblioth. Augiæ, & forsan est illud, quod tribui solet S. Bonaventuræ.

M M M X X X V I I.

OTHO VAN—PASSOWE Flander Minor. Conv. sac. Theol. Mag. prov. Colonien. in fine seculi XV. scripsit, ediditque suppresso nomine, ut habet Joan. a S. Anton.,

Opus in laudem Deiparæ Virginis hoc titulo: *Aureus thronus* impres. Coloniæ an. 1492. in fol., teste Petro de Alva col. 1124. Militiæ univ.

P

M M M X X X V I I I.

PACIFICUS A GFRA Cremonensis composuit

Quæstionem de Immaculata Conceptione Virginis impres. Mediolani an. 1645. in fol., teste Petro de Alva col. 1124. Militiæ apud Joan. a S. Anton.

M M M X X X I X. 1583.

B. PACIFICUS NOVARIENSIS = quem tradunt natum *Ceredani* in agro Novariensi, ibique cum opinione sanctitatis obiit anno 1482. postridie nonas Junii, nec parva incolarum veneratione colitur, *Beati* titulum adeptus a Benedicto XIV. an. 1745. confirmatum: de eo Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 40., Possevinus in Bibliotheca selecta lib. 3. cap. 21., Arturus in Martyrol. Francisc., & Bollandii to. 1. Junii sub die 4. & 6., & alii plures.

Summa casuum conscientiæ vulgo *Pacifica* facta est *materna lingua*, inquit autor in prologo, multorum, ac in primis *Vinceguerræ* Sacerdotis Parochi rogatu anno Domini 1473., anno secundo Pontificatus Sixti IV. in *Corsica*, atque ita disposita, ut primæ prologi, & 33. capitum Operis literæ, seu elementa dent has dictiones, PACIFICUS NOVARIENSIS ORDINIS MINORUM, ut ipse autor in fine Summæ scribit, prodiit Venetiis 1501. per Bonetum Locatellum; & ibidem an. 1513. in 8. per Joan. Tacuinum.; quam Franciscus Tarvisinus ab idiotismis, verbisque latinis, quibus abundat, forsan expurgatam edi curavit. De eo agit & Gonzaga par. 2. in Cœnobio Vigevani.

M M M X L. 1584.

B. PACIFICUS PICENUS = patriâ videtur fuisse Sanseverinas, memoraturque summa cum laude a S. Bonaventura in Vita S. Francisci cap. 4. Hic interpretatus est *visionem B. Francisci* de Domina habente caput aureum, pectus, & brachia argentea, ventrem crystallinum, cetera ferrea ex Legenda 2.

Thomæ Celani; Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 16. Julii tradit sepultum in Lensensi Cœnobio cum hoc epitaphio: *Sub hoc lapide recondita servantur ossa sacra B. Pacifici Ordinis Minorum, qui ipse primus fuit provinciæ Franciæ Minister*. Obiisse hunc trans montes extra Italiam, & in *Belgio*, quod ad provinciam Franciæ, cujus hic primus *Minister* fuit ex S. Bonav. loco cit., pertinebat; conjici posset eo, quod Bartholomæus Pisanus Conform. viii. par. 2. ejus mentionem faciens in provincia Marchiæ fatetur, se invenire non potuisse; ubinam decesserit; quod si in Italia occubuisset, non difficulter reperisset is, qui fere totam lustraverat.

Fr. Pacificus Ord. Min. an. 1229. die 10. Septembris possessionem recepit *Monasterii* extra urbem *Tridenti* nomine Palmeriæ Abbatissæ Ord. S. Claræ a Rodulpho Archidiacono pro Gerardo illius urbis Episcopo ex Ughel. edit. 2. to. 3. in descriptione urbis Tridentinæ: Jacet in Ecclesia FF. Minor. Oppidi Ripæ Tridentinæ, aliusque est a superiori. Mirum est hunc non recordari a Barthol. Pisano.

MMMXLI. 1585.

PACIFICUS A PROVINS = provinciæ Parisiensis Missionarius apud Persas, Ægyptios, Thraces, & alios infideles, a Rege Persarum humanissime exceptus, & ab ipso ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem legatus fuit; postea ad terras Americæ australes se contulit, ubi meritis dives ex hac vita pie decessit an. 1653., cujus

Relatio historica suæ peregrinationis; seu Missionis ad Terram Sanctam, Ægyptum; & Persiam facta jussu Regis Christianissimi, & Congregationis Cardinalium de Propag. fide prodiit Paris. an. 1648. in 8. apud Dionysium Thierry.

Relatio vera; seu descriptio Insularum S. Christophori in America, & Guadalupi. Iisdem typis eodem anno in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2., ubi addit scripsisse etiam

Apologeticum pro B. Raymundo Lullo Martyre ex *Compendio Vitæ, ejusdem Beati*; sed ex eo non evincitur, esse opus diversum a Relatione Historices memorata; Hujus Scriptoris meminerunt Arturus in Adnotat. ad Martyrol. Francisc., Marcus de Guadalaxara Hist. Pontif. lib. 18. cap. 11., Le Long lib. 4. Biblioth. Gall., autor Biblioth. Capuccin., & cit. Joan. a S. Antonio.

Hic forsan est ille, de quo Nicolaus Anton. Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 355. in Append. refert extare *Relacion verdadera del Padre Fr. Pacifico de Paris a los Reynos de Oriente*. Granatæ an. 1629. in fol. apud Bartholomæum.

MMMXLII.

PACIFICUS SCALIGERUS Gallus natione provinciæ Aquitaniæ Min. Capuccin., Præfectus Missionum Capuccinorum Persiæ, & Armeniæ edidit

Litteras annuas, sive *Epistolas de progressu Missionum in imperio Othomano, & aliis regnis ultramarinis*. Parisiis, Mediolani, & Papiæ an. 1638., teste Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 413.

MMMXLIII. 1586.

PADUANUS GRASSUS =

De Ecclesiastica Republica liber editus est primum Mutinæ an. 1542. in 8. per Joan. de Nicolis; postea Venetiis an. 1543. in 8. apud Augustinum Bindonum Rodulpho Pio S. R. E. Cardinali Carpensi nuncupatus.

Enchiridion scholasticum ad Cornelium Mussum Episcopum Britinorien. impressum fuit Venetiis an. 1544. in 8. per Cominum de Tridino; & in sua ad eumdem Cornelium epistola scribit, se *viginti & octo quadragenas Apostolorum egisse Venetiis, Paduæ, Neapoli, Genuæ, Mediolani* &c.

Concilium Pauli vulgatum est Venetiis an. 1545. in 4. ad Signum spei Andreæ Cornelio Brixiensi Electo dicatum. Scripsit & *Conciones* vulgari idiomate, sed edidisse non constat.

MMMXLIV.

PALÆMON QUINTAPOLITANUS, seu a *S. Quintino*, ut puto, natione Gallus provinciæ Parisien. Min. Capuccin. vir pius, & doctus scripsit gallice Opusculum hoc tit:

Instructiones ad bene vivendum pro diversis statibus, absque autoris nomine impressum Parisiis an. 1625. in 12., quo anno obiit Bononiæ in Picardis, dum summa charitate peste laborantibus inserviret ex to. 3. Annal. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

* PANCUS VISDOMINE ex Joan. a S. Anton. to. 2. Mathematicis disciplinis insignis, & Artium Magister composuit

Librum de Rhetorica; ejusque effigies extare dicitur in Biblioth. Conventus Salicetani prov. Castellæ Regul. Observ.; sed cum neque autorem ullum adducat, neque librum, an extet, ostendat; reor, mendum esse scribarum, ut *Francum* nota exaratum exscriberent *Pancum*; eumque esse *Franciscum Visdomini*, seu *Vicedominum* clarissimum tempore Concilii Tridentini, de quo dictum est suo loco, *concionatorem*, ut inscriptio sub ejus effigie indicat. Quis enim unquam vel secularis *Pancus* vocatus est. Deinde cum in ea Bibliotheca extent effigies Virorum illustrium, quomodo deerit illa *Francisci Visdomini* viri clarissimi, & notissimi, & inerit illa *Panci* ignoti omnibus?

MMMXLV.

PANTALEO DE AVEYRO Lusitanus prov. Algarbiorum Regul. Observ. elucubravit.

Itinerarium Terræ Sanctæ, quo se contulerat, idiomate lusitano impress. Ulyssipone an. 1593. in 4. apud Simonem Lopez, & an. 1600. in 4., teste Nicolao Anton. in Biblioth. Hisp.; deque eo fit mentio a Joan. de Acuña in Hispan. Historia S. Veronicæ fol. 304., & a Paulo Zamoren. in Censura *Itinerario* Fr. Blasii de Buiza præfixa apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMXLVI. 1587.

S. PASCHALIS BAYLON = anno 1690. die 18. Octobris ab Alexandro VIII. in *Sanctorum* album adscriptus est, cujus nonnulla *fragmenta*, & *Orationes* habentur in 4. parte Chronicor. S. Franc. a Baretio collecta, editaque Venet. an. 1608. lib. 9., ubi & ejus *Vita* a Joanne Ximenio socio, ejusdemque Instituti conscripta, & in 66. capita distributa legitur italice, quam perpaucis omissis latine factam exhibent Act. SS. Collect. Bollandii to. 4. Maji sub die 17. Antonius quoque *Panez* ejusdem Instituti, ac provinciæ concionator hujus Sancti Viri *Vitam* scripsit, uti & Christophorus *d'Arta* ipsius Canonizationis in Curia Romana Procurator; quam præfati Bollandii pro Supplemento ejusdem Vitæ fere integram ibi dederunt. De ejus autem *Opusculis* agit memoratus Joan. Ximenes cap. 17. 25., & seqq., ubi habentur & ejus

Exercitia spiritualia pulcherrima. Scripsit quoque ex Joan. a S. Anton. Ka-

Kalendarium totius anni: de *Vita Christi*: & *Poëmata varia de SS. Trinitata*; *de Christi Nativitate*; *de S. Stephano*; & *de S. P. Francisco*.

MMMXLVII.

PASCHALIS CODRETTUS Cespitellensis Subalpinas ditionis Taurinensis Regul. Observ. Theologus, & concionator facundus edidis italico sermone

Compendium Vitæ, & miraculorum S. Antonii Patavini. Taurini anno 1645., & Carmaniolæ an. 1651.

Orationem in laudem S. Claræ. Taurini anno 1646. in 4. per Joan. Ambrosium Micllam.

Compendiam Vitæ, & miracalorum SS. Claræ, & Agnetis Sororum. ibid. an. 1647.

Orationes panegyricas in laudem B. Paulæ Gambaranæ Comitissæ Bennensis. ibidem anno 1649.

Vitam B. Ioannæ de Cruce. Cunei anno 1650. in 12. typis Stradellæ.

Sermonem de S. Bernardino cum fragmentis Vitæ, & miraculorum ejus. Monteregali an. 1651.

Vitam, & miracula S. Ludovici Episcopi Tolosani. ibidem eodem anno.

Compendiam Vitæ, & miraculorum S. Didaci. ibidem.

Regulam, atque Institutum Tertii Ordinis S. Francisci una cum Vitis nonnullorum SS. ejusdem Ordinis. ibidem an. 1652.

Sertum BB. Umberti, Margaritæ, Amadei, & Ludovicæ Sabaudiæ cum brevi serie nonnullorum virorum, ac mulierum pietate illustrium e regia Domo Sabaudiæ. ibidem an. 1654.

Sermonem de regali corona. Taurini.

Scholam salutis; sive confitendi, & communicandi sacramentaliter modum. ibidem an. 1654. in 12. ex Rossotto; sive Monteregali per Jo. Gislandum ex Raphaele Soprano.

Observationes in Vita, & morte Isabellæ Sabaudiæ Ducissæ Matinensis. ibidem Monteregali eodem anno in 4. per Jo. Gislandum, & Joan. Franciscum de Rubeis.

Mundi contemptum in Vita, & morte Catharinæ Infantis Sabaudiæ. ibidem anno 1655.

Sertum mysticarum Rosarum pro pretiosissimo capite B. Virginis. Carmaniolæ anno 1661. in 4. per Bernardum Columnam in 12., de quo Marracius in appendice. & ex eo Joan. a S. Anton. hoc Opus tantummodo referens, eumdemque cum errore patriâ *Perusinum* appellantes.

Tractant de hoc scriptore Andreas Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., Raphael Sopranus in Script. Liguriæ, & Oldoinus in Athenæo Ligustico.

MMMXLVIII.

PASCHALIS DE TORRELLAS Hispanus concionator in prov. S. Gregorii Strict. Observ. Discalc. in Philippinis Insulis descripsit accurate

Historiam Ven. Martyrum Molucensium Fr. Sebastiani a S. Ioseph, & Fr. Antonii a S. Anna provinciæ S. Pauli ejusdem Instituti ex Fr. Anton. de Llave in Chron. prædictæ provinciæ trien. 10. cap. 13. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Eorumdem Martyrum miracula una cum Iconibus. Romæ 1620. in fol. expanso succincte ex eodem Joan. a S. Anton. to. 3. in append.

MMMXLIX.

PASCHALIS VICTORIENSIS Hispanus una cum Fr. Gonsalvo Transtorna missus in Tartariam circa an. 1336. post multos labores, & discrimina tandem pervenit ad urbem *Almalech* metropolim tunc *Turquestani*, al. *Zacatai* ultra mare Hircanum; unde scripsit

Brevem relationem sui itineris, rerumque a se gestarum per modum epistolæ ad Fratres Conventus, & Custodiæ Victoriensis, quam ex antiquis Chronicis Ordinis publicarunt Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 8. cap. 46., Marianus, Rodulphius lib. 2. fol. 242., & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1342. n. 10. *data in Armalech in festo S. Laurentii anno Domini* 1338. *in imperio Medorum*, juxta Waddingum; sed Marcus, & Rodulphius dicunt *Amalech*; Bartholomæus tamen Pisanus in Conformitatibus & ipse *Armalech* appellat; nihilominus legendum est *Almalech*, quæ vox nobis sonat *magnam Regiam*; eratque juxta Geographos Persas ad orientem Maris Caspii, Hircanique prope fluvium Oxum, ejusque ostium, ubi veteres Bactriani, & Sacæ. Anno 1340. ex cit. Pisano Confor. VIII., non 1342., ut Waddingus ex Chronicis Ordinis, & Mariano elici, haberique putavit, hic martyrium in eadem civitate cum 6. aliis Franciscanis fecit pro Christi fide ex cit. autoribus.

MMML. 1589.

PASCHALIS AURANTIUS = Belga florebat Lovanii anno 1598., teste Willoto, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Sophronii Patriar. Pratum spirituale prodiit Lovanii an. 1598. ex Possevino in Appar. sac. to. 3.

MMMLI. 1589.

PASTOR DE SERRA-SCUDERIO = de Gallia Narbonensi, se provincia Provinciæ vulgo *Provenza*, teste autore suppari Bartholomæo Pisano Conf. VIII. par. 2. inter Script.Ord.Min., ubi tradit eum scripsisse plura; & inter Cardinales Ordinis Min. dicit, tulisse titulum *SS. Sergii, & Bacchi*, in quo memoris lapsus est, cum ille sit titulus *Diaconatus*, non Presbyteratus, ad quem certo constat, assumptum Pastorem; Rodulphius vero lib. 2. fol. 221. ante Clacconium ei tribuit titulum *S. Martini in Montibus*. De eo Eysengrenius, Possevinus, ac Vossius agunt; Sanmarthani insuper in Gallis Christiana in Ebredun., & Ughellus in Italis sac. to. 1. de Asisiat. Episc.; de eoque loqui puto Franciscum Petrarcham Rer. senil. lib. 6. epist. ultima Philippo Patriarchæ Hierosolimitano data, qua *Archiepiscopum Ebredunensem* vocat *doctrina aberrima, altissimique judicii virum*.

MMMLII. 1590.

PATRITIUS CONORUS = Strict.Observ.alumnus, de quo Petrus de Alva col.1125. Militiæ univ., & ex eo Joan. a S.Anton. to. 2.; scripsit paulo post annum 16..

MMMLIII. 1591.

PATRITIUS FLEMINGUS = laudatur a Leone Allatio de Viris illustr. fol. 200.; Joan. a S. Anton. to. 2. accepit a Waddingo.

Collectanea sacra S. Columbani adducit V. cl. Anton. Pagius in Crit. Baron. to. 2. ad an. 615. n. 14., & Mabillonius de Studiis Monast. ad calcem in elencho difficultatum sec. VII., & in catalogo selectiorum Operum num. VII., quibus in locis impressa dicit Lovanii an. 1667. in fol., & lib. XI. Annal. Benedict. n. 49. ad annum 625., quorum tamen in præfatione, uti & in cit. catalogo mendose dicitur *Prosper*.

MMMLIV.

MMMLIV.

PATROCLUS BOECKMANNUS Susatensis provinciæ Colonien. Min. Conv. sac. Theologiæ Magister scripsit an. 1532.

• *De valore, & merito bonorum operum contra Bernardum Rothmannum hæreticum*, &

De nova legis incruento Sacrificio contra eumdem, cujus erat acerrimus hostis Monasterii ex Hist. prov. Colonien. Min. Conv. fol. 142.

MMMLV.

PAULINUS BELLOVACENSIS, vulgo *de Beauvais*, Gallus Min. Capuccin., quem Waddingus vocat *Paulum Bellovacensem*, scripsit gallico idiomate

Apologiam pro humilitate Seraphica in 8. ex Bibliotheca Telleriana fol. 207.; &

Alteram pro jure votis activæ, & passivæ, quam habent Laici Capuccini in omnibus electionibus sui Instituti, in 12. Parisiis an. 1642.

Orationem funebrem &c.; quam refert Waddingus infra in *Paulo Bellovacensi*.

Vitam S. Bovonis, & S. Dodi fundatorum Abbatiæ S. Petri de Remis. Remis an. 1655. in 8., teste Le Long lib. 2. Biblioth. Gall.

De Visitatione SS. Eucharistiæ Sacramenti lib. in 8., teste autore Bibliothecæ Capuccinorum, & ex eo Joan. a S. Antonio tomo 2., qui putat Paulinum *Bellovacensem* alium esse a Paulino *de Beauvais*.

MMMLVI.

PAULINUS VENETUS a pœnitentiis Joanni XXII. vir doctus, & gravis, rerumque gerendarum peritissimus, cui proinde ponderosissima, & multa potissimum apud Venetos negotia commisit idem Pontifex, annoque 1324. ad Puteolanam evexit Ecclesiam, quam usque ad annum 1344. administravit, ut habet Ughellus Ital. sac. to. 6.

Paulini Puteolani Historia ab origine mundi usque ad annum Christi . . . . incompleta ms. extat Cæsenæ in Biblioth. S. Franc., uti habet ejusdem Biblioth. Catalogus a Possevino vulgatus in fine *Apparatus sacri*, quam citant autor suppar. Andr. Dandulus in *Chronico* lib. 8. cap. 2. par. 5., & Fl. Blondus lib. 2. dec. 2. de translatione corporis S. *Marci* Alexandria Venetias, de qua Paulinus agit cap. 181. par. 3., al. 5. ex Petro Damiani, & Sigeberto agens de *Leone I. Imp. Speculum gestorum mundi* sine autoris nomine extat in Biblioth. Vatic. cod. 1985. ex Montfaucon in Biblioth. mss. to. 1. pag. 105. Extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 18. versus claustrum n. 608. cod. antiquo ms. in 8. magno in capita 244. divisum, & quodlibet caput in plures partes hoc titulo: *Incipit nobilium Historiarum epithoma tam in testamento veteri, quam in novo, cujus primum caput prooemiale de materia, forma, & fine Operis*. Prooemium igitur incipit: *Progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol* &c. *Sermone* XI. *super Cantica ait B. In anima tria intueor* &c. Opus vero: *In principio secundum Dion. XII. de divinis laudare nos convenit eum* &c.; & finit: *Rege Franciæ irrequisito*. Codex iste mancus in medio est, & a principio mundi excurrit usque ad initium Pontificatus *Bonifacii VIII.*; ubi tamen memorat canonizationem *S. Cælestini V. Papæ* a Clemente V. *anno* 1313. *Avenione* factam. Cap. 229. par. 21., & 23. usque ad partem 27. agit fuse de *S. Francisco* ex Historia S. Bonaventuræ; par. vero 26. addit plura de sociis ejus, virisque illustribus nonnullis ipsius Ordinis, nec non Ministris Generalibus usque ad *Geraldum Odonis* an. 1329. assumptum. Cap. 231. par. 1. habet *S. Claræ* conversionem; & par. 7. usque ad 15. refert gesta *S. Elisabeth* Hungariæ Regis filiæ; & par. 36. usque ad 41. de *S. Antonii Patavini* vita disserit; par. vero 47. commemorat *Alexandrum de Ales* floruisse in Ordine Minorum, ac *Summam in Theologia valde copiosam* edidisse; tandem cap. 233. par. 2. usque ad 8. recitat reliqua *S. Claræ* gesta, atque Canonizationem: quibus perpicue autorem se *Minoritam* prodit, nam codex sine autoris nomine cernitur; tamen in nonnullis alio charactere etiam antiquo legitur: *Speculum Paulini de gestis Mundi*: habetur enim ibi & scam. 20. n. 623. in fol. ms. Opus non integrum in medio, & num. 620. ms. in fol. magno sine principio, & fine cum figuris depictis, ad cujus calcem hæc habentur: *Speculum Paulini, sive Satirica rerum gestarum mundi: est ad usum Fr. Thedaldi de Mugello Ordinis Minorum*; nec non n. 628. ms. in 4. usque ad finem, sed sine principio, & mancus in medio, qui codex, ut & alter n. 621. & 623. non habent socios B. Francisci, viros illustres, ac Ministros Generales illius Ordinis, uti codex memoratus primo num. 608., sed locus ibi vacuus relictus est pro eisdem describendis, & alter per alterum suppleri potest.

Fr. Paulini de recto regimine ad Marinum Baduarium Ducem Cretensem italico sermone conscriptum, excepta *epistola nuncupatoria* latine, cod. 550. in fol. membran. Venetiis in Biblioth. S. Marci Bess. ex illius Indice. *Magnifico, & prudenti viro D. Marino Baduario honorabili Duci Cretensi Frater Paulinus munus optatum. Ecce librum de recto regimine juxta votum vulgariter traditum vobis mitto, quem rector sequendo æterni Regis bravium optinere valebit*: ut habet N. V. Flaminius Cornelius to. 2. Cretæ sacræ par. 4. pag. 307., ubi tradit *Marinum Baduarium* fuisse Cretæ *Ducem* an. 1313., & Fr. Paulinum Venetum postea fuisse Episcopum Puteolanum. Alter *Marinus Baduarius* anno 1236. erat Potestas Paduæ ex Rolandino Chron. Patav. lib. 3. cap. 16.

Pauli Veneti Minoritæ liber de Terra Sancta, seu Palæstina ms. extat in publica Biblioth. Lugduni Batav., teste Oudino Comment. to. 3. col. 599., qui tamen eum censet esse *Fr. Francisci Georgii* Veneti; sed id nullo monumento pronunciat. Ego hujus *Paulini* esse puto, & forsan idem est cum altero ms. cod. 779. Anglici Collegii Balliolen. tit. *M. Paulus de Venetiis de conditionibus, & consuetudinibus orientalium regionum* ex Montfaucon to. 1. Biblioth. Bibliothecar. pag. 661.; sed forsan hic posterior est *Marcus Polus Venetus* secularis.

Librum secretorum fidelium crucis huic nonnulli adscribunt; sed perperam, cum tantùm approbator Operis fuerit jussu Joannis XXII. Circumfertur liber in fine magni Operis inscripti: *Gesta Dei per Francos Marini Sanuti Torselli*, cujus plures sunt ad eumdem Paulinum jam Episcopum epistolæ, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1322. n. 69., & ex eo Lequile to. 2. Hierar. Francisc. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

Anno 1322. Joannes XXII. ei commisit, ut *Venetias* se conferret, & scriberet a se *gesta*, ut ex Reg. Vatic. apud Indic. Bullarii Seraph. Petri de Alva sub anno 1321. n. 80., & seqq., & anno 1325.

1325. adhuc Venetiis jam Episcopus degebat, scripsitque Pontifex, ne teneretur *ud residentiam*, ut ibi sub an. 1324. n. 37., & seqq.

M M M L V I I. *1592.*

PAULUS AMALTHÆUS = a Portunaono diœcesis Concordiensis provinciæ S. Antonii, Venetæque Min. Conv. alumnus florebat in fine seculi xv. bonarum litearum, ac in primis poesis cultoe eximius: anno 1486. constitutus fuit *Magistrr Studii Padua* ex Regesto Ordinis; aunoque *1506.* interfuit Romæ Comitiis Generalibus ex lib. expensarum in Archivo Ord. apud SS. Apostolos, ubi dicitur sac. Theol. *Magister*. Ejus *epigramma* doctum legimus in fine *Metaphysires* Scoti a Mauritio Hibernico anno *1497.*, & *1499.* Venetiis editæ, quod citat etiam Waddiugus in Annal. Min. ad an. 1304. in 18.; & aliud *epigramma* ad calcem tractatus Antonii Trombettæ *de plucalitate animarum* contra Averroistas ibidem excusi anno *1498.* Ad hunc scripsit Jacobus Comes Purliliarum Epist. latin. lib. 2., vocatque virum eruditum, obsecrans, ut quidquid ab eo lectu dignum emanaret, ad se mittat. Ex ea familia illustri paulo post extiterunt & *Hieronymus*, & *Cornelius* nobiles poetæ, & satis Operibus noti. Petrus Rodulphius lib. 3. ait hunc scripsisse *illustre poemu de bello germanico*; sed Willotus, & ex eo Possevinus addiderunt *udversus hæreticos*; nescio unde id hauserint, & de quibus hæreticis sit intelligendum, cum Opus non viderim: reor tamen Paullum descripsisse *bellum*, quod in Germania suo tempore gestum est inter Svevos, Austriacos, & Helvetios annis *1498.*, & *1499.*, quodque autor synchronus Anonymus Cheonici Matthæi Palmerii continuator ab anuo 1482. usque ad 1512. commemorat, inquiens sub anno *1499.*, *quo commoto universo Imperio bellum suscitavit atrocissimum, iu quo diversis locis viginti millia pugnatorum occubuisse feruntur vincrutibus semper Helvetiis*: de quo bello extat Historia etiam to. 3. Rer. German. edit. Freher. Willotus forsan quod cerneret suo tempore majori ex parte hæresibus implexos Helvetios, dixit bellum eum *hæreticis* gestum. Joan. a S. Anton. huuc memorat, sed ex Waddingo solum.

M M M L V I I I.

PAULUS ARGOLI a Tagliacotio in Aprutio provinciæ S. Bernardini Min. Conv. sac. Theolog. Magister, & *Andreæ Argoli* celeberrimi astrouomi, mathematicique frater, *uatus* an. 1570., & .s parentibus, ut eum adhuc puerum a prava valetudine liberarent, Deo, Divoque Francisco Asisiati dicatus; cujus in Ordine brevi adeo profecit; erat enim singulari memoria, præcoci, excellentissimoque iugenio; ut nondum sacris ornatus Ordinibus, & Doctoris laureain, & concionandi munus acceperit; & ea ingenii subtilitate præstabat, ut in congressibus vix parem haberet, *solitus nou prius, cum disputaret, acquiesrere, quam adversarium vel erroris udmonuerit, vel peue oppresserit*: inquit de eo Paulus Freherius in Theatro Viror. eruditione claror. par. 1. to. 1. sect. 3. Sed juvenem egregium, & ad majora enixius contendentem valetudo destituit, vivendique finem fecit Roaliani prope Barium, dum eo in oppido conciones quadragesimales haberet annos xxi. dumtaxat natus, anno Domini 1591. Reliquit autem post se ineditas

Conciones quadragesimales lingua vernacula; latine vero Opus ingens hoc tit.

Propositiones paralellæ S. Thomæ Aquiu., *&* *Scoti comparatæ, uxaminatæ, cribratæ* &c.

Agunt de eo Philippus Thomasinus Episcopus Æmonien., Bonaventura Theolus in Triumpho Seraphico, & cit. Freherus apud Franchinum in *Bibliosophia appendice* pag. 592., ubi plura de eodem.

M M M L I X.

PAULUS ASISIAS Min. Conv. sac. Theol. Magister, crebrescente S. Bernardini fama, factus est ejus socius, & discipulus, eumque cum vitæ sanctitate, & concionandi studio, ac fervore imitari conaretur, tota Italia Evangelicus Orator celebratus est; & ea, quæ scripsit, de vitæ ejus sanctimonia testimonium perhibent, inquit Marcus Ulysiponen. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 43. ex Speculo Minorum, & Mariano; quid tamen scripserit, minime nos docuit, sed facile conjicimus, eum composuisse

Conciones quadragesimales, variique temporis, quibus mundo innotuit; &

Vitum, gestaque S. Bernardini Senensis, quæ citantur a prædicto Marco Ulyssipon. cap. 34., a quo accepit Joan. a S. Anton.

1593.

PAULUS BELLOVACENSIS = V. *Paulinus Bellovarensis*.

* PAULUS BERTUS Lucensis, quem hic interserit Joan. a S. Anton. ex Auberto Miræo de Scriptor. sec. xvii. cap. 188., erat *Ord. Eremit. S. Augu.*, ut ex *Operibus Scoti*, quæ vulgavit, præ ceteris apparet, & ex Gandolfo de Scriptor. Eremit. S. August., vocabaturque *Paulinus*, ut & ipse Joan. a S. Anton. supra pag. 301. in *Ludovico Miranda* habet.

1594.

PAULUS BIGUNTINUS = hic idem est, ac *Antonius Bituntinus*, de quo supra actum est, corrupte dictus hoc loco *Biguntinus*; *Paulus* vero, quod esset verbi Dei insignis prædicator; quo munere qui egregie funguntur, vulgo *Pauli* titulum referre solent, præsertim eo, quo iste vixit, seculo. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

M M M L X. 1595.

PAULUS BONCAGNUS = ut habet Rodulphius lib. 3., non *Boncagnanus*, ut Waddingus habet ex Possevino, & iste forsan ex Willoto, & Gonzaga.

Fr. Pauli Boucagni de Perusio Ord. Min. Sermones quadragesimales incip. *Cogis me, reverendr Pater, & Domine*: & finientes: *amiri veri cujuscumque. Amen. Deo grutias*, extabant olim Asisii in secreta Biblioth. S. Franc. *sv.* solario occid. ex veteri illius loci Inventario an. *1381.* ineunte confecto. Extat nunc cod. chart. in 4. in Tabulario, seu Archivo dicti Conventus; præmissoque prologo, incipit Opus: *Cum jejunatis* &c. *Hic primo precludit jejunii actum velut uecessarium: cum jejunatis*; 2. *excludit jejunii indebitum i: uolite fieri* &c.; 3. *concludit in talibus* &c. Unde apparet esse magis c.. -sitionem Evangelii quadragesimalis temporis, quæ sermones; Codex est characteris non multum antiqui, unde perperam dicitur *Fr. Paulus Boncambi*, unde ansam arripuit Orlaudus in Scriptorinus Bonon. asserendi *Jacobi Boncambi* Bononien. Ordin. Prædic. *Opera* Philosophica, & Theologica extare mss. Asisii in Conventu S. Franc.; & ab eo deceptus est Jac. Echard in Script. Ord. Præd. to. 2. Append. initio pag. 817.; ego, qui Bibliothecam illam

illam instravi, evolvique, nihil hujuscemodi deprehendi. In fine autem dicti codicis charactere antiquiori legitur: *istud Quadragesimale fecit fr. Paulus Lüg de Peru*.

Fr. Pauli Boncagni de Perusio Ord. Min. Sermones festivi per totam annum incip. *In illa die stillabunt montes dulcedinem*: & finientes: *quam nobis praestare dignetur &c. Amen*, extabant ibidem in v. solario occid. xx eit. Inventario; quo lucet, hunc autorem floruisse ante annum 1381.; & fuisse de *Boncagnis*, neque potuisse decedere in patria anno 1510., dum ad populum conciones haberet. Joan. a S. Anton. to. 2. accepit a Willoto, & Oldoino, qui habent, ut Waddingus; sed primus, vel omnes errant, dum ajunt, edidisse, ac publicae luci commisisse, quod adhuc ms. extat.

MMMLXI. 1596.

PAULUS BRITIUS = Braydensis patriâ Strict. Observ., de quo Ughellus agit to. 4. Ital. sac. in Alben. Episc. num. 56., ubi dicitur Theologus, & a sacris Confessionibus Christinae Borboneae Ducissae Sabaudiae, ad eam Ecclesiam promotus anno 1642., ubi & decessit anno 1665.

De progressibus Ecclesiae Occidentalis in xvi. seculis Opus prodiit Carmaniolae anno 1648. in fol. apud Columnam, teste Rossotto in Syllabo Script. Pedemont., *anno* 1650. habet Index Bibliot. Barber., & to. 1. Biblioth. Tellerianae pag. 189. apud Joan. a S. Anton. to. 2. p. 418.; forsan est 2. editio.

Sabaudiam redivivam, seu *Vitam Caroli Emanuelis I. Sabaudiae Ducis* scripsisse, praeloquae paratam habuisse tradit cit. Rossottus.

MMMLXII.

PAULUS CÆSENAS provinciae Flaminiae Min. Capuccin. vir eruditus, suique Ordinis Generalis Vicarius composuit, teste autore Biblioth. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2.,

Conciones Romae habitas tempore Jubilaei an. 1600., quae mss. asservantur in Biblioth. Portus Mauritii prov. Genuensis.

MMMLXIII.

PAULUS CALANNA Italus prov. Romanae, seu potius S. Francisci Min. Capuccinorum concionator confecit italico sermone, ediditque tomis 2. italice

Compendium Manualis Martini Azpilcuetae Doctoris Navarri. Venetiis anno 1610. in 8., teste autore Biblioth. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2. Prodierat antea ibidem to. 1. in 12. typis Matthiae Quatti an. 1606.; sed neque haec editio est prima.

MMMLXIV.

PAULUS CALDERONUS Hispanus Collegii Complutensis SS. Petri, & Pauli Major Collegiatus Regul. Observ. prov. Castellae composuit hispano idiomate ms.

Tractatum de domo, & genealogia de Manriquez de Lara, quemadmodum prodit Joseph Pellizerus Chronographus Regius in *Libello supplici* Marchionis de Eibas apud Nicol. Anton. in Biblioth. Hispan. pag. 126., & Coron. Biblioth. univ. to. 7., & Philippus de Gandara, & Ferdinandus Saà apud Bibliothecam Genealog. Gerardi Ernesti pag. 326. Nescio, an sit ille *Paec Calderon* Hispanus, quem Paulinus Berti Lucensis Eremit. S. Aug. in *Vita Jo: Duns Scoti*, quam an. 1617. praemisit Commentariis ejusdem Scoti in 4. libros Senten., & Damianus Giner an. 1593. in Vita Scoti, quam praefixit Comment. in 4. libros Senten., ut & Gregorius Pomareus an. 1609. ante lib. 1. Comment. in Scotum tradunt edidisse.

Commentarios in Scotum, nempe *in libros Senten.*, ut puto, & inter recentiores Scriptores numerat, ideoque circa an. 1570. florebat; cujus tamen non meminit autor Biblioth. Hispan.

Ex hac familia extitit haud multis annis ante Ven. *Soror Maria Calderon*, quae anno 1520. florebat; obiitque in provincia Castellae in Monasterio Conceptionis V. Mariae Castri Plebis Montis albani Abbatissa Ord. S. Clarae non sine opinione sanctitatis in sepulchro alabastrino condita ex Gonzaga par. 2.

MMMLXV.

PAULUS CALLARIUS, al. Calderarius Veliternas prov. Rom. Min. Conv. sac. Theol. Magister, & ecclesiastes nobilis seculo xv., Ægidii Amerini postea Generalis Ministri praeceptor extitit, reliquitque post se mss.

Comment. in 4. Senten. libros; cujus in obitu Orationem habuit Antonius Mancinellus vir doctissimus, aitque: *disputantem cuncti admirabantur; praedicantem omnes adibant; carnibus, & vino semper abstinuerat; ideoque impollutus fuit, virginitatisque perpetuus cultor*: quo loco & multum celebrat alterum Veliternensem *Leonardum Conam* ejusdem Instituti a doctrina, memoria, vita, sapientia, linguae lepore, & gratia; quem & notum dicit non Italiae tantum, sed & toti Galliae, Hispaniae, & Britanniae, forsan unus ex Assistentibus Ministri Generalis, ut est apud Bonavent. Theulum in Theatro Hist. Velitern. lib. 2.

MMMLXVI. 1597.

PAULUS DE CRUCE = Ulyssiponensis obiit Segobiae an. 1619.

Versos à o divino. Ulyssipone in 8., ut autor Biblioth. Hispan. pag. 127. ex Georgio Cardoso habet, putatque diversum ab eo, de quo Waddingus, sed non satis fundate, quem secutus est Jo: a S. Anton., ut & Marracium.

Mariale 13. tractatibus divisum prodiit Pinciae ex eod. autore Biblioth. Hisp.

Centiloquium &c. typis Didaci Francisci de Corduba in 4.

Conciones Vespertinae &c. apud Georgium Rodericum in 4.

MMMLXVII. 1598.

PAULUS GLEMONENSIS = in Forojulio dioeces. Utinensis, seu Aquilejensis oppido, citatur a *Diana* inter autores, quibus in *Summa* sua Morali consarcinanda usus est. Prodiit Opus Tarvisii anno 1624. typis Angeli Righettini in 4.

MMMLXVIII.

PAULUS N. a Gualdo dioecesis Nucerinae oppido in Umbria provinciae S. Francisci Min. Conv. sac. Theol. Magister scripsit

Vitas Sanctorum Umbriae, & praesertim dioecesis Nucerinae; nec non

Chronica Gualdensis oppidi; quae omnia mss. habentur in Bibliotheca S. Francisci ejusdem oppidi testimonio ipsius Waddingi supra in *Anonymo Umbro Gualdensi*; sed Thaddaeus Donnola Hyspellensis in Apologia Fulginei an. 1643. impressa par. 1. cap. 17., & 18. hujus *Anonymi* nomen indicavit, traditque, eum scripsisse

Chronicon Umbriae ex S. Gregorii Papae, & Oro-

Orosii libris, quod ms. in pergameno Gualdi apud Franciscanos asservatur.

MMMLXIX 1599.

PAULUS A LAUDA = de quo & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMMLXX. 1600.

PAULUS DE LUCA = *Jovia* cognomento, quem Waddingus in Annal. Min. ad an. 1472., & 1480. dicit jam inter Min. Conv. sac. Theolog. Magistrum, Francisci a Ruvere, qui postea *Sixtus IV.* fuit, discipulum; an. 1451. die 2. Januarii Florentiæ Doctoris lauream assecutus Parisiis Theologiam docuisse fertur: deinde ad Reg. Observ. Congregationem traductus literis, & sanctimonia claruit ex eodem Waddingo; an. 1454. Cœnobium Lucense reformavit, ac novennium provinciæ Tusciæ Vicarius extitit; legatione etiam ad Florentinos pro Pio II. anno 1463. functus. Dicitur obiisse in patria die 3. Junii 1499. Quod porro certo sciatur, scripsit ipse

Sermones; cum Bernardinus Busti autor suppar in *Mariali* par. 1. serm. 6. p. 2. dicat: *Magister quoque Paulus de Luca in quodam excellentissimo sermone probat immaculatam Virginis Conceptionem decem mediis* &c. De eo Marracius, Alva col. 1131. Militiæ, Terrinca Theatro 1. Tusciæ tit. 4., & ex his Joan. a S. Anton.

MMMLXXI.

PAULUS LUNATUS Italus Aquensis patria prov. Genuensis Ord. Capuccin. concinnator, Definitor, ac Minister piissimis moribus ornatus edidit

Exercitium orationis mentalis, & vocalis. Alexandriæ an. 1601. in 12. apud Herculem Quintianum.

VII. *Exercitia magnæ devotionis distincta per dies totius hebdomadæ*. Iisdem typis an. 1602.

Obiit in patria an. 1608. ex autore Biblioth. Capuccin.

MMMLXXII. 1601.

PAULUS MANASSEI = Umber provinciæ S. Francisci a Paulo V. in Rhetiam Apostolicus Missionarius destinatus fuit, vitæque austeritate, & jugi rerum cœlestium meditatione floruit. Obiit felicissime an. 1620., ejusque Vita legitur to. 3. Annal. Capuccin. Marcellini Pise pag. 356.; ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

Paradisus interior &c. italico sermone scriptus, & cusus primum Brixiæ anno 1610., deinde alibi Venetiis, Mediolani in 16., recusus Maceratæ an. 1667. prohibetur ex decreto sac. Congr. Indicis libror. sub die 29. Novembr. 1689.; de quo legatur Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.

MMMLXXIII.

PAULUS MARIA Astensis prov. Genuen. Min. Capuccin. doctrina, & vitæ probitate illustris edidit lingua vulgari

Stimulum peccatoris pro præparatione ad 40. *horarum celebrationem*; &

VII. *frena ori peccatoris posita pro præparatione ad sanctam Communionem*. Brixiæ an. 1618. in 16. apud Franciscum Marchettum ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 421.

MMMLXXIV.

PAULUS MATRITENSIS Strict. Observ. Discalc. prov. S. Joseph professione Laicus in Romana Curia Procuratorem agens causæ Canonizationis B. Petri Alcantar. edidit

Vitam ejusdem B. Petri compendiosa, sed grata methodo, teste Fr. Petro Especial Rosel, & Gubernatis to. 2. Orbis Seraphici lib. 7. cap. 2. n. 50., & alibi apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMLXXV. 1602.

PAULUS E MERCATELLO = Urbinatis agri, diœcesisque Urbaniæ, ac S. Angeli in Vado nobili oppido Massæ Trabariæ provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, ac anno 1488. suæ provinciæ Minister, anno 1500. interfuit Comitiis Gen. sui Ordinis Interamnæ celebratis, & unus ex illis fuit, qui *Constitutiones Alexandrinas* nuncupatas in eo Capitulo receptas condiderunt, ut in fine dictarum Constitutionum habetur. Quare error est apud Waddingum, & Possevinum, hunc an. 1484. natum ex Rodulphio lib. 3., ubi non sentit *Paulum* eo natum anno, sed *Commentaria in* 1. *&* 2. *Scoti* Venetiis eo anno edidisse, & subjungit: *qui ad petitionem illustrissimi Dominii creatus est Pater Conventus Venetiarum*: idemque memoria lapsus lib. 2. fol. 258. in Custodia Feretrana vocat *M. Ludovicum*.

MMMLXXVI. 1603.

PAULUS DE MESSA = al. de *Mesa* ex autore Biblioth. Hispan. pag. 129., & Petro de Alva col. 1132. Militiæ. Edidit etiam.

Panegyrim de SS. Patriarchis Dominico, & Francisco. Compluti an. 1642. in 4. apud Anton. Rodriguez.

Aliam in translatione SS. Martyrum Justi, & Pastoris. Ibidem an. 1643. in 4. per Viduam Anton. Rodriguez.

Aliam de admirabili Ascensione Domini Jesu. Ibidem an. 1646. in 4. typis Mariæ Fernandez, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMLXXVII. 1604.

PAULUS MONDELLUS = de quo Petrus de Alva tab. 2., & Joan. S. Anton. to. 2.; & dicitur provinciæ Principatus, de quo & Anton. Pactensis in sermone ad Fratres Minores præmisso Expositioni Regulæ FF. Min., & considerat. 1. num. 50., & cap. 4. præc. 1. n. 14.

MMMLXXVIII.

PAULUS NOLANUS provinciæ Neapol. Min. Conv. sac. Theol. Magister seculo XV. exeunte vivebat, quo scripsisse fertur

Dialogum in defensionem Fr. Hieronymi Savonarolæ Ferrar. Ord. Prædic. Florentiæ traducti, si vera nobis tradit Bzovius in Annal. Eccles. ad an. 1498. num. 23. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. n. 24.

MMMLXXIX.

PAULUS ORIANUS Brixianus sac. Theol. Magister, & ecclesiastes eximius a Leandro Alberto in sua Italia celebratur, referturque inter eos, qui *doctrina, scriptis*que Brixiensem civitatem illustrarunt; & cum *Gratiano*, ac *Francisco Samsone* Minoritis urbis ejusdem scriptoribus præclaris conjungitur; sed quid scripserit, quove tempore floruerit, nequaquam exponitur. Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 4. cap. 28. memorat quemdam *Paulum Brixianum* circa an. 1460. viventem, qui concionator ingentis fervoris, zelique asseritur; ac signis, virtutibusque clarus extitisse scribitur: legi potest Cozzandus in Biblioth. Brixiana. Waddingus in Annal. Min. ad an. 1477. n. 11. dicit, eo anno die 21. Januarii apud Varesium in agro Mediolanen. obiisse cum opinione sanctitatis in æde SS. Claræ, & M. Magdalenæ *Min. Observ. Reg.* sepultum, nisi tamen sit alius.

MMMLXXX. 1605.

PAULUS PERUSINUS = cum *Mons pietatis* erectus fuerit opera Fr. Barnabæ Interamnensis, & Fortunati Perusini circa an. 1460., liquet eum non claruisse circa an. 1400., ut habet Joan. a S. Anton. ex Ludov. Jacobillo, & Olduino in Athenæo Perusino.

MMMLXXXI. 1606.

PAULUS PISOTUS = ad ejus tumulum extat sequens epitaphium a Gonzaga par. 2. relatum:

Paula Pisotta Parmensi Ludovici Piss. F. universi Ordinis Minorum Minist. General. sapientiss. Theologo, vita, ac scientia rariss. Nep. IIII. e Nen. e Zandemaria avuncla B.M.P. Obiit anno sal. MDXXXIV. *Ætatis suæ* LIV. *m. 9. die 11. 7. id. Nov.*

MMMLXXXII.

PAULUS A PORTIUNCULA Lusitanus Regular. Observ. vulgavit a se habitam

Concionem de S. Joanne Evangelista. Conimbricæ an. 1632. in 4. apud Didacum Gomez, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 423.

MMMLXXXIII.

PAULUS DE PORTO Lusitanus Reformatæ S. Antonii provinciæ scripsit sermone vernaculo

Institutionem, progressum, & privilegia Tertii Ordinis S. Francisci; &

De cæremoniis sacris librum mss., teste autore Biblioth. Hispan. pag. 129.

1607.

PAULUS RESINGET = infra dicitur *Petrus Reschiagerus*, & recte; ita enim vocabatur. Joan. a S. Anton. cum Sannig exscripsit Waddingum.

MMMLXXXIV.

PAULUS A SALAZAR Hispanus Regul. Observ. provinciæ S. Jacobi edidit

Interpretationem cujusdam brevis Gregorii XV. Pont. Max. pro Gen. Ministro Ord. Min. impressam Salmanticæ an. 1613. in 4., quam citat Petrus de Alva in *Apparatu* ad Indiculum Bullarii Seraphici pag. 10. v. *Interpretatio*: sed mihi videtur idem, ac *Petrus a Salazar* infra.

MMMLXXXV.

PAULUS SALVATOR a S. Juliano provinciæ Neapolitanæ Min. Conv. alumnus scripsit

Totius Grammaticæ latinæ compendium; vulgavitque Trani an. 1650. in 8. apud Laurentium Valesium ex Franchino in Bibliosophia num. 284., Toppio in Biblioth. Neapolit., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMLXXXVI.

PAULUS SAMSON Mediolanen. Min. Conv. sac. Theol. Doctor, suæ provinciæ Minister electus anno 1604., cum esset Tarvisii contra hæreticam pravitatem Inquisitor anno 1597., & postmodum Patavii; cujus urbis Collegio Theologorum aggregatus fuit, ibique vitæ finem posuit anno 1617., cum scripsisset

Commentaria in Aristotelem: &

Commentaria in totam Theologiam; teste autore coævo Jac. Philippo Thomasino Episcopo Æmoniensi apud Freherum to. 1. par. 1., & Franchinum in append. ad Bibliosoph. pag. 599. & seqq.

Est hic alius ab illo *Sampsone* Mediolanensi Franciscano, qui anno 1519. Tiguri inter Helvetios Indulgentiarum sac. præco Apostolicus cum esset, Zuinglium oppositorem habuit, teste Sleidano lib. 3. apud Adam Rechemberg Dissert. hist. polit. to. 1. dissert. 15. §. 20., & Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 94.; quem dicit *verbi virtute, & vitæ sanctitate in subsidium belli sacri* CXX. *millia aureorum* collegisse.

MMMLXXXVII. 1608.

PAULUS SCRIPTOR = *Wilensis Svevus* juxta Rodulphium lib. 3., & Miræum in Scriptor Eccles. sec. 16. num. 10.; provinciæ, & Conventus *Bononiensis* minime alumnus fuit, ut putavit Waddingus, sed Argentinæ provinciæ: deceperunt Waddingum, eumque secutum Joan. a S. Anton. verba epistolæ Joan. Montesdocæ Operi autoris præfixæ, & ad FF. Min. Observ. provinciæ Bononien. suos in Carpensi Cœnobio discipulos scriptæ in hunc modum: *Incidimus nuper in acutissimum Joan. Scoti interpretem Paulum cognomento Scriptorem vestri loci, atque Ordinis hominem, quem, quoniam in tota Italia rarissimus foret* &c.: at notum est, quam multifarie *locus* accipiatur, ut hic non aliud significet, quam vestræ sortis, conditionis, & status, fratrem nempe *Minoritam*. Prima hujus Operis editio facta est Tubingæ per Jo: Ottmar; in cujus fine habetur: *Explicit ordinaria Lectura ordinarie facta in Conventu Fratrum Minorum in alma Universitate Tuwingñ. anno salutis* MCCCCXCVIII. *die* XXIIII. *Martii*: eamque affert & Freytag in Analectis literar. de libris rarior. pag. 839., sed sine nomine impressoris, ex Gerdesio in Florilog. pag. 257., viditque Hispali Jo: a S. Anton. in Biblioth. Ecclesiæ. Est autem Tubinga in Svevia tribus a Willa, vulgo *Weil* autoris patriâ milliariis distans.

Discipulus fuit *Stephani Bruliferi*, de quo infra, & in suspicionem adductus pravæ doctrinæ Viennam Austriæ exulatum abiit; postea Romam se contulit, reversusque post triennium in Germaniam obiit Keiserspergæ Alsatiæ oppido, ex Jo: Fabricio Montano in Orat. funebri pro *Conrado Pellicano* Tubingæ an. 1496. ejus discipulo, de quo supra. Cetera hujus scriptoris leguntur infra in *Paulo Svevo*, qui idem est.

MMMLXXXVIII.

PAULUS A SIONO Tridentinus origine, sed prov. Bononien. Regul. Observantiæ alumnus scripsit

Librum de mysteriis Sacrificii Missæ; quem vulgavit Bononiæ an. 1618. in 8.

Librum de divino Officio sermone vernaculo, ut habet Fernandus Bononiensis in Memoriis Histor. provinciæ Bonon. Minor. Observ. par. 3. cap. 8.

1609.

PAULUS SVEVUS = idem est cum superiori *Paulo Scriptore* Wilensi Svevo; ut etiam vidit Frid. Freytag in Analectis literariis pag. 840., qui Waddingum duos existimantem carpit ex J. A. Fabricio Biblioth. mediæ & infimæ Latin. L. XV. pag. 646. & seqq. Joan. a S. Anton. sequitur Waddingi lapsum. Opus ejus *in 1. Senten. Scoti* est quidem expletum Tubingæ an. 1498., ut dictum est proxime, & ibi etiam impressum eodem anno in fol., quam editionem vidi Romæ apud nostros una cum superiori facta Carpi.

MMMLXXXIX.

PAULUS A TRECATE diœcesis Novarien. provinciæ Mediolanen. Min. Observ. Definitor, ac Lector Generalis edidit Opus hoc tit., ut etiam habet Joan. a S. Anton. to. 2.:

Lector instructus ad catholicas veritates ex Scripturis sacris educendas, & per varios sensus concor-

de-

datas fidelibus populis enunciandas. Venetiis 1639. in 4. apud Jacobum Sarzinam.

M M M X C.

PAULUS DE TRINITATE Lusitanus scripsit vulgari sermone

Conquista spiritual do Oriento pe los Frades Menores ex autore Biblioth. Hispan. pag. 130.

Chronica da provincia de S. Thome ms. ex Georgio Cardoso in Agiolngio Lusitano die 5. & 20. Junii L., quod idem Opus cum superiori reputat cit. autor Biblinth. Hispan.

M M M X C I.

PAULUS VITELLESCUS patritius Fulginas Ordinis Capuccin. insignis verbi Dei prædicator, & Theologus scripsit

Annalium FF. Min. Capuccinorum tomum unum ab anno 1525. usque ad 1626.; reliqua morte præventus an. 1636. m. Febr. in patria perficere non potuit, testante Ludnvico Jacobillo to. 2. de SS. Umbriæ ad diem 18. Augusti, ubi de tribus Capuccinorum Fulgin. Conventibus, enrumque viris illustribus agit; qui & crebro eum alibi eitat, eum de Capuccinis BB. sermnnem habere eontingit, de quo agit & in librn de Seriptnr. Umbriæ P. Legi quoque potest P. Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccin., qni tradit ex ejus Annalibus plurima Zachariam Boverium collegisse; eumque in patria an. 1629. obiisse; ex quo & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M X C I I.

PAULUS XIMENO Hispanus Strict. Observ. Discalc. provinciæ S. Joan. Baptistæ Valentinæ publicavit

Cæremoniale Missale. Valentiæ an.1650. in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M X C I I I. 1610.

PELBARTUS TEMESVARIENSIS = non *Osvaldus*, ut Waddingus, & Possevinus habet; *Osvaldus* enim, de quo paulo ante dictum est, fuit ille, qui *quartam Rosarii* Pelbarti partem supplevit. *Temesvar* porro detinetur nunc a Christianis, dnmoque Austriaca jam Turcis erepta an. 1718. De hoc agit Arturus ad diem 27. Maji §. 3., & Ludovicus Bail par. 3. Biblioth. concionat. cap. 76. cum laude viri *scientia, & pietate pleni*; ejusque Opera sunt ita ab ipso distributa in *Stellarium*; *Pomarium*; & *Rosarium*.

Stellarium corona B. Virginis ab autore compositum est sub Sixto IV. anno 1483., ut versus in fine Operis ostendunt, & in 12. libros partitum juxta 12. mysteria B. V. Mariæ, vulgatumque Hagenoæ non an. 1405., ut habet Possevinus, neque anno 1475., ut Waddingus reposuit, sed 1504. per Henricum Gran; 1511., & 1515. apud Joannem Rynman de Oringau, an.1518. in ful.; & apud Bertanum, non *Bertonium*.

Pomarium, al. *Pomerium Sermonum* dividitur trifarie in *Sermones de Sanctis* totius anni; *Sermones de Tempore*, seu de Dominicis totius anni, festisque oceurrentibus; & *Sermones quadragesimales*; qui etiam tripliciter partiuntur in tria Quadragesimalia *de pœnitentia*; *de vitiis*; & *de præceptis Decalogi*; prodieruntque Hagennæ an.1504. in 4.per Henricum Gran, & 1511.; & iterum ibi an. 1509., & Lugduni in 4.per Jo: Cleyn an. 1513., & 1514. in 4.; nec non Norimbergæ an.1519. in fol. per Jo: Stuchs sumptibus Antonii Koberger; una cum supradicto *Stellario B. V.* an. 1518., & iterum Hagenoæ an. 1520., & 1521. in fol. per Joan. Rynman.

Rosarium sacræ Theologiæ composuit autor an. 1500. ordine alphabetico; cujus prima pars cusa est Hagenoæ an.1503.; secunda an.1504.; tertia an.1507.; & qnarta an.1508. per Henricum Gran in fol., quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Francisci; postea recusnm est Venetiis an. 1586. per Joan. Gryphium sumptibus Thomæ Bozolæ tomis 4. in 4. Sixto V. dicatum; quod extat Ferrariæ apud nostros. Tria hæc Opera commemorata refert etiam Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 6. cap. 40. sub an. 1483. Possevinus habet edidisse &

Commentaria in Psalmos Hagenoæ an. 1504. evulgata, quæ non vidi; ab eo alii acceperunt Waddingus, Le Long, & Joan. a S. Anton. to. 2. Angelus Elli Mediolanensis ejusdem Instituti elaboravit 4. *copiosissimos Indices* super totidem hujus autoris volumina, ut habet ipse Waddingus supra in *Angelo Elli*.

M M M X C I V. 1611.

PEREGRINUS BONONIENSIS = *homo spiritualis, & litteratus, qui nunquam bibit, nisi aquam, & vinum abhorret, & bis fuit Minister in Ordine Fratrum Minorum, scilicet in Græcia, & in provincia Januensi*; inquit in Chron. ms. pag. 44. Salimbene Parmen. antor coævus: fuit etiam sociua Haymonis Angli Ministri Gen. an. 1239. assumpti ex Waddingo ad enm annum n. 9., & an. 1269. paeis sequester inter Bononienses, & Venetos ex eodem Salimb. pag. 410.

Chronicon breve per modum epistolæ ad Gondisalvum Gen. scriptum an. 1305. ms. membr. in fol. extat Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub FF. n. 43., & Pinciæ in Biblioth. Comitis de Gondomar in fol. titulo: *Chronica abbreviata*: incipit, *Quoniam præteritorum narratio*: teste Joan. a S. Anton. 2. Illud citant antiqua Ordinis Chroniea, S. Antonin. Chrnn. par. 3. tit. 24. eap. 9. §. 5., & Rodulphius lib. 1. pag. 7. Henrieus Willot in Athen. Franeisc. fol. 291. putat hujus seriptoris esse *Sermones*, qui sub nomine *Peregrini* sunt vulgati.

M M M X C V.

PEREGRINUSS CINTARU Vicentinus Tertii Ordinis S. Franc. Regul. Observ. provineiæ Venetæ, Patavinique Collegii Doctor Theologus, & Orator non ignobilis scripsit, evulgavitque

Orationem luculentissimam de laudibus S. Hieronymi Ecclesiæ Doct., quam ipse habuit ad D. Jacobi ædem, recurrente illius Sancti festo. Patavii anno 1624. typis Joan. Baptistæ de Martinis ex Bordono in Chronologio 3. Ord. cap. 28., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M X C V I.

PETRINA DE LA ROCHE Burgunda Fr. Henrici de Balma, de quo supra actum est, neptis, & Monialis Colectana Mnnasterii Hesdiniensis scripsit gallico idiomate circa an. 1450.

Summarium virtutum, & miraculorum B. Colettæ, eui in ms exemplari Gandavensi titulus est: *Le Callier de Soeur Perine*: banc autem latine iactam ab *Anselmo de Beyl* Ord. Recollect. dederunt Bollandii to. 1. Martii ad diem 6. capitibus 8. distinctam, notisque illustratam post B. Colettæ Vitam.

M M M X C V I I. 1612.

PETRUS DE ABREU = Reg. Observ. 23. annos sac. Theologiam professus est.

 Expo-

Expositio verborum B. V. Mariæ, quæ Evangelistæ recensent, prodiit Gadibus apud Ferdinandum Rey. Ejus etiam est

Oratio funebris in obitu Ducissæ de Medina cæli. Hispali an. 1606. in 4. per Clementem Hidaldo, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 426.

Descriptionem antiquæ Insulæ Cadicis hispanice paratam typis habuisse tradit autor Biblioth. Hispan. pag. 130.

MMMXCVIII.

PETRUS ACCIAJOLUS patritius Florentinus sac. Theol. Magister seculo XIV., & anno 1328. ex Hetruriæ provincia maxime inter alios doctrina florebat; ejusque

Docta monumenta extare scribit Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 22., & ex eo Antonius Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4., Joan. a S. Anton. ex Terrinca, & Julius Niger in Script. Florent. pag. 456.; sed quæ *Monumenta* sint, & ubinam gentium inveniantur, nemo significavit. Christophorus Landinus & ipse Florentinus in suis Disputat. Camaldulen. an. 1482. publicatis de *Petro Acciajolo* ait: *qui vehementi, ac diuturno studio maximos in Philosophia progressus fecit*; ejusque extare tradunt *Epistolas latinas*, & *versus* mss., sed juniurem, aliumque a superiori, seniorique fecisse videtur. Falsus est autem cit. Niger, cum illum Ord. *Minorum Observ.* fuisse dicit; nam Reformatio ea longe post an. 1328. incæpit. Multa Scripta habentur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis anonyma; sed cujusnam sint, divinare est. V. *Petrus Florentinus* infra; & *Petrus N*.

MMMXCIX.

PETRUS DE AGUADO Valdemaurensis in agro Toletano, novi regni Granatensis in America præfectus, Reg. Observ. prov. Jucathani Minister composuit, seu ad complementum perduxit *Historiam provinciæ S. Marthæ*, novique regni Granatensis a *Francisco de Medrano* ejusdem Instituti ob mortem imperfectam relictam, ut supra dictum est, hoc titulo hispano:

Descubrimiento, pacificacion, y poblacion de la provincia de Santa Marta, y nuevo reyno ex Antonio Leonio in Biblioth. Indica Occident.: ant *Primera parte de la recopilacion Historial resolutoria de Santa Marta, e nuevo reyno de Granada; en que se trata lo sucedido hasta el año de* XVIII. (idest 1518.) *libris* XIX. in fol. mss., quos adhuc ita asservari testatur Fr. Petrus Simon in prologo Operis tit. *Noticias Historiales de Tierra Firme* apud Joan. a S. Anton. Inscriptionem Operis notavit Thomas Tamajus in Biblioth. D. Joan. de Saldiorna, teste autore Biblioth. Hispan. pag. 131., qui docet etiam hac de re legendum Garsiæ Lassi de la Vega ad Historiam Floridæ regionis procemium.

MMMC. 1613.

PETRUS DE ALAVA = al. *Alva*, & *Alaba* Regul. Observ. prov. Castellæ Theologus Complutensis.

Doctrinale satisfactorium apologiam pro Regul. Observantia complectens, teste Joan. a S. Anton. to. 2., lingua vernacula prodiit typis Ludovici Sanchez. Scripsit etiam hispanice

Tractatus de humilitate, & fundamento vitæ christianæ ex Petro de Salazar, & Biblioth. Hispan. pag. 131.

MMMCI. 1614.

PETRUS DE ALBA, ET ASTORGA = natus in oppido *los Caravajales* al. *Carbajales* diœcesis Compostellanæ in agro Zamorensi, in Peruano regno, provinciaque XII. Apostolorum Franciscanis nomen dedit, ubi & Lector emeritus fuit: inde ad Hispanos suos reversus, in Romana Curia Gen. sui Ordinis Procurator, & supremæ Inquisitionis Qualificator duo sibi præstanda proposuit, & *Ordinis*, *Patriarchæ*que sui privilegia, atque encomia, & B. Virginis *Immaculatam Conceptionem* palam facere; quæ cum incredibili animi ardore, & ingentibus expensis, atque laboribus suscepisset, ultra scopum excessisse judicatus est: ejus cum laude meminit Thomas Strozza S. J. de Immacul. Concept. B. V., & *doctissimus, ac devotissimus, & satis laudatus, licet nunquam satis laudatus* dicitur a P. Leandro a SS. Sacramento to. 7. disp. 34. Ejus Opera sunt:

Alphabetum celebrium Ordinis Minor. autorum omni in facultate nova, vel inaudita rerum inventione primo quidem motorum ab ipsomet non semel citatum impressum sine loco, & anno; incipit: *Primi principium A. Alphabeticum Dictionarium*.

Bibliotheca Virginalis Mariæ cusa Matriti an. 1648. tomis 3. in fol. ex Indice Biblioth. Barberinæ, & sac. Conventus S. Franc. Asisii: ubi to. 2. notâ ad coronam 12. *Coron. B. V. M.* citat

Asser. suas prin. 16.

Opusculum, quod titulus Immaculatæ quomodocumque Mariæ adscribatur, semper appellat, & supponit pro physico conceptionis instanti. Matriti 1648. in charta expansa; al. an. 1658.

Armamentarium Seraphicum pro titulo Immaculatæ Conceptionis B. V. una cum *Gaspare de Fonte*. Ibidem an. 1649. in fol. ex Typographia Regia; de quo Thomas Strozzi lib. 10. cap. 1. de Concept., & forsan cap. 25., & Marracius in append.

Opusculum pro conficiendo Armamentario majori pro Immaculata Conceptione ad regnum, & Procuratores regni Hispaniarum. Ibidem eodem anno in fol.; extat ms. in Matritensi Biblioth. S. Franc. sub A. n. 22. ex append. Joan. a S. Anton.

S. Franciscus naturæ prodigium, & gratiæ portentum. Ibidem an. 1651. in fol. apud Julianum de Paredes: probibetur ex decr. sac. Congr. Indicis librorum anno 1681.

Delineatio Bullarii Seraphici extracta ab Indiculo universali. Romæ anno 1654. in 4.

Indiculus Bullarii Seraphici. Ibidem an. 1655. in 4. typis Cameræ Apostol.

Nova literalis Cantici Magnificat pro mysterio Immaculatæ V. M. Conceptionis expositio. Ruremundæ ex typograph. Immacul. Concept., ac Matriti anno 1656. in 4. apud Franciscum Nieto de Salcedo; & postea Lovanii an. 1666. in 8. correctius dicata P. Mag. Gavino de Aquena Ord. Min. Conv. ex Ministro provinciæ Sardinæ, Leodien., & Colonien. provinciarum Visitatori, Commissarioque Generali, atque D. de Castel Rodrigo Belgii Gubernatoris Theologo, & a sacris Confessionibus.

Magnes cordis humani, seu Vita dulcissimi Jesu in purissimo utero Immaculatæ Virginis hispanice. Matriti 1660. in 16. apud Paulum de Val.

Sol veritatis cum ventilabro Seraphico pro candida aurora Maria in suo conceptionis ortu sancta &c.

&c. Matriti 1660. in fol.; proscriptus ex decreto sac. Congregat. Indicis, ut supra, an. 1681.

Soplos en defensa de la pura Concepcion de nuestra Señora contra algunos atomos, que se an levantado, y opuest al SOL DE LA VERDAD: sub nomine *Petri a Conceptione*. Vaylone 1661. in 8., & Cæsaraugustæ 1662. apud Bernardum Nogues.

Funiculus nodi indissolubilis de conceptu mentis, & conceptu ventris. Bruxellis 1661. in 8., & auctior anno 1663. in 4. apud Philippum Ulcugaert: in quem scripserunt & *Franciscus Ianssens*, & *Martinus Harnejus* Ord. Præd.: prohibetur ex decr. s. Congr. Indicis libror. an. 1681. una cum duobus supra recensitis.

Inicio de Salomon, seu *de Catena aurea super 4. Evangelia* Pontio Carbonello Ord. Min. adjudicanda, & S. Thomæ abjudicanda. Lovanii 1662. in 8.

Respuesta sin respuesta al papel intitulado, Su oro al Cesar sub nomine *Ioannis de Sies noes*. Cæsaraugustæ an. 1663. in 8. pro defensione Opusculi superioris *Inicio de Salomon*.

Radii solis veritatis cœli, & zeli illustrantes Fratrum Minorum sententiam communem, & PP. Ord. Prædicat. sententiam singularem pro B. V. Mariæ electione, productione &c. Lovanii 1663. in fol.

Risa del Alva sub nomine *Ioannis Garcia de Louysa in defensionem SOLIS VERITATIS*. Lovanii 1663. in 8.

Respuesta limpia a los papales manchados, que se an esparzido estos dias contra la Constitucion de Alexandro VII. &c. *defendiendo la costumbre santa, que se observa en los reynos de España* &c. Lovanii 1663. in 4.

La Rosa Serafica, contra libellum supplicem Mag. Fr. Joannis Martinez de Prado Castellæ Prioris Prov. sub nomine *Garciæ de Loaysiæ*. Ibid. 1663. in fol.

Militia universalis pro Immaculata Conceptione V. M. contra malitiam originalis infectionis peccati. Lovanii an. 1663. in fol.

Armamentarium Angelorum, cujus ipse meminit, in *Militia* v. *Landulphus de Saxonia* col. 906.

Septem allegationes Ioannis de Segovia Canonici Toletani pro informatione Patrum Concilii Basileensis circa Immaculatam Conceptionem B. V. Bruxellis 1664. in fol. typis Balthasaris Vivien.

Sermon de Peor esta que estaba sub *Loaysiæ* nomine. Matriti 1664. in 4.

Apologia pro veris autoribus tit: *Pleyto de los Libros* sub nomine *Roderici Rodriguez*. Dertusæ 1664. in 8.

Quæstiones peripateticæ. Lovanii 1664. in 8.

Monumenta antiqua pro Immaculata Conceptione. Ibidem an. 1664. in 4.

Monumenta Italo-gallica pro eodem mysterio ex xx. tractatibus, & sermonibus antiquis. Ibidem in 4.

Monumenta Seraphica pro eadem. Ibidem 1665. in fol.

Monumenta Dominicana pro eadem, Ibidem an. 1666. in 4.

Monumenta singularia pro eadem ex xxviii. *libris excusis, sed jam pene extinctis*.

Bullarium Ordinis Seraphici in x. Tomos in fol. distributum ms.

Franciscus evangelizatus in illud: Confiteor tibi Pater; & in illud: Si quis vult venire post me &c. ms.

Memento homo, quia pulvis es &c. *pro Immaculatæ Conceptionis mysterio; ubi refertur quidquid contra illud actum est ab aliquibus Scriptoribus antiquis*: in 4. ms.; cujus *Opusculi* meminit ipse col. 1144. *Militiæ*.

Arcana elogia S. Francisci, & super duo Evangelia Festorum ejusdem ms., & forsan idem est cum altero Opusculo tit.

Gloriæ Seraphicæ vulgari lingua hispana.

Tomi xviii. *imaginum Matris admirabilis* D. Gaspari de Bracamonte Comiti de Peñaranda dicati mss. ex Joan. a S. Anton., a quo etiam superiorum *Operum* mss. notitiam accepi. Promiserat etiam se editurum

Bibliotheca Virginalis Mariæ, seu *Abecedarii Mariani* alia xvii. *voluminu*; sed forsan hoc Opus idem est cum superiori.

Bibliothecam Conceptionis vi. *voluminibus*, & *Bullarium Conceptionis*.

Opuscula alia parva, & magna ms. & edita, & etiam anonyma pro mysterio Immaculatæ Conceptionis haberi subdit idem Joan. a S. Anton. Alia quoque recenset autor Biblioth. Hispan. pag. 134. addens eum obiisse Bruxellis in Belgio an. 1667. ni. Aprilis. Memoratur a Dupino sec. 17., autore Chron. provinciæ Limens. lib. 6. cap. 7., Echardo in Biblioth. Ord. Prædic. to. 1. pag. 177. 489. 700. 702. 907. 909., & to. 2. pag. 3., & a pluribus aliis.

MMMCII. 1615.

S. PETRUS DE ALCANTARA = *Garabitus* cognomine nobilibus parentibus anno 1499. ortus, fundator extit provinciæ S. Joseph, & S. Joan. Baptistæ in regno Valentiæ, suamque Reformationem usque ad Indias, & Japoniam extendit, ex qua multi martyrio coronati sunt. In *Beatorum* numerum an. 1622. a Gregorio XV., & in *Sanctorum* an. 1669. a Clemente X. relatus est; ejusque *Vitam* descripsit Fr. Joannes a S. Maria Hispanus, & ejusdem Instituti, vulgavitque Matriti 1619. Aliam *Vitam* composuit Franciscus Marchesius Presbyter Oratii S. Philippi vulgatam Romæ; & aliam Laurentius a S. Paulo tit.: *Portentum pœnitentiæ*, cusam ibidem in 4. an. 1669.; nec multo post Ven. P. Carolus Thomasii Cler. Regul. Theatin. publicavit: *Cento estasi di S. Pietro d'Alcantara, e S. Maria Maddalena de' Pazzi*.

Opusculum ejus *de Oratione*, quod prodiit & Pinciis 1620., & latine Coloniæ 1607., laudat S. Teresia in propria Vita cap. 30., Ludovicus Granatensis Ord. Prædic., Ludovicus a Ponte Soc. Jesu, S. Franciscus Salesius lib. 2. epist. 1., & lib. 3. epist. 4., aliique: in belgicum idioma translulit Fr. Joannes Snellinck Mechliniensis an. 1609., & in anglicum Fr. Ægidius a S. Ambrosio una cum ejus *Vita* an. 1632.; in italicum vero Angelus Minieucius cum notis Romæ an. 1637. eusum, & iterum anno 1657. ex Indice Biblioth. Barber.; translatum fuit etiam in sinicum, & japponicum idioma.

Documenta spirituum discernentia scripsit, quæ habentur passim apud autores, qui Vitam S. Viri exararunt, & in latinum conversa leguntur in Biblioth. Min. Discalceat. Joan. a S. Anton. fol. 211. & seqq.

Constitutiones sui Instituti habentur autographæ mss. Matriti in Cœnobio S. Ægidii, & in cit. Biblioth.; referuntur quoque a Joan. a S. Bernardo ejus-

ejusdem Ord. in Vita hujus Sancti lib. 4. cap. 21. & 22., & lib. 2. cap. 6., & 10.

Epistolas plures spirituales dedit etiam ad S. Teresiam, & S. Franciscum Borgia, quas citat Paulus Oliva Soc. Jesu Gen. Præpos. serm. 80. par. 8.; ex habentur in dicta Bibliotheca, & latine apud Laurentium a S. Paulo cit.

M M M C I I I.

PETRUS ALENCONIENSIS Gallus provinciæ Turoniæ Min. Capuccin. Apostolicus Missionarius scripsit

Tractatum de mortificatione hominis interioris ad vitæ sanctitatem consequendam accessaria. Lugduni an. 1625. Scripsit etiam in carcerem trusus Marrochii die 5. Octobris an. 1628.

Epistolas de sua captivitate, ærumnis, & pressuris, postea cusas Lugduni; annoque sequenti peste laborantibus inserviens decessit Marrochii die 22. Martii ex to. 3. Annal. Capucc. Marcellini Pise, Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton.

M M M C I V. 1616.

PETRUS ALEXANDER fertur scripsisse etiam

Commentaria in Isaiam, Jeremiam, & Job. mss.

Cursum Philosophicum absolutum; &

Tractatum de Incarnatione ms. ex Relatione aux provin. Angelorum.

Topographiam, & Chronographiam provinciæ Angelorum jussu Francisci Gonzagæ Ministri Gener. anno 1583. in 4. ms. asservatam Hispali in Archivo Conventus S. Anton., teste Joan. a S. Anton. to. 2. Hujus meminerunt Nicolaus Anton., Jacobus Le Long pag. 670., & Guadalupe in Chron. ejusdem prov. fol. 491.

* PETRUS DE ALVA, ET ASTORGA = V. supra *Petrus de Alba*.

1617.

PETRUS ALVERNUS = ex Rodulphio libro 3. fol. 331., & 332., aliisque post eum: quorum Possevinus in Appar. sac. to. 3. scribit, se nescire, an *Quæstiones* &c. sint Petri de Alvernia Ord. Prædic., an alterius Petri Ord. Min.: quare hic primus *Petrum Alvernum* Ordini Prædicator. accensuit, deceptus & ex eo, quod videret multa S. Thomæ Opera ab hoc Petro suppleta, & ex verbis Ptolomæi Lucensis Hist. Eccles. lib. 23. cap. 11., ubi de quibusdam S. Doctoris libris ait: *sed hos libros complevit Magister Petrus de Alvernia fidelissimus discipulus ejus, Magister in Theologia, & magnus Philosophus, & demum Episcopus Claromontanus*: sed ait quidem S. Thomæ discipulum, non tamen Ordinis Prædicatorum; plures enim extiterunt sancti viri discipuli, qui non fuerunt illius Ordinis: hinc Nicolaus Trivet in Chronico. ad an. 1274. de S. Thomæ scriptis disserens inquit: *Lecturam super Matthæum partim idem Frater* (Petrus de Andria), *partim secularis quidam recollegit ejus studio delectatus*: & sane dictus Ptolomæus non *Fratrem*, sed *Magistrum* Petrum appellat, quo titulo id temporis veniebant Doctores *Laici* non *Regulares*, cum enim de his ipse loquitur, semper *Fratris* nota insignit. Ad hæc accedit, S. Antoninum Chronic. par. 3. tit. 23. cap. 11. inter Episcopos, & scriptores sui Ordinis hunc *Petrum* nequaquam habere; sed nec antiquorum quisquam eum dixerunt Ordinis aut Prædicatorum, aut Minorum: unde Jo: Canonicus auditor Joan. Scoti lib. 1. Physic. quæst. 6. de *individuatione* scribit: *opinio igitur Thomistarum, quod per materiam, & Magistri Petri de Alvernia, qui dicit, quod per formam, est insufficiens*: merito itaque Quietif, & Echard. in Biblioth. Ord. Prædic. hunc e suis exploserunt; & perperam Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 431. Terrincam præsertim secutus dicit Alvernum, seu *de Alverniola* Hetruscum Minoritam. Fuit igitur *Petrus* Arvernus vulgo *de Alvernia* Canonicus Parisiensis, & anno 1275. Rector Universitatis ejusdem urbis; inde an. 1302. Episcopus Claromontanus quinquennio post obiit ex Gallia Christ. Sammarth. to. 2., & ex Hist. Universit. Paris. sec. v.; ejusque

Quæstiones Quolibetales incip. *Quærebatur de potentia Dei* &c. habentur mss. in Biblioth. Colbert. cod. 963., quarum in fine legitur: *Expliciunt quæstiones de quodlibet disputatæ a Magistro Petro de Alvernia Canonico Parisiensi anno MCCCprimo*. Plura alia Opera refert Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1280., quem dicit Ord. Prædic., & alium ab autore *quæstionum Quolibet.* sub an. 1270., sed non ostendit.

M M M C V.

PETRUS DE ANNALIBUS Gallus a sacris Confessionibus B. Colettæ, & Ordinis Colettanorum scripsit gallice

Vitam B. Colettæ an. 1447. defunctæ, teste Waddingo in Annal. Min. ad eum aunum n. 57.

M M M C V I.

PETRUS A S. ANTONIO Ulyssipon. Strict. Observ. provinciæ S. Mariæ *a Rabida* vulgo dictæ edidit vernacula lingua

El Iardin espiritual tirado da doctrina dos Santos, & varões spirituães. Ulyssipone 1632. in 4. per Matthæum Pinheiro ex Petro de Alva col. 1146. Militiæ, & Pluteau to. 1. Dictionarii Lusitani, & ex his Joan. a S. Antonio; in quo x. tractatibus Evangelicam perfectionem docet, & explanat ex autore Biblioth. Hisp. pag. 135.

M M M C V I I. 1618.

PETRUS ANTONIUS ROSINUS = Pinzolli Vallis Randanæ pago in agro Tridentino natus, & Cœnobio Ferrariensi aggregatus, an. 1602. ea in Universitate Theologiæ Lector primarius est constitutus ex Historia Ferrarien. Gymnasii a Ferrante Borsetto elaborata par. 2. lib. 3. Scripsit autem anno 1588., cum Veronæ esset studii Magister,

Compendium librorum de cœlo, & mundo; de anima; ac primorum sex Metaphysicor. Petri Tatareti; quod ms. extat Saxoli supra Mutinam in parva Cœnobii S. Francisci Bibliotheca.

Elogia Evangelistæ Pellei Forciani ex sui Ordinis Ministro Gen. S. Agathæ Episcopi an. 1588. mss. in prædicta Saxoli Bibliotheca, teste Franchino in Bibliosoph. n. 285.

Carmen italicum in laudem Hieronymi Card. de Ruvere Ordinis Min. Conv. Protectoris. Romæ an. 1590. in 4. apud Paulum Diani.

Carmen sapphicum, & phaleucium in laudem Philippi Gesualdi Ordin. Min. Conv. Ministri Gener. Ferrariæ an. 1593. per Victorium Benaccium.

Orationem auspicalem de Theologiæ præstantia dictam ab autore in Gymnasio Universitatis Ferrarien., cum electus esset Theol. publicus, die 3. Novembr. 1602. Ibidem eo anno in 4. per Victorem Baldinum; fertque titulum *Imaginis*.

Orationem in Nativitate Salvatoris nostri J. C. super initium Evangelii S. Ioannis a Galielmo ejus nepote, ejusdemque Instituti Novitio recitatam. Ibidem per eumdem an. 1610. in 4.

Opa-

Opusculum de modo conscribendi Historiam eleganter, quod ms. una cum alio Opusculo

De modo conscribendi epistolas extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. in 8.

Vitam Job versu italico decantatam, teste Ang. Superbo autore coævo in ms. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 112., qui & de eodem agit in *Apparatu illustr.* Viror. Ferrar. par. 1., a quo Waddingus accepit, hausitque Franchinus laudatus. Specimen ejus *poësis italicæ* legitur in Collectione Poëtar. Ferraricn. 1713. facta, cusaque Ferrariæ pag. 263. Joan. a S. Anton. to. 2. exscribit Waddingum.

MMMCVIII. 1619.

PETRUS AQUILANUS = non cognomento *Scotellus*, sed Opus, quod composuit, nuncupatum est *Scotellum*; inquit enim Bartholomæus Pisanus, qui eo tempore vivebat, Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Minorum: *Fr. Petrus de Aquila Doctor, at præfatus Landulfus* (Neapolitanus) *in Theologia Opus, quod Scotellum dicitur, edidit; & aliam Lecturam super Sententias peregit multum pulchram*: Conform. vero XI. par. 2. in provincia Pennensi, ac Custodia, locoque Aquilæ: *de quo fuit Fr. Petrus Magister in Theologia; & fecit Opus super Sententias; abbreviavit Opus Scoti, quod dicitur Scotellum, satis pulchre, & sententiose*. Citat *Scotellum Petri de Aquila* Ludovicus Prutenus in Trilogio animæ an. 1493. edito par. 1. cap. 8. Primus, quod legerim, Bernardinus Busti in Mariali edito anno 1493. par. 1. serm. 4. p. 3. ait, *Petrum de Aquila dictum Scotellum* fuisse. Anno 1334. unus fuit e 5. Doctoribus Ordinis, qui jussu Ministri Gen. die 25. Maji Opus *Galielmi Rubion* Minoritæ in 4. libros Senten. approbarunt, ut initio dicti Operis, in quo habetur tunc temporis fuisse Ministrum Tusciæ, illudque munus adhuc exercebat an. 1336., ut notatum legi in fine cod. 295. f. Biblioth. S. Crucis Florentinæ scam. 26. libri 4. Senten. S Bonaventuræ charactere illius ævi; & anno 1344. factus est *Capellanus*, & familiaris Joannæ Siciliæ, & Hierusalem, Neapolisque Reginæ ex Reges. Regio apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1343. n. 35. Florentiæ contra hæreticam pravitatem factus Inquisitor, exinde an. 1347. creatur Episcopus S. Angeli in Hirpinis, & insequenti ad Triventinam in Samnio Ecclesiam transfertur ex Reges. Pontif. apud Waddingum in Annal. Min., & Ughellum to. 1. & 6. Italiæ sacræ; videturque obiisse circa an. 1370. De eo itidem Waddingus ad an. 1346. n. 4. & 5., & 1343. n. 35.

Comment. in 4. libros Sententiarum extant mss. Parisiis in Biblioth. S. Germani cod. 321. scripta *anno* 1337., ut initio, & fine illius cod. adnotatum legitur. *In tres libros Senten.* ms. extat Florentiæ in Biblioth. Lauren. Medicea plut. 20. cod. 28. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 288. *In 4. librum Sententiar.* pergam. Mediolani in Biblioth. Ambros. ex cit. Catalogo pag. 521. *Comment. in 2. librum Sentent.* incip. *Creationem rerum* &c. *Circa prim. dist. 2. libri quæritur primo, utrum omnia alia a Deo sint ab aliquo sicut a causa effective. Comment. in 3. librum Sent.* incip. *Cum venit plenitudo temporis* &c. *Circa 3. librum Senten. quæritur primo, utrum Incarnatio divina sit possibilis*: utrumque ms. pergam. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci. *Petrus de Aquila super 1. 2. & 3. Senten.* mss. habentur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus Eccles. n. 349. in 4. incip. *Cupientes aliquid* &c. *Circa istum prologum lib. 1. Senten. quæritur primo, utrum Theologia sit de Deo ut de subjecto*. In fine hujus codicis alio charactere, sed antiquo habentur nonnullæ *Quæstiones in 1. lib. Senten.* cujusdam anonymi Scotistæ incip. *Adhuc circa prologum sunt quæstiones istæ q. 4r. utrum Theologia sit speculativa; 2. utrum sit practica; 3. utrum sit simul practica, & speculat.; 4. utrum sit una. Sed quia istæ quæstiones habentur etiam ex aliis, ideo primo quæro istas alias; q. prima est, utrum formalis ratio specul. sit forma positiva, vel privativa*; progrediturque codex usque ad 3. *dist. libri primi Senten.*; hujus ne autoris, vel alterius sit labor, non scio. Item ibid. scam. 6. cod. 54. in 4. parvo post tractatum Nicolai Lyrani contra Judæos habentur tres primi libri Sententiar. ejusdem incip. *Utrum de Deo possit communicari aliqua notitia viatori pro statu viæ* &c: qua quæstione exposita, subditur prologus: *Cupientes aliquid* &c: *Circa istum prologum primi libri Senten. quæritur primo, utrum Theologia sit de Deo* &c. q. 2. *Utrum Theologia sit scientia*: q. 3. *Utrum Theologia sit scientia practica*: quibus præmissis incipit: *d. 1. q. 1. Circa distinctionem primam quær. 1. utrum frui sit actus voluntatis* &c: & in fine librorum habetur: *Explicit Lectura super 3um Sententiarum secundum frem Petrum de Aquila*. Postea sequuntur 4. *quæstiones* de creatione: *utrum creatio activa sit divinum velle*, quæ an ejusdem autoris sint ignoro. Prodiit Opus primo Spiræ anno 1480. in 4. apud Petrum Drach; deinde Venetiis an. 1501. in 4. per Simonem de Luere, quæ editio extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Franc.; iterumque ibi 1584. in 4. typis Hieronymi Zenarii studio Constantii Sarnani Patavii tunc primæ Philosophiæ publici Professoris castigatum cum indice copioso *Guidonis Bartholucci* ejusdem Instituti; postea Parisiis recusum est an. 1585. in 8. m. per Nicolaum Nivellium studio Stephani Novelletii Theologi cum notis margineis, & novis indicibus; & tandem denuo Venetiis anno 1600. in 4. per Joannem Zenarium, estque hæc editio in cit. Ferrariensi Bibliotheca: & Opus incipit: *Quæritur, utrum præter Philosophicas disciplinas sit* &c; quod addititium censeo, & huc aliunde luxatum, traductumque; ultra enim autoritatem relatorum codd. mss. extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. pervetustum ms. in 4. titulum ferens: *Super primum Sentent. Petri de Aquila*: quod incipit: *Cupientes al.* &c. *Circa istum prologum Sent. primi quæritur primo* &c.; estque 2. quæstio in impressis *Scotellis*; at reipsa prologus Magistri Senten. incipit: *Cupientes aliquid*: & ita proculdubio incipere debet hoc ipsum Petri Aquilani Opus, cum ipse *primum* quæstionem dicat, quæ in editis fit secunda ob aliam, quam dixi additam, ac præmissam, quæ forsan ex alio hujus autoris Opere ducta est; nam etiam Pelbartus Temiswar. in Rosario Theolog. an. 1500. scripto sæpe citat Opus editum Petri Aquilani, omittitque eam primam quæstionem, quæ in impressis Operi præmittitur. Porro in 1. d. 13. q. 1. ait Petrus: *ego sum hic cum Deo, & Papa est Romæ cum Deo* &c. perinde ac si scripserit, postquam *Urbanus V.* Avenione Romam transmigravit an. 1367., ibique permansit usque ad an. 1370., neque enim certo mihi constat, an Opus, quod ms. dixi extare in Bibliotheca S. Germani scriptum anno 1337., sit idem cum illo, quod vulgatum est. *Com-*

Compendium super Magistrum Senten. Rodulphius lib. 3. fol. 333. ait incipere: *In ista prima distinctione, quæ est quasi quæstio proœmialis:* quod est Opus sine *proœmio* Magistri Senten.; & fol.332. dicit *aliam Lecturam pulchram, & diu desideratam.* An. 1620. in Capitulo provinciæ Bononien. Min. Conv. Parmæ congregato Præside Jacobo Montanario Generali §. *Commissiones* injunctum fuit P. M. Octaviano Ravennati juniori, ut prælo committi curaret *Opera Scotelli Magistri Octaviani Ravennatis* senioris, ut habent *Acta* ejusdem Capituli impressa Placentiæ an. 1621. in 4. typis Alex. Bazachi. Citat *Opus Petri Aquilani* diversum ab exeuso Antonius Syrrectus in tract. Formalitatum Scoti parte, sive art. 4., Alexander Ariostus in Enchiridio par. 2., Antonius Bituntinus quæst. 1. super epist. 1. Pauli ad Corinthios cap. 9.

Ex his autem, quæ proxime dixi, mendacii, vel insciriæ arguitur Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1320. in *Petro de Aquila*, dum tradit Card. Sarnanum primum huic Petro *Scotelli* titulum an. 1584. indidisse; quando Bernardinus Busti, Pelbartus Temeswar., & Veneta editio, quam dixi, an. 1501. facta longe antequam Sarnanus oriretur, & Daniel Meyerus in decis. ad q. 157., & 183. Magistral. Jo: Scoti a Jo: Colonien. edit. anno 1510., *Scotellum* hunc Petrum appellant. Simili modo exploduntur ea, quæ subdit, unum tantum in Senten. libros *Opus* edidisse Petrum, & Possevinum errasse, hunc autorem doctrinæ Scoticæ scriptoribus insignioribus accensendo, quæ nec attendi merentur, nedum confutari. Corrigendus Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 433., qui cum viderit Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum Ord. Min. sub GG. n. 42. *Comment. Petri de Aquila Parisiensis Baccalaurei super 4. libros Sentent.* incipit. *Principium verborum tuorum veritas* &c. tomis 3. in fol. mss. membr., putavit ex verbis illis *Baccalaureus Parisiensis* hunc a Petro de Aquila Episcopo diversum esse.

M M M C I X.

PETRUS ARAGONIUS filius Jacobi II. Aragonum Regis, & Reginæ Constantiæ S. Ludovici Episcopi sororis uterinæ, ipso S. Ludovico invitante Institutum S. Francisci Barcinone suscepit an. 1358.; & ultra 20. annos nobilitatem generis vitæ sanctimonia superavit. Theologiæ, & Historiæ peritus, poësisque non ignarus scripsit

Poëmata varii generis a Fr. Josepho Anton. Hebrera lib. 1. Chron. Regul. Seraph. cap. 31. n. 291. & seqq. enumerata.

Epistolas graves, quæ in Tabulario Vaticano asservari dicuntur, inter quas habetur una *de vero Pontificatu Urbani VI.*; altera, quæ *ad Carolum V. Galliæ Regem* data est, latine refertur a Waddingo ad an. 1380. num. 27., & hispanice a cit. Hebrera ibidem cap. 38.

Decessit anno 1380., sepultus Valentiæ in Ecclesia S. Franc. in arca lignea: de eo Rodulphius lib. 2., Arturus ad diem 5. Junii, Waddingus in Annal. Min., & Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M C X.

PETRUS DE ARCHAGNANO Mediolanensis, *Notarius* ex monum. Archivi S. Firmi majoris Veronen. Min. Conv. anni circiter 1235., in quibus dicitur *de Archaniago, Civis Mediolanen. in Ord. FF. Minorum professus*; cum contra hæret. pravit. Inquisitoria munere fungeretur, & quosdam hæresis labe conspersos de hæreticorum libro nollet delere, ab ipsis cæsus est in loco *Umbradica Cercii*, quemadmodum tradit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de prov. Mediolani, ac Confor. XI. par. 2. de eadem provincia verba texens; sed legendum *Braida Currgii*, qui locus videtur fuisse prope Portam novam Mediolani ex to. 1. Bullarii Ord. Præd. pag. 195. Est autem *Braida*, vulgo *Braja*, & *Breda* Italis campus, vel ager suburbanus, vel etiam pars agri. Coronatus est an.1248., non 1284., ut numeris transpositis habet Waddingus in Annal. ad eum annum num. 3.; quem cum dicat passum eum *Fr. Catalana*, eum confundit cum *Fr. Petro Paschalis* anno 1321. cum *Fr. Catalano* Fabri in Gallia martyrio coronato. Hujus necis mentio fit in literis Innocentii IV. an. 1254. 5. April. to. 1. Bullar. Ord. Præd. num. 325. Reliquit post se

Varios tractatus, quippe qui non minus pius, quam doctus erat, teste Paulo Morigia de Nobilit. Mediolan. lib. 3. cap. 3., & Abb. Picinello in Athenæo Mediolan., nec non August. Superbo in ma. Catalogo Scriptor. Ord. Min. pag. 110.

M M M C X I.

PETRUS DE ARISTIZAVAL Hispanus prov. Castellæ Reg. Observ. concionator, & S. Officii Qualificator scripsit

Sermones morales, & politicos in canticum Habacuc. Matriti 1649. in fol. typis Regiis per Thomam de Alfay.

Commentaria latina super Josue tom. primum. Ibidem 1652. in fol. ex Biblioth. Hisp. pag. 137., & Joan. a S. Anton. to. 2.

Commentaria in Josue tomis 3. in fol. a superioribus distincta mss. asservantur Matriti in Biblioth. Minor. Regul. Observ., teste eodem Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 434.

M M M C X I I.

PETRUS ARRIVABENIUS Mantuanus sacræ Theologiæ Doctor operam dedit, ut

Margarita Doctorum, seu *de regimine vitæ humanæ* Opus *Joannis Gallensis* Angli Minoritæ typis ederetur Venetiis anno 1498. in 8. per Georgium Arrivabenium, & Lugduni 1511. in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 226.; cui Operi copiosissimam *tabulam* alphabetice dispositam adjecit, ut indicat Gulielmi Astensis epistola Operi memorato præfixa, extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

M M M C X I I I. 1620.

PETRUS AUREOLUS = non de *Verberia*, seu *Vermeria*, ut omnium primus eum dixit Trithemius in Scriptor. Eccles., (quod oppidum diœcesis Suessionen. ad fluvium Ælium, vel Isaram est in *Picardia*); sed provinciæ *Aquitaniæ* alumnus fuit ex autore suppari Bartholomæo Pisano Conform. XI. par. 2. de ea provincia verba faciente; est autem Aquitania Picardiæ opposita; illa Pirenæos montes, & Hispanos; ista vero Belgas attingit; & ad *provinciam Franciæ*, *Custodiamque Rhemensem* Vermeria vulgo *Verberia*, ac Suessio pertinet: in errorem traxit Trithemium, vel si quia alius fuit ante eum, *Petrus de Verberia* Ordinis Vallis Scholarum, qui eodem tempore florebat & ipse Doctor Parisienais; alterque cum alio confusus plures errare fecit. Ejus

Breviarium Bibliorum ms. habetur Lovanii in Biblioth. Canon. Regul. S. Aug. in Valle S. Martini, teste Sandero; Toleti in Biblioth. Conv. S. Joan.

Joan. Regum sub FF. n. 11.; Hispali in fol. membran. in Biblioth. Ecclesiæ; & Salmanticæ in Biblioth. Collegii majoris S. Bartholomæi in fol. n. 254., teste Joan. a S. Anton. *Compendium Bibliorum* extat ms. Patavii *in* Bibliot. S. Antonii Min. Conven., teste Thomasino in Catalogo Biblioth. mss. Patav.; extatque & *ms.* in Bibliotheca Jacobæa Angliæ cod. 511.; denique habetur ms. & Florentiæ apud nostros cod. 362. & 363. in 4. scam. 31. versus Ecclesiam; & compositum fuit *anno* 1319., ut ipsemet indicat versus finem visionem v. Apocalypsis exponens: codex vero Bibliothecæ Tolosanæ descriptus fuit an. 1345., & non Opus eo anno compositum, ut putavit Oudinus. *Compendium literalis sensus Bibliorum* prodiit typis in fol. sine loco, & anno edit., teste Orlando in lib. de Orig., & progr. Typogr. par. 2. pag. 285., quam editionem vidi Florentiæ apud nostros; prodiit & Venetiis an. 1507. in 4. typis Lazari Soardi, ubi Petrus dicitur S. R. E. *Cardinalis*; & ibidem an. 1508. in 4.; Parisiis eodem anno *in* 8.; Argentorati an. 1514. in 4. per Jo: Schottum Argentinensem studio Jacobi Wimpfelingii Seletani Licentiati, qui illud ad Joan Eckium misit; quæ editio habetur in Ferrar. Bibliotheca S. Francisci; Parisiis 1565. *in* 4.; & Venetiis 1571. in 4.; auctum vero tabulis analyticis studio Stephani Novellenici sac. Theol. Doctoris Parisiis 1585. in 8.; Rothomagi 1596., & 1649.; Parisiis 1610. & 1613.; & Lovanii 1647. Hunc librum scribit Michael de Maittaire in Vitis Typographorum fol. 220. magni æstimari.

Postilla super Job, quam quidam attribuit S. Thomæ, ms. extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus Ecclesiam *n.* 359. *in* fol. Incipit prologus: *Sicut in rebus, quæ naturaliter generantur, paulatim* &c.; Opus vero: *Vir erat in terra Hus* &c.: *Quia, sicut dictum est, intentio hujus libri* &c.

Postilla super Isaiam Prophetam ms. ibidem n. 360. in fol. incipit: *Doctrinam, quasi pluviam effundens, & relinquens* &c.

Compendium Theologiæ ms. Patavii *in* Biblioth. S. Antonii, & S. Francisci ex cit. Thomasino hoc titulo: *Compendium sacræ Theologiæ Magistri Petri Aurelii Ordinis Franciscanorum*; & citatur a Pelbarto Temisvar. in Rosario Theolog. to. 2. v. *Conscientia* §. 13., & v. *Abel*.

Commentarii in 4. libros Sententiarum ab autore Joanni XXII. dicati, quod est post annum 1316., crebro citantur a Mayrone, Joan. Baccone, Joan. Canonico, aliisque; habentur mss. Salmanticæ in Bibliotheca Collegii majoris S. Bartholomæi n. 254. in fol. una cum *Breviario Bibliorum* ex Joan. a S. Anton.; Patavii in Antoniana Bibliotheca ex cit. Thomasino, & in Jacobæa Angliæ; extant quoque Florentiæ in cit. Biblioth. S. Crucis scam. 31. versus Ecclesiam, quorum primus *num.* 354. in fol. magno incipit: *Sanctissimo, & vere beatissimo in Xpo patri, ac Dño, Dño Johañi divina providentia Sacrosanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici vestræ universitatis servus inutilis, filiusque indignus Fr. Petrus Aureoli Ordinis Frūm Minorum & ipse minimus pedum oscula beatorum* &c.; finitque: *Explicit Scriptum super primum Sententiarum editum a Fratre Petro Aureoli Ordinis Fratrum Minorum. Deo gratias. Iste liber fuit finitus die jovis in vigilia Sancti Thomæ Apostoli anno Domini* M. CCC. XXX., *& scripsit eum Robertus Bto Dño Remigio de Florentia de pecunia patris ipsius Dñi Remigii de Florentia*. Codex 355. in fol. habet in fine: *Explicit Lectura super 2. librum Sententiarum sub Magistro Petro Aureoli de Ordine Fratrum Minorum Doctore in sacra Theologia tempore, quo legebat Reportata Parisiis Sñas videlicet. Anno Domini* M. CCC. XVIII. Idem secundus liber Senten. extat ibidem cod. 356. in fol., & 357. in 4. magno. Liber vero 3., & 4. Senten. habetur cod. 361. in fol. cum *Quolibetis*; codex 358. in 4. magno continet ejus librum 4. Senten., sed imperfectum: in quibus omnibus dicitur *Fr. Petrus Aureoli Ordinis Fr. Minor. In primum Sententiar.* incip. *Expandit librum coram me, qui scriptus erat intus, & foris* &c., extat ms. incompletum pergam. in fol. in Bibliotheca S. Francisci S. P. M.; cujus initio legitur: *Tabula Petri Aureoli Ordinis Fratr. Minorum super primo Sententiarum*; adjungiturque ms. chart. *Quodlibetum* incipit, *Proposui in animo meo quærere* &c.: & in fine: *Explicit Quodlibet Magistri Petri Aureoli Ordinis Fratrum Minorum*.

In tertium Sententiar. incip. *Ad evidentiam totius distinctionis primæ, & præcipuæ, possibilitas Incarnationis* &c.; & in fine: *Explicit tertius Senten. Magistri Petri Aureoli Archiepiscopi*. Ms. membran. ibidem.

Quolibeta n. 16. incip.; *Proposui in animo meo quærere, & investigare sapientiam* &c.: ita prologus; Opus vero incipit: *Primo igitur quærebatur, utrum in aliqua re formalitas, & realitas distinguantur* &c., habentur mss. pergam. in fol. Asisii post *Quolibeta* Scoti, & ante illa Jacobi Asculani. Horum fit mentio in Inventario Bibliothecæ dicti loci an. 1381. facto banco 1. occiden. Extant quoque mss. Florentiæ in dicta Biblioth. S. Crucis scam. 31. *n.* 361., Venetiis *in* Biblioth. SS. Joannis, & Pauli ex Thomasino in Catalogo Biblioth. Ven. mss., & Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum Ord. Min. sub FF. n. 10. ex Jo: *a* S. Anton. to. 2.; eaque citat Joannes Bacconus in 1. d. 2. quæst. 2. art. 2., & in quæst. 1. prologi Sent. art. 3. Prodierunt Romæ an. 1595. *in* fine 2. *libri Senten.*

Tractatus de x. præceptis habetur ms. Oxonii in Bibliotheca Bodlejana fol. 116. cod. 10. n. 1., al. cod. 2231. n. 10.

Fratris Petri Aureoli Ordinis Minorum in Tholosa tractatus de Conceptione B. Virginis Mariæ ms. extat *in* Biblioth. Augustæ Vindel. ex Indice illius Bibliothecæ pag. 52. n. 13. a Reisero an. 1675. edito; ex quo etiam elici videtur autoris patria nimirum *Tolosa*, quæ ad *Aquitaniam* pertinet. Adducitur hic *tractatus* incipiens: *Nondum erant abyssi* &c., a Jo: Turrecremata de Veritate Concept. V. M. par. 13. cap. 3., & a Capreolo in 3. Sent. d. 3.

Alterum tractatum de Conceptione Virginis contra Gulielmum de Gannato composuit titulo *Repercussorii* incip. *Justificationem meam*. Prodiit cum superiori Lipsiæ anno 1489. in 4., teste Petro de Alva in Sole verit. rad. 263., & col. 1301. Militiæ univ.; ipseque eos iterum vulgavit in *Bibliotheca Virginea* Matriti anno 1648., & in *Monumentis Seraphicis* Immacul. Conceptionis. Duos de hoc mysterio tractatus meminit cit. Bartholomæus Pisanus Confor. VIII., dum dixit: *Fr. Petrus Aureo-*

reoli facundus in Theologia Magister in theologica facultate scripsit plura, & bene; Compendium sacræ Scripturæ edidit, & Postillas, ac tractatus, & specialiter de Virginis Conceptione duos edidit: & S. Bernardinus in suo *tractatu de Conceptione* de horum alterutro scribit: *Quintus Doctor Dominus Petrus Aureoli elucidavit hanc Conceptionem componendo unum pulchrum tractatum magnum, quem vidi in civitate Arimini, de Conceptione Virginis concludendo semper ipsam fore præservatam ab omni peccato*. Ceterum Opusculum, seu *tractatus* hoc titulo, *Repercussorium editum contra adversarium innocentiæ Matris Dei*, quod Petrus de Alva in Sole veritatis rad. 309. scribit esse *Petri Aureoli* anno 1314. Tolosæ scriptum *contra Gulielmum de Gannato Dominicanum* Gallum, Jac. Echard. to. 1. de Scriptor. Ord. Prædicat. pag. 695. contendit esse quidem contra Gulielmum Gannaten., sed non Petri Aureoli an. 1314. scribentis, cum constet Gulielmum vixisse an. 1388., verum Anonymi Franciscani, & forsan *Jo: Vitalis* Hispani, vel *Jo: Alani* Galli.

Explanationem epistolæ S. Bernardi ad Canonicos Lugdunen. incip.; *B. Bernardus*, edidit Petrus de Alva in *Monumentis Seraphicis*.

Sermones de Immaculata Conceptione B. Virginis Tolosæ an. 1514. impressos ait Dupinus sec. XIV.; forsan qui alias 2. *tractatus* dicuntur.

Rosa distinctiones = *Rosa distinctionum Petri Cardinalis* extabat olim Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 28. versus claustrum cod. 719. ex veteri Indice illius Bibliothecæ circa an. 1480. facto; sed nunc desideratur.

Sermones mss. servari in uno cod. una cum Sermonibus *S. Bonaventuræ, & aliorum*, testatur Angelus Rocca in epist. *Sermonibus S. Bonav.* editionis Vaticanæ præfixa an. 1596. Extant quoque Asisii mss. chart. in 4. in Tabulario Conventus S. Francisci hujus *Sermones a* Dominica Sexag. incip.; *Cum turba plurima convenirent, & de civitatibus properarent ad Jesum. Lucæ 8. cap. Dictum est supra Dominica 5. post Epiphaniam in prima declaratione* &c. In eodem codice post festum Commemorationis mortuorum habetur ejus

Tractatus de Baptismo incipiens: *Ad regenerationis Xpi mysterium contemplandum fuit facta quæstio: utrum Baptismus, quo Xpus fuit baptizatus, fuerit ejusdem rationis cum Baptismo, quo nos baptizamur*.

Tractatus de paupertate, seu *de paupere usu* habetur in Firmamento trium Ordinum par. 3. edit. Ven. anno 1513., nec non in Firmamentis 3. Ord. par. 4. fol. 116. edit. Parisien.

Parvus quæstiones scripsit, quas citat autor suppar Jo: Bacconus, in 3. Sent. d. 2. quæst. 0. artic. 1., earumque *tertiam* præ ceteris *exquisite* tractatam dicit. Bartholomæus vero Pisanus Confor. XXXII. par. 1. adducit *Magistri Petri Aureoli Repertionem suam 3. d. 13. quæst. 2.*, forsan leg. *Reportationem*, vel *Repetitionem*.

Tractatum ejus de principiis naturæ citat autor illius seculi Joannes Canonicus Physic. lib. 1. q. 9. §. *4um dubium*, & Franciscus Somson 1. Physic. q. 16.

Extat Assisii in Tabulario, vel Archivo sac. Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. post *Correctorium Gulielmi* de Mara, & Tractatum *de Sphera Joannis de Pekan* hoc titulo: *Computus fratris P. ad Episcopum Claromontensem* incip: *Verbum abbreviatum, quod feci super Computum vobis pater, & Domine, Domine A. Dei gratia Episcopo Claromonten.* Porro *Ademarius*, vel Aimarus fuit Episcopus Claromonten. ab anno 1286. ad 1297.; & *Aubertus*, al. Arbertus ab anno 1307. ad 1328.; *Arnaldus* vero ab anno 1328. ad 1336.: quis horum fuerit, nondum comperi.

Anno 1318. a Joanne XXII. ei potestas facta est legendi Theologiam in Universitate Parisiensi; & anno 1321. m. Febr. ad Archiepiscopatum *Aquensem* assumitur per translationem, promotionemque *Petri de Prato* ad S. R. E. Cardin. dignitatem ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1318. n. 29. & 30., ac ad annum 1321. n. 40.; obiitque insequenti anno, vel certe dignitate abiit, cum ei successor *Jacobus* in ea Metropoli sit datus m. Julio an. 1320. Natalis certe Alexander in Selectis Hist. Eccles. to. 20. cap. 5. art. 0. scribit, obiisse die 27. Aprilis an. 1322., qui quum & dixisset ad *Narbonensem Archiepiscopatum* an. 1321. promotum, de *Aquensi* in Narbonensi Gallia Archiepiscopatu explicandus est. Quibus exploduntur garrulitates, & dicteria blateronis Oudini to. 3. Comment. ad an. 1330., ubi negat Petrum Aureolum fuisse *Minoritam*, fuisse Archiepiscopum *Aquensem*; negat *diploma* Joannis XXII. Cancellario Parisiensi pro eo verum esse, sed confictum affirmat; inficiatur istud haberi apud Waddingum in Annal. Min., uti & ipsius ad Aquensem Ecclesiam promotionem: scribit primum fuisse Card. Sarnanum; qui in edit. Vatic. an. 1595. *confidenter & Archiepiscopum Aquensem*, & *S. R. E. Cardinalem* appellavit; quando multo ante & Bartholom. Pisanus Confor. XI. par. 2. de *provincia Aquitaniæ* scripserat: *habuit illum Magistrum facundum Fratrem Petrum Aureoli, qui luculenter scripsit super Sententias: fecit Compendium Bibliæ, & plura alia: tandem fuit Archiepiscopus Aquensis*: & Sixtus Senensis Ord. Præd. in Biblioth. san. lib. 4., Raphael Volaterranus Anthropol. lib. 21., ac Bernardinus Busti in Mariali par. 1. serm. 4. p. 3. cum auctore Firmam. 3. Ord. Petrum Aureolum *Cardinalem* pronunciaverant; ut omittam Ant. Saxolinum in *Illuminata Conscientia* cap. 14. tract. 3., & alios, ut Marianum, & antiqua Ordinis Chronica apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 7. cap. 32., Jo: Capreolum, & Jo: Turrecrematam Card. ante S. Antonium hunc vel *Cardinalem*, vel *Ordinis Minorum* asserentes. Quæ quoniam plena sunt inscitiæ, oscitantiæ, atque mendacii, non est, cur in homine tam enormiter errante confutando tempus teram, lectoremque moter. Quod sciam, *Cardinalem* omnium prima dixit Academia Lovaniensis an. 1470. in judicio causæ Petri de Rivo apud Carolum de Plessis to. 1. *Collectionis Judiciorum de novis erroribus* par. 2. pag. 271. Jaan. a S. Anton. to. 2. pag. 435., & seq., ut contra Waddingum probet hunc extitisse S. R. E. Cardinalem, plurimos adducit autores, sed nemo antiquior Gonzaga anno 1587. scribente; ego tamen licet antiquiores retulerim, sentio tamen, hanc dignitatem non fuisse assecutum.

MMMCXIV.

PETRUS BALDELLI Fabrianensis vir doctus, & ecclesiastes haud ignobilis ineunte seculo XV. scripsit

Sermones Dominicales, & Festivos ex ms. Hist. provinciæ Marchiæ Hilarii Altobelli.

MMMCXV.

MMMCXV.

B. PETRUS BAPTISTA e vico S. Stephani Abulensis diœcesis Theologiæ studuit Salmanticæ, postea Ordinem Min. Regul. Observ. Discalceat. in provincia S. Joseph amplexus, verbi Dei insignis prædicator evasit: deinde fidei ardore permotus Philippinas Insulas adiens Episcopus Camerinarum delectus est; sed infidelium conversionem sitiens in Japponiam profectus, ibi plures in viam veritatis perduxit; demum cum aliis cruci affixus martyrii coronam reportavit an. 1597. die 5. Februari; eum, & socios Urbanus VIII. annò 1627. in *Beatorum* numerum tetulit. Scripsit

Consultationem moralem Regularem, quæ ms. asservatur Arenis in Conventu S. Andreæ, &

Epistolas plures e carcere datas, & iterato hispane, & latine publicatas. De eo Bollandus, Arturus, Tiburtius Navarrus, Hueber, & Jo: a S. Anton. in utraque Biblioth., & to. 1. Chron. provinciæ S. Pauli lib. 5.

MMMCXVI. 1621.

PETRUS BARAONA = ab autore Biblioth. Hisp. pag. 137. & 138. dicitur *de Barahona* natus in oppido *Villa-hermosa* vallis de Valdiviesso in montanis Burgensibus, & in Cœnobio S. Joannis Regum Toleti anno 1575. ad Ord. Minor. admissus ex Francisco Haroldo, & Petro Salazario. Waddingus de eo agit iterum infra v. *Petrus Varrona*. De eo ad calcem *Quodlibeti Petri Aureoli* ms. Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum sub FF. n. 10. ita legitur: *Petrus Varaona oppidi de Valhermosa apud vallem de Valdivielso cælesti dono, & gratia votatus sacra Ord. Minor. philadelphiæ sociatus, ac Seraphico habitu indutus fuit in hoc S. Jo: Regum insigni Conventu 17. die Octobris anno post Christum natum septuagesimo quinto post millesimum. Vixit ad sexcentesimum, & deinde. Scripsit ista, quæ sequuntur, Opera: tractatum super Missus est; super Ave Maria; de nominibus Christi; de fraternitate; de hospitio FF. Minorum, & symbolo charitatis, & misericordia; de arcano verbo super Epist. B. Pauli ad Hebræos juxta vulgatam editionem, & syriacam interpretationem; de conceptu virginali; super Epistolam B. Apostoli ad Galatas; & super psal.* 86. *Fundamenta ejus*, ex Jo: a S. Anton.; sed ea in nota desunt

Floretum morum sacræ Scripturæ incip. *Mos primus circa præpositiones A, vel Ab*, ordine alphabetico ms. in 4. m. asservatum Matriti apud Præmonstratenses Conv. S. Norberti sub C. n. 29. ex Jo: a S. Anton. to. 3. in append. v. *Petrus Varona*; &

Declarationes super titulos Psalmorum pro Dominicis Quadragesimæ ad vespertinas conciones, quas recenset Waddingus in *Petro Varrona*. Forsan ista scripta sunt post exaratam supradictam notam; clarebat enim adhuc anno 1610. ex cit. Jo: a S. Anton.

Tractatus super Ave Maria prodiit Salmanticæ an. 1596. in 4. apud Jo: Renaut.

De nominibus Christi lingua vulgari.

De arcano verbo, sive *de vivo, omniumque faetivo sermone Dei, atque de concionatoribus ejusdem super illud Apostoli ad Hebr. 4. Vivus est sermo Dei* &c. Matriti an. 1595. in fol. apud Ludovicum Sanchez.

De conceptu virginali latine.

Interpretatio literalis, moralis, & mystica psalmi 86. *Fundamenta ejus, Immaculatæ Conceptioni B. V. aptata*. Salmanticæ an. 1596. in 4. typis Jo: Renaut.

De eo agunt Marracius, & Petrus de Alva in Militia.

MMMCXVII. 1622.

PETRUS BARRON = vivebat an. 1640. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 436. exscripsit Waddingum.

MMMCXVIII. 1623.

PETUS BELLOCHIUS = Jo: a S. Anton. accepit ex Waddingo.

MMMCXIX.

PETRUS BENJUMEA Hispanus prov. Beticæ Reg. Observ. scripsit vernacule

De recta intentione S. Fr. Joannis Marinero in Ministrum Generalem Ordinis impres. in 4. sine loco, & anno.

Super litteras Gregorii XV. de abrogatione Patrum perpetuorum impres. in 4. sine loco, & anno. Extat Hispali in Biblioth. Conv. S. Antonii.

Conciones varias, teste Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCXX. 1624.

PETRUS BERGERIUS = non Gallus, sed Italus, cum Secusa, vulgo *Susa* sit diœcesis Taurinensis, & familia *Bergera* etiam Taurinensis Cabalarii domina an. 1643. Antistitem Taurinen. habuerit Julium Cæsarem ex Italia sac. Ughelli to. 4.; Petrus vero an. 1628. Friburgi cum aliis 3. Magistris Ordinis Minor. Conv. dicitur approbasse librum *Boniti Combassonis*, vocaturque ibi *Exprovincialis*; sed, ut dictum est supra in *Bonito Combassonio*, & *Andrea d' Aleret*, cum nomina illa conficta sint, & minime Conventuales extiterint, nullus dubito, quin huic quoque Opus hoc affictum, confictumque fuerit: illud sane non vidi, cum in Italia rarum sit, vel nullum; illius quidem meminit Franchinus in Bibliosoph. num. 286., sed ex Waddingo.

Librum latinum in gallicum idioma transtulit hoc titulo: *La Suffisance de la camunion sous une espece*: qui prodiit Parisiis an. 1630. in 8.; nisi sit alius, & forsan ille *Petrus Bergeron*, cujus est typis

Relation des voyages en Tartarie de Rubruquis, de Carpin &c., *avec deux traicte des Tartares, & des Sarazins*. Parisiis an. 1634. in 8. De hoc agit & Vernon, & Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCXXI.

PETRUS BERGOMENSIS provinciæ Brixien. Min. Capuccinorum alumnus, vir doctrina, pietate, ac sanctis moribus ornatus decessit Brixiæ an. 1619. ætatis suæ 82., cum scripsisset

Commentaria doctissima *super Regulam S. Francisci Minoribus Fratribus præscriptam, & secundum mentem ejusdem Seraphici Patris* ex autore Bibliothecæ Capuccinor. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 438.

MMMCXXII.

PETRUS BERMUDEZ Hispanus primo *Tertii Ordinis Claustr.* provin. Sancti Michaelis, postea Regul. Observ. provin. Granaten., latine, & græce doctus, Philosophiæ, Theologiæ, ac Juris utriusque peritus, scripsit, teste Jo: a S. Anton. to. 2.,

Opusculum de institutione solemnitatis Præsentationis Deiparæ Virginis ex Chron. provinciæ Granaten. tract. 3. cap. 68. Obiit anno 1643.

MMMCXXIII.

PETRUS BESSONIUS Gallus Drocensis provin. Parisiensis Minor. Capuccin. concionator pius, & evangelicarum virtutum meritis ornatus an. 1598. Aureliani ab hæreticis pro fide catholica martyrio co-

coronatus est; ejusque corpus septimum post annum integrum, incorruptum, ac rubente sanguine conspersum inventum asseritur a Boverio to. 2. Annal. Capuccin. ad eum annum; reliquitque post se

Nonnulla Opuscula, teste autore Biblioth. Capuccin. apud Jo: a S. Anton. to. 2.; sed qualia fuerint, non exponitur.

MMMCXXIV.

PETRUS BESPTIUS patritius Mediolanensis, & illustris Jurisconsultus in patria primum, postea & Papiæ Juris civilis Lector primarius circa annum 1437. obiit Mediolani in Ecclesia S. Francisci prope pulpitum humatus; cum scripsisset, referentibus Morigia, Ghilino par. 2. Theatri Vir. illustr., & Picinello in Athen. Mediolanen.,

De appellationibus.

Repetitionem in l. Recoujuncti.

De legatis lib. 3., & *alia*.

Paulus Morigia, quem dixi, de Nobilit. Mediolan. lib. 3. cap. 1. scribit, extitisse *Minoritam Conventualem*, ejusque mentionem egisse Philippum Decium, Jasonem, Catelanum Cottam de Juris peritis, & M. Mantuam de Vir. illustr., teste cit. Abb. Philippo Picinello; qui tamen de Instituto Regul. silent; quare vereor, aut Morigiam lapsum, aut eum 3. *Ordinis* S. Francisci institutum potius in seculo tenuisse; ni velint, & prope mortem, ut plures fecerunt, etiam *Minorum* Ordinem esse professum, ut de Baldo Perusino traditur.

MMMCXXV.

PETRUS BETANCIUS Hispanus Regul. Observ. anno 1542. cum aliis missus ad Americanos in Christi fide instruendos, Guatimalæ in Mexicano regno populos erudire sategit, omniumque primus Europeorum illius gentis linguam tenuisse fertur, & *ediscendæ præcepta literis hispanicis* consignasse ex Annal. Min. to. 18. ad eum annum num. 22.

MMMCXXVI. 1625.

PETRUS DE BLASSACO = Engolismensis diœcesis oppido in Aquitania provincia, & Custodia Burdegalensi. Jo: a S. Anton. hic exscripsit Waddingum.

* PETRUS BONAVENTURA, quem hic recenset Jo: a S. Anton. ex Bibliotheca Telleriana, est P. Mag. *Bonaventura Manenti*, de quo suo loco.

MMMCXXVII.

PETRUS A S. BONAVENTURA Hispanus Strict. Observ. Discalceat. prov. S. Joseph alumnus cum esset Guardianus Manilensis Cœnobii prov. S. Gregorii in Philippinis Insulis, typis mandavit

Dictionarium hispanicum tom. 2. in fol. Pilæ an. 1613. typis Thomæ Pimpin, teste Jo: a S. Anton. to. 2.

Dictionarium illarum Insularum. Ibidem, teste Fr. Anton. de Llave in Chron. prov. S. Gregorii trien. 14. indice ultimo.

MMMCXXVIII. 1626.

PETRUS A S. BONAVENTURA = & *Sepulveda* Regul. Observ. edidit

Jornada de l' Alma a Dios. 1614. in 16. ex Biblioth. Hisp. *Iter Animæ*, inquit Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXXIX.

PETRUS BONTERIUS Gallus una cum Joanne Verriero Presbytero circa initium seculi XV. conscripsit

Historiam de Insulis Fortunatis, vulgo Canariis primum per Joannem Betancurtium Gallum ex Normannia sub auspiciis Regis Castellæ subactis circa an. 1402. gallico sermone; quam in publicum editam cum notis, ac commentariis utilibus ad ejus confirmationem, ac terrarum hactenus incognitarum per Gallorum, aliorumque navigationes detectarum elucidationem literis mandavit Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1417. n. 13. ex Mariana, aliisque scriptoribus: & sane legitur: *Historie della premiere descoverte, & conqueste des Canaries &c. de Pierre Bontier, & Jean le Verrier mis en lumiere per Galien de Bethencourt*. Parisiis anno 1630.

MMMCXXX.

PETRUS BONUS Mutinensis scripsit

Sermones, qui mss. olim extabant Bononiæ in Bibliotheca S. Francisci juxta veteris illius Bibliothecæ Catalogum anno 1421. confectum, qui adhuc asservatur in ejusdem Cœnobii Tabulario.

MMMCXXXI. 1627.

PETRUS AD BOVES = gallice *Aux boeuf* Theologus Universitatis Parisiensis, & ecclesiastes eximius floruit anno 1390. usque ad 1430., & ultra; fuitque a sacris Confessionibus Isabellæ Stephani Ducis Bavariæ filiæ, & Caroli VI. Galliarum Regis uxoris; anno 1404. Parisiis coram Rege *Orationem* celebrem habuit pro Universitate ejusdem urbis contra Carolum de Savoisy, cujus Orationis meminit Anonymus Sandionysianus autor coævus in Vita Caroli VI. lib. 24. cap. 8.; & anno 1406. similiter Parisiis *Concionem* habuit mense Novembri in Conventu Cleri Gallicani *de subtrahenda Petro de Luna dicto Benedicto XIII.* obedientia ex Hist. Universit. Paris. to. 5. pag. 133.

Sermones in celeberrimis Lutetiæ Paris. Ecclesiis habiti prodierunt Lugduni an. 1530. in 4. apud Jacobum Marescal studio *Fr. Joannis Lagreni* Minoritæ, deinde Parisiis an. 1521. apud Jodocum Badium Ascensium, deinde Antuerpiæ an. 1643. in 4. apud Guillelmum Lesteenium cura F. *Sebastiani Bollande* Minoritæ, qui eosdem correxit, & ad omnium utilitatem adaptavit, teste ipsomet Waddingo infra in *Sebastiano Bollande*: extantque mss. Paris. in Biblioth. Colbert. cod 2452.; & in tres partes dividuntur, in prima sunt *Sermones adventuales*; in 2. *Sermones a Septuagesima usque ad diem Paschæ*; in 3. *Sermones a die Paschæ usque ad Adventum, & de Sanctis*

Oratio ad Carolum VI. Regem, forsan de qua supra, ms. asservatur Parisiis in Bibliotheca Regia, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 439.

Sermones duos de Immaculata Conceptione citat Ferdinandus Salazar de Concept. Virg. cap. 42. sec. XVI., vocatque *Franciscum Petri ad Boves*

Comment. in 1. *Senten.* mss. asservari Asisii, scribit Waddingus, sed non edisserit, ubinam locorum: in nostra sac. Conventus Bibliotheca ego non reperi.

Petri ad Boves quædam mss. habentur Parisiis in Biblioth. S. Victoris ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1374.

Agunt de hoc viro Willotus in Athenis Francisc., & Ludovicus Baillius in Biblioth. concionat. par. 3. cap. 86., nec non Oudinus to. 3. Comment. ad annum 1390.

* PETRUS BURETIUS Belga Montanus = V. *Petrus Montanus*: ita enim hunc nonnulli vocant.

MMMCXXXII.

PETRUS BURGENSIS, cujus

Ser-

Sermones arboris mss. pergam. Viennæ extant apud nostros ex Indice apud SS. Apostolos in Ordinis Archivo asservato, & anno 1593. confecto.

MMMCXXXIII. 1628.

PETRUS CABEZUDO = Reg. Observ. scripsit latine *libras* x. ms. in 4.; extantque in Biblioth. Conventus S. Ludovici, ubi fuit Guardianus, teste Fr. Francisco Velasquez in ms. Historia illius provinciæ Angelorum asservata Hispali, ubi narrat, hunc ad *Episcopatum Chilensem* assumptum fuisse. De eo Nicol. Anton., & Coronellus. Jo: a S. Anton. *Petrum Ximenez* ab hoc diversum facit, quem scripsisse dicit

Relationem provinciæ Burgensis.

MMMCXXXIV.

PETRUS CALANNA Thermensis provinciæ Siciliæ Min. Conv. sacræ Theologiæ Magister edidit latine

Orationem funebrem in exequialibus Philippi II. Hispaniarum Regis an. 1598. *defuncti*.

Orationem alteram in obitu ejusdem Philippi II. Regis italice ex Felice Ciatto apud Franchinum in Bibliosoph. n. 287.

Philosophiam veterum, scilicet Platonicam, Scepticam &c. *ad Bernardinum de Cardines Siciliæ Proregem*. Panormi an. 1599. in 4. typis Joan. Antonii de Franciscis, quam vidi Bononiæ, & Florentiæ apud nostros. Philippus Cagliola in Hist. provinciæ Siciliæ Min. Convent. explor. 3. manif. 2. de *Conventu Thermarum* disserens vocat *Platonicum subtilissimum Philosophiam seniorum* edidisse; *quam Platonicis imbutam dogmatibus ad fidei veritatem poeticas aperiendo fabulas, & antiquorum Philosophorum paradoxa reseranda mirabiliter, & ingenioso acumine redegit*. Obiit in patria die 19. Januarii 1606., & in Ecclesia sui Cœnobii seorsum ab aliis humatus ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, & Corunel. to. 7. Biblioth. univ. n. 237., & ex Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCXXXV.

PETRUS A CALATIA Neapolitanæ provinciæ Min. Capuccinorum concionator ductus, & poeta eruditus typis dari permisit

Epigrammata varia moralia, & alia carmina. Neapoli 1648. apud Octavianum Beltramum.

MMMCXXXVI.

PETRUS CALDERINUS, al. Calderonus Messanensis Siciliæ provinciæ Min. Conv. sacræ Theologiæ Doctor, qui electus Episcopus Antiochensis obiit an. 1440. die 24. Novembris ex Rodulphio lib. 2. fol. 280., & Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 62.; & in Ecclesia S. Francisci Messanæ sequens accepit epitaphium a Georgio Gualterio relatum in Tabul. Sicil. pag. 83.

Hic jacet R. Pater, & Dominus Calderonus Episcopus Antiochensis electus, qui obiit anno Domini MCCCC. XL. XXIV. *mensis Novembris. Cujus anima requiescat in pace*.

Commentaria super Oseam Prophetam scripsit, teste supracit. Cagliola explor. 3. manif. 1. pag. 58. & Jo: a S. Anton. to. 2.

1629.

PETRUS CALO = etiam Gerardus Jo: Vossius hunc facit *Minoritam*, citatque Leandrum Albertum, qui tamen eum fuisse dicit *Ord. Prædicat.*; ac floruisse anno 1300., uti & S.Antoninus Chron. par. 3. tit. 23., & Petrus de Natalibus in Catalogo SS., qui paulo post obitum hujus scriptoris exaratus est; quare Vicelius in errorem traxit Possevinum, & Vossium, sed non Bollandum in præfat. generali ad Vitas SS. cap. 1. §. 4., qui ex mss., & antiquis autoribus *Ord. Prædicatorum* extitisse cognovit.

MMMCXXXVII.

PETRUS DE CAMPIS Gallus natione primo Regul. Observ., postea Capuccinus prov. Parisiensis iterato sepulchrum Domini visitans, & hæreticos acerrime ubique insectatus scripsit latine

De controversiis fidei contra Calvinistas: obiitque Bruxellis anno 1589. ex autore Bibliothe. Capuccinor. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXXXVIII. 1630.

PETRUS DE CAMPOPOLITO = Joan. a S. Anton. accepit a Waddingo.

MMMCXXXIX. 1631.

PETRUS DE CANADA = de Cañedo Salmanticensis, S. Officii Compostellæ Consultor edidit

Compendiolum de Sacramentis. Salmanticæ 1592. in 8. typis Renaut, teste Jo: a S. Anton. to. 2., vernaculo sermone ex autore Biblioth. Hispan.

Directorium Curatorum laudatum in Catalogo Scriptorum prov. S. Jacobi, teste eodem Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 441. Meminit ejus & D. Ægidius Gonzalez in lib. *de Ecclesia Salmantina*.

* PETRUS DE CANDIA = V. *Alexander V.*

MMMCXL.

PETRUS DE CANNETO, quod est oppidulum ducatus Mantuani versus Cremonam ad ostium fluminis Clusii in Ollium flumen se exonerantis, provinciæ S. Antonii; Venetæque alumnus e latino in idioma italicum vertit

Vitam Seraphici Patris Francisci a D. Bonaventura compositam, quæ prodiit Venetiis an. 1522. per Gregorium de Gregoriis in 4. die 13. Aprilis hoc tit.: *Legenda de Sancto Francesco composta per el Serafico Sancto Bonaventura, & redacta in vulgare per el Venerabile Patre Frate Pietro da Caneda*. Extat in Cœnobio Min. Observ. Arceruptæ prope Verunam, & Minor. Reformat. S. Mariæ Gratiarum de Arca, testibus Anonymis Venetis in *Diatriba hist. chronol. crit. de gestis, & scriptis S. Bonaventuræ* par. 2. pag. 81. An autem sit eadem versio, atque illa, quæ prodiit Mediolani an. 1477. in fol. per Antonium Zarottum ex Maittaire in Annal. Typogr. to. 1. par. 1. pag. 384., Orlando de Orig. Typogra. pag. 101., & Saxio in Catalogo libror. Mediolan. pag. 561., & ibidem an. 1480. apud Philippum de Lavania Mediolanen. ex cit. Saxio pag. 572., & postea alibi, incompertum habeo.

MMMCXLI.

PETRUS CANNUTIUS Potentinus in Lucania provinciæ Neapolitanæ Min. Conv. in facultate Musices valde exercitatus latine composuit

Opus de Musica titulo: *Incipiunt regulæ florum Musices editæ per venerandum Patrem Fratrem Petrum de Cannutiis Potentinum Ordinis Minorum collecta ex visceribus multorum Doctorum, & maxime Severini Boetii, Guidonis, Pitagoræ, Aristoxenis, Metri Remigii, Franchini, Marchetti Mantuani, Fratris Bonaventuræ de Brixia, Tintoris, & nonnullorum aliorum, quorum nomina brevitatis causa non citamus*: in cujus fine legitur: *D. Johanni de Medicis T. S. Mariæ in Dominica Diac. Card. dig. impressum est Florentiæ apud plateam Dominorum per Bernardum dictum Zucchettam* &c. MD. X. in fol. par-

parvo. Extat Romæ in Bibliotheca S. Mariæ Aræcæli, & ms. in nostra Musices Bibliotheca Bononiensi. Adducitur ab autore *Floris angelici* an. 1547. impressi cap. 33., & 34.

MMMCXLII.

PETRUS CAPONSACCUS a Joanne a S. Anton. to. 2. mendose dictus *Caponsacohias*, de Pantaneto Aretinus patritius, quæ nobilis familia jam extincta est, vivebat anno 1586., typisque tradidit

Observationes in Cantica Canticorum, & Apocalypsim. Florentiæ an. 1571. in 4., & 1586. in fol., teste Jacobo Le Long to. 2. Biblioth. sacræ fol. 666., & ex eo cit. Jo: a S. Anton. Possevinus to. 3. Appar. sac. pag. 45., ommisso Regulari Instituto, habet: *Petri Caponsacchi de Pantaneto Aretini in Joannis Apostoli Apocalypsim observatio ad Selymum II. Tartarum Imperatorem. Floren.* 1572.; ita & Simlerus in Biblioth. Gesner. pag. 555., & Daniel Gerdesius in Floril. pag. 51., unde liquet editioni 1586. additas fuisse *Observat. in Cantica Canticorum*.

MMMCXLIII. 1632.

PETRUS CAPULEUS = Cortonensis patriâ provinciæ Tusciæ Min. Convent. Theologus insignis, quem Rodulphius ejus æqualis lib. 2. fol. 265. in Cust. Aretina laudat ab ingenii felicitate, vitæque probitate; rectis Veneto, Bononiensi, ac Romano S. Bonaventuræ Gymnasiis, ad Cupersanen. in Apulia Ecclesiam a Paulo V. anno 1605. assumitur; quam Sedem cum ad 20. annos feliciter rexisset, ibidem cessit ex hac vita anno 1625. die 24. Junii in S. Francisci Sacello *a se* in Cathedrali ædificato sepultus, ut legitur apud Ughellum to. 7. Ital. sac. in Cupersan. Episc. n. 34.

Comment. in primum Senten. D. Bonaventuræ librum prodiit Venetiis anno 1622. in fol. per Joannem Guerilium ad Alexandrum Card. Perettum missus.

Comment. in secundum Senten. D. Bonaventuræ librum ibidem anno 1624. in fol. D. Antonio Patavino dicatus ex Theulo in Triumpho Seraphico apud Franchinum in Bibliosoph. n. 288., Ierrinca, Coronel. to. 7. Bibl. univer. col. 1405., & Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCXLIV. 1633.

PETRUS CASCALES = florebat anno 1580. De eo Nicolaus Anton., & Petrus Gonzalez in Hist. Dominæ nostræ de Saliceto cap. 22. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXLV. 1634.

PETRUS DE CASTILLIONE = prov. Mediolanen. Min. Convent. sacræ Theologiæ Magister. Jo: a S. Anton. accepit ex Waddingo.

MMMCXLVI. 1635.

PETRUS DE CASTROBEL = Hispanus ex Majorica Legionensis diœcesis oppido Minor. Conv. Philosophus, Theologusque præstantissimus anno 1491. confirmatus fuit Minister provinciæ Aragoniæ in Capitulo Generali Asisii die 22. Maji ex Regesto Ordinis, ubi dicitur *Magister Petrus de Castrovol*. Edidit

Comment. super Symbolum S. Athanasii, cujus vetus editio in 4. sine anno reperitur in Extremadura in Bibliotheca Cœnobii Brocensis S. Mariæ de luce prov. S. Gabrielis sub A. n. 162. in calce habens: *Tractatus super Psalmum: Quicumque vult: per R. in Christo Seraphici Ordinis Fr. Petrum de Castrovol in sacra pagina Magistrum compilatus, rursus Tolosæ revisus, fideliterque examinatus Pampilone impressus fuit*. Incipit: *Quamvis mihi laboriosam* &c.

Commentum super libros Iconomicæ secundum translationem Leonardi Aretini incip. *Et quia rogasti me*. Pampilone 1496. in fol. apud Gulielmum de Brocario.

Comment. in octo lib. Politicorum secundum eamdem translationem incip. *Requisivit me* &c. iisdem typis in fol. eod. anno. Hoc Opus, uti & superius refertur ab Orlando de Orig. & progr. Typogr. par. 2. pag. 273.

Super libros de cælo, & mundo incip. *Cogit me charitas* &c. editio antiqua an. 1488. in fol. sine loco extat Hispali in Biblioth. Ecclesiæ.

In libros de generatione, & corruptione incip. *Te servire me cogit* &c. in fol. eodem anno extat ibidem.

In libros metheorum in fol. eodem anno, ibidem habetur

Super libros de anima pariter in fol. eodem anno extat ibidem

Super libros parvos naturales Aristotelis in fol. extat ibidem, cujus in fine legitur: *Præclarissimi Doctoris, ac in provincia Aragoniæ Fratrum Minorum Ministri meritissimi Fratris Petri de Castrovol Professoris eximii Opus perutilissimum super totam Philosophiam naturalem secundum novam, excellentemque Leonardi Aretini translationem feliciter explicit. Quod in nobili civitate Ilerdensi impressum est summa cum diligentia anno salutiferæ Incarnationis Domini nostri Jesu Christi* 1489. 12. *die mensis Novembris*.

Super libros Ethicorum impres. an. 1489. in fol. per Henricum Botel extat pariter Hispali; ejus titulus est: *Incipit scriptum, seu Commentum super libros Ethicorum Philosophi Aristotelis factum per Fratrem Petrum de Castrovol Ordinis Fratrum Minorum, ac sacræ Theologiæ Magistrum natione Hispanum de regno Legionensi, & de villa vocata Majoega; quod quidem scriptum, seu commentum factum est super novam translationem Leonardi Aretini*: incipitque: *Proposui hoc opus formare* &c.

Opus Formalitatum impres. an. 1468. (forsan leg. 1486., vel 1498.) sine Typographo, & loco habetur in urbe Pacis Augustæ, vulgo *Badajox* in Biblioth. Minor. Regul. Observ. sub N. num. 35., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 441., & seq., qui hæc omnia se vidisse testatur.

MMMCXLVII. 1636.

PETRUS DE CETINA = vivebat anno 1650., scripsitque hispano idiomate. De eo Nicolaus Antonius, Teisserius, & Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCXLVIII.

PETRUS CHAMBON Gallus provinciæ Turoniæ Doctor, & concionator eximius, ac provinciæ Burgundiæ S. Bonaventuræ præcipuus Reformator Congregationis *Coletanorum*, cujus & *Vicarius*, sive moderator anno 1480. fuit; hujus in Firmamentis trium Ordinum edit. Parisien. an. 1512. par. 5. ad calcem legitur:

Opusculum per modum Epistolæ anno 1485. *Fratribus sub provisione D. Eugenii PP. IV., & Constantiensis Concilii viventibus* missæ, incip. *A cunabulis meæ conversionis* &c.; qua plura mala ex divisione in Ordine S. Francisci exorta deplorat. Publicavit hoc Opusculum etiam Casimirus Biernaki in fine sui *Speculi Minorum*. Scripsit quoque

Con-

Contiones, quas neque vulgatas unquam legi, neque si adhuc mss. extent, deprehendi. Meminit ejus Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 29. ex Mariano, & Monumentis Ord., & Firmamentis in Memoriali Ord. Min. sub 37. Ministro Generali, & literæ Francisci de Ruvere Ministri Generalis an. 1467. datæ apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1472. num. 25.

M M M C X L I X. 1637.

PETRUS CHAMPOLINUS = provinciæ Aquitaniæ concionator magnæ virtutis, cujus

Expositio Regulæ, prodiit deinde Parisiis 1651. in 8. ex Jo: a S. Anton. De eo legendus Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin.

M M M C L.

PETRUS DE CHERIACO Parisiis anno 1428. *Lector sacrorum Bibliorum* erat, & *concionator*, cumque pro concione ea dixisset juxta Pontificia Regularium Mendicantium privilegia, quæ Parochorum Sacerdotum potestatem imminuere viderentur, minus illis probatus fuit, sed & ad Universitatis tribunal, & Judicium delatus, ut refert Carolus de Plessis in Collect. Judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1428.; nescio an hujus sit sequens

Principium Bibliæ fratris Petri Biblici Paris. Ord. Min. incip. *In principio creavit Deus cœlum, & terram. Gen. 1. Vas electionis, & Doctor Gentium beatissimus Paulus usque ad 3. cœlum raptus* &c., quod extat ms. Asisii in Biblioth. Conventus S. Franc. in fine sermonum *F. Antonii Hispani* Ord. Min. in 4. chartac. 300. circiter annorum: illud certo constat, eum

Conciones composuisse, easque Parisiis habuisse.

M M M C L I.

PETRUS CHISTMANNI Germanus provinciæ Argentinæ, sive Germaniæ superioris alumnus, & ecclesiastes suo tempore clarus, nec non quorumdam sui Ordinis Cœnobiorum moderator scripsit

Tractatus, & Sermones plures; obiitque anno 1484., teste Nicolao Glabsperger in Chronicis mss. provinciæ Argentinæ apud autorem Supplementi Annal. Min. Waddingi ad eum annum n. 4.

M M M C L I I.

PETRUS CIANNOLIUS Mutinensis Capuccinus concionator, & Francisci Estensis Ducis Mutinæ intime familiaris, & a Confessionibus, consilio prudens, doctrina, ac morum integritate præstans scripsit vulgari idiomate

Librum epistolarum tam moralium, quam spiritualium cujuscumque generis. Parmæ anno 1649. in 4. apud Marium Vignam.

Ideam Principum Christianorum exhibitam in vita, & gestis B. Beatricis Estensis; quam dicavit Reginæ Hispaniarum. Mutinæ an. 1650. in 4. apud Julianum Cassanum.

Vitam B. Contardi Confessoris ex familia Estensi, cujus corpus requiescit in oppido ducatus Mediolanensis. Ibidem 1648. in 4. apud eumdem ex autore Biblioth. Capuccin. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M C L I I I. 1638.

PETRUS CITUS = a Dionysio Genuen. in Biblioth. PP. Capuccinor. dicitur a *Martina* Apuliæ oppido, concionator celebris, & artium liberalium, poeticesque in primis peritus; idemque cum *Petro a Martina* a Waddingo infra relato, cujus est

Historia de B. Virgine Hydruntina edita Licii an. 1645. typis Petri Michaelis, & Nicolai Francisci Brusti. De eo Marracius, Toppius, ac Jo: a S. Antonio.

M M M C L I V.

PETRUS DE COLLANTES Moria Hispanus prov. Granaten. Reg. Observ. Lector emeritus, & S. Inquisit. Censor publicavit a se habitam

Concionem de inventione S. Crucis. Granatæ an. 1624. in 4. per Blasium Martinez, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 443.

M M M C L V. 1639.

PETRUS A COLLE = magnus Philosophus, Theologusque, nec non insignis verbi Dei prædicator dicitur ab antiqui scriptoribus apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 2. cap. 22., Rodulphium lib. 3., aliosque post istos: florebat anno 1440.

Opus *de autoritate Concilii* incipit: *Regnavit Ecclesia* &c., teste Trithemio apud Jo: a S. Anton. to. 2.

Sermones varios = hujus forsan sunt *Sermones tam de tempore, quam de Sanctis inscripti: Thesaurus novus docti cujusdam Theologi, acri judicio, & summa diligentia a supervacaneis, & mendis repurgati*; qui prodierunt Parisiis an. 1539. in 8. ex Officina Ambrosii Girault, & iterum ibidem anno 1551. apud Hieronymum, & Dionysium Marnef denuo recogniti in 8. *Quadragesimales sermones thesauri novi a docto quodam Theologo recogniti* prodierunt Parisiis 1546. in 8. apud eumdem Ambrosium Girault. Horum autem autorem esse Franciscanum late ostendere curavit Petrus de Alva in *Pleyto de los libros* litig. 1., & post eum Jo: a S. Antonio to. 3. pag. 13. n. 154. Prodierat *Quadragesimale* primo Argentinæ 1493., postea Norimbergæ 1496. in fol.; longe post Parisiis 1572., & 1573. volum. 3. in 8. typis Francisci Regnault, mox ibidem 1574. typis Hieronymi de Marnef in 8., tandem Lugduni 1575. & 1576. in 8. typis Guillelmi Rovillii nomine *Petri Paludani*, sed per errorem, cum enim autor citet Simonem de Cassia, Thomam de Argentina, Petrum de Candia, & decretum Concilii Basileen. de V. Mariæ Conceptione Paludano omnes posteriores, lucei illius esse non posse, ut & recentea autores Bibliothecæ Dominicanæ to. 1. fol. 607. ingenue fatentur. *Sermones de Sanctis* cusi fuerant antea Argentinæ 1485. in fol., & *Sermones de Tempore* paulo post ibidem 1491. typis Martini Flach sub nomine *Thesauri novi Doctoris, & Prædicatoris famosissimi*. Horum autoria cum laude meminit Ludovicus Bail Abbavillæus Theologus Parisiensis par. 3. suæ Bibliothecæ concionatorum cap. 81 illis verbis: *quicumque fuerit, non immerito locum suum obtinet in Catalogo nostro, cum plerasque conciones perspicuitate, doctrina, & partitionum utilitate insignes verbi Dei præconibus subministret, ut propterea pluries luce publica donata fuerint*: ut ut gravins de eo censuerint citati autores Bibliothecæ Dominicanæ, eo quod suis asserere nequiverunt.

* PETRUS A CONCEPTIONE = V. *Petrus de Alva, & Astorga*.

* PETRUS DE CORBARIO = V. *Petrus Roynalducci*.

M M M C L V I.

PETRUS DE CORNIBUS Gallus Min. Convent. alumnus Conventus *Elnensis* diœcesis Eduensis in provincia Burgundiæ ex Waddingo ad an. 1296. n. 15.,

15.; *Doctor Parisiensis* suo tempore clarissimus ex Rodulphio lib. 3. multa scripsit, quæ tamen desiderantur; fuitque præceptor Jacobi Hugonis, & Joannis de Geona virorum doctissimorum ex Gonzaga par. 3. & 4. Simon Fontanus Gallus ejusdem Instituti, eodemque tempore scribens in *Catholica* suorum temporum *Historia* lib. 16. tradit, obiisse anno 1542. die 22. Maii Parisiis, ac summis cum laudibus extollit in Theologia *Doctorem famosum* appellans, scientiæ incomparabilis, assiduæque prædicationis; quo vivente, Lutherani Parisiis suam disseminare hæresim non valuerunt: in ejus obitu ea populi frequentia honoratum dicit, ut nec ipsi Reges majorem obtineant; decoratum insuper pluribus *epitaphiis* græcis, atque latinis ab omnibus viris doctis usque ad ipsorum hæreticorum invidiam; ac reliquisse

Sermones, concionesque varias; nec non

Lectiones plenas summa eruditione; quas singulis diebus habere consueverat.

In fronte *Reportatorum Petri Tatareti super quæstiones Quolibet. Scoti* Parisiis anno 1519. impressorum per HH. Bertholdi Rembolt, & Petri Gromors legitur *epigramma* doctum *Fr. Georgii de Raya* Minoritæ *ad R. P. Magistrum Sententiarum Fr. Petrum de Corribus Minoritanum divinæ Philosophia Baccalaureum*; quod legitur etiam in edit. Neapol. an. 1579. a Constantio Sarnano typis Salviani curata. De eo Jo: a S. Anton. to. 2., sed nude ex Rodulphio.

MMMCLVII. 1640.

PETRUS CORREA = Lusitanus, *Maurensis* in Betica veteri oppido, provinciæ Algarbiorum Reg. Observ. celebris ecclesiastes, & S. Inquisitionis Eborensis Deputatus stylo vernaculo edidit

Triumphorum Ecclesiasticorum partem primam, de Sanctis conciones. Ulyssipone 1617. in 4. per eumdem Craesbeeck ex Jo: a S. Anton., & Eboræ 1613. in 4.

Triumphorum ecclesiasticorum partem secundam, conciones de Christo, & B. Virgine continentem. Eboræ anno 1627. in 4. per Emmanuelem Carvalho ex eodem.

Sermonem de S. Francisco anno 1617. typis excusum ex Triumpho eccles., ut puto, desumptum, quem citat Octavius Ringhieri Episcopus Asisias in sua Apologia cap. 6.

Triumphos Sanctorum = *Triumphos Seraphicos*. Eboræ 1623. refert autor Biblioth. Hispan. pag. 149., diversum ne Opus ignoro; sed cum editio eodem loco, & anno sit facta, facile est, ut sit idem Opus.

Concionem habitam in solemni actu fidei. Eboræ 1627. in 4. per eumdem Carvalho. Ajunt obiisse anno 1630.

MMMCLVIII.

PETRUS CORREA Hispanus prov. Angelorum Reg. Observ. concionator, & Historicus obiit an. 1636. ex Jo: a S. Anton. to. 2., qui addit memorari a Guadalupe in Chron. provin. Angelorum lib. 10. cap. 10., & contra Waddingum autorem supparem putat esse diversum a superiore, sed non satis probat, quia potuit de una provincia ad aliam transiisse, ut de pluribus aliis invenitur. Cum esset Guardianus Cœnobii Constantinæ, edidit hispanice

Speculum vitæ ex tragicis exemplis confectum. Ulyssipone anno 1639. in 8. apud Anton. Alvarez.

De fundatione Conventus S. Mariæ Angelorum ejusdem provinciæ impres. ab anno 1596., teste autore Catalogi Scriptorum dictæ provinciæ apud Matritense Ordinis Archivum.

Historiam provinciæ Angelorum, ac gesta quorumdam Ven. Fratrum ejusdem provinciæ ms. in fol. Hispali in Archivo Conventus S. Antonii; uti & sequentia

Compendium historicum originis Conceptionistarum ms. in 4. vulgari idiomate incip. *Poco mas*.

Medicinam mortis, ac tentationum remedia. ms. vernacule

Dictionarium locorum antiquorum Hispaniæ. ms. sermone vernaculo

Chronologiam Imperatorum, ac Regum mundi etiam hispanice ms.

De amplitudine domus, de Bejar, ac stemmatibus gentis de los Zuñigas. ms.

De nobilibus stemmatibus Hispaniæ decades. ms.

Nosocomiam mundi adversum vitia amplectentes ms.

MMMCLIX. 1641.

PETRUS CRABBE = Belga Regul. Observ., cujus

Concilia œcumenica prodierunt etiam auctiora Coloniæ anno 1551. tomis 3. in fol. per Jo: Quentel, quæ editio extat Bononiæ in Biblioth. S. Francisci; & anno 1565. Laurentius Surius ad 4. tomos adauxit, & postea alii ad plures tomos. De ea Valerius Andreas in Biblioth. Belgica, & Petrus de Alva *principio* 18. R. Alphabeti Principium.

* PETRUS CRATEPOLA, al. Cratepolius = V. *Petrus Marsæus*.

* PETRUS CRETENSIS = V. *Alexander V.*

MMMCLX. 1642.

PETRUS DE CRUCE = de Portugallico in Lusitania Min. Conven. sac. Theologiæ Doctor an. 1488. declaratus est Veneti Gymnasii *Regens*, ut ajunt; & an. 1491. Mediolanensis ex Actis mss. Comitiorum Generalium Cremonæ, & Asisii coactorum, ubi dicitur *provincia Portugalliæ*; anno 1492. aggregatus est Conventui Genuæ instante Ludovico Duce Bari ex Reg. Ordinis tit. *prov. Januæ*; postmodum fuit *Doctor Parisiensis*: quo tempore correxit, castigavitque

Summulas Joannis de Monte Minoritæ Doctoris Parisiensis super Petrum Hispanum ad mentem Doctoris Subtil. Jo: Scoti; quæ primo prodierunt Parisiis, & postea Venetiis an. 1490. in 4., Mediolani 1495., & iterum Venetiis an. 1526. in 4. per HH. Octaviani Scoti; quæ editio habetur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Antiminorica prodiit etiam Venet. 1505. per Simonem de Luere in 8. ex Verderio in Supplem. Gesner. Biblioth., & Jo: a S. Anton. to. 2.; credique potest edita adversus *Opusculum*, cui titulus: *Minorica elucidativa rationalis separationis Fratrum Minorum de Observantia ab aliis Fratribus ejusdem Ordinis* impres. Paris. 1499. in 12.

De eo agunt Nicolaus Anton., Fr. Ferdinandus a Solitudine to. 5. Chron. provin. Portugal., mentionemque egit autor Firmamentor. trium Ord. par. 4. fol. 168.

MMMCLXI.

PETRUS DAVID Gallus natione typis dedit

Summulam Philosophiæ ad mentem Scoti. Parisiis an. 1649. in 8.

Sermones Adventus. Ibidem an. 1664. in 8., ut legitur in Bibliographia Anisson. MMMCLXII.

MMMCLXII.

PETRUS DEODATUS BAXIUS Ord.Min. Regul. Observ. in idiomo bulgarum transtulit

Meditationes Vitæ Christi S. Bonaventuræ Card. attribntas, vulgavitque Romæ anno 1638. in 12., testibus PP. Anonymis Venetis in *Diatriba histor. chronol. crit.* de gestis, & scriptis S. Bonav. Venet. edita an. 1750. par. 3. pag. 121.

MMMCLXIII.

PETRUS DIAZ Morante Hispanus literarii ludi Magister, atque nulli sua ætate in arte formandi literas secundus *Tertii Ord. Secularis* S. Francisci scripsit

Principum instructionem quadripartitam, cujus 1. & 2. pars prodierunt Matriti anno 1623., & 1624.; 3. pars sub tit. *Ars nova scribendi* ibidem anno 1629.; 4. vero pars ibidem anno 1631. in 4. typis Jo: Gonzalez pulcherrimis formis. De eo Nicolaus Anton. in Biblioth. Hisp., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCLXIV.

PETRUS EPULANUS Episcopus, individuus S. Ludovici Episcopi socius dicitur scripsisse

Vitam ejusdem S. Ludovici Episcopi circa an. 1300., ut legitur apud Rodulphium lib.1.fol.121., & Waddingum in Annal. Min. ad an. 1298. n.23., Arturum ad diem 19. Augusti §. 3. in AA. indice Martyrol. Franc., Bollandianos ad eum diem, nec non Jo: a S. Anton. to. 2. ex Arturo tantum: ego tamen mendum scribarum censeo, neque enim, *Epulanus* Episcopatus usquam extitisse legitur, & reponendum arbitror vel *Esculanus*, vel *Insulanus*, aut *Isclanus*; nam *Fr. Petrus* anno 1306. erat Episcopus *Isclanus* prope Neapolim; & alter *Fr. Petrus* an.1311. Episcopus *Insulanus* in Calabria ex Ughelli Ital. sac. to. 6., & 9.

MMMCLXV. 1643.

PETRUS FABER = *Petrus Fabri* de Armoniaco Gallus anno 1359. creatus est ab Innocentio VI. *Episcopus* S. Angeli Lombardorum in Hirpinis ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Minor. ad eum annum, & Ughellum to. 6. Ital. sacræ. *Alius hujus nominis*, & cognominis anno 1419. erat contra hæreticam pravitatem *Inquisitor* in Gallia Narbonensi ex eit. Waddingo in Annal. ad eum annum, qui & ejusdem, vel alterius meminit sub an. 1452., quem dicit fundatorem, ac promotorem, Custodemque 9. paupertimorum locorum in insulis maris Britannici, & eo anno senio confectum sibi alium in munere substituisse. In Oratione etiam Octaviani Suessani an. 1482. pro Canonizatione S. Bonaventuræ Cardin. Romæ habita memoratur quidam *Fr. Petrus Faber* Minorita, qui a S. Bonaventura sanitatis gratiam obtinuit. *Fr. Petrus Faber* anno circiter 152. . . erat a Confessionibus Caroli V. Imp. ex Waddingo ad an. 1250. n. 13.; quisnam autem horum autor fuerit hujus Opusculi contra novas hæreses, nondum comperi; sed forsan hujus postremi est. Meminit Operis Possevinus in Appar. sac. to. 3., & ante eum Willotus, & ex his Jo: a S. Anton.

* PETRUS FALCUS, cujus

Quodlibeta extant ms. pergam. in fol. Asisii in Cœnobio S. Francisci post *Quolibeta Riccardi Mediavill.*, & ante *Quæstiones disputatas de Incarnatione; de lege &c. Matshai de Aquasparta*. Utrum tamen is Minorita fuerit, ignoro.

MMMCLXVI.

PETRUS FERAY Gallus elucubravit

Conciones xxiv. *Adventuales super caput* 1. *Apocalypsis cum Sermone de Immaculata Conceptione B. Virginis* gallice. Parisiis an. 1618. in 8. per Jo: Pitu ex Petro de Alva col. 1164. Militiæ, & Leone Pinello in Biblioth. Mariana ms. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCLXVII. 1644.

PETRUS FERMOSELUS = al. *Hermosillas*, latine *Formoselus*: ejus Operis titulus est:

Tractatus argumentationum, & solutionum in totam Francisci Titelmanni Dialecticam. Hispali anno 1555. in 4. apud Martinum a Montesduca ex Joan. a S. Anton. to. 2. De eo & Nicolaus Anton. in Biblioth. Hisp.

* PETRUS FIGHINUS = V. *Petrus Mazzanti*.

* PETRUS FIRMIANUS = V. *Zacarias Lexoviensis*.

MMMCLXVIII.

PETRUS FLORENTINUS seculo xiv. vivens familiaris fuit B. *Margarita Faventinæ* Ordinis Vallumbrosæ, quæ obiit 26. Augusti an. 1330. ex Buccelino in Nicrologio Benedict.; scripsit

Vitam, actaque ejusdem B. Margaritæ, quam dederunt Act. SS. Collectores Bollandii die 26. Augusti notis illustratam ex ms. Monasterii S. Salvi prope Florentiam. Hujus nulla apud Scriptorum Florentin. catalogos mentio, nisi sit *Petrus Acciajolus*.

* PETRUS FOLCHARIUS inter Scriptores a Waddingo in indice recensus, minime vero in catalogo, est *Petrus Fossechius* recte in catalogo vocatus, quod non observavit Jo: a S. Anton. in append. to. 3.

1645.

PETRUS FOSSECHIUS = V. *Petrus Magni* infra.

MMMCLXIX.

PETRUS A S. FRANCISCO Lusitanus Reg. Observ. prov. Portugalliæ Lector emeritus edidit lingua lusitana, teste Joan. a S. Anton. to. 2.,

Expositionem psalmi 1. impress. Ulystipone an. 1629. in 4. apud Petrum Craesbeeck. Ejus meminit & Nicolaus Anton. in Bibliot. Hisp., sed errat, dum dicit *Expositionem psalmi* 1. *Beatus vir*, pro *Expositione psalmi* L. *Miserere mei*: de eo etiam Jac. Le Long pag. 903. Biblioth. sac.

MMMCLXX. 1646.

PETRUS FRANCISCUS =

Theologiæ moralis tomos xv. reliquit mss., teste Fr. Joanne a Vacallo in Descript. hist. prov. Reformatæ Mediolan. ex Joan. a S. Anton.

MMMCLXXI.

PETRUS FRIAS Hispanus prov. Castellæ Reg. Observ. concionator publicavit

Notas super Bullam conservatoriam Sixti IV. vernacule. Matriti anno 1638. in fol., teste Joan. a S. Anton. in append. to. 3.

MMMCLXXII.

PETRUS DE LA FUENTE, seu a Fonte Hispanus provinciæ *Castellæ* scripsit vernacule ex autore Biblioth. Hispan., & Jo: a S. Anton. to. 2.

Breve Compendium pro auxilio ad bene moriendum cum

Tractatu de modo condendi Testamentum; &

Tractatum de gratiis, & Indulgentiis Chordæ S. Francisci. Hispali an. 1640. in 4. typis Jo: Gomez de Blas in 8. ex Biblioth. Hisp. cit.

Directorium Religiosorum cum expositione sacramentum veritiam, & mysteriorum Missæ. Hispali 1646. in 4. per Simonem Faxardo.

Septentrionem peccatorum. Valentiæ anno eodem in 8. per Joseph Gasch.

Transitum strictissimum Iordanis mortis. Hispali 1664. in fol. apud Clementem Regium.

M M M C L X X I I I.

PETRUS GABRIEL de Aragonia Hispanus emisit *Concionem de purissima Conceptione B. V.* impressam cum aliis Cæsaraugustæ an. 1619. in 4. ex Petro de Alva col. 1165. Militiæ, teste Jo: a S. Anton.

M M M C L X X I V.

PETRUS GALAN Hispanus provinciæ Carthaginen. Reg. Observ. Theologus edidit

Orationem funebrem in translatione ossium Marchionum de Ayamonte anno 1608. in 4. sine loco, incip. *A lo que el latino*.

Concionem de festivitate Immaculatæ Conceptionis B. V. Conchæ an. 1615. in 4. ex Petro de Alva col. 1165. Militiæ, & Marracio in appendice, atque ex his Jo: a S. Anton. to. 2.

M M M C L X X V. 1647.

PETRUS GALATINUS = artium, & sac. Theologiæ Doctor, *Columna* cognomento ex Arcudio in sua Galatina Literata pag. 56., tametsi Dominicus de Angelis in Vitis Literatorum Salentinorum par. 2. pag. 237. *Mongiò* cognomen ei fuisse tradat; quod tamen utrumque verum esse potest, & patris, & matris ratione habita.

De Arcanis catholicæ veritatis perfectum Barii an. 1516. d. 4. Septembris prodiit etiam Francofurti; deinde & Basileæ an. 1550. per Henricum Petri, & 1561. in fol. per Joannem Hervagium ex Indice Bibliothecæ Bononien. S. Francisci; postea Parisiis anno 1602.; & Francofurti anno 1603. apud Wechelianos, teste Possevino in appar. sac., iterumque anno 1612. in fol. per HH. Marnios in 12. libros partitum, & 1672. in fol. De qua re, ut ut se res habeat, num a Raymundo Martino, qui *Pugionem fidei* an. 1278. elaboravit, vel Porchetto Selvago an. 1315. florente aliquid Petrus acceperit; vel ab eorum neutro; quid enim vetat, diversos similia scribere? permultum sane auxit argumentum, meliori insuper methodo, atque elocutione adumbratum caussa *Jo: Reuchlini* dicti *Capnionis*.

De Ecclesia restituta, & instituta ms. extat Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 522.

Opusculum de mysteriis Messiæ, quod epistola secretorum nuncupatur, a *Nechuniah Ben Hakkanah* Cabalistarum principe antiquissimo compositum ex hebræo latinum fecit; extatque in Biblioth. Vatic. inter codd. mss. latin. papyr. in fol. n. 4582., teste Bartholoccio in Biblioth. Rabbin. fol. 247.

De optimo principe in 18. *capita* Opus distributum, & ad Ferdinandum Regem Catholicum missum extat Pinciæ, al. Vallisoleti ms. in 4. in Bibliotheca Conventus S. Pauli, teste Jo: a S. Anton., qui illud legit, dignissimumque prœlo pronunciat; cujus in fine dicit haberi ejus

Expositionem pulcherrimam *dulcissimi nominis Tetragrammaton contra Judæos* pro mysterio SS. Trinitatis cum *Epistola Zenonis Episcopi S. Marci* Neapoli prid. kal. Junias 1507. data.

Orationem de Dominica Circumcisione habita coram Leone X., quam ipsemet commemorat in suo *de Arcanis* Opere lib. 10. cap. 7.

Anno 1539. die 11. Maji Paulus III. ad eum literas dedit circa volumina suorum Operum ex Annalibus Minorum Waddingi: nec multo post decessit Romæ ad Aracœli, ubi & ejus scripta servabantur; nunc tamen extant in Vaticana Bibliotheca. De eo Rodulphius lib. 3., aliique plures, ac nuperrime autores Veneti Diarii Literator. Italic. to. 18. art. 19.; Petrus quoque de Alva in libro *Plryto de los libros*, Imbonatus in Biblioth. Latino-hebraica apud cit. Jo: a S. Anton., & plura Toppius in addit. ad Biblioth. Neapolit.

M M M C L X X V I. 1648.

PETRUS GALLISARDUS = Jo: a S. Anton. to. 2. nihil addidit Waddingo.

M M M C L X X V I I. 1649.

PETRUS GALTERIUS = florebat anno 1474. ex ipso Waddingo in Annal. Min. ad eum annum n. 14., ubi tamen *Jo: Gualteri* dicitur, cum idem sit, & *Petrus* dicatur etiam a Possevino in Appar. sac. to. 3.; scripsitque itidem

Collationes de Epistolis, quæ mss. in 8. pergam. extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci incipientes: *Abjiciamus Opera tenebrarum, & induamur arma lucis sic, at in die honeste ambulemus. Rom.* XIII. *Veniendibus enim ob iam Salvatori tria sunt necessaria* &c.; & finiunt: *ad quem fractum nos perducat* &c. *Expliciunt Collationes de Epistolis Fratris Walter de Acquitania Ord. Min.*, sed character mihi antiquior videtur an. 1400.; ideoque vel iste *Petrus Galterius* vixit multo ante annum 1474., vel *Collationes* istæ alterius sunt *Walterii Aquitani*. Jo: a S. Anton. hoc loco exscripsit Waddingum omnino.

M M M C L X X V I I I. 1650.

PETRUS A GANDAVO = de quo fuse Gonzaga agit par. 4., & ex eo Waddingus in Annal. Min., scribitque de eo cum laude Joannes Zumaraga Archiepiscopus Mexicanus in epistola an. 1531. Capitulo Gen. Tolosæ congregato per Fratres sui Ordinis directa. Arturus ad diem 29. Junii, & Anton. Daza to. 4. Chronic. Ordinis lib. 2. cap. 23. dicit primum in America scriptorem. Meminit ejus & Antonius Herrera Hist. Indiar. dec. 3. lib. 2. cap. 9. Ejus

Doctrina pro pueris Indorum typis prodiit hispanice, teste Antonio Leonio in Biblioth. Ind. Occid.

* PETRUS GIANNOLIUS = V. *Petrus Ciannolus*.

M M M C L X X I X. 1651.

PETRUS GODEFRIDUS de quo Willotus, Possevinus, & Bordonus in Chronol. 3. Ord. agit cap. 38., & Jo: a S. Anton. Edidit &

Proverbia impress. Parisiis ex to. 1. Biblioth. Barber. pag. 479.

M M M C L X X X.

PETRUS GOMEZ de Guinaldo Hispanus Regul. Observ. prov. S. Michaelis edidit vernacule eruditam

Orationem in translatione ossium plurium Sanctorum. Hispali an. 1604. in 4.

Concionem de S. Patre Francisco. Ibidem an. 1616. in 4., teste Jo: a S. Anton.

M M M C L X X X I. 1652.

PETRUS GONZALEZ = edidit etiam

Concionem de Immaculata Conceptione B. V. anno 1606. Toleti in Ordinis Capitulo habitam, & impressam an. 1608. in 4., teste Petro de Alva col. 1167. Militiæ. In-

Judicem omnium librorum, qui in Bibliotheca Cænobii S. Mariæ de Saliceto asservantur. Matriti 1609. typis Ludovici Sanchez.

Institutionem authenticam primæ Regulæ Eremitarum de Pœnitentia, & Tertii Ordinis S. Francisci, hispano idiomate.

Epistolam ad Paulum V. Papam circa definitionem mysterii Immaculatæ Conceptionis, latine; extat Matriti in Archivo Conceptionis, teste P. de Alva.

Conciones de Sanctis, quæ mss. habentur in Bibliotheca memorati Cœnobii S. Mariæ de Saliceto. Scripsit demum factus jam Episcopus

Literas pastorales, quibus ad votum pro Immaculata Conceptione emittendum fideles suæ diœcesis adhortatus est, & favoribus prosequutus. Cæsaraugustæ 1619. in carta expansa.

Agunt de eo etiam Anton. de Leon Pinelo in Biblioth. Mar., Nicolaus Anton., & Jo: a S. Anton., qui addunt, obiisse eum anno 1639.

MMMCLXXXII.

PETRUS GONZALEZ alter Hispanus provin. Granaten. Reg. Observ. Theologus, concionator, & a Secretis ejusdem provinciæ vulgavit

Concionem de Sacratiss. Eucharistia ad congregationem Generalem Ordinis an. 1648. *Victoriæ habitam*. Granatæ 1649. in 4. apud Franciscum Sanchez.

Orationem ad Fratres in Comitiis Generalibus Ordinis Victoriæ celebratis. Ibidem an. 1649. in 4., teste Jo: a S. Anton. to. 2.

Certamen poeticum, & perorationem pro festivitate Immacul. Conceptionis. Ibidem an. 1651. in 4. ex P. de Alva col. 1167. Militiæ, & cit. Joan. a S. Anton.

* PETRUS HERMOSILLAS = V. *Petrus Fermoselas*.

MMMCLXXXIII. 1653.

PETRUS HONTOYUS = Valerius Andreæ, & Willotus hunc laudant a pace, & literarum amore: vivebat an. 1598.; de eo & Joan. a S. Anton.

MMMCLXXXIV. 1654.

PETRUS INSULENSIS = provinciæ Franciæ, & Custodiæ Atrebatensis in Belgio floruit circa finem seculi XIV.; de quo Willotus, & Possevinus, Valerius Andreæ, & Joan. a S. Anton. to. 2. scribunt. Vide an hujus sit etiam

Principium Bibliæ fratris Petri Biblici (idest Lectoris sac. Bibliorum) *Paris.* &c, de quo supra in *Petro de Cheriaco*.

MMMCLXXXV.

PETRUS A JESU Abulensis Discalc. prov. S. Pauli virtutibus, literisque claruit, scripsitque idiomate hispano

Tractatus duos de modo legendi flores in flore agri Christo Domino nostro; &

De modo legendi flores in campo virtutum supernaturalium, & moralium. Matriti 1601.

Obiit an. 1631., teste Joan. a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

MMMCLXXXVI. 1655.

PETRUS JOANNES OLIVI = Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ordin. Min. de eo scribit: *Fr. Petrus Joannis Bachalarius formatus Parisiis, qui Opera præclara super Sententias, ac super totam sacram Scripturam faciendo, & alia, mundo sui famam perennem dimisit*: & Confor. XI. par. 2. in provincia Provinciæ, ac Custodia Narbonensi, locoque Biterrensi: *de hoc loco fuit Fr. Petrus Joannis, qui famosissimus fuit vita, & scientia, & quasi totam Bibliam postillavit multum profunde: composuit in Theologia Opus, & plura alia Opuscula edidit* &c. Scripsit itaque

Comment. in 4. Senten. libros, teste cit. Pisano. Franciscus de Platea, qui anno 1450. scribebat, in tract. de Restitutionibus cap. 1. n. 21. citat 3. *librum Petri Jo. dist.* 39. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 23. versus Eccles. cod. 268. in fol. ms. post tres libros Senten. Alexandri Alex. habetur alius 2. *Liber Senten.*, cujus in fronte legitur *Petrus*, incipitque: *Qui vivit in æternum creavit omnia simul. Eccles*. 18. *In his verbis opus creationis sufficienter exprimitur* &c.; quo prologo præmisso, habet: *Creationem rerum* &c. *Liber totalis Sententiarum, ut dictum est in principio, in* IV. *partiales libros dividitur* &c: forsan est hujus Petri. Argumentum libri valde diffuse tractatur. *Liber 4. Sententiarum* incipiens: *Quoniam in omni opere, & negatio* &c. extat ibidem ms. scam. 34. cod. 393. in fol.; sed creditur imperfectus.

Quodlibeta ejus extant mss. in Bibliotheca Sorbonica x. 1. n. 8., teste Carolo Plessejo in Collect. judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1280.; & impressa in fol. edit. antiqua sine anno, & loco Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, & Matriti in Biblioth. Regul. Observ. sub Q. n. 124., teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 456.; prodierunt etiam Venetiis an. 1509. in fol. per Lazarum Soardum, extantque Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum sub lit. F. incip. *Quæritur ergo primo, an Deus possit in uno instanti transferre aliquam rem de uno loco ad alterum per spatium intermedium*: suntque numero *quinque*, quorum unumquodque ex pluribus quæstionibus conflatur. Deest proœmium huic Opusculo, ut colligitur ex initio: *Quæritur ergo* &c.

Postilla super Genesim incip. *Requiescite sub arbore, ponamque buccellam panis* &c., habetur in Bibliothe. S. Crucis Florent. post dictum librum 4. Senten. cod. 393.

Postilla P. Jo: super Psalterium, sed incompleta incipiens: *Psalmodiæ virtutem, & fructum magnifice præconizat* &c., habetur ibidem cod. 71. scam. 7., eique adjuncta legitur

Expositio in Proverbia Salamonis incip. *Quemadmodum de hac vita ad æternam euntibus triplex est processus* &c., quæ credi potest ejusdem autoris.

Expositiones super Cantica Cantic. incip. *In specula brevi, & aperta inspicere volentibus* &c., extabant olim Assisii in Sacrario Conventus S. Francisci v. solario orient. ex veteri illius loci Inventario an. 1381. confecto. Habetur nunc in Archivo dicti Conventus hoc Opus ms. chart. in fol., sed characteris recentis, & Seraphico *D. Bonaventuræ* adscriptum. *in Cantica Canticorum* incip. *In specula brevi, & apto contueri volentibus continentiam Cantici Canticorum* &c. extat ms. in Biblioth. S. Crucis cit. cod. 71. scam. 7. in fol.

Postilla super 12. Prophetas Minores incip. *Ad succinctam, & summariam elucidationem libri* XII. *Prophetarum intendo* &c. habetur cit. cod. 71. Florent. post *Postillam in Job* incipientem: *Numquid nostri ordinem cœli, & ponere rationem ejus in terra. Job XXXVIII. Inter cetera, quæ in divinis libris sunt* &c: quæ an ejusdem autoris sit, ignoro. Extat ms. & Parisiis in Biblioth. Colbert. cod. 2056. in fol. In eodem codice Florent. extat quoque

 Po-

Postilla super Lamentationes Jeremiæ Prophetæ incip. *Circa expositionem Lamentationum Jeremiæ Prophetæ* VII. *sunt prænotanda* &c., & tam hæc, quam superior dicitur *P. Jo:* charactere rubro, idest *Petri Joannis*. Habetur quoque ibidem sine nomine autoris scam. 9. versus Ecclesiam n. 101. post *Expositionem Evangelii S. Joannis* incip. *Circa expositionem Lamentationum Jeremiæ Prophetæ* 5. *sunt prænotanda*. *Primum* &c.; & in fine legitur: *Iste liber, sive ista Postilla satis bona est ad usum Fratris Thedaldi de Mucello, quam suis tribus digitis non sine labore conscripsit in paucis diebus in loco Nemoris Anno Domini* M. CCC. LVII. Denique *Postilla*, sive *Expositio Lamentationum Jerem. Prophetæ* ms. extabat olim Asisii in v. solario orient. Sacrarii Conventus S. Franc. ex cit. illius loci Inventario.

Postilla super Matthæum incipiens: *Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni* &c. *Ezech.* 1. *Quemadmodum admirabilis est clausura* &c., habetur Florentiæ cum supradicta *Postilla in Genesim* cod. 393.; & scam. 9. cod. 97. in fol., sed sine nomine autoris; extat quoque ms. Asisii in Tabulario Conventus S.Franc., sed videtur deesse prologus, incipit enim: *Ad majorem autem evidentiam dictorum, & dicendorum* V. *sunt hic quærenda, & prænotanda*. Ipsemet in sua S. Francisci Regulæ *Declaratione* cap. 5. citat suam *Lecturam super Matthæum*.

Postilla in Evangelium S. Joannis incip. *Ad Evangelii Johannis sublimem celsitudinem, ac subtilissimam profunditatem, summamque contuendam occurrunt verba Psalmistæ* &c. Opus autem incip. *In principio erat Verbum*. *Totus hic liber potest dividi in* 4. *partes*: extat Florentiæ ante cit. *Opusculum expositionis Lamentationum* scam. 9. versus Eccles. n. 101. in 4. sine nomine autoris, sed quæ ex stylo censeri potest hujus Petri: initio primæ literæ depictus cernitur *Frater Minorita*, & in fine legitur: *Scriptum est hoc Opus sub anno Dom.* M. CCC. LVII. *& in Vigilia S. Thomæ Apostoli completum in Nemore de Mucello in loco Fratrum Minorum*.

Postilla super Lucam incipiens: *Quoniam ex dictis super Matthæi Evangelium, & Johannis fere major pars Marci, & Lucæ est tacta* &c. ms. pergam. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci; adduciturque a Bernardino de Bustis in Mariali par. 7. serm. 1.

In epistolam ad Romanos Postilla incip. *Ad contemplandam & prælibandam in Sūa doctrinam epistolarem divinissimi Pauli* &c., habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis cit. cod. 71. scam. 7.

Postilla super Apocalypsim incip.: *Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter* &c. *In hoc verbo ex* XXX. c. *Isaiæ assumpto* &c.: & post fusissimam præfationem incipit: *Apocalypsis Jesu Christi* &c. *Liber iste dividitur in exordium, seu proœmium, & narrationem, & conclusionem* &c.; finitque: *ac benedicendus in secula seculorum. Amen*. Subditur postea: 1297. *anno ab incarnatione Domini fuit liber iste confectus: obiit enim ille, qui composuit, eodem anno* 2. *Idus Martii. Explicit Deo gratias, & suæ dulcissimæ Matri, & omnibus Angelis, & Sanctis Dei. Amen. Scriptum Florentiæ in Thuscia Anno Domini* M. CCC. LXV. *die* XV. *mensis Febr.*: extat ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 8. versus Eccles. cod. 93. in 4., & Venetiis ex Thomasino Biblioth. Ven. ms. fol. 505. cum *Postillis super* 4. *Evangelistas*, teste Le Long pag. 885. Biblioth. sac. Hoc Opus, contra quod scripsit Ægidius Columna jussu Bonifacii VIII., prohibitum fuit etiam a Constitutionibus Farineriis cap. 7., & Alexandrinis an. 1500. conditis eodem cap. Scribit quidem Waddingus in Annal. Min. ad an. 1325. n. 24. ex Mariano Sixtum IV. illius lectionem omnibus permisisse; tamen in citatis Alexandrinis Constitutionibus post interdictam hujus *Operis, & aliorum ejus Tractatuum* detentionem subditur: *Sixtus concessit Opera dicti Petri Joannis legi, & ex illis rosam excerpi sentibus obmissis*. Revera ipsius Operis autoritate usus est Bernardinus Busti in *Rosario* par. 2. serm. 11. pag. 5.

Luminaria Ecclesiæ, &

Principium sacræ Scripturæ inter Opera S. Bonaventuræ forsan hujus sunt, ut ibi conjectavi.

Expositio in Regulam S. Francisci legitur in Firmamento trium Ordinum par. 3. edit. Venetæ an. 1513.; extabatque Asisii cum superiori *Expositione in Lament. Jeremiæ*, ut ex cit. Inventario.

Quæstiones 5. *de paupertate, & votis* habentur Florentiæ in ms. Bibliotheca S. Crucis scam. 30. versus claustrum cod. 733. in fol. post alia Francisci Asculani, Francisci Mayroni, & Jo: Pekami de ea re; ubi & legitur ejus *defensio* per Fr. Ubertinum Casalensem elucubrata; nec non plura de ejusdem obitu, ac opinionibus.

Impugnatio 37. *articulorum adversus opiniones Doctorum quorumdam, quorum ipse supprimere voluit* (nomen) prodiit Venetiis an. 1509. post *Quolibeta*, de quibus supra; incipit: *Ostenso, quod primus articulus paupertatis Evangelicæ contrarius est, erroneus, & contra Decretalem Domini N., tangendum est aliquid breviter de subsequentibus* &c.; impugnatque dicta cujusdam (non multorum), qui videri posset *Arlottus de Prato*; nam in *Impugnatione aliorum* 39. *articulorum* &c., de qua infra, §. XVI. habet: *& Fr. Ar. in quibusdam dictis suis hoc sapere videbatur in explicatione eorum, quæ contra aliqua dicta sua scripsi, credens, quod per Generalem* (Ministrum) *tam sua, quam mea examinarentur* &c.: erat igitur ejusdem Ordinis Minorum & ille *Fr. Ar.* Post hanc impugnationem 37. articulorum sequuntur *quinque articuli adversus quosdam alios Doctores* incip. *Post præmissa attendendum est ad articulos aliorum* &c. In Bibliotheca Sorbonica in fine suorum *Quolibet.* supradictorum habetur ms. *Impugnatio* 37. *articulorum*, eamque vulgavit dudum Carolus de Plessis in Collect. Judiciorum de novis erroribus to. 1. ad an. 1280.; habetur quoque in editione antiqua *Quolibet.* Hispali, & Matriti extante, de qua Jo: a S. Anton. supra. In relata editione an. 1509. sequitur

Ejusdem defensio, & expositio articulorum quorumdam ab infrascriptis Magistris damnatorum incip. *Reverendis in Christo patribus Fratri Arloto de Prato, fratri Ricardo de Mediavilla, fratri Drachoni, fratri Ioanni Valensi, fratri Simoni sacræ Theologiæ Doctoribus, fratri Ægidio de Baysi, fratri Joanni de Murro Bachalariis Domus Parisien. homuncio peccatorum vilissimus dictus frater Petrus Joannis Olivi* &c.; & in fine legitur: *datum Nemausi anno Dom.* MCCLXXXV. Extat quoque hæc *Defensio* eumdem locum, & annum referens post *Quolibeta* edit. antiquæ Hispali, & Matriti extantis, de qua cit. Jo: a S.

a S. Anton., & ms. in Biblioth. Sorbonica in fine eorum *Quolibet.*, de quibus supra, teste cit. Caeolo de Plessis. Postea in eadem Veneta edit. anni 1509. per Lazarum Soardum sequuntue

Impugnationes aliorum 19. articulorum incip. *In Christo valde diligibili, & vere dilecto fratri R. de Camliaco, & sociis ejus charissimis frater P. Jo: Olivi maximus peccatorum* &c. In fine vero extat: *Dat. in Monte Pessulano feria IIIJ. post Christi divinissimum Pascha*. Deinde sequuntue *Impugnationes aliorum articulorum* incipientes: *Quoniam in quinto articulo littera praecedentis ad concordandum dictum decretalis Innocentii PP. III.*; suntque potius responsiones, & purgationes eoeum, quæ ipsi objiciebantur ex ejus scriptis. Omnia hæc typis iisdem habentur post *Quolibeta Richardi de Mediavilla*, extantque Romæ, ut supra dixi.

Tractatus de paupere rerum usu = quem ipsemet adducit in cap. 6. *Declarationis Regulæ* S. Francisci, & in *Defensione suorum Articulorum* §. art. 13.

Oratio, themate assumpto, Spiritus oris sui interficiet impium, habita coeam Hieronymo Asculano Gen. Ministro, ac suis æmulis, teste Rodulphio lib. 2. fol. 184., idque circa annum 1278.; vel coram Bonagratia Ministro Gen. ex Waddingo ad an. 1283. n. 1.

Tractatus de gradibus amoris incipiens: *Loquar tibi de gradibus amoris gratiosi, quos possunt habere amici Dei in hac vita*: extat ms. chart. in 4. inter diversoeum Scriptorum Opuscula, & Conciones Asisii in Tabulario Conventus S. Franc.

In Catalogo Bibliothecæ Benedicti XII., qui ms. extat Parisiis in Bibliotheca Colbert. cod. 2743. fol. 14., habetue elenchus tractatuum hujus scriptoris, teste Baluzio in notis ad Vitas Paparum Avenionen. col. 754.; suntque

Confessiones aliquæ, & literæ editæ per eam ad Magistros Parisienses, qui condemnarunt dicta sua.

Tractatus de Sacramentis.

Tractatus emptionum, & venditionum, & de usuris.

Quæstiones quædam.

Quæstiones logicales. (Suam *Compilationem Logicalium* ipsemet citat in fine *Impugnationis 37. Articulorum contea quemdam*)

Postilla super librum B. Dionysii de Angelica Hierarchia.

Opus, quod vocatur Miles armatus.

Opus, quod dicitue Exercens.

Expositio, seu disputatio Regulæ Fratrum Minorum.

Quæstio disputata pee eum.

Quæstio disputata de paupertate ibidem in eodem codice fol. 152. Hæc in dicto catalogo.

De perfectione evangelica quæstiones, & tractatus edidisse ipsemet testatur in prologo supee Regulam, & in fine capitis 2. expositionis dictæ Regulæ S. Feancisci, cujus in cap. 6. inquit etiam: *Quomodo autem ex nostræ professionis statu, & Regula hoc abundanter probetue, probavi alias per vias XII., quas Romæ a sanctæ memoriæ Fratre Bertrando Ministro super hoc requisitus conscripsi tempore, quo Ministri cum Discretis aliis ibidem convenerant ad deliberandum super Declaratione tunc temporis a Domino Nicolao fienda, & paulo post facta*: nimirum anno 1279. In cap. 11. ejusdem *Regulæ* ait: *quæ etiam in suspecto consortio includatur, & quomodo in consilio evangelico data de castitate ejus vitatio comprehendatur, tradidi in quæstione de hoc specialiter facta*: in fine vero cap. 4. dictæ Regulæ hæc subdit: *in aliis tractatibus plura de hoc scripsi.* Sed & Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 5. cap. 23. ex antiquis Chronicis, & Mariano perhibet, edidisse eum præ ceteris

Tractatus de vitiis, & virtutibus, ac exercitiis spiritualibus.

Ex hujus autoris 3. *parte Summæ* S. Bernaedinum extraxisse suum *de Obedientia* dialogum, adnotatum legimus in argumento eidem dialogo præmisso in Firmamento teium Ordinum edit. Venetæ anni 1513. par. 3.

Scripserunt adversus eum Riccardus a Mediavilla, & Gulielmus a Falgario Minoeitæ, nec non Jacobus Furnarius, qui postea fuit *Benedictus XII.* At ejus defensionem pluees etiam susceperunt, inter quos præcipuus Fr. Ubertinus Casalensis *Apologiam* edidit pro eo incip. *Sanctitati Apostolicæ* &c.; cujus exemplar ms. se habuisse scribit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1297. n. 36., & Baluzius lib. 1. Miscellan. pag. 294., qui & in notis ad Vitas Papar. Avenion. col. 752. docet, in cit. Biblioth. Colbeet. cod. 1002. haberi *Refutationem* valde prolixam *eorum, quæ in Postilla fratris Johannis super Apocalypsim videntur esse hæretica, aut erronea, aut periculosa secundum quod sunt ab eo intellecta, & declarata, & prout etiam verba sonant*: cod. vero 56. *Allegationes super articulis tractatis per Dominum Papam de Postilla, quam frater Petrus Johannis composuit supee Apocalypsim.*

Prætee antiquos tractant de hoc scriptore Cæsar Egassius Bullæus sec. v. Hist. Universit. Parisien. ad an. 1297., Baluzius laudatus, & col. 599., qui & Miscellan. lib. 1. pag. 213., & 219. affert condemnationem ejusdem *Postillæ in Apocalypsim* a 12. Magisteis in Theologia post mortem autoris factam; & ex his Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1280.; de qua & Raynaldus ad an. 1325. n. 20., & Mansi in notis ad ilerum locum.

MMMCLXXXVII.

PETRUS LACEPIERA, qui se *Minorum* minimum fassus est, elucubravit latine

Opusculum de oculo morali impeessum Juliobrigæ anno 1500. in 8. die 4. Apeilis apud Arnaldum Gulielmum de Brocario, quæ editio extat Matriti in Regia Bibliotheca, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 457.; sed jam an. 1496. *Opusculum* hoc prodierat latine; & italice factum a Theophilo Romano Eremit. August. *Mag. P. Lacipiere* adjudicatum cusum est Venetiis eodem anno. V. *Joannes Guallensis* supra. *Petrus Perius de oculo morali, & alia* ms. extat in Biblioth. Vatic. ex Catalogo Montfaucon Biblioth. mss. to. 1. pag. 101. Incertum adhuc cujus nationis is fuerit, & an autor, vel exsceiptoe libri exstiterit.

MMMCLXXXVIII.

PETRUS LOBO Hispanus Discalc. provin. S. Jo: Baptistæ in Valentino eegno frater germanus Apostolici viri Fe. *Alphonsi Lobo*, al. Lupi, abstinentia contemplatione, ac miraculis clarus conscripsit

Statuta pro eegimine nonnullarum Confraternitatum Crucis in regno Valentino a se erectarum edita to. 1. Chron. prædictæ provinciæ lib. 3. cap. 37.

Mortuus est an. 1618., miraculisque etiam post mortem fuit ornatus, si ceedimus Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 458.

MMMCLXXXIX.

MMMCLXXXIX.

PETRUS MACERATENSIS ex nobilissima de *Compagnonibus*, ut refert opinio, familia vir sanctæ vitæ, doctrina, morumque gravitate præclarus an. 1323. a Joanne XXII. suæ patriæ Episcopus assumitur; qua in dignitate cum quatuor supra viginti annos perstitisset, nonagenarius ex hac vita migravit die 29. Octobris anno 1347. ex Ughello to. 2. Ital. sac. in Maceraten. Episc. n. 2. De eo & Waddingus in Annal. Min. ad an. 1323. n. 42. *D. Fr. Petrus* Episcopus Maceratæ dicitur *germanus qm̃ Fredi de Molutiis, qui erat Dominus Maceratæ*, in actis cujusdam litis anni 8. Urbani V., idest 1369., 1370., in Arch. secr. civitatis Firmi. Scripsit autem circa an. 1330.

Relationem translationis Domus Lauretanæ, teste P. Raphaele Riera Soc. J. apud Petrum Valerium Martorellum in Theatro Histor. sacræ Domus Lauretanæ to. 2., ubi & legitur, Recanatenses decreto sanxisse, ut præceptores, ludique magistri eam in primis elementis addiscendam traderent adolescentibus.

MMMCXC.

PETRUS MAGNI Ficeclensis, vulgo *Fossecchio*, in vico Pancelloro agri Lucensis ortus, sed Ficeclensi Cœnobio provinciæ Tusciæ Min. Convent. aggregatus an. 1591. Pisani Gymnasii sui Ordinis præfectus fuit, utpote sac. Theologiæ Magister, & verbi Dei prædicator egregius plura Gymnasia rexit, & in pluribus præcipuisque Italiæ civitatibus conciones habuit, potissimum vero Taurini coram illius urbis Duce, cujus & *Theologus* fuit; an. 1602. in sua provincia *Gen. Commissarius* declaratus est pro morum reformatione promovenda, ubi tandem decessit anno 1612. ex monumentis sui Cœnobii, cum edidisset sermone vulgari

Conciones 6. super Antiphonam Salve Regina lib. 1. una cum sermone in Annunciatione B. Virginis; quibus fol. 86. adjunxit ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 446.

Carmina sacra in laudem ejusdem B. Virginis etiam Italice. Ticini an. 1604. in 8. per Petrum Bartolum ex Franchino in Bibliosó. n. 289., Marracio in Biblioth. Mariana, & Waddingo supra in *Petro Fossecho*, qui corruptius etiam in 1. indice nominum, & altero materiarum tit. *Theologia parænetica*, seu conciones vocat *Petrum Folcarium*, & in indice nationum inter *ignotæ regionis* scriptores collocat.

MMMCXCI. 1656.

PETRUS MANERUS = transtulit etiam in hispanum idioma, & notis illustravit ejusdem

Tertulliani librum de patientia, ex Orbe Seraphico to. 1. pag. 261. n. 4.; &

Exhortationem ad Martyres in carcerem missos. Matriti 1657. in fol. p. typis Pauli de Val. una cum

Apologia ad Philippum IV. Hispan. Regem ex Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 458.

Expositionem Regulæ Fratrum Minorum ab ipso Seraphico P. N. Francisco Legislatore verbis, factis, exemplis traditam scripsit, ediditque Gandavi 1664. in 8., & Cæsaraugustæ 1716. in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2., quam citat P. de Alva in Indic. Bullarii.

Epistolam gravissimam ad omnes provincias Ordinis incip. *Inter eximias* &c. in Monte Alvernæ scriptam, & impres. in fol. ex eodem Joan. a S. Anton. to. 3. in appen.

Vitam B. Joannæ Valesiæ olim Reginæ Franciæ, Fundatricis Ordinis SS. Annunciationis B. V. sub Seraphico Instituto militantis latine scripsit, & postea hispanice vulgavit Matriti ex Typographia Regia anno 1654. in 4.; eam citat Petrus de Alva, & Astorga sub an. 1517. n. 47., qui dictum *Indiculum Bullarii* eidem an. 1654. dicavit jam Lectori *Jubilato*, supremæ Inquisitionis *Qualificatori*, & sui Ordinis Generali *Ministro* electo anno 1651. Anno 1657. creatus est *Episcopus* Tirasonensis in Aragonia ex Fastis Seraphicis: obiit autem sexagenarius 5. Decembris anno 1660. ex Nicolao Anton. in Biblioth. Hispana, qui eum *Cariñena* oppido oriundum dicit.

MMMCXCII.

PETRUS MANRIQUE Hispanus Regul. Observ., teste Antonio Daza apud Nicol. Anton. in Biblioth. Hisp. pag. 170., scripsit

De Conceptione Virginis Deiparæ; de quo & Petrus de Alva col. 1162., & Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXCIII. 1657.

PETRUS MARCHANT = Strict. Observ., vulgo *Recollectorum*

Expositio literalis in Regulam S. Francisci prodiit etiam ibidem anno 1648. in 8. ex Joan. a S. Anton., cujus in fine extat

Relectio de usu Sindicorum, cui Anonymus provinciæ Aragoniæ Reg. Observ. XIII. *Annotationes* adjecit. Ejusdem Regulæ alia *Expositio* est liber titulo

Fundamenta XII. Ordinis Fratr. Minor., cusus Antuerpiæ in fol. an. 1657. apud Petrum Bellerum una cum *Expositione Testamenti S. P. N. Francisci*, & *Chronologia Generalium Ordinis usque ad Petrum Manero*. Ejus *Expositionem* citat, & merito impugnat Casimirus Biernaki Polonus Convent. in Speculo Minorum pluribus locis.

Tractatus de sanctificatione S. Joseph in utero prodiit Brugis in 16. apud Nicolaum Beygellium, & Gandavi; prohibeturque juxta decr. sac. Conge. Indicis.

Tribunal Sacramentale = tomus 3. prodiit Antuerpiæ an. 1650. in fol. ex Indice Biblioth. Barberinæ; iterumque anno 1655. hoc titulo: *Speculum totius hominis christiani*; mox omnes tres tomi Antuerpiæ an. 1672. in fol. apud Petrum Bellerum.

Relectionem Theologicam quoque composuit; quam idem Biernaki adducit in Speculo Min. cap. 46. n. 8. 9., & 11.

Constitutiones edidit *pro Recollectinis Tertii Ordinis S. Francisci a Vener. Joanna a Jesu fundatis, ab Urbano VIII. anno 1633. confirmatas, & approbatas*.

Expositio incruenti Missæ sacrificii. Antuerpiæ 1653. in 8., teste Lippenio to. 2. Biblioth. Theolog. pag. 303.

Notabiles resolutiones variorum casuum, & quæstionum practicarum. Ibidem, & eodem anno in 8. typis Petri Belleri ex Biblioth. Telleriana pag. 96.

Cophini fragmentorum panis verbi Dei. Gandavi anno 1665. ex Bibliotheca Krisiniana an. 1727. Hagæ Comitum vulgata.

Relatio veridica, & sincera status provinciæ Hyberniæ Ordinis Minorum sine loco anno 1657. in 4. ex Joan. a S. Anton. to. 2. & 3. in append.

Obiit

Obiit autor Gandavi anno 1661. ætatis suæ 76., Religionis 60., contra quem *de usu Syndici Apostolici* pro Fratribus Minoritis scripsit *Clemens Pelandus* Bergomas; ejusque defensionem suscepit *Ludovicus Rozirius* Polonus ejusdem Instituti Regul., ut dictum est supra suis locis.

MMMCXCIV.

PETRUS MARCUS DE GATA Hispanus Discalc. prov. S. Gabrielis composuit hispanice

Historiam de rebus provinciæ S. Gabrielis ab anno 1592. usque ad an. 1639., quo in vivis erat; to. 1. in fol. ms. asservatur in Archivo ejusdem provinciæ ex ejusdem Chron. apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCXCV. 1658.

PETRUS A S. MARIA = Malacitanus Discalc. prov. S. Petri de Alcantara in Granaten. regno, ait Jo: a S. Anton.; ejus meminit Fr. Franciscus Seguntinus ejusdem Instituti in Exposit. Regulæ S. Franc. cap. 3. tex. 4. §. 2. Opus tit.

Manuale Sacerdotum, *Speculum veri Christiani cum explicatione Missæ mysteriorum* lingua hispana Granatæ 1598. apud Sebastianum de Mena in 4. ex Biblioth. Hisp. excusum tribuitur etiam supra a Waddingo *Francisco a S. Maria*; sed cum *Petrus a S. Maria* citetur a Fr. Francisco Seguntino ejusdem provinciæ, non autem *Franciscus* a S. Maria, vereor ibi lapsum Waddingi. Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp. pag. 171. dicit, Waddingum ex hoc uno, eodemque Opere tria fecisse.

MMMCXCVI.

PETRUS A S. MARIA Lusitanus Ord. Capuccinor. ignotus Cardoso, & autori Bibliothecæ Capuccinor. scripsit idiomate hispano

Viridarium spirituale impressum anno 1632., teste Nicolao Anton. in append. mss. Regiæ Bibliothecæ Matriten. ex Jo: a S. Anton.

MMMCXCVII. 1659.

PETRUS MARSÆUS Cratepolius = *Juliacensis* patriâ, ut ipsemet habet in epist. Joanni Loeffenberg Canonico Juliacensi data, præmissaque Catalogo Episcoporum Moguntin.; *Mersenii* Cœnobio provinciæ *Colonien.* Min. Convent. aggregatus, unde dictus est *Marsæus*, & *Opmersensis*, cognomento *Cratepolæ*, vel Cratepolii; de quo Rodulphius, Willotus, Possevinus, & Labbæus in appendice ad Bibliothecam Bibliothecarum agunt, & post hos Franchinus in Biblios. num. 290.

Catalogus Electorum Ecclesiasticorum, & fere omnium Orbis Episcoporum &c. Coloniæ an. 1580. in 8. ex Indice Biblioth. Barberinæ.

De schismaticis, pseudo Doctoribus, ac periculo recedentium ab Ecclesia cit. Possevinus ait agi in libro *de Germaniæ Episcopis Colonien.*, *Moguntin.*, *Treviren.* &c., qui una cum compendio *Catechismi Romani* vulgatus fuit Coloniæ anno 1592. per Godefredum Kampensem.

De Sanctis quibusdam Coloniensibus librum edidit Coloniæ an. 1589. per Gerardum Kampensem, teste Possevino to. 3. appar. sac. v. *Petrus Cratepolius*: Franchinus cit. dicit *Historiam SS. Coloniensium pro Breviario ejusdem Ecclesiæ*: & Waddingus *Lectiones ad Rom. Breviarium pro SS. Coloniensibus* &c.

Epitomen concionum Ludovici Granaten. tomis 2. vulgavit Coloniæ an. 1591. apud Sybillam a Porta ex cit. Possevino to. 2. in *Ludovico a Granata*, ubi eum vocat *Petrum Mersenm*; agitque de eo postmodum in v. *Petrus Ophmersensis*, & v. *Petrus Cratepolius Marsæus*, al. *Merseus*, qui tamen unus, idemque est. Prodiit & Lugduni an. 1592. in 8., & 1609. in 8. typis Claudii Morillon, cui adjectæ sunt aliquæ *conciones* ejusdem, teste Jo: a S. Anton. to. 1. Scripsit quoque

Historiam Martyrum Gorcomensium Ord. Min. Observ. cusam Coloniæ an. 1580. typis Godefridi Kempensis.

Ortus, & gestu Summorum Pontificum Germanicorum. Ibidem, & eodem anno.

De Sanctis, & Doctoribus, qui Germaniam ad Christi fidem converterunt. Ibidem an. 1591. in 8. Hunc librum adducit Waddingus in Annalibus Min. ad an. 1308. n. 43., & forsan idem est cum illo, quem producit Jo: a S. Anton. to. 3. in append.

De Germaniæ Episcopis, & orthodoxis Doctoribus, quem dicit impressum Coloniæ an. 1592. in 8. apud Godefridum Kempensem.

De maleficiis, sive sagis. Ibidem ex eodem Jo: a S. Anton. in appen. to. 3.

Assertionem sacrificii Missæ. Antuerpiæ 1596, in 8. ex eodem to. 2.

Decades duas Martyrum a Gueciorum rabie interfectorum ineditas dicit Jo: a S. Anton. to. 3. in append., ex quibus Historiam Alemariensium 6. Martyrum nostri Ordinis Sedulius exscripsit.

Vincentium Lirinensem e latino belgicum fecit; *aliaque* multa vertit, uti testatur cit. Henricus Sedulius in Histor. Seraphica p. 666. inquiens: *raræ pietatis, & eruditionis V. C. Petrus Opmerus, dum viveret, argumenta multa dedit, quem cum aliquando coram vidissem, sermonem, vultum, gravitatem, & venerabile senium admirari debui. Multa cum laude scripsit; latina Belgis, belgica Latinis donavit. In his Vincentium Lirinensem satis feliciter patrio idiomate vulgavit; sacræ Liturgiæ, sive Officii Missæ historicam assertionem e quatuor primis Conciliis, SS. Patribus, & Ecclesiæ Doctoribus apte concinnavit; Opus chronologicum Orbis universi a mundi exordio usque ad an.* 1590.

MMMCXCVIII.

PETRUS MARTINEZ ex oppido Urones Legionensis regni prov. S. Jacobi Reg. Observ. sac. Theol. Lector ad Chilensem provinciam Americæ Meridional. missus in Cœnobio S. Francisci de Monte scripsit vernaculo idiomate circa an. 1630.

Enchiridion Fidelium executorum in 2. tomos distributum; in quorum primo Philippo IV. Hispan. Regi dicato agit *de rebus vendibilibus juxta taxationem in regnis Castellæ, ac Legionis præscriptam*; in 2. *de eisdem mercibus juxta pretium in Indiis occidentalibus præscriptum*. Opus ms. asservatur Salmanticæ in Biblioth. Conventus S. Franc., uti testatur Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 460.

MMMCXCIX.

PETRUS MARTYR RUSCA Luganensis diœcesis Comensis, provinciæque Mediolanensis Min. Conven. Theologus, Philosophusque minime vulgaris, contra heret. pravit. Inquisitor primum Adriæ, deinde anno 1656. ad Episcopatum Caprulensem in æstuariis Venetis anno 1656. promotus est, ubi cum multa egregie pro sua Ecclesia præstitisset, & mensam Episcopalem adauxisset, moriens anno 1674. omnium lachrymas promeruit, inquit Autor notarum, continuatorque Operis Ughelliani to. 5. Ital. sac. in Caprulen. Episc. n. xi. Ejus

Syllogistica methodus dicata Petro Ottobono V. Si-

Signat. Referend. impressa est Romæ an. 1645. typis Grignani. Cum Patavii *Vicarii* Inquisitoris munere fungeretur, edi curavit nonnulla *Matthæi Ferchii Opera*, ut

De cœlesti substantia; & *Defensionem Vestigationum Peripateticarum* anno 1646.; *Epitomen Theologicam* &c. an. 1647., teste Mastrio in præliminari Operis suis inscripti: *Scotus, & Scotistæ, Bellutus, & Mastrius expurgati* ad Lectorem, & Franchino in Bibliosophia n. 291.

MMMCC. 1660.

PETRUS A MATRE DEI = ex oppido Villada diœcesis Legionen. Strict. Observ. Discalc. compilavit ex sac. pagina, Sanctorumque Doctorum scriptis

Præconia Mariana tit. *Preces Marianæ* impres. Matriti an. 1630., teste Jo: a S. Anton. to. 1. & 2. pag. 260.

Alia duo ejus *Opuscula* Idiomate hispano elaborata mss. asservantur Vallisoleti in Biblioth. Conventus S. Didaci sub H. n. 109., & 130. in 8. teste eodem to. 2. & 3. in append., qui & addit, obiisse Vallisoleti an. 1634., deque eo agere & Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispan.

MMMCCI.

PETRUS MATTHIAS Hispanus prov. Discalc. S. Joseph zelo animarum ductus ad Insulas Philippinas, Sanctique Gregorii provinciam transiit, ubi Definitor, Custos, Visitator, ac Minister extitit; deinde a Philippo III. *Ecclesia de Zebu* primò Pastor datus, deinde ad *Camarinensem Episcopatum* assumptus est, qua in dignitate constitutus habuit ad Manilensem Ecclesiam

Orationem funebrem in exequiis Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ ibidem impressam cum *relatione* funeris anno 1612.

Relationem authenticam actuum V. Martyris Molucensis Fr. Sebastiani a S. Joseph prov. S. Pauli, quæ ms. in fol. asservatur in Archivo ejusdem provinciæ.

Obiit circa annò 1616. non sine sanctitatis opinione, cujus Vitam descripsit Fr. Antonius de Llave in Chron. mss. provinciæ S. Gregorii trien. 11. cap. 23. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

1661.

PETRUS DE MAUTINA = legendum de *Martina* oppido nobili diœcesis Tarentinæ, idemque est cum superiori *Petro Cito* ex autore Biblioth. Scriptor. Capuccinor. Est & *Matina* locus in Salentinis diœcesis Neritonensis; an leg. *Mautina*?

MMMCCII.

PETRUS MAZZANTI Ficinus provinciæ Tusciæ Min. Conv. sac. Theol. Doctor, & ingenuarum artium excultor an. 1472. Collegio Theologorum Universitatis Florentinæ aggregatus legitur; annoque 1488. ejusdem Collegii *Decanus*, Florentiæ *Inquisitor*, & Socius, & a Secretis sui Ordinis erat; anno vero 1493. *Minister* suæ provinciæ Tusciæ electus est ex Reges. Ordinis pag. 55.; & anno 1499. defuncto Francisco Samsone Ordinis Generali Ministro constitutus asseritur *Vicarius Generalis* usque ad sequentis anni Gen. Capitulum, ut ex variis monumentis refert Cerrachinus in Fastis Theologicis Universitatis Florentinæ, & Waddingus ad an. 1399. n. 26. Emendavit autem, recognovit, & resarcivit in pluribus, quæ desiderabantur, locis

Comœdiam Dantis, quæ primum prodiit Venetiis an. 1487. in fol. per Petrum de Querengiis a Palazogo Bergomatem, teste autore Bibliothecæ Italicæ pag. 86.; deinde anno 1490. 1497., & 1535. per Bernardinum Stagninum, quemadmodum observat Julius Niger Soc. Jesu in Scriptor. Florent. de *Dante Aligerio* pag. 143. disserens. Scripsit quoque

Conciones quadragesimales, quas in præcipuis Italiæ civitatibus habuit, præsertim Bononiæ an. 1493. in S. Petronii Basilica ex monumentis illius Ædis.

Orationem eruditam *de origine, antiquitate, ac nobilitate urbis Cremonæ* habuit ibidem in Generali Capitulo an. 1488., quam vulgare typis a civibus coactus fuit, teste Ludovico Nuti in ms. Historia provinciæ Tusciæ. De hoc viro agit etiam Antonius a Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. art. 1. serm. 4.; & vocant Petrum *de Fighino* vulgo; est enim *Fichinum*, al. Ficinum, & vulgo Figlinum diœcesis Fesulanæ oppidum, & Custodiæ Florentinæ.

MMMCCIII.

PETRUS MELFICTANUS vulgo *Malfetta*, & *Morfetta* in Apulia provin. S. Nicolai Min. Conv. Philosophus, Theologusque præstans an. 1487. Ferrariensi in Universitate Lector publicus est constitutus ex monumentis illius Universit. apud Ferrantem Borsettum in Historia Gymnasii Ferrarien. par. 2. lib. 1., quo quidem tempore castigavit, edique curavit quorumdam Opera, videlicet

Tria principia naturæ Antonii Andreæ Ord. Min.

Expositionem Francisci Mayronis super 8. libros Physicorum; &

Tractatus Formalitatum, de principio complexo, & de terminis Theologicis eidem Mayroni adjudicatos impres. Ferrariæ an. 1490. in 4. typis Laurentii de Rubeis Valentini, dicataque Nicolao Mariæ Aestino Adriæ Episcopo, quæ editio habetur in Ferrarien. S. Franc. Bibliotheca.

Anno 1491. declaratus est *Petrus* Gymnasii Ferrarien. sui Ordinis *Regens*, ut ajunt, sive Præfectus, Lectorque ex Actis mss. Capituli Gen. eo anno Asisii a Francisco Samsone convocati.

MMMCCIV. 1662.

B. PETRUS DE MOLIANO = Reg. Observ. institutum amplexus est, cum Perusii legum studiis operam daret; fuit aliquando B. Jacobi de Marchia socius, & suæ provinciæ bis, semel autem *Romanæ* Vicarius administrationem tenuit; cumque pluribus annis sermonibus, ac prædicationibus populos edocuisset, & mira plura nomine potissimum *Jesu* præstitisset, obiit opinione sanctitatis die 25. Julii an. 1489., vel 1490. Camerini, quemadmodum ex coævis Scriptoribus habet Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 11. & seqq.; de quo & Rodulphius lib. 2. fol. 126., & in Vita B. Baptistæ Varanæ; quæ in *appendice* ad dolores mentales Jesu Christi dicit, se eam exscripsisse die 31. Januarii an. 1491. sex menses post morte *P. Fr. Petri de Moliano*; obiit ergo an. 1490. Joannes a S. Anton. accepit a Waddingo.

MMMCCV. 1663.

PETRUS MONTANUS = non videtur obiisse anno 1578., sed numeris inversis 1587.; nam Rodulphius, qui Opus suum complevit an. 1586., lib. 3. fol. 331. inquit: *nunc profitetur Theologiam in Universitate Lovanii, ubi antea Franciscus Titelmanus, & Adamus Sasboldus professi sunt*. De eo Willotus, & Gonzaga, nec non Possevinus, Valerius Andreas, & Joan. a S. Anton. to. 2. Dicitur etiam Petrus *Buretius*.

MMMCCVI.

PETRUS DE MONTERIO territorii Senensis oppido, diœcesisque Montis Politiani vir pius, & musices artis peritus, cujus in Cœnobio Min. Convent. S. Francisci Montis Politiani ms. servatur

Antiphonarium, & Officium SS. Trinitatis a Fr. Joanne Pekan compositum, cui modos adjecit, ut habet Waddingus in Annal. ad an. 1399. n. 46. de Officio SS. Trinitatis Joannis Pekan his verbis: *præmissus cantus in prælibato BB. Trinitatis Officio factus fuit, & compositus a Fr. Petro Jacobi de Monterio Ordin. Fr. Minor. & provincia Tusciæ*. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 461. hunc habet ex Antonio Terrinca pag. 210. Theatri provinciæ Tusciæ; at mendose dicit Petrum de *Mutesia Senensem*, tempus autem, quo vixit, ignoravit.

MMMCCVII. 1664.

PETRUS DE MONTERONE = Senensis patria scripsit circa an. 1330.

Vitam B. Petri Pectinarii Tertii Ord. S. Francisci; de quo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1289. n.43., Herrera in Alphabeto August. to. 1. de Seraphino Leccetano, autorque Pompar. Senen. par. 1. tit. 19. n. 23. Joannes a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum.

MMMCCVIII. 1665.

PETRUS MORSALINUS = Conventus Pruniensis provinciæ Franciæ alumnus, piæ, sanctæque vitæ homo vivebat anno 1568., jacetque Carnoti, teste Gonzaga par. 2. apud autorem Chron. S. Franc. par. 4. lib. 5. cap. 13.

Martyrologium Romanum a se recognitum vulgavit Parisiis anno 1573. in 4. typis Jacobi Kerver, teste Joan. a S. Anton. to. 2., qui illud se vidisse scribit, non an. 1483., ut scribit Waddingus, qui de eo agit etiam in Annalibus Min. ad annum 1226. n. 63.

MMMCCIX. 1666.

PETRUS MUNNOZ = cujus*

Sermones lingua hispana, & Pinciæ cusos an. 1643. dicit autor Biblioth. Hispan. pag. 157., ut & Jo: a S. Anton.

* PETRUS N. sacræ Theologiæ Magister scripsit præclarum

Tractatum adversus Richardum Armachanum, teste *Petro* Riocha lib. Comp. temp. cap. 6. an. 1576. editi apud Arturum in Addition. ad Martyrol. Francisc. pag. 638. §. 156., & ex eo apud Jo: a S. Anton. to. 2.; at sicut *Riocha* non Petrus, sed *Joannes* vocabatur, ita bujus *tractatus* autorem puto dictum esse *Petrum* loco *Rogerii*, qui revera circa annum 1350. contra Richardum Armachanum scripsit; cum nec patria, nec tempus, nec locus, aut hujusmodi quidquam indicetur.

* PETRUS N. Hispanus, quem hoc loco interserit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 463. ex ms. cod. Bibliothecæ Raymundi Dalmasses, est *Petrus Thoma*, de quo infra.

* PETRUS N. sacræ Theologiæ Doctor, qui tempore incerto scripsit

Opus de litterali sensu sacræ Scripturæ ms. Florentiæ in Biblioth. Conventus S. Marci Ord. Prædic. Regul. Observ., teste autore Anonymo cujusdam Bibliothecæ ms. Matriti extantis apud Joan. a S. Anton. to. 3. in append., forsan est *Petrus Acciajolus* Florentinus an. 1320. florens.

MMMCCX. 1667.

PETRUS DE NAVARRO = Talaveranus, Toletani Cœnobii S. Joannis Regum Præfectus, & S. Inquisitionis supremæ Censor, edidit hispanice

Commentaria in Regulam Minorum pro resolutione omnium difficultatum, quas excogitavit Fr. Antonius Cordubensis, aliarumque disputatarum ex autore Biblioth. Hispan. Matriti an. 1615. in 4., & 1641. in 8. ex Regia Typographia; latine vero Parisiis an. 1621. in 8. apud Dionysium Moreau ex Jo: a S. Anton. to. 2.

Antonii Cordubensis Commentarios in Regulam S. Francisci imprimi curavit Parisiis anno 1621. apud Dionysium Moreau, ut habet ipse Waddingus supra in *Antonio Cordubensi*, & Joan. a S. Anton.; anno 1616. dicit autor cit. Biblioth. Hispan.; & Matriti an. 1615. in 4. ex eod. Joan. a S. Anton. to. 2. Edidit etiam hispanice

Discursum, & relationem Capituli Generalis Fratrum Minorum Toleti an. 1606. celebrati, in quo electus fuit Minister Generalis Rev. P. Fr. Archangelus Messanensis. Toleti eodem anno apud Petrum Rodriguea in 4.

Apologia pro Revelationibus V. Ludovicæ ab Ascensione incip. *Sienda las obras de Dias*; ms. asservatur Matriti in Biblioth. Conv. S. Francisci sub E. n. 43., teste cit. Jo: a S. Auton. to. 3. in append.

MMMCCXI. 1668.

PETRUS NAVARRUS = Reg. Observ.

Manuale chori correctum juxta Missale, & Breviarium Romanum impres. apud Gulielmum Foquel in 8. m. ex Joan. a S. Anton., & Nicolao Anton.

Opus de restitutione, quod citat Emman. Rodericus in *Summa casuum consc.* par. 1. cap. 7. n. 2., & alibi sæpe, & Sylvester Bartholuccius in *Minorica*, forsan est illius Toletani Theologi, de quo Biblioth. Hispana.

MMMCCXII.

PETRUS NEAPOLITANUS vir doctus, & prudens, magnoque religionis zelo præditus, dum Perusii ad studia incumberet, Reg. Observ. Institutum amplexus adeo profecit, ut sui Ordinis Vicarius Generalis Cismontanus bis eligeretur anno 1475. primum, deinde anno 1481., quo anno composuisse fertur

Missam propriam de v. SS. Martyribus Ordinis Minor. Marrochii passis a Sixto IV. an. 1481. *in SS. album relatis*, ut habet autor suppar Monumentorum Ordinis edit. Salmanticen. 1511. par. 1. fol. 67. n. 117., etsi Waddingus in Annal. Min. ad an. 1481. n. 2. *Officium*, & *Missam* de his SS. Martyribus composita dicat ab Angelo de Clavasio Vicario Gen. Observ. De hoc viro scribit Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 5. cap. 47., & 52., ac lib. 6. cap. 38.

MMMCCXIII. 1669.

B. PETRUS NICOLAUS FACTOR = de quo & Rodulphius autor synchronos lib. 1. fol. 128., & Gonzaga par. 1. & 3., & Jo: a S. Anton. to. 2. Ejus *Vitam* scripserunt Thomas Sylvestri, & Christophorus Morenus Hispani ejusdem Instituti Regul., legiturque in 4. parte Chronicorum S. Francisci a Baretio edita lib. 8. cap. 1. usque ad cap. 55., ubi dicitur extitisse *concionator* insignis, *poesi* latina, vulgarique versatus, musica quoque, picturaque excultus: habetur etiam in Legend.

Francisc. Benedicti Mazzaræ ad diem 23. Decembr., & apud Salazar to. 6. Martyrol. Hispani die 23. Decembr., & apud Biblioth. Valentin. pag. 389.

M M M C C X I V. 1670.

PETRUS NIETUS = Discalceatus provinciæ S. Joannis Baptistæ floruit prophetiæ spiritu sepultus in Conventu S. Honuphrii prope Setabim; de quo Nicolaus Anton., Arturus die 26. Julii §. 13., Chronol. provin. S. Joann., Anton. Pañes par. 1. lib. 1. cap. 63., Joan. a S. Maria Chron. S. Joseph par. 1., & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M C C X V. 1671.

PETRUS NUNNEZ =

Sermones de Sanctis Minoritis prodierunt una cum

Apologetico pro impressione Stigmatum S. Francisci per Christum facta ex Biblioth. Hispa.; nec non

Apologia pro Regal. Observ. ex Jo: a S. Anton. to. 2. Composuit etiam lingua vernacula

Sermones prædicabiles pro Dominicis Adventus, & præcipuis diebus festis in eo ab Ecclesia celebratis. Pinciæ an. 1643. in 4. ex iisdem, typis Regiis: quo anno habebat paratos ad prælum

Super Epistolas Dominicales Quadragesimæ sermonum to. 1. vernacule, &

De casu Judæ, teste cit. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 463. De eo Lassor to. 1. pag. 108., qui citat ejus *Sermonem de S. Maria Portiuncula*.

M M M C C X V I.

PETRUS DE OCAGNO Hispanus anno 1471. meritorum, ac virtutum gratia ad Episcopatum Guadicensem in Betica promotus edidit anno 1474. pro sua diœcesi

Statuta Synodalia, quæ manu propria hispanice scripta servantur Romæ in Bibliotheca Vaticana cod. 5874. ex Catalogo illius Bibliothecæ apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 121. & 140. Obiit autem anno 1489.; de eo & Waddingus in Annal. Min.

M M M C C X V I I.

PETRUS DE ORBARANA Subalpinas provinciæ Genuensis Capuccinor. alumnus, Philosophus, ac Theologus præclarus, Astronomiæ vero, atque Geometriæ peritissimus quædam ad has disciplinas attinentia reliquit, ut

Altipolarium instrumentum a se excogitatum, additis rationibus terræ immobilitatem demonstrantibus: &

Novum baculum geometricum cum suis operationibus: quæ duo Opuscula mss. asservari penes cl. V. Julium Torrinum, testatur Andreas Rossottus in Syllabo Script. Pedemont.; extabant etiam Venetiis in Biblioth. Argonaut., teste Coron. to. 2. Biblioth. Univers. n. 5746. De eo parce admodum autor Biblioth. Capuccin., & cum eo Jo: a S. Anton., qui videntur accepisse a Rossotto.

M M M C C X V I I I. 1672.

PETRUS DE ORBELLIS = ut mihi videtur, de Congregatione Coletanorum, & forsan nepos *Nicolai de Orbellis* supra memorati, concionator, & sac. Theologiæ Professor.

Quadragesimale hortuli conscientiæ Petri Dorbelli Andegaven. in sac. Theologia Lectoris, & prædicatoris Ordinis Minorum prodiit primo Lugduni 1491. apud Engelhardum Schulks Alemanum, exin Paris. an. 1518. in 8. per Joan. Parvum ab autore dicatum *Magistro Ioanni de Vallibus sac. Theologiæ Professori, & Fratrum Minorum provinciæ S. Bonaventuræ Ministro*; ipseque in prologo dicit se *Fr. Petrum Dorbelli*. Edidit etiam

Carmina Parisiis an. 1508., teste Dupino sec. 16. apud. Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 464.

M M M C C X I X. 1673.

PETRUS OROSIUS = scripsit hispane etiam

Historiam provinciæ S.Evangelii Americanæ juxta latinam Francisci Gonzagæ, teste Fr. Joanne de Torquemada, & Augustino Ventancurt in Chron. suis ejusdem provinciæ apud Jo: a S. Anton. to. 2., qui addit floruisse anno 1585.

M M M C C X X.

PETRUS DE OROZCO Hispanus ex Discalc. provin. S. Josephi, Pater provinciæ Austriæ, & Commissarius Gener. Hierosolymitanus Germaniæ edidit hispane

Christiani institutionem super VII. *Sacramenta Ecclesiæ fundatam*. Viennæ Austriæ an. 1635. in 8. m. per Matthæum Formicam; & postea anno 1656. Matriti in 8. typis Juliani de Paredes.

Ad *Episcopatum Temniæ* assumptus est an. 1643. juxta Catalogum Episcoporum Ordinis S. Francisci a Petro Antonio Veneto editum, ubi dicitur *Petrus de Ordicol*, videturque obiisse circa annum 1660. De eo Petrus de Alva in Militia Univ., Hieronymus Muñoz in Descriptione Capituli Gen. Ordinis Toleti an. 1673. celebrati, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M C C X X I. 1674.

PETRUS ORTIZ = Reg. Observ. edidit typis Simonis Faxardi ex Joan. a S. Anton.

M M M C C X X I I. 1675.

PETRUS PADUANUS = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed quo tempore scripserit, a nemine significatur.

Comment. super problemata Aristotelis ms. in fol. Hispali in Bibliotheca Ecclesiæ finiens: *Explicit prior expositio hujus libri Magistri Petri de Padua cæpta Parisiis, finita Paduæ. Deo gratias*, apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 464. est *Petri de Abana Patavini*.

Fr. Petri de Ordine Minorum Sermones incip. *Dominica prima Adventus: Veniet desideratus* &c. Venetiis extant in Biblioth. Bessarion. cod. 92. in 4. membran. foliorum 305. seculi xv. Bibliothecarius dubitat, an *Petri de Saxonia, Jasalensis*, vel *Aureoli* sint; alius cod. 93. membran. folior. 311. seculi circiter XIV. add. *ad Boves, de Blanaco, a Colle, de Padua*

M M M C C X X I I I. 1676.

PETRUS DE PALACIOS = videtur floruisse circa annum 1560. De eo Joannes a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

M M M C C X X I V. 1677.

PETRUS PAULUS CAPORELLA = Apulus Min. Convent. sac. Theologiæ Doctor insignis a Carolo V. ad Ecclesiam Crotoniatem in Calabria nominatus an. 1552., & a Julio III. confirmatus post 4. annos administrationis vitam cum morte commutavit ex Ughello to. 9. Ital. sac. De eo Rodulphius agit inter Scriptores lib. 3., Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol., Joan. a S. Anton. to. 2., aliique.

Quæstionem de matrimonio, & divortio Henrici VIII., & Catharinæ a quodam Fr. Ioanne Minorita scriptam vulgavit Neapoli anno 1531. typis Antonii de Jubenis, inquit Thomas Dempsterus in Eccle-

Eccles. Hist. Gent. Scotor. lib. *9.* n. 743.; anno 1542. in 4. per Cilium, inquit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 465. : forsan est 2. editio; dicitque *Quæstionem de matrimonio ad mentem Doctoris Subtilis*: quæ controversia incæpit an. 1529. Forsan hujus Quæstionis autor fuit *Joannes Vigerius*, qui eo anno factus est sui Ordinis Min. Conven. supremus Præfectus, nisi quis credat extitisse *Fr. Joannem Forestum* Catharinæ memoratæ a sacris Confessionibus, aut *Fr. Joa. Standicium*, Anglos, & viros doctos.

Operum infidelium, fideliumque in peccato manentium diligens elucidatio prodiit etiam Neapoli an. 1542. in 4. ex Coronel. Biblioth. Univer. to. 7., typis Cilii ad Fabium Arcellam Neapolitanum Bisignani, Polycastrique Episcopum, ac Sedis Apostolicæ Nuncium, quod Opus fecit, cum Neapoli esset Regens in Conventu S. Laurentii, extatque Florentiæ apud nostros.

Meminit hujus Philippus Cagliola in Hist. provinciæ Siculæ Minor. Conven. exploratione 3. manifestat. a pag. *99.*, ubi scribit floruisse diu *Panormi* multarum virtutum, ac summæ pietatis virum, ea in civitate *Pietatis Montem* ad puellarum parentibus destitutarum decorem tutandum instituisse, & egregiam Equitum, Religiosorumque *Societatem Alborum* vulgo, quæ morti addictos usque ad supplicium pientissimo charitatis prosequitur officio, excitasse.

MMMCCXXV.

PETRUS PAULUS Carnata Novariensis Min. Convent. Theologus *sui temporis doctissimus*, *Orator* etiam, *& concionator facundissimus*, inquit Bonaventura Theulus in Triumpho Seraph., rectis pluribus, præcipuisque sui Ordinis Gymnasiis, & multis, magnisque Ecclesiis concionibus illustratis, multa quoque scripsit, quorum aliqua ad nostram notitiam pervenerunt, & sunt

Oratio in laudem B. Caroli Borromæi S. R. E. Cardinalis linqua vulgari typis excusa, teste Cotta in Musæo Novarien. apud Franchinum in Appendice ad Bibliosoph. pag. 630.

Comment. in 8. libros Physicorum Aristotelis, dum Bergomi an. 1593. usque ad 1596. Studii Regentis munere fungeretur; extat ms. in 4. in parva S. Francisci Bibliotheca apud Saxolum, teste Franchino.

Comment. in 4. libros Sententiarum juxta mentem S. Bonaventuræ, dum Asisii anno 1605. usque ad 1608. Theologiam doceret; ibi ms. servatur in Bibliotheca sac. Conventus ex cit. Franchino n. 295., ubi adnotat, anno 1630. Vercellis in majori Ecclesia *Conciones quadragesimales* habuisse.

Adnotationes lucidissimæ in 2. dist. primi libri Sent. ad mentem Doctoris Subtilis Scoti ab Adm. Rev. Patre Magistro Petro Paulo Novariensi Collegii Mutinensis præstantissimo Regente editæ anno Dom. 1607. die 24. Aprilis extant mss. in 4. Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci.

Quæ cum ita sint, fuisse mihi duo, non unus ejusdem nominis, atque Conventus Novariensis videntur scriptores, quorum alter ab Aug. Superbo autore coævo in ms. Catalogo de Script. Ord. Min. pag. 112. dicitur *eruditissimus vir*, *sacræ Theologiæ professor celebris*, *in Philosophicis disciplinis conspicuus*, *magnus Philosophus appellatus*; *multa scripsisse Opuscula in Philosophia*, *& Theologia*, sed celasse; humanis demum rebus ereptus *annorum 68. Novariæ anno* 1616.; ita Superbus an. 1630. scribens, & viri cognomen reticens: alter vero, quem Franchinus laudatus tradit Magisterii lauream accepisse anno 1590. Romæ, Asisii *Regentis* studiorum munus ab anno 1605. usque ad an. 1608. explevisse, inde Mediolani, ac Patavii, Venetiisque usque ad an. 1626. idem munus exercuisse, ac anno 1630. adhuc in vivis extitisse, quo Vercellis *conciones* habuisse fertur. Qua de re viderint alii. Matthæus Ferchius in *Vita Scoti* an. 1623. vulgata cap. 7. n. 24. citat quemdam P. M. *Petrum Paulum Novariensem virum eruditissimum*, *& in Gymnasiis nostri Sodalitii celeberrimis præclare admodum Regentis munere functum*, acsi aliqua de *Scoti Vita* literis tradiderit; refert autem memoratus Franchinus, hunc anno 1617. usque ad 1620. Veneto in Gymnasio dictum Ferchium habuisse collegam; sed plura, & clariora forsan habebit Cotta, quem dixi, quemque adhuc non vidi.

MMMCCXXVI.

PETRUS PAULUS RIVA Cremonensis Min. Conv. Sacerdos edidit lingua vernacula

Regulam Tertii Ordinis S. Francisci eorum, qui in seculo degunt, sub regimine Minorum S. Francisci Cremon. cum Indulgentiis iisdem concessis, aliisque devotionibus. Parmæ an. 1583. in 8. typis HH. Seth Viotti, teste Francisco Arisio in Cremona Liter. to. 2.

MMMCCXXVII.

PETRUS PAULUS DE VALLE provinciæ, ut videtur, Romanæ Reg. Observ. sac. Theologiæ professor elaboravit

Orationem habitam in Templo Aracælitano, mandante S. P. Q. R. in die, qua ultimo lapide superposito admirandus Tholus in Apostolorum Principis Templo universali Urbis lætitia fuit absolutus an. 1590. jussu Sixti V., teste Prospero Mandosio cent. 4. Bibliothecæ Romanæ.

MMMCCXXVIII.

PETRUS PAUPER Hispanus Discalc. prov. S. Pauli alumnus in Urbe Procurator Canonizationis BB. MM. Japonensium Petri Baptistæ, & sociorum anno 1627. edidit in charta expansa

Historiam prædictorum Martyrum paucis perstrictam prosa, & versu, teste Joan. a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

MMMCCXXIX.

PETRUS PELAGATIUS Tranensis Apulus Min. Conv. sacræ Theologiæ, ac Decretorum Doctor eruditissimus an. 1482. creatur Episcopus Lavellensis in Apulia, quinquennioque post transfertur ad Telesinam Ecclesiam sub Archiepiscopo Beneventano; & datus paulo post Coadjutor Episcopatus Ferrariensis Administratoribus Joanni Borgiæ, & Hippolyto Estensi S. R. E. Cardinalibus; quo tempore, anno nimirum 1501. interfuit recognitioni Stigmatum B. *Luciæ Narniensis* Ferrariæ in Monasterio S. Catharinæ Senensis Ord. Prædic., ut ex Vita dictæ Beatæ die 15. Novembr., & ex Actis SS. Bolland. in Comment. prævio ad Vitam *B. Christinæ Stumbelen.* ad diem 22. Junii. Scripsit autem, quod quidem sciatur,

Conciones, & *Orationes*, *aliaque*, quæ periisse creduntur.

Librum de ingenuis puerorum, & adolescentium moribus ad Hippolytum Estensem S. R. E. Diac. Cardin., qui ab anno 1503. usque ad 1520. Ferrariensem administravit Ecclesiam, impressum Fer-

rariæ an. 1496. in 4. typis Laurentii de Rubeis ex Orlando de Orig., & progr. Typogr., & ex Ughello to. 8. Ital. sac. de Telesin. Episc. n. 19., ubi tradit, decessisse eum sub *Julio II.* post an. 1503. Revera anno 1505. die 23. Septembris condidit testamentum Ferrariæ, & paulo post obiit ante diem 26. dicti mensis, sepultusque est apud suos Consodales S. Francisci Min. Conv., uti testamento sanxerat. Meminit hujus Jacob. Philippus Bergomas eo tempore vivens in prologo libri *De claris, selectisque mulieribus* ad Beatricem Estensem Aragoniam Hungarórum, & Boemorum Reginam an. 1488. scripto inquiens: *ac demum ob Petro Tranense Telesino Corpiscopo, Philosopho, ac Theologo consumatissimo, quem præ ceteris sua inclito M. mirabilem non ignorat.* Aggregatus enim fuerat Ferrariensi Theologorum Collegio circa an. 1470. ex illius Collegii Catalogo a Ferrante Borsetto nuper evulgato in fine libri 5. partis 2. Historiæ Gymnasii Ferrariensis, apud quem & lib. 1. pag. 66. legimus, Joan. Baptistam Massam Ferrariæ Philosophiæ, Mediceæque facultatis Professorem edidisse *tractatum de modo conficiendi Ordeaceam ad Petrum de Thrano Theologiæ Doctorem egregium, Philosophum acutissimum, Ducis Ferrariæ Prædicatorem dignissimum anno* 1472., eumque ms. extare in Bibliotheca S. Dominici ejusdem civitatis. Rodulphius lib. 2. fol. 271. refert, hunc anno 1492. die 27. Maji Venetiis consecrasse Ecclesiam S. Mariæ Min. Conven., & Gonzaga par. 2. aliam Min. Observ. prope oppidum Cotiniolæ in Flaminia an. 1495., aliasque Ferrariæ ex M. Anton. Guarino in Comp. Hist. Eccles. Ferrarien. lib. 5. pag. 305. & 375.; de eoque tandem meminit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1482.

Superest adhuc ejus familia Ferrariæ inde forsan huc translata, ex qua floruit *Petrus Antonius de Trano* an. 1506. hujus Universitatis *Scholarum Legistarum Rector*; & *Jacobus Pelagottus* Jurisconsultus præclarus, & an. 1732. *Ferrariensis Rotæ Auditor* ex cit. Borsetti Hist. lib. 2., & 3.; *Jacobus Pelagottus* Carmelita Theologus 144. . . ex eodem.

MMMCCXXX.

PETRUS PERQUERIUS Gallus provinciæ Aquitaniæ Minister interfuit Concilio Basileensi, composuitque

Opusculum pro Immaculata V. M. Conceptione, cujus 16. propositiones exhibuit Patribus ejusdem Concilii, ut refert Thomas Strozza lib. 6. Controv. de Concept. cap. 3., addens curasse eum utramque conciliare opinionem: adfuit & Ferrariensi, seu Florentino Concilio an. 1435., & seqq., in eoque anno 1438. unus fuit e 5. disputatoribus contra Græcos ex Actis, & ex Annalibus Waddingi; annoque 1439. factus est Episcopus Caballicensis ex citato Waddingo, & Sanmarth. in Gallia Christiana.

* PETRUS PHILARETUS, al. Philargus = V. *Petrus de Candia*, vel *Cretensis*, seu *Alexander V.*

* PETRUS DE PHOCECCHIO = V. *Petrus Mugui* a Fossecchio. Jo: a S. Anton. to. 2. bis de eo agit, & pag. 446. v. *Petrus Fossechus*, & pag. 465. v. *Petrus de Phocecchia* ex Anton. Terrinca pag. 210. Theatri provinciæ Tusciæ.

MMMCCXXXI. 1678.

PETRUS POSNANIENSIS = sceipsisse etiam

Comment. in secundum librum Sententiarum testatur ipsemet in epist. ad Lectorem *Decisionibus Theologicis* præmissa illis verbis: *nam dum in continuandis meis Commentariis in secundum librum Sententiarum D. Subt., & secundo tomo Institutionum finiendo insisto* &c.

In tertium, & 4. librum Senten. quoque scripsisse, testatur Simon Starovolsco de Poloniæ Scriptor. illustr. pag. 173.

Institutionum sacr. liter. pars 2. prodiit ibidem Antuerpiæ an. 1639. in fol. ex Indice Biblioth. Barber., de qua & in cit. epistola *Decisionibus* præmissa, & ex Jo: a S. Anton. to. 2. ex Simone Starovolsco.

In singulas anni festivitates ternos sermones ex eodem.

MMMCCXXXII. 1679.

PETRUS DU PUY = vulgo, latine Podiensis, quem Dionysius Genuensis in Bibliotheca Scriptor. Capuccin. dicit provinciæ Occitaniæ Concionatorem pium, & doctum: de eo & Dupinus, & Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCXXXIII. 1680.

PETRUS QUESVELLUS = de quo Jo: a S. Anton. to. 2. fere refert, quæ exhibet Waddingus.

Directorium juris extat Florentiæ ms. in Biblioth. S. Crucis scam. 1. n. 422., & scam. 2. al. 3. versus claustrum n. 432. in fol. magno; Patavii in Bibliotheca S. Antonii; Parisiis in Colbertina codd. 328., & 2302.; nec non in Bibliotheca Abbatiæ Clarævallis; & in Biblioth. S. Martini Turonen. cod. pergam. 300. annorum ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1337. Citatur a S. Antonino in proœmio partis 1. suæ Summæ inter recentiores autores, quibus ipse uti solet in Opere, & ab Alexandro Ariosto in Enchiridio par. 1. n. 14. & 36., Summisque Angelica, & Rosella; de eoque præter antiquos agunt Simlerus Gesneri Epitomator, Dufrenius Cangius, & Oudinus to. 3. Comment. ad an. 1380., quo floruisse putatur. Anonymus quidam confecit *Epitomen* hujus Operis cum *Tabula* valde copiosa, quæ habetur Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis cod. ms. in 4. magno, ac veteri scam. 2. al 3. versus claustrum n. 433. ita inscripta: *Incipit quædam Summa de Sacramentis obstructa de libro, qui vocatur Directorium juris. Si quis ignorat, ignorabitur. 1. ad Cor. XIIII.*

MMMCCXXXIV.

PETRUS QUINTINOPOLITANUS (vulgo *S. Quintino*) Gallus provinciæ Parisien. Min. Capuccin. vir doctus, & in sacris Scripturis eruditus gallice edidit

Speculum Oriniacense, in quo describitur Vita S. Benedictæ, & multo referuntur de Monasterio Oriniocensi. Quintinopoli 1646. in 4.

Vitas SS. Martyrum Domitii, & Ulfi, qui Ambiani coluntur, in 8. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCXXXV.

PETRUS RAVATIUS, al. Rabatius Gallus Decretorum Doctor an. 1376. factus est Episcopus *Electen.*, mox ad *Carpentoracten.* insequenti anno, & ad *S. Pontii* Tomeriarum Ecclesiam in Gallia Narbonen. an. 1397. translatus, exin anno 1402. ad *Tolosanum Archiepiscopatum* a Benedicto XIII. in schismate promotus est, cujus partes strenue Parisiis coram Carolo VI. tutatus est, & pro eo ad Bonifacium IX. anno 1404. ad schisma tollendum legatione functus, ob quæ an. 1408. die 22. Septembris ab eodem Benedicto creatur *Cardinalis*, inter

fuit

fuitque insequenti anno ineunte Concilio Perpiniani, ubi cum aliis suasit Benedicto, ut pro schismatis extinctione dignitati cederet, quod cum ille præstare renuisset, eo relicto contulit se Pisas ad universale Concilium, ubi eodem anno 1409. vita excessit ex nova Gallia Christiana PP. Maurin. to. 6. de Ecclesia S. Pontii Tomer.

Disputationes duas edidit, quibus probare conatus est *Benedictum XIII.* nec per obedientiæ subtractionem ad cessionem Papatus cogendum esse ex to. 4. Bullæi Hist. Universit. Parisien. pag. 777., & Aug. Orsi lib. 5. de Rom. Pontif. auctoritate cap. 8. art. 1. §. 1.

M M M C C X X X V I.

PETRUS RAVENNAS U. J. D., & Eques Auratus, Alexandri de Imola J. C. clarissimi discipulus Patavii publice legebat an. 1497., quo cum Bugislaus Pomeraniæ Dux Hierosolymam sacra loca veneraturus adiisset, revertens Venetias appulit, ubi de aua *Gripswalden.* Academia augenda, & exornanda cogitans, cum audisset Petri nomen apud Patavinos, & Venetos magnum esse, illum sibi concedi ab Augustino Barbadico Venetorum Duce flagitavit, quem obtentum cum uxore Lucretia, & liberis in Pomeraniam conduxit, ibique in Gripswaldensi Universitate aliquot annis cum applausu Petrus docuit; verum amissis liberis, & jam senescens tractus amore patriæ cœpit cogitare de reditu, quem cum a Bugislao non sine tamen difficultate tandem obtinuisset, Gripswalda discessit: verum iter per Saxoniam faciens, a Friderico Duce, ejusque fratre Joanne detentus est, ac pene coactus Wittembergæ docere, sed paulo post urbem illam, & provinciam, occupante peste, reliquit, contulitque se Coloniam Agrippinam, ubi etiam rogatus docuit Jus an. 1508., uti legitur in epistola Ortuini Gratii Daventrien. bonarum artium Coloniæ Professoris ad eum cum Panegyrico ei condito data kal. Martii præfato anno 1508., in qua pene totam Vitam ejusdem describit, dicitque valde familiarem etiam fuisse *Massimiliano Imper.* Sunt qui tradunt, eum reversum Wittembergam peste liberam a Saxoniæ Duce revocatum, ibi circa an. 1510. diem obiisse: refert Miræus, in fine amplexum esse habitum, & Institutum *Tertii Ordinis* S. Franc., in quo magna, singularique pietatis opinione vixit. De eo omnium postremus, & copiosius agit P. Abbas Petrus Paulus Ginanni in *Dissert. epistol. de Literat. Ravennat.* edita Ravennæ an. 1749. apud Antonium Mariam Landum pag. 96., & seqq. Scripsit

Sermones extraordinarios cum adjunctis quæstionibus casuum conscientiæ. Wittembergæ an. 1505. ex Auberto Miræo de Scriptor. Eccles. sec. XVI., & Coloniæ 1507. in 4., teste Jo: Hallevordio in Bibliotheca curiosa pag. 327., & Oleario in Abaco pag. 370.

Compendium Juris canonici in tres partes divisum cum

Disputatione de materia decimarum in fine Operis posita contra quemdam recentem Theologum cum *Repertorio* Antonii de Curte Montisacuti Legum Licentiati. Parisiis an. 1521. in 4. expensis Gallioti de Prato: antea prodierat Lipsiæ an. 1506. in fol. *Compendium juris canonici, & civilis*.

Alphabetum aureum utriusque juris cum

Dictis notabilibus, extravagantibus, & allegationibus in materiam consuetudinum a Jo: Thierry Lingonensi J. U. D. auctum, & emendatum prodiit Lugduni an. 1517. in 8. typis Jo: Marion, cujus Operis in principio extat carmen heroicum Gualteri Tangberii Buscoducensis liberalium artium Magistri, jurisque Pontificii Symmathetris, in fine vero epistola prædicta Orturini Gratii eum elogio, seu panegyrico in laudem ejusdem Petri. Utrumque Opus *Compendium*, & *Alphabetum* habetur Romæ in Bibliotheca Franciscana Collegii S. Bonaventuræ. *Dicta notabilia, extravagantia &c.* extant & in to. x. tract. m. Juris pag. 779.

In Constitutiones feudorum compendium. Parisiis an. 1516. in fol. apud Galeotum a Prato, & postea Viennæ an. 1541., extatque in to. x. Tractat. m. Juris parte 2. *de Feudis*, ubi & to. 2. p. 381. habetur ejus Opus *de Statutis*.

Libellum de potestate Papæ, & Imperatoris suum ipsemet citat in fine libri *de feudis*, & in prædictis *Dictis notabilibus, & allegationibus*.

Dicta notabilia, & singularia utriusque juris habentur & in to. 2. *Singularium Doctorum* in fol. Venetiis an. 1578. apud HH. Hieronymi Scoti, ubi p. 208. legitur *epistola* ejus ad Ortwinum Gratium, seu ejus responsio cum epigrammate, & pag. 210. habetur ejus *Responsio ad Jacobum de Alta-platea circa suspensos in patibulo*.

Disputationes de corpore suspensi in patibulo, an remanere debeat. Ravennæ ex Fontana in Bibliotheca Legali.

Repetitiones in frequentiores juris canonici partes. Venetiis tomis 2. in fol. anno 1587.

Repetitio celebris, & prolixa in C. Inter cetera de Immunitate Ecclesiarum ex Papadopulo de Gymnas. Patav. lib. 3. cap. 14. forsan pars.

Interpretationes perampla in libros Decretalium ex cod. loco cit., sed forsan idem Opus cum superioribus, uti & quod Gesnerus habet in Bibliotheca scripsisse eum, *an Decimæ sint de jure divino*, nempe in *Compendio iuris canonici*.

Allegoria, & tropologiæ in locos utriusque Testamenti. Parisiis an. 1574. in 8.

Oratio ad Joannem Mocenigum Venetiarum Ducem memoratur a Joanne Petro Ferretto de Viris Illustr. Ravennat.: porro Jo: Mocenigus rexit ab anno 1477. usque ad an. 1485.

M M M C C X X X V I I. 1681.

PETRUS RAYNALDUCCIUS = *magnus prædicator, & Apostolicus Pænitentiarius in Urbe, vir mira abstinentiæ, paupertatis evangelicæ, & religiosa obedientiæ, qui multos in viam salutis reduxit*: inquit autor coævus in Chronico, quod B. Odorici Forojulien. nomine refertur; & autor Chronicæ Aulæ Regiæ illius & ipse temporis ait, opinionem tunc viguisse, eum de cognatione *Columnensium* fuisse, forsan affinitate. Huic Marianus Florentinus attribuit

Opusculum de Christi Imitatione, de quo autor *Conjecturæ de libris de Imitatione Christi, eorumque autoribus* Romæ an. 1667. editæ ait, tres primos incertum esse, an aint Joan. Vercellensis, an vero Ubertini Casalen., vel Petri de Corbario; nam quartum librum statuit esse Joannis Gersonia, & Thomam a Kempis fuisse omnium compilatorem. V. *Henricus de Balma*. Opus *de imitatione Christi* anonymi extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. cod. 456. fol. 77. ex Montfaucon in Bibliotheca Bibliothecar. mss. to. 1. pag. 99.

M M M C C X X X V I I I.

S. PETRUS REGALATUS Vallisoleti natus nobi-

bilibus, piisque parrntibus ab ipsa pueritia pietatem coluit, & adolescens Minorum Institutum amplexus Beati Petri Villacretiani Reformationis Hispanicæ autoris discipulus, in Aquileriano Cœnobio rigidioris disciplinæ promotor fuit, & adjutor præcipuus; factus Cœnobii S. Mariæ de Scala cæli, vulgo *de Abrojo* prope Vallisoletum Præfectus, tot virtutibus, meritisque illuxit, ut & vivus spiritu prophetico, & mortuus miraculis prope innumeris coruscaverit. Decessit Aquileriæ an. 1456. die 30. Martii ætatis suæ 66., cumque Innocentius XI. Beatorum, & Benedictus XIV. an. 1746. mense Junio Sanctorum numero adscripsit. Ejus sunt

Compendium Vitæ sui Magistri B. Petri de Villacreces.

Expositio Regulæ Fratrum Minorum.

Constitutiones, ritus, & leges pro Reformatis Cœnobiis de Aquileria, & de Abroja,

Exercitia vitæ activæ, & contemplativæ alumnorum prædictorum Cœnobiorum.

Opusculum de arbore vitæ, seu de SS. Cruce: ex quibus plura vulgavit Emmanuel Monzaval in Vita ejus edita anno 1684. fol. 56. 188., & alibi; & Eusebius Gonzalez to. 6. Chronic. Ord. lib. 1. cap. 8. & 9.

Epistolæ plures asceticæ mss. habentur in dicto Cœnobio S. Mariæ de Abrojo ex Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 412. De eo agunt Marcus Ulyssipon. Chron. par. 3., Arturus ad diem 31. Martii, & Bollandus ad eumdem diem, præter Waddingum in Annal., aliosque plures.

MMMCCXXXIX. 1682.

PETRUS REGINALDUS = Ord. Min. Convent.

Speculum finalis retributionis prodiit Venetiis an. 1498. in 8., & Basileæ anno 1499. ex Orlando de Orig., & progr. typogr., de quo & Possevinus in Appar. sac., Parisiis quoque eodem anno in 8. in Suburbiis S. Germani de Pratis per Petrum Levet, correctum, & castigatum studio P. Gulielmi Totani Dominicani, qui in prologo isthæc scribit: *Ut de ceteris taceerim, optime fecisse videtur egregius sacræ Theologiæ Doctor Magister Petrus Reginaldeti Ordinis Fratrum Minorum, cujus mentem divina sapientia ita fecundasse arbitror, mirabili, ac ineffabili modo inebriasse, ut nihil terrenum, nihilque mundanum cor ejus alliceret, sed toto mentis suæ conatu, intuitu, & affectu futuram operum bonorum, malorumque retributionem contemplaretur &c. . . . Unde & tamquam de hujusmodi non ignarus libellum hunc, quem, si ceteris placet, Speculum finalis retributionis appello, non sine magno labore, magnaque diligentia composuit stylo grato, & facundo, celsaque sententia, atque ordine decentissimo ad finem usque perducendo. Cujus utilitatem frequentissime cogitans ego Fr. Guilielmus Totani sacri Ordinis Fratrum Prædicatorum humilis Doctor, & Lector insignis Ecclesiæ Primatis Galliarum S. Joannis Lu:* &c. . . *Tantum ergo, ac tam utile Opus ad gloriam præfati sacri Ordinis Minorum in lucem omnibus præbere volens, quo salus plurium valeat procurari, ex exemplari non modicum vitiato studui, quoad potui, verum exemplar conficere de minus bene correctis* &c.; ut est apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 467., & 468. Hujus editionis non meminit Jac. Echardus to. 2. Bibliothecæ Ord. Prædic. in *Gulielmo Totano*.

Petri Reginaldi primus, & 2. Senten. liber ms. extat in Bibliotheca Murbacen. diœces. Basileen. in fol. chart. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1178.

Augustinus Patritius in Hist. Concilii Basileensis, & Florentini n. 119. referens ea, quæ anno 1441. mense Julio inter Patres Concilii Basileæ sunt acta super dissensione Fratrum Minor. Conventualium cum Observantibus subjungit: *Per hoc tempus a quodam Petro Reginalda ex Observantibus Theologo insigni Patribus propositum est, videri sibi declarandum, omnes homines adultas sub pœna damnationis æternæ obligari scire explicite decem præcepta legis.* Quod si hic idem sit, fuerit oportet ex Congregatione *Coletanorum*, qui dicebantur *de Observantia, & obedientia Regulari*, parebantque Ministris Conventualibus; & *Ministros* ipsi quoque, ac *Magistros* admittebant. Sed alius erit ille *Petrus Reginaldi* Minorita, qui anno 1506. a Julio II. beneficium accepit ex Reg. Pontif. apud Petrum de Alva, & Astorga in Indic. Bullarii Seraph. num. 28., fuitque eo anno Romæ in Comitiis General., diciturque *Baccalaureus* ex lib. expensarum in Archivo Ordinis apud SS. Apostolos sub tit. *prov. Franciæ*.

MMMCCXL. 1683.

PETRUS REGIS = cognomento vulgo *Coninck* Reginis Leonoræ, & Mariæ Austriacis fuit a Confessionibus ex Jo: a S. Anton. to. 2., de quo Valerius Andreas in Biblioth. Belg., & Dupinus in Supplem.

Tractatus de voluntate Dei ms. extabat penes Henricum Willotum, ut ipsemet scribit in suis Athenis Franciscanis apud Possevinum in Appar. sac.

* PETRUS DE REMIS = V. *Petrus de Vallibus*.

MMMCCXLI. 1684.

PETRUS RESCHINGERUS = supra dicitur perperam a Waddingo *Paulus Resinger Germanus*, ejusque Opus, seu *Repertarium* produsse *Basileæ* an. 1502.; hoc autem loco cusum dicitur *Venetiis* an. 1502. Porro *Resking* est latinis Cæsarea Bojorum in Bavaria, teste Baudrand in Lexico Geograph., & hic autor vocabatur *Petrus*, non *Paulus*, ejusque Opus prodiit Basileæ an. 1502. in 4. m. per Nicolaum Resler civem Basileensem, quod vidi Romæ apud nostros, cujus editionis meminit & Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 469.

MMMCCXLII. 1685.

PETRUS REVELLAUDI = de hoc agit & Possevinus in Appar. sac. to. 3., & Joan. a S. Anton. to. 2. ex Waddingo.

MMMCCXLIII.

PETRUS REUZ typis mandavit

Ordinem celebrandi Missas solemnes, & privatas. Genuæ an. 1637. in 4. ex Catalogo librorum catholicorum edito Genuæ an. 1725. apud Joan. a S. Anton. in append.

MMMCCXLIV. 1686.

PETRUS ROBERTUS = Belga natione, ut videtur, de quo & Possevinus in Appar. sac., & Franchinus n. 293., ac Joan. a S. Anton. to. 2. Ejus Opus impressum est an. 1594., non autem 1694., ut mendose legitur apud Franchinum cit., qui hunc dicit, extitisse Minoritam Conventualem provinciæ Leodiensis; cum sit *Andaginum* antiquis, quod nunc *S. Hucbertus* x. milliaria ab urbe Leodiensi distans oppidum super fluvium Hommæ olim insigne propter Abbatiam *S. Hucberti* Ord. S. Benedicti. MMMCCXLV.

MMMCCXLV.

PETRUS RODULFI Viglevanensis provinciæ Mediolanen. Min. Convent. sac. Theologiæ Doctor, & Ecclesiastes nobilis, suique Ordinis in Urbe Procurator Generalis tempore Sixti IV. scripsit

Conciones, & Orationes varias; quarum meminit etiam autor illius temporis Jacobus Volaterranus in Diario Romano to. 23. Rer. Italic. Script. sub *anno* 1481. 2. *Dominica Adventus* inquiens: Romæ coram Summo Pontifice *Homiliam diei peroravit . . . . a Viglevano Insubrorum oppido Procurator in Romana Curia Ordinis B. Francisci. Ejus Oratio habita est elegans, & erudita, & cæremoniæ diei multum accommodata: fuit ab omnibus commendatus. Id reprehensum duntaxat, quod Iuvenalis versiculum, cum videlicet: & de virtute loquuti clunem agitant: qui quamvis cursui Orationis quadraverit, tamen ob religionem loci parum pudire dictum reputatum est*: & sub an. 1482. in 2. Dominica Quadragesimæ scribit: *Procurator Ordinis Minorum Sermonem habuit, qui plurimum commendatus est*: pauloque post adducit ejus verba in petitione *Canonizationis* S. Bonaventuræ; cujus in Actis hujus viri extat mentio, & inde in Annal. Min. a Waddingo editis.

MMMCCXLVI. 1687.

PETRUS RODULPHIUS = anno 1578. cum Bononiæ in Ecclesia majori *conciones* haberet, aggregatus est Collegio Theologorum illius urbis *tanquam vir famosus* ex monumentis ejusdem Collegii; & cum antea extitisset provinciæ Piceni Minister, Ordinis a Secretis, & Procurator Gener., nec non Supremæ Inquisitionis in Urbe Consultor, an. 1587. a Sixto V. ad Venusinam Ecclesiam promovetur, & quadriennio post ad Senogalliensem transfertur, ubi post 10. annos vivere desiit anno 1601. in sua Ecclesia humatus ex Ughello to. 2. & 7. Ital. sac., ubi sub ejus effigie inscriptio cernitur apud eum legenda.

Catalogus universalis totius Seraphici Ordinis &c. vulgatus est sub ejus nomine Florentiæ anno 1578. in 4. apud Juntas opera *Fr. Ludovici Tiphernatis*; sed Franchinus sæpe citatus num. 292. dicit non esse hujus autoris; & quidem ipsemet lib. 3. fol. 333. propria recensens Opera an. 1586. istum *Catalogum* non habet: citatur tamen a Ferchio in *Discuss. Scot.* cap. 13. pag. 64. uti impressus *Bononiæ*, sed cum errore.

1. *Conciones* italice variis temporibus, ac locis habitæ prodierunt Bononiæ 1580. in 8. typis Alexandri Benacci. Extat codex Romæ in Biblioth. Conventus SS. Apostolorum.

Concionum pars prima, & 2. vernaculo sermone prodiit Venetiis an. 1584. in 4. typis Francisci ex Ind. Biblioth. S. Franc. Bononiæ, & cit. Franchino; suntque conciones 16. extraordinariæ variis in locis habitæ.

Super Canticum B. V. Mariæ, ac

De septem verbis Domini in cruce italico sermone ex Jo: a S. Anton. to. 2.

Vita B. Micheliæ Pisaurensis italico sermone cusa est Arimini an. 1585.

Vita B. Margaritæ Columnensis Romanæ Ord. S. Claræ eodem sermone scripta est etiam ab eo seorsum, ut ipsemet lib. 1. fol. 140. de hac Beata disserens ait: *Vitam, & miracula hujus sacratæ Virginis longius prosecutus sum sermone vernaculo*.

Opera omnia S. Gregorii Papæ jussu Sixti V. recognovit, & in sex tomos distributa vulgavit Romæ an. 1588. in fol. typis Vaticanis usque ad an. 1593., quam editionem utpote castigatiorem, auctioremque imitatæ sunt aliæ, nimirum Parisiensis an. 1605. 1619., & 1640., Romana alia an. 1613., & Antuerpiensis 1615., de quibus Possevinus in Appar. sac. v. *S. Gregorius PP.*, & Oudinus to. 1. Comment. in *Gregorio M.* cap. 1. & 2.

Opera S. Bernardini Senensis emendata, auctioraque edi curavit tomis 4. Venetiis an. 1591. typis Juntarum.

Sermones S. Petri Chrysologi in multis emendavit, edique curavit ibidem anno 1594., ut habet & Martinus de Castillo in Vita ejusdem S. Petri *Sermonibus* anno 1676. Lugduni cusis præmissa, & Oudinus cit. to. 1. Comment. in *Petro Chrysologo*: hos autem sermones dicavit Senatui Imolen. epistola Senogalliæ data prid. idus Martii an. 1594.; legiturque in editione eorumdem sermonum facta Bononiæ per Carolum Zenerum an. 1643., in qua inquit *Vitam quoque* ejusdem *Sanctiss. Viri qua potuit brevitate, ac diligentia descripsisse*, eaque usus est Dominicus Mita in sua B. Petri Chrysologi Vita præfatæ Bononiensi *Sermonum* editioni præmissa.

Dictionarium pauperum ordine alphabetico continens exercitamenta de virtutibus, & vitiis Opus est *Anonymi*, qui videtur vixisse post an. 1520., cum nedum S. Bonaventuram citet, & Paulum Cortesium, sed etiam hæreses *Lutheranam*, & *Anabaptistarum* nominet; fertque titulum *Dictionarii*, ac *Summæ de virtutibus, & vitiis* a Rodulphio repertum, cum ipse an. 1579. Bononiæ in Æde S. Petri, majorique hortatu Cardinalis Palæotti Episcopi *Lectiones de casibus conscientiæ* haberet, quemadmodum scribit in proœmio dicti Operis, cui & addidit *Præludia*, seu *Rudimenta* pro concionatoribus 40. capitibus distincta, nec non *Indicem* locupletissimum; & emisit Bononiæ, & Constantiæ apud Leonardum Straub, Lugduni etiam anno 1599. in 8. apud Anton. Huguetanum, teste Possevino to. 3. Appar. sac., postea Coloniæ 1602. apud Quentel, & in Offic. Friburg., iterum Lugduni 1609. typis iisdem Huguetanis, & incipit: *De abstinentia: abstinere est, cum aliquis ab aliqua re usum ejus a se rejicit*: citatque autor §. *Anima* Gulielmum Scotistam, fortasse Vorilongum, qui obiit an. 1464., ejusque Opus prodiit primùm an. 1489.

Synodos Venusinam, & Senogalliensem edidit, ut edocet laudatus Ughellus to. 2. & 7. Ital. sac.; quarum *Senogalliensis* anno 1591. habita excusa est Romæ an. 1592. in 4. typis Gabianis. In epistola ad Clerum data Senogalliæ anno eodem die 18. Febr., eidemque præfixa dicit se in Franciscana familia *annos 40. plus minus* vixisse, atque ad utilitatem suæ diœcesis curasse, ut typis daretur *Calendarium ad usum Romanum*, *Doctrina Christiana*, & *Rituarium . . . in omnes partes utile, & necessarium, ut Parochi ad omnia expediti sint, & instructi in cæremoniis, & ritibus, quorum usus etsi frequens in Ecclesia sit, eorum tamen nullam, aut modicam certe huiusque nostra diœcesis retinuit rationem*.

Chronicon Senogalliæ urbis, ejusque diœcesis etiam latine scripsit, quod sæpe citat Vincentius Maria Cimarella Corinaltensis Ordinis Prædicat. Brixiæ contra hæret. pravit. Inquisitor in Historia Du-

Ducatus Urbini, Senonum &c., anno 1642. publicata, & præsertim lib. 2. cap. 5.

Collectionem omnium privilegiorum, & monumentorum civitatis Senogalliæ adornavit, donavitque Rectoribus illius urbis, quam reponerent in Archivo civitatis, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1491. num. 70.

Rodulphius versibus celebratus est a Cornelio Amaltheo nobili poeta Forojuliensi, cumque non semel laudavit Marcus Scarsella in literis suæ *Summæ casuum conscientiæ* an. 1589. præmissis, ut & Gonzaga, Possevinus, Marracius par. 2. Biblioth. Marianæ, & Ghilinus in Theatro Viror. vol. 2. Hunc Oudinus to. 1. Comment. ad an. 1590. in *Gregorio M.* cap. 12. scribit extitisse antea *Medicum* Sixti V., ob idque ab eo creatum Episcopum Venusinum: itaque confundit hunc Petrum cum antiquo *Petro Corialdo* Tausinianensi insigni Medico, de quo ipsemet Rodulphius mentionem facit lib. 3. de semetipso verba texens.

MMMCCXLVII. 1688.

PETRUS DE ROXAS = *de Rojas* dicitur a Jo: a S. Anton. to. 2. Waddingum in aliis secuto.

MMMCCXLVIII. 1689.

PETRUS RUSSELLUS = anno 1399. die 25. Novembris Martinus Aragoniæ Rex huic potestatem fecit *legendi, docendi*, & *dogmatizandi* ubique locorum sui regni *Artem generalem, ceterosque libros Raymundi Lulli*; ut habetur in *Dissertatione* Jo: Baptistæ Sollerii Soc. Jesu de B. Lulli orthodoxia apud Act. SS. Continuat. Bolland. to. 5. Junii ad diem 3.; unde liquet, eum forsan aliqua scripsisse

Super B. Raymundi Lulli scriptis Comment., quæ aut latere, aut excidisse possunt: & quidem Jo: Gerson, qui eo tempore vivebat, *De examin. Doctrin.* par. 2. consid. 1. tradit, suo tempore in Aragonia *Raymundi Lulli* doctrinam doceri.

Anno 1420. *Petrus Russel* cum esset Minister provinciæ Angliæ, dignitate se abdicavit, ut ex Reg. Pontif. scribit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1421. n.11. Meminit hujus Cabilonensis in Bibliot. Pontificia pag.185. apud Jo: a S. Anton. to.2.

MMMCCXLIX. 1690.

PETRUS DE SALAZAR =

Bullam Canonizationis S. Didaci e latino vulgarem fecit. Compluti 1592. in 4. ex Biblior. Hisp., ubi Casarrubien. dicitur, uti & a Jo: a S.Anton.to.2.

MMMCCL. 1691.

PETRUS SALMERIUS = de quo Jo: a S. Anton. to. 2. Waddingum exscribens.

MMMCCLI. 1692.

PETRUS SALPINI = *Sulpinus* dicitur a Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 473., & floruisse anno 1340., sed perperam. Vasatensi Ecclesiæ admotus est an. 1412. ex Reg. Vatic. apud ipsum Waddingum in Annal. Min. ad eum annum; quare inconsulto hic dicitur *Reg. Observ.*, cum hjus Congregationis *primus Episcopus* extiterit Fr. *Matthæus Agrigentinus* an. 1442., & cum in Bulla suæ promotionis dicatur *sac. Theologiæ Magister*.

MMMCCLII.

PETRUS SANCHEZ Arroyo Hispanus Min.Conv. librum edidit tit:

Dialogo traumatico regular, en el qual hablan tres Padres del Orden de Sancto Domingo, como censores de un tratado intitulado: El humano Seraphin, y unico llgado: ut videtur, *de stigmatibus S.Catharinæ Senen.*; sed proscriptus est decr. 22. Decem. 1700.: de quo Bened. XIV. de Canoniz. p. 2. c. 8.

MMMCCLIII.

PETRUS DE SANCTOYO Hispanus cum factus esset Sacerdos, ea die, qua primum Sacrum confícere habuit, ad Minorum Fratrum Cœnobium accessit; ibique B. Francisci veste sumpta, fuit unus e primis Reformatoribus Ordinis Minorum in regno Castellæ una cum Petro Villacretiano, & B. Petro Regalato: ubi cum plures Conventus reformationi attraxisset, effecit, ut *Custodia de Sanctoyo* diceretur, quæ postmodum ad *provinciæ* dignitatem evecta est, & nunc dicitur provincia *Conceptionis*. Obiit cum opinione sanctitatis Vallisoleti die 7. Aprilis anno 1431., cum scripsisset

Notabilia de remediis contra tentationes spirituales; ut refert Alphonsus a Spina ejusdem Instituti, ejusdemque seculi scriptor in *Fortalitio fidei* lib. 5. consid. 9. his verbis: *hæc est doctrina illius illuminati, & sancti viri fratris Petri de Sanctoyo in quibusdam suis Notabilibus de remediis contra tentationes spirituales, qui fuit unus de principalibus Reformatoribus Ordinis nostri in hoc regno Castellæ*. De eo vero agunt ex antiquis monum. Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib.1. cap. 10., & lib.2. cap.27., & ex his Waddingus in Annal. Min., Arturus ad diem 7. Aprilis, Gonzalez to. 5. Chronic. Ordinis lib. 3. cap. 10., & Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCLIV.

PETRUS SARNUS Panormitanus provinciæ Siciliæ Tertii Ordinis S. Francisci Claustralis Definitor Generalis vir pius, & doctus scripsit libellum sermone vernaculo inscriptum

Giardino spirituale per conforto degl' agonizanti primum Panormi excusum an. 1619. in 12. apud Jo: Anton. de Franciscis, & iterum an. 1623. per Franciscum Trullium in 12.; & alium hoc titulo:

Breve trattato per conforto degl' afflitti condannati a morte: ibidem an. 1623. in 12. typis Decii Cyrilli ex Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 38.

Obiit in patria an. 1624. die 26. Martii ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCLV. 1693.

PETRUS SAXO = de quo Rodulphius lib. 3., & alii plures; eumque puto floruisse non anno 1319., ut Eynsengrenius scribit, sed 1419., vel 1391., cum Bartholomæus Pisanus, qui anno circiter 1390. scribebat, ejus non meminerit. Quod autem, Waddingo teste, scripsit Willotus, curasse eum, ut *Opera S. Bernardini* Senensis Venetiis prodirent, error est; siquidem non *Petrus Saxo*, sed Petrus Tossinianen. id curavit, ut dictum est. Meminit hujus S.Antoninus in Chronico tit. 24. cap. 8. §. 2., vultque ejusdem *Summam* pertinere *ad casus conscientiæ, & etiam ad forum contentiosum*: uti & autor Firmamenti trium Ordinum par. 1.; hunc etiam commemorat Jo: Baptista Cazalupi, qui & ipse an. 1450. scribebat, in *tractatu de modo studendi in utroque jure* docum. 5. inter eos, qui scripserunt in jure; de eo & Trithemius, Sixtus Senensis, & ultimo Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCLVI.

PETRUS A S. SEVERINOS Picenus Min. Capuccinor. concionator vulgavit

Sermones de Sanctis, inter quos ille *de S. Ansovino Episcopo Camerte* impressus est Camerini an. 1641. apud Franciscum Gislerium ex Joan. a S. Anton.

MMMCCLVII.

MMMCCLVII.

PETRUS SELLERAS ex oppido *Torre los nigros* Cæsaraugustanæ diœcesis provin. Aragoniæ Regul. Observ. virtutibus, & miraculis claruisse ferunt, ediditque nonnulla *Opuscula* spiritualia, quæ sunt

Carmina spiritualia—Diarias excitator—Diarium Horarium, & *Meditationes breves Marianas pro singulis hebdomadæ diebus*. Cæsaraugustæ an. 1703. apud Jo: Perez. Obiit an.1622. die 28. Febr., teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCLVIII. 1694.

PETRUS SIFRONIUS=legendum Supronienss, seu de *Supronio* Hungariæ oppido *Custodiæ Ietariensis*, cujus meminit Rodulphius lib. 1. fol. 141. in Vita S. Joannis Capistran. De eo & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMMCCLIX.

PETRUS SIGLER Hispanus provinciæ Castellæ scripsit vernacule

Attributos de Maria en sermones in sua Immacul. Conceptione, Hispali 1632. in fol. ex Biblioth. Hisp. p. 192., Petro de Alva col. 1189. Militiæ, Marracio, & Joan. a S. Anton. 10. 2., a quo dicitur de *Umbria Hispanus*.

MMMCCLX. 1695.

PETRUS SIMON = Reg. Observ., de quo Nicolaus Anton., Lassor to. 1. Universi Orbis pag. 45., & Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

MMMCCLXI. 1696.

PETRUS SLUPICK scripsit germanico idiomate ex Willoto apud Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCLXII.

PETRUS DE SOSA Hispanus cum esset, ut videtur, vel fuisset in America meridionali ante an. 1629., scripsit vulgari lingua Opus

De lubrico statu regni Chili typis cusum in fol. ex cit. Biblioth. Hispa. pag. 194. ex Anton. de Leon in Biblioth. Orient. & Occident. an. 1629. impressa, de quo & Jo: a S. Anton. in utraque sua Bibliotheca.

MMMCCLXIII. 1697.

PETRUS A STEEMBERGHE = scripsit &

Catechismum flandrice, & gallice iterato impressum, teste Fr. Carolo Coerdenhove in Compilatione Chronologica dictæ provinciæ apud Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 473.

PETRUS A SUPRONIO = V. supra *Petrus Sifronius*.

MMMCCLXIV.

PETRUS TATARETUS Gallus Doctor Parisiensis Philosophus, Theologusque suo tempore præclarus; quem Silvester Maurolycus in Mari oceano Religionum, & Franciscus Bordonus in Chronol. 3. Ord. cap. 38. prædicant extitisse *Tertii Ord. S. Franc. secularis*, eorumque, qui nullo Religionis voto astringuntur, quos secutus est Joan. a S. Anton. to. 2., & ante istos Augustinus Gothutius in epist. suo *Gymnasio Speculativo* an. 1605. Parisiis edito præmissa ad Lectorem: scripsit

Expositionem in Summulas Petri Hispani tractatibus 7. comprehensam, quæ primum prodiit sine loco, & anno impressionis; postea hanc autor interpolavit, castigavitque an. 1501., & ad Ludovicum de Passu Canonicum Lausanensem, ac Protonotarium Apostolicum misit; binisque tractatibus *de Descensu*, & *Insolubilium* auxit; & vulgata est anno 1503. cum aliis expositionibus in Logicam, & Philosophiam cura, & industria Nicolai Wolf Alemanni in 4. sine loco; & exinde an. 1509. Paris. apud Claudium Davost; mox Basileæ 1514. in fol. cum passibus Scoti.

Expositio in libros Logicæ Porphyrii, & Aristotelis ad mentem Doctoris Subtilis Scoti; nec non

Expositio in tota Philosophia naturali, & Metaphysica Arist. usque ad 6. librum juxta mentem Doctoris Subtilis Scoti prodiit an. 1503. in 4. per Nicolaum Wolf Alemanum sine loco editionis, quæ tamen facta est Venetiis; postea Parisiis an. 1509. apud Claudium Davost teste Possevino 10.3. Appar. sac., iterumque anno 1513., al. 1512. per Jo: Frellon una cum *Morali*, seu quæ est

Expositio in sex priores Aristotelis libros Moralium, ac sex regulæ morales in 8. capita distributæ. Hæc omnia prodierunt etiam Venetiis anno 1515. in 4. typis Lazari de Soardis castigatiora, & 1520. per Melchiorem Sessam, & Petrum de Rivanis socios; ea ipsa denuo castigavit Joannes Balainus Min. Conv., edique curavit ibidem anno 1571. in 8., ut dictum est supra suo loco; nec non an. 1581. castigatiora vulgavit Salvator Bartholuccius ejusdem Ord. Min. Conv. ibidem in 8. per HH. Melchioris Sessæ. Philosophia naturalis cum sex libris Metaphysices prodiit etiam Parisiis an. 1605. in *Gymnasio Speculativo* Augustini Gothutii clas. 2. & 3. *Regulæ morales* vero excusæ sunt Parisiis an. 1513. per Jod. Badium Ascensium dicatæ Aymoni de Monte falcone Episcopo Lausanensi. Anno 1591. Fr. *Livius a Lege* Venetus Erem. S. Augustini S. Theologiæ Doctor memoratas *Regulas morales* recognovit, & castigavit, misitque ad Augustinum Cornelanum sui Ordinis Vicarium Gen. affirmans, se doctrinæ, & scriptis Tatareti semper addictissimum omnia ejus Opera sive Logicæ, sive Philosophiæ castigare quorumdam rogatu cœpisse. Tandem *Opera* omnia *Philosophica* iterum excusa fuerunt Venetiis an. 1614. per Jo: Guerilium, & anno 1621. per Jacobum Sarzinam tomis 2. in 8., ac in tres partes divisa, in Summulas, Logicam, & Philosophiam.

Commentarios edidit *in* 4. *libros Sententiarum juxta mentem Doct. Subtilis Scoti*, quorum in 4. librum prodierunt Parisiis ann. 1520. in fol. apud Claudium Chevallon Roberto de Lenoncourt Archiepiscopo Rhemensi dicati a Joan. de Champaigne; & dicuntur *in Scholis Fratrum Minorum Parisiis lecti an.* 1506.; postea & Venetiis an. 1580. a Constantio Sarnano Min. Conv. Theologo castigati; deinde *in* 4. *omnes Sententiar. libros Comment.* impressi sunt ibidem an. 1583. tomis 2. in fol. apud HH. S monis Galignani castigati, notisque illustrati a Bonaventura Manente Min. Convent. Patavino Theologo; iterumque an. 1607. typis Evangelistæ Deuchini.

Comment. in Quolibeta Scoti excusa sunt primum Parisiis an. 1519. in fol. per Viduam Bertholdi Remblot, & Petrum Gromors; deinde Venetiis an. 1580., 1583., & 1607. cum 4. libris Senten., ut supra.

De hoc consuli potest Cæsar Egassius Bullæus in Hist Univerfit. Parisien.

MMMCCLXV. 1698.

PETRUS E TEBAR ALDAM = edidit

Sermonem de Resurrectione. Valentiæ an. 1609.

Sermonem de laudibus S. Bonaventuræ, qui extat ad calcem Quadragesimalis, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCLXVI. 1699.

PETRUS TERRA Hispanus Custos Cataloniæ Custodiæ edidit eum *Dima Terræ*

Supplementum, seu novam compilationem multorum Privilegiorum Apostolicorum præsertim spiritualium Fratribus Minoribus, ac aliis Mendicantibus concessorum. Barcinone an. 1523. V. *Dimas Terræ*, & *Anonymus Hispanus* num. 139.

MMMCCLXVII. 1700.

PETRUS THOMÆ == provinciæ Aragoniæ ex Catalonia Jo: Scoti, quantum conjicio, discipulus, & Barchinone sac. Theologiæ Professor ea in disputationibus vi fertur valuisse, ut *Doctor Invincibilis* passim audiret. De hoc sine dubio intelligendus est Jo: Canonicus Scoti discipulus lib. 1. Physic. q. 1. §. *circa primum*, cum ait: *Circa primum est una solemnis opinio cujusdam subtilis Baccalaurei Cathalani, quæ ita super primum Sententiarum ponit* &c.: & in margine ponitur *S.Thomas*; cum autem constet, opinionem illam non esse S. Thomæ, & ex autore coævo scripsisse hunc *in 4. libros Sententiarum*, liquet reponendum esse *P. Thomas*.

Tractatum pro Conceptione B. V. tribus libris partitum composuit, misitque ad Joannem XXII., & Joannem Infantem Aragoniæ inter annos 1316., & 1320., ejusque duplex ms. in 4., & in fol. habetur in *Monumentis Seraphicis* Petri de Alva, & Astorga de hoc argumento an. 1665. Lovanii excusis, & citatur a Jo: de Turrecremata in tract. de *verit. Conceptionis* par. 13. cap. 3. Liber *de excellentia S. Virginis Mariæ, & de ejus immaculata Conceptione Fr. Petri Thomæ Ord. S. Franc.* in gallicum sermonem translatus per *Antonium de Levis* Comitem de Villars extat ms. in fol. parvo Paris. in Bibliotheca Regia cod. 7307. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 790.; al. sixto 2. n. 1009. dicatus Reginæ Franciæ ex Philippo Labbeo in nova Biblioth.mss.libror. *Tractatus de Conceptione V.M.* ms. membran. in 4. habetur Matriti in Bibliotheca Conventus Regul. Observ., in cujus calce legitur: *Explicit tractatus de Conceptu Virginali editus a Fr. Petro Thomæ Ordinis Minorum. Deo gratias*: & titulus est: *R. P. Petri Thomæ Ordinis Minorum de provincia S. Jacobi Doctoris Parisiensis liber de innocentia Virginis Mariæ*, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 473., & seq., unde astruit, fuisse eum Hispanum, non provinciæ Aragoniæ alumnum, sed inani fundamento; nam titulus ille non est autoris, neque multum antiquus, sed alicujus scribæ, qui arbitrario potuit posuisse *provinciam S. Jacobi*.

Tractatus Formalitatum incipiens: *Ad evidentiam prædicamentorum* &c., hoc quidem titulo prodiit Venetiis an. 1517. in fol. per HH. Octaviani Scoti cura, ac studio Hieronymi Nucciarelli Romani inter nonnullorum Opuscula: sed potius est *tractatus de distinctione prædicamentorum*, cum Opusculum in 6. conclusiones partitum varias *prædicamentorum* distinctiones exhibeat. Deinde hunc typis evulgatum non esse tractatum *de Formalitatibus* hujus autoris, elicitur ex Joanne Anglico veteri scriptore, qui in Exposit. Univers. Scoti quæst. 27. producit quamdam distinctionem inter *aliusd.* & *aliudd.* ex tractatu Petri Thomæ *de Formalitatibus*; quæ quidem distinctio in hoc tractatu typis edito minime invenitur. *Tractatum* hunc *Distinctionum Prædicam.* citat Gabriel Zerbius in suo Opusculo *de arte venandi distinctiones* §. *Propter tertiam* ad calcem suæ Metaphysices vulgato.

Petri Thomæ Formalitates breves incipientes: *Ad evidentiam Formalitatum, & modorum dic. 4r.* &c. ms. chart. in 4. habetur Asisii in Tabulario Conventus S. Franc., in cujus fine legitur: *Expliciunt quæstiones* (12) *Formalitatum disputatæ, & determinatæ a Fra. Petro Thomæ de Ordine Minorum in Studio Barchinonæ*. In eodem Tabulario extat alius codex ms. chart. in 4. diversorum autorum, inter quos habentur *Petri Thomæ Formalitates* ita incipientes: *Quæro primo, utrum illa, quæ sunt distincta formaliter, sint distincta realiter: Videtur per* 13. *rationes* &c.: finiunt: *non tenet in rebus similibus. Et sic terminantur Formalitates Magistri Petri Thomæ ad laudem omnipotentis Dei* &c., *scriptæ Paduæ Anno Dom.* M. CCCC. XXXVII. *die sexta Junii*: bis igitur scripsit hoc argumentum, nisi sit error exscribentium. *Tractatus de definitione Formalitatum a Fr. Petro Thoma editus* dicitur extare ms. Oxonii in Biblioth.

Opus *de modis Distinctionum* ms. in fol. habetur Toleti in Biblioth. Conventus S. Jo: Regum sub GG. n. 3., ad cujus calcem legitur: *Expliciunt quæstiones de modis Distinctionum determinatæ per Fr. Petrum Thomæ de Ordine Fr. Minorum de provincia S. Jacobi*, teste Jo: a S. Anton. to. 3. in append., ubi legitur, & recipitur error Augustini de Wite hunc anno 1573. floruisse asserentis.

De esse intelligibili liber dicitur ms. extare in Cantabrigen. Bibliotheca, & forsan est tractatus, quem ipsemet dicit

De ente conclusiones in fine tractatus excusi sub nomine Formalitatum; sed quem dixi esse *Distinct. Prædicam.*

Opus ejus *de Trascendentibus, vel de conceptu entis* citat memoratus Joan. Anglicus quæst. 9. Universal. Scoti; & Zerbius, qui & ipse paulo post scripsit, lib. 1. Metaphysic. quæst. 2. §. *Propter tertium* dicit *Trascendentia*: an autem sit idem, unumque Opus, nondum comperi, cum illud videre non quiverim.

Compendium Theologicæ veritatis incip. prolog. *Veritatis Theologicæ* &c.: Opus vero incip. *Deum esse multis modis* &c., pluribus adjudicatum Ægidio Romano, Alberto Magno, S. Thomæ, Petro Tarantasiensi, & S. Bonaventuræ est hujus *Fr. Petri Thomæ Ordinis Minorum* juxta vetustum codicem n. 4517. in 4. Regiæ Galliarum Bibliothecæ, teste Oudino to. 3. Comment. sub an. 1320. in Joanne Rigaldi col. 788. S. Antoninus in Summa par. 3. tit. 18. cap. 5. §. 4. scribit, neque Alberti M., neque S. Thomæ esse hoc *Compendium*, sed *cujusdam docti viri, qui dictus est Fr. Thomas Ord. Prædic. vir atique excellens*: ita quidem editi; sed hæc verba absunt a ms. Bibliothecæ S. Crucis Florentinæ scam. 8. versus claustrum cod. 494. in fol.; unde ibidem cap. 10. §. 2. ait, illud non esse *S. Thomæ*, neque *Alberti M.*, sed *cujusdam alterius doctissimi viri, qui dictus est Fr. Thomas*: siquidem in par. 3. Chronici tit. 23. cap. 11. §. 2. de Scriptoribus sui Ordinis disserens ne verbum quidem habet hujus *Fr. Thomæ*, qui reipsa Ordinis *Minorum* fuit, non Prædicatorum: quare exsufflantur illi duo mss. codd. a Waddingo supra in *S. Bonaventura* pag. 81. relati *S. Bonaventuram* perhibentes, utpote non multum antiqui. Jac. Echard. to. 1. Scriptor. Ord. Prædic. pag. 464. cum docuerit, *Compendium* istud a Vincentio Bandello adscribi Fr. Thomæ de Sutton Anglico sui Ordinis,

qui

qui circa an. 1300. florebat, pag. 471. idipsum attribuendum censet Fr. Hugoni Argentinensi sui etiam Ordinis ex Laurentio Pignono, qui aliquot annis ante S. Antoninum scribebat, quique illi adjudicat *Compendium Theologiæ*, & ex duobus mss. Belgico, & Lipsiensi a Sandero, & Fellero relatis. Extat hoc *Compendium* ms. pergam. in 4. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci, in cujus fine legitur: *Explicit Compendium Theologicæ veritatis editum a Fr. Alberto de Ordine Prædicatorum*; scriptumque esse ante an. 1381. elicitur ex eo, quod ejus fit mentio in veteri hujus Couventus Bibliothecæ Inventario eo anno confecto; eidem *Alberto* adscriptum extat quoque Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medicea plut. 13. cod. 7. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 271., qui to. 2. pag. 1340. refert, *Compendium totius Theologicæ veritatis compositum secundum aliquos a B. Thoma de Aquino, secundum alios a Fr. Thoma Anglico Ord. Min.* extare ms. 300. annorum in Biblioth. S. Martini Turonen. Sine nomine autem autoris extat *Compendium Theologicæ veritatis* ms. Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. cod. 41., in cujus fine habetur: *Scriptus iste liber per me Fr. Philippum Cessi Notarium de Florentia anno* MCCCXXI. *die* X. *Octobris* ex cit. Montfaucon to. 1. pag. 286. Extabat autem ms. olim Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci sine nomine autoris ex veteri illius Bibliothecæ Indice an. 1437. conscripto pag. 10.; habeturque nunc ms. in 4. membr. Hispali in Biblioth. Ecclesiæ, & in fol. Toleti in Bibliotheca S. Jo: Regum sub FF. n. 14. sine prologo; Asisii quoque ms. pergam. in 4. apud nostros, & Viennæ in Austria in Biblioth. Min. Convent. duplicatum ex Catalogo librorum illius loci an. 1593. confecto, & Romæ in Archivo Ordinis asservato; demum hoc *Compendium* incip. *Veritatis theologicæ sublimitas quum superni sit splendoris radius* &c., asservatur Venetiis cod. 96. Bess. in 4. membran. seculi circiter XV., & cod 97. in 4. chart. folior. 89. seculi XV., ubi fol. 143. habetur Bulla *Nicolai V. ad Jacobum Archiepisc. Treviren.*, in qua de variis *circa Regulam FF. Minorum* cum eodem Archiepiscopo conqueritur; & ibidem codice 66., cujus in fine legitur: *Explicit Compendium theologicæ veritatis scriptum per me Paulum de S. Margarita de Trajecto superiori die ultima Augusti* 1430. In omnibus his codicibus non extat nomen autoris, quod cum & alibi hoc modo haberetur, quidam cœperunt modo huic, modo illi adjudicare. Prodiit autem primùm Venetiis an. 1476. per M. Christophorum Arnoldum Alemanum sub nomine *Alberti Magni*; postea ibidem anno 1483. per Gregorium Dalmatinum, & Jacobum Britannicum; & 1485. per Gabrielem Grassis de Papia; quo factum est, ut & Gabriel Barletta, & Robertus Liciensis illud Alberto M. tribuerint: anno deinde 1490. ibidem in 4. per Octavianum Scotum sine nomine autoris; & anno 1492. pariter Venetiis apud Simonem Bevilaquam; & anno 1493. in 4. vulgatum etiam Venetiis absque *autoris* nomine, & anno 1500. ibidem, & eodem modo per Petrum de Parenghis Bergomen., quæ editio extat Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci cum pluribus aliis; prodiit & Parisiis 1549. in 16. sine nomine autoris ex Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 160., qui ait extare ms. in 4. in Bibliotheca Scorialis plut. 111. K. 33. membran.; postmodum Joannes de Combis Minorita Gallus idipsum evulgavit Lugduni an. 1560. in 8. apud Gulielmum Rovillium; exinde & anno 1563., & 1568., nec non Venetiis prodiit an. 1560. apud Hieronymum Cavalcalupum, 1565. typis Jordani Ziletti, 1570. typis Christophori *Zanetti* in 12., 1575. per Evangelistam Deuchinum, 1578. per Ægidium Regazolam, & Dominicum Cavalcalupum cum castigationibus *Joannis Balaini* Min. Conv., nec non 1588. in 12. sine typographi nomine, sed *D. Bonaventuræ* adscriptum; eodemque anno 1588. impressum est Venetiis in 8. apud Joan. Baptistam Somascum cura Seraphini Capponi Porrectani Ord. Prædic. *Alberto Magno* tributum cum Scholiis.

Illud autem notare est, hujus Compendii autorem non solum librorum partitionem desumpsisse ex *Breviloquio*, seu Compendio Theologico *S. Bonaventuræ*, sed doctrinam interdum, & verba ipsa, quod ipsemet quodammodo fatetur in prologo scribens se *de magnorum Theologorum scriptis breve Compendium* collegisse: quare non immerito quidam *Compendium* ipsum *S. Bonaventuræ* addixerunt. Istud autem exscripsit, auxitque *Fr. Joannes Rigaldi* ejusdem Ordinis Episcopus postea Trecoriensis, ut etiam adnotavi supra in *Joanne Rigaldi*.

Commentaria ejus *in Cantica Canticorum*; *in Danielem*; & *in Apocalypsim*.

Chronologia ab Adamo usque ad Romanos Imperatores.

Catalogus Summorum Pontificum a Christo Domino usque ad Benedictum XII., qui capit sedere an. 1334. usque ad 1342., &

Tractatus de judicio, & Antichristo ad Joannem Archiepiscopum Toletanum Regis Aragonum filium. Hæc quatuor Opera sub nomine *Petri Hispani Ord. Minor.* habentur mss. to. 1. in fol. m. characteribus rubris, & nigris exarata Barcinone in Bibliotheca nobilis viri Raymundi Delmasses, teste Jo: a S. Anton. tomo 2. pag. 463. v. *Petrus N.*, cum nesciret cujus Petri essent; ego vero censeo, esse hujus *Petri Thomæ*, cui ipsemet pag. 474. v. *Petrus Thomas* accedit.

Non defuerunt, qui hunc cum Petro Thoma Carmelitano, qui vel eodem tempore, vel paulo post fuit Patriarcha CPolitanus, confunderent.

MMMCCLXVIII.

PETRUS DE TLOMAR Lusitanus provinciæ Portugalliæ Reg. Observ. edidit

Opusculum pro devotione Sponsi Deiparæ Virginis lingua vernacula. Ulyssipone an. 1636. typis Antonii Alvarez, teste 2. Historico prædictæ provinciæ in Catalogo ex Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 474.

MMMCCLXIX. 1701.

PETRUS DE TRABIBUS = forsan provinciæ Piceni, Custodiæque Camerini, ubi est locus de *Trabe Bonantis*; nam extat & in Gallia locus, vel familia, cujus *Soldicus de Trabe Baro de Arbenatio* diœcesis Burdegalen. memoratur in 3. Bulla Bonifacii IX. an. 1391. edita apud Waddingum: Doctor Parisiensis scripsit non solum *in* 1. *Senten. librum*, ut ait Petrus Rodulphius lib. 3., & ex eo alii, sed

Commentarios in quatuor Senten. libros; quorum in *primum Sent. Petri de Travibus* incip. *Ad Dominum* &c. extabat olim ms. Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci ex veteri Indice illius Bibliothecæ

ex an. 1437. confecto pag. 21. *Fr. Petri de Trabibus primus liber super Sententias* incipiens: *Ad Deum ponam eloquium meum*: & finiens in quæstione: *utrum teneamur conformare voluntatem nostram voluntati divinæ* in indice Operis extabat olim Asisii in Sacrarii 2. solario occid. Conventus S. Franc. ex veteri illius loci Bibliothecæ Inventario an. 1381. elaborato, vel renovato, unde patet autoris antiquitas: extat nunc ibi in Tabulario ms. pergam. in folio. Porro *liber 2. Sententiarum* incipiens. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus. In verbo proposita de Ps. sumpta declaratur Magistri intentio* &c.: & in fine: *Explicit liber secundus per Fr. P. de Trabibus Ordinis Fratrum Minorum*, habetur Florentiæ cod. 370. in fol. magno scam. 32. Liber quartus Sent. incipit: *Haurietis aquas de fontibus Salvatoris* &c. *Isaiæ XII. In verbis istis duplex effectus Sacramentorum, de quo in hoc iv. libro agitur* &c., ibidem cod. 371. in fol., cujus in frontispicio legitur: *Quartus Petri de Travibus*. Hujus autoritate usus est Fr. Jacobus de Trisancto, qui scripsit circa an. 1320., in Epitome 4. librorum Sent., ut ibi dictum est; meminit ejus Jo: Franciscus Picus Mirandulanus in Exam. Doctr. Vanit. Gent. lib. 5. cap. 4., & vocat insignem inter Parisienses Theologos Doctorem. Joannes a S. Anton. sequitur Waddingum.

MMMCCLXX. 1702.

PETRUS TRIGOSUS = de quo Boverius to. 2. Annal. Capuccin. ad an. 1593., autor Biblioth. Capuccinor., & ex his Joan. a S. Anton., qui ait, ejus

Summam ab omnibus viris doctis merito in pretio haberi; nam præter difficiles Theologiæ quæstiones ab ipso facillime enucleatas, variæ, & imperviæ sac. Scripturæ sententiæ, SS. Patrum interpretationibus adductis, exponuntur. Prodiit primum Romæ an. 1593. in fol. typis Vaticanis ex Indice Biblioth. Barberinæ, & Possevino; deinde Lugduni an. 1616. apud HH. Gulielmi Rovilii.

Philosophica quoque, & *Theologica* multa scripsit, quorum tantum *primus liber Senten.* vidit lucem; alios *tres libros* in 2. 3., & 4. Senten. mss. se vidisse testatur cit. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 475.

Ortus erat in nobilissimo Aragoniæ municipio *Calatajud*, obiitque Neapoli in Campania an. 1593. non sine sanctitatis opinione, inquit autor Bibliothecæ Hispanæ ex Michaele Martinea de Villar in Libello *del Patronato de Calatejud*.

MMMCCLXXI. 1703.

PETRUS TRIMAVELLA = *Triniavella* dicitur a Rodulphio lib. 3., ab aliis *Trincavella*; sed tempus, quo vixerit, mihi adhuc incompertum. *Trincavella* erat familia Veneta, & *Victoris Trincavelli Veneti quæstio de reactione juxta Aristotelem, & Averroem* extat typis Venetis 1520. per HH. Octaviani Scoti. *Victor de Trincavellis Comensis diœcesis* in Terra *Mandelli* dictæ diœcesis construi legavit Conventum Fratribus Minoribus Regul. Observ. ex Bulla Leonis X. *Cum sicut exponi* &c. an. 1520. data apud Waddingum

MMMCCLXXII.

PETRUS DE TURONIA composuit

Dictionarium, quod citat Antonius Bonitus Episcopus Acernensis in suo Elucidario edito anno 1507. par. 2. fol. 63. col. 3. apud Petrum de Alva col. 1193. Militiæ univ., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 475.

* PETRUS DE VALDIVIESSO = V. *Petrus Varona*.

MMMCCLXXIII.

PETRUS DE VALENZUELA Hispanus provinciæ S. Jacobi scripsit sermone patrio

Doctrina Cristiana para los niños, y humildes, y explicacion &c. Compluti 1575. in 8. apud Sebastianum Martinez ex autore Biblioth. Hisp. pag. 200.

MMMCCLXXIV.

PETRUS DE VALLIBUS, al. *de Remis* dictus natione Gallus B. Colettæ Ord. S. Claræ an. 1447. defunctæ a sacris Confessionibus scripsit sermone gallico

Vitam ejusdem B. Coletta; cujus exemplar, inquiunt Bollandii to. 1. Martii ad diem 6. in Commentario prævio ad Vitam hujus Beatæ n. 3., in membranis curiosissime describendum, & artificiosissimis ad singula capita picturis, seu miniaturis exornandum curavit Margarita Eboracensis Eduardi Angliæ Regis soror vidua Caroli Valesii Burgundiæ Ducis, & Cœnobio Gandavensi S. Claræ donavit, eidem propria manu gallice in hæc verba subscribens: *Vestra fidelis filia Margarita Anglica: Orate pro ea, & ipsius salute*, mortua an. 1503., & in choro Fratrum Minorum Mechliniæ sepulta. Hanc Vitam a Stephano Juliacensi Minorita latine factam, typisque etiam traditam laudati Bollandii ex quatuor mss. notis illustratam exhibuerunt loco memorato sub die 6. Martii.

MMMCCLXXV. 1704.

PETRUS DE VALVAS = edidit etiam

Apologiam pro V. Ludovica de Carrion, sive ab Ascensione Ordinis S. Claræ. Matriti anno 1643. in fol. apud Didacum Diaz, teste Jo: a S. Anton. to. 2.

1705.

PETRUS VARRONA = idem est, ac *Petrus Barraona* supra relatus.

1706.

PETRUS VIGNAMUS = hunc Henricus Willotus nostris primus addixit, quem secutus est Possevinus, & Waddingus; antea enim Rodulphius lib. 3. retulit, *Nicolaum a Torga* Minoritam scripsisse *de adoratione nominis Jesu Christi adversus Petrum Vignanum Monachum Vratislaviensem*, quæ Silesiæ civitas prima est: quare non video hunc Minoritam fuisse. Et quidem *Petri Wichman reprobatio contra advocantes figuram sphæricam nominis Jesu* ms. extat in Bibliotheca Basileensi ex Catalogo Montfaucon. to. 1. pag. 614.; forsan legendum *contra adorantes*. Jo: a S. Anton. to. 2. exscripsit Waddingum, & Willotum.

MMMCCLXXVI. 1707.

PETRUS VILLAROELES = de quo Marracius in append., & Jo: a S. Anton. to. 2. ex Waddingo,

MMMCCLXXVII.

PETRUS VIRGILII Cassianus Umber provinciæ S. Franc. Min. Convent. sac. Theologiæ Magister postquam plura sui Ordinis Gymnasia rexisset, edidit

Dilucidationem assertorum Scoti, quæ ab aliquibus contradictoria reputantur. Perusii anno 1649. in 4. typis Sebastiani Zecchini, & HH. Thomasii ex Franchino in Bibliosophia n. 294., qui & advertit, *Dilucidationes* has super universam Scoti Philosophiam a Logica usque ad Metaphysicam excurrere; habentque titulum: *Con-*

Contradictionum umbra apparentes in dictis Doctoris Subtilis Scoti.

MMMCCLXXVIII. 1708.

PETRUS DE VOYON = Jo: a S. Anton. to. 2. excepit Waddingum.

MMMCCLXXIX.

PETRUS DE URBINA Cantaber ex oppido Brantevilla nobilibus parentibus ortus Compluti Lectoris officio functus est; inde suæ provinciæ Castellæ Minister extitit, & Ultramontanæ Familiæ Commissarius Generalis, mox Cauriensis Episcopus die 2. Maji 1644. creatus, paulopost ad Valentinum Archiepiscopatum transfertur die 28. Junii 1649., ubi & Pro-Regis munus obivit, demum ad Hispalensem Ecclesiam die kal. Aprilis 1658. translatus asseritur: scripsit cum aliis hispane, dum Compluti docchat,

*Memoriale pro defensione doctrinæ Doctoris S. Bonaventuræ, & Scoti super juramento, *quod Universitas Salmanticensis fecit de legendo dumtaxat doctrinam SS. Augustini, & Thomæ.* Matriti 1628. in fol. typis Viduæ Ludovici Sanchez; de qua re & Josephus Vasquez agit ex autore Biblioth. Hispan.

Apologiam, in qua ostendit rhedarios suos capite aperto debere præcedere; anno 1650. in fol.

Constitutiones Synodales Valentini Archiepiscopatus. Valentiæ an. 1657. in fol. typis Bernardi.

Tractatus duos de fide, & de beatitudine reliquit mss., qui asservantur Matriti in Biblioth. FF. Regul. Observ. sub 2. n. 15., & 16.

De Sacramentis in genere, & de pœnitentia virtute tractatus, qui mss. asservantur Matriti in Biblioth. Præmonstraten. sub A. n. 17.

De eo autor Biblioth. Hispan. to. 2. pag. 335. in append., Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 478., & to. 3. in append., Petrus de Alva col. 1207. Militiæ univer. Celebrat hunc & Waddingus ipse supra in *Francisco Felice* Matritensi, cujus ait fuisse præceptorem.

MMMCCLXXX. 1709.

PETRUS UTINENSIS = fuisse dicitur e *Castello Porpetto* in Forojulio ab arce *Palma* 12. milliar., & ab Utinensi urbe 24. milliar. dissito, & *Utini* die 25. Julii anno 1368. occubuisse, unde forsan dictus est *Petrus Utinensis*; potuit etiam extitisse illius loci alumnus. In illius Cœnobii Bibliotheca extabat olim ms.

Dictionarium Fr. Petri de Castello alphabetice dispositum *in pergameno cum tabulis coopertis corio rubro Parisiis scriptum* ex Regesto veteri illius Bibliothecæ an. 1397. exarato.

Biblia pauperum post Petrum Rodulphium libro 3. ab omnibus huic adscribitur: extat autem sine nomine autoris ms. Venetiis in Bibliotheca S. Marci cod. 37. in 8. membran. seculi circiter XIV. hoc titulo: *Exempla ex sacris Scripturis excerpta ad sacrorum Oratorum commodum, & utilitatem*: & incipit: *Tanta pollet excellentia prædicationis officium* &c. Prodiit Venetiis sub nomine *S. Bonaventuræ* an. 1477. in 4. typis Joan. de Colonia, & Jo: Manthen de Gheretzem sociorum, teste Petro de Alva in libro *Pleitos de los Libros*, & Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 157., qui & ait extare in Bibliotheca Ecclesiæ Cordubensis: editio Veneta hujus Opusculi facta an. 1477. memoratur a Michaele Maittaire in Annal. Typograph. in notis ad to. 1. pag. 1. pag. 382. In inferiori Bibliotheca S. Crucis Florentiæ extat codex gothico charactere sine loco, & anno editus in 4., sed qui ex formis mihi videtur cusus Venetiis per Bonetum Locatellum, qui anno 1490., & circiter excudebat, cujus prologus incipit: *Tanta pollet excellentia* &c: quem sequitur index capitulorum 134. alphabetice *de Abstinentia* &c.: deinde legitur: *Incipit præclarum Opus, quod Biblia pauperum appellatur, perutile omnibus prædicatoribus = De miraculis divina potentia factis cap. 1. Creatio rerum fuit ita mirabilis* &c.: nec incedit alphabetice, sed juxta varias materias; in fine vero legitur: *Expliciunt exempla sacræ Scripturæ ordinata secundum alphabetum, ut possint, quæ sunt necessaria in materiis sermonum, & prædicationum facilius a prædicatoribus inveniri, editum a Sancto viro Bonaventura Ordinis Minorum. Deo gratias.* Hæc autem est, quæ recusa est in editione Vaticana Operum S. Bonaventuræ, ut ex adnotatione Card. Saruani ad hoc Opusculum ibidem. *Exempla sacræ Scripturæ: vel Biblia pauperum composita a S. Bonaventura Cardinali = Incipit præclarum Opus, quod Biblia pauperum appellatur, editum a S. Bonaventura Ordinis Minorum perutile omnibus prædicatoribus = De abstinentia. Uxori Manuæ conceptura filium populi liberatorem* &c., alphabetice, & cum indice in fine capit. 140. prodiit Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus anno 1518. in 8.; castigatior quoque, & locupletior impressa est ibidem an. 1533. in 8. per Jo: Antonium, & fratres de Sabio pariter sub tit: *Biblia pauperum S. Bonaventuræ*, præmissoque indice, legitur: *Incipiunt exempla sacræ Scripturæ ex utroque Testamento secundum ordinem literarum collecta; & primo de abstinentia. Præcepit Dominus Adæ* &c., alphabetico ordine; extatque hoc exemplar Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci, & alibi hoc titulo: *Libellus aureus D. Bonaventuræ adscriptus per varia utriusque Testamenti exempla vitam instruens christianam nunc denuo diligentissime castigatus, ac multis titulis, & exemplis locupletatus, qui Biblia pauperum nuncupatur.* Demum hoc Opusculum sub titulo *Exemplorum omnium sacræ Scripturæ D. Nicolai Hanapi Ord. Prædicat. Patr. Hierasolym.* incip. *Tanta pollet excellentia* &c., prodierat eodem anno 1533. in 8. Tubingæ apud Huldericum Morhartum, sed interpolatum, & cum prologo; capita vero nonnihil interdum breviata, quæ in indice solum alphabetice disposita sunt; adhuc incertum est, eademne sit, an diversa. De hoc silet Capitalleus in Utino Illustr.

MMMCCLXXXI.

PETRUS DE XARAVA Conchensis Hispanus provinciæ Carthaginensis Reg. Observ. vir ingenti doctrinæ, & pietatis fama, reliquit mss. asservata in Bibliotheca Cœnobii Conchensis

Summam Theologicam,

Opus contra Judæos; &

De modo, quo Christus proficiebat; lingua vernacula ex Ludovico de Rebolledo in Hist. Ord. Min. apud Nicolaum Anton. in Biblioth. Hispa. pag. 201., & Jo: a S. Anton. to. 2.; de eo agit & Joan. Paulus Martirizo in Hist. Conchensis urbis pag. 308.

* PETRUS XIMENEZ de Cabezudo prov. Burgensis Reg. Observ. a Petro de Alva col 1201. Militiæ univ. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 478. putatur diversus a *Petro de Cabezudo*, de quo supra.

MMMCCLXXXII. 1710.

PETRUS DE ZALAMEA = in Extremadura ex Bi-

Biblioth. Hispa. Joan. a S. Anton. to. 2. hos sequitur.

M M M C C L X X X I I I. 1711.

PHILIBERTUS DE BONAVILLA = Sabaudus Min. Capuccinor. concionator vere apostolicus, & Theologus insignis, suæ provinciæ per 15. annos Minister; ferunt scripsisse multa *Theologica*, & *de Controversiis fidei catholicæ*.

Vita S. Francisci Salesii Episcopi Gebennensis, cujus ipse Confessarius fuit, prodiit Lugduni an. 1623. in 4. apud Simonem Rigaud, quam gallice redditam tit. *Le Soeil des per parfaicts, & vertueux Prelats de ce siecle le bien heureux Francois de Sales Evesque, & Prince de Geneve* edidit idem Rigaud anno 1625. in 4., teste Joan. a S. Anton. to. 2. ex autore Biblioth. Capuccin., Rossoto, & Le Long in Bibliotheca Gallica.

M M M C C L X X X I V.

PHILIPPUS DE ALEMANIA Theologus, forsan *Philippus Zoreton* Cantabriæ, & Oxonii Professor, qui anno 1364. factus est sac. Theologiæ Magister per Franciscum de Cardelhiaco Minoritam Gallum ex Waddingo ad eum annum n. 18.; scripsit

Tabulam Originalium, quam autor anonymus cujusdam Bibliothecæ ms. Matriti in Regia Bibliotheca asservatæ dicit extare ms. in Bibliotheca Conventus S. Dominici Bononiæ, forsan in Picardia; nam Bononiæ in Italia in memorata Bibliotheca non extat.

In Bibliotheca S. Crucis Florentina scam. 28. versus claustrum num. 274. habetur codex membran. vetus ms. in 4. sine nomine autoris magnæ molis ita inscriptus: *Incipit Tabula Originalium de quibusdam communibus vocabulis per alphabetum facta, de diversis voluminibus, & libris anteuticis compilata*: incipitque alphabetice: *Abrenunciatio terrenorum--Vocabulum 1. Johannes Cass. in Collat. Abbatis Moysi* &c.; cujus in prima litera depictus cernitur *Frater Minorita*; finitque Opus in vocabulo *Zizania*. Sunt autem *vocabula* num. 445., quorum ultimis octo factum est *additamentum*; & post tabulam ante Opus habentur hi versus loco prologi:

Regia Majestas pie suscipe, quod dat egestas:
Hunc difficultas pressit, quem jam premit ætas &c.

Autor videtur Minorita: nunc hic Philippus? Joannes de Erfordia Saxo, de quo suo loco, alterum Opus, sed ejusdem tituli conscripsit.

M M M C C L X X X V.

PHILIPPUS DE ANDRIA Apulus provinciæ S. Nicolai Reg. Observ. Theologiæ, & Juris canonici peritus scripsit an. 1645.

Praxim Confessariorum ad licitam, & validam administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ut ex Bonaventura de Tascano (leg. *de Fussano*) fol. 35. Historiæ ejusdem provinciæ in Archivo Ordinis Matritensi refert Joan. a S. Anton. to. 2.

M M M C C L X X X V I. 1712.

PHILIPPUS DE AYALA = scripsit sermone hispano utrumque Opus ex Biblioth. Hisp., & Jo: a S. Anton. to. 2.

M M M C C L X X X V I I.

PHILIPPUS BERBEGALLUS provinciæ Aragoniæ Reg. Observ., ad quem, aliosque ejusdem provinciæ sunt literæ Martini V. anno 1426. datæ apud Waddingum in Annal. Minor. ad eum annum num. 19., ut possent fundare Conventum; conscripsit circa annum 1433.

Apologiam contra Constitutiones Martinianas an. 1430. in Comitiis Gen. Asisii pro Ordine Min. FF. editas; novamque tentavit Ordinis reformationem invehere; sed repressus est scriptis, & factis a S. Joanne Capistranensi, Joanne Brixiensi, ac literis Eugenii IV., ut ex Maciano refert Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 56., Rodulphius lib. 1. fol. 112., Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., & Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1434.

* PHILIPPUS BONAVILLA = V. *Philibertus de Bonavilla*.

M M M C C L X X X V I I I. 1713.

PHILIPPUS BOSCHERIUS = in Ind. Biblioth. ms. Alerensis, & a Cangio in Glossarii latini præfatione num. 47. dicitur de *S. Ghisleno*, Belga Reg. Observ. natus anno 1562. circiter. In prologo *Speculi Vitæ B. Francisci, & sociorum ejus* ipsemet texit Catalogum suorum Operum, eorumque editionum usque ad annum 1623.; sunt autem

OPERA GALLICA.

Tragædia nova, cui *Novaculæ nomen adversus luxum vestium versu Alexandrino*. Edidit Carolus Michael Montibus Hannoniæ in 8. ætatis meæ *circiter* 26., idest anno 1588.

Oratio funebris in Ducem Aschottanum. Duaci in 8. per Petrum Auroy *ætatis* 30., scilicet 1592.

Academia peccatorum, seu *Conciones de prodigi evangelici protervia, & luxu*. Montibus in 8. per Carolum Michael *ætatis* 34., scilicet 1596.

Flagellum Academicum peccatorum de prodigi ejusdem per famem virgatione. Ibidem in 8. Gulielmus Riverius ætatis *circiter* 37., scilicet 1599. (& postea Coloniæ 1614. in 8. per Joan. Crithium ex Jo: a S. Anton.; Possevinus in Appar. sac. to. 3. scribit, librum 2. *Academiæ peccatorum de filio prodigo* excusum esse Atrebati an. 1597.)

Servitus peccatorum, seu *de prodigo jam subulco*. Ibidem, & eodem anno in 8. per eumdem.

Pœnitentia ejusdem prodigi. Parisiis in 8. per Olivertum Varennium cum *tribus præcedentibus libris de prodigo* ætatis *circiter* 50., scilicet 1612. Ludovico XIII. Galliarum Regi dicatum ab authore.

Consolatio desperantium, seu *Conciones 12. de magna Dei in prodigum evangelicum, & peccatores omnes serio pœnitentes comitate*; & est 5. pars *Academiæ peccatorum*, impressa Duaci an. 1616. in 8. ætatis *circiter* 55. Anonymus has 5. partes Academiæ peccatorum latinas effecit, edique curavit Coloniæ anno 1617. in 8. per Jo: Crithium.

OPERA LATINA.

Monomachia Christi, & Luciferi, seu *Conciones 40. de tentationibus Christi in deserto*. Atrebati in 8. per Guilielmum Riverium ætatis *circiter* 37. scilicet 1599.; auctiorem, & correctiorem recuderunt Duaci Petrus Borremanus, & Coloniæ Joannes Crithius.

Theatrum patientiæ, seu *Conciones 40. de passione Domini*. Duaci in 8. per Balthassar Bellerum ætatis *circiter* 40., scilicet 1602., & postea Coloniæ per Jo: Crithium; correctius vero, & castigatius sub nomine *Cedri Evangelici* Duaci per Petrum Borremanum, & sub eodem nomine postea Coloniæ per eumdem Jo: Crithium.

Orbis terror, seu *de finibus bonorum, & malorum, morte, & judicio*. Duaci in 8. per Petrum Bellerum ætatis *circiter* 42., scilicet 1604., & po-

postea Coloniæ semel, & iterum per Franciscum Jacobum Mertzenieh sumptibus Jo: Crithii.

Orator Terræ Sanctæ, seu *Philippica sacræ adversus Turcarum barbariem, & importunas Christianorum discordias* ex psalmo: *Deus venerunt gentes* &c.; dicatus Paulo V. Pont. Max. Duaci in 8. per Petrum Borremanum ætatis *circiter* 44., scilicet 1606., postea Coloniæ per Joan. Crithium.

Aracæli; seu *Echo concionum 30. de tribus Magis Puerum Iesum adorantibus ex Evang. Cum natus esset Iesus in Bethleem*. Duaci in 8. per Petrum Borremanum ætatis *circiter* 45., scilicet 1607., & postea Coloniæ per Jo: Crithium; apud quem etiam cusa sunt sequentia:

Legatus Apostolicus; seu *Echo concionum 39. de Joannis Baptistæ adversus incestum, reliquaque Herodis peccata dicendi libertate ex variis Evangelistis* Philippo III. Hispan. Regi dicatus. in 8. ætatis *circiter* 50., scilicet 1611., vel 1612.

Carcer laureatus; seu *Echo concionum de rebus in carcere gestis a S. Joanne Baptista*. an. 1618. in 8.

Catechismus Baptistæ catenati; seu *Echo concionum de responsione Christi ad quæstionem a Joanne Baptista in vinculis ei propositam: Tu es, qui venturus es; an* &c. anno 1621. in 8.

Tabula naufragii; *Echo concionum aliquot de Dominicis, & Festis*. in 8. anno 1614., ætatis 52.

Secunda naufragii tabula; seu *Echo concionum aliquot de Dominicis, & Festis*. in 8.

Tertia naufragii tabula; seu *Echo concionum aliquot de Festis*. in 8.

Quarta naufragii tabula; seu *Echo concionum aliquot de Dominicis; & Festis*. anno 1618. in 8. ætatis 56.

Quinta naufragii tabula; seu *Sobria Jentacula Christi, & Samaritanæ*. 1620. in 8. ætatis circiter 58.

Vegetius Christianus; seu *de tota arte militari ad Turcam cito, tute, secureque debellandum*. anno 1615.

R. P. Fr. Joannis Houdemii Franciscani Passi rhytmica Christias facta in libellos sex distincta, castigata, argumentis aucta, & Ordini D. Francisci vindicata. Lucenburgi in 12. per Matthiam Birthon, ætatis circiter 42., scilicet 1604.

Chrysostomi Italici; idest *R. P. Fr. Cornelii Mussi Franciscani Episcopi Bitontini conciones aliquot eloquentissima Romæ habitæ in Canticum B. Mariæ Virginis: Magnificat anima mea* &c.: *latine ex italicis factæ*. Coloniæ an. 1616. in 8. per Jo: Crithium.

GALLICA EDENDA.

Supplementum parabolæ prodigi; seu *Lætus ejus ad suos receptus per conciones toti Adventui distinctas*.

Maria Cervensis. Comœdia versa gallico de R. P. Fr. Jacobo Lescailleto Minorita celeberrimo ope Matris Virginis Cervia curato.

LATINA EDENDA.

Ultramontana, seu *de finibus bonorum, & malorum, cælo, & inferno*.

Conciones ... de Christi crucifixione.

Prodigus allegoricus de Christo expositus 42. concionibus ... declamatis ternis octavis SS. Sacramenti.

Legationes ultimæ Oratoris Terræ Sanctæ.

Speculum Vitæ B. Francisci, & sociorum ejus accurate recognitum, & notis marginalibus illustratum.

Paradoxa Evangelica concionibus explicata: quæ jam olim, & nunc recenter dedi &c. Hactenus ille de suis Operibus. Postea edidit

Supplementum concionum promiscuarum. Herbipoli an. 1623. in 8.

Plutarcham alteram &c.

Pilatus quis, & cujas? Coloniæ anno 1624. in 8. ex Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 480. & seq.

Opera ejus omnia prodierunt etiam Coloniæ an. 1628., vel certe tomus tertius ab autore recognitus, & auctus in fol. typis Henrici Crithii, quem vidi Romæ in Bibliotheca Conventus SS. Apostolorum; continetque *Catechismos Joannis Baptistæ catenati concionibus x.*; *Scipionem claudicantium concionibus* XVII.; *Dom. Opt. Max. Panegyricum Servo suo vincto* idest Joanni Baptistæ dictum; *Echo concionum reliquarum de S. Joanne Baptista* num. XII. cum *aliis 6. concionibus de eodem* S. Joanne Baptista; nec non *conciones aliquot de Dominicis* nonnullis, & *Festis quibusdam*, binisque *Orationibus funebribus*.

Aliqua ex ejus concionibus affert par. 3. Biblioth. concionat. cap. 119. Ludovicus Bail; recensitisque ejus Operibus, subjungit: *Monet vero, præter hæc superesse edenda alia, quæ suppleant jam ante edita, ut non mirum fuerit, duo ingentia volumina tandem prodiisse ex fœcundo, & velociter scribente ejus calamo. In quibus omnibus quantis exuberat omnifariæ eruditionis scaturiginibus; quo eloquentiæ flumine; quibus oratoriæ artis scintillat luminibus; quam valido assurgat aliquoties impetu; quam exactis, & doctis divisionibus, ac subdivisionibus; quas autoritates Scripturæ, Patrum, aut prophanorum scriptorum vestiunt, noverit quisquis paulo attentius ipsum legerit*.

Philippi Boschilii liber titulo: *Diadema Dei* extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. ex Catalogo a Montfaucon publicato to. 1. Biblioth. mss. pag. 121.

M M M C C L X X X I X. 1714.

PHILIPPUS BRUSSERIUS = hunc puto illum *Fr. Philippum Saonensem Lectorem Ord. Fratrum Minorum*, cujus meminit Bonifacius VIII. Epist. Benedicto Zachariæ, Lanfranco Tartaro, Jacobo Lomellino, & Joanni Blanco civibus Genuensibus data an. 1301. pro Terræ Sanctæ subsidio apud Waddingum in Annal. Min. ad eum an. n. 55. Reg. Pontif., & Clemens V. pluribus literis ad eum an. 1306. datis pro eodem negotio apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraphici sub an. 1305. n. 25., & seqq.; & Waddingus in *Addendis ad to. 3.* sub anno 1340. n. 20. refert, hunc a Clemente V. in Syriam missum, ut exploraret modum capiendæ, expugnandæque Hierusalem, edidisse

Relationem amplissimam rerum omnium expeditioni Hierosolymitanæ necessariarum; nec non locorum, per quæ gradiendum esset, descriptionem. Joan. a S. Anton. to. 2. exscribit Waddingum de Scriptor.

M M M C C X C. 1715.

PHILIPPUS CAGLIOLA = *Josephus* nuncupatus a Coronel. Biblioth. univer. to. 7. col. 243., qui errare fecit Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 242., etsi pag. 482. eum vocat Philippum; provinciæ Siculæ Min. Conv. a Secretis, & Commissarius, S. Officii Consultor, nonnullaque alia dignitatis decora cum obtinuisset, obiit immatura morte Neapoli, cum etiam edidisset *Apo-*

Apologiam pro Epistola B. Virginis ad Messanenses variis sermonibus, ac lingua vernacula concinnatam, Messanæque impressam anno 1641. in 4.

Defensionem Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ ibidem cusam anno 1643. ex Petro de Alva col. 1212. Militiæ.

Catholicam pugnam Inquisitorum Apostolicorum in hæreticam pravitatem Opus perfectum an. 1649., quodque *insigne in materiis S. Officii* vocavit Laurentius Brancatus tunc a Secretis Ordinis, teste Bonaventura Theulo in Triumpho Seraph., & Franchino in Biblioso. n. 120.

Tractatum de Melitensibus rebus apologeticum pollicetur ipse in sua Hist. provinciæ Siculæ Min. Conv. explor. 3. manif. 4. pag. 122.; quem an perfecerit, me latet.

De eo & Mongitor in Biblioth. Sicula, & Jo: a S. Anton.

M M M C C X C I.

PHILIPPUS A CASTELLIONE Aretino Tusciæ provinciæ sac. Theologiæ Magister insignis apud Oxonienses, de quo Anton. Terrinca par. 3. Theatri prov. Tusciæ pag. 250., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 482., tempore Joannis XXII. plura edidit

Opuscula super controversia de paupertate Christi, & Apostolorum, ut ex Mariano, Chronicisque antiquis habet Waddingus in Annal. Min. ad an. 1316. n. 8.; ubi & refert alium provinciæ Tusciæ *Philippum de Carfagnano* sac. Theologiæ Doctorem, & illis temporibus per Tusciam longo annorum spatio hæreticæ pravitatis Inquisitorem, aliasque sui Ordinis Præfecturas, & officia in ea provincia obeuntem.

M M M C C X C I I. 1716.

PHILIPPUS A S. COLUMBA = a S. Columbano Laudensis; de quo & Petrus de Alva col. 1213. Militiæ, & ex eo Jo: a S. Anton. to. 2.; scripsit lingua vulgari.

M M M C C X C I I I. 1717.

PHILIPPUS DIEZ = meminit hujus Rodulphius lib. 3., qui Opus suum vulgavit anno 1586., aitque edidisse *Quadragesimale*, *Sanctuarium*, *& Dominicale Opus eruditum*, *& morale*; fuit patriâ *Brigantinus*, eumque mirum in modum laudat S. Franciscus Salesius lib. 5. epist. 31., & in suis *Obleetationibus* pag. 239.; de eo etiam Andreas Garcia, Georgius Cardosus to. 2. Agiologii Lusit. 9. April., Andreas Scotus, Marracius, Nicolaus Anton., & autor Chron. prov. S. Jacobi to. 1. Obiit anno 1601. Salmanticæ apud suos humatus, doctrinæ, & sanctitatis famam relinquens.

Conciones quadruplices Dominicarum a Septuagesima usque ad Resurrectionem. Salmanticæ an. 1584., & 1585. tertiò in 4. typis Joan. Ferdinandi, Lugduni 1586., & Venetiis 1589., ac 1591. apud Dominicum de Faris.

Conciones quadruplices Dominicarum, *& Festorum a Dominica prima Adventus usque ad Septuagesimam*. Salmanticæ 1588., & Venetiis 1589. in 4., atque alibi.

Conciones quadruplices super Evangelia Jesu Christi, *V. Mariæ*, *& SS. omnium*. Venetiis 1589., & Salmanticæ 1590., ac 1591. in 4., atque alibi. *Conciones quadruplices* tomis 4. in 4. prodierunt Venetiis an. 1586., & 1591. in 8. typis Sessæ; postea & Coloniæ anno 1604. in 4.; suntque *Conciones quadruplices in Evangelia*.

Conciones Dominicales æstivales a Dominica in Albis usque ad Adventum. Venetiis 1586., & Salmanticæ. Prodierunt etiam Lugduni 6. tomis an. 1586., & Venetiis 1591. in 8., quæ editio forsan est illa typis Sessæ 4. tomis; de qua supra.

Summa prædicantium ex omnibus locis communibus tomis 2. in 4. Salmanticæ 1589. & 1593.; Lugduni 1586., & 1592.; Venetiis 1591. in 8. per Sessam, & 1595. in 4. per Bartholomæum Carampellam, & 1596. typis Dominici de Farris; Antuerpiæ 1600. in 4. castigata, & aucta per Richardum Gibbonum Soc. Jesu; citatur a Paulo Aresio lib. 4. de Arte prædic. cap. 27.

Considerationes, seu *Conciones* 12. *pro omnibus Actis* &c. Salmanticæ 1597. apud Joan. Fernandez, & post alias editiones ibidem 1612. in 4. per Artum Tabernier. Latine vero redditæ prodierunt Venetiis 1589. in 4. per Dominicum de Faris.

Mariale, seu *Conciones de B. V.* cum *tractatu de passione Christi*, & *afflictione B. V. Mariæ* prodiit Barcinone an. 1597. in 4. per hæredes Pauli Maliet Sebastiani de Cormelly; & ex hispano in italicum idioma conversum a Matthia Fasano Ord. Prædicat. Venetiis apud Juntas in 4. an. 1608. ex Ind. Biblioth. Barber., vel 1607.; iterumque anno 1610. ex Ind. Bononien. Biblioth. S. Franc.; gallice quoque versum a Joanne Blancona Parisiis prodiit an. 1608. tomis 2. in 8. ex Biblioth. Hispan.

Sermones Fr. Philippi Diaz Franciscani lingua Mexicana extare ait Antonius Leonius in Biblioth. Indica Occid. tit. 18.

OEconomia Evangelica Philippi Diez prodiit Coloniæ 1684. in 4. ex to. 13. Journal de Scavans, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 483.; sed non constat esse hujus Philippi.

Ejus *Similitudines* collegit Lodovicus Bail, qui etiam aliqua ex suis concionibus adnotavit par. 3. Biblioth. Concionat. cap. 101.

Seraphinus Radius, vulgo *Razzi* Florentinus Ord. Prædic. fecit *Expositionum Evangelicarum ex hujus scriptoris concionibus de Sanctis selectionem*, teste Jacobo Echardo in Scriptor. Ord. Prædic. to. 2. pag. 387.

M M M C C X C I V. 1718.

PHILIPPUS DRESANUS = Jo: a S. Anton. accepit a Waddingo.

M M M C C X C V. 1719.

PHILIPPUS ENGOLISMENSIS = provinciæ Parisiensis Min. Capuccin. in Theologia mystica valde eruditus, Mariæ Mediceæ Galliarum Reginæ Confessarius, & ob ejus singularem animi puritatem, ac innocentiam illi maxime charus, summaque habitus in veneratione. Opera ejus sunt:

Florentius ad pie vivendum conversus, *ubi describitur vanitas ab amore devicta*. to. 1. in 8. Parisiis anno 1626.

Occupatio continua devotæ animæ Deo spiritualiter unitæ in actibus quotidianis. Lugduni 1628. in 8.

Aspirationes amoris sacri ex Canticis Canticorum. Parisiis 1629., & Lugduni 1632. in 12.

Novitiatus Hermogenis pro Novitiorum institutione. Parisiis an. 1633.

Triumphus amoris divini in conversione Hermogenis, *ubi repræsentantur variæ pugnæ spirituales*, *quas experiuntur vocati ad Religionem*. tomis 2. in 8. Ibidem an. 1635.

Se-

Seminarium Hermogenis, in quo ugitur de virtutibus religiosis, quibus pervenitur ad sanctam mortem. Ibidem 1637. in 8.

Regii, & divini amores Iesu Christi, & animæ Hermogenis propositi ad meditandum, ubi de præcipuis redemptionis nostræ mysteriis ugitur. Ibidem anno 1638. in 8.

Tractatus devotissimus directionis ad grutiam ad Hermogenem. Ibidem an. 1638. in 8. ex autore Biblioth. Capuccin. apud Jo: a S. Anton.

M M M C C X C V I. 1720.

PHILIPPUS FABER = Faventini quidem Cœnobii Min. Conv. alumnus, sed in agro Brisighellensi diœcesis Faventinæ an. 1564. natus; de quo Paulus Freherus in Theatro Viror. eruditione clarorum par. 4. inquit: *Philippus Faber Faventiuus Scoticam doctrinam alternis impugnantium fluctibus prope obrutam ad pristinum robur ingenii sui validitate restituit, quo postea merito ejus secta lucerna, & propugnaculum summo eruditorum consensu vocatus est. Et quidem hujus viri phrasis Scholasticorum more haud insulsu, & ineptu, sed in sui simplicitate planis distincta sententiis, atque optima ordinis ratione suffultu disputando permovet, decernendo persuadet: exæquat copiam opinionum firmitas; subtilitatem facilitas temperat*. Laudatur & a Cæsare Carena de Officio S. Inquisitionis par. 2. tit. 17. §. 23., ubi suum eum vocat in Patavino Gymnasio præceptorem: & cum anno 1625. ad suæ provinciæ Bononiensis Præfecturam assumptus fuisset, eam contraxit corporis ægritudinem, ut tandem an. 1630. die 27. Augusti ex hac vita Patavii migraverit, ubi honorifice tumulatus in Ecclesia sui Ordinis hocce monumentum accepit:

Philippo Fabro Faventino Conventualium Ordinem sacra vita, regimine Studiorum, Provincialatu Bononiensi, Peripateticam, & Scoticam palestram libris Logicæ, Physicæ, Metaphysicæ, Theologiæ Scholasticæ, Christianam fidem scriptis in atheos, & hæreticos ucerrimis, Patavinam Universitatem studiis Philosophiæ, ac Theologiæ annis XXVIII., Vitam mortalem LXVI., immortalem A. M. DC. XXX. virtutibus illustranti Patavini Patres amantes amuuti justa solvebant.

Philosophiu naturalis Scoti in theoremata 102. *distributa* &c. prodiit primum Parmæ an. 1601. in 4., teste Franchino in Biblioso.n.121.; postea Venetiis anno 1602. in 4. typis Joan. Baptistæ Bertoni ex Possevino in Appar. sac. v. *Joannes Duns Scotus*; nec non an. 1606., & 1616. ibidem ab autore aucta, & castigata; & tandem anno 1622. ibidem; quo anno impressa est etiam Parisiis per Dionysium Moreau in 4., cujus Operis in fine habetur

Tractatus de Formalitatibus in x. capita distributus; quem citat Bartholomæus Masterius disput.1. Logic. qu. 5. art. 2. n. 61. Cumque contra eum scripto nonnulla dixisset Xanthes Marialis, an. 1624. ejus defensionem suscepit Jordanus Moscatellus Ord. Erem. S. Hieronymi Gen. Vicarius ipsius quondam auditor.

Comment. in 4. libros Senten. Scoti prodierunt primum Venetiis an. 1613. in fol. typis Bartholomæi Ginammi, al. de Albertis; deinde recognita, & aucta ab autore ibidem an. 1618. in fol.; postea in Gallia an. 1622. in fol. apud Dionysium Moreau ex Joan. a S. Anton., & in Hispania recusa fuerunt.

De prædestinatione pro supplemento primi libri Senten. Venetiis anno 1623. in fol. per Marcum Ginamum.

De restitutione, & Extremu Unctione pro supplem. libri 4. Senten. Ibidem an. 1624. in fol.

De Sacramento Ordinis, panis, & censuris ecclesiasticis pro eodem supplemento. Ibidem an. 1628. in fol.

Comment. in XII. libros Metaphysicor. Aristotelis ad mentem Scoti Opus posthumum a Matthæo Ferchio vulgatum Venetiis an. 1637. in fol. typis Marci Ginami.

De primatu Petri, & Pontificis Romani, ac aliis ecclesiasticis dogmatibus adversus 4. priores libros M. Antonii de Dominis de Republica Christiana Opus posthumum vulgatum ab eodem Ferchio, inquit cit. Franchinus.

In Logicam, Physicam, & *de animu*, aliaque etiam scripsisse testatur laudatus Ferchius in ejus *Vitu*, quam *Comment. in Metaphysicam* præmisit, edocetque cuncta periisse an. 1631. tempore pestis una cum Felice Osio Lectore Patavino, apud quem mss. erant; & quidem in Actis Capituli provinciæ Bononien. Min. Convent. Parmæ an. 1620. celebrati, & anno 1621. Placentiæ typis editis §. *Commissiones* inter alia etiam *P. Theologo Faventino* injungitur, ut prælo committere curet *Opus de Pœnitentia, Metaphysicam, & Physicam*. Nonnihil ejus evulgavit Parisiis anno 1604. Augustinus Gothutius, ut supra dictum est in *August. Gothutio*. Nicolaus Comnenus lib. 3. Hist. Gymnasii Patavini cap. 21. hunc *Deo, musis, discipulisque omnibus charum, acceptum, ac venerabilem* appellat; addens scripsisse etiam *disputationes theologicas Complutenses, de censuris ecclesiasticis, & in Arist. Logicam, Physicam, de cœlo, & mundo, & de anima*, quæ mss. extant in publica Biblioth. Patavina. Laboravit etiam in condendis *Constitutionibus Urbanis* pro Ordine Minor. Convent. ex cit. Ferchio, & Franchino.

M M M C C X C V I I.

PHILIPPUS FERRIOL Hispanus Strict. Observ. Discalc.concionator, ac Pater Valentinæ provinciæ S. Jo: Baptistæ composuit circa annum 1625.

Vitas 18. *VV. Disculceatorum ejusdem provinciæ alumnorum, ac* 7. *Tertiariorum virtute insignum*, quas morte præventus edere non potuit, quæque mss. in 4. asservantur in Archivo prædictæ provinciæ, teste Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 485. De eo & Joseph Chatinus in Chron. ejusdem provinciæ fol. 910.

M M M C C X C V I I I. 1721.

PHILIPPUS FLORENTINUS = dictus *Ultranensis*, al. *Ultrarnensis*, ut aliqui Romæ *Transtyberini* vocantur; legit longo tempore Florentiæ, & Patavii, quemadmodum habet Waddingus in Annal. Min. ad an. 1316. n. 8., qui & ad annum 1303. n. 25. citat ejus

Recollecta Ordinis Minorum. Composuit autem &

Concordantias Evangeliorum; nec non

Homilias quatuordecim, quæ mss. habentur non Venetiis, ut ait Waddingus infra in *Philippo Vulterrano*, qui idem est, sed Florentiæ juxta Rodulphum lib.3., a quo alii acceperunt, in Bibliotheca *S. Marci* Ord. Prædic., inquit cit. Rodulphius, de qua re vereor lapsum. *Concordantiæ Evangeliorum* plane habentur in Bibliotheca *S. Crucis* Minorum Convent. plut. 10. num. 108. cod. membran. in

 fol.

fol. diligenter, & claris, magnisque characteribus exaratus seculo XIV. titulum præferens: *Incipit prologus in Concordantiam Evangeliorum compilatam a Fratre P.*; incipitque: *Evangeliru dortrina licet in quatuor sit distinctu libros* &c.: in fronte vero libri habetur charactere diverso, sed tamen satis antiquo hæc adnotatio relata a Doctore Jo: Lami Florentino *De eruditiane Apostolorum* cap. 13. sect. 2. §. 2., sed nonnihil corrupte: *Istam Historiam IV. Evangeliorum in unum ordinem compilavit quidam Frater Ordinis Minorum nomine frater Philippus Ultarnensis, qui fuit maximæ srientiu Lector excellens Parisiens.*; *legit in pluribus studiis generalibus multis annis*: sed reponendum *Ultrarnensis*; de quibus Florentiæ civibus agit Joannes Villanus Hist. lib. 4. cap. 12. & 13. Tractant de hoc veteri scriptore Michael Poccianti in Catalogo Illustr. Script. Florent., aliique plures apud Julium Nigrum de Scriptor. Florent., qui tamen eum pluribus aliis hunc ratus est diversum a *Philippo Vulturnensi*.

MMMCCXCIX. 1722.

PHILIPPUS alter FLORENTINUS = *e* Plano Ripoli ad muros urbis Florentiæ, cujus Opus ms. servatur Florentiæ in Regia Bibliotheca Mediceaj; de eoque agit Anton. Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. sect. 4., & Julius Niger in Scriptor. Florent., ac Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCC. 1723.

PHILIPPUS GESUALDUS = a Castrovillari Calabriæ nobili oppido ex Rodulphio autore coævo lib. 2. fol. 279., ejusdem stemmatis cum domo Gesualda Neapolitana ex Principibus Venusinis, ut ex quibusdam opellis ipsi dicatis apparet: pluribus sui Ordinis Gymnasiis rectis, pluribusque muniis obitis ex Vicario Gener. tandem an. 1596. summam Ordinis Præfecturam subire coactus est; ac sexennio post ad Cariatensem Ecclesiam a Clemente VIII. promovetur, qua in dignitate anno 1619. ad Deum emigravit testimonio Ughelli to. 9. Ital. sac. in Geruntin. Episc. n. 37., ubi laudatur a doctrina, ac præsertim ab innocentia vitæ, & munere prædicationis: fuit enim tribus linguis latina, græca, & hebraica eruditus, ac liberalibus disciplinis instructus. Cum Patavii Gymnasii Regens esset, instituit Congregationem, seu *Societatem de Compassione* sub tutela D. Antonii Patavini, pro qua firmanda scripsit

Ordinationes 16. capitibus comprehensas; *de origine Orationis* 40. *horarum*; *de mysterio, methodo, necessitate, & utilitate ejusdem Orationis* italice cum *Officio de eadem Oratione* 40. *horarum* latine. Patavii 1591. in 12. apud Petrum Marinellum: extat liber Romæ in Biblioth. Conventus SS. 12. Apostolorum; & ibidem an. 1592. in 12. per Paulum Mejettum.

Pastoralis epistola cum documentis, & decretis de Meditatione, aliisque piis exercitiis edita e Monte Alvernæ die 7. Septembris 1593., cum esset Vicarius General., & Bononiæ impressa eodem anno in 4. apud Rubeos.

Decreta præparatoria pro Reformatione italice. Florentiæ an. 1593. in 4. per Georgium Marescotti, & alibi; atque etiam Veronæ an. 1594. in 4. p. typis Hieronymi Discepoli cura Alexandri Fanni Ministri provinciæ S. Antonii una cum sequentibus:

Modo di fare l'orazione mentale, disciplina, e capitolo delle colpe nella Religione Conventuale di S. Francesco.

Istituta dell'orazione annuale senza intermissione, e perpetua in tutto l'Ordine Conventuale di S. Francesco, per invocare il celeste ajuto sopra il progresso della riforma del dett' Ordine; atque

Istruzzioni, e decreti intorno alla promotione delli Frati della sua Religione agli Ordini sacri.

Ordinationes pro clausura cum decretis Clementis VIII. de Reformatione italice. Bononiæ an. 1594. in 4. typis Victorii Benacci.

Decreta pro vitæ communis institutione italice. Messanæ an. 1595. in 4. per Petrum Bre; & Bononiæ an. 1601. per Rubeos, & alibi; cum *Epistola* in fine super eadem materia ad Ministrum Provincialem Calabriæ data Messanæ die 29. Septembris an. 1595.

Decreta Viterbiensia pro reformatione studiorum edita an. 1596. in Comitiis Gener. Viterbii, & impressa eodem anno in 4. Patavii typis Laurentii Pasquati, & alibi.

Methodus visitandi a Visitatoribus Ordinis S. Francisci servanda. Romæ anno 1596. in 4. per Gulielmum Facciottum: laudant eam, & in usu poni jubent Constitutiones Urbanæ pro Min. Convent. cap. 10. tit. 1. num. 7. Memoratur to. 1. Biblioth. Barber. pag. 467.

Diurno compuntivo de' sette dolori di Maria Vergine. Bononiæ 1598. in 8. typis Rubei: extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Plutosophia = prodiit & Patavii, quemadmodum scribit Daniel Georgius Morof in Polhistore lib. 2. cap. 6., eamque summopere vir egregius commendat his verbis: *Italica lingua Patavii editus Fr. Philippi Gesualdi liber cum titulo Plutosophia, qui plenius illam artem proponit, & eorum, qui ante se de hac arte scripserunt, methodum examinat*: & paulo post; *in quibus examinandis operosus est Philippus Gesualdus, qui, me quidem judice, omnium accuratissime hanc doctrinam persequitur*. Eam laudat etiam Paulus Aresius Episcopus Dertonen. *de Arte Oratoria* lib. 4. cap. 3., 5., & 6.

Soliloquia spiritualia super passione D. N. prodierunt Patavii primum, deinde Bononiæ.

De Novitiorum receptione juxta Decreta Clementis VIII. Bononiæ an. 1601. typis Hæ. Rubeorum.

Methodus contemplandi pro Confratribus SS. Sebastiani, & Rocchi Bonon. ibidem, & eodem anno in 8. per Joan. Baptistam Bellagambam italice.

Tractatus contemplationis compunctivæ italice, cum *Officia XV. Graduum* latine. Patavii 1591. in 12. apud Paulum Majettum.

Expositio in Regulam S. Francisci quadripartita juxta cardinales mundi plagas ms. extat Tuderti inter libros Conventus S. Francisci illius urbis.

Modo di far la disciplina recitando 5. Salmi con altre devotioni da pratticarsi nella Religione. Florentiæ an. 1611. in 4. typis Jo: Antonii Canei, Mediolani 1656.; Fulginei 1704., & alibi.

Cornucopiam, seu singularem artem, & methodum multiplicandarum conceptuum ipsemet pollicetur in lectione IX. suæ *Plutosophiæ*, quam ms. italice haberi in Bibliotheca S. Francisci prope Saxolum supra Mutinam testatur Franchinus in Biblioso. num. 123.; qui quid contineat etiam refert; & in ea se daturum quoque sequentia *Opuscula* autorem scribere notavit, videlicet

In-

Indicem significatarum elementorum hebraicorum, & mutationum literarum graecarum &c.

Indicem fontium, e quibus natura, aut ars nobis similitudines subministrare queant una cum earum cathegoriis ad majorem facilitatem.

Apologiam poetarum, quorum antiqua fabulose inventa possunt, debentque ad christianam veritatem reduci.

Tractatum extrahendorum conceptaum mediis grammaticalibus, rethoricis, philosophicis, metaphysicis, ac theologicis, nonnullisque aliis modis generalibus a Lulli principiis deductis.

Sed & Augustinus Superbus autor coaevus in ms. Catalogo Scriptorum Ord. Min. apud cit. Franchinum ait scripsisse etiam

Cationes in Adventu Domini italice;

Quadragesimales conciones duplicatas itidem italice;

Super Psalmum Beatus vir;

Super Cantica Salomonis;

In Orationem Dominicam; &

In Apocalypsim B. Joanais; quae cuncta subdit ei ablata a grassatoribus in itinere fuisse.

M M M C C C I. 1724.

PHILIPPUS DE GHIFULCIS = al. *de Gisulfis*; de quo Le Long, & Joan. a S. Antonio, sed ex Waddingo.

Philippi de Gisulfis Mediolanen. Postilla super Apocalypsim incipiens: *Apocalypsim Jesu Christi* &c. *Legimus in Ecclesiasticis Historiis beatum Johanem Evangelistam Christi Apostolam, & consanguineum a Domitiano* &c.; in cujus fine legitur: *Explicit Postilla super Apocalypsim finita sub anno Domini* MCCCXXVII. *die Mercurii* X. *kalend. Januarii*: extat Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci ms. pergam. in fol. dupl.; sed haec tribuitur etiam *Gulielmo de Melitone*, ut ibi dictum est; unde vereor hunc fuisse non autorem, sed Operis exscriptorem.

Familia *de Ghisulfis* nobilis erat Genuae, ut lucet ex literis Bonifacii VIII. an. 1301. datis nonnullis civibus Genuen. apud Annal. Min. Waddingi ad eum annum. *Bartholomeus Gisulphius* factus est Episcopus Tripolitanus ex iisdem Annal. ad annum 1479. num. 16.

M M M C C C I I.

PHILIPPUS GUALENSIS, vel Wallensis Anglus initio Religionis nomen dedit Franciscano Instituto ex Thoma Ecclestono, & sub Elia Generali Ministro Lugdunum vocatus una cum *Adamo Eboracensi* itidem Minorita ibi publice Philosophiam, Theologiamque professus asseritur: ferunt autem *multos libros* eruditos composuisse, sed nemo titulos, eorumque nomina recensuit, ut ex Pitseo de Scriptor. Angl. in append. memorat Waddingus in Annal. Min. sub an. 1250. n. 10. in append., Angelus a S. Franc., ac Joan. a S. Anton. to. 2. V. *Adam Eboracensis*.

M M M C C C I I I. 1725.

PHILIPPUS HIGGINUS = Joannes a S. Antonio excepit Waddingum.

M M M C C C I V. 1726.

PHILIPPUS E MONTE CALERIO = vulgo *Moncaglier* oppido dioecesis Taurinensis, provinciae Genuensis, Custodiaeque Pedemontis, quem Jo: Rioche in Compendio Temporum cap. 22. vocat *Joannem de Montecaleria*, quo in errorem traxit Joannem a S. Anton. to. 2. pag. 191. De eo Bartholomaeus Pisanus illius seculi scriptor Confor. XI. par. 2. in prov. Januae, locoque memorato inquit: *de quo fuit Fr. Philippus, qui Postillam notabilem super omnia Evangelia Dominicalia, & quadragesimalia fecit*: anno 1336. erat in Urbe *Panitentiarius* Pontificius ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum num. 1. Asserit quidem Jac. Philippus Bergomas in Supplem. Histor. an. 1485. edito lib. 14. sub an. 1398. scripsisse eum in carcere, quod & Rodulphius lib. 3. exscripsit; sed ut falsum est, eum scripsisse an. 1398., ita quoque id in carcere egisse falsum dico; quapropter idem Bergomas in Supplemento Supplementi an. 1506. conscripto se correxit, neque illi istud hoc affixit.

Postilla super Evangelia Dominicalia edita a Fr. Philippo de Janua, alias de Monte Caleria Ordinis Fratrum Minorum tunc Lectore Conventus sacri loci Paduae an. 1330. habetur ms. Oxonii in Biblioth. Collegii novi cod. 32.; Cantabrigiae in publica Biblioth. cod. 48., & in Pembrochiana codd. 51., & 52.; extat ms. & Florentiae in Biblioth. S. Crucis scam. 10. num. 119. in fol. versus Ecclesiam, qui codex idem habet, ac ille Biblioth. Oxonien.: in ejus prologo autor ait: *in alio volumine, Deo dante, intendo Evangelia, quae leguntur in Quadragesima, compilare*: & postquam asseruit, se post expositionem quarumdam partium Evangelii secundum dicta Doctorum *moralitates* aliquas, & *figuras* adjecturum, subjungit: *Sermones vero, & collationes morales in alio volumine compilabo*. Habetur quoque Asisii ms. pergam. in fol. tripl. an. 1330. composita: incipit prologus: *Ruth colligebat spicas* &c.; Opus vero incip. a prima Dominica Adventus: *Eruat signa in sole, & luna* &c. Ferrariae quoque in Bibliotheca S. Franc. olim extabat *Postilla Magistri Philippi de Monte Calerio super Evangelia Dominicalia* incipiens: *Rut colligebat spicas* &c.; & finiens: *significantia bonas, & malos*: ex Indice veteris Bibliothecae illius loci an. 1437. scripto pag. 14. & 66. *Postilla abbreviatura majoris* incip. *Eruat signa in sole* &c. extant mss. Venetiis in Biblioth. SS. Joannis, & Pauli plut. 6., teste Thomasino in Biblioth. Ven. mss. pag. 28.; ita enim *Postilla* commemorata sine prologo, qui incipit, *Rut colligebat spicas* &c. Prodiit autem primum in *Epitamea* redacta a Jonselmo Canova ejusdem Instituti Mediolani an. 1498. in 8. magno per Ulderic.um Scinzenzeler ex Indice Biblioth. S. Francisci Bononiae; & Lugduni an. 1501. ex Petro de Alva in Militia.

Postilla super Evangelia quadragesimalia incip. *Ruth sequens messorum vestigia* &c.; praemissoque prologo incip. Opus: *Cum jejunatis, nolite fieri* &c. habetur ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci. *Conciones quadragesimales*, quarum prologus incipit: *Ruth sequens messorum vestigia*: Opus vero incip. *Cum jejunatis, nolite* &c. *Ratio naturalis nos docet* &c.; impressae sunt Mediolani an. 1498. per Ulderic.um Scinzenzeler, deinde Lugduni 1510., & 1515., ac 1541. cum superiori *Postilla super Evangelia Dominicalia*.

Postilla alia, seu *Expositio Evangeliorum Dominicarum ab Adventu Domini usque ad Dominicam Paschatis* incip. *Vidi alterum Angelum* &c., extat ms. in fol. Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum Ord. Min. sub GG. in 16., teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 486.

Srrmones de Tempore mss. habentur Patavii in Biblioth. S. Antonii plut. 21. ~~ex~~ cit. Thomasino pag. 60.

Sermo ejus *dr SS. Innocentibus* ms. extat Parisiis in Biblioth.Colbert. cod. 3545., teste Eccardo in Scriptor. Ord. Prædic. to. 1. pag. 601. in *Thoma Vallensi*. *Sermones* itidem *de Tempore*, & *de Sanctis*, *multosque Commentarios in divinis codicibus* composuisse testatur proxime laudatus Jacobus Phillppus Bergomas; & quædam ejus mss. haberi in Biblioth. Warmiensi Prussiæ scribit Possevinus in Catalogo illius Bibliothecæ ad calcem Apparatus sacri; prodierunt autem omnia etiam *Conciones de SS. Eucharistia* Lugduni an. 1515. typis Jacobi Myth, sumptibus vero nobilis viri Balthassaris de Gabiano civis Astensis tomis 2. in 8. magno: ex his erroris arguitur Dupinus sec. XIV. scribens, hujus autoris Opera inter amissa referenda esse.

Adducitur ejus *Postilla super illud Ave gratia* a Gabriele Barletta in Serm. de Concept. B. V., & a Vincentio Bandello de Singul. Concept. Christi; de eoque præ ceteris agit Oudinus in Comment. ad an. 1330. to. 3.

Philippus e *Monte Castelli* a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1344. n. 9. ex Mariano refertur inter viros doctos, eosque, qui Sodalitium Minoriticum doctrina, ac scriptis illustrarunt; an autem diversus sit, vel idem cum Philippo *de Monte Calerio*, non satis adhuc scio.

MMMCCCV.

PHILIPPUS N. e Clarenorum, ut videtur, Congregatione an. 1337., vel paulopost scripsit, collegitque

Miracula B. Angeli Clareni dr Cingalo eo anno in Basilicata defuncti, quæ ex ms. Bibliothecæ Caroli Strozzæ Senatoris Florentini SS. Act. Collect. Bollandii publicarunt post Vitam dicti *B. Angeli* to. 2. Junii ad diem 15. hoc titulo: *Miracula collecta a quodam Fr. Philippo morienti B. Angelo assistente feria sexta infra Octavam Pentecostes, scilicet festo S. Antonii* &c.: de quo etiam supra in *Angelo de Cingulo*.

MMMCCCVI.

PHILIPPUS NUTI Fulginas patritius, & Ordinis Capuccinor. alumnus, suæque provinciæ Umbriæ Minister an. 1645. adlectus in patria hal. Septembris scripsit

Commentarium, seu *Epitomen Fratrum Capuccinorum, qui Fulginensi in Cœnobio floruerunt*; citaturque non semel a Jacobillo to. 2. de SS. Umbriæ præsertim ad diem 28. Augusti, ubi agit de tribus Capuceinorum Cœnobiis Fulginat., eorumque viris illustribus. Videatur Biblioth. Script. Capuccin.

MMMCCCVII. 1727.

PHILIPPUS PERUSINUS = alius profecto ab illo *Philippo Perusino Ordinis Minorum* Theologo insigni, qui a Martino IV. an. 1282. consecratus fuit Fesulanus *Episcopus*, & an. 1297. Episcopali dignitate se abdicavit ex Ughello in Italia sac. to. 3. in Fesulan. Episc. n. 27.

Tractatulum de S. Francisci Stigmatibus scripsit an. 1282., teste Waddingo ad an. 1264. n. 8.; ad eum fortasse pertinet *Relatio*, ac testimonium ejus de die, qua S. Franciscus sacra Stigmata accepit a Marco Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 4. cap. 26. ex autore Floreti, Conformit., & Mariano publicata; & dicitur facta eodem anno 1282., dum Tusciæ provinciæ *Minister* esset.

Historiam Ordinis Minorum laudat Rodulphius lib. 2. fol. 253. de Custodia, & Conventu Perusino disserens. Conscripsit etiam

Epistolam de Protectoribus Ord. Min., teste ipsomet Waddingo in Annal. Min. ad an. 1305. n. 12., quam idem refert ad an. 1217. n. 5. & 6. ex ms. Cœnobii Pisaurensis Reform., & de qua testatur etiam Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. p. 3. de *Gregorio IX.* verba texens, inquiensque: *prout testatur Fr. Philippus dr Perusio, qui hoc vidit, in littera de Protectoribus directa Fratri Gonsalvo Ordinis nostri Generali Ministro*. Habetur hæc Epistola ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis in fine cod. 705. *Etymologiarum S. Isidori* in fol., in qua constat scripsisse sub *Clemente V.*, quem ibi memorat, & ante an. 1307.; recensetque primos quatuor Ordinis Protectores *Ugolinum*, & *Raynaldum dr Comitibus*, *Joannem Cajetani*, & *Matthæum Rubeum*, quos omnes scribit, se agnovisse, primum, dum *Papam* vidit Perusii *adhuc infantulus*; secundum jam Pontificem se aluisse in studio Parisiis quadriennio, & anno 1279. se jam Ministrum provinciæ Tusciæ interfuisse Asisii Capitulo Generali, in quo electus fuisse dicitur ibi *Fr. Bonagratia*; a duobus Protectoribus Joanne Cajetani, & Matthæo familiariter adhibitum se tradit, sed nihil de *Episcopatu*, unde videtur alius fuisse ille Episcopus Fesulanus, de quo paulo ante. Epistola autem est *de modo petendi Cardinalem a Domino Papa, juxta quod Ministris in Regula præcipitur*; de quo requisitus fuerat a Ministro Gen. *Gonsalvo* per *Fr. Alexium Ministrum provinciæ Bononiæ*; sed forsan reponendum *per Fr. Alexandrum*. Eamdem Epistolam pluries citat Rodulphius lib. 2. fol. 177. 231., & 322., illamque se vidisse scribit Oldoinus in Athenæo Aug. Perusin. pag. 288. apud Jo: a S. Anton. to. 2.

Hic vivebat adhuc anno 1307. die 22. Januarii, ut notatum legi in fine Martyrologii Adonis, quod ms. habetur Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 14. versus Eccles. cod. 162.; diu igitur hic vixit, cum Gregorius IX., antea *Ugolinus* obierit an. 1241.

MMMCCCVIII.

PHILIPPUS POLITIUS Drepanensis provinciæ Siculæ Min. Conv. sac. Theolog. Magister, doctus poësi, & eloquentia clarus composuit

Theologicum certamen omnium carminum metro exaratum; ediditque insuper italice

Sermonem moralem, & allegoricum cusum Bononiæ 1636. in 4. per Clementem Ferroni, cum ibi esset Baccalaureus Colleg.

Conciones de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ. Panormi an. 1655. in 4. apud Petrum de Isola.

De eo autor synchronos Philippus Cagliola in Hist. prov. Siculæ Min. Con. explor. 3. manif. 5. pag. 134., Vincentius Nobilis apud Mongitorem to. 2. Biblioth. Siculæ, & ex eo Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCCIX. 1728.

PHILIPPUS PORCATIUS = Doctor Parisiensis, & in Universitate Bononiensi primæ Philosophiæ, nec non Theologiæ Professor, ubi annis 1501., & 1509., quod illustris ecclesiastes haberetur, in celeberrimo S. Petronii Templo *conciones quadragesimales* habuit ex illius Basilicæ monumentis; bis etiam suæ provinciæ Bononiensis Ministerio functus, quod munus cum obiret anno 1500., in-

interfuit Comitiis Ordinis Intcramnæ coactis, unusque fuit ex illis, qui *Constitutiones Alexandrinas* nuncupatas pro ejusdem Ordinis regimine condiderunt, ut legere est in fine dictarum Constitutionum: deinde sui Ordinis in Romana Curia Procurator cum extitisset, tandem an. 1510. in Comitiis Romæ celebratis supremus totius Ordinis S. Francisci Minister eligitur; sed anno secundo Præfecturæ morte terris eripitur ibidem die 10. Septembris anno 1511. in Basilica SS. Apostolorum ante majorem Aram veteris Ecclesiæ humatus cum hoc *epitaphio* a Rodulphio lib. 2. ful. 195. relato:

Philippus Bagnacavallus Minorum Ordinis Philosophus, ac Theologus eximius, qui per omnem ætatis suæ cursum ita se gessit, ut functus omnibus dignitatibus ad Generalatus honorem assumptus sit; a Julio II. Pont. Max. ad ardua pro fide orthodoxa vocatus Romæ diem clausit extremum.

Quum autem Venetiis Lectoris munus obiret, castigavit, edique curavit

Scoti in 4. Sententiarum libros scriptum Oxoniense, additis responsionibus ad argumenta suis locis, & annotationbus opinionum diversorum Doctorum &c.: ad primi libri calcem adjecit illas prologi, primique Senten. *additiones* in unum collectas, quæ in aliis editionibus sparsim suis locis habentur; in fine vero libri 2. collocavit *Opusculum Bartholomæi Bellati* Minoritæ super 2. Senten. Scoti.

Quolibeta Scoti etiam emendata vulgavit cum iisdem Senten. libris; elaboratâ ad omnia hæc Scoti Operâ ingenti tabula, seu indice; Venetiis an. 1497. in fol. Francisco Samsoni Ministro Generali nuncupata typis Boneti Locatelli; postea an. 1503. per Bernardinum Vercellensem; quæ editiones extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Conciones quadragesimales, *alias*que quoque scripsit, quas in præcipuis Italiæ civitatibus habuisse legitur.

Meminit ejus Alidosius in Doct. Bonon. to. 2., & Joannes Andreas Quenstedt in dialogo de Patriis illustr. Viror. pag. 341., ubi Theologum insignem, ac eloquentissimum concionatorem appellat; sed agnomen, & Institutum Regul. subticet; omnium autem accuratius agit de eo memoratus Rodulphius.

1729.

PHILIPPUS DE RIBADENEIRA = autor *Librorum 2. de Excellentiis B. M. Virginis*, qui cusi sunt etiam Hispali an. 1606. ex Biblioth. Hispan. pag. 204., non Philippus, sed *Marcellus* vocabatur, ut adnotavit hoc loco Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 487. V. supra *Marcellus Ribadeneira*.

M M M C C C X. 1730.

PHILIPPUS RIBOTTUS = provinciæ Genuen. a Pancalerio agri Taurinensis oppido, Theologus, concionator, & in Vallibus Subalpinis Missionum Apostolicarum Præfectus a Clemente VIII. constitutus, quo in munere doctrina, & virtutum exemplis plurimos nec vulgares hæreticos Christo lucrifecit. Scripsit italice

Sermonem ad modum disputationis habitum inter ipsum, & Davidem Rostagnum publice in oppido S. Germani de SS. Eucharistiæ Sacramento, & de Sacrificio sacrosanctæ Missæ: quo mediante ipsemet Rostagnus hæreticorum Minister convictus cessit, plurimique ex nobilioribus, Calviniana secta relicta, Catholicæ Ecclesiæ adhæserunt. Taurini an. 1598. in 4. jussu Bartholomæi Rocchæ Inquisitoris Generalis in Pedemonte.

Expositionem Orationis Dominicæ in 4. partes distributam secundum quatuor divinæ Scripturæ sensus una cum *Expositione Salutationis Angelicæ*. Taurini anno 1614. in 8. apud Ludovicum Richimilium.

De eo agunt Franciscus Aug. ab Ecclesia in Catalogo Script. Pedemont., Mathias a Caballomajori par. 1. *Rationarii Chronographici Minor. Evangelic.*, Dupinus in Supplem., Rossottus, Dionysius Genuensis, & ex his Joan. a S. Anton. to. 2.

Alius est autem a *Philippo Ribotti* Carmelita, de quo Trithemius, Petrus Lucius, & Possevinus, & cujus extat *Speculum Ordinis Carmelitarum* an. 1501.

M M M C C C X I.

PHILIPPUS DE ROTINGO provinciæ Argentinæ, Sueviæque oppido, ut opinor, Regul. Observ. alumnus circa finem seculi xv. castigavit, edendosque curavit

Sermones de timore judiciorum Dei Roberti Caraccioli Liciensis, quos memini me vidisse in nostra Bononiensi S. Francisci Bibliotheca in 4. sine anno, & loco editionis. Castigavit etiam

Sermones de Adventu, & Quadragesima ejusdem *Roberti Liciensis*; emisitque Basileæ an. 1496. in 4., qui quoque prodierunt Venetiis eodem anno typis Georgii Arrivabeni; nec non

Sermones Dominicales per totum annum Fr. Antonii Bitontini ejusdem Instituti vulgatos Venetiis an. 1499. in 4. typis Boneti Locatelli ex Indice cit. Bononien. Biblioth.

Confutationem quæstiunculæ contra Montem Pietatis scripsit, teste Waddingo infra in *Philippo Votingo*, qui idem est.

M M M C C C X I I.

PHILIPPUS DE ROVILLAC Gallus natione scripsit an. 1558. gallico idiomate

Librum Alchimiæ, qui ms. servatur Parisiis in Biblioth. Coisliniana S. Germani cod. 1176. ex Catalogo Montfaucon pag. 1115.

M M M C C C X I I I. 1731.

PHILIPPUS SALERNUS = Alcariensis Min. Conv. sacræ Theologiæ Doctor ingenio subtili, & erudito præditus, Viennæ in Austria publicus Theologicæ facultatis Professor, & Ferdinandi II. Imp. Theologus, Styriæ Carinthiæque provinciæ anno 1627. moderator per sex annos; & cum publice Catanæ Philosophiam profiteretur, anno 1633. suæ Siculæ provinciæ Minister adligitur in Comitiis apud Castrum Joannis coactis, ubi, cum celeberrimus ecclesiastes esset, habuit

Concionem Dominicæ xv. a Pentecoste, quæ Messanæ impressa est eodem anno 1633. in 4. per HH. Petri Breæ; extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. Edidit quoque italico sermone

Concionem de S. Agatha sub tit. *Nuova Pallade*. Catanæ an. 1634. in 4. apud Joannem Rossium.

Concionem aliam de eadem Sancta inscriptam: *Alto Monte Catanense*. Ibidem anno 1635. in 4. per eumdem.

Concionem de S. Pancratio tit. *I Giuochi Olimpici*. Messanæ an. 1636. in 4. apud Petrum Bream.

Orationem funebrem in obitu Reverendissimi P. Onuphrii Anforæ Generalis Ordinis S. Cajetani. Ibidem an. 1640. in 4. apud Viduam Blanci.

De epistola B. Virginis ad Messanenses. Ibidem an. 1641. in 4. per Jacobum de Matthæis.

De

De Immaculata Conceptione B. V. concionem sub tit. *Le due battaglie fatte da due Serafini* &c. Iisdem typis an. 1643. in 4.

Concionem de SS. Christanto, & Daria. Iisdem typis an. 1645. in 4.

Orationem funebrem in obitu, atque exequiis R. P. Fr. Antonii a Fitarra provinciæ Siciliæ Ministri. Iisdem typis an. 1645. in 4.

Concionem de S. Nicolao Eremita tit. *Vittoria triplicata*. Panormi an. 1646. in 4. apud Alphonsum de Insula.

Orationem funebrem in obitu Reverendissimi Patris Fr. Leonis Bonifilioli Generalis Ordinis Carmelitarum. Messanæ 1646. in 4. apud Jacobum de Matthæis.

Concionem de S. Andrea Apostolo tit. *il Predicatore*. Neapoli anno 1651. in 4. per Secundum Roncaliolum.

Orationem funebrem in obitu D. Natolitii Credenserii Tusæ an. 1652. *habitam*, cum in Universitate Viennensi esset Imp. Theologus publicus, vulgavit Panormi an. 1654. in 4. apud Petrum Insulanum, extatque Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

Conciones quadragesimales quoque scripsit, uti testantur Marracius in Biblioth. Mariana, & Cagliola in Hist. prov. Siculæ Min. Conv. explor. 3. manif. 1. apud Franchinum in Biblioso. n. 124.

Obiit in patria in Valle Nemorum an. 1676. die 14. Julii ætatis suæ 80., de quo plures cum laude scripserunt apud Mongitorem to. 2. Bibliothecæ Siculæ; ex eo accepit Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 488.

MMMCCCXIV.

PHILIPPUS SAVORELLUS Foroliviensis provinciæ Flaminiæ Min. Conven. sacræ Theologiæ studiis excultus, & disciplinarum liberalium usu delectatus; de quo Bartholomæus Riccius epist. lib. 4. vol. 2. ea ad Jo: Hieronymum Ravanium scripsit: *ego Philippum Savorellium concionatorem Franciscanum ut alterum filium amo; est enim ætate adolescens, sed prudentia, & integritate, atque horum studiorum cognitione vel natu maximus*. Juvenis quippe fervido, & varia ornato lectione ingenio magnam de se pollicebatur spem, ni mors immatura e medio cursu sustulisset, inquit August. Superbus in append. ad ms. Catalogum Script. Ord. Min., qui addit post se tamen reliquisse

Conciones varias; &

Miscellaneas quæstiones, quas morte præventus edere nequivit.

Hieronymum germanum fratrem habuit ejusdem Instituti Regul., qui anno 1555. Ferrariæ morabatur *Grammaticæ*, *Studii*que, ut vocant, *Magister* ex monumentis illius Cœnobii; & amborum meminit cum laude suppar Rodulphius lib. 2. fol. 268. in prov. Bononien., & Custodia Foroliviensi, & pag. 135. in Concionibus, & ex his Eques Georgius Viv. Marchesius in Vitis Viror. illustrium Forolivien. lib. 2. cap. 1.

MMMCCCXV. 1732.

PHILIPPUS A SOSA = Cordubensis Reg. Observ. prov. S. Jacobi, de quo cum laude Ambrosius Morales lib. 17. Hist. cap. 11., Jacobus de Castro to. 1. Chron. provin. prædictæ lib. 3. cap. 6., & Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan.

De excellentiis Evangelii Opusculum, quod Nicolaus Anton. non distinguit a *Compendio mysteriorum adventus Christi Domini*, est prima pars majoris Operis, quam sequi debuerant 2. *de essentia Dei, bonitate, liberalitate, & mundi creatione*; ac 3. *de Sanctis*, teste Joan. a S. Anton. to. 2.

Speculum disciplinæ S. Bonaventuræ conversum hispanice prodiit Hispali an. 1574. apud Ferdinandum Diaz.

Versio *partis* 2. *Chronicorum Ordinis Marci Ulyssipon.* non ad hunc, sed ad sequentem Philippum pertinet, teste cit. Joan. a S. Anton.

MMMCCCXVI.

PHILIPPUS DE SOSA Hispanus alter prov. Beticæ Reg. Observ., ut fatetur ipse Waddingus superius pag. 248. col. 2., & Nicolaus Anton. to. 2. suæ Biblioth. pag. 69. col. 1., & liquido constat ex sequentis Operis e lusitano in hispanicam linguam ab eo translati titulo, nempe

Chronicorum Ordinis S. Francisci a Fr. Marco Ulyssipon. scriptorum par. 2. impress. Compluti an. 1566. in fol. apud Andream de Angulo, & iterum ibidem an. 1577. eisdem typis, teste Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 488. Ex hac prodiit versio italica per Horatium Diola Bononien., ut & per Baretium Cremonen.

Peregrinationem Hispanicam scriptam vernacule eidem tribuunt Waddingus, & Nicolaus Antonius, inquit cit. Joan. a S. Anton.; sed Waddingus nil tale asserere lego; de Nicolao Anton. viderint alii.

MMMCCCXVII. 1733.

PHILIPPUS VARAGIUS = Gallus provinciæ S. Ludovici in Narbonensi Gallia Min. Conv. sac. Theolog. Magister, & Patavini Gymnasii *Regens* apud suos edidit

Flores totius sacræ Theologiæ medullam sententiarum Doctoris Subtilis Scoti continentes, & in modum conclusionum positos ad Jofredum Karoli Delphinatus Præsidentem, ac Mediolani Vicecancellarium, qui impressi sunt Mediolani an. 1508. in 4. per Jo: Jacobum de Ferrariis. Extat Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci, Romæ in Barber. Bibliotheca, & Hispali in illa Ecclesiæ, teste Jo: a S. Anton. to. 2. Eodem anno 1508. constitutus est *Lector Regens* Florentiæ ex ms. Regesto Raynaldi Gratiani Cotoneolensis Ordinis Minor. Generalis Ministri p. 57.; morabaturque Niciæ ad Varum ex Reg. Ordin. pag. 194. tit. *prov. S. Ludovici*; & anno 1509. conceditur ei, ut possit inservire Em. Cardinali Albiensi in Lectionibus Theologiæ, & aliis ex eodem Reges. pag. 203. Hinc recte scripsit Rodulphius lib. 3. floruisse eum an. 1502., non autem 1582., ut habet Possevinus in Appar. sac., præsertim cum autor ipse in 3. Senteu. quæst. 1. dist.16. tradat, suo tempore *Universitatem Parisiensem* determinasse B. V. Mariam a mortuis resurrexisse, & in anima, ac corpore cœlum ascendisse; quod an. 1497. decretum prodiisse legimus apud Frassen de Incarnat. disput. 3. tract. 1. art. 3. sect. 3. quæst. 5. §. 7.

1734.

PHILIPPUS VOTINGO = V. supra *Philippus de Rotingo*; ita enim reponendum est. Joan. a S. Anton. exscripsit Waddingum.

1735.

PHILIPPUS VULTERRANUS = non Vulterranus, aut Volaterranus, sed *Ultrarnus*, vel *Ultrarnensis* Florentinus, de quo supra actum est in *Philippo Florentino* 1. *Ulteram* corrupte dicitur a Rodul-

dulphio lib. 3., aliisque post eum. Joan. a S. Anton. hic etiam secutus est aliorum erratum

MMMCCCXVIII.

PHILOMENUS CORNELII Dixmundanus Belga Recollectus, seu Strict. Observ. Cortraci Philosophiam Scoti subtiliter, & non sine multorum admiratione legit, & interpretatus est; nec studio pietatis inferior scripsit sub initium seculi XVII.

Exercitationes vitæ spiritualis; & praxim Orationis mentalis: *Opuscula* eo commendatiora, quo a viro praxium suarum executore scripta sunt; inquit Aubertus Miræus in Auctar. Scriptor. Eccles. sec. 17. n. 231., al. 229. ex Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCCXIX.

PIERIA IMPERIATIA Romana Tertii Ordinis S.Franc. fœmina devota, magnæque pietatis jussu Superiorum partim proprio ore dictatas, partim propria manu scriptas reliquit multas revelationes, apparitiones, documenta, & spiritualia Opera, quæ tomis 12. collecta a *Fr. Ludovico de Triola* Genuensi Strict. Observ. ejus Directore, atque a sac.Confessionibus asservantur mss. Romæ in Cœnobio S. Francisci Transtyberino; inter quæ valde utiles, ptique dicuntur isti tractatus, teste Waddingo supra in *Ludovico de Triola*, & Jo: a S. Anton. ibidem, a quo to. 2. pag. 490. dicitur *Prieria Imperiaria*;

Tractatus de vocatione peccatoris.

Scala XXVIII. *graduum, per quam omnes Sancti ascenderunt in cœlum*.

Considerationes XXII. *de ultima cœna D. N. Jesu Christi*.

Remedium contra tentationes.

De judicio particulari cujuslibet animæ tempore mortis.

Vivebat sub Gregorio XIII. ad an. 1580.

MMMCCCXX.

PLACIDUS GALLEMANTUS Gallus provinciæ S. Dionysii Recollectorum, ac Definitor edidit latine

Descriptionem provinciæ S. Dionysii Recollectorum Galliæ. Catalauniæ anno 1649. in 8.

Vitam D. Gallemand Dortoris Sorbonici Carmelitarum in Gallia primi Superioris gallice. Parisiis an. 1653. in 4.

Obiit anno 1675., & memoratur a Dupino sec. 17., Jac. Le Long lib. 2. Biblioth. Gallicæ, & ex bis a Joan. a S. Anton. to. 2.

MMMCCCXXI. 1736.

POLYCARPUS DU FAY = Gallus prov. Recollectorum S. Dionysii edidit etiam circa an. 1630.

Expositionem Regulæ FF. Minorum, teste Dupino sec. 17., & autore Chronic. dictæ provinciæ pag. 214. apud Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 490.; de eo & Arturus ad diem 5. Febr. Martyrol. Francisc.

MMMCCCXXII. 1737.

PONTIUS CARBONELLUS = memoratur a Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2. de provincia Aragoniæ, ac loco Barcinonensi disserente, nec non inter Scriptores Ordinis Min.; Gregorius vero XI. an. 1374. literas dedit *Guardiano Barchinonen. circa Postillam Fr. Pontii Carbonelli* ex Reg. Vatic. apud Petrum de Alva, & Astorga in Indic. Bullarii Seraph. sub an. 1373. n. 36., ex quibus constare dicunt, Barcinone in S. Francisci Bibliotheca extare mss. bina ejus originalia; super qua re cum Fr. Martinus Perez de Guevara an. 1663. hispanice vulgaverit *Indicium Salomonis de Catena aurea antore*, decreto sac. Congregationis Indicis Opus proscriptum est: non enim Pontius totam sacram Scripturam, ideoque & 4. *Evangelia* SS. Patrum sententiis explicavit; sed *S. Thomæ* instar reliquum sacræ Scripturæ per SS. PP. interpretatus est præter *Evangelia* inter ann. 1272., & 1279., cum Opus dicasse dicatur *Joanni Patriarchæ* Gradensi, qui eo temporis intervallo sedit. Operis ejus tomi sunt novem, licet IX. *tomus super Apocalypsim* initio careat, & incuria Bibliopegi confuse conglutinatus habeatur non in scriniis Bibliothecæ Toletanæ, sed in quadam arca unà cum aliis tomis, teste Joanne a S. Anton. to.1., qui etiam scribit, obiisse circa annum 1297. apud suos Barcinone sepultum, & miraculis clarum; revera in testamento S. Ludovici Episcopi Tolosani an. 1297. die 19. Augusti condito, in quo S. Antistes familiares, & socios Ord. Min. commemorat, & legatis remunerat, hujus Pontii mentio nulla extat. De eo agit Arturus ad diem 3.Decembr., & Anton. Vincentius Dominicanus lib. 2. de SS. Catalauniæ.

Citatus Jo: a S. Anton. alibi notat, Pontium Opus suum nuncupasse *Joanni Aragoniæ Infanti Archiepiscopo Cæsaraugustano*, qui ab anno 1316. usque ad 1320. sedit; si hoc consistit, illud autorem habet alterum *Pontium* juniorem, qui an. 1337. interfuit Comitiis Gener. Caturci in Gallia celebratis uti Minister provinciæ Aragoniæ, ut liquet ex *Constitutionibus Benedicti XII.* pro Ordine FF. Min. in eisdem Comitiis latis; qua de re viderint alii.

MMMCCCXXIII.

PONTIUS N. a Clemente VI. an. 1345. ad Archiepiscopatum Seleuciensem promotus est ex Reg. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum num. 8., cum diu in Armenia apud Zachariam S. Thaddæi Archiepiscopum verbi Dei prædicationi, ac gentium conversioni insudasset, atque

Plures codices, commentariosque in Armenorum idioma transtulisset; quos adhuc Naxivani penes PP. Dominicanos asservari perhibet Galanus par. 1. Conciliat. Ecclesiæ Armenæ cum Romana cap. 30.; quos inter cum *Postillam in Evangelium Joannis armenam* fecisset, & in ea contra Joannis XXII. Decretalem *de paupertate Christi, & Apostolorum* scripsisset, Clemens VI. anno 1346. literas ei dedit 11. kal. Augu., ut resipisceret, quas refert Raynaldus in Continuat. Annal. Eccles. ad eum annum num. 70., nec prorsus silet Spondanus ibidem num. 18.

MMMCCCXXIV. 1738.

PROPERTIUS RESTA = a Taleacotio Aprutii, Marsorumque oppido provinciæ Pennensis, al. S. Bernardini Min. Convent. sac. Theologiæ Doctor, *vir omnium liberalium artium, virtutumque studio ornatus, suæ provinciæ Minister, & Theologus Illustrissimi Cardinalis Madrucii; qui a Gregorio XIII. Pont. Max. missus in Germaniam cum Senatoribus consedit in Diæta habita Augustæ Vindelicorum an.* 1582., *quique hunc locum* (Taliacozium) *plurimum suis virtutibus, & ædificiis exornavit*: inquit autor æqualis Rodulphius lib. 2. fol. 277. Fuit & Ordinis in Urbe Procurator, & a Sixto V. anno 1586. creatur Geruntin., & Cariaten. Episcopus in Calabria ex Ughello to. 9. Italiæ sac., qua in dignitate Romam accitus a Clemente VIII. celebri *de Auxiliis divinæ gratiæ* controversiæ Præfectus con-

constituitur, ubi & decessit anno 1602. apud sui Ordinis Basilicam SS. Apostolorum tumulatus; cum antea vulgasset etiam

In XII. libros Metaphysicorum Arist. Commentaria sub nomine *Alexandri de Alexandria*, ut supra ostensum est, a se castigata, notisque marginalis, ac indicibus illustrata. Patavii an. 1572. in fol. typis Simonis Galignani, eum ibi Regentis Studiorum munere fungeretur.

De vera via construendæ salutis dialogum inter Philastrum, & Ernstum incip. *Quid agis, Eraste* &c.; quemadmodum scribit Franchinus in Bibliosophia num. 296. Etiam August. Superbus illius scriptor ævi in ms. Catalogi sæpe citati appendice tradit, extasse ejus *Opuscula nonnulla* mss., quæ valde desiderantur, addens: *vidi quosdam ipsius tractatus, quorum titulos nunc ad mentem revocare non potui*. Memorat hunc & Lamos in Historia *de nexiliis divinæ gratiæ*; Ughellus vero proxime laudatus dicit *Propertium Restam de Capellis Volaterranum*, sed perperam, ut ex scriptoribus coævis evincitur; agit de eo & Toppius in Biblioth. Neapolit., & ex eo Jo: a S. Anton. to. 2. pag. 492.

Eodem tempore vivebat *Octavianus Resta Tallenrotianus Apulus*, qui anno 1577. composuit *Orationem in funere Donati Finæ celeberrimi J. C., & Patavini Gymnasii moderatoris* Patavii impressam eodem anno in 4., & ad Sfortiam Pallavicinum missam: hunc Franciscanum, & Geruntinum, Cariatensemque Episcopum facit Ughellus to. 9. Ital. sac. in Geruntin. Episc. n. 35. an. 1586., brevique sedisse conscribit, & *Fr. Propertium Restam* ei successorem eodem anno tribuit; sed eum errare crediderim, eum nostri eo tempore scribentes nullam de hoc *Octaviano* egerint mentionem.

MMMCCCXXV. 1739.

PROSPER URBANUS = patritius Urbinas, & ecclesiastes suo tempore nobilis, contra hæreticam pravitatem Senis Inquisitor, Urbinatium Duci charissimus, *studiorum comes, & assessor*, teste Felice Ciatto, plenus dierum, & meritorum obiit in patria an. 1609. die 13. Augusti ætatis suæ 76. anno: cujus

Summula resolutionum Summæ Alexandri Alensis Theologicæ prodiit Urbini anno 1603. in 4. per Ragusios.

Oratio de Verbi Dei Incarnationis mysterio argumentis ex Mathematica facultate petitis demonstrato, quam typis editam quidam tradiderunt apud Franchinum n. 297. §. 4.

Apologia pro Veneta Republica contra librum Emmanuelis Tordesiliæ italice sine loco, & anno editionis in 8. habetur Romæ in Biblioth. Barberina ex Indice to. 2. pag. 564.; sed reor & Urbini, & anno 1606. cusam fuisse.

Laudatur vir egregius a coævis scriptoribus Rodulphio lib. 2. fol. 258., Aug. Superbo, aliisque apud cit. Franchinum, & ultimo a Jo: a S. Anton. to. 2.

MMMCCCXXVI.

PROTASIUS PORRUS Novocomensis provinciæ Mediolanen. Min. Convent. Doctor Parisiensis, & concionator celebris, latina, græca, hebraicaque linguis edoctus præter aliarum nationum Europæarum idiomatum peritiam, & artium liberalium usum, & præstantiam, scripsit seculo XV. exeunte

Conciones quadragesimales; de Tempore; & de Sanctis.

Orationes, & epistolas elegantes ex Jo: a S. Anton. to. 3. in append.

Carmina varia ex Paulo Morigia de Nobilit. Mediolan. lib. 3. cap. 30., & Abb. Picinello in Athenæo Mediolan. pag. 478. Anno 1500. interfuit Comitiis Gen. Interamnæ celebratis; unusque fuit ex iis Magistris in sac. Theologia, qui *Constitutiones Alexandrinas* pro Ordine Min. Convent. ediderunt in iisdem Comitiis publicatas, ut in fine dictarum Constitutionum legitur; ubi & habetur ejus doctum *epigramma*, vel *decastichon*, diciturque *Magister Prothasius de Porris de Cumnis*. Laudat hunc & Rodulphius lib. 2. fol. 273., vocatque suæ provinciæ Ministrum; & Waddingus in Annal. Min. ad annum 1535. num. 40. ex Ballarino in Hist. Comen.

MMMCCCXXVII.

PYTHIUS THEO. e Monte Varchio transtulit e latino in italicum sermonem, & versum

Tragædiam primam Senecæ (idest *Hercules furens*), misitque ad Verem Riccalbanum patritium Florentinum; extatque Ravennæ in Biblioth. Classen. PP. Camaldulen. ms. membran. in 8. cum miniaturis. Versus est illius generis, quem Itali vocant *Terza rima*, exceptis choris, argumento Comœdiæ in principio, & in fine *allegoria*, quæ soluto sermone leguntur, ut in epistola dedicatoria. Num *Antoninus Pettonus* Theologus, & Tusciæ Minister ex Waddingo ad an. 1399. n. 44., ad eam præfecturam assumptus anno 1364. ex Catalogo Ministrorum illius provinciæ?

Q

MMMCCCXXVIII.

QUINTINUS CAULIER, ut videtur, natione Gallus circa finem seculi XV., vel initio XVI. scripsit

Tractatum de paupertate Christi incipientem: *Cerum habe de bono nomine: Eccles. cap. 41.*, uti nos docet autor *Firmamenti trium Ordinum* edit. Lucen. par. 4. fol. 153. col. 2., & edit. Ven. anni 1513. par. 3. ad calcem *Defensorii Ocham* fol. 153., ubi dicit *tractatum noviter editum*. Porro *Sanquintinum* est Picardiæ, Galliæque Belgicæ oppidum, ubi plures *Quintini* nomen deferunt. *Quintinus* Hibernas anno 1516. factus est Episcopus Cluanen. in Hibernia ex Annal. Min.; sed an idem eum autore hujus Opusculi, ignoro

R

MMMCCCXXIX. 1740.

RADULPHUS RADIPTORIUS = *Rodulfus Rodimpton* dicitur a Bartholomæo Pisano autore coævo Confor. VIII. par. 2. de Scriptor. Ord. Min., & Conform. XI. par. 2. in provincia Angliæ *Rodimpton* appellat, aitque scripsisse *plura in Theologia, & Biblia*, ob idque laudabile nomen inter Doctores obtinuisse. Scripsit igitur, ut etiam Waddingus in Annal. Min. ad an. 1350. habet,

Commentarios in sacra Scriptura libros plures; seu *varios in utrinque Testamenti libros Comment.* Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci extabat olim

Opus

Opus Magistri Rodinthom de Anglia ex veteri illius Biblioth. Indice anno 1437. scripto pag. 76., & 78. Gulielmus Vorilongus in 4. Senten. dist. 48. citat *Rudulphum, qui super Bibliam bene postillavit*, &

Librum de Antichristo satis copiosum composuit, qui aliquando Bonaventuræ tributus est, sed stilus dissonat, inquit ille;& quidem Jacobus Bargius in 1.Sen. d.5.q.1.librum, seu *Compendium de adventu Antichristi* adscribit *S. Bonaventuræ*: sed Radulfo Minoritæ adjudicat etiam Bernardinus Busti in Rosario par.2. serm. 31. p. 1.; quod autem vidit Bargius, forsan erat Operis copiosi epitomes, ac *compendium* ab aliquo *Bonaventuræ* nomine exaratum.

Hunc existimo illum *Magistrum Rodulphum Ordinis Minorum*, quem Alphonsus Toletanus Eremit. S. Augustini sæpe citat, & lib. 1. Senten. d. 44. q. 1. art. 2. *tertium* post se incæpisse ait, minimum legere Sent. libros; Alphonsus autem anno 1345. legebat Parisiis; & q. 7. prologi art. 2. adducitur *Roddenton* mendose quidem, sed qui dignosci queat; art. 3. ibidem dicitur *Doctor modernus*, idest in vivis degens. Bis de hoc ipso agit Possevinus in Appar. sac. to. 3. & v. *Radulphus*, & v. *Robertus Radiptonus*; & male Angelus a S. Francisco, eumque secutus Jo: a S. Anton. to. 3. diversos facit.

M M M C C C X X X. 1741.

RANULPHUS LOKESLIEUS = *Rudulphus Lokesley* dicitur a Balæo cent. 4. n. 86., *Rodulphus* vero a Lelando in Script. Anglic., qui addit obiisse Wigorniæ, teste Ecclestono apud autorem Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 75.

M M M C C C X X X I.

RAPHAEL ARGENTINUS Bononiensis Reg. Observ. vir doctus in Mathematicis disciplinis, suæque provinciæ Minister anno 1600. scripsit

Tractatum de Anno Jubilæi, seu de Anno Sancto cum quæstionibus ad eam materiam attinentibus: quem ms. cum nonnullis aliis scriptis astrologicis extare in Cœnobio SS. Annunciatæ sui Ordinis prope Bononiam autor est Orlandus de Scriptor. Bononien.

M M M C C C X X X I I.

RAPHAEL ASTENSIS Ord. Capuccin. provinciæ Genuen. Definitor, ac sanctis moribus conspicuus italico idiomate scripsit ad formam dialogi

Duo volumina super Regulam S. Francisci, & Summorum Pontificum inscripta: *Lima S. Francisci, & Summorum Pontificum*: quæ asservantur Genuæ in suorum FF. Bibliotheca; & ad tomi 2. calcem posuit *Testamentum suum* propria manu scriptum an. 1572. Obiit autem Genuæ an. 1596. ex Biblioth. Script. Capuccin. pag. 281.

M M M C C C X X X I I I.

RAPHAEL BOSCH Hispanus Catalaunen. provinciæ Reg. Observ. Minister edidit

Vitam B. Salvatoris ab Horta. Barcinone an. 1639. in 8., teste Joan. a S. Anton. to. 3. p. 31.

M M M C C C X X X I V.

RAPHAEL CASSINA Mediolanensis Capuccinorum alumnus, atque concionator haud ignobilis composuit

Conciones varias de Sanctis, &

Orationem in laudem S. Caroli Borromæi ab ipso 4. Novembr. an. 1618. in Ecclesia majori Mediolanen. habitam, ibique typis editam in 8. an. 1622. apud Jo: Baptistam Bidellum, ut Abbas Picinellus habet in Athenæo Mediolan. pag. 478., & autor Biblioth. Cappuccin. cum Joan. a S. Anton. to. 3.

M M M C C C X X X V.

RAPHAEL DE CLAYES Gallus Marchionis de Clayes filius ex provincia Normanniæ Min. Capuccin. religiosa pietate, & multiplici eruditione insignis literis tradidit egregium Opus ita prænotatum:

Sublimes, & profunda Theologia moralis veritates de augustiss. Eucharistiæ Sacramento super quatuor transcendentia entis, unitatis, veritatis, bonitatis, quæ in sublimi hoc mysterio elucescunt, tomis 4. in 4. distributum. Rothomagi anno 1649., & Abrincii 1653. ex autore Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

M M M C C C X X X V I. 1742.

RAPHAEL DIEPPENSIS = Gallus provinciæ Normanniæ Concionator linguis græca, hebræa, & arabica eruditus, Apostolicis missionibus deditus Galliæ hæreticos non paucos, & Americæ ingentem infidelium numerum Catholicæ fidei convertit. Obiit anno 1648. non sine sanctitatis fama in nova Gallia in America septentrionali.

Methodus facilis &c. prodiit postea Lugduni an. 1669. & 1671. Edidit etiam

Compendium earumdem controversiarum. Rothomagi, & Parisiis anno 1645. 1652., & 1661. in 8. ex Biblioth. Capuccin., Dupino, aliisque.

M M M C C C X X X V I I.

RAPHAEL A FONTE Florentinus Min. Conv. Tertiariorum Visitator vernacule emisit

Speculum cœlestium thesaurorum Fraternitati funiculi Franciscani concessorum. Florentiæ 1598. in 12. apud Michaelem Angelum, teste Joanne a S. Antonio to. 3. pag. 32.

M M M C C C X X X V I I I.

RAPHAEL DE GRIFFIS a Varisio agri Mediolanensis oppido antea jam Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor, S. Francisci Ordinem Reg. Observ. ingressus seculo xv. medio plurimum in Theologia, sacrisque literis profecit, factusque est ecclesiastes perexcellens, ac pene singularis, cum a natura ad id muneris omnia dona suscepisset, etsi raro illud adimplebat; vivebat adhuc anno 1510., cum unus sit e 4. Minoritis, quibus eo anno Fr. Franciscus a S. Columbano nuncupavit *Conformitates S. Francisci ad Christum* Bartholomæi Pisani Mediolani impressas. Scripsit igitur

Conciones quadragesimales, & alia, quæ temporum cursus obliteravit. De eo agit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1469. n. 18., & antea Marianus, ac Memoriale Ordinis apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 6. cap. 10., qui scribunt, obiisse Mediolani, dum sui Ordinis Cœnobium in ea urbe gubernaret; sed corrigendi sunt, cum ejus mortem consignant anno 1485.

M M M C C C X X X I X. 1743.

RAPHAEL NANNETENSIS = Gallus a Britannia Armorica, de quo Dionysius Genuen., & Jo: a S. Anton. to. 3.

M M M C C C X L.

RAPHAEL DE NOBILIBUS Bononien. Regul. Observ. vir liberalibus disciplinis, sacrisque literis eruditus castigavit

Melchioris Frizolii Minoritæ Parmensis tractatum, seu dialogum de anima; vulgavitque Bononiæ an. 1538. in 8. per Vincentium Bonardum, & M. Antonium Carpen., ut supra dictum est in *Mel-*

 chio-

chiure Prizolio. Ejusdem *Fr. Raphaelis* esse credi potest.

Tractatulus de modo peragendi Confessionem generalem Sacramentalem vernaculo, italicoque idiomate excusus eo circiter tempore in 8., & sine loco hoc titulo: *Confessione generale de Fra Raphael*: incipitque: *Humi gli Dottori antiqui, & moderni* &c. Extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. inter diversorum autorum *tractatus* de hac materia: & Franciscanum esse scriptorem elicitur ex eo, quod sub initium citat S. Bonaventuram, Scotum, & Richardum Mediavil.

MMMCCCXLI.

RAPHAEL DE PARDIS Pisaurensis filius Antonii de Pardis viri nobilis, & Margaritæ Metelliæ proneptis B. Michelinæ Pisaurensis, provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theologiæ Baccalaureus, artiumque liberalium cultor, & professor egregius anno 1476.

Vitam ejusdem *B. Michelinæ 3. Ordinis S. Francisci rhytmice descriptam paraphrasi italica illustravit*, teste Papebrochio in Comment. prævio ad Vitam ejusdem Beatæ *to.* 3. Junii Bollandiani ad diem 19. *n.* 4.; quæ legitur etiam in positione causæ Beatificationis Beatæ Michelinæ. Anno 1513. Guardianus erat Conventus Pisaurensis.

* RAPHAEL SIMINUS inter *illustres Scriptores Ordinis Minorum* adscribitur ab Augustino Wite in Catalogo eorumdem; sed fides sit apud ipsum, nisi sit *Franciscus Eximin.*

MMMCCCXLII.

RAPHAEL DE SURDIS Casalensis Montisferrati, provinciæ Genuensis Capuccinor. Minister vir literis, concionandi eminentia, ac singularibus animi, & corporis dotibus exornatus multa scripsit digna ejus calamo, quæ sub fictitio nomine fuerunt evulgata, inter quæ sunt:

Paraphrasis in Psalmos doctissima;

Consulta varia Legalia, & Regularia;

Poemata diversi generis, & epigrammata.

Obiit Vulturii in eadem provincia an. 1650. ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 33.

MMMCCCXLIII.

RAYMUNDINUS autor antiquus cum Patavii *Lectoris* munus obiret, composuit

Vitam S. Antonii Patavini, ut refert Rodulphius lib. 1. fol. 83. agens de iis, qui *Vitam* hujus Sancti Viri conscripserunt, & post eum Sedulius, & Joan. a S. Anton., qui vocant *Raymundum*, nec tempus, quo vixerit, sciverunt: num autem seorsum, vel inter sequentes *Vitas*, ignoro; nam

Legenda Fratris Raymundini extabant olim mss. Bononiæ in Bibliotheca S. Franc. juxta Indicem veteris Bibliothecæ illius loci an. 1421. exaratum; sed *Legendæ* illæ, sive Historiæ evanuerunt. Citat hunc Arturus in Martyrol. Franc.

Hujus autoris esse crediderim *Opusculum*, quod ms. asservatur Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 31. versus claustrum cod. 743. in 4. sine nomine referens *Exempla spiritualia* in 33. titulos distributa: incipit: *De tribus vanitatibus mundi. Cuidam heremitæ in visione ostendit Deus tres homines* &c.; & desinit tit. *De divina consolatione., contemplat., orat., meditat., & process.* his verbis: *hora tertia Missam celebrare*: nam & multa miscet, regeritque de *Fratribus Minoritis*, & tit. 31. de Dei judiciis, & hominum plura recitat de *SS. Francisco, & Antonio* Patav. miracula, quorum in primo de S. Antonio ait; *Quidam tabernarius, & hospitator in Padua dixit Fr. Raymundino* &c.: tit. de inferno, & purgat. habet: *Fuit quidam mercator, qui quemdam Fratrem nostrum mirabiliter diligebat; nam tunicas, soleas, & alia necessaria omnia amore Christi ministrabat* &c.: & paulo ante: *In provincia Hispaniæ in civitate Cæsaraugustana fuit quidam Frater de Ordine Fratrum Minorum . . . Vide igitur, quam pius pater est S. Franciscus, & quam felix est habitus Fratrum Minorum. Discant ergo Fratres Minores habitum non exuere hora mortis*: *tit.* de cordis custodia &c.: *Cum a quodam Franciæ Ministro sanctiss. Fratre Guillelmo de Flandria requireretur* &c.: *tit.* de contritione, confessione &c.: *Quidam frater Jacobus socius S. Antonii narravit Fratri* &c.: tit. de humilitate refert responsum *Fratris Ægidii* Ordin. Minorum: tit. de prædicatione, & tit. de indulgentiis bina *B. Bertholdi* Ratisponen. facta recitat, quem dicit prædicatorem famosum: tit. de ira narrationem habet *Fr. Bonaventuræ Cardinalis*: *tit.* ultimo memorat *Fr. Conradum eximiæ sanctitatis* Ord. Min.: tit. de virtute crucis, & tit. de Dei judiciis habet quædam de *Cremonensibus*: tit. de fide, & Baptismo &c. narrat de *Fratre Bartholomæo Inquisitore* hæreticæ pravitatis in Tuscia ab an. 1284. usque ad 1289.: *tit.* de virtute crucis, & tit. de vera, & falsa amicitia scribit de *Fratribus Templariis*, ac si adhuc extarent, eosque commendat: & tit. de Dei judiciis nominat *Dominum Ludovicum quondam Regem Francorum, qui mortuus est apud Tunisium*; ex quibus elicitur, scripsisse eum ante an. 1297., quo Rex ille SS. fastis adscriptus fuit, & post annum nedum 1274., quo S. Bonaventura Cardinalis obiit, sed etiam post 1284., quo Bartholomæus Inquisitor erat; & forsan nomine *Raymundinum*, patriâ vero *Cremonensem* extitisse. In prædicto tamen cod. præmittuntur huic Opusculo tria alia *Opuscula*, primum sine autore *Narrationes ex exemplis SS. necessariæ ad prædicandum verbum Dei* incip. *In hoc consequenti Opusculo ordinantur* &c.: quo prologo finito, incipit: *Fuit in Toletana urbe quidam Toletanus Archiepiscopus, qui vocabatur Hildefonsus* &c. 20. capitibus, quorum ultimus *de morte damnatorum* finit: *Episcopum unanimiter elegerunt*: agitque primo de miraculis B. Virginis, mox de cruce, Angelis &c. Secundum est *Breviloquium de virtutibus antiquorum Joannis Vallensis Ord. Min.* Tertium continet *miracula B. V.* incip. *Quidam peccator Virgini gloriosæ utcunque devotus* &c. sine nomine autoris: quo expleto, subduntur versus latini leonini tit. *Prosa*, seu *Sequentia* de S. Hilarione; de amore Dei, & mundi; & de S. Macario; mox versus italici vulgo *Sonetto* de S. Agnete; deinde versus latini leonini de S. Jacobo Hispaniæ patrono, & S. Agnete M.

MMMCCCXLIV. 1744.

RAYMUNDUS N. = forsan idem cum sequenti.

MMMCCCXLV. 1745.

RAYMUNDUS AUGERII = provinciæ Turonensis ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum.

MMMCCCXLVI.

RAYMUNDUS GALFREDUS, al. Gaufredi Gallus Massiliæ nobili genere natus eo usque in Ordine S. Francisci doctrina, atque pietate progressus est,

est, ut anno 1289. sui Ordinis Minister Generalis eligeretur; annoque 1292. Parisiis opera Philippi Regis sacræ Theologiæ Magister declararetur: exinde sexennio expleto a Bonifacio VIII. ei *Patavinus* Episcopatus oblatus est an. 1295. primùm ex antiquis Ordinis Chronicis, S. Antonino Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 11., Volaterrano lib. 2. Antropol., Rodulphio lib. 2. fol. 185., & Waddingo in Annal. Min. ad eum annum; quo recusato, cum deinde insequenti anno Mediolanensis Archiepiscopatus etiam ipsi offerretur ex Bartholomæo Pisano Confor. xi. par. 2. de provincia Provinciæ, illeque etiam renueret acceptare, privatus est Ordinis Ministerio ob turbas Communitatis Fratres inter, & Zelotes Regulæ exortas, quibus ipse favisse, & fovisse repertus est. Itaque in patriam profectus obiisse dicitur an. 1312. ruri in agro avito, cum aliqua scripsisset, quorum adhuc extant

Memorabilia data Ministris provinciarum in Capitulo Generali Parisiis anno 1292. 7. kal. Junii celebrato; &

Constitutiones pro Mediolanensi provincia an. 1290., quas legi apud nostros Romæ.

Compendium quoddam Operis Rogeri Bacconi, quod videtur ad *chimiam* pertinere, & ms. habetur Oxonii in Bibliotheca quondam Comitis Dorst, teste Antonio a Vood in Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 138., qui addit, in fine dicti veteris cod. ms. hæc legi: *Explicit Verbum abbreviatum opera Raymundi Galfredi Ministri Ordinis Fratrum Minorum; quod quidem Verbum habuit a Fratre Rogero Bacon, qui fuit de Ordine Fratrum prædictorum: & ipse Rogerus propter illud Verbum ex præcepto dicti Reymundi a Fratribus ejusdem Ordinis fuit captus, & incarceratus: sed Reymundus exsolvit Rogerum a carcere, qui docuit istud Opus*: de qua re tamen quia in suspicionem adnotatio vocari videtur, quomodo intelligenda, dicitur infra in *Rogero Baccone*. Idem Antonius Vood lib. 1. pag. 136. addit ferri, edidisse eum etiam *Librum de leone viridi*; sed reponendum *de colore viridi*; quod est Opus chimicum *Rogeri Bacconis* forsan a *Raymundo* transcriptum: ipsum vero Bacconem ei inscripsisse *tractatum chimicum de compositione metallorum*. Ejus fit mentio in testamento S. Ludovici Episcopi Tolosani, cui charus fuisse videtur.

MMMCCCXLVII.

RAYMUNDUS LACHAM Gallus diœcesis Tolosanæ Tertii Ord. S. Francisci Gallicæ novæ Reformationis sub Clemente VIII. Romam venit, factusque est Minister Cœnobii S. Antonii Patavini in suburbiis Tiburtinis; ac imprimi curavit

Opusculum indulgentiarum, privilegiorum, & gratiarum Tertio Ordini S. Francisci a pluribus Summis Pontificibus concessarum a se collectum, & ordinatum. Romæ typis Antonii Bladi Cameræ Apostolicæ impressoris ex Bordono in Chronologio 3. Ordinis cap. 38.

MMMCCCXLVIII. 1746.

RAYMUNDUS LULLUS = Joannes Gerson de Examin. Doctrinarum par. 2. consid. 1. scribit, quamplurima ejus *Opera* asservari apud Carthusianos prope Parisios; suoque tempore in Aragonia doceri ejus doctrinam, quæ *alta, & vera, & copiosa multa* contineret, *non tamen in multis absque possibili calumnia* propter id, quod in epist. ad Fr. Bartholomæum Carthusianum contra defensionem Joannis de Schonhenavia inquit: *sic nuper actum est Parisiis per sacram Theologiæ Facultatem adversus illos, qui doctrinam quandam peregrinam Raymundi Lulli conabantur inducere: quæ licet sit in multis altissima, & verissima; quia tamen in aliis discrepat a modo loquendi Doctorum sacrorum, & a regulis doctrinalis suæ traditionis, & usitata in Scholis, ipsa edicto publico repudiata, prohibitaque*. Michael Savonarola celeber Medicinæ Doctor Patavinus in tract. *de aqua ardenti*, seu conficienda *aquæ vitæ* ad Leonellum Marchionem Estensem Ferrariæ dominantem hunc *virum divinum* appellavit; *acutum* vero Rodulphus Agricola lib. 2. de Invent. cap. 1., ubi *Artem* ejus adducit; de eo tractat & P. Nicolaus Causinus Soc. Jesu in libro inscripto *Imperio della ragione* div. 13. Ejus autem *Vitam* Act. SS. Collectores Bollandii concinnarunt fusissime to. 5. Junii sub diem 30. una cum Catalogo *Operum* ab eo editorum, quæ quidem Opera nuperrime castigata prodierunt Moguntiæ an. 1713. tomis 3. in fol., & antea Argentinæ 1651.; nonnulla etiam edi curavit Card. Franciscus Ximenius ineunte seculo XVI., ut notavit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1502. num. 2.

Ars generalis, seu *magna* prodiit Parisiis an. 1548. in 8., & elimata Lugduni an. 1617. in 4.

Ars brevis extat ms. in Bibliotheca Regia Scorialis: impressa est Turiasone in 4., Lugduni anno 1518. in 8. ex officina Jacobi Mareschal cum *Arte generali*; & postea Argentorati 1617. in 8. sumptibus Lazari Zetzneri cum *Raymundi Operibus*, quæ ad inventam ab ipso *Artem generalem* &c. pertinent; & in eamdem *quorumdam Interpretum scriptis Commentariis*.

Ars generalis ultima incepta anno 1305. &c. prodiit Lugduni an. 1518., & Argentorati an. 1617. in 8., ut supra, cum *Arte brevi*. Extat & hispanice *Arte general de Raymundo Lullo para todas ciencias*. Matriti an. 1598. in 8.

Ars demonstrativa veritatis ms. Barcinone, in Schola, & prodiit Parisiis anno 1509.

Ars inventiva veritatis prodiit Valentiæ anno 1515. Toletano Archiepiscopo Francisco Ximenio nuncupata cum Regiis pro Lulliana doctrina privilegiis.

Practica brevis super artem brevem, seu *super tabulam generalem* extat Venetiis in Biblioth. Bessar. S. Marci in 4. membran.

Ars generalis rhytmica vulgata extat Argentorati an. 1617. in cit. editione Zetzneri in 8.

Liber de ascensu, & descensu intellectus extat ms. in Biblioth. Vatic. cod. 2031. ex Catal. Montfaucon to. 1. pag. 39., qui pag. 488., & 489. refert, plura ejus Opuscula mss., nempe *Lamentatio Philosophiæ*: *Experimentorum liber*: *De articulis fidei*: *Ars brevis generalis* &c. extare Venetiis in Biblioth. Nicolai Trivisani. *Liber dictus Phantasticum Jacob*, in quo agit *de intellectu, ejusque actibus*, prodiit Parisiis 1499. in fol. apud Guidonem Mercatorem.

Artis intellectivæ theorica, & practica prodiit Coloniæ 1567., teste Petro Rebellio in sua Bibliotheca Chimica.

Rethorices Lulli, quam edidit Remigius Rufus Aquitanus, mireque commendat in epist. præmissa, incipit: *Ex tenebris lux ipsa emergit*: & fert titulum: *Alchimia verborum*, ab aliquo forte sciolo præfixum, inquit Nicolaus Anton. in Biblioth. vet. Hispan.

span. lib. 9. cap. 3., habeturque in cit. editione Argentor. Zetzneri 1617. in 8., & postea Parisiis cusa est an. 1638. in 4.

In Rhetoricam Isagoges ejusdem ms. Barcinone, & prostat Parisiis an. 1515. ex Ascensiana Officina..

Dialectica, seu *nova Logica*, quam ab altera *Logica nova* distinciam volunt cit. Nicolaus Anton., & Custurerius, quod hæc incipiat: *Logica est ars, qua verum &c.*, extat in cit. editione Argentor. an. 1617., quam & Bernardinus Lavinetha fertur emendasse, restitutis iis, quæ olim fuerant ablata.

Liber de conversione subjecti incip. *Quoniam opiniones*: extat in cit. editione Argentor. an. 1617.

De novis fallaciis extat Barcinone, Hispali in Biblioth. Eccl., & Venetiis in Biblioth. Bessar. cod. 299.

Liber lamentationis extat ms. Patavii in Biblioth. olim Nicolai Trivisani, teste Thomasino in mss. Biblioth. Patavin., prodiitque an. 1617. in cit. editione Zetzneri Argentorat. in 8.

Liber de anima rationali habetur ms. Venetiis in Biblioth. Magnæ Domus Min. Conv., teste Thomasino in Biblioth. Ven. mss. pag. 109.

Philosophia desiderata, Patavii in Biblioth. Trevisana, teste Thomasino apud Nicolaum Antonium.

De ente reali, & rationis extat Venetiis cod. 292. Bessar.

Liber de homine ms. extat Venetiis in Biblioth. Min. Conv. ex citato Thomasino pag. 109.

Tractatus de Astronomia cum aliis ejus *Operibus* ms. in Gallica Regia Biblioth. cod. 2166., & 2264. ex to. 2. Catalogi Montfaucon to. 2. pag. 955., & 956.

Geometria parva vetus extat Majoricis. *Geometria* ab ipso memoratur in *Quæstionibus Thomæ Atrebatensis* solutis anno 1299.

Liber dictus Martyrologium, in quo varia habentur; & extat Hispali in Biblioth. Ecclesiæ. Forte hic est liber *Monologium* appellatus in *Sententia definitiva pro Raymundi doctrina* apud Nicolaum Antonium, & rejectus a Bolland.

Liber de arte medicinæ compendiosa habetur Majoricis, & in Regia Bibliotheca Scorialis. *Liber de arte medicinæ* habetur Romæ ms. in Vatic. codice num. 5902., & Urbinat. n. 1083.

Liber de conservatione vitæ humanæ ms. in Bibliotheca Cæsarea cod. 185., & in Biblioth. olim Card. Carpensis; impressus est Romæ an. 1516., & postea Argentorati 1616. in 8. cum *Libro Secretorum* apud Zetznerum; sed uterque excluditur a Bollandianis.

Liber de peste ms. extat Venetiis in Biblioth. Nicolai Trivisani ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 488.; sed excluditur a Bollandianis, sicut &

Liber de febribus, quem Simphorianus Champerius vocat mirandum, ac celeberrimum, teste Nicolao Antonio.

Tractatus de secreto medicinæ extracto e sanguine humano in 4., &

De proprietatibus aliquarum herbarum in 4. extant Toleti in Bibliotheca Ecclesiæ plut. 13. num. 27. & 28.

Ars juris particularis excusa est Romæ 1516. in 4. ex officina Jacobi Mazochii.

Liber de raptu est *Tractatus libri de prædicatione contra Judæos* incipiens: *Quoniam de contemplatione &c.*, teste Joan. a S. Antonio.

Liber Blanquerna scriptus fuit arabice, latine, & catalane, ejusque plures editiones refert Custurerius pag. 483.; translatus etiam in linguam valentinam prodiit Valentiæ an. 1521. per Franciscum Jofredum, & postea Barcinone; unam ejus editionem afferunt Bollandii cit. hoc titulo: *Blaquernæ Anachoretæ interrogationes & responsiones 365. de amico, & amato Raymundo Lullo S. Francisci Tertiario auctore: claruit circa annum Domini* 1290. *Libellus omnibus viris spiritualibus non minus jucundus, quam utilis*: quare videtur idem cum *Libro de meditationibus totius anni*, al. *de amico, & amato* Paris. impresso an. 1505. per Joan. Parvum in 4. cura Jacobi Fabri Stapulen., & postea Rothomagi anno 164.:

Liber de laudibus B. V. Mariæ, qui dicitur *Ars intentionum*, impressus est Paris.an.1499. typis Jo: Parvi una cum sequenti libro *Clericus, & Phantasticus*, cura, ac studio Jacobi Fabri Stapulensis, qui & proœmium addidit. Orlandus de Orig., & progr. Typogra. habet: *De laudibus Mariæ Liber, de Natali Christi, & Phantasticus. Venet.* 1499.; sed erratum reputo, nam alio loco dicit; *Remundi heremitæ Libri quatuor. Paris.* 1499. *in fol. per Guidonem Mercant.* Possevinus in Appar. sac. to.3. v. *Petrus Remundus* corrupte loco *Raymundi Lulli* habet ita: *Liber de laudibus B. V. Mariæ*; 2. *De laudibus pueri parvuli*; 3. *Clericus Remundi*; *Phantasticus Remundi* prodierunt Parisiis an. 1499.

Liber de Confessione scriptus est an.1309. juxta Custurerium; sed Bollandii volunt fuisse scriptum an. 1312., quo Lullus Majoricis erat: idem cum libro infra posito tit. *Liber continens Confessionem*.

Philosophia amoris ms. lingua vernacula in Bibliotheca Regia S. Laurentii in Escuriali prope Toletum una cum *Libro de Gentili*, teste Custurerio, qui putat, eam scriptam fuisse lingua lemovicensi, cujus copiam ms. penes se extare scribit; Nicolaus vero Antonius dubitat, eam fuisse traductam.

Liber Proverbiorum prodiit Valentiæ an. 1510. in 4. per Jo: Jofredum hoc titulo: *Proverbiorum mille liber*: extatque ms. in Biblioth. Ambrosiana; prodierunt etiam *Proverbia, & Sententiæ* Romæ, & Venetiis an. 1507. in 4. per Joan. Tacuinum de Tridino; habenturque in Biblioth. Romana; & Parisiis an. 1616. in 4. typis Jodoci Badii ex Jo: a S. Anton.: & forsan idem est cum Libro infra posito *Mille Proverbia vulgaria*.

Lamentatio, seu querimonia Raymundi, quam Custurerius existimat scriptam an. 1305. loco 1285., extat ms. in Biblioth. Montis Sion lingua majoricensi; estque vulgata Majoricæ an. 1606. typis Gabrielis Guasp cum *Vita Raymundi* a Canonico Jo: Segui elaborata.

Primum volumen contemplationum excusum est una cum libro *Blanchernæ Anachoretæ de amico, & amato* Parisiis an. 1505. in 4. ap. Joan. Parvum cura Jacobi Fabri Stapulen. latine,

Tertium volumen Contemplat. ms. asservatur in Biblioth. Montis Sion.

Quartum volumen Contemplat. una cum tribus aliis voluminibus prædictis vulgari idiomate extant mss. Majoricæ in Biblioth. Collegii B. Mariæ de Sapientia.

Liber de Pater noster diversus ab ejus bina Expositione habetur Barcinone.

Expositio Salutationis Angelicæ extat ibidem, & lau-

& laudatur a Marracio par. 2. Bibliothecæ Marianæ.

Liber Orationum extat lingua vernacula ms. pervetustum in memorata Biblioth. de Sapientia incipiens: *Con molts homes* &c.; & in fine legitur, scriptum fuisse Barcinone 1299. precibus Jacobi Regis Aragoniæ, & Blancæ Reginæ uxoris: habetur quoque Barcinone, & Murtæ.

Liber dictus *Opus bonum* forsan idem cum superiori *Libro Orationum*, cum eodem modo incipiat.

Ars confitendi catalane ms. extat Barcinone, ibique prodiit an. 1567. cum facultate Dom. Guillelmi Cassadori Episcopi Barcinon., teste Petro Bennazar in suo ad Philippum II. Memoriali; & Villetæ cum Arbore mira, teste Loyola.

Liber de doctrina puerili vernacula lingua ms. extat in Balearica Bibliotheca Montis Sion, & Barcinone.

Blanquerna magnus idem est cum superiori *Blanquerna*

Liber: el Desconsuelo di Ramon forsan idem cum superiori *Lamentatione*, seu *Querimoninia Raymundi*

Liber sex mille proverbiorum alius sit oportet a superiori *libro proverbiorum vulgarium*, cum ille tantum *mille proverbia* continere dicatur, hic autem sex millia.

Liber ad divinam Trinitatem contemplandam incipit: *Cum sit creatus homo*: extatque Asisii in Biblioth. S. Francisci.

Liber super Symbolum Quicumque vult &c. extat Romæ in Bibliotheca Collegii S. Isidori.

Tractatus de conversione, & baptismo cujusdam Tartari. Romæ in Biblioth. S. Isidori cum superiori libro super *Symbolum*.

Liber de miraculis cœli, & mundi idem est cum libro de *Mirabilibus orbis*; extatque ms. Majoricæ in Biblioth. S. Francisci.

Arbor scientiæ citatur ab ipsomet Raymundo in *Quæstionibus Mag. Thomæ Atrebaten.*; prodiitque Lugduni anno 1515. in 4. apud Jodocum Badium: extat ms. Matriti in Regia Bibliotheca. *Arbor scientiarum* cum aliis ejus *Trattatibus* habetur Mediolani in Ambrosiana Bibliotheca ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 523.; sed rejicitur a Bollandianis.

Liber Quæstionum Quodlibetalium prodiit Barcinone an. 1505. typis Petri Rosæ.

De fine omnium, & disputationum contra hæreticos ms. in 4. Hispali, editusque est Majoricæ an. 1665. apud Michaelem Mogam. Scriptus fuit in Monte Pessulano an. 1305. ex Bollandiis, & Joan. a S. Anton., qui scribit, in fine dicti codicis Hispalensis legi: *Finit Raymundus librum de fine in mense Aprilis an.* 1305.; quem librum autorem misisse Galliarum Regi, hunc vero Summo Pontifici ipsemet enarrat in Disputatione inter Raymundum, & Homerium.

Consilia rhytmice habentur Romæ in Collegio S. Isidori arm. 5. n. 38.

Volumen metricum vernacule scriptum, & in tres partes divisum, in quo fuse laudat *Christum*, ejusque *Matrem Mariam*, *virtutes*, *Sanctos*, & *claves S. Petri*, ms. in 4. asservatur Barcinone in Bibliotheca D. Raymundi Dalmasses ex Joan. a S. Anton.

De arte eligendorum Prælatorum; & *De arte electionis compendiosa* ex Indice Minoritar., & laudatur in Epitome Gesneriana.

Liber in Ethica Philosophia, & Theologia ex Jo: a S. Anton.

Liber de Gentili, & tribus Sapientibus ms. originalis vernaçule extat in Biblioth. Regia S. Laurentii in Escuriali una cum *Philosophia amoris*: habetur quoque Majoricis, Barcinone, & Murtæ.

Tractatus de articulis fidei ms. habetur in cod. Urbinat. Biblioth. Vatic. n. 956.; translatus autem extat ms. antiquissimo charactere Majoricæ in Biblioth. Collegii B. Mariæ de Sapientia in duplici codice, quorum in altero redactus est in compendium, in altero satis fuse scriptus, ex Antonio, & Custurerio.

Liber contradictionis &c. prim. forsan est liber Barcinone asservatus sub tit: *Disputatio fidelis, & infidelis*: Murtæ etiam sub tit. *Liber de fideli, & infideli*: Romæ vero in Collegio S. Isidori tit. *Liber de disputatione fidelis cum infideli*.

Liber disputationis intellectus extat ms. in prædicta Bibliotheca Balearica Collegii de Sapientia, Barcinone, & Murtæ.

Liber appellatus *Apostrophe* prodiit Barcinone an. 1504. per Petrum Rosam, & Majoricæ 1586. typis Gabrielis Guaps; extatque Barcinone, & Majoricis.

Apostrophe ad Bonifacium VIII. de corroboratione fidei Romæ habita an. 1296. ms. extat in Bibliotheca Basileen. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 614.

Disputatio quinque hominum sapientum ms. extat in Patavina Bibliothe. S. Antonii ex Thomasino in Biblioth. Patav. mss. pag. 11.

Declaratio Raymundi Lulli per modum dialogi &c. citatur ab ipsomet in *Quæstionibus super lib.* 1. *Senten. cap.*, seu *q.* 5. sub titulo *Libelli de articulis damnatis Parisiis cap.* 158.

Liber de probatione fidei Catholicæ sub titulo: *Practica artis inventivæ*, asservatur Barcinone.

Initialia dictata de VII. *articulis* lingua vernacula Romæ habentur in Collegio S. Isidori.

De prædicatione contra Judæos, & Saracenos incip. *Cogendi infideles*. Barcinone in Schola, & in Biblioth. D. Raymundi Dalmasses in 4.

Disputatio facta inter Jagetum Contardum Mercatorem Genuensem, & quosdam Judæos Majoricæ an. 1286. extat Venetiis in Biblioth. SS. Joannis, & Pauli, teste Thomasino in Biblioth. Vene. mss.; sed rejicitur a Bolland.

Liber, qui dicitur *Synodalis Ecclesiæ*, habetur Venetiis in Biblioth. S. Antonii ex Thomasino; sed Raymundi esse, negant Bolland.

Epistolas ad Regem Franciæ, ad Universitatem Parisiensem, & ad Amicum suum, ut Orientales linguæ in Studio, Academiaque Parisiensi traderentur, vulgavit paucis abhinc annis Martene to. 1. novi Thesauri Anecdotorum pag. 1317.

Liber Quæstionum super quatuor libros Sententiarum cusus est non Panormi, sed Venetiis, ubi Joan. Tacuinus Tridinensis excudebat, ut etiam notavit Custurerius: facta autem fuit ea editio in 4. cura, atque studio Mariani Accardi Nœtini Siculi, qui in epistola Panormi an. 1507. ad suum præceptorem Justinianum Deodatum missa, libroque præfixa nonnullos Raymundi studiosos recenset, quos inter præcellebat Petrus Daguinus Siculus, & Jacobus Januarius, qui editionem fecit, & præceden-

tes castigavit; præfertque titulum: *Disputatio Eremitæ, & Raymundi super aliquibus dubiis*, seu 140. quæst. *Senten. Petri Lombardi*; & ms. extat in Bibliotheca Collegii Compluten. Ildefonsi, teste Petro de Alva in *Militia Concept.*, nec non in cod. Urbinat. Bibl. Vatic. n. 1085. hoc titulo: *Ars generalis*, sive *Quæstiones super Sententias*.

Discursus super 4. libros Sententiarum in 7. libros distributi. Barcinone,

Quæstiones Magistri Thomæ Atrebatensis &c. prodierunt Venetiis an. 1507. ad calcem superioris *Libri Quæstionum super 4. libros Senten.*, & dicuntur ibi scriptæ an. 1290., non 1299.

Liber de esse Dei habetur vernacula lingua in Biblioth. Collegii de Sapientia Majoricis.

Liber de principiis Theologiæ habetur ms. in prædicta Biblioth.; ejusque meminit ipsemet in Quæstionibus Magistri Thomæ Atrebaten.

De essentia, & esse Dei ms. habetur Majoricæ in Biblioth. S. Francisci,

De forma Dei ms. extat Romæ in Archivo S. Isidori Hibernensium, & forsitan idem est cum superiori *De forma Dei*, cum sit utrique idem principium.

De divinis dignitatibus: Librum *de consilio divinarum dignitatum* ultimum, quem scripsit, edidit Messanæ in Sicilia an. 1314. mense Maji, inquit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1315. n. 16.

De memoria Dei ms. extat Majoricæ in Cœnobio S. Francisci,

De inveniendo Deo vernacule habetur ms. ibi in Collegio S. Mariæ de Sapientia.

Liber de Deo, & Jesu Christo vernacule etiam ms. extat ibidem in Collegio de Sapientia.

Liber de prædestinatione, cujus Majoricæ bina exemplaria extant mss., alterum in Collegio prædicto de Sapientia, alterum in Collegio Soc. Jesu Montis Sion.

Liber de conceptu Virginali, seu *Disputatio* inter Monachum Dominicanum, & duos Laicos incip. *Contigit, quod* &c. editus est Hispali an. 1491. in 4. typis Pauli de Colonia impensis Fr. Martini de Almadovar Ord. Calatravæ; prodiitque postea Valentiæ an. 1518. in 4. cura Raphaelis Gerardi Tarraconen., teste Petro de Alva in Militia Concept., & tandem hispanice, latineque simul Bruxellis an. 1664. in S. D. Alphonso de Cepeda interprete. Quamquam autem Petrus de Alva, & Nicolaus Antonius contendunt, non esse Raymundi, Custurerius tamen una cum Alphonso de Zepeda, & Francisco Marzal hunc illi adjudicant.

Liber de Eremitarum disputatione super Conceptu Virginali idem cum sequenti, teste Joan. a S. Anton.; nempe

Mariale magnum Matris vitæ, quod sub *Adami S. Victoris* nomine prodiit Parisiis 1537. & 1539. ab aliquibus *Lullo* adscribitur, teste Marracio par. 2. Biblioth. Marianæ pag. 322.

Ars clavigera; *Chronica*, & alii *Tractatus* num. 54. ejusdem cum *Apologia Joan. Arcii* de Herrera pro eo habentur Mediolani in Ambrosiana Bibliotheca ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 523.

Scribunt Bollandiani Socii etiam sequentes perperam *Lullo* adscribi; nempe: *Philosophia desiderata. Ars brevis ad absolvendam omnium artium Encyclopædiam. De lumine. De venatione substantiæ, accidentis, & compositi. Liber arboris Philosophiæ. De Tartaro. Liber Chaos. Ars brevis de audito Caballistico. De divina, & individua Majestate. Liber de duratione. De experientia realitatis. De qualitate actuum animæ in beatitudine. De Deo, & universo. De propriis, & communibus artibus. De arte navigandi. Ars electionis. De nominibus differentium personarum. De substantia, & actione Dei. De sexto sensu.*

Varia ejus Opuscula extant mss. in Biblioth. Ecclesiarum Hispalensis, & Corduben., Barcinone, Populeti, in Regia Biblioth. Scorialis, & alibi in Hispania præcipue.

Ex Minoritis Petrus Russellus Anglus sub finem seculi XIV. publice in Aragonia docuit ejus *Artem generalem*, aliosque libros; Basilius Poliniacensis, Bernardinus Lavinetha, Franciscus Marzal, Franciscus Quesada, Hugo Carbonellus, Janus Latinus Calaber, Ivo Parisiensis, Joannes Riera, Martialis Cenomanensis, Victorinus Panormitanus suos contulerunt labores in illustranda Lulli doctrina, & Joseph Alvarez de la Fuente edidit pulcherrimam *Apologiam* to. 4. Diarii Historici die 17. Aprilis num. 6.

Alphonsus de Zepeda Miles Hispanus edidit *Arbol de la ciencia de Raymundo Lullo nuevamente traducido, y explicado*. Bruxellis 1664. in fol.

Andreas Libavius edidit *Expositionem sinceram Lulli, & Arnaldi cum scholiis*. Francofurti in 8. apud Kopffium, de quo in Biblioth. Chim. Robelledi,

Augustinus Nuñez Delgadillo Hispanus Carmelita edidit *Brevem declarationem artis Raymundi Lulli*, Granatæ 1623. in 8.

Christophorus Suarez de Figueroa Doctor edidit *Apologeticam laudem* in capite sui Operis: *Plaza universal de las ciencias* an. 1615.

Cornelius Agrippa Coloniensis Commentarium fecit in *Artem Lulli*, teste Blunt in Censura celebr. autor. ex Jovio

Daniel Georgius Morof in Polhistore par. 1. lib. 2. cap. 6. agit *de memoriæ subsidiis ab arte Lulliana*; ubi eum valde commendat.

Georgius Ragusæus Dalmata expendit curiosis observationibus *Lulli volumina*, & eorum arcana non sine laude produxit in lucem, teste Nicolao Antonio,

Henricus Cornelius Agrippa scripsit *Comment. in Artem brevem*. Argentorati 1600. ex officina Zetzneriana.

Jacobus Faber Stapulensis Gallus edidit Parisiis *Libros 2. de modo mirifico contemplandi, & laudandi Deum*, desiderans *reliquos tres*, quos Lullus scripserat arabice, latine, & catalane.

Jacobus Januarius Catalanus Ordinis Cistercien. edidit *Ingressum rerum intelligibilium Raymundi Lulli* an. 1490. in fol. sine loco; & *Artem Metaphysicalem naturalem ordinis cujuslibet rei intelligibilis arboris naturæ ad intelligendos omnes libros, artesque Raymundi, ac etiam ceterorum omnium*. Valentiæ 1506. in 8. apud Leonardum Buzt.

Joannes Arce de Herrera Hispanus Palentinæ diœcesis Presbyter scripsit *Apologiam* laudatam a Nicolao Anton. to. 1. pag. 482.

Joannes Gerardus edidit *Arcanum Lullianum*. Ulmæ 1640. in 8. ex eodem.

Joannes Henricus Alstedius vulgavit *Clavem Artis Lullianæ*. Argentorati 1633. in 8.

Jordanus Brunus Nolanus composuit *de Lulliano specierum scrutinio*, & *de Lampade venatoria*

Lul.

Lulliana, vulgavitque Argentorati 1609. typis Zetzneri.

Julius Paccius Vicentinus J. C. celeberrimus scripsit *Artem Lullianam* emendatam libris 4. Lugduni 1618. in 8., & Neapoli 1631. in 4.; gallice vero Parisiis 1619. in 8.

N. Morestellus edidit *Encyclopædiam ad Artem magnam Lulli*. Rothomagi 1648., teste Nicolao Anton.

Petrus Ciruelo Darocensis Hispanus unam ex Paradoxis suis x. Quæstionibus Salmanticæ 1538. editis *de Arte Raymundi Lulli in Metaphysica* nuncupavit.

Petrus de Guevara Belforadensis Hispanus edidit vernacule *Artem generalem ad scientias in duobus instrumentis ex Arte magna*, *& Arbore scientiæ Raymundi*. Matriti 1584. & 1586. in 8. apud Petrum Madrigal.

Petrus de Guiville Montis albi Presbyter scripsit *in Artem magnam Lulli*, ediditque Barcinone 1489. in 8. apud Petrum Posam.

Petrus Hieronymus Sanchez de Lizarazo Aragonius publicavit *Methodum generalem ad omnes scientias facilius*, *& citius addiscendas*, *in qua Ars brevis Raymundi explicatur*, *& multis exemplis*, *variisque quæstionibus ad praxim apertissime reducitur*. Turiasone 1613., & 1619. in 4.

Valerius de Valeriis patritius Venetus evulgavit *Opus in Arborem scientiarum*, *& in Artem generalem*. Argentorati 1600. in Officina Lezneriana.

Interpretes, & elucidatores Operum *Raymundi* fuerunt etiam Antonius Basquers, Arnaldus Alberti, Balthassar Alberti, Hieronymus Rossel, Jacobus Oleza, Joannes Cabaspre, Joannes Valero, Matthæus Malferit, Michael Oteza, teste Vincentio Mut lib. 8. Hist. Majoricen. cap. 6. fol. 356.; denique Antonius Belluer Canonicus Majoricensis, & primarius Cathedræ Rector egit *Apologiam* magno volumine contentam ad Sixtum V., & Philippum II. pro Raymundi doctrina, quam ms. penes se habuisse Waddingus testatur in Annal. Min. ad an. 1315. num. 11.

Vitam ejusdem *Lulli*, *& Vindicias* edidit anno 1688. Doctor Petrus Bennazar Majoricensis Canonicus, quæ tamen ex decreto sac. Congregat. Indicis prohibitæ sunt, cum antea & Fr. Bonaventura Armenguel de Vita, Martyrio, ac doctrina ipsius *Archielogium* edidisset. Hogghelandæus scripsit *Vitam Raymundi*, quæ extat apud Libavium, teste Robellio citato. Gulielmus Colletetus gallice vulgavit *Vitam Raymundi* una cum *Arte Lullana* Parisiis 1646. in 8. teste eodem. Combachius miranda refert *de Vita Lulli* ex itinere Fr. Pacifici Galli Capuccini in Persiam an 1628., teste eodem. De eo plura habet Nicolaus Antonius in Biblioth. veteri Hisp. to. 2. lib. 9. cap. 3. n. 70. & seqq.

MMMCCCXLIX.

RAYMUNDUS PETRI Gallus provinciæ Narbonensis alumnus primo Religionis seculo scripsit

Vitam B. Rogerii de Provincia, cui a sacris Confessionibus erat, teste Waddingo in Annal. Ord. Min. ad an. 1287. n. 9., & seqq., & Benedicto Mazzara in Legend. Franciscano ad diem 15. Septem. Hanc suppresso autoris nomine citat Georgius Cardosus to. 1. Agiologii Lusitani die 28. Januarii pag. 282.

MMMCCCL. 1747.

RAYMUNDUS RIGALDUS = ex Rodulphio lib. 3., a quo Willotus, Possevinus, & alii acceperunt.

Raymundi Rigaldi de provincia Francia Ord. Min. Sermones festivi per totum annum, *& aliqui feriales* incipientes: *Ascendam in palmam*, *& apprehendam fructus ejus*: finientes vero: *respondebit mihi cras justitia mea*, *cum placiti tempus advenerit*. *Amen*, extasse leguntur Asisii in Biblioth. Conventus S. Francisci banco. v. occid. ex veteri illius loci Inventario anno 1381. facto, aut renovato; ubi dicuntur & extasse in Sacrarii solario v. occid. sine autoris nomine incipientes quidem eodem modo, sed finientes: *percussus est Indus*, *quantum si cum fulmine percussisset*: forsan quod codex imperfectus fuit.

Magistri Raymundi Rigaldi tertius, *& quartus super Sententias* incip. *Quæritur primo*, *utrum sint plures veritates ab æterno*: & finien: *dicendum*, *quod signa sacramentalia significant*: ita notatum legitur extasse in a. solario occid. dicti Sacrarii Asisiatis. Servatur nunc codex ms. pergam. in 4. in Archivo, seu Tabulario dicti Conventus continens primo *Quolibeta* incip. *Quæritur primo*, *utrum sint plures veritates ab æterno* &c. Postea sequitur *Comment. in 3. librum Sentent.* incip. *Ubi venit plenitudo temporis* &c. *Ad intelligentiam hujus partis*, *antequam descendamus ad quæstiones filii* &c. Mox sequitur *Comment. in 4. librum Sent.* incip. *Quæstio est de Sacramentis*; *& quæritur*, *utrum Sacramentum post lapsum hominis* &c.

MMMCCCLI.

RAYNALDUS GRATIANUS Cotoneolensis in Flaminia provinciæ Bononien., & Balneocaballen. Cœnobii Min. Conv. alumnus liberalibus disciplinis decursis Parisios missus est, ubi Theologicæ facultatis lauream Magister est consecutus; inde in Italiam reversus Bononiæ, & Venetiis Theologiam eum docuisset, suæ provinciæ an. 1503. Præfecturam obtinuit, Hispanicaque pro Julio II. legatione functus, Romæ an. 1506. in Comitiis Ordinis Generalis Minister est constitutus; quo tempore Galliæ, Hispaniæque Conventus visitavit, & ad frugalitatem, ac obedientiam reduxit: erat enim in eo cum industria in agendo, tum in providendo consilium, ut omnes ejus ingenium admirarentur, & ipse aliorum animos singulari quodam amore ad se alliceret. Itaque anno 1510. Julius II. eum ad Archiepiscopatum Ragusinum evexit, & Episcopatus Bononiensis Suffraganeum, Coadjutoremque declaravit; cumque Lateranensi Concilio v. interfuisset, meritis, ætateque plenus occubuit in patria, ubi in maiori Ecclesia *S. Stephani* illius oppidi, cujus *Archipresbyter* constitutus erat, humatus est; eique postmodum sequens epitaphium posuerunt:

„ Raynaldo Gratiano Theologorum ultimo,
„ quem natura elaborarat, totius Ordinis Minorum
„ Generali Ministro, inde ob egregia in utraque
„ Hispania pro Religione facinora a Julio II. Pont.
„ Max. in Ragusinum Archiepiscopum delecto Fra-
„ tres pientissime ære proprio P. MDXXXII.

Obiit autem anno 1529., teste Rodulphio lib. 2. fol. 295., ubi & epitaphium legitur, scripsitque

Responsionem tractatui a quodam Observantino contra privilegiatum statum Min. Convent. edito, cujus fragmentum legimus in *Firmamentis trium Ordinum* edit. Parisien. anni 1512. par. 3. pag. 40. & seqq.,

& seqq., & in Speculo Minor. Biernaki art. 16. n. 17. Etenim quidam Observantinus circa finem seculi xv. *Libellum famosum* in Conventuales edidisse legitur in *Constitutionibus Alexandrinis* anno 1500. compositis, vulgatisque cap. 5., ubi dum *libelli famosi* prohibentur, adjiciunt: *sicut nuper quidam invectivam quamdam imprimi fecit non in parvum Religionis dedecus*.

Statuta Generalia, & Papalia, quæ dicta sunt *Julii II.*, utpote ab eo confirmata an. 1509., & habentur in prædictis Firmamentis trium Ordinum edit. Paris. 1512. par. 3. pag. 1. & seqq., pro quibus Statutis tuendis scripsit quidam Gallus sub Gregorio XV., ut supra in *Anonymo Gallo* num. CCLXXVI. dictum est, quem impugnare tentavit *Hugo Cavellus*.

Constitutiones novas, & Ordinationes divini Officii composuit anno 1508., quas memorat Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 8. cap. 34., moxque abolitas pronunciat, quod ad eas Minores Regul. Observ. obligare voluisset; aunt hæ Constitutiones *Statutis* supradictis adjunctæ; omniaque prodierunt seorsim cum *Tabula Statutorum* alphabetice disposita jussu *R. P. Ludovici Henningi sac. Theologiæ Professoris, ac provinciæ Saxoniæ Ministri per V. P. Kilianum Meyer sac. Scripturæ Lectorem de Conventu Curiensi pro tempore Guardianum loci S. Jodoci* in 4. Extat codex Romæ in Biblioth. Conventus SS. XII. Apostolorum, cui in fine deest ultima pagina, sed ex formia Teutonicis elicitur impressa in Saxonia an. 1509., vel 1510.

Ordinationes, & Reformationes Francisci a Ruvere olim Ministri Generalis una cum Constitutionibus Farineriis jussu Julii II. anno 1506. Romæ in Comitiis Gen. vulgavit, quæ in 4. habentur Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

MMMCCCLII. 1748.

REGINALDUS LANGHAMUS =

MMMCCCLIII. 1749.

REGINALDUS UMBER = circa quem iter aliis errandi straverunt S. Antoninus, & Joannes a Turrecremata Ord. Prædicat.; ille Chron. tit. 24. cap. 8. §. 2. vocans *Reginaldum* Lectorem sac. Palatii, Ministrum Generalem, mox Portuensem Cardinal. Episcopum, quibus confundit hunc Reginaldum cum *Joanne a Muro* Card. Episcopo Portuensi; iste in tract. de Verit. Concept. par. 6. cap. 3. *Reginaldum* Rothomagensem Archiepiscopum appellans corrupte pro *Rigaldo*: post hos & Gabriel Barletta in Serm. de Concept. B. V., & Vincentius Bandellus de singulari conceptu Christi Rothomagensem Antistitem *Reginaldum* dixerunt: & Onuphrius Panvinus in epitome Rom. Pontiff. an. 1557. Venetiis excusa inter *Cardinales* a Bonifacio VIII. creatos recenset & *Reginaldum* Ordinis Minorum, quem modo *Portuensem*, modo *Albanum Episcopum* fuisse scribit: ex his postea errores exscripserunt Rodulphius, Gonzaga, Willotus, Possevinus, aliique plures parum in his rebus castigati; sed cautior Waddingus incessit, nec Joan. a S. Anton. to. 3. nodum erroris solvere potuit.

MMMCCCLIV.

REMIGIUS DE BEAUVAIS Belga Capuccinus ligato sermone composuit xx. *libros de S. Maria Magdalena* sub titulo:

Magdalena. Tornaci an. 1617. in 8. typis Caroli Martini, teste Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 56.; eumque ego existimo, quem Miræus in Script. Eccles. sec. 17. n. 245. *de Cypriano Crocsels* disserens vocat *Remigium de Rythove*, ignotum tamen autori Biblioth. Capuccin.

MMMCCCLV.

REMIGIUS BERGOMENSIS Ord. Capuccin. in provincia Brixien. Novitiorum moderator vita conspicuus scripsit doctissimam

Expositionem super. Psal. 118., quem admirabili pietate ad D. N. J. C. vulnerum sensum transtulit, teste autore Biblioth. Capuccin., qui addit, obiisse anno 1610. sanctissime in Cœnobio Cremensi, de eoque agere Boverium to. 2. Annal. ad dictum annum.

MMMCCCLVI. 1750.

REMIGIUS A BOZOLO = Mantuani ducatus versus Cremonam oppido, forsan oriundus Germanus provinciæ Tirolensis vir multæ pietatis, ac religionis; cujus Opus prodiit primum italice in 8.; postea ab eodem autore in latinum, & theutonicum idioma translatum denuo fuit impressum ibidem anno 1626. & 1627., teste autore Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

MMMCCCLVII.

REMIGIUS A S. ROMULO Ligur Matutianus patriâ prov. S. Ludovici Capuccinus pietate, ac doctrina præstans, poetica vero in arte excellens cecinit carmine eroico, typisque dedit

Vitam S. P. N. Francisci in 12. libros distributam. Avenione anno 1628. in 8. ex eisdem autoribus.

* REMIGIUS RYTHOVE = v. *Remigius de Beauvais* supra.

MMMCCCLVIII. 1751.

B. RICERIUS = a *Mutia* Camerinen. diœcesis castro genere nobilis cum Bononiæ studiis vacaret una cum B. Peregrino a Fallerone a S. Francisco ad Ordinem suum receptus est an. 1220. Hic ille est *Frater devotus* memoratus a S. Bonaventura in Legenda majori cap. 9., quem Seraphicus vir Franciscus *charissimum* habuit *inter præcipue sibi charos*, ut colligitur ex Bartholomæo Pisano Confor. VIII. parte 2.; eaque fuit vitæ integritate, prudentia, ac morum sanctimonia, ut & suæ provinciæ Piceni Minister sit assumptus. Plura de eo conscribunt Rodulphius lib. 1. fol. 128., Waddingus in Annal. Min. to. 1. an. 1220. n. 8. & 9., & 1226. n. 13., Aubertus in Auctario cap. 402., Dupinus in Tabula Univers. sec. 13., Arturus, Joan. a S. Anton., ac novissime autor Camerini sacri pag. 336., qui ait obiisse circa an. 1336., ejusque corpus requiescere in Ecclesia S. Jacobi prope idem castrum parum dissitum a loco Trabis Bonantis, ubi Minores Conventuales antiquissimum Cœnobium habent.

Tractatus ejus habetur in Biblioth. Barber. Romæ; prodiitque Venetiis an. 1537. typis Bernardini Stagnini de Tridino Montis Ferrati in 8., & auctior ibidem anno 1553. in 8. post Meditationes D. Bernardi, & alia hujus generis Opuscula, tit: *Verba Fratris Ricerii de Marchia socii B. Patris Francisci, qualiter homo cito potest pervenire ad agnitionem veritatis*, incip. *Quicumque vult ad veritatis* &c.

MMMCCCLIX.

RICHARDUS A S. ANNA Belga ex Conventu Nivellæ Recollectorum ad Discalceator. S. Josephi provinciam transiit, inde ad Philippinas Insulas, & Japoniam, martyrio suo divinitus præviso, trajiciens post multos labores in fide Christi disseminanda,

nanda, multosque in infidelium conversione relatos fructus Nangasachi lento igne cum nonnullis aliis vivus crematus est an. 1622. die 10. Septembris, quorum morte mirabiliter Evangelium in illo regno propagatum est; de eo inter Martyres agit Waddingus. Scripsit inde

Epistolas varias annis 1607., 1614., & 1622. ad diversos, quæ mores regionum, & sancta documenta continent; item de nova Japoniæ Christianitate, de Martyrum multitudine, eorumque laboribus, ac tribulationibus, & in primis Fr.Sebastiani a S. Joseph, nec non de admirabili Japoniorum conversione, ut prælo dignæ videantur, inquit Didacus de Lequile to. 1. Francisc. Hierarchiæ cap. 9. n. 9., qui addit, eas mss. servari in Archivo prædicti Conventus Nivellensis. De eo Arturus in Martyrol. Francisc. die 10. Septembr., & 18. Junii §. 3., & Joan. a S. Anton. pag. 57. to. 3.

M M M C C C L X.

RICHARDUS ASTENSIS provinciæ Gennen. Min. Conven. sac. Theologiæ Magister, ac in liberalibus disciplinis, poesi in primis, Rhetoricaque satis eruditus invenitur unus e quatnor interlocutoribus in *Dialogo de Deo* a M.Antonio Natta Astensi elucubrato, vulgatoque Venetiis anno 1560. de quo lib. 1. autor habet: *Et de Riccardo quidem Franciscanu possum dicere non solum ipsum Theologicis literis instructum fuisse, in quibus excellebat; sed poeticis pariter, & Oratoriis. . . ideo ejus Oratio veluti a fonte quodam eloquentiæ manans summam audientium admirationem concitabat. . . demum is fuit Riccardus, cui grave, & eruditum dicendi genus obvenerat*: ex quibus lucet scripsisse

Conciones, & Orationes, aliaque, quæ vel periisse possunt, vel adhuc occultari.

M M M C C C L X I. 1752.

RICHARDUS CENOMANUS = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post illum; vir cultæ latinitatis scripsit &

Antidotum contra Erasmi censuram in Regulam D. Augustini; quod probavit Universitas Parisiensis an. 1539., legiturque ad calcem 1. tomi *Operum* ejusdem *S. Augustini* edit. Hugonis a Porte an. 1541. Ejus

Tractatus de Sacrificio Missæ extat ms. Romæ in Biblioth. Vatic. num. 4896. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 122., & 138.

Laudatur ab Hilareto conc. fer. 6. post Domin. 2. Quadrag., & a Joan. Rioche in suo Compendio Histor. c. 140.

M M M C C C L X I I. 1753.

RICHARDUS CONINGTONUS = anno 1310. erat Minister suæ provinciæ Angliæ.

In psalmos pœnitentiales laudatur a Joan. Balæo, & Jacobo Le-Long. Ejus

Tractatus de perfectione evangelica contra Petrum Joannis Olivi ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. versus Eccles. n. 413. in 4. parvo incipiens: *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem. Ps. Præcedit actus meritorius, ut succedat fructus consolatorius* &c.; & in fine habet: *Explicit tractatus Magistri Riccardi Conygton Ministri Angliæ contra opiniones Fratris Petri Johannis*. Postea sequuntur alia aliorum

Comment. super 4. libros Senten. extant mss. in Biblioth. Vatic. Romæ, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1334. n. 26., qui illa se vidisse significat. Hunc sæpe citat Joan. Bacconus præsertim in quæst. 1. prologi Senten. art. 3., in 1. Senten. dist. 4. quæst. 1. art. 1., ubi eum dicit discipulum *Henrici*, subdc Gandavensis, dist. 21. q. 1. art. 1., & in 2. dist. 36. quæst. u. artic. 1. 2., & 4. Etiam Robertus Walsingam Anglus Carmelita expendit ejus opinionem, inquit Possevinus in Appar. sac. v. *Robertus Walsingam*.

M M M C C C L X I I I. 1754.

RICHARDUS CORNUBIENSIS = refertur a Rodulphio lib. 3., aliisque post eum.

Magistri Riccardi de Cornubia Anglici Ord. Min. primus, & secundus Sent. incip: Secundum Hugonem de S. Victore in libro de Sacramentis par. 1. duplex est Opus Creatoris: & finien: *quibus se non possit exuere. Explicit liber* 2.; ita legimus extasse olim Asisii in 2. solario occid. Sacrarii Conventus S. Francisci in Inventario illius loci an. 1381. confecto.

* RICHARDUS GALLICUS Lector sac. Palatii connumeratur cum illustribus Scriptoribus Ordinis Minorum in Catalogo Fr. Augustini Witte pag. 54., inquit Joan. a S. Anton. pag. 58., sed cum nemo antiquorum hujus mentionem fecerit, & Augustinus Witte parum castigate, & sine delectu scribat, hunc omittendum censeo, cum putem, non alium esse, quam vel *Reginaldum* Lectorem sac. Palatii, de quo supra, aut *Rigaldum* cum prædicto Regilualdo a nonnullis confusum.

M M M C C C L X I V.

RICHARDUS KINSDORP Anglus non vulgaris concionator initio Ordinis adducitur a Pitseo in *appendice Doctorum*, minime dubitans, quin *multa pie, & erudite scripserit*, quorum tamen jam nihil inveniri creditur, ut ex Joan. a S. Anton., & Aug. a Witte legimus: forsan est ille *Riccardus*, cujus 3. *sermones* mss. an 1282. habiti servantur in Biblioth. Victor. Paris., ut dictum est supra in *Odone de Roini*.

M M M C C C L X V. 1755.

RICHARDUS LEDREDUS = assumptus est Episcopus anno 1317., & 43. annos Ecclesiam sibi commissam administravit, ac multis affecit beneficiis, de quo Waddingus in Annal. Min. ad eum annum num. 56., & alibi, & Wareus in Scriptor. Hiberniæ lib. 2. cap. 3.

M M M C C C L X V I. 1756.

RICHARDUS DE MEDIAVILLA = anglice *Midleton*; quam familiam suo etiam tempore extasse scribit Dempsterus, qui lib. 12. num. 912., uti & Pitseus in Scriptor. Angliæ ætate 14., hunc *Scotum* dicit; sacræ Theologiæ Doctor insignis, & S. Ludovico Episcopo Tolosano familiaris asseritur ab autore Vitæ ejusdem S. Ludovici apud Bollandios ad diem 19. Augusti. Hujus autoritate usi sunt Theologi Constantiensis Concilii anno 1415. in Joan. Wicleffi articulorum damnatione concl. 3. in append. Act., & Joannes Ragusinus Ord. Prædic. in Oratione anno 1433. habita in Basileensi Concilio de Communione sub utraque specie inquit: *Item Richardus de Mediavilla Doctor profundus, & magnæ autoritatis in Scholis* &c.; hinc citari cæpit ab autoribus supparibus Astesano in *Summa*, & Guidone de Monterochero in *Manipulo Curatorum* par. 2. tract. 2. cap. 3., nec non Joan. Baccone in 4. dist. 21. q. 1., dist.22.q.2.,d.24 q.1., dist.44.q.1., & dist. 45. q. 2.

Commentaria super 4. libros Sententiarum perfecisse videtur paulo post an. 1281., cum in 4. d. 17. q.

17. q. 2. art. 3. scribat: *præterea Papa in privilegio concesso Minoribus, & Prædicatoribus super Confessionibus audiendis, & Eremitanis ex privilegio speciali noviter emanato* &c.; Papam autem illum fuisse *Martinum* nempe IV., qui ab anno 1281. ad 1285. sedit, clare docet Henricus Gandavensis, qui & ipse tum scribebat, Quolibet. 7. q. 24., & Quolib. 10. q. 1., estque Bulla *Ad fructus* data idib. Decembr. *anno* 1., subde anno 1281. apud Waddingum in Annal. Min. *Riccardus de Mediavilla super 4. libros Sentent.* multiplic. ms. habetur Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 25. n. 291., scam. 29. versus Ecclesiam n. 328., & seqq. in fol. *In 4. libros Senten.* extat ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario Conventus S. Franc., ubi etiam sub *Riccardi* nomine asservatur *Primus liber abbreviatus super Sententias* incipiens: *Cupientes aliquid* &c.; memoraturque in sæpe cit. illius loci Inventario veteri an. 1381. confecto, qui tamen est *Jacobi de Trisaneto*, ut de eo agens ostendi, ex Riccardo, aliisque tractus. *In 1. Senten.* extat ms. in fol. Toleti in Biblioth. S. Joan. Regum sub lit. FF., teste Joan. a S. Anton. pag. 58., & Viennæ in Biblioth. S. Crucis Min. Conv. ex *Inventarjo omnium librorum provinciarum Bohemiæ, & Austriæ* an. 1593. confecto, & in Archivo Ordinis asservato, pag. 46. *Commentaria in 1. Senten. librum cum Quolibetis* prodierunt Venetiis an. 1507. in fol. typis Lazari Soardi a Fr. Francisco Benzono sac. Theol. Doctore castigata. *In 2. & 3. librum Senten.* ibidem sunt impressa cura Fr. Angeli Lucidi Firmani sacræ Theolog. Baccalaurei an. 1509. in fol. *In 4. librum* extare ms. in Ducali Biblioth. Urbinat. tradit Possevinus in catalogo illiu Biblioth. mss. ad calcem Appar. sac., impressa quoque sunt Venetiis opera Fr. Jacobi Fabæ Comensis Reg. Observ. eodem anno 1509. in fol. Memini me vidisse prope Brisighellam in Biblioth. PP. Min. Observant. *Quartum librum Senten. Ricchardi Mediavill.* cusum Venetiis per Locatellum Boneti Presbyterum in 4. opera *Fr. Francisci Gregorii Ord. Minorum* an. 1499., cujus in calce legitur:

Sacer refert celebris Richardi dogmata codex,
Quem genuit Mediavilla decora virum.

Ait Waddingus Ricchardum non absolvisse Opus *circa librum quartum*, idque præstitisse multo post Franciscum Georgium, & Dionysium Bononien. in Veneta anni 1489. editione; sed fallitur; nam olim Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci extabat hoc Opus ms., nimirum *Quartus Riccardi* incipiens: *In nova signa, & muta mirabilia*: finiens vero: *paratus essem humiliter retractare*, qui est finis libri *Quarti Sent.* impressi; ut habetur ex veteri illius Bibliothecæ Indice an. 1437. confecto pag. 14.; codices quoque mss. Bibliothecæ S. Crucis Florentinæ vetusti supra memorati habent, uti codex Ferrariensis, atque vulgati. Deinde Ambrosius Spiera Ord. Serv. in *Quadragesimali de Floribus Sapientiæ* excuso anno 1476. serm. 7. & 8. citat *Riccardi dist. 49. libri 4.*, uti & Robertus Liciensis Episc. Aquinas in *Quadragesimali de Peccatis* serm. 57. de beatitudine Sanctorum cap. 3.; & ante eum Nicolaus de Orbellis, & Gulielmus Vorilongus in 4. dist. 50. adducunt ejusdem *Riccardi dist. 50. libri 4.*, idest ultimam illius libri: illi autem qui Venetam editionem curarunt, nempe *Franciscus Gregorius*, non Georgius, & *Dionysius Bononien.*, codicem depravatum emendarunt solum: sed vide *Franciscus Gregorius* supra.

Quodlibeta ejus incip. *In nostra disputatione de quolibet* &c. castigata, & correcta a duobus Fratribus Ord. Min. Conventus Veneti S. Franc. de Vinea an. 1509. prodierunt eodem anno ibidem in fol. per Lazarum Soardum, quæ editio habetur Romæ in Biblioth. SS. xII. Apostolorum sub lit. F., & Parisiis 1519. in 8. apud Claudium Chevallon: haberi mss. Cæsenæ in Biblioth. S. Francisci legimus apud cit. Possevinum in Catalogo ejusdem Cæsenat. Bibliothecæ; extant quoque Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 29. cod. 337. in fol. incip. *In mea disputatione de Quolibet quædam fuunt quæsita de Deo, & quædam de creaturis* &c.; & scam. 16. versus claustrum cod. 585. in fol. sine nomine autoris, utrobique post *Quæstiones disputatas*, suntque tria *Quolibeta* 81. quæstiones complectentia: extant & Asisii mss. perg. in fol. in Biblioth. S. Franc.

Quæstiones disputatæ Riccardi mss. habentur in Cremonensi Biblioth. Eremitar. S. Augustini ex cit. Possevino in Catalogo dictæ Bibliothecæ; & Florentiæ in Biblioth. S. Crucis cod. 337. in fol. scam. 29. incip. *Quæritur, utrum Deus sit summe simplex*: finien: *Explicit secunda pars Fratris Riccardi*; & cod. 338. in fol., nec non scam. 16. versus claustrum cod. 585. in fol. sine nomine autoris; suntque *Quæstiones* de Deo, Angelis, & homine num. 46. *Quæstiones de Deo, & Angelis* in fol. Toleti in Biblioth. S. Jo: Regum sub GG. n. 30. ex Jo: a S. Anton. in append. *Quæstiones disputatæ* in duas partes divisæ una cum *Quolibetis* ms. pergam. in fol. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci; ubi etiam post memoratum *Primum librum abbreviatum super Sententias* falso *Riccardo* adscriptum habetur *Expositio in librum* 1. incip. *Circa primum Sententiarum primo quæritur de sacra doctrina quantum ad causas singulares, & primo de quiditate ejus* &c.: postea sequuntur quædam *quæstiones* incip. *Primo quæritur, utrum intellectus conjunctus possit aliquid intelligere* &c.; an hujus autoris, vel Jacobi de Trisancto, aut alterius, incertum; postea enim subduntur *Bartholomæi Anglici* Ord. Min. *Allegoriæ super sacram Scripturam*.

Super Epistolas D. Pauli lib. 14. Possevinus in Appar. sac. cum ait, Willotum unum ei tribuere, tacentibus aliis, valde hallucinatur; quando non solum Rodulphius antea lib. 3., sed etiam Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 4. cap. 12. ex Scriptoribus antiquis inter ejus Opera recenset & *Comment. super Epistolas Pauli*; *super quatuor Evangelistas*; & nunnullas *in alios sacræ Scripturæ libros* expositiones.

De Conceptione Immaculata V. M. scripsisse tractatum testatur autor antiquus Joannes Vitalis in suo *Defensorio* lib. 4. ancil. 5., ubi hæc adducit:

Ave gaudens in prosperis,
Lux distincta præ ceteris
A rebus obscuris:

quæ sunt super *Ave Maria*. Ejus meminit & Jo: Turrecremata de *Verit. Concept.* par. 13. cap. 2., exinde Rodulphius lib. 3., & alii.

Expositionem super Ave Maria ei attribuit Bernardinus Busti in Mariali serm. 4. par. 1. pag. 3.; sed verius creditur esse *Riccardi*, al. *Conradi Saxonis*. Male autem Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 59. idem Opus esse censet cum *tract. de Immacul. Consept. V. M.*

In Regulam S. Francisci expositionem egit *Rigaldus*

dus cum aliis tribus Magistris, ut notavi supra in *Odone Rigaldo*, ubi & dictum est, pluribus in locis corrupte vocari *Riccardum*; hinc creditus est Riccardus de Mediavilla, eique adjudicata dicta *Expositio*.

Quadragesimale, quod refert Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 59., est *Fratris Francisci Abbatis* Astensis, ut in fine dicti codicis ms. Toletanæ Bibliothecæ, etsi titulum habeat *Mediavilla*.

Anno 1282. Parisiis *Fr. Richardus* habuit *Sermones* 47. 69., & 98. mss. in cod. 762. Bibliothecæ S. Victoris ex Echardo to. 1. Scriptor. Ord. Prædicator. pag. 386.; & forsan fuit Richardus a Mediavilla.

Astesanus, quem dixi, in procemio suæ Summæ adducens autores, Doctoresque Ordinis sui, a quibus accepit, idque per ordinem temporum, hunc *Richardum* refert inter *Gualterum* Episc. Pictavien., qui obiit an. 1307. mense Januario, & *Ioan. Scotum* an. 1308. Novembri mense defunctum; quapropter hunc crediderim obiisse inter an. 1307., & 1308., etsi Dempsterus dicat an. 1300., & Waddingus an. 1302. mortuum: de quo extat *distichon* illud, quod refert cit. Rodulphius lib. 3., & ex illo Willotus, aliique: aliud vero *distichon* est:

Hauserunt veteres claro de fonte Richardi,
Doctoresque novi, quæ meliora docent.

MMMCCCLXVII.

RICCARDUS N. Neomagensium Minoritarum Præfectus autor est libri inscripti

Flores Bibliorum, teste Guillelmo Alloto in epistola suo *Thesauro Bibliorum* Antuerpiæ an. 1577. impresso præfixa, ut advertit Joan. a S. Anton. pag. 59.

MMMCCCLXVIII. 1757.

RICHARDUS PORLONDUS = dicitur vixisse an. 1302. ex Supplem. Annal. Min. Waddingi; de quo & Possevinus agit in Appar. sac.

1758.

RICHARDUS RHEMENSIS = hic est *Oddo Rigaldus Rothomagensis* Archiepiscopus, de quo supra actum est, quem Bartholomæus Pisanus in Conformit. semper dicit *Rigaldum Remensem Archiepiscopum*, forsan quod apud eum aut per notas nomen Ecclesiæ scriptum fuit, aut juxta vulgus Roanensem *Roan*: auxit errorem Trithemius, qui in Scriptor. Eccles. sub an. 1270. vocat *Richardum*; nam *Rigaldi* nomen in *Richardum* non semel ivisse, alias adnotavimus: hinc factum, ut & Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 4. cap. 12. *Richardum Archiepiscopum Remensem Sermonum* scriptorem attulerit, & ex eo Rodulphius lib. 3., aliique. Richardus de Pica scripsit *Sermones varios*, teste Trithemio, & Possevino apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1389. num. 3., ubi dubitat, an fuerit ille *Richardus Picus* Archiepiscopus Rhemensis, qui obiit an. 1389., & de quo agit Claudius Roberti ejus institutum, conditionem, ac patriam in dubium revocans.

MMMCCCLXIX. 1759.

RICHARDUS RUFUS = italice *Rosso*, angliee dicitur *Rowse*, de quo Rodulphius lib. 3., & alii postea.

Ricchardi Ruphi de Anglia Ord. Min. Compilatio 4. libror. Senten. incip: *Cupientes* &c. *Totali libro præmittit mihi prologum:* & finiens: *hoc non est per executionem, sed notificationem primi*, notatum legi extasse Asisii in 2. solario occid. Sacrarii Conventus S. Franc. ex veteri illius loci Inventario an. 1381. facto, aut renovato. Nunc in Tabulario, seu Archivo dicti Conventus extat ms. pergam. tomis 2. in 4. titulum ferens:

Riccardi Rufi Angli compilatio 4. librorum S. Bonaventuræ incip: *Altissimus creavit de terra medicinam. Verbum istud scribitur Eccles.* XXXVIII.: aut ergo hic error irrepsit, aut scripsit bis; possit enim primo proprium in libros Senten. commentarium edidisse; deinde illos S. Bonaventuræ in *epitomen* redegisse; sed cum Thomas Ecclestonus tradat apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1270. n. 35. Parisiis legisse sub Elia Generali, suspicor mendum esse amanuensis, & pertinere ad *Richardum Ruis*, de quo modo. Puto errare Possevinum, qui Opus ejus scripsit prodiisse Parisiis.

MMMCCCLXX. 1760.

RICHARDUS RUIS = Antonius Vood in Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 72. hunc non alium esse putat a *Richardo Ruffo*: verùm cum Pitseus in append. ad librum de Script. Angl. asserat, hunc anno 1270. floruisse; *Ruffus* vero sub Helia Generali Ministro Parisiis docuerit ex Ecclestono, alter ab illo fuisse videtur; & forsan hujus est

Compilatio 4. librorum S. Bonaventuræ, de qua supra in *Richardo Ruffo*. Possevinus hunc dicit *de Ruys*, ejusque Opus haberi ms. in Bibliotheca Norvicensi.

1761.

RICHARDUS DE SAXONIA = corrupte ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed legendum est *Conradus de Saxonia*, de quo actum est supra, & cujus est hic liber.

MMMCCCLXXI.

RIVALDUS, seu RIBALDUS DE TANERNI Legatus Crucis Minoritis adnumeratur a Turrecrematæ Continuatore ms. apud Petrum de Alva, & scripsisse dicitur

Sermonem de Assumptione Virginis Mariæ incip. *Signum magnum*, teste Joan. a S. Anton. cit. pag. 60.

MMMCCCLXXII.

ROBERTUS ARIMINENSIS an. 1362. scripsit vulgari idiomate italico brevem

Relationem Vitæ Beati Ioannis Bartoli, &
B. Andreæ Dulcis Ariminensium, atque
B. Claræ Ariminensis Ord. S. Francisci per notas, seu occultas literas, vulgo *cifra*; quam una cum interpretatione P. Francisci Righini Ord. Min. Conv. eruta ex libris Joan. Baptistæ Portæ tit. *De furtivis litterarum notis, vulgo Zifferis libri* 4. Neapoli an. 1563. impressis pag. 94. nuper intulerunt in Archivum Ordinis Romæ apud SS. Apostolos: scripsit etiam

De iis, qui sepeliebantur in Æde sacra S. Francisci Arimini, latine.

MMMCCCLXXIII. 1762.

ROBERTUS DE BASTIA = non *de Bascia*, qui nullus est locus: de eo scribit vetus autor Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter Doctores, Scriptoresque Ordinis Minorum: *hic magnus Magister fuit in sacra pagina, & super Sententias scripsit: ac cum Magistris Alexandro de Ales, Rigaldo, Joanne de Rupella Regulam declaratam Fratri Aimoni Generali Ministro transmisit* Bononiæ an. 1242. Comitia celebranti; quæ dicitur *Expositio 4. Magistrorum*, & habetur eusa pluries in Monumentis, Firmamento, Firmamentisque trium Ordinum, & alibi. Scripsit etiam *Ser-*

Sermones varios; &

Librum de anima. Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 2. lib. 1. cap. 55. ei attribuit

In 4. libros Senten., & *librum Sermonum*; obiitque an. 1280. ex Miræo, & Waddingo infra in *Roberto de Russia*, qui idem est, ita apud diversos mendose dictus. Rodulphius tamen lib. 3. ait obiisse anno 1271., mirumque in modum varie effertur, modo Albertus, Rupertus, ac Robertus *de Bascin*, & *Bassia*, modo *de Hassia*, & *Ruscin*; sed ubique cum errore, cum legendum sit *de Bastia*, ut recte habent Alvarus Pelagius lib. 2. cap. 67., autoresque Memorialis Ordinis in 5. Gener. Ministro Haymone apud Monumenta, & Firmamenta Ord. Minor.

MMMCCCLXXIV. 1763.

ROBERTUS CARACCIOLUS = natus anno 1425. circiter, tenera adhuc ætate, ut parentibus morem gereret, neve eorum mandata detrectare videretur, inter Regul. Observ. alumnos cooptatus est; a quibus non multo post ad Min. Conventuales transiit an. 1452., quibus primùm dare nomen statuerat, & sub quorum disciplina eruditus fuerat. Quamobrem infensos habuit partis adversæ calamos, ut Mariani, Raphaelis Volaterrani a Mariano decepti, & Marci Ulyssiponen. alios exscribentis, quos perindigne non puduit tanti viri, Præsulisque famam denigrare: sed refelluntur hi ab autoribus fide dignis, & coævis Galatæo, Pontano, Coningero, Montagnana, Fulgosio, Jacobo Volaterrano, Gaspare Veronensi, aliisque optime de eo scribentibus; & ex Epistolis Summorum Pontificum Nicolai V. an. 1454., Callisti III. an. 1456., & 1457. ad eum datis, quarum alteris Callisti constituitur Nuncius Apostolicus ad Mediolanensem Ducem, populumque: nec non ex literis Francisci a Ruvere Ministri Gen. postea Sixti IV. ad eum anno 1465. directis, & a Rodulphio lib. 3. relatis: *Egregio Theologia Professori Magistro Roberto de Licio divini verbi prædicatori famosissimo fratri in Christo dilecto. Egregie Doctor* &c. A Trithemio in Script. Eccles. dicitur *vir ingenio excellens, eloquio dulcis, & compositus, vita, & conversatione præclarus, declamator Sermonum celeberrimus, & universo christiano in orbe famosus, qui verbo, & exemplo multos ab iniquitate convertit*: quos inter fuisse & Theodoram nobilemRomanam autor est Rodulphius lib. 1. fol. 140. & 143.; Jacobus vero Philippus Bergomas in Supplem. Hist. edito an. 1486. lib. 15. ad an. 1471. scribit: *Robertus de Licio Ordinis Minorum Aquila Marsorum urbis dignissimus Episcopus in Scripturis divinis eruditissimus, & (ut sine invidia loquer) omnium concionatorum, qui sunt, aut unquam fuerunt, Magister, & Doctor iisdem temporibus ob ejus clarissimam, & admirandam prædicandi gratiam ab omnibus Italis multo est habitus in pretio. Qui tantum in Scripturarum studio laboravit, & scripsit, ut ubique Roberti prædicationes, & exemplaria nuncupentur: plurimos enim ad instructionem fidelium tractatus, & sermones edidit, qui ab omnibus præsertim declamatoribus studiosissime leguntur. Adhuc superstes habetur*: quod ipsum repetit in Supplemento Supplementi anno 1505. peracto, additque tantum, & Opera ejus vulgata, & obiisse anno 1495.: qui autem dictum Supplementum italicum fecit, ita rem expressit: *& ana biasimando alcuno altro annunciatore del verbo di Dio; costui fu sopra di tutti quanti li altri, che inanci, o dopo lui furono, o saranno, e per tutta l'Italia, & oltra li monti fu molto honorato*: qui translator dicitur Franciscus C. Florentinus, & anno 1520. Opus edidisse. Anonymus Carthusianus, qui paulo post ejus obitum scripsit *de Origine Religionum* nuper a Martene to. 6. Veterum Scriptor., & Monument. publicatus, cap. 32. de hoc viro præ ceteris inquit: *sed & ob meritum sanctæ vitæ tam Deo, quam hominibus acceptus, & gratus assumptus est in Episcopum Aquinatem, ut lucerna jamdudum refulgens* &c.

Sermones de Christo, de B. Virgine, & de Sanctis; seu *de laudibus Sanctorum*, quod idem est, *Opus divinum* vocat Marcus Cynicus Parmensis; prodieruntque Venetiis an. 1489. in 4. per Georgium Arrivabenum; deinde an. 1490. per Bernardinum Benalium; eodemque anno Antuerpiæ in 4. ex Miræo; sed & anno 1489. Neapoli in 4. ex Indice Biblioth. Barberinæ; suntque num. 71., & ipsos ætate jam vergente composuisse dueimus ex serm. S. Thomæ Aquinat. c. 2., ubi scribit, se jam in omnibus fere civitatibus Italiæ coram populi copiosissima multitudine prædicasse; in illo S. Pauli Apostoli cap. 1. memorat Sixtum IV., & in alio *de anima rationali* dicit se anno 1474. Romæ conciones habuisse; in illo vero S. Bernardini Senensis narrat Canonizationem S. Bonaventuræ anno 1482. factam: porro suum *Opus de laudibus Sanctorum* ipsemet citat serm. 9. *Quadragesimalis* de peccatis cap. 1., extatque ms. Pragæ in Bibliotheca S. Jacobi Min. Conv. ex Catalogo illius Bibliothecæ confecto an. 1593., & Romæ in Archivo Ordinis asservato. *De laudibus B. M. V.*, al *Mariale* prodiit Argentinæ an. 1493. in fol. per Martinum Simum.

Sermones de timore Judiciorum Dei (non *de amore divinorum officiorum*, ut Possevinus, & Waddingus ajunt, quasi Opera diversa) impressi sunt Neapoli an. 1473. in fol. per Arnaldum Bruxellen. ex Indice Bibliothecæ Barberinæ incip.: *Vidi alterum Angelum volantem* &c.; & postea Venetiis anno 1479. typis Francisci Renner de Hailbrun, & 1490. in 4. per Joan., & Gregorium de Gregoriis Foroliv.; nec non castigati a Fr. Philippo de Rotingo Minorita prodierunt Basileæ an. 1496. in 4., nec non Venetiis per Georgium Arrivabenum; eos ipsemet citat in serm. 43. *de laudibus Sanctorum* cap. 2.; scriptique sunt post annum 1470., nam sermone 4. cap. 2. ait, se eo anno Neapoli prædicasse verbum Dei. Excerpta ex ejus *Sermonibus de timore divinorum judiciorum* extant Florentiæ in Bibliotheca Riccard. sub S. II. cod. chartac. in 4. n. 10. ex Indice dictæ Biblioth. pag. 345. v. *Robertus de Licio*. Opus in scriptis redegit autor hortatu Joannis de Aragonia Ferdinandi Siciliæ Regis filii.

Speculum fidei christianæ sermone vulgari, italicoque ad Alphonsum Aragon. Calabriæ Ducem, & Ferdinandi Regis Neapol. filium *an.* 1490. compositum sermonibus 45. conflatur; & anno 1537. iterum castigatum impressum est Venetiis in 4. per Bernardinum Bindonum; & postea anno 1555. per Bartholomæum Imperatorem; in epistola vero ad Alphonsum libro præfixa memorat, se *octo Quadragesimalia* Jussu Regis in Neapolitana urbe habuisse; & in fine libri dicitur *Vicarius Generalis regni*. De eo Imbonatus in Bibliotheca Latino-Hebraica.

Magistri Roberti de Licio Ord. Prædicat. Opus de doctrina christiana ms. extat Florentiæ in Biblioth. Laurent. Medic. plut. 20. cod. 24. ex Catalogo Mont.

Montfauconi to. 1. pag. 384. Biblioth. mss.; an autem idem sit cum *Speculo fidei Christianæ*, nescio, cum illud ms. non viderim; illud quidem sphalma est, eum *Ord. Prædicat.* asserere, quod non semel factum de aliis in his Catalogis.

Quadragesimale ad Regis Ferdinandi Neapolit. petitionem factum vulgari idiomate incipiens: *Cum jejunatis, nolite fieri* &c. *Parole della sancta Scriptura* &c., quod per errorem Jo: a S. Anton. pag. 65. attribuit *Roberto Massier*, prodiit primum Tarvisii an. 1479. in fol. per Michaelem Manzolum Parmensem die 18. Martii ex autore Biblioth. Italicæ pag. 230.; postea Venetiis an. 1487. in 4. per Bernardinum Novariensem; iterumque ibidem an. 1488. in 4. per Jo: Rubeum Vercellensem, & antea ibidem anno 1485. in fol. per Thomam Alexandrinum; postea & anno 1493. in 4. etiam Venetiis typis Thomæ Piasi, & tandem anno 1554. in 8. apud Bartholomæum Imperatorem.

Quadragesimale de peccatis incipiens: *Multi sunt vocati, pauci vero electi. Scribuntur hæc verba Matthæi* &c. *Ostendit nobis apertissime* &c., prodiit Coloniæ 1475. in fol., inquit Miræus de Script. Eccles. sec. 16. num. 8.; sed forsan reponendum an. 1485.; postea impressum est Venetiis an. 1488. in 4. per Andream Torresanum, & an. 1490. per Gregorios Foroliviens. in 4. hoc titulo: *Incipit Quadragesimale de peccatis secundum Fratrem Robertum Caracciolum de Licio Ordinis Minorum Episcopum Liciensem. Et primo Dominica Septuagesima de numero damnatorum propter eorum peccata*: sermones num. 52. In fine vero habentur 7. *sermones*, de S. Bonaventura, de S. Bernardino, de Annunciatione V. Mariæ, de Angelis, de beatitudine Sanctorum, de prærogativis, & excellentiis animæ rationalis, & de Spiritu Sancto. Post hæc adduntur: *Explicit Quadragesimale de peccatis captum in civitate Licii, ibique completum ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei* &c., *& novi Sancti Bonaventuræ. Amen. Finitum est anno Domini* 1483. *die* 9. *mensis Octobris hora vespertina*. Dicavit autem autor Opus Joanni Aragonensi S. R. E. Cardinali, aitque in epistola ad eum de Sixto IV. *Post restitutam, illustratamque Urbem ad reformanda ingenia, adque illustrandas moribus hominum mentes sese convertens Licio vocavit me suavissimis literis suis, de peccatorum gravitatibus, quibus humana infirmitas premitur, pro virium mearum facultate dicturum, Romanumque populum, ac omnes, qui Romanam sequuntur Curiam, suis sceleribus arguturum*: de qua re Jacobus Volaterranus in Diariis Sixti IV. ad an. 1482. tempore Quadragesimæ tribus in locis Romæ conciones habuisse commemorat, nempe in Æde S. Mariæ Majoris, & in areis Minervæ, & S. Laurentii in Damaso immenso populo. Tamen cum Orlandus etiam de Orig., & progr. Typograph. par. 1. pag. 169. habeat: *Roberti Caracholi de Licio Ord. Min. Episc. Aquilæ Quadragesimale, seu Sermones de peccatis. Basileæ* 1475., aut dicendum autorem Opus hoc auxisse, & iterum anno 1483. emitisse, vel complevisse, aut legendum est 1485.

Quadragesimale de pænitentia incipiens: *Multi sunt vocati, pauci vero electi*, &c. *Propter nimiam charitatem* &c., continet sermones num. 73., cum a Septuagesima Dominica incipiat, & singulis diebus sermones habeat usque ad 3. diem Paschatis; factumque est post *an.* 1470, quem annum ipsemet citat ibi in serm. 54. cap. 1., & ante mensem Augustum 1471., quo mortuus est *Paulus II*. Prodiit autem Venetiis an. 1582. in 8. m. per Octavianum Scotum, & antea ibidem an. 1473. in fol. per Vendelinum Spirensem, uti versus in fine hujus editionis indicant:

„ Vendelinus ego gentis cognomine Spiere
„ Roberti hæc caste purgata volumina pressi
„ Sedis Apostolicæ Romano Præside Sixto,
„ Magnanimo, & Venetum Nicolao Principe
„ Trono. MCCCCLXXIII.

Et ad calcem hujus *Quadragesimalis* habentur *tres Sermones* de Annunciatione B. Virg. Mariæ a superiore diversi; de prædestinatorum numero, ac damnatorum, & de catenis. Extat Opus Ferrariæ in Bibliotheca S. Franc., & forsan est illud *Quadragesimale Roberti de Licio*, quod prodiisse Basileæ an. 1473. scribit prædictus Orlandus de Orig., & progr. Typogr. par. 1. pag. 169.; eusum est postea ibidem anno 1490. in 4. per Jo:, & Gregorium fratres de Gregoriis una cum aliis hujus viri Sermonibus, & 1496. castigatum a Fr. Philippo de Rotingo Minorita typis Georgii Arrivabeni in 4., nec non eodem anno Basileæ. *Roberti Episcopi Aquin. Sermones Quadragesimales*. Venetiis an. 1479. in 4. per Franciscum Renner de Hailbrun ex cit. Orlando par. 1. pag. 30.; sed an *de pænitentia*, vel *de peccatis*, non exprimitur. *Prediche di Fr. Roberto* &c. prodierunt Mediolani anno 148.. in fol. per Leonardum Pachel, & Udelricum Scinzenzeler ex to. 1. Biblioth. Script. Mediolanen. Argellati col. 569.; sed ejus *Opus Quadragesimale* prodiit & Romæ an. 1472. per Conradum Sweinheim, & Arnoldum Pannartz in fol. Ejus *Quadragesimale* citatur a coævo autore Speculi Exemplorum editi per Richardum Paefroed Daventriensem anno 1481., & Coloniæ anno 1485. dist. 9. capite 9., & 112.

Sermones de Adventu incipientes: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit* &c. una cum *Sermonibus* de S. Joseph, de beatitudine, 7. de divina charitate, & 3. de immortalitate animæ prodierunt Venetiis an. 1479. typis Francisci Renner de Hailbrun cum superioribus *De timore judiciorum* &c., & an. 1482. in 4. m. per Octavianum Scotum, & 1490. in 4. per Joan., & Gregorium fratres de Gregoriis; & postea ibidem an. 1596. typis Georgii Arrivabeni a Fr. Philippo de Rotingo castigati; nec non eodem anno Basileæ ex cit. Orlando. Videtur extremum Opus ab hoc autore exaratum, nam in serm. feriæ 5. post 2. Dominicam Adventus asserit, jam *ann.* 1424. Judæos per varias mundi nationes dispersos vagari; quibus si addas 70. Christianæ æræ annos ante captam Hierusalem, dispersionisque Judaicæ initium, exurgit annus 1494. circiter, quo hæc autor scribebat: sed cum idem Opus prodierit an. 1482., ideo aliqua ei additio facta est.

Opera omnia dicuntur prodiisse Venetiis an. 1490. tribus tomis in fol. ex cit. Orlando; & Lugduni to. 1. typis Jo: Cleyn Alemanni an. 1513. Capita, & argumenta trium Operum ejus refert Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 63.; & Anonymus Minorita Hispanus confecit *Tabulam copiosam rerum notabilium in concionibus illustr. Fr. Roberti de Licio Minoritæ, & Episcopi Aquinatis contentarum*, quæ ms. servatur Matriti in Bibliotheca Conventus Reg. Observ. sub. K. num. 120. ex eodem pag. 27. n. 339., qui notat, in ejus fine legi: *Rogo, ut quantum pos-*

sis, legas, studeas, mediterisque, & fies sapiens.

De Sanguine Christi Sixto IV. dicatum Opus in fol., sed absque loco cum *tribus Concionibus de Annunciatione* ex Jo: a S. Ant.

Roberti Caraczoli de Litio Ord. Min. Collecta Magistralia de formatione hominis moralis. Nurimbergæ an. 1479. in fol. per Fridericum Creusner ex cit. Orlando par. 1. pag. 141.

Tractatum de Incarnatione Christi contra errores Hebræorum, quem Imbonatus in Bibliotheca Latino-Hebræa *Roberto de Lenrestria* Anglo adscribit, edidisse eum, volunt autores Diarii Veneti Literat. Ital. to. 13. art. 9.; sed forsan sunt 4. *Sermones de Incarnatione Christi*, qui habentur in Opere de *Laudibus Sanctorum* num. 3. 4. 5. & 6., quorum ultimus est contra errores Judæorum.

Tractatum scripsit *adversus separationem Min. Regular. Observ. a Minor. Conventual.*, cui respondit *Fr. Nicolaus Auximanus* anno circiter 1453., si verum perhibet Marianus apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 3. cap. 40.; erat enim in Jure Canonico peritissimus, ut ex ejus Sermonibus elucet.

Obiit in patria an. 1495. die 6. Maii ætatis suæ anno 70., hora noctis 3., teste Antonello Coningero scriptore coævo suis in Chronicis, in quibus eum dicit concionatorum principem, Paulum novellum, & annos 52. prædicatoris verbi divini munus implevisse, nec unquam erroris redarguium fuisse. Ad vitæ ejus integritatem, morumque probitatem contra invidos, detractoresque ipsius famæ non parum conducit, corpus ejus anno 1523., ac 28. ab ejusdem obitu coram Joanne Antonio Aquaviva Episcopo inventum incorruptum, & suavissime redolens, uti & an. 1699. die 3. Novembris coram Fabritio Pignatello Liciensi Episcopo; ut Julius Infantinus in Hist. Licien., & Dominicus de Angelis in ejus Vita anno 1703. Neapoli edita, iterumque anno 1710. in par. 1. Vitarum Literat. Salentin. tradiderunt. De eo etiam autores laudati Diarii Veneti Liter. Ital. to. 13. art. 9., qui adnotant, inscriptionem, seu *epitaphium* ad ejus tumulum versu expressum esse non posse *Hermolai Barbari*, uti scriptum reliquit Ughellus to. 1. Ital. sac. in Aquin. Episc. numero 35., & Waddingus hoc loco, cum Hermolaus ante Robertum obiisset an. 1493.; Marracius etiam in Biblioth. Mariana par. 2., & Toppius in Biblioth. Neapol. præter antiquiores Rodulphium, Gonzagam, aliosque multos eumdem celebrant: fuit enim Episcopus primum *Aquilæ* in Aprutio an. 1475., inde ad *Aquinatem* translatus anno 1477., ut alias ostendam; annoque 1483. vel 1484. *Liriensis* Episcopus a Sixto IV. pronunciatus est, sed retento Aquinate Episcopatu scriptionibus operam impendit, uti de eo etiam Waddingus in Annal. Min. ad an. 1485.

M M M C C C L X X V. 1764.

ROBERTUS CHAMBERLINUS = de quo ex Waddingo ad literam Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 60.

* ROBERTUS CLEPTONUS = V. *Thomas Cleptonus*.

M M M C C C L X X V I. 1765.

ROBERTUS COLMANUS =

M M M C C C L X X V I I. 1766.

ROBERTUS CONCIO = de quo Rodulphius lib. 3., & post eum Gonzaga, Willotus, & Possevinus in Appar. sac. to. 3., videturque scripsisse ineunte seculo XVI., atque is esse, quem idem Possevinus in Biblioth. selecta lib. 3. cap. 15. vocat *Robertum Gallum Minoritam*, qui in Magistrum Sententiarum scripserit. Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 61. ait, hunc citari a Jo: de Turrecremata par. 6. cap. 32. inter Minoritas pro sua opinione; sed ille citat sequentem *Conton*, quem putat eumdem esse.

M M M C C C L X X V I I I. 1767.

ROBERTUS CONTONIUS = scripsit non in *primum* tantummodo, sed

In quatuor libros Senten. Opus completum; quod extat ms. in Anglia Cantabrigiæ in Bibliotheca S. Petri vol. 75., in Aula Pembrochiana vol. 106., in Collegio Merton. vol. 11. 45., & 46., & in Collegio Magdalenæ vol. 146., & alibi ex to. 2. Bibliothecæ Bodlej. *In 3. & 4. Senten.* ms. in Biblioth. Collegi novi Oxonien. vol. 237. *Robertus in 2. Senten.* citatur a Joanne Canonico lib. 1. Physicorum quæst. 1. prope finem; hujusne, vel Eliphat, aut de Bastia, non satis novi; & Jo: Card. a Turrecremata tract. de Verit. Concept. par. 6. cap. 32., & post eum Gabriel Barletta Serm. de Concept., & Vincentius Bandellus de singul. Conceptu Christi citant hujus Doctoris *q. 9. libri tertii Senten.*; citaturque etiam a Roberto Liciensi in Serm. de Concept. B. V. cap. 3.

Commentaria eadem abbreviata incip. *Utrum Theologia sit scientia* mss. extant in Collegio Lincolnien. vol. 34. ex Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 61. In Florentina S. Crucis Bibliotheca scam. 35. versus Eccles. num. 402. extat codex ms. in fol. continens expositionem 4. librorum Senten. hoc initio: *Utrum ipsa veritas theologica propter suam evidentiam requiratur in viatore ad actum credendi* &c.; est liber copiosus, & desinit: *Ad 3. hoc non constabat ante passionem Christi*. Postea sequitur liber 2. Senten. incipiens: *Circa 2. librum quæro, utrum ex causalitate ultimi finis possit probari* &c.: & in fine legitur: *Explicit 2. l. in reportatione Chat.* &c.; estque multo minor primo libro. *Circa principium tertii quæro, utrum includat contradictionem* &c.: & in fine annotatur: *Explicit tertius super Sententias de reportatione Chaton*; & est etiam minor secundo. *Circa 4. librum quæro, utrum Sacramenta novæ legis auferant peccatum originale* &c.: in fine vero legitur: *Explicit 4. liber super Sententias de reportatione Chath.*; & est liber omnium brevissimus. Quare existimo, eum pro temporum more confecisse primo *Commentarios in 4. Senten. libros* copiose, & postea in eosdem brevius *Reportationes*, seu *Reportata*, uti loquebantur, & horum primum pertinere ad *Comment.*, alios ad *Reportat.*: & quidem Waddingus ex Anglis Scriptor. refert edidisse eum *Abbreviationes* in 4. libros Senten.

In Lecturam Roberti Cantoni scripsit Thomas Stravershanus Anglus Minorita, ut habet infra Waddingus in *Thoma Stravershano*; ejusque opinionem expendit Robertus Walsingham Anglus Carmelita ex Possevino in Appar. sac. v. *Robertus Walsingam*.

Conuton dicitur a Rodulphio lib. 3., aliisque pluribus. *Roberti Contani* Doctoris Theologi Cœnobii Rothomagen. alumni, & Guardiani Ebroicen. in Normannia an. 1381. meminit Wadd. ad an. 1270. n. 39.; sed forsan alius est.

M M M C C C L X X I X.

ROBERTUS CREYTHIUS Scotus Comitis Marche

chelensium filius vir doctissimus, ac in Theologia, sacrisque literis versatissimus e primis Reformatæ Relig. Min. in suo regno alumnis semel, atque iterum suæ provinciæ Præfectus, cujus quidem studio Jacobus S. Andreæ Antistes Cœnobium Minoritis excitavit an. 1458., ut literis mandavit Gonzaga par. 3., & ex eo Waddingus in Annal. Min. ad an. eumdem num. 40.; scripsit

Harmoniam 4. Evangelistarum, si fides est Dempstero lib. 3. Hist. Eccles. Scot. n. 327., qui & addit, obiisse eum Ipris in Belgio magna sanctitatis opinione, ac floruisse an. 1347.; sed reponendum 1447. Dempsterum secutus est Jacobus Le Long in Ind. autor. alphab., & in Bibliotheca sac. par. 2. cap. 16.

MMMCCCLXXX. 1768.

ROBERTUS CRUCIUS = *Crusius* ex Lelando, & Pitseo de Scriptor. Angl. dicitur a Waddingo in Annal. Minor. sub an. 1302. numero 10., *Crouche* vero *Monachus* a Possevino in Appar. sac. to. 3., ubi Institutum tacet: mortuus est apud Aquæpontanum agri Somersetensis apud suos Fratres humatus, de quo plura autor Historiæ Universit. Oxonien. to. 1. lib. 1. fol. 74. *Robertus de Cruce Magister Oxoniensis jacet Brigdewater*, inquit Catalogus Ministrorum provinciæ Angliæ apud Waddingum ad an. 1400. n. 36., & collocatur post *Joan. Pecham*, & ante *Willelmum de Geinesburgo*.

MMMCCCLXXXI. 1769.

ROBERTUS ELIPHAT = Josephum Pamphilum secuti Herrera to. 2., & Torellus in Secul. Augustin. ad an. 1340. hunc Ord. Eremit. S. August., & Parisiis Gregorium Ariminen. audivisse tradunt; Gandulfus tamen hunc minime Scriptoribus Augustin. accenset: sed eum Franciscani Ordinis extitisse sine dubio evincit autor ejus æqualis, vel certe suppar Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter Scriptores Ord. Min., & Confor. XI. in provincia Angliæ, ubi ex eorum numero asserit fuisse, quorum scriptis plenus erat Ordo Franciscanus. Autor quoque vetus Firmamentorum trium Ordinum edit. Paris. par. 1. inter Scriptores Ord. Min. & recenset, & *Doctorem Invincibilem* appellat; post hunc Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 9. cap. 24. ex antiquis Chronicis, Trithemio, & Mariano commemorat, & Pitseus in Scriptor. Angl. apud Waddingum in Annal. Min. ad an. 1334. n. 27. Scribit quidem pag. 443. cit. Pitseus a nonnullis traditum esse scriptis, eum in *Archiepiscopum Armachanum* assumptum fuisse, sed, ut puto, confundunt cum *Rodulfo Ebifac* Parisiensi Doctore, qui circiter an. 1234. eam dignitatem recusasse fertur.

Quæstiones super Magistrum Senten. incip. *Quæritur utrum commensuratio* &c. videntur potius *Quolibeta*, & *Quæsita varia*, quam *Comment. in Magistrum Senten.*

Magistri Alifas de Anglia Ord. Min. Lectura super 1. & 2. lib. Sent. incipiens: *Quia, ut habetur ex prologo, intentio Magistri versatur circa errorum destructionem* &c.: & finiens: *potest esse perplexus intus, & peccare, si aliquis teneatur ad impossibile*, extabat olim ms. Assisii in a. solario occid. Sacrarii Conventus S. Francisci ex veteri illius loci Inventario anno 1381. facto. Servatur nunc ms. pergam. in fol. in Tabulario dicti Conventus, & in fine codicis legitur: *Explicit 2. liber Alifax Ordinis Minorum Fratrum*; producitur que a Waddingo v. *Alifas de Anglia*; ejusque *Lecturam in Senten. libros* citat autor illorum temporum Dionysius Cisterciensis lib. 3. Senten. quæst. 5. articulo 3., quam in *Compendium* contraxit Fr. Philippus Kersbel Belga Ord. Carmelitani, qui Parisiis obiit an. 1485.; hujus *in 1. Senten.* citat Joan. Major in 2. Senten. dist. 16. q. 2., vocatque *Robertum Eliphet*.

Fr. Roberti Anglici Ord. Min. de Formalitatibus inter Ochanistam, & Scotistam. Init. *Quod verbis vituperii satis abundas* &c.; & in fine: *Explicit dialogus curiosus de Formalitatibus inter unum Dumsistam, & unum Ochanistam, quem composuit venerabilis Doctor Robertus Anglicus Ord. Minor*: an *Robertus Eliphat*, vel *Canton*, vel *de Cruce* nescio: extat Venetiis in Biblioth. Bess. in 4. membr. cod. 495. inter Miscellanea.

MMMCCCLXXXII. 1770.

ROBERTUS FININGHAMUS = Jo: a S. Anton. pag. 62. nudum nomen cum *Flamighami* cognomine refert, secutus Augustinum de Witte autorem minimi criterii pro Waddingo viro longe diligentiori.

MMMCCCLXXXIII.

ROBERTUS A S. JACOBO Lusitanus Regul. Observ. alumnus scripsit

Relationem suæ provinciæ Algarbiorum laudatam ab Arturo in Martyrol. Francisc. die 19. Januarii §. 10.

MMMCCCLXXXIV.

ROBERTUS DE LAMBORRONE Anglus pluribus in Ordine honorificis muneribus functis, a consiliis, & sacris Confessionibus Isabellæ Reginæ annis 16. astitit, & *aliqua scriptis* mandavit, quorum tituli fugerunt Angelum a S. Francisco, qui primus hunc inter Scriptores Minoritas accensuit, eumque secutus Joan. a S. Anton. pag. 73. De eo Waddingus ad an. 1343. n. 35.

MMMCCCLXXXV. 1771.

ROBERTUS LECCESTRIUS = al. de Leycestria, seu Lingoniensis, de quo Antonius Vood lib. 1. Hist. Universit. Oxonien. pag. 75. sentit ante an. 1348. obiisse; quod *Computum* an. 1294. Richardo Swinefeld Episcopo Herefordiensi nuncupaverit, ut ipse ex cap. 7. ejusdem Operis ms. duci scribit; & lib. 2. cap. 70. advertit, circa an. 1320. fuisse eum Oxonii Balliolensis Collegii *Procuratorem*: de eo Pitseus, Le Long, aliique plures.

Comment. in 3. librum Senten. ex Bernardino de Bustis apud P. Salazarium sec. 14., Petrum de Alva col. 1382. Militiæ v. *Rupertus*, & Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 65., qui etiam scribit

De Computo Ecclesiastico incip. *Computus est scientia numerationis* &c., extare Toleti in Bibliotheca Ecclesiæ pluteo 22. numero 12. Imbonatus in Bibliotheca Latino-Hebræa huic etiam adscribit

Tractatum de Incarnatione Christi contra errores Hebræorum, quem alii volunt esse *Roberti Caraccioli* Liciensis Episcopi Aquin.; sed potuit uterque idem argumentum tractasse.

Hunc primum *Kalendarium Hebræum*, & *temporum computationes* emendasse notat Petrus de Alva *principio* 11.

MMMCCCLXXXVI. 1772.

ROBERTUS MASSIER = ex Rodulphio lib. 3, aliisque post eum; sed Possevinus in Appar. sac. to. 3. dicit *Messier*, & rectius gallice: anno 1520. erat Monasterii Longicampi Clarissarum prope Parisios Confessarius, composuitque *Of-*

Officium B. Isabellæ S. Ludovici Regis sororis illius Monasterii fundatricis, testibus Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 31. Augusti in Comment. prævio ad Vitam B. n. 49. Ejus

Sermones prodierunt Parisiis an. 1531. in 8. apud Joan. Andream Brocardum ex cit. Possevino; & ibidem 1524. in 4. per Claudium Chevallon ex Joan. a S. Anton. pag. 65.

Conciones quadragesimales italico sermone ad Fernandum Regem Neapolitanum, quas huic adscribit Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 65., sunt superioris *Roberti Caraccioli* Liciensis, ut & ibi notavi.

M M M C C C L X X X V I I. 1773.

ROBERTUS REGNAUD =

M M M C C C L X X X V I I I.

ROBERTUS Rex NEAPOLIS, & S. Ludovici Episcopi frater annis octo ex Simone de Kaza in Chron. Hungar., vel *decennio* ex Joan. Villano lib. 10. cap. 226., & Thuros cap. 97., ac Bonfilio dec. 2. lib. 9. ante mortem de abdicando sceptro, Minorumque Fratrum suscipiendo Instituto cogitaverat; sed cum multæ de regni administratione occurrerent difficultates, regnique Proceres summopere obstarent, ut aliquo modo quod in optatis erat obtineret, intra regium palatium amplum in interiori recessu Sacellum constituit, in quo XII. Fratres Ord. Min. divina persolverent Officia, quibuscum ipse crebrerrime conveniebat, & nocte etiam media ad Matutinum surgebat Minoritico indutus habitu. Monasteria aliquot Sororibus, & Fratribus construxit: amplissimam cum magnæ molis campanis S. Ludovico Episcopo germano fratri Franciscano Cajetæ Ecclesiam dicavit. Loca Sancta Hierosolymorum Fratribus impetravit, domicilia ibidem construxit, & victum, vestitumque ministravit. Tandem extrema tentus infirmitate non *octiduo*, ut aliqui scripserunt, sed XVIII. *dies*, ut autor suppar Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. tam in editis, quam in mss. codd. habet, ante mortem Minorum habitum suscepit ex manibus Ministri Terræ laboris, & coram eo decumbens solemnem Religionis emisit professionem. Obiit anno 1343 mense Januario die 16., & publice in paupere veste Franciscana celebratis solemniter exequiis sepultus est in Monasterio Clarissarum Corporis Christi Neapoli a se, suaque uxore Sancia ad miraculum magnifice constructo cum duplici marmorea statua, ac epitaphio: quippe qui fuerat Princeps Philosophicis, Theologicis, & Mathematicis, aliisque liberalibus disciplinis illustris, quem omnes Historici laudant tum a pietate, tum a prudentia, tum a rebus præclare gestis, & regno 33. annis, & 8. mensibus prudentissime administrato, tantaque sapientia, ut alter *Salomon* sit appellatus a Baldo in l. 3. cod. *de suis, & legit.*, ac Jasone tex. *Is post.* ff. de acquir. hæred. Scripserat autem

Officium S. Ludovici Episcopi Tolosani sui fratris incipiens: *Tecum fuit principium, Beate Ludovice*; cujus exemplar legitur in pluribus antiquis Breviariis mss. Asisii, & Romæ apud nostros extantibus, & ms. penes se habuisse Waddingus scribit in Annal. Min. ad an. 1343. n. 7., ubi & narrat, eo anno in Comitiis Gen. Massiliæ coactis decretum, ut die S. Ludovici Episcopi prædictum Officium caneretur; quod ex Chronicis antiquis Ordinis tradit & Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 8. cap. 49.: nec non circa an. 132..

Tractatum de Christi, & Apostolorum, ac eos præcipue imitantium Evangelica paupertate incip. *Cum nobis ad Curiam venientibus, audiremus, quod vulgariter fingitur, quæstionem, quæ quæritur, utrum dicere, Christum, & Apostolos habuisse aliquid in communi, sit hæreticam &c.*; qui ms. extat Parisiis in Bibliotheca Colbertina cod. 506. inter *tractatus* diversorum autorum, qui de hac re sub Jo: XXII. scripserunt, teste Casim. Oudino to. 3. Comment. ad an. 1330. in *Guidone Terreni*.

Epistolas plures, & doctas; quarum unam *latinam ad Florentinos* anno 1333. datam consolandi eos causa refert Joan. Villanus lib. 11. cap. 3. in hetruscum idioma conversam.

Franciscus Petrarcha Principi familiaris nobile ei struxit *epitaphium*, quod & legere est apud cit. Waddingum n. 15. an. 1343., & lib. 3. cap. 3. Rer. memorab. cum fuisse dicit pietate, justitia, ac doctrina insignem, *sacrarum Scripturarum peritissimum, Philosophiæ charissimum alumnum, Oratorem egregium, incredibilem Physicum; Poeticam autem nonnisi summatim attigisse*: quo ruere videtur id, quod Fridericus Ubaldinus tradidit, sensitque, eum scilicet composuisse

Tractatum de virtutibus moralibus carmine italico; qui & sub ejus nomine typis vulgatus fuit Romæ an. 1642. in fol. typis Grignani a Com. Friderico Ubaldino Florentino; sed Marius Crescimbenius par. 2. vol. 2. lib. 2. num. 22. Poes. Ital. dicit esse Gratioli Bambagioli Bonon., de qua re tamen videant alii: hunc solum tractatum memorat Joan. a S. Anton. to. 3. in append. Illud dumtaxat addam, Sanciam Reginam ejus uxorem in epist. an. 1334. *Fratribus Minoribus* Asisium accedentibus datam, quam recitat etiam Waddingus in Annal. ad eum annum num. 32., asserere, *Robertum Hierusalem, & utriusque Siciliæ Regem ordinatione Dei, & B. Francisci habuisse omnes virtutes, quæ decebant ipsum, sapientiam, & scientiam, plusquam sciatur a tempore Salomonis de aliquo Principe mundi; & scientiam istam didicit a Fratribus Ordinis, ad hoc ut defenderet Ordinem B. Francisci* &c.

M M M C C C L X X X I X. 1774.

ROBERTUS ROCHFORDUS = composuit etiam

Narrationem de Martyrio Mauritii Kenrelhtini Hiberni; ut ipsemet Waddingus habet infra in indice *Sciptor. Vitar. SS.*

M M M C C C X C. 1775.

ROBETUS ROQUES =

1776.

ROBERTUS DE RUSSIA = est *Robertus de Bastia* Aquitanus, de quo dictum est supra, sic mendose *de Russia* vocatus a Jac. Philippo Bergomate lib. 13. Supplem. sub an. 1268., & a Trithemio in Script. Eccles. *Rupertus de Rusia* sub an. 1270., & postea ab aliis diversimode juxta diversos codices depravatos.

M M M C C C X C I.

ROBERTUS STUARTUS regio Scotorum sanguine natus, ac Jacobi II. Scotiæ Regis consanguineus, cum in illud regnum Franciscanæ Religionis reformatio XV. seculo penetrasset, nomen illi dare constituit, in eaque tanta vitæ integritate, ac morum sanctitate floruit, ut prophetiæ dono præ ceteris illustratus asseratur; qui & certum sui exitus diem, & futuram regni Scotiæ calamitatem longe ante prædixit, quemadmodum legimus apud Gonzagam par. 3., & Waddingum in Annal. Min. ad an. 1452.,

1452., quo circiter creditur obiisse; ac reliquisse in scriptis

Vaticinia de rebus Scoticis lib. 1., quæ etiamnum circumferuntur, inquit Thomas Dempsterus lib. 17. Hist. Eccles. Scot. n. 1044., de eoque & Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 27. Maji.

MMMCCCXCII.

ROBERTUS TURNEHAMUS Anglus Londinensis Theologus, & verbi Dei prædicator eximius floruit sub Eduardo Rege Angliæ anno 1280., ac *complura monumentis* tradidisse fertur a Lelando, & Pitseo de Scriptor. Angl. apud Waddingum in Annal. Min. adden. ad to. 1. sub an. 1270.; sed quæ fuerint ea, quæ scripsit, illorum nemo prodidit. *Turnclanius* corrupte dicitur a Jo: a S. Anton. pag. 65. ex August. de Witte.

MMMCCCXCIII.

ROCHUS MAMEROLIUS Belga, ut conjicio, scripsit, & vulgavit

Conciones in Jonam. Virduni an. 1578., & 1579. in 8., teste Crouveo in Elencho in sac. Script. pag. 312. apud Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 65.; miror tamen ab Auberto Miræo non referri.

MMMCCCXCIV.

RODERICUS ALVAREZ Hispanus Regul. Observ. alumnus, provinciæ, ut mihi videtur, XII. Apostolorum in Peruviano regno scriptis tradidit complura

Pro Immaculata Conceptione Virginis, & *Carmen de eodem mysterio* vulgavit Limæ an. 1631. in 4., teste Petro de Alva col. 1376. suæ *Militiæ*.

MMMCCCXCV.

RODERICUS A DEO Lusitanus in oppido Britiandæ dioeces. Lamegensis natus, provinciæ Arrabidorum Discalc. alumnus Magistri Noviziorum, Definitoris, ac Provincialis Ministri munia religiosissime exercuit, scripsitque

Tractatum graduum devotissimos hymnos de passione Domini, quos frequenter memoriæ tradunt Juvenes Lusitani, complectentem. Ulyssipone an. 1618. in 8. typis Craesbeeck, lingua lusitana; uti etiam

Causas spirituales ad Sacerdotum directionem. Ibidem 1674. in 8. apud Anton. Craesbeeck de Mello; cui additus fuit *tractatus de Oratione Alphonsi de Medina* ejusdem Instituti.

Obiit anno 1622. kal. Febr. non sine sanctitatis opinione: deque eo agunt Nicolaus Anton.; Balthassar Medina, & Joan. a S. Antonio, præter Cardosum to. 1. Agiol. Lusitani, Anton. a Pietate to. 1. Chron. prov. Arrabid. lib. 5. c. 24.

MMMCCCXCVI. 1777.

RODERICUS A PORTILLO = Regul. Observ. Procurator Gener. in Urbe, ac S. Inquisitionis Censor edidit hispanice

Tractatum de Christo, & Maria &c. Octoduli anno 1630. in fol. typis Hieronymi Murillo.

Orationem funebrem in obitu D. Joannæ de Corduba Ducissæ de Frias. Matriti 1624. in 4. ex Typographia Regia.

Orationem funebrem in exequiis Philippi III. Hispaniarum Regis. Ibidem 1626. in 4. ex Jo: a S. Anton. V. *Ioannes de Rada*, cujus 3. partem *Controversiarum Theologicarum* evulgavit.

MMMCCCXCVII. 1778.

RODERICUS QUINTIANUS = Hispanus forsan ex nomine; est tamen *Quintianum* oppidum Insubriæ inter Cremonam, & Brixiam; fuit & familia *Quintiana* apud urbem *Aquæ* in Liguria, vel Insubria an. 1600. Typographiam exercens; sed Waddingus hunc adscripsit Catalogo *Scriptor. ignotæ regionis*, ut infra in indice *Nationum*; & quidem autor Biblioth. Hispanæ hunc non habet.

MMMCCCXCVIII.

RODERICUS DE RIBERA Andrade Hispanus provin. S. Jacobi in Salmantino Cœnobio juvenum studentium moderator edidit

Concionem de Pervigilio Nativitatis Domini vernaculo idiomate. Vallisoleti 1634. in 4. per Hieronymum Murillo ex Joan. a S. Anton.

MMMCCCXCIX.

RODERICUS DE SANTJAGO Lusitanus provinciæ Algarbii scripsit vernacule

Historiam provinciæ Algarbiorum Ordinis S. Francisci de Observantia, quam nondum typis editam citat non semel Georgius Cardosus in Agiologio Lusitano vol. 2. die 15. Martii h., & die 23. April. p. 695., ac vol. 3. die 10. Junii pag. 628. apud autorem cit. Biblioth. Hisp.

MMMCD. 1779.

RODULPHUS DE BRIBACO = al. *Bibracho*, & Bibaco, al. Biberaco urbe in Svevia in Algovia ad amnem Russam 3. leucas ab Ulma distante versus Constantiam, & provinciæ Argentinæ, cujus

Liber de 7. itineribus æternitatis S. Bonaventuræ adscriptus prodiit primum Argentinæ anno 1495., postea Venetiis an. 1504., deinde semper inter *Opuscula* Seraphici Doctoris; sed huius Sancti non esse, ostensum est supra in *S. Bonaventura* ex Joanne Gersone autore coævo. Oudinus to. 3. Comment. cap. 13. de Opusculis S. Bonaventuræ num. 44. non alia de causa S. Doctori hoc Opusculum abjudicat, quam ob barbariem, & inauditam, inquit, *manerii* vocem, quam hic scriptor ubique usurpat: sed immerito, & imperite, nam ea voce illis temporibus trita usus est Innocentius II. Epist. 32. Petro Cluniacensi Abbati, ac Monasterio data in Concil. Collectione, Nicolaus IV. Bulla 1. apud Waddingum an. 1288. data J. tit. S. Cæciliæ Presbyt. Card. Apost. Sedis Legato pro Monasterio Clarissarum S. Marcelli prope Parisios, Ægidius Tebaldi Parmensis Medicus in translatione Comment. Haly Heben Roden super Ptolomæi Quadripartito Opere, quam Alphonsi X. Regis Castellæ, & Rom. Regis rogatu de hispano in latinum fecit tempore S. Bonaventuræ, Petrus de Apono in Comment. super Problem. Aristotelis, Theologi Parisienses an. 1332. in determinatione sententiæ de *visione beatifica* apud autorem Histor. Universitatis Parisien. sec. VI., nec non Richardus de Bury Episcopus Dunelmensis in fine sui *Philobeli* an. 1344. completi. Vocem etiam *apportare* improbat Oudinus, sed magna etiam ignoratione styli illorum temporum, cum eam S. Bonaventura adhibuerit in *Legenda* S. Francisci mirac. 16., & Joannes XXII. in Bulla Canonizationis S. Ludovici Episcopi anno 1317. edita. Hujus etiam est

Opusculum de 7. donis Spiritus Sancti, quod itidem adscriptum legitur *S. Bonaventuræ* in editionibus Argentinen. an. 1495., Veneta 1504., aliisque posterioribus Opusculorum dicti S. Doctoris; cum in hoc superius Opusculum citetur; cap. enim 3. inquit scriptor: *de his sensibus spiritualibus plenius dicitur in tractatu de Itineribus æternitatis cap. 6.*; & quidem stylus idem est utriusque, doctrina, & eruditio eadem. Carpit cit. Oudinus cap.

10. n. 9. in hoc Opusculo voces *dationis*, *ramificatur*, & quasdam alias; sed prima legitur non semel in legitimis S. Thomæ Operibus, & secunda pluries occurrit in S. Bonaventuræ Breviloquio cap. 4. 5. 6., & alibi, ut & reliquæ, quæ minoris sunt momenti. Ceterum utrumque *Opusculum* doctum est, & insigne, & quocumque viro pietate, atque doctrina non vulgari prædito dignum. *De Bibraco Itinerarium mentis in Deum* (videtur idem, ac de *7. itineribus aeternitatis*); & *Tractatus de donis Spiritus Sancti* habentur mss. in pergameno Viennæ Austriæ apud nostros ex pluries cit. Indice an. 1593. scripto, & Romæ asservato, pag. 46., ubi mendose dicitur *Landulphi de Bibraco*.

Rodulphus Minister provinciæ Germaniæ superioris, seu Argentinæ erat anno 1332. ex Waddingo ad eum annum n. 10.; & alius an. 1358. ex Bulla 56. Innocentii VI. apud cit. Waddin., & *Rodulphus Vicedomini* Custos Basileensis anno 1339. ex eod. Wadd. num. 4.; nescio an istum appellent. Demum *Rodulphus* quidam sac. Theolog. Doctor, & Minister provinciæ Aquitaniæ vir præstantissimus obiit Tolosæ an. 1361., vel paulo post tempore magnæ pestis ex antiquis Ordinis Chronicis apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 9. cap. 23.; sed ille erit forsan *Rodulphus de Cornaco* sac. Theol. Magister apud Waddingum ad an. 1352. num. 16.

M M M C D I.

RODULPHUS COLEBURGUS Anglus, de quo Waddingus in Annal. Min. ad an 1270. num. 35., in Academia Oxoniensi Adamo Mariscano ejusdem Instituti successit Lector sacræ Theologiæ, ut scribit idem Waddingus supra in *Adamo de Marisco*, ubi pollicetur, se de hoc acturum suo loco; cujus tamen hic oblitus est mentionem facere: ejus autem ex Joanne Lelando de Scriptor. Anglis meminit Rodulphius lib. 3. fol. 333., aitque post Oxoniensem rexisse eum Cathedram Parisiensem circa annum 1260.; in Oxoniensi vero Gymnasio successorem habuit *Eustachium Normavillum* ex Ecclestono, & Lelando, ut v. *Eustachius* testatur Waddingus, & *aliqua suæ doctrinæ monumenta posteris reliquit* ex eisdem Ecclestono, & Lelando, & Pitseo.

Alium *Rodulphum*, nempe *Elifac* Anglum in sacra pagina Magistrum una cum *Rodulpho Episcopo* Herfordiensi circa tempora Gregorii IX. Ordinem S. Francisci ingressum perhibet Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter Doctores, Scriptoresque Ord. Min., aitque *orbi scientia perlucentes Ordinem ingrediendo scientia, & vita Anglicos imbuisse*. Scripsisse autem putantur

Commentarios in 4. Senten. Libros; & alia, quæ temporum injuria excidisse possunt.

Hic fortassis est ille *Rodulphus*, qui an. 1233. una cum *Haymone* Anglo, postea Ministro Gener., & duobus Ord. Prædicat. Theologis Legationem CPolitanam obiit in causa fidei, & unionis utriusque Ecclesiæ, ut dictum est in *Haymone*. Fr. *Rodulpho* Anglico scripsit Innocentius IV. an. 1247. apud Waddingum num. 69. Reges. Pont. De eo sub v. *Radulfus*, & *Rodulphus*, quasi de duobus cum errore agit Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 31., & 67.

M M M M C D I I.

RODULPHUS ERPHORDIENSIS Episcopus in Anglia dignitate abdicata ob eam causam, quam ex priscis Ordinis Chronicis refert & Bernardus a Bessa apud Waddingum ad an. 1234. n. 14., & Marcus Ulyssiponen. Chron. S. Francisci par. 2. lib. 1. cap. 13., circa tempora Gregorii IX. Institutum Minoriticum amplexus, cum sacræ Theologiæ, Decretorumque Doctor esset, ac orbi scientia perluceret, literis, moribusque Anglos instruere sategit, ut habet laudatus Pisanus Confor. VIII. par. 2. de Scriptoribus, & Magistris Ord. Min. verba texens. Habet hunc & Rodulphius libro 3. inter Scriptores Ord. Min. fol. 333., sed quidnam scripto tradiderit, nemo nobis edisserit.

Alius *Rodulphus*, al. Radulphus de Meyndesteyn Theologus celebratissimus an. 1234. factus fuit Episcopus Herefordensis in Anglia sub Cantuarien. Archiepiscopo, & post plura præclare ea in Ecclesia patrata sese Franciscanis aggregavit an. 1239., decessitque ex hac vita mortali an. 1244., ex illius Ecclesiæ Catalogo: de eo etiam agit S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 1., Augustinus a Witte, ac Jo: a S. Anton. pag. 67., sed nude prorsus.

* RODULPHUS RODIMPTON = V. supra *Radulphus Radiptorius*.

* RODULPHUS LOKESLEY = V. supra *Ranulphus Lokrslieus*.

M M M C D I I I.

RODULPHUS OFFUALTER laudatur a Tesserio pag. 285. sui Catalogi velut autor

Libri de Scriptoribus Ordinis Minorum excusi anno 1559. in 4., inquit Jo: a S. Anton. cit. pag. 67. to. 3.

M M M C D I V.

ROGATIANUS PARISIENSIS Ord. Capuccinor. concionator florebat anno 1622., qui 18. annos natus summi Theologi famam sibi conciliavit, cum tenacissima memoria præstans Divi Augustini, & S. Thomæ Opera fideliter, & accurate in promptu haberet, ut si amissa fuissent, exacte ea potuisset recudere.

Plura coscripsit, reliquitque post se, quæ quia inscriptionibus carebant, Dionysius Genuensis minime inseruit in sua Capuccinorum Bibliotheca, ut scribit cit. Jo: a S. Anton.

M M M C D V. 1780.

ROGERUS BACCONUS = Antonius Vood in Hist. Antiquit. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 15. & 136. asserit, hunc ortum generosa familia, patria Somersetensem Ilcestriæ usum præceptore Edmundo Archiepiscopo Cantuarien., non Richardo Fitzacrio Dominicano (qui *Roberto Bacconо* Rogerii fratri germano Ord. Prædicat. familiaris, & præceptor fuit): circa an. 1240. Franciscanis nomen dedisse; obiisseque Oxonii anno 1292. al. 1294., (ut habet etiam Caveus, & Samuel Jebb), non 1284., ut habet Pitseus, aut numeris transpositis legitur apud Lelandum; idque ex Rosso lib. *de Regibus* pag. 91., & Thoma Rodboumo in Hist. ms. pag. vero 120., qui summis eum effert laudibus, & illius ævi *Aristarchum* appellat; pag. 138. advertit Bacconum primum de *emendando Kalendario* ad Clementem IV. an. 1267. variis tractatibus ratione exposita excogitasse, Paulumque Midleburgensem in sua *Paulina* plurima ab eo suffuratum fuisse; primum etiam certum *Passionis Christi diem*, nempe 3. *Aprilis* æræ vulgtum 33. docuisse, quem deinde secuti sunt. Paulus Burgensis, Tostatus, Jo: Lucidus, Scaliger, Calvisius, Langius, Mullerus, Perrerius, Vecchiettus, Usserius, Joan. Stadius, Gerardus Mercator, Graudamus, Labbeus, Ricciolus, Tillemontius, Lamius, Natalis Alexander, Savionus, Bailletus, autor Chronol.

nol. sanctæ, & alii multi, ut est apud Pagium in Crit. Baron. ad annum Christi 32. n. 6. & seqq. Ab hoc ipso Rogerio *Dioptrica* excepisse Cartesium notavit P. Daniel Huetius in censura Philosophiæ Cartes. cap. 8. n. 8.; & Jo: Picus Mirandulanus in Orat. iis accenset, qui *Magiam naturalem* olfecerunt. De hoc scriptore agit cum laude Jo: Christophorus Heilbrouner in *Hist. Matheseos universæ* lib. 1. cap. 25. §. 483., Gulielmus Cavus in Hist. Rei literariæ, aliique Angli Scriptores, & postremo Casimirus Oudinus to. 3. Comment.

Sermonum, seu concionum lib. 1. ex Lelando.

Commentarii in Magistrum Senten. mss. extant in Bibliotheca Jacobæa cod. 447. ex Catalogo mss. codd. Eccles. Angliæ Cathedr. n. 8169.

Compendium studii Theologici post an. 1290. elaboratum in duas partes divisum ms. in Bibliotheca Caroli Theyeri cod. 6. ex cit. Catalogo mss. num. 6376., ubi cod. 5., & 6. habetur seorsum *pars 4. & 5. Compendii studii Theologici*.

De vitiis contractis in Theologia in Bibliotheca Bodlej to. 1. fol. 86. cod. 1791. num. 190. *De peccatis Theologorum* fragmentum ms. adducit Ant. Vood cit. lib. 2. pag. 60.

Varii tractatus de sapientia divina ostendentes, quomodo Mathesis, & Grammatica Theologiæ inserviant, extant in Collegio B. Mariæ prope Vintoniam cod. 27. inter mss. codd. Eccles. Cathedral. Angliæ n. 1364.

De sacra Scripturæ profundis mysteriis in cod. ms. Hospitii Grayensis apud Londinum cod. 22. in 4. ex Bibliotheca sacra, & cit. Catalogo mss.codd. Eccl. Cathed. Angl.

Tractatus Baconis de veritate Theologiæ in 7. partes distributus ms. in Bibliotheca Bodlejana cod. 7. n. 3. ex Catalogo ejusdem Bibliothecæ.

Epistola de laude Scripturæ extat ms., ex qua Warthon plura recitat.

Fragmenta Rogeri Baconis ad Clementem Papam, in quibus de vulgata editione sacrorum Bibliorum, multaque etiam de versionibus græcis, & de Exaplis Origenis, mss. in Bibliotheca Kenelmi Digbai cod. 218. inter cod. mss. Biblioth. Bodlej n. 1819. Horum magna pars edita est apud Humphredum Hody lib. 3. par. 2. cap. 11. de textibus Bibliorum originalibus. Forsan est opus, quod Henricus Warthon to. 2. Angliæ sacræ pag. 344. vocat *De laude sac. Scripturæ ad Clementem PP. MS.*, cujus & cap. 31. adducit.

Tractatus in Psalterium Rogeri Bacon ms. in Biblioth. Bodlej cod. 7. num. 4.; eum recenset & Jacobus Le Long in sua Bibliotheca sacra num. 622. ex Lelando, qui eidem Rogero adscribit etiam

Vitam S. Edmundi Archiepiscopi Cantuarien.; sed utrumque Opus dicitur esse *Roberti Baconis* Ord. Prædicat. ex Pitseo apud Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædicat.

Opus majus ad Clementem IV. Pont. Max. scriptum an. 1267., ut idem habet par. 4. dist. 4. cap. 15. p. 128. edit. 2., vulgavit primum Samuel Jebel Anglus Londini an. 1732., & postea Venetiis recusum an. 1750. in 4. apud Franciscum Pitterum a Minoritis cum notis, præmisso prologo galeato, in quo autorem vindicant a nonnullis calumniis. Opus in sex partes dividitur:

In prima agit *de 4. causis ignorantiæ humanæ* incip. *Sapientiæ perfecta consideratio* &c., & capitibus 16. conflatur. *De quatuor universalibus causis totius ignorantiæ humanæ* ms. extat in Biblioth. Collegii S. Trinitatis Dublin. cod. 81. B. ex Catalogo mss. codd. Biblioth. Hibern. n. 221.

In 2. parte agit *de sapientia perfecta* 8. cap. incip. *Relegatis igitur quatuor causis*. Habetur autem *de sapientia perfecta tractatus* ms. cod. 81. Collegii cit. S. Trinitatis ex eodem Catalogo num. 221.

In 3. *de utilitate, & necessitate Grammaticæ* incip. *Declarato igitur*: extatque ms. ibid. cod. 81. ex cit. Catalogo num. 221.

In 4. *de utilitate, & potestate Mathematicæ* incip. *Manifestato, quod multa*; dividiturque in plures distinctiones, & capita, & in 4. distin. cap. 15. exhibet non exiguum specimen *Geographiæ*. *De potestate Mathematicæ, & mundo* extat ibid. cod. 81. ex cit. Catalogo. *De potestate Mathematicæ*, & alia *Opera* mss. sunt in Bibliotheca Basileen. ex Catalogo Montfaucon pag. 629.

In 5. agit *De Perspectiva*, ejusque potestate incip. *Propositis radicibus* &c.: & in tres partes dividitur, quas puto easdem esse cum *Perspectiva singulari; distincta; & continua*, relatis a Waddingo; hisque subjungitur *tractatus de multiplicatione specierum* incip. *Primum igitur capitulum* &c. *Tractatus de perspectiva* tripartitus ms. extat Toleti in Biblioth. Ecclesiæ plut. 22. num. 9. incip. *Auctores quidem multi tractant de hac scientia* &c., ex Joan. a S. Anton. in Append. to. 3. *Perspectiva* cum aliis extat Florentiæ in Biblioth. Riccard. sub L. 11. cod. membran. in fol. n. 2. sine autoris nomine ex Indice ejusdem pag. 343. *De Perspectivis, & multiplicatione specierum* ms. in Biblioth. cit. Collegii S. Trinitatis cod. 81. ex eodem Catalogo, & in Bibliotheca Lumlej. *Rogeri Baconis Perspectiva, & de speculis* ms. extat inter codd. Biblioth. Bodlej. cod. 149. n. 2932.; ejusdem *Perspectiva, & de multiplicatione specierum partibus* 6.; *de multiplicatione specierum, seu de speculis* habetur inter codd. mss. Eccles. Angl., in mss. codd. Henrici Savilii, Samuelis Papisii, Thomæ Bodlej, Caroli Teyeri, & in aliis pluribus Bibliothecis, ut legere est apud Oudinum to. 3. Comment. ad an. 1240., qui & notat, in Biblioth. Bodlej. Oxon. n. 1678. in cod. 77. Kenelmi Digbæi extare *Rogeri Baconis perspectivam cum figuris, & alia problemata, aliaque ad medicinam spectantia*. *Perspectiva cum specalis mathematicis* edita est Francofurti an. 1614. in 4. ex Indice Biblioth. Barber.; de quo consuli potest P. Claudius Millet de *progres. Matheseos* c. 8.

In 6. denique parte agit *de scientia experimentali* incip. *Positis radicibus sapientiæ*; extatque ms. in Biblioth. cit. Collegii S. Trinitatis Dublin. cod. 81. cum 5. aliis partibus ex eodem Catalogo, & Oxonii in Biblioth. Collegii Universit. C. cod. 19. inter mss. codd. illius Universit. n. 48.

De impedimentis sapientiæ ms. in Bibliotheca Cottoniana cod. 8. sub effig. Galbæ A. num. 1. In *Rogerino minori* infra agitur *quarto quæ sint impedimenta Sapientiæ*; hujusque Operis posterior pars in cit. Cotton. codice *Grammaticalem* continet *linguæ græcæ institutionem*.

De situ orbis ms. in dicta Biblioth. Cotton. cod. 1. n. 6. sub effig. Othon. D. hoc titulo: *Tractatus Fratris Rogeri Bacon in 4. parte Mathematices de situ orbis*; ita & in ms. Cantabrigen. Colleg. S. Benedicti cod. 192. n. 2.

De

De regionibus mundi lib. 1. in eodem Collegio.

De situ Palæstinæ lib. 1., & *de locis sacris* forsan idem liber, de quo & Joan. Gherardius Vossius lib. 2. de Hist. Latin. cap. 61., & ex Pitseo Le Long in Blioth. sac. n. 628.

De rerum mirabilibus, al. *de rerum miraculis lib.* 1. forsan ille inscriptus *Radix mundi* in Biblioth. Bodlej. to. 1. fol. 83. cod. 1734. num. 133.

Epistola ad D. Bonaventuram, vel *Epistola trium quæstionum ad S. Bonaventuram*: inter *Opuscula* enim hujus S. Doctoris illud extat *de tribus quæstionibus ad Magistrum innominatum epistola*, seu responsum, quem fuisse *Rogerum Bacconum* ex vetusto ms. notavit Waddingus supra in *S. Bonaventura* pag. 68.; sed error est, cum ille *Magister* nullius fuerit Instituti Regularis, ut ex illis eruitur.

Epistolæ Rogeri Baconi notis illustratæ prodierunt Hamburgi an. 1618. in 8.

Ad Clementem PP. IV. lib. 1. incip. *Sanctissimo Patri Domino Clementi*, sunt varii *tractatus*, in quibus emendandi *Kalendarii* rationes exponit, ut habetur ex autore Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 138.

De utilitate scientiarum ms. in Biblioth. Cotton. sub effig. Julii D. cod. 5. num. 4. incip. *Sapientiæ perfecta consideratio* &c.; extat & ms. inter codd. Digb. sub titulo *Opus majus* ex cit. autore Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 139., unde videtur vel eum illo esse connexum, vel pertinere ad *Rogerinam majorem*, de qua infra.

De mirabili potestate artis, & naturæ, & nullitate magiæ per modum epistolæ ad Gulielmum Episcopum Parisiensem est forsan, quod Pitseus apud Waddingum ait *contra Necromanticos*; prodiitque Parisiis an. 1542. in 4., postea Basileæ anno 1593. in 8., Oxoniæ 1594. per Joseph Barnesium, Hamburgi anno 1608., & 1618. in 8., & Argentorati in volumine 5. *Theatri Chemici* cum notis an. 1622. in 8., & anno 1660. cura Jo: Dee. Londinen., & alibi alias. *Epist. de Secret. artis, & naturæ* extat in Collect. Philosoph. Anglic. to. 1. observat. 4. Pegel in Thesauro Rerum select. par. 3. Huic epistolæ illud objiciunt, asserere eum, *transactis annis Arabum sexcentis, & duobus* (& alibi 603.) *rogasti me* &c.; quibus ajunt innui scripsisse an. 1205., & 1206.; verum cum fateantur, autoris codices plerumque scribarum inscitia, ac negligentia vitiatos, & temporis edacitate mancos, potuit eo loci aliqua temporis nota deesse, aut exscribi mendose; aut etiam Arabum æram alio calculo iniisse, ac recentes Scriptores faciunt. In hoc *tractatu* immerito traducitur autor a Petro le Brun libro 1. de cognitione, seu judicio effectuum naturalium &c. cap. 7. num. 6., quod scripserit, Julium Cæsarem per littus maris gallici deprehendisse ingentibus speculis dispositionem, & situm castrorum, & civitatum Britanniæ Minoris, seu Armoricæ, cum per tubos nunc, & telescopia recentiorum in cœlo complura incredibili in distantia clare conspiciantur, & cum Britannia illa sita sit ad mare, cujus in littore montuoso non apparet, cur nequiverit Julius Cæsar per specula ingentia dicta objecta dispicere.

Descriptiones locorum mundi ms. in Bibliothe. Caroli Theyeri cod. 16. ex Catalogo mss. codd. Eccles. Anglican. num. 6376.

De occultis operibus naturæ videtur idem cum superiori *de mirabili potestate artis, & naturæ* &c.

Summa Grammaticalis ms. Cantabrigiæ in Biblioth. Domus S. Petri cod. 3. n. 4. ex Catalogo Universit. Cantabrig. n. 1665.

Grammatica græca scripta circa an. 1252. in fol. membran. extat ms. Oxonii in Biblioth. Collegii Corporis Christi cod. 148. ex Catalogo Biblioth. Universit. Oxonien. num. 1615.; & in Biblioth. Cotton. cod. 8. num. 1. una cum *Tractatu de impedimentis sapientiæ*, ut dictum est supra.

De laudibus artis Mathematicæ ms. in Biblioth. Digbæi cod. 218. n. 6., & Teyeri cod. 6.

De quinta parte Mathematicæ: ms. Cantabrigiæ Collegii S. Benedicti cod. 192. num. 2. habet: *in quarta parte Mathem. de situ orbis*; ut & ms. Biblioth. Cotton., quemadmodum dictum est supra in Opusculo *de situ orbis*.

De arte chimica = *opera chymica Rogeri Bacconis* extant mss. in Biblioth. Bodlej. n. 7650. ex mss. codd. Ashmoleanis, impressaque fuerunt an. 1485. in fol., & Francofurti an. 1620. in 8. cum aliis Opusculis, & antea ibidem anno 1603. typis Joan. Saurii tit: *Sanioris medicinæ M. D. Rogerii Baconis Angli de arte chymiæ scripta*.

Breviloquium prodiit cum *arte chymiæ* ibidem. *Rogerii Baconis breve Breviarium, vel Breviloquium alchimiæ* extat ms. in Biblioth. Francisci Bernardi cod. 69. ex Catalogo mss. codd. Ecclesiar. Angliæ Cathedral. num. 3638. Inter mss. codd. Bodlejanæ Biblioth. n. 1720. in codd. mss. Digbei num. 2. habetur *Rogerii Bacconis breve Breviarium de dono Dei*: estque in eo *liber secundus de practica alchimiæ cum aliis mineralibus tractatibus*.

Raymundi verbum abbreviatum cusum est Francofurti cum superioribus *tractatibus* an. 1603. *Rogeris Bacconis verbum abbreviatum* in Biblioth. Eduardi Browne cod. 14. ms. ex cit. Catalogo mss. codd. Ecclesiar. Cathedral. Angliæ num. 4194.; in illa vero Roberti Burseogh cod. 58. inscribitur: *Rogerii Baconis verbum abbreviatum per Raymundum Lullum* ex cit. Catalogo num. 7677.; sed autor Histor. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 138. scribit, in Bibliotheca quondam Comitis Dorst extasse ms. vetus, cujus in fine legebatur: *Explicit Verbum abbreviatum opera Raymundi Galfredi Ministri Ordinis Fratrum Minorum, quod quidem Verbum habuit a Fratre Rogero Bacon, qui fuit de Ordine Fratrum prædictorum: & ipse Rogerus propter illud verbum ex præcepto dicti Reymundi a Fratribus ejusdem Ordinis fuit captus, & incarceratus: sed Reymundus exsolvit Rogerum a carcere, qui docuit istud Opus: & ipse Rogerus fuit discipulus Fratris Alberti*: in quibus, si quid veri continet illa clausula, quædam commentitia censeri possunt, cum *Raymundus* Galfredi factus sit Ordinis Minorum Minister an. 1289., & *Rogerus* in judicium vocatus anno 1278.: verumtamen id reor, cum Raymundus exscripsisset, evulgasseique Rogeri *Opus breviatum*, in suspicionem venisse Rogerium, & in judicium vocatum carceri detentum fuisse, & paulo post opera ejusdem Raymundi liberatum. Hoc Opus infra dicitur *de compositione metallorum ad Raymundum Gualfridi*. Hujus *Alchimia* habetur Florentiæ in Biblioth. Riccard. sub L. 11. cod. chart. in fol. n. 13. ex Indice ejusdem Biblioth. pag. 343.; nescio an sit *Verbum abbreviatum*, vel *speculum alchimiæ*, an aliud ex hujus generis Opusculis.

Secre-

Secretum secretorum cusum est pariter ibidem an. 1603. Ejus *Glossas super librum Aristotelis de secretis secretorum* mss. citat autor Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 15. in notis.

Tractatus trium verborum, seu *Epistolæ tres ad Joan. Parisiensem* impressæ cum superioribus Francofurti an. 1603., extant mss. in Bodlejana Biblioth. num. 1720. in codd. mss. Digbæi num. 4.

Speculum secretorum etiam cusum est ibidem in codd. mss. Digbæi num. 5. Extat *Speculum secretorum*, sive *Editio Rogeri Bacon in totam artem Alchymiæ* in mss. codd. Bodlejanæ cit. numero 1720. *Speculum secretorum* incip. *Liber claritatis* extat Florentiæ in Biblioth. Riccard. sub N. 111. cod. chart. in 4. num. 33. ex ejus Indice pag. 343.

Speculum Alchymiæ ms. extat in Bodlej. num. 7637., & in illa Roberti Buoscough cod. 55. ex Catalogo mss. codd. Ecclesiar. Angliæ Cathedral.; cusum est Norimbergæ an. 1541. in 4. apud Joan. Petrejnm inter aliorum tractatus de Alchymia, quæ editio rarissima dicitur in Analectis litterariis de Libris rarioribus, deinde Bernæ 1545. ex Indice Biblioth. Barber., Basileæ an. 1561., Norimbergæ iterum an. 1581. in 4., inde Ursellis an. 1602. in 8., & Francofurti an. 1614., demum Argentorati an. 1659. in to. 1. Theatri Chemici, ubi & to. 3. citatur ejus liber de *Influentiis*, & liber de *Sensu* pag. 267. In Cotton. Biblioth. cod. 5. D. mss. habentur hi

Sex *Tractatus* ejusdem, nempe *de Elixire Alchymistico*; *De viridi colore faciendo ad usum scribendi*, non *de leone viridi Opus chimicum*, ut Anton. Vood lib. 1. pag. 136.; *Tractatulus de decore, & venustate facies*; *De modo projectionis*; *De dissolvendo chrystallo*; & *de quibusdam medicinalibus confectionibus*.

De valore musices = *Excerptiones Rogeri Baconi ex autoribus musicæ artis* extant mss. cod. 189. Collegii S. Benedicti inter mss. codd. Universit. Cantabrigien. n. 1466. *De musica* ms. Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 523.

De fistula secundum Rogerum Bacon ms. cod. 93. num. 3. Francisci Benedicti inter mss. codd. Eccles. Angliæ Cathedr. &c. n. 3662.

De utilitate Arithmeticæ ms. codice 57. Samuelis Papisii inter dictos mss. codd. Ecclesiar. Angl. n. 6776.

De utilitate Astronomiæ, seu de corporibus cælestibus ms. cod. 5. Caroli Teyeri inter citat. mss. codd. Eccles. Angl. &c. n. 6375.; & cod. 20. Collegii Universit. Oxonien. num. 49. ex Biblioth. Bodlej.; etsi alii hoc Opus attribuant Guilelmo Botonero. Laudat Opus P. Milliet to. 1. Cursus mathematici pag. 83.

Prognostica ex syderum cursu = *De stellis, & prognosticis* ms. cod. 81. Collegii S. Trinitatis Dublinen. ex Catalogo mss. codd. Biblioth. Hibern. n. 221.

De Cometa habetur Florentiæ in Biblioth. Riccard. sub L. 11. cod. membran. in fol. num. 2. sine autoris nomine una cum *Perspectiva*, & aliis ex illius Biblioth. Indice pag. 343.

Kalendarium Rogeri Baconis ad veram conjunctionem solis, & lunæ accipiendam ms. Biblioth. Bodlej num. 2458. cod. Bodlej. 5. num. 3., quod Oudinus arbitratur factum post mortem Baconis, eo quod in Biblioth. Cotton. sub effig. Vespas. A. cod. 2. n. 1. extet ms. *Kalendarium Rogeri Bacon extractum a Tabulis Toletanis an. 1297. figuris Saracenicis cum tabula ad sciendum, quis planeta dominetur omni hora civilis diei*: sed quis non videt, annum ibi vel adjectum, vel depravatum, & forsan legendum 1292?

De visu, & speculis ms. cod. 6. Caroli Teyeri inter mss. codd. Eccles. Angl. &c. n. 6375., inter mss. vero codd. Biblioth. Hibern. cod. 81. Collegii S. Trinitatis Dublinensis B. numero 221. extat *De modis particularibus, & causis videndi*: sed forsan est Opus diversum. *Specula mathematica, & perspectiva* edita sunt Francofurti anno 1614. in 4. ex Indice Biblioth. Barberinæ. Vide supra in parte 5. *Operis Majoris ad Clementem IV.*

De speculis ustoriis ms. Biblioth. Bodlej. num. 6651. in mss. codd. Ashmolean., & num. 1672. in mss. codd. Digbæi codice 71. hoc titulo: *Fabrica speculi ustorii per Rogerum Baconum*; idemque Opus cum figuris tit. *Liber de speculis comburentibus cum figuris* habetur ms. in Bibliotheca Cotton. sub effig. Tiberii B. cod. 9. n. 7. *De speculis comburentibus* Florentiæ in Biblioth. Riccard. sub L. 11. cod. membr. in fol. num. 2. sine nomine autoris ex Indice dictæ Biblioth. pag. 343.

De linea intensionis, & remissionis ms. Oxonii in Biblioth. Collegii Corporis Christi cod. 127. num. 8. inter mss. codd. Universit. Oxonien. n. 1721.

De retardatione senectutis ms. in Biblioth. Oxonien. num. 3349. in mss. codd. Joannis Seldeni n. 19.

De erroribus Medicorum ms. cod. num. 127. Collegii Corporis Christi in 4. inter mss. codd. Universit. Oxonien. n. 1594.

De retardatione accidentium = *Rogeri Bacon de retardandis senectutis accidentibus, & sensibus confirmandis*; Oxonii an. 1290. elucubravit, & in plures libros partivit; extat ms. ibidem in Biblioth. Bodlejana cod. 12. & 144., ac Joan. Seldeni cod. 94., prodiitque ibi an. 1590. in 8. cura Joannis Villari Angli, teste Vood lib. 2. pag. 181.

Recepta, idest ordinationes pro morbis cavendis, vel medendis Florentiæ in Biblioth. Riccard. cod. chart. in fol. num. 13. ex Indice pag. 343.

Problemata, & alia ad Medicinam spectantia mss. extant in Biblioth. Bodlejensi n. 1678. in mss. codd. Digbei cod. 77. una cum ejus *perspectiva figurata*.

Opus minus etiam scripsit *ad Clementem IV.*, cujus tertia pars continet

Communia naturalis Philosophiæ; extant separatim mss. cod. 19. Collegii Universitatis Oxonien.; in Bibliotheca vero Bodlejana n. 1671. codice 70. Digbæi *Communia naturalia Rogeri Baconis*; & num. 1677. cod. 76. *Fragmenta de communibus naturalibus*; item numero 1791. cod. 190. *Rogerus Bacon de principiis naturæ*.

Fratris Rogeri Bacon Opus tertium, sive Summa ad Clementem IV. Papam, quam dicit in præfatione se ad veritatem, & perfectionem utriusque Operis præcedentis composuisse, ms. extat in Cotton. sub effig. Tiberii C. cod. 5. n. 1. *Opus tertium Rogeri Baconis* ms. extat Oxonii in Biblioth. Collegii Corporis Christi cod. 20. n. 1. inter mss. codd. Universit. Oxonien. n. 49. Vood in Hist. Universit. Oxoniensis libro 1. pag. 139. citat hujus autoris *Opus majus*; pag. 122. *Opus minus ad Clementem IV.*; pag. 123. *Opus majus, & minus*; & pagina 122. *Opus tertium ad Clementem IV.*; aitque haberi ms.

inter codd. mss. Cotton., Digb., & Collegii Univers. Oxonien. *Rogeri Baconis Anglici majus Compendium ad Clementem PP. IV.* citatur a Gulielmo Vorilongo in 4. dist. 12. 21. 34., & 50.

In Philosophiam naturalem lib. 8. ex to. 1. Biblioth. Bodlej. fol. 84. cod. 1751. num. 150. Commendatur a P. Milliet cit. *Philosophia Baconis* ms. extat in Bibliotheca S. Petri Corbejen. cod. membran. seculi xiv. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1407. Biblioth. mss. *Volumen 3. Philosophiæ Rogeri Baconis* ms. cod. 6. Caroli Teyeri inter mss. codd. Eccles. Angliæ n. 6376.

Compendium Philosophiæ Rogeri Baconis ms. in Biblioth. Bodlej. n. 1677. cod. 76. Digbæi.

Liber Rogeri Baconis de sermone rei admirabilis, qui continet physica, & mathematica, ms. in Biblioth. Bodlej. n. 1784. cod. 183. Digbæi.

De rerum generationibus Rogeri Baconis cum aliis ejus *Operibus* ms. cod. 255. Collegii Corporis Christi inter mss. codd. Univers. Oxonien. num. 1722. *De generatione, & corruptione* ms. Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 523.

Computus Ecclesiasticus extat Florentiæ in Bibliotheca Riccardiana sub L. II. cod. membran. in fol. num. 2. una cum *perspectiva, speculis comburentibus*, & *cometa* sine nomine autoris ex illius Indice pag. 343.

Opus chronologicum, al. *Computus Naturalium* in tres partes divisus cum *Kalendaria* in fine, & *Tabulis Astronomicis* anno 1269. compositis. Codex ms. 5. Caroli Teyeri inter mss. codd. Eccles. Angliæ &c. num. 6375. hunc titulum habet: *Computus Rogeri Bacon tribus partibus* digestus.

De intellectu, & intelligibili ms. Biblioth. Bodlej. n. 1056. cod. 55. Digbæi n. 7.

De augmento, & nutrito tractatus ms. in cit. Biblioth. Bodlej.

De esse, & essentia tractatus ms. ibidem.

De syncategorematibus; & de signis, & fallaciis a sapientissimo post Aviceanam Philosopho Rogero Bacono, ibidem numero 1656. cod. 55. Digbæi numero 7.; suntque tractatus 4. libris 2. *Syncategoremata Rogeri Bacon* ibidem num. 6.

Tractatus de fluxu, & refluxu maris tribuitur etiam Gualtero Botonero: certe Rogerus Baconus agit de hac re in *Opere majori* ad Clementem IV.

De ponderibus, cujus *epistola* incipit: *Cum de ponderibus utilis sit distinctio*; extatque ms. in Biblioth. Cotton. sub effig. Julii D. cod. 5. ex cit. Oudino, qui videtur sentire, in ea tractari *de elixire alchymistico*.

De utilitate linguarum = Jo: Lelandus Collectan. vol. 2. cap. 41. inter mss. codd. Biblioth. Bodlej n. 5103. pag. 289. existimat esse potius librum *De studio sapientiæ*.

De medicinalibus ms. in Biblioth. Bodlej. num. 1677. cod. 76. Digbæi; & ibidem habentur Opus *de Mathematica*, & *alia fragmenta mathematica* ejusdem Baconis.

Rogerina major ms. in Biblioth. Bodlæj. num. 2626. cod. 27., num. 4028. cod. 3. Hatton., & num. 3538. cod. 48. *Rogeri Bacon Tractatus dictus Rogerina major, seu practica ejus*; numero vero 3705. cod. 239. hoc titulo: *Rogeri Baconis Operis majoris pars tertia, sive potius praeambulatorium ad Opus suum majus, & minus*; & in Biblioth. Cotton. sub effigie Tiberii C. cod. 5. num. 2. habetur ms. *ejusdem majoris Operis pars quinta, in qua ostenditur potestas Mathematicæ in scientiis, & rebus mundi*; forsan est pars 5. *Operis majoris ad Clementem IV.*

Rogerina minor ms. in cit. Bibliotheca Bodlej. num. 2626. cod. 27. Bodl. num. 3., & in Cotton. cit. cod. 5. num. 2. hoc titulo: *Opus minus Fratris Rogeri Bacon circa sapientiam ostendens 1. quæ sint causæ, & propter quas omnis homo debet vacare sapientiæ: 2. quæ sint necessaria ad eam: 3. de modis, & viis, quibus debet eam requirere: 4. quæ sint impedimenta sapientiæ. Rogerina major, & minor* adscribitur a nonnullis Thomæ de S. Amando, ab aliis vero Rogerio Parmensi.

Logica = *Summa Dialecticæ Rogeri Baconis* ms. Biblioth. Bodlejen. num. 1805. cod. 204. Digbæi n. 3. *Liber ultimus Summæ Magistri Rogeri Bacon* extat ms. ibid. num. 1668. cod. 67. num. 2.; sed an ad hanc *Dialecticam* spectet, vel ad aliud Opus, ignoro.

Tractatus de inventione cogitationis Fratris Rogeri Bacon ms. ibidem num. 1673. inter cod. Digbæi 72. n. 4.

De Philosophia morali ms. in fol. cod. 81. Collegii S. Trinitatis Dublin. inter ms. codd. Biblioth. Hibern. num. 221., & cod. 139. Caroli Teyeri inter mss. codd. Eccles. Angl. &c. n. 6509.

Flores Senecæ, quos Rogerus, ipsomet teste, collegit, mss. cod. 878. Bibliothecæ Jacobææ inter mss. codd. Eccles. Angl. &c. n. 8600.

De speciebus ms. in 4. cod. 19. Collegii Universit. Oxonien. n. 48. C.

De coloribus per artem fiendis = extat in Cotton. *tractatus de viridi colore faciendo ad usum scribendi* cod. 5. D., ut supra.

De rebus metallicis = *De compositione metallorum ad Raymundum Galfredum* ejusdem Instituti missum asseritur ab Antonio Vood in Hist. Universit. Oxoniensis lib. 1. pag. 136., quod supra dicitur *Verbum abbreviatum*.

Excerpta ex libro Aviceanæ de anima edit. Francofurti an. 1603. cum superiori *Arte Chymiæ*, & aliis.

De arte experimentali = idem fortasse Opus, quod supra dicitur *Ars experimentalis*.

De universalibus = est liber, seu pars 1. *Operis majoris*, scilicet *de 4. universalibus causis ignorantiæ humanæ*.

De magnete tractatus a Thoma Allen huic Bacono adscriptus, ab aliis *Petro Peregrino* adjudicatur ex autore Hist. Universitatis Oxonien., qui ait lib. 1. pag. 140. ms. extare inter codd. Digbæi num. 193.

De incantationibus = *Epistola de ligaturis, & suspensis collo cum incantatione, & adiuratione* extat ms. in Biblioth. Cotton. sub effig. Julii D. cod. 5. num. 11.

De somno, & vigilia lib. 2. apud Bodlej. to. 1. fol. 86. cod. 1791. n. 190.

In Metheora lib. 1. ibidem.

Visio, quæ contigit in Essexia anno Verbi incarnati 1206. scripta a quodam viro Religioso ms. in Biblioth. Cotton. sub. effigie Julii D. codice 5. num. 12. ex Oudino cit., qui addit, alibi etiam in Anglia haberi multa hujus Scriptoris *Opera* mss., ut in Biblioth. Thomæ Galæi cod. 249., & Cantabrigiæ in Biblioth. Collegii S. Trinitatis clas. 25. cod. 14. *Opera multa Rogeri Baconi anglice*.

M M M C D V I. 1781.

ROGERUS CONEWAJUS = al. *Conovay*, vel *Con-*

Conway vulgo, *de Conewei*, dicitur in Bulla 38. Innocentii VI. an. 1355. apud Waddingum, & de Custodia *Wigorniensi*, *Canoe* vero, atque Custodiæ Novicastri a Mariano Florentino apud eumdem in Annal. Min. ad an. 1344. n. 8., & apud Bartholomæum Pisanum Conformit. XI. par. 2. in provin. Angliæ *Rogerius Conre* juxta mss., sed juxta editos codd. corrupte *Pogerius Conte*; & *Coneræjus* apud Spondanum in Continuat. Annal. Eccles. ad an. 1357. num. 16. ex Walsingamo.

Tractatus, qui dicitur *Confessio*, *&* *pulchritudo pro Fratribus contra Armachanum* in Oxoniensi Collegio Corporis Christi ms. cod. 182. n. 2. inter mss. codd. Univers. Oxonien. num. 1649. Editio anni 1496. vocatur in dubium a Maittaire to. 1. Annal. Typographicorum, etsi illam plures adducant etiam ex heterodoxis. Prodiit etiam Parisiis an. 1511. apud Joan. Parvum opera Joan. Sudoris cum Operibus Archiepiscopi Armachani, teste Possevino in Appar. sac. in *Richardo Radalpho* to. 3., & anno 1625., & 1633. apud Schoettgenium in Continuat. Biblioth. Fabric. med., & infimæ Latin. lib. 17. pag. 223.; & postea in to. 2. *Monarchiæ* Goldasti pag. 1392.

Obiit anno 1360., de quo Henricus Warton in Continuat. Hist. rei literar. Cavi, & Oudinus to. 3. Comment. Script. Eccles. ad an. 1350.

MMMCDVII.

ROGERUS MANASSÆI Tiphernensis prov. Romanæ Capuccin. Minister scripsit

Tractatum de doloribus Iesu Christi, *&* *B. Virginis Mariæ ad modum coronæ*, *&* *meditationum*.

Obiit Romæ pie, & feliciter an. 1610., ætatis suæ 85., religionis 62. De eo cum laude Boverius in Annal. Capuccinor. to. 2., & Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 72.

MMMCDVIII.

B. ROGERUS N. PROVINCIALIS, sive Provinciæ, vulgo *Provenza*, in Gallia Narbonensi alumnus vir magnæ sanctitatis, divinis oraculis, & revelationibus illustratus, cujus facta, dictaque memoranda referunt antiqua Ordinis Chronica, Bartholomæus Pisanus Conformit. VIII. parte 2. de provincia *Provinciæ* disserens, S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24., Marcus Ulyssipon. Chron. S. Francis. par. 2. libro 4. cap. 43. usque ad 57., & finem libri, nec non Waddingus in Annal. Min. to. 2. ad an. 1287., circa quem annum dicitur obiisse Ucetiæ die 15. Septembris ex Arturo in Martyrolog. Francisc.; reliquitque post obitum suum piissimum

Tractatum de visionibus, *quas meruit habere*, inquit citat. Waddingus in Annal., vel ejus Epitomator Haroldus. *Sacras de multis pertinentibus ad vitam spiritus*, *&* *perfectionem informationes* appellat memoratus Pisanus, *quas*, subdit, *non scribo*, *quia imperfectas reperi*. Marcus vero Ulyssiponensis laudatus dicit *meditationes Spiritus Sancti afflatu compositas*, ac post ejus mortem mirabili stylo descriptas addit cap. 47., easque capitibus 6. comprehensas alio idiomate vulgavit cap. 52. libri 4. usque ad 57. ex antiquis Ordinis sui Chronicis. *Tractatum variarum considerationum* vocat Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 72.; cujus fragmentum retulit Alvarus Pelagius, qui paulo post scripsit, lib. 2. de Planctu Ecclesiæ cap. 92., virumque *extaticum* vocat; *sanctitate* vero *singularissimam* prædictus Pisanus loco citato.

MMMCDIX.

ROGERUS PLATIENSIS civis, & ejusdem Cœnobii alumnus an. 1336. extitit provinciæ Siciliæ Minister, Friderici III. Regis Sacellanus, & postea Episcopus Batorensis, indeque ad Mazariensem in Sicilia translatus an. 1365. ibi tandem decessit anno 1378., de quo Pyrrhus Rocchus in Not. Mazar., Waddingus in Annal. ad an. 1378., & Cagliola in Hist. prov. Siciliæ Min. Conv. explor. VI. manif. XII.

Rogerii de Placentia (leg. de *Placia*) *Ord. Minorum prov. Siciliæ Conciones quadragesimales* mss. habentur Florentiæ in Biblioth. Medicea Laurent. plut. 24. cod. 5. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 290. *Quadragesimale Magistri Rogeri de Sicilia Ord. Min.* incip. *Cum jejunatis*, *nolite fieri* &c. *M. 5. cap. Pro hujus thematis introductione nota* &c. extat Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci ms. chart. in 4.

MMMCDX.

ROGERUS ROGERII Ostunensis in Salentinis provinciæ Apuliæ, alias S. Nicolai, Custodiæque Tarentinæ Minor. Conv. sacræ Theologiæ Magister, quem autor synchronus Rodulphius lib. 2. fol. 278. in provincia S. Nicolai, Custodiaque Tarentina, & Ostunii loco scribit anno 1586. fuisse Lectorem Cracoviæ apud suos in Polonia, scripsit, ediditque

Coronam animæ christianæ. Venetiis 1602. in 4. per Matthæum Valentinum cum nonnullis *Sermonibus*, & *Meditationibus* super rhytmum *Stabat Mater dolorosa* italico idiomate; in cujus libri laudem plures versibus cecinere, inter quos & Episcopus Chalcedonensis: extat Romæ in Bibliotheca Conventus SS. Apostolorum. Augustinus Superbus illius temporis scriptor in ms. Catalogo de Scriptor. Ord. Min. pag. 120. eum dicit virum tam vita, quam scientia insignem, suoque tempore concionatorem illustrem. Mirum, hunc non innotuisse neque Waddingo, neque Franchino.

MMMCDXI. 1782.

ROGERUS ROYSETH = *Rowse* anglice, quod latine Rufus, al. Rosso; cujus Opus tit.

Magistri Rogerii Rogeth Ord. Min. de Anglia Lectura super Sententias incipiens: *Utrum aliquis in casu possit ex præcepto obligari ad aliquid*, *quod est contra conscientiam suam*; & finiens: *&* *tamen non sequitur secundum aliquos*, extabat olim Asisii in 2. solario occid. Sacrarii Conventus S. Francisci ex veteri illius loci Inventario anno 1381. refecto; nunc tamen hæc asservatur ibidem in Tabulario, seu Archivo Conventus ms. chart. in fol.; suntque potius *quæstiones* nonnullæ Theologicæ ex libris Sententiar. ductæ, tractæque, quam *Comment. libror. Senten.*, uti scribit Waddingus infra in *Rogero Rugoso*, qui idem est. In cod. ms. vocatur *Rogerus Rosetus*: eum *Rosetum* appellat etiam Dionysius Theologus Cisterciensis, qui scribebat circa finem seculi XIV., lib. 1. Senten. quæst. 1. pag. 8.; eumdem *Rosetum* citat & Joannes Major in dist. 17. libri 1. Senten. q. 9.; & in tractatu *de Insolubil.*, *&* *Consequent.* q. 6. ejus opinionem adducit, perinde atque in *Logicam* etiam expositionem scripserit.

Commentarii super Sententias incipientes: *Amice*, *ascende superius*, qui dicuntur & ipsi haberi mss. Assisii, sunt *Ioannis a Ripa* Minoritæ, & errore amanuensium huic tribuuntur.

1783.

ROGERUS RUGOSUS = ex Rodulphio lib. 3., aliisque Franciscanis post eum, idem est cum *Rogero Royseth*, de quo supra.

* RO-

* ROGERUS VARRO unus ex his, qui insculpti sunt in latere tumbæ Scoti, est *Gulielmus Varro* ejus magister, dictus per errorem *Rogerus*; vel etiam *Rogerus Baccon* dictus corrupte *Varro*.

1784.
ROGERUS VITTONUS = Vide *Roricus de Witten*.

MMMCDXII. 1785.
ROMANUS A S. BRIOCO = provinciæ Pariensis. Concionator, vir doctrina clarus, & hæreticorum infensus hostis; Opus suum edidit Parisiis 1647. in 4. typis Dionysii Thierry ex Jo: a S. Anton., aliisque. De eo Dionysius Genuensis in Biblioth. Scriptor. Capuccinor.

MMMCDXIII.
ROMUALDUS TAURINENSIS Genuensis provinciæ Capuccin. Missionarius Apostolicus, Theologiæ, sacrarumque literarum gazophilacium passim appellatus, scripsit

Disputationum theologicarum libros 2. in 4.

Adnotationes in sacram Scripturam tomis 3. in 4.

Manuale præcipuarum controversiarum catholicæ fidei ad usum, & commoditatem Missionariorum to. 1. in 4. Vercellis impress. anno 1616. ex Joan. a S. Antonio.

MMMCDXIV.
RORICUS E WITTEN, quem Rodulphius lib. 3. ait scripsisse

Postillam de Tempore ab Adventu usque ad Pascha, Monumenta provinciæ Colonien. pag. 74. dicunt scripsisse *in Evangelia*, vocantque *Roricum de Witten* concionatorem magni zeli, Custodem, & Lectorem in Coloniensi Cœnobio. Waddingus supra vocat *Rogerum*, seu *Rodericum Vittonum*, & ex Willoto *Roricum de Wittea* Anglum, & concionatorem non vulgarem.

MMMCDXV.
ROSSELINUS EPISCOPUS Regensis in Gallia an. 1319. assumptus ex Regesto Pontifi. apud Waddin., quem Dionysius Sanmarthanus in nova Gallia Christ. *Franciscum Rossolinum* appellat, nullique Regul. Instituto adscribit, scripsit an. 1322. circiter

Tractatum de paupertate Christi, & Apostolorum ejus ex cod. 3740. Biblioth. Vatic. apud Raynaldum ad an. 1323. n. 65., & cod. 142. Biblioth. Venetæ S. Marci ex illius Catalogo pag. 82., ubi pro *Rigensis* reponendum puto *Regensis*: ea enim *quæstio* agitabatur præcipue Avenione in Gallia, longeque valde a Livonia, ubi est *Rigensis* Archiepiscopatus. Forte extitit de Sabrano, ex qua domo paulo ante floruit B. *Rossolina* Ord. Carthusien., soror B. *Hugonis de Digna*, de quo supra.

MMMCDXVI.
RUFINUS FACHINIUS Asisias vir pius & doctus edidit Opusculum tit.

Maria refugium peccatorum, Florentiæ an. 1586., quo vivebat, ut ex Jacobillo habet Marracius, a quo accepit Jo: a S. Anton.

MMMCDXVII.
RUFINUS PLACENTINUS *Gurgo* dictus anno 1247. erat Minister prov. Bonon. ex Salimbene Parmensi in Chron. ms., qui scribit id munus gessisse multis annis; & anno 1256. Nuncius Apostolicus missus est ad Siculos, ut illos a tyrannide Manfredi Principis abduceret, & ad Ecclesiæ Rom. obedientiam revocaret, quod summa felicitate ab eo gestum literis maudavit Waddingus in Annal. ad eum an. n. 44. Composuit, & ordinavit anno 1261., dum esset Bononiæ, & Pœnitent. Pontif.

Regulam Militum B. Mariæ Virginis, Ordinis ab Urbano IV. approbati, & jam pridem suppressi, ex eodem Salimb. pag. 404., Barbarano in Hist. Vicentina, & Bonanno in Hist. Ord. Equestrium, & Militarium

MMMCDXVIII. 1786.
RUFFINUS SCACIOTUS = Siculus ex oppido Racudiæ Messanen. diœces. Opus suum edidit anno 1590. De eo Marracius, Mongitor, & Joan. a S. Anton.

MMMCDXIX. 1787.
B. RUFFINUS SCIFFIUS = Vide supra *B. Leo Asisias*.

Legenda trium sociorum, quorum hic unus fuit, extat & in Bibliotheca Longipontis Ord. Cistercien. Suessionensis tractus, quam exscripsit Papebrochius ex Jo: a S. Anton. 10. 3. pag. 117. in Thoma de Celano: quæ extat in Biblioth. Tungren., præfert *Ruffini* nomen ex Sandero par. 2. Bibliothe. Belgicæ ms., & Joan. a S. Anton.

* RUPERTUS = V. *Robertus*.

* RUTILIUS CARTARI = V. *Bonaventura Urbevetanus Cartari*.

S

MMMCDXX. 1788.
SALIMBENES = non de Salimbenis, sed *de Adam* patritia familia Parmensi, antiquitus dicta *de Greronibus*, cujus arborem, & exitum ipsemet describit in Chron. ms. fol. 222., & 223., natus est anno 1221. 7. idus Octobris, ut habet pag. 221. 222. 229. & 230. filius Guidonis *de Adam*, & Immeldæ *de Cassio* Parmensium; in seculo vocabatur *Omnebonum*, annoque ætatis XVI. ingressus est *Ordinem Minorum anno* 1238. *die* 4. *Februarii in festo S. Gilberti receptus sero Vigiliæ S. Agathæ in civitate Parmensi a Fratre Helia Generali Ministro, qui ibat Cremonam ad Imperatorem missus a Dom. Papa Gregorio IX. . . . & erat ibi Fr. Ghirardus de Mutina, cum receptus fui, qui & rogavit pro me, ut reciperer, & exauditus fuit*, inquit ipsemet in cit. Chronico pag. 246. Percurso Fani probationis anno, & Quadragesimæ tempore Æsii in Piceno, anno 1239. perrexit in Tusciam, cui provinciæ aggregatus erat, ibique commoratus est *octo annis, duobus in civitate Lucensi, & duobus in Senensi, & quatuor in Pisana*, ibid. fol. 222. & seqq.; postea ad provincim Bononiensem reversus, ut inquit fol. 229, habitavit Cremonæ, & postea Parmæ, indeque in Galliam missus anno 1247., Chronici ms. pag. cit. Post varia itinera reversus in Italiam an. 1249. *Sacerdos, & prædicator* fol. 284. & seqq. cit. Chron. ms., missus fuit Ferrariam, *ubi continuo habitavit septem annis* ibid.; annoque 1254. *die* 25. *Mertii* interfuit una cum *Fr. Gerardo Rangone*, aliisque pluribus, dum *Beatrix Estensis* Azonia Marchionis alia coram Joanne Quirino Ferrariensi Episcopo Religionis vota profiteretur ex monumentis Tabularii majoris Ecclesiæ illius civitatis; unusque haberi potest ex illius Minoritis, qui anno 1252. circiter jussu Innocentii IV. *Regulam* conscripserunt pro Monialibus S. Antonii prope muros civitatis Ferrariæ ab Alexandro IV. confirmatam, ut ostendi supra

supra in *Anonymis Italis* Provinciæ Flaminiæ num. CCCXXXIII. Ravennæ vero moratus est quinque annis, ut scribit pag. 280.; ad annum autem 1259. pag. 403. ait: *habitabam in Burgo S. Doniai; & composui, & feci librum Tediorum ad similitudinem Pateccli*; addens, eo anno fuisse *magnam mortalitatem*.

Chronicon ejus ms., quod Franciscus Pegna in Comment. ad Director. Inquisit. pag. 271. par. 2. quæst. 11. comment. 37. asserit extitisse in Biblioth. Card. Jacobi Sabelli supremæ Inquisit. Præfecti, ab eo anno 1587. dono datum est Paulo Sanvitali U. S. Referendar., eique amicitia conjunctissimo, ut legitur in fronte dicti Chronici, quod nunc asservatur in Biblioth. Ducis Poli, al. de *Comitibus* Romanis Principibus (modò in Vatic.); mihique licuit illud evolvere, & vidi eodicem membran. ms. in 4. parvo valde antiquum, ut credi possit authographum, seu archetypum, sed multis in locis ita litteris quà evanescentibus, & quà deletis, ut aut legi, aut intelligi nequeat, præsertim in fine, vel versus eò; deinde mutilum, cum ei principium, & finis desint: incipit quidem ab an. 1178., non 1068., ut ait Waddingus, & excurrit usque ad annum 1287., quantum quidem ad id, quod legi potest; verum prima pagina, in qua narrat ea, quæ anno 1168. facta fuerunt, signata est CCVIII.; desunt igitur præcedentia folia 207., ut existimari possit, cum Chronicon suum inchoasse vel ab initio mundi, vel a Nativitate Christi; deinde ante annum 1168. habet fragmentum paginæ CCVII. continentis Manuelem Imper. CPolitanum maximam Venetorum multitudinem in Græcia dispersorum cæpisse in unius diei spatio: Venetos contra eum classem centum amplius navium misisse, ac damna intulisse, sed in Insula Chiæ vulgo *Scio* peste laborasse, ac majori ex parte periisse, revertique reliquam coactam fuisse, ac cives mox reversum suum Ducem interfecisse, nempe *Vitalem Michaelem*, quod incaute pestem secum ex Græcia in Venetam urbem adduxisset, quod refert & Blondus, & Volaterranus ennead. 9. lib. 5.; additur ibi de obsidione Anconæ, quæ facta fuit an. 1166. a Friderico Imper. Desunt in medio libri a fol. 467. usque ad fol. 473., & a fol. 474. usque ad fol. 480., & tandem deest folium 489., & desinit liber in fol. 491.; sed in fine non solum legi nequit, corrosis vetustate literis, sed & nesciri, utrum ibi finem faciat. Ceterum plurima habet Historiæ potissimum Minoriticæ multum conducentia, quæ apud alios non invenies, quibusve multa corrigi possunt errata aliorum. Folio 220. habet: *nunc sumus in* MCCLXXXIII., *quo hac scribimus, in Vigilia Magdalenæ*; & fol. 281. *nos autem historias narrare non possumus, nisi sicut de facto fuerunt, & vidimus oculis nostris tempore Imperii Friderici, & post mortem ejus annis multis usque ad dies nostros, in quibus scribimus hæc an. Domini* MCCLXXXIV.; & fol. 488. refert electionem Matthæi de Aquasparta in Ministrum Generalem, quæ facta est anno 1287. Item pag. 246. legitur:

Incipit liber de Prælato, quem feci occasione Fratris Helyæ, & multa bona, & utilia continet, & durat usque ad illum locum, ubi scribitur: Anno Domini MCCXXXIX. *Indictione* XII., & finit fol. 278.

Plura alia *Chronica* scripsisse, *resecando superflua, falsa* &c. ait fol. 300., eaque usque ad *quatuor* enumerat fol. 332., quorum unum incipit: *Octavianus Cæsar Augustus* &c. perductum usque ad Longobardos, & scriptum Ferrariæ an. 1250. Fol. 287. dicit ea scripsisse ad usum suæ neptis Agnetis Parmæ Monialis S. Claræ, eademque sæpe citat in dicto Opere fol. 295. 297. 309. 356., & 456.

Chronicon Italiæ, quod Waddingus profert quasi alterum Opus, unum, idemque est cum superiori, *cui pleraque ad pietatem, & Theologiam spectantia* intexta leguntur, & in quo licet de aliis etiam, potissime tamen agit de rebus *Italiæ*

Tractatum de Eliseo fecisse scribit fol. 332.

De B. Francisco etiam aliqua scripsisse videtur; fol. enim 291. ait: *in quibus autem* (S. Franciscus Christo *fuit similis*), *quia alibi scripsi, ideo hic taceo*: & de *Gregorio IX.* fol. 369. ait: *Multa bona fecit, quæ alibi plenius describuntur a nobis*: forsan autem in aliquo ex memoratis Chronicis.

Divi Antonii Patavini fortasse *Vitam*, seu Legendam scribere meditabatur; ait enim fol. 236.: *de quo* (scilicet *S. Antonio*) *in alio loco, si fuerit vita comes, abundantius disseremus, & copiosius perorabimus*.

Hujus Scriptoris mentionem egerunt Ciaeconius in Cardinalibus Innocentii IV. num. 2. & 9., seu in *Guillelmo Sabauda*, & *Ottabono*, & Flavius Blondus Foroliviensis dec. 2. lib. 7. ad an. 1247., & 1248.; sub anno vero 1241. inquit: *Nos vero magis Theologo Parmensi Ordinis Minorum, qui vidisse omnia scribit de Frederico* (Imp. II.) *a nobis scripta credimus*. Memoratur & a Pagio in Breviario Rom. Pontif. in *Innocentio IV.* num. 1.

MMMCDXXI. 1789.

SALVATOR BARTOLUCCIUS = Asisias Umber Min. Conv. Theologus illustris, ac eloquens Orator, rectis pluribus, præcipuisque sui Ordinis Gymnasiis, an. 1582. factus est Patavinæ Universitatis publicus Metaphysices Professor, quod munus insigniter exercuit usque ad annum 1596., ejusdemque urbis Cœnobio S. Antonii aggregatus fuit. Meminit hujus eum laude Franciscus Contarenus in præfatione librorum *De Deo*; & Antonius Riccobonus Comment. in Artem Rhetoricam Arist. §. *de munere Rhetoricæ* eum asserit Francisco *Robortello* viro doctissimo, & eloquentissimo summa familiaritate conjunctum; sibique etiam propter maximam doctrinam, & optimos mores amicissimum. Franciscus vero Zava Cremonensis tom. 2. Epist. lib. 2. ad Joan. Faseolum epist. 1. ita scribit: *ut Bartholatia tantum debeam, quantum solvendo nunquam sim; cui plurimum eam propter ejus studiorum elegantiam, & verborum concinnitatem, sententiarumque gravitatem* (*quos enim ad Dei cultum non vocat, non allicit, non trahit illo suo suaviloquo tamquam Periclis sono, & rotundo ore in maximo theatro, & cæta virorum constituto?*) *tum propter singularem morum probitatem debea* &c. Inter discipulos habuit Franciscum Mariam a Monte, postea S. R. E. Cardinalem, & Stephanum Theupolum *Contemplationum Academicarum* scriptorem. Ejus

Lectura super Formalitates Scoti habetur ms. Asisii apud nostros in fol.

In Formalitates Antonii Syrecti Turonensis Isagoges Laurentii Brixiani Minoritæ castigavit, notisque margineis illustratas edi curavit Paris. anno 1588. typis Joannis Boue.

Scriptum Oxoniense Scoti in 4. libros Sententiarum correxit, imprimique fecit Venetiis an. 1580.

Tttt tomi.

tomis 4. in 8. pee HH. Melchioris Sessæ. Quibus adjecit a se itidem mendis expurgatas

Quastiones Quolibetales, & Disputationes Collationales ejasdem Scoti una cum *Compeadio Quolibetorum* cujusdam, qni scripsit post annum 1501., eum quæst. 10. citet *Collectorinm Magistri Guillelmi* Vorilong, quod eo anno 1501. vulgatnm fuit: nec non

Resolutiones in 4. Senten. libros Scoti a Melchiore Flavio Fraacitcano elucubratas. Ibidem an. 1580. in 8. una cum *Syllabo Geaerali in 4. Senten. libros, & Quolibeta*; qui tamen est *Tabala generalis*, seu *Maremagaam Scoticum* ab Antonio Fanto compositum, & a Baetolucio nonnihil ordine mutatum, cui præmisit *Apologiam brevem pro Scoto contra Joviam*, eujus in fine & *Syllabum copiosissimam*, & *solationes contradictionum* in dicta Scoti se iucudi tradere pollicetur an. 1580.

Petri Tatareti Scotistæ in Porphyrii Isagogen, ac in universos Logicorum Aristotelis libros explaaationes a se recognitas, eastigatasque vulgavit Venetiis anno 1581. in 8. pee HH. Melchioeis Sessæ.

Triplicem ejusdem Tatareti Philosophiam naturalem, divinam, & moralem emendavit, expurgavitque una cum *daabus quæstioaibas Jacobi Malafossæ Bargii Miaoritæ de subjecto Metaphysices*; & imprimi curavit ibidem, & eodem anno in 8.

Conciones, & Orationes scripsit; quarum unam an. 1562. Tridenti ad Patres in Concilio congregatos habuit; alteram in obitu Francisci Robortelli anno 1567. Patavii; anno vero 1577. aliam in funere Antonii Laurentini Asisiatis Episcopi in majori Æde illius civitatis; & aliam postea Venetiis in Æde S. Stephani pro morte Christophori Patavini Erem. S. Augustini Prioris Generalls, ut apud Franchinum in Bibliosoph. n. 299., & in Append. pag. 601. memoeiæ prodidit Paulus Freherus to. 1. Viror. Illust. sec. 3. ex Anton. Riceobono lib. 3. cap. 29., ubi & de P. Mag. *Ruffino* ejus gentili, & Musico excellenti eirca an. 1530. florente. Sceibit & de eo Rodulphius lib. 3., a quo Waddingus accepit, & libri 2. Hist. Seraph. procemio testatue, multum sibi Baetolueium eontulisse in ea *Historia* condenda; & cum laude Nicolaus Comneni lib. 3. Hist. Gymnasii Patavini sect. 2. eap. 21.

M M M C D X X I I. 1790.

SALVATOR CADANA = laudavit hunc Joan. Franciscus Eques Lauredanus in suis Epistolis ad eum scribens inter Academieos suos adsceiptum virtutis, operumque fama.

Sermooes quadragesimales prodierunt primum Monteregali an. 1636. in 4., & postea Venetiis an. 1638. apud Jacobum Sarzinam in 4.; sed prohibentue ex decr. sac. Congreg. Indicis.

Mariale impressum est primo Taurini an. 1639. postea Neapoli 1640. ex Indice Bibliothecæ Baeber., nec non Messanæ eodem anno ex Rossotto in Syllabo Sceipt. Pedemont., & Venetiis 1642. in 4. typis HH. Sarcinæ ex Joan. a S. Anton.

Sermones de Sanctis eusi sunt Taurini an. 1641. per HH. Joan. Dominici Tarino in 4.

Sermones pro Adventa tit. *La Corte* editi sunt Taurini an. 1641., postea Venetiis apud Jacobum Sarzinam in 4.

Modus recipieadi legata in Ordiae Seraphico. Ibidem, & eodem anno in 4.

Dabia spiritualia italice. Ibidem vol. 4., postea Venetiis an. 1643. in 4. pee Guerilios: prohibentur, donec eorrigantue, ex decre. sac. Congr. Indicis sub die 8. Maji an. 1662.

Regnum homiaum, & Angelorum pro reprobatione, & pradestiaatione.

Octava Sacramentalis prodiit italice Venetiis an. 1645. in 4.

Princeps regnans, al. *instructus* italico sermone. Taurini anno 1649. in 4., & 1652. apud Joan. de Russis; sicuti etiam

Secretarius, & *Rudimeata politica* ex eit. Rossotto.

Collectiones Ballarum, & sac. Congregationis Decreta. Ibidem. Edidit &

Eridani legatioaem eisdem typis.

Aanale lingua italica.

Arcana cælestia de tribus operationibus intellectus.

Dicta Physica in octo libros Physicoram ad mentem Scoti ex Coron. Biblioth. univers. to. 7., & ex Joan. a S. Anton.

M M M C D X X I I I.

SALVATOR MASSONIUS Italus, &, ut videtue, Regul. Observ. edidit

Vitam, & miracula B. Joannis a Capistrano vernacule. Venetiis 1627. in 4. apud Burgiellos ex Indice Biblioth. Tellerianæ fol. 253.

Breviarium Vita B. Alberti a Sartiano a Fr. Patritio Duffio eommendatum in Vita ejusdem Alberti fol. 93. ex cit. Joan. a S. Anton.

M M M D C X X I V.

SALVATOR MELIS Ecclesiensis Sardus Min. Conv. an. 1608. Romæ inter Collegiales S. Bonaventuræ adscriptus ex Triumpho Seeaph. Theuli, sac. Theolog. Magister Calaritanum, Mediolanense, ac Coloniense sui Ordinis Gymnasia rexit, & suæ provinciæ Minister anno 1614. est electus: fuit & Visitatoe provinciæ Piceni, & in regno Sardiniæ S. Officli Qualificator, & in Calaritana Universitate Theologus publicus, nec ab officio Concionatoeis vacavit; scripsitque

De vera sanctitate S. Luciferi Episcopi Calaritaai coatra opiaantes &c. typis editum Calari in fol. ex Franchino in Bibliosophia num. 300.

M M M C D X X V. 1791.

SALVATOR SARDUS = Min. Capuccin. Picenæ provinciæ Laicus, supernæ tamen scientiæ dono ornatus, ut Philosophos, & Theologos ipsos in admirationem rapuerit. Sceipsisse dicitur

Coronas plures spirituales in honorem B. V. ab Hieronymo a Monteflorum illius Ordinis Vic. Genee. examinatas, approbatas, & eommendatas; & sanctitatis fama obiisse an. 1596. De eo Boverius to. 2. Annal. Capuccin., Marracius, autor Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton. to. 3.

M M M C D X X V I. 1792.

SALVATOR VITALIS = Regul. Observ. natione Sardus, sed origine Cyrnæus, vel Corsus, Montis Alverniæ in Tuscia pius ineola, Theologus, & concionator generalis, magnique nominis apud Heturiæ Magnos Duces ob eruditionem, & vitæ austeritatem.

Jesu militia sacra evangelicæ pacis peodiit Florentiæ an. 1630. in 4. ex Indice Biblioth. Barberinæ.

Chronicon Montis Alvernæ italico idiomate scriptum ipsemet citat in Chronica Seraphici Montis Alvernæ; prodiitque Florentie 1628., & 1630. in 4. ex Joan. a S. Anton.

Chro-

Chronica Seraphici Montis Alvernæ impressa Florentiæ an. 1630. in 4. per Zenobium Pignonium ex Ind. Biblioth. Barber.

Annales Sardiniæ prodierunt Florentiæ anno 1639. in fol. typis Sermartelli Ferdinando II. Magno Hetruriæ Duci nuncupati, & auctiores, & correctiores Lugduni Batavorum an. 1725. per Petrum Vander in to. 10. volum. 15. Thesauri Antiquit., & Histor.Ital. Collect. Grevii. Opus rarissimum dicitur a Vossio in Catalogo libror. rar. p. 713., & post primam partem habet longum, & heroicum

Carmen de fertilitate Sardiniæ, cujus fragmentum recitat Ughellus to. 3. Ital. sac. in Pisanis Archiepiscopis num. 39.; & in epistola ad Ferdinandum II. Operi præmissa scribit, se jam edidisse *Chronicam Seraphicam*: *Montem Seraphicum*: *Directorium Crucis*: *Funerale Christi*: *Chronicam Corsicæ*: *Uraniam Sulcitanam*: *Militiam sacram*: subditque tunc *pro impressione aliorum trium Opusculorum* laborare.

Sacram Corsicæ Chronicon, quod ipsemet recenset in memorata ad Ferdinandum II. epistola, adducitur non semel ab Ughello to. 4. Ital. sac. de Episc. Marianen.

Vita B. Salvatoris de Horta Min. Observ. italico sermone titulo *Madreperla Serafica*. Sassari 1639. in 4. per Joan. Franciscum Brito ex Joan. a S. Anton., & Florentiæ anno 1640. typis Massi, & Landi ex Indice Biblioth. Barber.

Sanctuarium Corsicum, seu *de Sanctis hujus insulæ Historia* italice. Florentiæ 1641. in 4. apud Amatorem Massi.

Clypeus aureus excellentiæ Calaritanæ. Florentiæ 1641. in 4. typis Ph. Papinii, & ex Analectis litterar. Freytag. pag. 1062.

Paradisus Seraphicus, seu *Historia Seraphica*. Mediolani an. 1645. typis Petri Cardi.

Propugnaculum triumphale in censuras autoris innominati contra Annales Sardiniæ. Mediolani an. 1643. ex Joan. a S. Anton. Citatur ab Antonio Maria Bonuccio Soc. J. in Historia B. Pelingotti cap. 24.

Vita S. Francisci italice. Ibidem anno 1645. in 8.

Libellum de aqua Montis Pellyæ, ejusque virtutibus edidit, dum ibi Parochum ageret, Melchiorique Fensæ Canonico Calaritano, tunc Suellensis diœcesis pro Francisco Squivel Archiepiscopo Calaritano Visitatori misit, ut ipsemet scribit in *Apparatu* ad Annales Sardiniæ fol. 12.

Defensoria octo Ordinis Fratrum Minorum in fol. mss. to. 1. extant Matriti in Biblioth. Conventus Regul. Observ. sub A. n. 10., quorum tamen 6. 7. & 8. *defensorum* imperfecta reliquit, teste cit. Joan. a S. Anton.

Extat in Bibliotheca Barberina Romæ *Francisci de Vico* Sardi *Apologia honorifica ad obiectiones Salvatoris Vitalis* hispanico idiomate Matriti anno 1643. in fol. De eo agunt Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par.3., Petrus de Alva, & Alphonsus Lassor to. 1. & 2.Universi Orbis calamo delineati.

MMMCDXXVII.

SALVUS PANORMITANUS Strict. Observ. provinciæ Siciliæ Definitor, Custos, & Commissarius, aliarumque provinciarum Visitator, vir a doctrina, & vitæ probitate commendatus in lucem edidit italice

Thesaurum animæ desiderantis servare paupertatem, & obedientiam. Neapoli 1610. in 8. apud Constantinum Vitalem.

Decisiones casuum conscientiæ. tomis 2. in 8.

Meditationes in odium peccati, & pro debita præparatione ad communionem. to. 1. in 8.

Stellam lucidam, idest debitam observantiam trium votorum essentialium. to. 1. in 8.

Scholam Orationis. to. 1. in 8. Quæ omnia asservantur Bibonæ in Biblioth. Cœnobii S. Mariæ a Jesu.

Panormi decessit magna sanctimoniæ fama an. 1647. ex Petro Tognelotto apud Mongitorem to. 2. Bibliothecæ Siculæ, & Joan. a S. Anton.

MMMCDXXVIII. 1793.

SAMUEL BIURETTE = vivebat exeunte seculo xvi., ediditque etiam Opusculum hoc titulo:

Praxis cœlestis, & anniversaria celebratio mysteriorum facta in Ecclesia Dei. Duaci anno 1650. in 8. m., teste Petro de Alva col. 1380. suæ Militiæ, & Joan. a S. Anton.

MMMCDXXIX. 1794.

SAMUEL DE CASSINIS = in Monteferrato oppido natus Parisiis operam navavit studiis Philosophicis, & Theologicis, cum jam & disciplinis liberalibus imbutus probe fuisset. Scripsit

Invectivam in prophetiam Fr. Hieronymi Savonarolæ cusam Mediolani an. 1497. in 4. sine nomine typographi: extat in Bibliotheca Conventus S. Angeli Mediolani ex Argellato in Biblioth. Scriptor. Mediolanen. col. 600.; & memoratur in epist. Joan. Francisci Pici Mirandulani Lilio Gregorio Gyraldo missa de suis, & Joan. Pici Mirandul. Operibus, quæ extat ad calcem Operum prædicti Jo: Francisci Pici, & in qua legimus: *librumque revelationum Hieronymi a Samuelis Cassinensis impugnatione defendimus; pro quo etiam ab laquea excommunicationis eximendo duos libros edidimus*; qui mss. extant in Biblioth. Vatic. cod. 4666. ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 116.

Apologiam contra Wigandum pro Immaculata V. M. Conceptione, uti testatur autor addit., & adnotat. ad 237. quæst. Magistral. Joannis Coloniensis an. 1510. edit.

Disputationem Papiensem an. 1506. de consanguinitate S. Ioannis cum Christo, & Deo; contra quam scripsit Damianus de Grassis Florentinus Ord. Prædicat. ex Possevino in Appar. sac. v. *Damianus Crassus* to. 1., ubi per errorem vocatur *Joannes Cassicius*; sed Ambrosius Altamura, & ex eo Julius Niger in Scriptor. Florent., uti & Echard to. 2. de Scriptor. Ord. Prædic. dicit *Damianum de Cassinis*.

Quæstionem lamiarum, quam impugnandam suscepit Vincentius Dodus Ord. Prædic., nec sine acrimonia, eamque memini me vidisse antiquis characteribus impressam; quam quidem citat Martinus del Rio lib. 2. Disquis. magic. quæst. 16., & vocat *librum Fr. Samuelis de sagis, seu strigibus, lamiisque*, sed perperam eum dicit natione Hispanum: citat & Franciscus Victoria Prælect. Theolog. lib. 2. de Magia. Hieronymus Tartarotti in præfatione ad suum librum ital. *del congresso notturno delle lammie* n. 2. dubitat unquam prodiisse tam *Samuelis*, quam *Dodi*, quem ipse vocat *Joannem*, libros, cum ab aliis citari, nisi a memorato Francisco Victoria, non legerit; & quidem Jac.

 Echard,

Echard, qui dudum de Scriptor. Ord. Prædic. satis copiose, & accurate scripsit, to. 2. pag. 338. *Vincentii Dodi* meminit tantum ex Petro de Alva; sed de hoc Opere nullum verbum habet, nullamque notitiam.

Liber Isagogicus in apires Scoti &c. prodiit etiam Cunei an. 1510. in fol., quæ editio extat Hispali in Biblioth. Ecclesiæ ex Joan. a S. Anton.

Librum isagogicum Logicæ in 7. trartatus divisum ad modum dialogi stylo præter morem Scholasticorum eleganti vulgavit Mediolani Franciseus Ruerus Sacerdos an. 1494. Magistro Gabrieli de Pirovano Medico Ducali nuncupatum in 4. variis figuris circularibus res referentibus.

Libellum isagogicum ad physicos apices assequendos in 12. capita divisum edidit ad calcem *Commentariorum in Physicam*; totumque Opus non ad *Julium II.*, sed sub Julio II. anno 1510. ad *Parisiensem Academium*, in qua & didicerat, & docuerat, misit, ut habet codex nostræ Bibliotbecæ Bonon., & Flocent. in fol.

Commentaria in 8. libros Physicorum titulum præferunt: *Expositio triplex librorum octo Physicorum Arist.* &c. *de meute Commentutoris, & Doctoris Subtilis Scoti*: & in fine autoc ait, Opus explevisse *die 21. Augusti* 1510. *Pontif. Max. Julio II., & mundo multis cladibus, & calamitutibus laborante* &c.

In libros de anima Commentarios aut scripsit, aut scribere tentabat, cum in lib. 1. Physic. tex. xt. dicat: *quomodo autem moveantur, & quomodo non, dicetur in tertio de anima*.

De Stigmatibus S. Francisci; & Indulgentia Asisiensis, seu Portiuneulæ librum edidit italice an. 1506. in 4. sine loco impres., quem vidi Asisii apud nostros, in eoque testatur, se & latine *libellum* de eadem materia conscripsisse.

Opuscula varia *de statu Ecclesiæ: de Purgatorio: de Suffragiis Defunctorum*: & *de Corpore Christi adversus Waldenses* prodierunt Cunei anno 1510. in 4. typis Simonis Bevilaqua ex cit. Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 79.

Sermones varios etiam reliquit, ut refert Daniel Agricola in sua Corona apud Petrum de Alva col. 1386. suæ Militiæ, & cit. Joan. a S. Anton.

Carmina nonnulla ejus leguntur & initio sui libri isagogici Logicæ, & in fronte *Rosarii* Sermonum Bernardini a Busto an. 1498. excusi, ipsiusque examini demandati, & alterius Opusculi italici ejusdem, cui titulus: *Thesauro spirituale* &c. an. 1492. cusi Mediolani, ut ibi dietum est.

* SANCIA REGINA. V. *Clara de S. Cruce*.

M M M C D X X X.

SANCTES, al. Xanthus Beretta Placentinus Tertii Ord. S. Franc. Regul. Observ. edidit italice

Orationem panegyricam ad M. Antonium Bittonum Bononiensem sui Ordinis Generalem. Parmæ an. 1644. in 4. apud Marium Vineam ex Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 38., & Joan. a S. Anton.

M M M C D X X X I. 1795.

SANCTES BONCORDIS = al. *Boncore*, non *Bocardus*, Min. Conv. a Pinna S. Joannis Custodiæ Firmauæ in Piceno *Magistri* titulo cohonestatus, ut ex inscriptione relata a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1467. num. 24.; anno 1451. uti Vicarius, & Commissarius Angeli Perusini Ministri Generalis præfuit Cœnobio Clusino in Tuscia *Observantium* ex eodem Waddingo ad an. 1459. num. 41., & an. 1458. suæ provinciæ Minister electus est ex mss. monumentis Horatii Civallæ, & Acchivi Ordinis Romæ ad SS. Apostolos. Scripsit Opus

De firma fide ad Fridericum Comitem Urbini, Montis Feretri, Durantisque Dominum, teste Rodulphio lib. 3., a quo alii exscripserunt. Fridericus porro regnabat auno 1460.

M M M C D X X X I I.

SANCTES SALA Panormitanus Min. Convent. Theologus, ac verbi Dei prædicator magni fervoris, & spicitus, cum præclariores Italiæ, Siciliæque civitates concionibus perlustrasset, Neapoli decessit circa an. 1625., dum ibi Quadragesimæ tempore concionaretur, non sine sanctitatis opinione, omniumque dolore. Jam antea ediderat

Meditationes passionis D. N. J. C. lingua vernacula hoe titulo: *Il volo al cielo dell' Oration mentale per due vie intellettiva, & affettiva*. Bononiæ an. 1601. in 8. typis Rubei, dum ibi concionaretur. Extat liber Ferrariæ in Biblioth. S. Franc.

Methodum recitandi devotas preces, vulgo *Coronam humanitatis Christi Domini a se inventam*. Florentiæ an. 1606. ex Cagliola in Hist. Provinciæ Siculæ Min. Conv., & Franchino in Biblioso. n. 301., nec non Theulo in Triumpho Seraph., Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, & Joan. a S. Anton.

M M M C D X X X I I I.

SANCTES DE SALVIS Asisias concionator, & sac. Theologiæ Magister sec. xv. vixit; scripsitque

Compendium totius Logicæ incip. *Conspiciens in circuitu librorum magnitudinem studentium tadium in animo constituentem, & aliorum nimiam brevitatem* &c.: extat ms. chartaceum in 4. Asisii in Biblioth. sacri Conventus sub Z., & in fine legitur: *Logica fratris Sanctes de Salvis de Assisio die 11. Januarii* 1483.; illumque puto *Magistrum Sanctem*, quem anno 1456. conciones quadragesimales Ferrariæ habuisse produnt illius Cœnobii monumenta. *Fr. Santes de Assisio* an. 1488. constitutus est Lector sac. Bibliorum Venetiis ex Regesto Ordinis, & postea Lector Logicæ.

M M M C D X X X I V. 1796.

SANCTES THESAURUS = edidit etiam, vulgavitque

Declarationem Regulæ S. Claræ secundum mentem Seraphici Patris S. Francisci illius institutoris lingua vulgari Venetiis an. 1621. in 8. typis Evangelistæ Deuchini. In ejus Operis laudem cecinit *tetrastichο Fr. Franciscus Ruginius Cotoniensis* ejusdem Instituti. De eo legatur Dionysius Genuen., & Joan. a S. Anton.

M M M C D X X X V. 1797.

SANCTORUS A MELPHIO = de quo agit & Sinistrarius to. 1. suæ Practicæ crimin. tit. procem.

Practica criminalis &c. quia & exteris utilis apparuit, prodiit iterum Romæ an. 1645. typis Francisci Monetæ in 8.

Morales Commentarii in Statuta &c. cum additionibus P. Bonagratiæ Romani ejusdem Instituti prodierunt etiam Venetiis anno 1664. in 4. apud Bertanos ex Toppio in Biblioth. Neapolit., postea iterum Romæ an. 1667. in 8. ex Joan. a S. Anton. Scripsit etiam, teste Benedicto Mazzara in Legend. Franciscano ad diem 15. Novembris,

Vitam Ven. P. Bartholomæi Cambi a Saluthio ejusdem Instit. Regul., quam laudat & Joseph Mannuccius pac. a. Clusentini. In Indice Bibliothecæ Barber. perperam dicitur *Franciscus Sanctorius*.

MMMCDXXXVI.

MMMCDXXXVI.

SANCTORUS MESSANENSIS ex Conventualibus Reformatis provinciæ Siculæ Custos, delegatus a Capitulo Gener. anno 1611. Urbeveteri celebrato una cum FF. Felice Centino, Petro Paulo Tirimetta, & Jacobo Montanario Min. Convent. condidit

Constitutiones Fratrum Reformatorum Minor. Convent. vernacule, quæ prodierunt Romæ eodem anno 1611. in 4. typis Rev. Cameræ Apostolicæ. Edidit etiam

Meditationes pro hebdomadæ diebus tit. *Zodiaca spirituale*. Panormi 1621. in 8. per Joan. Anton. de Franciscis. Philippus Cagliola pag. 153. Histor. prov. Siciliæ explor. 4. manif. 3. ait scripsisse

Gesta Fratrum Reformatoram Conventaalium in Sicilia, quorum ipse Rector, & propagator fuit. De eo agit Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ, & Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 80., & 81., ubi per errorem repetitur.

* . . . DE SARZE citatur ab Arturo in Indice Autorum Martyrol. Francisc. an. 1637. editi. An *Didacus de Arze*, de quo supra?

* 1798.

SASCOLINUS = V. supra *Antonius Saxolinus*.

MMMCDXXXVII. 1799.

SCHOLASTICUS CASTELLIONIS = de quo & P. Dionysius Genuens. in Biblioth. Capuccinor., & alii.

MMMCDXXXVIII.

SCIPIO BELLABONA Abellinensis Neapolitanæ provinciæ Min. Conv. sac. Theologiæ Baccalaureus concinnavit italico sermone

Memoriale Historicum civitatis Abellinensis impres. Trani in Apulia an. 1650. in 8. typis Laurentii Valerii, ut refert Pranchinus in Biblioso. num. 302., Toppius in Biblioth. Neapol., & Joan. a S. Anton.

MMMCDXXXIX. 1800.

SCOICARDUS BECK = *Suvicardus* dicitur a Lucio Ferraris in Bibliotheca Canon. Jurid. Moral. Theol. Joannes a S. Anton. pag. 81. dicit edidisse quoque præter relata a Waddingo

Conciones morales antidotum, seu remedia contra peccata complectentes. Coloniæ 1682. in 8. ex Catalogo librorum Catholicorum Genuæ edito typis de Tournes 1725. De hoc viro agit & Petrus de Alva col. 1428. Militiæ

* SEBASTIANUS ALBANUS = V. *Sebastianus Palmerinus*.

MMMCDXL. 1801.

SEBASTIANUS DE AVENDANNO = de quo & Nicolaus Antonius, & Joan. a S. Anton. Jacobus du Bosch ex hispano in gallicum idioma transtulit

Sermones diversos hujus scriptoris, ut ipse Waddingus habet supra in *Jacobo du Bosc*: an de hoc *Specula*, vel illius parte intelligendus sit, ignoro.

MMMCDXLI. 1802.

SEBASTIANUS BOLLANDE =

MMMCDXLII.

SEBASTIANUS DE BRIXIANOS Hispanus Regul. Observ. provinciæ S. Jacobi a concionibus Philippi III. Regis Catholici, & Episcopus Auriensis in regno Galleciæ scripsit

Opusculum de protectione funicali Franciscani, uti notavit Fr. Jacobus de Castro to. 1. Chronic. illius provinciæ apud Joan. a S. Anton.

MMMCDXLIII.

SEBASTIANUS CAJETANUS Regul. Observ. Theologus, Terræque laboris, seu Neapolitanæ provinciæ Minister elaboravit

Commentarium in Decreta Cardinalium Congregat. Rituum sac. circa Missarum celebrationem impressum Neapoli an. 1630. in 4. ex Coron. Biblioth. univers. to. 7., Toppio in Biblioth. Neapol., & Joan. a S. Anton.

MMMCDXLIV.

SEBASTIANUS CAPOTE Hispanus provinciæ Beticæ S. Michaelis Tertii Ordinis Claustr. Theologus, & concionator publicavit latine

Orationem funebrem in obitu R. P. Fr. Antonii Chacon ejusdem provinciæ Ministri. Malacæ 1641. in 4.

Quadragesimale hispano sermone exaratum ms. in 4. asservatur Hispali in Biblioth. Conventus S. Mariæ a Consolatione, ubi etiam vol. 1. in 4. mss. extant sequentia 9. *Opuscula*, nempe

1. *De sacra Syndone*. 2. *De quatuor plagis, quibus Christus crucifixus est*. 3. *Quæsitum de desponsatione justorum*. 4. *Super illud: Deus ab austro veniet*. 5. *Super illud: Non erat ei locus in diversoria*. 6. *Super illud: Sed & serpens erat callidior*. 7. *Super illud psal. Juda Rex meus, Moab olla spei meæ*. 8. *Super illud: Vox quidem Jacob est, manus autem* &c. 9. denique *De Christi Sacerdotio*.

MMMCDXLV.

SEBASTIANUS DELIUS Durantinus ab oppido tunc Castrum Durantis, nunc *Urbania* nuncupato in Piceno, Urbinique Ducatu Min. Conv. sacræ Theologiæ Doctor, & ecclesiastes illustris, bonarumque literarum cultor eximius, nepos extitit *Sebastiani Delii* Episcopi Bituntini, qui an. 1544. obiit Romæ ex Ughello to. 7. Ital. sac.; annoque 1559. factus est contra hæreticam pravitatem Adriæ Inquisitor ex Franchino in Biblioso. num. XII., cum jam edidisset latine disertam

Orationem de laudibus Anconitanæ urbis a se habitam in Comitiis Gen. Ancanæ anno 1543. celebratis ad Rodulphum Pium Card. Carpensem Ord. Min. Protectorem. Bononiæ eodem anno 1543. in 4. per Bartholom. Bonardum Parmen., & M. Anton. Groscium Carpen. Extat Ferrariæ, & Ravennæ in Biblioth. S. Francisci.

Ad hunc misit 23. librum Antiqu. Lection. Ludovici Cœlii Rhodigini Camillus Richerius Ludovici Rhodigini nepos juxta auctiorem Frobenii Basileen. editionem, propterea quod multum studiis Ludovici Sebastianus contulerat: quanta enim is eruditione, ac doctrina valuerit, testantur epistolæ Bartholomæi Ricci vol. 2. lib. 1., quarum ea, quæ ad Sebastianum Regulum data est, habet, in agro Genuensi apud Stephanum Saulium una cum eruditissimis hominibus Julio Camillo, & M. Anton. Flaminio aliquot menses privatum *Academiæ* genus exercuisse: idemque Riccius in suo *De judicia Dialogo* an. 1562. evulgato inducit hos tres Sebastianum Delium, Julium Camillum, & M. Anton. Flaminium inter se doctissime disputantes. Anno 1563. mense Majo a Joan. Anton. Sapienti Ord. Min. Generali constitutus est *Conventuum* sui Ordinis *Procurator* Gen. ex monumentis Cœnobii S. Francisci Bononiæ.

MMMCDXLVI.

SEBASTIANUS A S. JOSEPH Hispanus a Methymna

thymna Campi Minorum Discalceat. provin. S. Pauli, vir magnarum virtutum, martyriique a teneris annis cupidissimus, primo in Philippinas Insulas, postea in Molucas enavigans 5. Regulos, & non modicam illius regionis gentem barbaram expolivit, & Christo lucrifecit; deinde in Insulam Tagolandæ se contulit, quo in itinere a pyratis Batavis deprehensus contumeliis exsaturatus est, atque in desideratam Insulam cum sociis delatus morti adjudicatus a Mahumetanis, sagittis toto corpore confoditur an. 1610. die 18. Junii. Scripserat antea

Epistolas plures ignito plenas eloquio, editasque to. 2. Chron. prov. S. Pauli a Joan. a S. Anton. ejusdem Instituti, qui de eo agit etiam to. 3. Biblioth. Francisc., & in Biblioth. Min. Discalc., sicut & Waddingus in Syllabo Martyrum.

MMMCDXLVII.

SEBASTIANUS MAURIANENSIS Allobrogon, seu Sabaudus Min. Capuccin. apostolicus concionator plurimos errantes in agro Genevensi ad Ecclesiam reduxit; scripsitque

Catechismum Catholicum, in quo docentur ea, quæ necessaria sunt ad erudiendam plebem in fide catholica, & errores plurimi hæreticorum refelluntur.

Obiit in patria an. 1634. ex Matisconensi to. 3. Annal. Capuccin., Dionysio Genuen., & ex his Joan. a S. Antonio.

MMMCDXLVIII.

SEBASTIANUS MUNSTERUS Ingelheimensis Ordinis Franciscani, quem olim Tubingæ professus fuerat, Religionisque Catholicæ desertor, Mathematicus, & Cosmographus præstans, hebraicæque linguæ, cujus admodum peritus erat, primo Heidelbergæ, tum Basileæ professor, moritur ibi an. 1552. ex peste die 23. Maji ætatis anno 63., ut refert Spondanus in Continuat. Annal. Eccles. ad eum annum. num. 20.

Epitome Hebraicæ Grammaticæ per Fr. Sebastianum Munsterum Minoritam prodiit Basileæ typis Jo: Frobenii an. 1520. in 8.

Dictionarium Hebraicum ex Rabbinorum commentariis collectum, denuo locupletatum, & multis mutatis emendatum, adjectis chaldaicis vocabulis sacræ Scripturæ edidit pariter Minorita an. 1525. in 8. m. mense Novemb.; ubi ait, ante duos annos edidisse post Jo: Reuchlinum Hebraicarum, & partim Chaldaicarum vocum *Dictionarium*. Quod quarto ab ipso recognitum, & locupletatum prodiit Basileæ an. 1539. in 8. per Hieron. Froben, & Nicolaum Episcopium; & septimò pariter an. 1547. correctum ibidem an. 1564. in 8. typis Froben, *ex radicibus David Kimhi auctum, & locupletatum.*

Chaldaica grammatica hebraice, & latine. Basileæ an. 1527. typis Jo: Froben in 4.; adjunctis *Regulis generalibus, quibus lector rudior juvatur ad legendum, & intelligendum Hebræorum commentarios; modis loquendi hebraicis, abbreviaturis* &c. Extant etiam *Regulæ generales* &c. post *tractatum abbreviaturar. hebr.* Georgii Weigenmejeri editum Tubingæ per Erhardum Celli an. 1604. in 8.

Dictionarium Chaldaicum Jo: Episcopo Roffensi dicatum Basileæ an. 1527. in 4. typis Jo: Frobenii.

Dictionarium trilingue Græcum, Hebraicum, & Chaldaicum. ibid. typis Henrici Petri anno 1530. in fol. Extat ms. Mediolani in Biblioth. Ambrosiana ex Catalogo Montfaucon pag. 568.

Hebraicæ Grammatica præcipue illa pars, quæ est de verborum conjugationibus, & eorum affixis; Basileæ per Henricum Petri 1536. in 8.

Scholia in Grammaticam Hebræam Eliæ Levitæ, quam & *latinam* fecit. Basileæ an. 1552. typis Frobenii in 8., adjuncta

Institutione elementari in hebraicam linguam cum tabula conjugationum, & declinationum.

Canticum Eliæ cum annexis capitulis ipse memorat in litteris præmissis *Logicæ R. Simeonis.*

Rudimenta Hebraica Jo: Reuchlini castigata, & suppleta ibidem an. 1537. in fol.

Autorem quoque *libri Aruch hebraici* imprimi curavit, ut ipsemet scribit in præfatione Dictionarii Hebraici.

Grammatica Hebraica ex variis Elianis libris concinnata. Basileæ per Henricum Petri an. 1563. in 8. In præfatione, quæ scripta est Basileæ die 10. Decembr. 1541., dicit se *anno 1509. translatum ad Conradum Pellicanum, sub eo prima imbibisse hebraismi rudimenta, ac mox animum appulisse ad Biblicas historias.*

Kalendarium Hebraicum latinum fecit, ediditque Basileæ apud Jo: Froben anno 1527. in 4.; quod citat in epist. ad Jo: Roffensem Episcopum *Dictionario Chaldaico* præmissa.

Logicam Rabbi Simeonis hebraice, & latine. Basileæ apud Jo: Frobenium an. 1527. in 8. In epist., quam præmisit, data Basileæ kalen. Novemb. anno 1526. ad Jo: Campensem Lovanii hebraicæ linguæ professorem, memorat suum *Dictionarium Chaldaicum, Canticum Eliæ cum annexis capitulis, & Kalendarium Hebraicum.*

Germaniæ, atque aliarum regionum, quæ ad Imperium usque Cpolitanum, protenduntur, descriptio pro intelligentia tabulæ Nicolai Cusæ. Basileæ an. 1530.; & in *Germania antiqua illustrata* Simonis Schardii Basileæ edita an. 1574. typis Henrici Petri in fol. to. 1. pag. 467.

Compositio horologiorum in plano muro, truncis, anulo, concavo. Basileæ an. 1531. typis Henrici Petri in 4., in cujus præfatione scribit: *His nostra tempestate successerunt horologia ex vitro fabrefacta, quæ harenulam, sive albicantem pulvisculum, quo horæ sigillatim invertendo notantur, habent inclusum. Est & aliud hodie horologiorum genus, quod miro artificio, & pene divino ingenio est adinventum, produciturque ex ferro rotulis denticulatis, & ponderibus libratis ad horas distinguendas, monstrandas, & sonandas, quod horologium sub tecto vocant; nam solario radio non eget, & noctu æque ut interdiu suum complet cursum, & ministerium, cujus usum, & artificium veteres ignoraverunt*. Recognitum deinde Opus & auctum prodiit tit: *Horologiographia* iisdem typis in 4. an. 1532.; sed pag. 330. dicitur *annus currens* 1558.

Organum uranicum omnium planetarum. Item solis deliquium, adjectis canonibus. Basileæ 1536. in fol. per Henricum Petri.

Typi Cosmographiei declaratio, & usus extat in *novo Orbe* Jo: Hutichii Basileæ edito an. 1537. in fol. per Jo: Hervagium.

Geographia Ptolemæi castigata cum scholiis, & appendice rerum novarum, orbisque novi. Basileæ typis Henrici Petri an. 1545. in fol.

Annotationes margineæ ad sphæram mundi Rab. Abrahami filii Haijæ, & ad Compendium Aritmethicæ Rab. Heliæ Orientalis latine redditum per Oswaldum Schreckenfuchsium. Basileæ anno 1546. in 4. per Henticum Petri cum *præfatione* hebraica. De

Rudimenta mathematica, de principiis Geometriæ, & de horologiorum omnium descriptione lib. 2. Basileæ an. 1551. in fol.

De baculo Iacob extat in *Radio astronomico* Gemmæ Frisii Parisiis edito an. 1558. apud Gulielmum Cavellat; est pars *principior. Geometriæ*.

Cosmographia universalis libris sex. Basileæ typis Henrici Petri an. 1550. in fol.; quæ correcta, & expurgata, italicamque in linguam a *Fr. Andrea Bosturino* Ord. Præd. jussu Aurelii Schilini Brixien. ejusdem Ord. Venetiis Gener. Inquisitoris translata anno 1572. prodiit Basileæ an. 1575. per HH. Arnoldi Byrckmani in fol. m.; extatque Asisii, & Florentiæ apud nostros. Hunc autorem non habet Echard de Scriptor. O. P. to. 2.

Decalogus præceptorum divinorum cum elegenti commentariolo Rabbi Abea Ezra, quem latinum fecit, prodiit Basileæ apud Jo: Froben anno 1527. in 4.

Tredecim articuli fidei Judæorum concinnati per R. Moisen filium Maimon: item

Compendium elegans historiarum Iosephi complectens acta 70. interpretum, gesta Machabæorum, facta Herodum, excidium Hierosolymitanum, & decem Judæorum captivitates: latine, & hebraice an. 1529. in 8. *Compendium* &c. prodiit etiam Basileæ an. 1559. in 8. typis Henrici Petri.

Catalogus omnium præceptorum legis mosaicæ, quæ ab Hebræis 613. numerantur, cum succincta expositione, & additione traditionum, quibus irrita fecerunt mandata Dei, hebraice, & latine. Basileæ typis Henrici Petri an. 1533. in 8.

Historias Judaicas Iosephi Hebræi ben Gorionis a captivitate Babilonica atque ad Præsidem Pilatum libris 5. comprehensas primus latinas fecit ex codice CPolitano, & cum textu hebraico, scholiisque suis evulgavit iisdem typis in fol. an. 1541.

Joel, & Malachias cum *Comment. Rab. David Kimhi*, item *Medicina spiritualis*, hebraice; additis *abbreviaturis, & difficiliorum vocabulorum interpretationibus*. iisdem typis an. 1530. in 8.

Comment. Rab. David Kimhi in Amos Prophetam hebraice. iisdem typis an. 1531. in 8.

Isaiam Prophetam hebraice & græce, addita latina duplici interpretatione vulgatæ, & sua, cum succincta difficiliorum hebraicorum vocabulorum expositione collecta ex Davidis Kimhi commentariis, emisit Basileæ iisdem typis in 4. absque anno.

Historia, sue *liber Tobiæ* hebraice & latine cum *scholiis* prodiit cum Grammatica Hebræa.

Psalterium juxta versionem LXX., D. Hieronymi, Felicis Pratensis, & suam, cum Paraphrasibus Chaldaica, & Jo: Campensis prodiit Argentinæ *ex* Officina Knoblochiana per Georgium Machæropœum in 8. an. 1545. m. Martio.

Biblia hebraice, & latine cum *annotationibus* to. 2. in fol. Basileæ ann. 1534. & 1535. ex officina Rebeliana impensis Michaelis Isingrinii, & Henrici Petri; & iterum an. 1546.; & hebraice tantum ibidem an. 1536. to. 2. in 4. per Hieron. Frobenium, & Nic. Episcopium; & latine Tiguri apud Christoph. Froschoverum anno 1539. in 4. cum novo Testamento recognito ab Erasmo Roterdam.

Evangelium S. Matthæi ex hebraico latine vertit, & publici juris fecit, de quo Bellarminus lib. 2. *de verbo Dei* cap. 7. scribit, nihil illud ad nos, qui scriptionem Apostolorum græcam possidemus. Sed & Possevinus recte advertit in Appar. sac. to. 3., hic ei nullum esse debere locum, quia a recta fide devians prohibitus est in Rom. Indice intèr hæret. scriptores 1. clas.; & si quid egerit, vulgaveritque typis, non multum eo indigemus.

MMMCDXLIX.

SEBASTIANUS ORTIZ Hispanus provinciæ Beticæ Recollect. Concionator prælo commisit

Orationem funebrem in exequiis D. Joannis Alphonsi Malaccuiis Antistitis ad eamdem urbem habitam. Malacæ 1616. in 4. per Jo: Rene ex Joanne a S. Anton.

MMMCDL.

SEBASTIANUS PALMERINUS, al. ALBANUS Bononiensis Minor. Convent. vir multæ pietatis, ac religionis, fervidusque prædicationis Evangelicæ declamator typis commisit sermone vulgari

Modum peragendæ orationis mentalis, & vocalis pro Novitiis sui Ordinis. Bononiæ an. 1596. apud Benaccios in 12.

Preces devotas, al. *Officium compunctivum cum orationibus, & meditationibus, præsertim super 7. doloribus B. V.* &c. *pro Societate Regiæ cœli* &c. Ibidem an. 1598. in 12. per Victorium Benaccium.

Obiit in patria an. 1625. die 16. Decembris ex monumentis Cœnobii S. Francisci illius urbis: de quo agit & Franchinus in append. Biblioso. pag. 630.; ejusque meminit & Lucas Joseph Cerrachinus in Fastis Theologicis Florentiuæ Theolog. Universitatis, tradens eum an. 1591., cum Baccalaureus adhuc Florentiæ studiis incumberet, omnium applausu

Orationem funebrem habuisse in morte P. M. Caroli Florentini Ordinis sui Theologi ejusdem Universitatis.

MMMCDLI.

SEBASTIANUS PESCHIUS Gallus Recollect. Reform. exaravit anno 1623.

Tractatum de norma humanarum actionum, quæ est lex, incip. *Quæstio 1. Quidnam est lex, & quotuplex*. ms. in 4. extat Marciti in Biblioth. Conven. S. Franc., teste Jo: a S. Anton.

MMMCDLII. 1803.

SEBASTIANUS RIBERUS = *Ribero a S. Francisco* edidit etiam mexicano idiomate, & dialogetica methodo

Tractatum de doctrina christiana; &

Tractatum de pace; qui mss. in 8. servantur Cæsaraugustæ in Biblioth. S. Didaci sub K. n. 136. ex cit. Joan. a S. Anton. De eo etiam Antonius Leonius in Biblioth. Ind. Occid., autor Biblioth. Hisp., & Lassor to. 2. Universi Orbis.

MMMCDLIII.

SEBASTIANUS RINCONIUS citatur ab Arturo in Indice autorum Martyrol. Franciscani an. 1637. editi.

MMMCDLIV. 1804.

SEBASTIANUS SILVANECTENSIS = de quo fuse autor Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Antonio.

Philosophia contemplantium &c. prodiit primo Parisiis an. 1618. in 4. typis Nicolai Buon.

Axiomata hominis justi recensere oblitus est Joan. a S. Anton.

Historia de Vita, & gestis S. Colettæ Virginis reformatricis Ordinis S. Claræ. Parisiis 1619. in 8.

Vita B. Passitheæ fundatricis Monialium Capuccinarum in Gallia. Ibidem 1625. in 8. apud Viduam Nicolai Buon.

MMMCDLV.

MMMCDLV.

SEBASTIANUS VEDROTTUS Mutinensis provin. Bononien. Min. Conven. sac. Theologiæ Magister, & verbi Dei prædicator suo tempore celeber, vir eximiæ probitatis, & doctrinæ florebat anno 1570., quem Rodulphius lib. 2. fol. 268. eelebrat, vocatque *concionatorem acceptum in populo*, & Franchinus in Biblios. n. 303., & in *append.* pag. 630. ex Aug. Superbo scribit edidisse, seu post se reliquisse

Opuscula Theologica; &

Concionum sermone vulgari to. 1.

Ex monumentis Cœnobii S. Francisci Ferrarien. liquet, eum an. 1555. Cœnobium illud rexisse; cujus mentio etiam ibi habetur sub an. 1579. die 21. Januarii ex libro Consil.; obiit tamen ante an. 1586. ex cit. Rodulphio.

MMMCDLVI. 1805.

SEBASTIANUS VERDETUS = *Verdejus* provinciæ Carthaginensis scripsit etiam eodem hispano idiomate

Lamentationem in morte Fr. Petri Nicolai Factoris an. 1583. secuta ex autore Biblioth. Hispan. to. 2., & ex eo cit. Joan. a S. Anton.

MMMCDLVII.

B. SENSUS ITALUS natione, professione Laicus circa medium primum Ordinis seculum floruit in provincia Umbriæ vitæ sanctitate, ac extasis dono; scripsitque

Tractatus spiritnales de ipsa extasi, seu *mystico mentis excessu*; *de generibus lacrymarum*; *de gradibus humilitatis*; *de operibus charitatis*, quæ Haroldus ad an. 1270. num. 6. tradit in autographo suo se explicasse. *Dicta Fr. Sensi* habentur in vetusto *Speculo Vitæ B. Francisci*, *& sociorum ejus* pag. 106., & 121.

Obiit circa an. 1270. in Conventu Montis Jovis prope Perusium ex Bartholomæo Pisano Confor. VIII., & XI. in provincia S. Francisci, Waddingo in Annal., Arturo in Martyrol. Francisc. ad diem 17. Septem., Cornejo in Chron. Ord., & Joan. a S. Anton. pag. 85.

* SERAPHINUS ARETINUS de Moravia ex Witte, Alva, & Terrinca hoc loco relatus a Jo: a S. Anton. pag. 85. non est alius a *Seraphino Pagnio de S. Maria* diœcesis olim, vel prope diœcesim Aretinam, ut infra ostendetur.

MMMCDLVIII.

SERAPHINUS CAJETANUS provinciæ Terræ laboris præceptor S. Jacobi de Marchia, Antonii Bituntini, Baptistæ de Monte falco, & Cherubini Spoletini Regul. Observ. virorum insigniorum, vitæ probitate, doctrina, ac concionandi munere ita inclaruit, ut tota Italia celebraretur, & Robertus Licinensis Episcopus Aquinas, & suo tempore concionatorum princeps hunc inter *famosissimos* verbi Dei prædicatores Ord. Minor. recensuerit in Sermone *de S. Bernardino* par. 2. Scripsit igitur, quod quidem sciatur,

Conciones, *& Sermones varios*; ejusque meminit ex Speculo Min., & Mariano Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 1. cap. 43., Rodulphius lib. 3., & Waddingus in Annal. ad an. 1449. n. 18.

MMMCDLIX.

SERAPHINUS CALATAGIRONENSIS prov. Siculæ Regul. Observ. alumnus edidit

Regulam succintam proficere cupientibus in oratione mentali, *& vocali*. Neapoli 1606. in 8. per Jo: Jacobum Carlinum ex Antonino Mongitore in Biblioth. Sicula, & Joan. a S. Anton. in Franciscana.

MMMCDLX.

SERAPHINUS DE CASTELLO Min. Observ. provinciæ Umbriæ alumnus, & B. Joannis Bonvisii Lucensis discipulus scripsit

Vitam ejusdem *B. Joannis Bonvisii* an. 1472. defuncti Asisii apud Portiunculam, quemadmodum testatur ipsemet Waddingus in Annal. Min. ad an. 1472. n. 52. hujus B. Vitæ scriptores enumerans.

Eodem tempore florebat alius (si tamen alius fuit; florebat enim Mediolani familia patritia *de Castello*) *Seraphinus à Castellione* prov. Mediolanen. Regul. Observ. vir magna doctrina, & vitæ sanctitate pollens, verbi Dei prædicator eximius, angelicam potius, quam humanam vitam ducens adeo, ut etiam miracula patrasse dicatur; obiitque Mediolani circa an. 1460. in Cœnobio S. Bernardini humatus ex Mariano, & Memor. Ord. apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 4. cap. 28.

MMMCDLXI. 1806.

SERAPHINUS CUMIRANUS = ex clara *Cumirana* familia Feltriæ, provinciæ Venetæ alumnus, vir elegantis ingenii, atque sermonis, quem primo scripsisse de *Antologiis sac. Bibliorum* vult Petrus de Alva *principio B.* Opus suum

Conciliationum &c. dicavit Clementi Monellano Ordinis sui Ministro Generali, vulgavitque primo Venetiis an. 1555. in 8. ad signum spei; & cum Possevinus ait 1. 2., & 3. *partem*, legendum puto *editionem*; quandoquidem prima memorata editio Veneta omnes tres partes, & breves complectitur: postea Parisiis prodiit *prima pars* an. 1556. apud Joan. Foucherium, & an. 1557. apud Joan. Stelsium: 2. *pars* apud eumdem an. 1558.: 3. *pars* vero Venetiis an. 1558. apud Jo: Variscum in 8. ex cit. Possevino in Appar. sac. to. 3., & Indice Bibliothecæ Barberinæ. Prodiit & Venetiis 1561. in 8., & revisum a Leandro de S. Martino Duaci anno 1623. teste Jo: a S. Anton. pag. 86. In laudem hujus Operis cecinit Petrus Pizarrus poeta nobilis cum nonnullis aliis.

Ejus *Versus endecasyllabi* leguntur ante Statuta Moneliana impressa Ven. an. 1554.; deque eo agit cum laude Sixtus Senensis lib. 4. Bibl. sanctæ.

MMMCDLXII. 1807.

SERAPHINUS LEGGIUS = concionator suo tempore celeber, & Romæ, ubi anno 1655. die 8. Augusti obiit, Card. Costaguti Theologus, & a sacris Confessionibus; cujus

Conciones 9. in Expectatione partus Virginis prodierunt Venetiis apud Juntas.

Conciones 6. de laudibus B. Virginis ibidem, & eodem anno 1643. in 4.

Quadragesimale tomis 2. partitum, quorum 1. prodiit Venetiis an. 1640. in 4. typis Bertani; & tomus 2. ibidem an. 1641. in 4.; in quarum concionum laudem cecinit italice *Fr. Joseph Basili* Scurculanus ejusdem Instituti.

Adventus sacer cum Sermonibus de Sanctis eo tempore occurrentibus. Venetiis an. 1643. in 4. apud Juntas. *Sermones de Sanctis* prodierunt etiam Romæ anno 1646. in 4. typis Hieronymi Barberi.

Trium-

Triumphi quadragesimales = *Stationes sacræ* = *Sacra mensa solis* &c. Ibidem, & eodem anno ex Francisco Bordono in Chronol. 3. Ordinis cap. 25. n. 9., & 81., & cap. 38. Item scripsit

Super Cantica Canticorum de B. Virgine commentarium.

Dominicale per anni circulum.

Vitam S. Annæ, & alia ad conciones ex Mongitore, Marracio, Auria, & Joan. a S. Antonio.

M M M C D L X I I I.

SERAPHINUS MILENSIS Siculus Panormitanæ provinciæ Capuccinor. ecclesiastes, ac Definitor, cælestium contemplationi addictus scripsit italice

Viam cœli per fructus spirituales. Messanæ 1648. apud HH. Petri Breæ in 8., quo anno Nicosiæ obiit non sine sanctitatis fama, ut ex autore Biblioth. Capuccinor. habet Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ, & Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. Franciscanæ.

1808.

SERAPHINUS A MORAVIA = V. infra *Seraphinus Pagnius*.

M M M C D L X I V.

SERAPHINUS ODDUS Bidinensis diœcesis Syracusanæ, provinciæque Siculæ Minorum Convent. alumnus, & ex Neapolitano sui Ordinis Collegio sac. Theologiæ Magister edidit

Dialogum grammaticalem. Neapoli 1639. in 8. typis Nucci, teste Cagliola Hist. Siculæ Min. Conven. explór. 3. manifest. 4. pag. 129., Petro Angelo Spera, Mongitore, & Joan. a S. Antonio.

M M M C D L X V.

SERAPHINUS PAGNIUS a S. Maria in Balneo in finibus Flaminiæ, & Hetruriæ, diœcesisque Aretinæ oppido, olim diœcesis Foropopiliensis, vel Sassinatensis, quem Waddingus perperam vocat *Seraphinum a Moravia*, Reg. Observ. provinciæ Tusciæ Definitor, ac concionator.

Trattato, overo Dichiarazione delle Indulgenze con un discorso della Concezzione di Maria Vergine con la preparazione al Santiss. Sacramento di Fra Serafino Pagni libro primo.

Trattato delle Indulgenze di Roma libro secondo. Florentiæ 1583. in 8. ex Joan. a S. Anton.; vel 1585. in 8. typis Bartholomæi Sermatelli ex autore Biblioth. Ital. pag. 72., & 226.; & postea Mantuæ anno 1588. per Franciscum Osannam ex Possevino in Appar. sac. to. 3. fol. 209., ubi dicitur *Seraphinus Pagnius a S. Maria*; & quidem ipsemet Waddingus in *indice Cognominum* dicit *Pagnium Seraphinum*, ut & in indice *Materiarum* §. *Theologia exemplaris*: sed cum a Rodulphio lib. 3. dictus fuerit mendose *Fr. Seraphinus S. Marama Aretinus*, postea Possevinus loco cit. alium fecit a superiori, dixitque *e Maravia*, & Waddingus, qui ab eo non semel exscribere solet, *e Moravia*, & in indice *Nationum* inter Italos *a Maravia Aretinum*. Antonius etiam Terrincanus in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4. duos ex uno exhibuit, alterum num. 139. ex Rodulphio, Willoto, Possevino, & Marracio, quem dicit *Seraphinum Aretinum* Regul. Observ. Definitorem an. 1544. edidisse lingua vulgari *Libellum de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ*, ac obiisse Floriani anno 1546.; alterum num. 140. vocat *Seraphinum a S. Mama* non longe a sac. Monte Alvernæ secus Arnum Definitorem, & concionatorem Reg. Observ., atque edidisse *tractatum de Indulgentiis*, & *conciones in festivitatibus B. M. V.*, ac obiisse Volaterris anno 1588. Joannes a S. Anton. etiam vocat corrupte *a S. Mamma* pag. 87., ut & in appendice ex Terrinca, & paulo ante dixerat *Seraphinum Aretinum a Moravia*; ejus vero *librum* 2. scribit prodiisse etiam Neapoli an. 1585. in 8. Porro familia *Pagni* olim Senis extabat, ut ex quodam monumento Hospitalis Scalæ illius urbis an. 1359. conscripto, quod & penes me servatur, apparet.

M M M C D L X V I.

SERAPHINUS PANORMITANUS *a Sambuca* nominatus Strict. Observ. provinciæ Siculæ alumnus reliquit circa annum 1620.

Vitam Ven. Mariæ Carnimalæ a Sambuca Tertiariæ Franciscanæ, quæ ms. asservabatur a Tognelotto, ipso teste apud Mongitorem to. 2. Biblioth. Siculæ, & Jo: a S. Antonio.

M M M C D L X V I I. 1809.

SERAPHINUS DE S. PETRO = Antonius Terrinca proxime citatus num. 141. dicit *a S. Petro in Balneo Flaminiæ*, ac inter Reg. Observ. Fratres floruisse an. 1530. in Monte Alvernæ: certe Waddingus in indice *Materiarum* §. *Theologia positiva* tradit, hunc scripsisse *in Jus Canonicum*, & *Panormitanum*: floruit igitur post an. 1440., quo *Panormitanus* Abbas celeber Canonum scriptor in Concilio Basileensi celebrabatur. De eo & Joan. a S. Anton. pag. 87. ex Terrinca.

M M M C D L X V I I I.

SERAPHINUS ROTELLA Messanensis provinciæ Siciliæ Tertii Ord. S. Francisci, Philosophiæ, ac Theologiæ Professor cum Cæsenæ apud suos Philosophiam legeret, atque doceret, nomine germani fratris sui Josephi Rotellæ Messanæ Artium, & Medicinæ Doctoris in lucem protulit

Flores in Aristotelis organum. Cæsenæ an. 1647. typis Nerii.

Fructus honoris in Isagogen Porphyrii, & universam Aristot. Logicam. Ibidem an. 1649. ex Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 38., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 87.

M M M C D L X I X.

SERAPHINUS ROTHOMAGENSIS Gallus provinciæ Normanniæ Capuccin. hebraice, syriace, & græce apprime eruditus, concionator illustris, fideique catholicæ strenuus propugnator, scripsit

Tractatum de elementis linguæ hebraicæ; &

Disputationem publice habitam Candomi cum quodam ministro hæretico; qui convictus ex eo congressu turpi fuga sibi consulere coactus fuit. Cadomi absque nomine autoris an. 1631., quo obiit Lexovii 4. kal. Augusti ætatis 65. De eo agit Marcellinus Pise to. 3. Annal. Capuccin. ad eum annum, Dionysius Genuensis in Bibliotheca Capuccinor., & ex his Joan. a S. Anton. pag. 88. to. 3.

M M M C D L X X.

SERAPHINUS A SALANDRA Strict. Observ. provinciæ Basilicatæ Lector, Definitor, concionatorque vulgavit italice

Adamo caduto tragedia sacra. Cosentiæ an. 1647. in 8. per Majum, & Rodellam ex Toppio in Biblioth. Neapol., & ex eo Joan. a S. Anton.

M M M C D L X X I.

SERAPHINUS SICARDI a Clavasio provinciæ Genuensis, & Custodiæ Pedemontis oppido Min. Convent. sac. Theologiæ, ac J. U. Doctor floruit anno 1480., ediditque

De statutis, & constitutionibus Clavasii impress. ibidem an. 1553., ut ex Paulo Britio Episcopo Albensi refert Andreas Rossottus in Syllabo Sceiptor. Pedemont.; hunc Waddingus infra dicit *Sicarium* depravate, additque scripsisse *de lege municipali*, quod idem puto ac de statutis municipii Clavasii.

M M M C D L X X I I.

SERAPHINUS SQUIRRUS, al. Esquirros Calaritanus Sardiniæ provinciæ Min. Capuccinor. concionator, ac Definitor, vir pius, & doctus composuit

Sanctuarium Calaritanum, veramque historiam inventionis corporum Sanctorum in eadem civitate, Opus illustre ad Franciscum de Esquivel Archiepiscopum Calaritanum libris 3. partitum, quod an. 1624. in 4. per Joan. Pollanum impressum Calaris nos docent Act. SS. Collect. Bollandii to. 7. Maji in append., ubi & nonnulla ejus fragmenta referunt. Ejusdem vero meminit etiam Salvator Vitalis in epist. ad Ferdinandum II. Hetruriæ M. Ducem *Annalibus Sardiniæ* præfixa: de quo legi potest & Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., a quo accepit Joan. a S. Anton.

M M M C D L X X I I I.

SERAPHINUS TRUSSUS Cremonensis Theologus perceleber florebat anno circiter 1460., scripsitque

De Incarnatione Domini lib. 2.

De oratione dominicali: & de natura angelica: ut ex Bressiano in lib. V. R. prodit Franciscus Arisius in Cremona Liter. to. 1. Alias tamen monui, suspectum mihi semper fore Bressianum.

M M M C D L X X I V. 1810.

SERVASANCTUS = provinciæ Tusciæ alumnus, sed ignotum cujus civitatis, vel Conventus, seculo XIV. scripsit

Summam de vitiis, & virtutibus luculentam, ut habet autor antiquus Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. in Scriptor. Ord. Min., ubi vocatur *Fr. Servasancti*, iisque accensetur, qui *Summas* I. V. scripserunt. Florentiæ in S. Crucis Bibliotheca scam. 9. versus claustrum n. 508. extat codex antiquus ms. in 4. magno sine nomine autoris hoc titulo: *Incipit liber de virtutibus, & vitiis exceptus ex libro majori, cujus est titulus de exemplis naturalibus. Unam petii a Domino, hanc requiram &c. Eximii Prophetarum verba sunt ista* &c. Opus vero incipit: *Gratia est divinum donum* &c.; dividiturque in 17. distinctiones, cujus in prologo scribit: *Ergo ut bonum jam dictum ab omnibus concupitum videre possimus, gratia Dei, & virtutibus omnibus indigemus. Sed quia magnum librum de his omnibus feci, imo illuminante nostro Deo, conscripsi, sed a pauperibus Fratribus non possit haberi, rogatus, ut inde quædam utiliora exciperem, disposui me .... utilitati communi annuere* &c.: & in fine suam scribendi rationem aperiens inquit; *ut juxta Gregorianam sententiam mercedis prædicantium particeps fierem, si eis ad prædicandum materiam præpararem. ... & ut effugerem illa mala ex otiositate nascentia* &c.: extat ibi & scam. 35. n. 781. ms. in 4. sine nomine autoris: denique in parva S. Francisci Bibliotheca Riccardinæ prope Budrium diœcesis Bononien. anno 1742., dum ibi malæ valetudinis ergo commorarer, vidi idem Opus ms. in 4. pergam. antiquo æque ac difficili charactere, cujus in fine alia manu, sed antiqua additur: *Explicit Summa de vitiis, & virtutibus Fratris Servasancti Ord. Minorum*: complectiturque *capita* 342. Hujus *Summæ* meminit & Terrinca pag. 212. sui Theatri Hetrusco-Minor., & ex eo Joan. a S. Ant.

Summam de Pœnitentia, & de ejus tribus partibus memorat cit. Bartholomæus Pisanus: extat autem Florentiæ ibidem scam. 9. n. 502. cod. ms. in 4. incip. prologus: *Quoniam in libello de exemplis naturalibus a me scripto dictavi de Pœnitentia quædam pauca* &c. Opus vero: *Deum esse, non solum omnis docet Scriptura divina* &c., atque in fine habetur; *Expliciunt tituli capitorum Summæ Servasancti de Pœnitentia*. Habetur ibid. & scam. 8. n. 485. cod. ms. in 4., sed sine autoris nomine, & Asisii ms. pergam. in fol. apud nostros.

Librum de exempli naturalibus, quem ipse citat in duobus libris supra memoratis, composuisse scimus, sed qui fortasse periit. *Summa de exemplis naturalibus* incip. *Occurrit itaque primo*, tribus libris constans sine nomine autoris ms. in fol. habetur in Bibliotheca Hispalensis Ecclesiæ sub num. 83. ex Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 21.

Sermones Servasancti incipientes: *Suspice cœlum* mss. extabant olim Bononiæ in Biblioth. S. Francisci ex veteri illius Bibliothecæ Indice anno 1421. confecto, & a me anno 1741. in Tabulario illius Cœnobii lecto.

Sermones Dominicales, & Festivi Servasancti incipientes: *Dominus legifer noster*, & finientes: *Spiritus S. superveniet in te. Btus B.* mss. habebantur olim Ferrariæ in nostra S. Francisci Bibliotheca ex veteri ejusdem Bibliothecæ Catalogo anno 1437. scripto pag. 24. 25., & 68.

Sermones Servasancti incipientes: *Mihi absit* &c. extabant olim mss. in cit. Bibliotheca S. Francisci Ferrariæ ex pag. 72. dicti Catalogi. Adverto tamen, etiam *Sermones de Sanctis* S. Bonaventuræ adscriptos, & in edit. Vatic. an. 1596. publicatos Ita incipere; sed thema plurium esse potest, cum sit ex sac. Scriptura.

M M M C D L X X V. 1811.

SERVATIUS MIRICANUS = Regul. Observ., cujus Opus prodiit & Coloniæ 1618. apud Joannem Kinchium ex Joan. a S. Anton. pag. 88.

M M M C D L X X V I. 1812.

SEVERINUS RUBERICUS = de eo & Joan. a S. Anton.

1813.

SICARIUS A CLAVASIO = V. supra *Seraphinus Sicardi*, de quo corrupte etiam apud Joan. a S. Anton. ex Waddingo.

M M M C D L X X V I I. 1814.

SIGISMUNDUS A BONONIA = eum puto, quem per errorem *Sebastianum* dicit Diana in Indice autorum suæ *Summæ*: de eo cum laude agit P. Zaccarias Pasqualigo in Indice autorum, Dionysius Genuen. in Bibliotheca Scriptor. Capuccinor., & Joan. a S. Antonio.

M M M C D L X X V I I I.

SIGISMUNDUS BRIXIENSIS Italus Capuccinus, genere clarus, sed clarior virtutibus scripsit

Librum exercitiorum spiritualium cusum Brixiæ an. 1614. absque nomine ex autoribus Annal. Capuccinor. to. 3., Biblioth. Capuccin., & Joan. a S. Anton.

M M M C D L X X I X. 1815.

SIGISMUNDUS MARISSIUS = de eo & Joseph Imbonatus in Biblioth. Latino-Hebr. to. 5., & Joan. a S. Antonio.

M M M C D L X X X.

SILVERIUS ABBAVILLÆUS Gallus Parisien. provinciæ Capuccin. concionator typis dedit vernacule, nomine suppresso,

Vitam B. Coletæ Virginis reformatricis Ordinis. Parisiis an. 1628. in 8.; quam laudat Arturus in Martyrol. Franciæ. die 6. Martii §. 9., & ex eo Joan. a S. Antonio.

M M M C D L X X X I

SILVERIUS PICERLI a Podio Sidone diœcesis Reatinæ oppido ex Angelo a Lantusca in Relatione ejusdem provinciæ mi. Strict. Observ., Theologiæ professor, & liberalium disciplinarum cultor edidit vulgari idiomate

Speculum 1., & 2. Musicæ tomis 2. distinctum. Neapoli an. 1630. & 1631. in 4. typis Matthæi Nucci: apud Octavianum Beltramum 1630. ait Leo A'latius de Viris Illustr. fol. 234., & ex eo Joan. a S. Anton. pag. 88. to. 3.

M M M C D L X X X I I 1816.

SILVESTER BARTOLUCCIUS = frater germanus *Guidi*, & nepos *Salvatoris* Bartolucci, de quibus supra actum est, postquam plura in suo Ordine regimina obiisset, an. 1637. mense Novembri Tuderti vivendi finem fecit; cujus

Speculum regularis observantiæ &c. prodiit quidem Venetiis an. 1617.; sed antea prodierat hoc titulo: *Minorica Fratrum Conventualium S. Francisci in duos libros divisa*; quorum uno tractatur *de tribus votis*; altero habetur *Declaratio Regulæ Fratrum Minorum juxta privilegia* &c., Perusii anno 1615. in 4. typis Cæsaris Scaccioppæ; non Parisiis, ut habet Joan. a S. Anton. pag. 89. to. 3. In *Minoricæ* fronte legitur ejus elegans *tetrasticon.*

Brevis, & compendiosa declaratio Regulæ Fratrum Minorum, ejusque præceptorum lingua vernacula ad Novitiorum, simpliciumque utilitatem accomodata. Perusii anno 1616. in 4. typis ejusdem Scaccioppæ.

De frequentando Sanctissimo Altaris Sacramento. Tuderti an. 1633. ex Franchino in Bibliosophia n. 305., qui & n. 258. §. 7. tradit, eum anno 1617. in Comitiis Ordinis Romæ coactis delectum, qui cum M. Anton. Capello *Constitutiones* pro Reformatis Conventualibus componeret. De eo etiam Coronellus agit to. 4. Biblioth. univer. n. 1510.

M M M C D L X X X I I I.

SILVESTER MARULUS scripsit

Historiam sacram Religionis Franciscanæ, ut ex Arturo in Martyrol. Franc. die 22. Febr. §. 4., & ex eo Jo: a S. Anton. pag. 89. to. 3.

M M M C D L X X X I V.

SILVESTER PLACENTINUS Italus Capuccinus vir piissimus edidit vernacule

Methodum se præparandi ad Eucharistiam recipiendam. Mediolani, Bononiæ, & Taurini an. 1622. in 12.

Obiit Papiæ an. 1619. ex autore Biblioth. Capuccinor., & Jo: a S. Anton.

M M M C D L X X X V.

SILVESTER PUPPIENSIS Hetruscus Regul. Observ. collegit, edíditque *pia carmina de Sancto Francisco, & Monte Alvernæ, ac de mysteriis vitæ D. N. J. C.* hetrusco idiomate, tit.

Sette Canzoni di sette famosi Autori (nempe *Chrysostomi Talenti* Monaci Vallis Umbrosæ, *Desiderii Scaglia* Ord. Præd., *Francisci Lelii Ubaldini* Min. Observ., *Gabrielis Chiabrera*, *Maffei Venerii* Episcopi Corcyren., *Pauli Æmilii Barbarossæ* Eremit. S. Aug., & *Petri Martyris Naldini* O. P.) *in lode di San Francesco d'Assisi*, adjunctis *Carminibus Fr. Bernardini Turramini* Reg. Observ. Florentiæ an. 1606. in 4. typis Joannis Antonii Chanei, & Raphaelis Grossi; & an. 1609. in 4. typis ejusdem Chanei; & 1607. in 4. ibidem per Volemar Timan.

Rime spirituali di diversi Autori in lode del Serafico Padre San Francesco, e del sacro Monte della Verna. Parte prima. Florentiæ typis Volemar Timan anno 1606. in 4.

Seconda parte delle Rime spirituali di diversi Autori sopra varie materie intorno all' Incarnazione, Natività, Passione, e Morte di N. S., e altre in lode della Madonna, e d'altri Santi, con le Sequenze &c. Florentiæ typis Jo: Antonii Chanei in 4.

De eo Antonius Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. serm. 4., Jo: a S. Anton. tomo 3. pag. 90., & Josephus Manuccius par. 2. Gloriæ Clusentini pag. 65., qui horum *Carminum* aliam editionem adducit anni 1608., & cap. 7. pag. 179. hunc distinguit ab alio *Silvestro Pappiensi* Reg. Obser. viro pio, & docto, qui fuit Custos suæ provinciæ, Definitor Generalis, pluriesque Cœnobii Montis Alvernæ Moderator, defunctus prope centenarius an. 1578. in Cœnobio S. Joannis prope Aretium, cujus Augustinus Millius in suo Montis Alvernæ *Dialogo* lib. 3. cap. 2. sub an. 1565. meminit. Hunc autem dicit, adhuc anno 1608. in vivis fuisse.

M M M C D L X X X V I. 1817.

SILVESTER ROSSANENSIS = Calaber, provinciæ Cosentinæ Capuccinor. alumnus, de quo Rodulphius lib. 3., aliique post eum; Societatis Sanguinis D. N. J. C. autor fuit, scripsitque italice

Tractatum de XII. effusionibus sanguinis Jesu Christi. Florentiæ an. 1573. typis Jo: Marescoti.

Quasi novus Apostolus Romæ, Venetiis, & Neapoli habitus est; obiitque apud Montem altum in Calabria an. 1596. ex autore Bibliothecæ Capuccinor., & Jo: a S. Anton. Ejus Vitam signis etiam a Deo illustratam scripsit Boverius to. 2. Annal. Capuccinor.

M M M C D L X X X V I I. 1818.

SILVESTER SENENSIS = Regular. Observ. S. Bernardini, & B. Thomæ Florentini discipulus factus est insignis in universa Italia verbi Dei prædicator, & aliquando etiam Nuncius Apostolicus, ut Robertus Licensis Episcopus Aquinas, & concionatorum sui temporis omnium consensu princeps hunc inter Ordinis Minorum *famosissimos* verbi Dei prædicatores enumeraverit in sermone de S. Bernardino par. 2., & Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 43. ex Speculo Minor., & Mariano, nec non Rodulphius lib. 3. tradiderunt, scripsisse eum præter *librum de justitia*, aliisque virtutibus

Quadam alia Opera, præsertim quidem *Conciones quadragesimales, & alterius anni temporis*; ac obiisse Scarlini in agro Senensi circa an. 1450. ex cit. Mariano apud Anton. Terrincam in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. art. 1. ser. 4. Agit de eo Waddingus in Annal. Min. sub an. 1427. n. 16., aitque de *Radicondolo* Senensis agri oppido extitisse; & Antonius Ripalta autor suppar in Annal. Placent. to. 20. Rer. Italic. Scriptor. memorat, anno 1440. Placentiæ, & Cremonæ declamasse contra factiones, discordantesque cives magno studio

ad unionem, & concordiam adduxisse; Arturus etiam in Martyrol. Francisc. ad diem 31. Martii §. 4., & ex his Joan. a S. Antonio.

MMMMCDLXXXVIII. 1819.

SILVESTER VALLENSIS = Britanus provinciæ Parisiensis Capuccinus Theologus, vir apostolicus, qui, multis hæreticis ad catholicam fidem reductis, demum ab eis veneni potione necatus est an. 1616.; gallico idiomate librum suum exaravit. Ab Arturo in Martyrol. Franciscano in Syllabo autorum lit. D., & ad diem 7. Augu. §. 7. vocatur *Dionysius Silvester Lavallensis*, & scripsisse dicitur

Historiam Francicam illis verbis: *Dionysius Silvester in Carolo VIII. Rege Francorum ad an.* 1493.: de eo iterum agit ad diem 31. Augusti §. 9.; a quo accepit Joan. a S. Anton., apud quem corrupte dicitur *de la Var*. Legatur etiam Bibliotheca Scriptor. Capuccinor.

MMMMCDLXXXIX.

SILVIUS AB HOSTABICH Hispanus provinciæ Cataloniæ Capuccin. concionator exemplaris vitæ, cujus cum laude meminit Boverius to. 2. Annal. Capuccin.

Opusculum de oratione mentali scripsit; obiitque Barcinone an. 1586. ex Dionysio Genuensi, a quo accepit Joan. a S. Anton.

MMMMCDXC. 1820.

SIMEON MANHART =

MMMMCDXCI. 1821.

SIMON ARDÆUS = non *Andreas*, ut ex Possevino, aut etiam ex alio exscripsit Waddingus, & Joan. a S. Anton., sac. Theologiæ Magister, & in florentissima Universitate Patavina Doctor illustris ex Rodulphio lib. 3., & Willoto in Athænis Franciscanis, qui multa scripsisse tradunt, quæ desiderantur, obiisse autem Patavii anno 1537. die 28. Aprilis ætatis suæ anno 68., hoc ei erecto monumento:

Simoni Ardæo Veneto Minoritanæ Religionis splendori, qui dum ex Patavinis Athænis omnes terras illustrasset Philosophorum, Theologiam Christianam summa cum laude, omniumque invidia superata, professus, viam tandem universæ carnis ingrediens obdormivit in Domino. Fr. Bernardinus alumnus rerum, & cognominis hæres non ingratus posuit. Obiit anno MDXXXVII. *ætatis suæ* LXVIII. *kal. Maji*.

Ita apud cit. Rodulphium; sed legendum puto XV. IV., vel III. *kal. Maji*, si dicitur obiisse die 28. *Aprilis*. Adducitur hujus scriptoris autoritas a Jacobo Bargio in 1. Sentent. dist. 16. quæst. unica: §. *Et hanc signotam*; ac dist. 19. quæst. ult. §. *Ad istam quæstionem*. Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci habetur ms. *Fragmentum Metaphisyces* in fol. hoc titulo: *Sequitur textus 36. 12. Metaphys.*, & infra: *Sequitur lectio 22. Magistri Simonis Ardæi super 3. quæst.* 2. &c.

MMMMCDXCII.

SIMON EPISCOPUS primùm Pacensis in Hispania, vulgo *Badajoz*, an. 1309., postea ad Tudensem Ecclesiam an. 1324. translatus, vir non minus religione, quam literis clarus scripsit, quod sciatur, anno 1323. sub Joanne XXII.

Quæstionem de paupertate Christi, & Apostolorum ejus eo tempore in Rom. Curia agitatam, ut est in cod. 3740. Biblioth. Vatic. apud autorem veteris Bibliothecæ Hispanæ to. 2. lib. 9. cap. 4. num. 199., & Raynaldum ad an. 1323. num. 65., ubi mendose dicitur *Pactensis*, & *Pictaviensis*.

MMMMCDXCIII. 1822.

SIMON FONTANUS = quem Possevinus in Appar. sac. to. 1. v. *Anselmus Cantuarien. Archiepisc.* vocat acris ingenii virum; fuit etiam liberalium disciplinarum cultor eximius.

Historia Catholica suorum temporum non ab an. 1546. incipit, ut ex Rodulphio lib. 3. alii exscripserunt, sed ab anno 1517. ad annum usque 1546.: rem præcipue Lutheranam adversus Joannem Sleidanum pertractat. Prodiit primo Gallice in 8.; deinde in italicum sermonem translata a Josepho Horologio Florentino vulgata est Venetiis an. 1563. in 8. typis Gasparis Bindoni; quam editionem perperam Possevinus tam in Appar. sac. to. 2., quam in Bibliotheca selecta lib. 1. cap. 19. tribuit *Joanni Fontano*: laudatur a Jacobo Le Long lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ n. 1119.

Parasceve ad Rhetoricam Fr. Simonis Fontani scholiis Fr. Ægidii David Baccalaurei sac. Theologiæ Parisien. locupletatum. Parisiis an. 1578. typis Sebastiani Novelli, teste Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 15. Opus hoc memorat Jo: Dovetus in epigrammate præmisso *Libro Formalitatum* an. 1579. edito, de quo dixi supra in *Joanne Doveto*.

Historia, seu Commentario in librum Ruth excusa sunt Parisiis an. 1560. in 8. ex Indice Biblioth. Conventus S. Francisci Bononiæ: ibidem anno 1562. in 8. ex Crouvero pag. 32. sui Elenchi in sac. Script.

Dialectica ejus commemoratur a cit. Rodulphio suppari scriptore, qui & *carmen* ejus sepulchro affixum refert.

De Dialecticis prodidagmati elegans Opusculum, & præter morem Scholasticorum concinnatum; &

De terminis Philosophicis legitur in *Gymnasio Speculativo* a Fr. Augustino Gothutio publicato Parisiis an. 1605. in 8. typis Michaelis Sonnii clas. 1. tract. 1.; & an. 1604. ibidem aliud ejus Opus vulgavit idem Gothutius ex epistola Joannis Roeuni prædicto *Gymnasio* præfixa.

Opera S. Anselmi Cantuariensis castigavit, teste Petro de Alva col. 1412. suæ Militiæ, & ex edit. Paris. 1599. De eo & Joan. a S. Anton. pag. 91. tom. 3.

MMMMCDXCIV.

SIMOM DE GRINCOURT Belga = V. supra *Anonymi Belgæ Recollecti* etiam ex Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 91.

* SIMON, al. Simonettus Leontinus Alaymi Leontini magni Siciliæ Justitiarii filius ad Syracusanas infulas anno 1269. evectus, quem alii *Ord. Prædic.*, alii *Minorum* faciunt, scripsit vernacule

Historiam Siculam, & *Historiam Vesperi Siculi*; decessitque anno 1294. ex Hieronymo Ryusa fol. 249. suæ Bibliothecæ Siculæ, Rocho Pyrrho, a quo accepit Jacobus Eccardus to. 1. Scriptor. Ord. Prædic., & Philadelpho Magno apud Joan. a S. Anton. pag. 92. to. 3.

MMMMCDXCV.

B. SIMON DE LIPNICA Polonus ex Baccalaureo Cracoviensi S. Joannis Capistranen. discipulus Regul. Observ. concionator, promotorque admirabilis cultus SS. Nominis Jesu, & B. V. Mariæ, quæ, ut ex veteribus picturis colligitur, viro Dei visibili specie pluries apparuit. Scripsit pro conditione temporum

Carmina in laudem B. V. Mariæ incip. *Tu quisquis fueris* &c.; quæ legi possunt apud Act. SS. Continuat. Bollandios: & *Con-*

Concionum volumen, quod ms. asservatur Cracoviæ in Archivo Cœnobii sui Ordinis ex Ludovico Skrobkovicio Vitæ ejusdem scriptore.

Obiit Cracoviæ anno 1482. die 18. Julii apud S. Bernardinum de Stradon miraculis illustratus, & ecclesiastico cultu ab Innocentio XI. an. 1682. 24. Febr. approbato honoratus. De eo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1482., Arturus in Martyrol. Francisc. die 21. Octobris, & fusius Bollandii ad diem 18. Julii; & ex his Jo: a S. Anton. pag. 75. to. 3.

MMMCDXCVI.

SIMON MARTIN Gallus sermone gallico edidit *tomos* 2., quorum secundus

Flores continens Vitarum Sanctorum prodiit in fol. Parisiis 1649., teste Petro de Alva col. 1412. suæ Militiæ, & ex eo Joan. a S. Anton.

MMMCDXCVII.

SIMON NORMANNUS an. 1273. Parisiis

Sermones habuit, quorum unus extat ibi in cod. ms. Biblioth. Sorbon. inter alios diversorum autorum *Sermones* n. 151., ex Echardo de Scriptor. Ord. Præd. in *Fr. Ægidio Aurelianensi*.

MMMCDXCVIII.

SIMON PHILIPPI Fulginas Umber, ac provinciæ S. Francisci sac. Theologiæ celebris Magister, & per Vallem Spoletinam contra hæreticam pravitatem Inquisitor anno 1320. florebat ex Waddingo in Annal. Min. ad eum annum num. 1., ac inter eos recensetur, qui doctrina, *scriptis*que Ordinem Minorum illustrarunt; quamquam quid scripserit, hucusque reticeatur.

MMMCDXCIX.

SIMON THOMASETTUS e Villafranca Fossanensis Cœnobii in Subalpinis provinciæ Genuen. Min. Convent. sac. Theologiæ ac Philosophiæ Professor subtilis, ac Doctoris Scoti acerrimus defensor edidit typis

Syntaxim Formalitatum Scoti. Romæ anno 1591. in 8. ex Rossotio in append. ad Scriptor. Pedemont., Franchino in Biblioso. n. 306., ac Martino Lippenio to. 1. suæ Bibliothecæ Philosophicæ fol. 523., & ex his Joan. a S. Anton.

MMMD. 1823.

SIMON RICKIUS = de quo & Joan. a S. Anton. sæpe cit.

MMMDI.

SIMON DE SENONIS Gallus anno 1272. Parisiis

Sermones habebat, quorum 86. extat ibi in cod. ms. Bibliothecæ Sorbonicæ inter diversorum autorum Sermones teste supradicto Echardo.

MMMDII. 1824.

SIMON TUNSTEDUS = sub Eduardo III. Rege artis Musices etiam peritissimum extitisse perhibet & Antonius Wood Anglus in Hist. Universit. Oxonien. lib. 2. pag. 5., atque ad ms. libri ab eo compositi in Biblioth. Bodlej. calcem hæc occurrere: *cujus Operis finis erat pridie nonnas Augusti anno Dom.* CIƆCCCLI. *Regens erat inter Minores Oxoniæ Frater Simon de Tunstede Doctor S. Theologiæ, qui in Musica pollebat, etiam in* VII. *artibus liberalibus*.

De quatuor principalibus librum laudatus autor Hist. Universit. Oxonien. attribuit *Thomæ de Tenskibney* etiam Minoritæ; nisi forte uterque idem argumentum tractaverit.

MMMDIII.

SIMON ZAPPA Aquilanus Liciensis Apulus provinciæ S. Nicolai Min. Convent. alumnus, & artis Musices peritus composuit

Regulas breves cantus plani, & figurati latine, & italice, quas impressas Venetiis typis Augustini de Bindonis circa annum 1540. in 8. vidi apud nostros Bononiæ; easque citat autor musicus *Floris Angelici* lib. 1. cap. 29.

* SIMONETTUS LEONTINUS = V. *Simon Leontinus*.

MMMDIV.

SINIBALDUS DE FIGLINO, al. Ficino, vulgo *Fighino* diœcesis Fesulanæ oppido provinciæ Tusciæ a Mariano apud Waddingum in Annal. Minor. ad an. 1344. n. 8. inter eos enumeratur, qui scientia illustres plurimum suis scriptis Sodalitium Minoriticum illustrarunt; quid tamen scripserit, aut ignoravit, aut oblitus est literis mandare; dicit quidem legisse Parisiis

Commentarios in 4. Senten. libros; eos proinde conscripsisse facile conjicimus.

Sermones Dominicales F. Figgini Ord. Min. mss. extabant olim in Bibliotheca Conventus S. Francisci Utinensis ex Regesto illius loci an. 1397. confecto; quos puto ad hunc *Sinibaldum* pertinere; eumque ante dictum annum 1397. floruisse.

MMMDV. 1825.

SIXTUS CUCCHIUS = verbi Dei prædicationi studuit, pietatique valde addictus scripsit etiam hæc ascetica vulgari lingua, typisque dedit

Strada per ascendere all' alto monte della contemplatione. Brixiæ anno 1619. apud Bozzolam; quæ prohibetur ex decreto sac. Congreg. Indicis libror. sub die 20. Junii 1690.

Regola per la Compagnia dell' oratione mentale. Ibidem an. 1626.

Breve Compendio de' principali affetti, e virtù, che si raccolgono da misterii della passione, e Vita di Cristo, e Maria Vergine. Ibidem an. 1627.

MMMDVI.

SIXTUS NURSINUS diœcesis Spoletinæ provinciæ Umbriæ Min. Capuccinorum alumnus scripsit

Compil. Chron., & Commiss. super Chron. Capuc., quam citat Ludovicus Jacobillus de SS. Umbriæ to. 2. sub die 25. Augusti in Vita *B. Raynerii* e Burgo S. Sepulchri an. 1589. defuncti; de quo tamen legi potest Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccinor.

MMMDVII. 1826.

SIXTUS QUARTUS = hujus Viri *Vitam* exhibuit etiam Rodulphius lib. 2. Hist. Seraph. pag. 208., & seq., a quo Willotus, aliique plures acceperunt.

Opus de Sanguine Christi mirabile asservari ms. membr. Coloniæ in Bibliotheca Franciscana testatur Ferchius in Vita Scoti cap. 18. n. 43. *Tractatus de Sanguine Christi* ad Paulum II. habetur ms. Parisiis in cod. Biblioth. olim D. Joan. d'Estrees Cameracen. Archiepi., nunc S. Germani a Pratis n. 2. ex Jacobo Echardo to. 1. Scriptor. Ord. Prædicat. ad an. 1463. in *FF. Gabriele Cassafages* &c. Venetiis quoque cod. 132. Bess. in 4. membr. habetur *Liber de Sanguine Christi, & potentia Dei* ejusdem ex Indice pag. 75.

Tractatus de potentia Dei est contra quemdam Bononiensem erronee asserentem, Deum sua omnipotentia damnatum hominem non posse salvare; ha-

habeturque in cit. Biblioth. Paris. to. 1. ex eodem Echardo; & Venetiis cum superiori *tractatu de sanguine Christi*.

Tractatus de futuris contingentibus contra quosdam asserentes in illis nullam propositionem fore verum dicitur extare ms. Parisiis in Biblioth. Colbert., nunc Regia cod. 624. in fol., ut refert Carolus de Plessis in Collect. Judiciorum de novis erroribus to. 1. p. 2. ad eum annum. *Tractatus de futuris contingentibus* ad Henricum Zoemeren. Doctorem Lovanien. habetur ibidem in Bibliotheca cit. S. Germani a Pratis num. 8. ex eodem Echardo ibidem. *Tractatus de Sanguine Christi; de potentia Dei: & de futuris contingentibus* prodierunt Romæ ex typographia Maximorum anno 1473. in fol. ex Orlando de Orig., & progr. Typograph. par. 2.; vel in 4. ex Indice Bibliothecæ Barber. to. 2. una cum Bulla pro ineundo Christianorum fœdere contra Turcas, vulgo *Passaggio*; quæ habetur etiam inter Germaniæ Scriptores Freheri; & eodem anno ibidem an. 1473. in 4. in domo Jo: Philippi de Lignamine.

Lucubrationes ejusdem prodiisse ibidem an. 1477. habet memoratus Orlandus: sed forsan idem Opus est recusum.

Oratio ejus anno 1463. coram Summo Pontifice Pio II., aliisque Romæ habita in celebri controversia *de Sanguine Christi* in triduo mortis a corpore diviso inter Minores, & Prædicatores, quorum disceptantium e Minoribus trium ipse unus, idemque præcipuus extitit, habetur ms. Parisiis in cod. Biblioth. d'Estrees, nunc S. Germani a Pratis num. 5. cum aliis Orationibus, & Tractatibus de hac materia ex cit. Echardo. Alia ejus *Oratio habita in Consistorio coram Principum Oratoribus* habetur Romæ in Biblioth. Card. Bernardini Spadæ ex Michaele Justiniano apud Oldoinum in Athenæo Ligustico., & Joan. a S. Antonio.

Constitutiones, & Reformationes pro Fratribus Ord. Min. in 19. capita distributas edidit, cum esset Generalis Minister; quas Patres in Comitiis Gener. Cremonæ anno 1488. celebratis prorsus observandas sanxerunt, teste Rodulphio lib. 2. fol. 244. Capitul. Gener. LXXXI., & Raynaldus Gratianus Minister Gen. anno 1506. jussu Julii II. publicavit Romæ in 4., extantque Ferrariæ in Bibliotheca Cœnobii S. Francisci, & mss. in 8. Ravennæ in Bibliotheca S. Francisci cum aliis Constitutionibus Michaelis de Cæsena, & Francisci Samsonis: earum meminit Memor. Ord. Min. apud Firmamenta 3. Ord. in 35. Genec. Ministro.

Explicatio in Nicolai Richardi tractatum super declaratione Indulgentiarum pro animabus Purgatorii concessarum impressa est anno 1482. una cum *tractatu* ejusdem *Nicolai Richardi* Galli, teste cit. Orlando. Composuit etiam

Officium, & *Missam de Visitatione B. V. Mariæ*: incip. *Officium: Ut vox Marie* &c., habetque 36. *Lectiones* incip. *Hodiernæ festivitatis ratio, atque causa* &c.; quarum singulis diebus festi, & per octavam *sex ex Sermone Sixti IV.* legebantur. Extat autem in *Breviario Romano* Cremonæ impresso anno 1499. in fol. per Carolum de Darleriis fol. 93. & seqq. *Proprii de Sanctis*. *Missa* incip. *Transite ad me omnes* &c., & habetur in antiquis *Missal.* edit. Venetiis an. 1529. apud Gregor. de Gregoriis; an. 1533. apud Juntas; & 1543. apud Hieronymum Scotum; quæ editiones extant Ferrariæ in Bibliotheca S. Francisci. Hoc festum vero cum octava Sixtus instituit, innovavitque ob mala, damnaque in Christianos ab hoste publico, nempe *Turca* illata, inquiens lect. 5. diei 1. festum quidem, & *Officium* antea institutum fuisse (nimirum ab Urbano VI., & a Bonifacio IX.), sed *imminente tum in Ecclesia Dei magna quadam scissura, quæ Christi membra variis sub Pontificibus, & longo quidem tempore vehementer afflixit, non ab omnibus universim suscepta festivitas est*: lect. vero 6. ejusdem diei: *in præsentiarum publicus, ac impiissimus hostis rabie immoderata deseviens . . . velut aper, qui de sylva infidelitatis exiliens vineam Domini exterminare molitur*, ut & lect. 1., ob quam causam ait, se eam promulgasse festivitatem; contulitque *Indulgentias* iis, qui *Missæ*, *Vesperis*que dicti festi interessent. Hæc latuere Baronium in notis ad Martyrol. Rom. sub die 2. Julii, & Gavantum in Thesauro Rit. sacr. sect. 7. cap. 9. Officium ab Urbano VI. institutum, & a quodam Cardinali Anglo compositum incipit: *Accedunt laudes Virginis admirandæ indaginis noviter promulgatæ* &c. in primis Vesperis; extat in Breviario ms. pergam. illius temporis Romæ in Biblioth. Collegii S. Bonaventuræ in 8., legiturque fol. 39. cit. Breviarii Cremonæ editi. Vide supra *Alexander V.*

Alia *Officia* plura SS. invexit, ut SS. *Annæ*, *Joseph*, *Bonaventuræ*, & 5. *Martyrum Marrochii*. S. *Francisci* vero diem festum esse, declaravit, ut & Gaventus notavit, quod perperam Waddingus adscribit Sixto V.

Missa, seu Liturgia *Dominæ nostræ de Pietate* huic attribuitur a Joan. a S. Anton. to 3. pag. 94.

Exhortatio ad Principes pro expeditione contra Turcas una cum Instructionibus pro diversis negotiis, opus egregium in fol. extat in Regia Biblioth. Escorialis plut. 3. x. 8. incip. *In primis accedit* &c., teste eodem pag. 95., qui perperam huic adjudicat *Opera S. Ambrosii* emendata, & an. 1585. cusa, cum ad Sixtum V. attineant: forsan deceptus est a Nicolao Comneno in Hist. Gymnasii Patavini.

Libros kabalisticos Hebræorum, de quibus Esdras meminit lib. 4. cap. 14., *maxima cura, studioque curavit, ut in publicam fidei nostræ utilitatem latinis literis mandarentur: jamque, cum ille decessit, tres ex illis pervenerant ad Latinos*, inquit Joannes Picus Mirandulanus in sua Quæstionum Apologia sub initium ad Laurentium Mediceum, & Petrus Crinitus lib. 25. de honesta disciplina cap. 3.

Epistolas, & *Decreta*, & quas *Bullas* appellant, plurimas conscriptas refert partim Waddingus in Annal. Min., partim Bullarium Romanum. *Excerpta* ex ejus Epistolis leguntur in tomo 2. Veterum Scriptor., & Monumentor. ampliss. Collect. Martene, & Durandi Parisiis vulgata anno 1724. *Tractatus juris congrui super literis Apostolicis Sixti Papæ Quarti de ædificiis ad decorem Urbis construendis* ms. extat Romæ in Bibliotheca Sfortiana in 4. ex Catalogo ejusdem Bibliothecæ apud Possevinum in fine Appar. sac.

Aliud etiam Opus scripsisse videtur; nam 5. *gradus distinctionis formalis Magistri Francisci de Savona* citat Fr. Jacobus Textoris ejus præceptor Justinopolitanus Minorita in Expositione quæstionum *Conflatus Francisci de Mayronis* circa an. 1460. edita prope finem, quem codicem ms. vidi in Tabulario nostri sac. Conventus S. Francisci Asisii.

In

In Ottoboniana Bibliotheca Romæ extat ms. *Fr. Henrici Institutoris Ord. Prædicat. Epistola contra quendam Conciliistam Archiepiscopum videlicet Craiarasem, & interpretationem, & libellum infamiæ ipsius, quem contra Sanctissimum Dominum nostrum Sixtum IV. modernum Summum Pontificem infeliciter edidit*, teste Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 185. Hujus *Fr. Henrici* ab Innocentio VIII. in *Inquisitorem* hæreticæ pravitatis German. an. 1484. assumpti meminere autores Bibliothecæ Scriptor. Ord. Prædic. to. 1., sed hæc epistola eos latuit. De illo *Archiepiscopo Crajanensi* Andrea nomine Ord. Prædic. Germano, Friderici III. Imp. Legato agit Jacobus Volaterranus, & Stephanus Infessura coævi Scriptores apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad an. 1482. num. 23., & seqq., ajuntque eum, quod *Cardinalitiam* dignitatem adipisci nequiverit a Sixto, Basileæ schisma conflasse, ibique Conciliabolum adversus Pontificem cogere nisum esse, sed tandem carcere coercitum male periisse. De alio *Crajensi Archiepiscopo* Paulo perfido Græco schismatico legere est Raynaldum Annal. Eccles. ad an. 1457. num. 29.

De laudibus Sixti IV. carmina Venturini Bergomatis habentur mss. in Biblioth. Vatic. cod. 2873. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 107., ejusque *Vita* ms. cum illa Sixti V. habetur Parisiis in Bibliotheca Coisliniana Sangerman. cod. 1462. ex eodem to. 2. pag. 1123., quæ *Vita* dicitur a Platina concinnata: & nonnulla in Bibliotheca Vallicell. Romæ. Bartholomæus Senarega, qui de rebus Genuensibus scripsit ab anno 1488. usque ad 1514., habeturque to. 24. Rer. Ital. Script., ad an. 1492. ait de eo: *Fuit Sixtus magno animo, & ingenio liberali, doctrina multiplici, prudentia immensa, quanta in Pontifice desiderari solrat, vitæ sanctimonia clarissimus. Non dignitates natalium, non divitiæ, non ambitus, sed virtutum merita eum in tam sublime solium constituerunt. Illo jubente, stratæ sunt viæ Urbis* &c. Fusius etiam de eo loquitur autor coævus Jacobus Philippus Bergomas libro 15. sub an. 1471. inquiens: *vir certe ingenio tantus, quantum nostra tempora, quæ præcipue doctrinis viguere, parere potuerunt: & propterea de potentia Dei librum scripsit; librumque de sanguine Christi; librum de futuris contingentibus; & librum de Conceptione B. M. V., ac quædam alia*: descendensque ad ejus fabricas, urbisque Romanæ instaurationem, tanta fecisse narrat, ut proinde *Urbis novus conditor* appellari meruerit. Angelus Politianus ejus laudes cecinisse videtur ita: *Verba dedi Sixto* &c., quæ perperam Andreas Victorellus in addition. ad Ciacconii Hist. Rom. Pontiff. *Sixto V.* data esse putavit, cum Angelus Politianus sub Sixto IV., non V. vixerit: & celeber poeta Sannazarius ita de eo scriptum reliquit:

Visuram se iterum Sixtum cum Roma putaret;
Pro Sixto Sextum vidit, & ingemuit.

Janus vero Vitalis in hunc modum:

Si merita, & laudes sunt munera Principis; unus
Sixtus erat Princeps laudibus, & meritis:

Extiterat quippe præceptor etiam Joannis Antonii Campani viri eruditissimi, postea Episcopi Aprutini, ut ipsemet fatetur Campanus lib. 8. epist. ad Alphonsum Calabriæ Ducem. Innumera sunt beneficia, quæ nostro sacro Conventui Asisien. præstitit; fere ubique in Dormitorio Patrum *di Casa*, in claustro majori, in Ecclesia superiori visitur ejus Stemma; ingentia horrea, & præcipuum loci fulcimentum, vulgo *Scarpa* construxit: quare PP. Conventus gratitudinis ergo quotannis *anniversarium* ejus nonis Septembris agunt, celebrantque. De eo & Ludovicus Cataneus v. *Franciscus de Ruvere*, Ludovicus Jacobus a S. Carolo in sua Biblioth. Pontif., & novissime Fr. Joseph a Fonte to. 6. *Successionis Pontificiæ*, & demum ex his Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. Franciscanæ pag. 94., & seqq.

MMMDVIII. 1827.

SIXTUS QUINTUS = cujus quidem, quantum ad rem nostram attinet, typis extant italice

Concio de necessitate sac. Scripturæ pro hominis reformatione. Neapoli anno 1554. in 8. Extat in Biblioth. Barber.; diciturque facta Perusiæ die Cinerum.

Sermo de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ. Ibidem, & eodem anno ex Indice Biblioth. Barber. to. 2. fol. 329., & iterum, ac tertio ibidem anno 1588. in 4. typis Josephi Cacchi, teste Franchino, & Marracio: latine autem factus prodiit Lovanii an. 1665. in Monumentis Franciscanis fol. 519. ex Joan. a S. Anton. Horum meminit & Antonius Ciccarellus autor suppar in Vita ejusdem Sixti.

Concio habita Perusii an. 1555., ibique impressa eodem anno ex cit. Franchino. Romæ in Bibliotheca Barberina n. 35. B. 87. habentur hæ conciones ejus:

Predica sopra il misterioso Vangelo della Settuagesima detta in San Lorenzo di Napoli colle seguenti;

Del sapere dello Scolaro cristiano.

Della felicissima venuta del promessa Messia.

Dell' Immacolata Concezione della Madre di Dio. (forsan eadem cum superiori).

Della purissima Concezione della gloriosa Madre di Dio Maria Vergine detta ivi alli 8. *Decembre in Palazzo all' Illustriss., e Reverendiss. Cardinal Paceca Vice Rè di Napoli* ex nupero autore Vitæ ejus to. 1. lib. 2. n. 7.

Conciones ejus *originales* mss. habentur Romæ in Archivo S. Isidori ex Catalogo apud Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 159. cod. 131., & 132.

Commentarium super Evangelium S. Matthæi, cum esset Neapoli Gymnasii Regens, scripsit, ibique typis dedit ex cit. autore Vitæ ejus to. 1. lib. 2. num. 5.

Expositio Evangelii S. Joannis facta Neapoli 1554. extat ms.

Expositio Epistolæ D. Pauli ad Romanos facta Romæ anno 1552. extat ms.

Librum Theologiæ mysticæ quoque composuit ex eodem lib. 2. n. 11.

Opera S. Ambrosii Episc. Mediolanen. incæpit vulgare ab anno 1579. usque ad annum 1587. tomis 6. in fol. per Dominicum Basam; quæ postea prodierunt pluries Parisiis etiam, & alibi.

Opera S. Gregorii M. Papæ emendare cæperat una cum Petro Rodulphio Episcopo Venusino; sed plurimis summi regiminis occupationibus distentus Rodulphio negotium perficiendum commisit.

Opera S. Bonaventuræ cura, ac studio præcipue Card. Sarnani, ac Angeli Rocchæ impressa sunt

sunt typis Vaticanis tomis 7. in fol. ab anno 1588. usque ad 1606.

Bullarium ejus, seu *Collectio Constitutionum ipsius* impres. Romæ anno 1588. in fol.

Ejusdem Bullarii pars 2. ibidem an. 1590. in fol. per Antonium Bladum, quod Opus citat Petrus de Alva in *apparatu* ad Indiculum Bullarii Seraphici v. *Bullarium*.

Bullarium Romanum Laertii Cherubini opera collectum typis Vaticanis duce, atque auspice Sixto prodiit anno 1585., teste Angelo M. Cherubino in epistola ad lectorem *Continuationi* dicti Bullarii præfixa.

Apophtegmata, sententiæ, & Epistolæ ad M. Hetruriæ Ducem mss. in Biblioth. Magliabecchiana Florentiæ.

Ejus *Epistolæ ad varios* multæ, & *Sententiæ, monita*que ad Alexan. Cardin. Montaltum ejus nepotem mss. dicuntur extare in Anglicana Bibliotheca Bodlej. in 4., teste Andrea Victorello in Addition. ad Ciacconum. Aliæ vero mss. Romæ in Biblioth. Vallicel. I. 49. fol. 204., ubi Sixti V. *Annales* mss. K. 6., & 46. ejus *Vita* ab autore æquali scripta.

Biblia sacra vulgatæ editionis latinæ cusa sunt primum Romæ an. 1590. in fol. parvo, præmissis litteris *Æternus ille cælestium, terrestriumque* dat. kal. Martii an. 1589., in quibus ait, *in hoc laboriosissimæ emendationis curriculo operam quotidianam, eamque pluribus horis collocandam duxisse*, adhibitis doctissimis viris; atque etiam pluries sua manu correxisse, si qua prælo vitia obrepserant; sed cum quorumdam incuria parum emendate prodiissent, revocavit, recognoscereque cæpit; at morte interveniente, opera Clementis VIII. recusa sunt anno 1592. in 4., & postea sæpissime. Jacobus Le Long to. 1. Biblioth. sac. pag. 357. ea Biblia, quæ Gregorius Læti dixit esse italice vulgata jussu Sixti, esse vulgatæ latinæ editionis fatetur. Revera idem Læti to. 1. Epistolarum de rebus diversis epist. 135. fatetur, non omnia vera esse, quæ in *Vita Sixti V.* prodidit.

Excogitavit *Instructiones* addendas Regulis a Concilio Trident. super prohibitione librorum hæreticorum, aliorumque constitutis, quas morte præventus cum edere non potuisset, id egit ejus successor Clemens VIII. an. 1595., ut refert Card. Albici in Opusculo: *Risposta all' Historia della sacra Inquisitione composta da F. Paolo Servita* &c. pag. 293. edit. 2.

Cum adhuc privatus esset, & Ordinis sui Vicarius Generalis, unus fuit ex Romanis *Decreti Gratiani* emendatoribus, ut legitur in Vita Latini Latinii Viterbiensis; & antea etiam in ordinandis nonnullis

Aristotelis, Averroisque Operibus elaborasse videtur; quandoquidem Antonius Posius, quem Sixti discipulum fuisse prodidit Franchinus in Bibliosophia num. 43. §. 3., in *Thesauri*, seu *Indicis* Operum Aristotelis, & Aversois Venetiis anno 1560. editorum præfatione scribit: *id ego jam pridem cum intelligerem, atque superioribus temporibus aliquibus Aristotelis, Averroisque Operibus a præceptore mea ordinatis, aliqua vel ipse ordinaverim* &c., ex nupero autore vitæ ejusdem lib. 2. num. 11.

Primo sui Pontificatus anno prodierunt sequentes versus an. 1586.

Per nemorum latebras media sub nocte viator
Tutus ab insidiis mille talenta ferat:
Principe nam Sixto, dira cum gente procrustes
Exulat eois, exulat hesperiis.
Quin etiam e cœlo terras pax alma revisit;
Et juncta Astreæ floret in orbe fides.
Sic magni herois, sic sancti cura parentis
Aurea secla dedit; ferrea secla tulit.

Angelus vero Bargeus poeta nobilis in eum hoc disticho lusit:

Ingentes si facta derent ingentia Reges;
Te Regum Regem, Xiste, quis esse neget?

Et Populus Romanus viventi statuam cum hac brevi inscriptione erexit an. 1586.

Sixto Quinto Pont. Max. ob quietem publicam, compressa sicariorum, exulumque licentia, restitutam; annonæ inopiam sublevatam; Urbem ædificiis, viis, aquæducta illustratam S. P. Q. R.

Neque silendum est id, quod Bonaventura Passer Nolanus in præfatione, quam suæ Pinacothecæ an. 1621. Romæ editæ præfixit, memoriæ prodidit, fæminam nobilissimam instar Reginæ Sabæ ex Africa Romam enavigasse, ut Sixti prædicatas ubique virtutes coram probare posset. Extat & Romæ ms. in Biblioth. Vallicel. P. 70. n. 22. *epigramma* de ægroto per benedictionem Apostolicam ab ipso pristinæ sanitati restituto.

Sixti V. Vita ipsius manu emendata ms. habetur Parisiis in Biblioth. Coisliniana Sangermanen. n. 1462. una cum *Vita Sixti IV.* a Platina composita ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1123.; altera *Vita* a Guidone Gualterio composita extat ms. Romæ in Bibliotheca Caroli Card. Barberini ex eodem to. 1. pag. 175., & in Alteriana ibidem pag. 175.; pluraque de eo habes in *Ephemeridibus* Guidi Gualterii Sangenesini autoris coævi mss. in Biblioth. Vallicel. Romæ I. 60. fol. 160.; & I. 64. fol. 241. habentur ejus Diaria a Paulo Alaleone scripta; & I. 39. fol. 92. *Relatio* de ejusdem morte an. 1590. Mutius Pansa Pennensis an. 1590. edidit italico sermone librum de *Bibliotheca Vaticana* impressum Romæ, dicatumque Card. Scipioni Gonzagæ, in cujus prima parte edisserit omnia *Sixti V.* Romæ, & extra Urbem peracta. Falsus est Waddingus, & ex eo Joan. a S. Anton., dum ait, Sixtum V. *S. Francisci Asisiatis* diem natalitium pro festivo coli præcepisse; id enim præstitit Sixtus IV., ut supra ostensum est; Sixtus vero V. *S. Francisci de Paula* diem Officio ecclesiastico coli voluit; & *B. Didacum* in Sanctorum numerum retulit; ac *S. Bonaventuram* inter Ecclesiæ Doctores adscripsit; in Basilica SS. xii. Apostolorum urbis Romæ Min. Conv. S. Bonaventuræ nomine *Collegium* instituit, ac dotavit, in quo ejus sac. Theologia doceretur, & explicaretur; ejusque festus dies decrevit ut quotannis duplici ritu ceterorum SS. Ecclesiæ Doctorum instar perpetuo celebraretur; *Archiconfraternitatem* Chordigerorum *Asisii* in Basilica S. Francisci erexit, & plura, alia, quæ in ejus gestis legi possunt. Scripsit de eo Paulus Sacratus Canonicus Ferrariensis epist. lib. 3. an. 1585. data Pompejo Rocchio Episcopo Cabellion.: *quem tantum Pontificem cur non venerer, ac magnifaciam? nam cum sit omnibus perspicuum in eo sapientiam, prudentiam, clementiamque, atque humanitatem maxime elucere; tum duæ res maximam mihi admirationem movent, quod & justitiam mirifice colit, nihilque ipsa antiquius habet, & doctis-*

ctissimis, atque integerrimis viris mirum in modum faceret, eorumque usu vehementer delectatur: & in præfatione volum. 3. earumdem Epistolarum ad Joan. Angelum Pappium Antistitem an. 1586. ait: *illo mortuo* (Gregorio XIII.) *quid successor Xistus maximus, ac sapientissimus, idemque justissimus Pontifex non effecit, ut se de te præclare sentire homines intelligerent? . . . cujus laudes amplissimas, nec non verissimas, atque justissimas quam libenter recensere, si mihi ea esset orationis facultas, quæ illas æquare posset. At unum tantum dicam, jamdiu justiorem, ac sapientiorem a Deo nobis datum esse neminem; quem si diu vivere permiserit nobis idem clementissimus Deus, sicut eum ad regendam Petri navim aptissimum delegit, non vereor, ne non fidelium omniam cætus &c.*: & Joseph Ripamontius Hist. urbis Mediolanen. an. 1640. scriptæ lib. 18. cap. 24. inquit: *Sixtus V. erat, qui fuit ante fastigiam, nomenque illud Frater Felix a Montealto, quo nec Pontificatu, nec nomine terribilius, neque amabilius, plausibiliusque quidquam, neque tanta diversitatis mixtum perinde memorabile aliquid Apostolici Fasti habeat; memoriaque viri ob conjuncta in animo, imperioque eodem, & consociata divinitas hæc æternum manebit. . . & fuit regio atique spiritu Montaltus tam in omni reliquo Pontificatus, & Imperii sui parte, tum privatim in eos, quos de se bene, secusve meritos esse meminisset* &c. Nonnulla etiam de eo scripsit Rodulphius lib. 2. fol. 210., & longe post Franchinus in Biblios. n. 117., & postea Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 99., ubi longum ejus Elogium exscribit a Jo: Palatio compositum.

MMMDIX.

SPIRITUS DE BALMA Gallus provinciæ Lugdunen. Capuccinus, Minister, & concionator apostolicus, qui signis etiam hæreticos ad fidem reduxit, edidit

Catechismum pro instructione juventutis, & plebis in fide catholica. Lugduni 1593.

Opuscula alia scripsit injuria temporis deperdita. Obiit Lugduni an. 1602. ex Boverio to. 2. Annal. Capuccin., Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton.

MMMDX.

SPIRITUS DE BOSSOROGERIO Gallus prov. Normanniæ Capuccin. Minister scipsit Opusculom titulo

Pietas afflicta, ubi agit de obsessis a dæmone, & aliis hujus generis. Rothomagi an. 1559. in 4. ex Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton.

MMMDXI.

STANISLAUS POLONUS antiquus Theologus sceipsit an. 1401.

Vitam B. Kunegundis Ordinis S. Claræ, quæ habetur ms. Cracoviæ in Archivo Ecclesiæ Majoris, & apud Moniales S. Claræ; ex hac suam adornavit de eadem Beata Vitam an. 1475. Joan. Longinus, al. Dloschi Canonicus Cracoviensis apud Act. SS. Continuat. Bolland. ad diem 24. Julii.

Vitam B. Salomeæ Haliciorum Regiae Ord. S. Claræ, quam citat Martinus Baronius in Catalogo SS. apud Casimirum Biernaki in Speculo Minor. art. 18. n. 11., & art. 19. n. 4.

MMMDXII. 1828.

STANISLAUS POLONUS = forsan ille, quem Waddingus in Annal. ad an. 1487. num. 13. vocat *Corzes*, Cracoviæ in Universitate antea Professorem prius Magistri Senten., deinde Decretalium, postea concionatorem famosissimum, multorum discipulorum parentem, ac defunctum non sine opinione sanctitatis.

MMMDXIII.

STANISLAUS DE SLAPY Polonus Regul. Observ. an. 1500. summa diligentia digessit

Collectuneum Privilegiorum Ordini Minorum concessorum, quæ ms. habetur Matriti in Gener. Archivo illius Ordinis ad calcem chronologiæ descriptionis ejusdem provinciæ a Fr. Augustino Cieplinki scriptæ in fol., teste Joan. a S. Antonio: forsan est *Stanislaus Polonus*, qui supra.

MMMDXIV. 1829.

STANISLAUS VOPOLINUS = *Vopolnus* dicitur a Rodulphio lib. 3., qui addit, ejus *Opuscula* circumferri Cracoviæ. Edidit etiam in lucem a se castigatam

Logicam Scoti Basileæ, ut refert Dempsterus in *Jo: Duns Scotiæ asserto* num. 7., ubi & exhibet ejus *Carmen* in Scoti laudem editioni memoratæ præmissum; est autem *tetrastichon* elegans, quo colligitur, fuisse eum liberalium disciplinarum cultorem. Vocatur porro a Possevino in Appar. sac. to. 3. *Stephanus Vopolnus*, sed perperam. Censeri posset ille *Stanislaus Polonus* Minor. Convent. sac. Theolog. Magister, qui anno 1562. suæ provinciæ Minister est electus, annisque 16. rexit, ut habet Casimirus Biernaki in Speculo Min. art. 23., num. 5., sed cognomento dicit *Opiczno*: certe videtur scripsisse hic circa annum 1560., quo *hæretici* Poloniam ingredi, inficereque cœperunt; etiam Joan. a S. Anton. pag. 105. to. 3. dicit claruisse anno 1561., teste Wite in Catalogo Illustr. Scriptor. Ord. Minor.

MMMDXV.

STEPHANIA AB INCARNATIONE Hispana Ord. S. Claræ de Lerma Monialis non minus pia, quam erudita claruit anno 1637., & posteritati reliquit vernacule scripta volumina 4. in 4., quorum

Primum agit *de generatione æterna*: *de rerum creatione*; & *de earumdem conservatione*. Ms. asservatur Matriti in Regia Biblioth., & Palentiæ in illa Conventus Regul. Observ. plut. 153. n. 35.

Alterum *de Incarnatione Verbi Divini*.

Tertium *de redemptione hominis*; *de glorificatione humanæ naturæ*; ac *Domini Resurrectione*. Ms. Palentiæ loco cit.

Quartum *de judicio universali*.

De oratione, ac meditatione liber in 8. ms. ibidem.

Vitam suam etiam descripsit jussu sui Confessarii Fr. Alphonsi de Villa Mediana ms. Matriti in 4. in Regia Biblioth. ex Petro de Alva col. 1422. Militiæ, & Joan. a S. Anton. pag. 106. to. 3.

MMMDXVI.

STEPHANUS ALIERUS Cremonensis Regul. Observ. Theologus, ac concionator anno 1533. composuit

Praxim orationis mentalis lingua vernacula; nec non *alia*, si fides habenda est Bressiano in V. R. apud Arisium in Cremona Liter. par. 2., sed mihi suspecto.

MMMDXVII.

STEPHANUS DE ALVIN Gallus, ut puto, edidit

Tractatum de potestate Episcoporum, Abbatum, aliorumque Prælatorum, & Abbatissarum. Parisiis 1607.

1607. in 4. teste Alphonso Lassor to. 1. Universi calamo delineati fol. 355., & ex eo Joan. a S. Anton.

MMMDXVIII.

STEPHANUS BARDANUS a Stylo Calabriæ provinciæ oppido Min. Conv. alumnus bonarum literarum studio addictus e græco in latinum vertit

Acta S. Joannis Theristi an. 1624., quæ publici juris sunt facta ab Act. SS. Collect. Bolland. sub die 24. Februarii.

MMMDXIX. 1830.

STEPHANUS BARON = de quo & Possevinus agit in Appar. sac. to. 3.

De regimine Principum lib. 1. edit. Parisiis in 8. absque anno, Typographique nomine; quæ editio extat Segobiæ in Biblioth. Conven. S. Crucis.

Sermones declamati coram Accademia Cantabrigensi prodierunt Parisiis in 8., uti supra.

Claruit anno 1530. ex Pitseo, aliisque apud Joan. a S. Anton.

* STEPHANUS BARRELLAS = V. *Stephanus Barrellas*.

MMMDXX. 1831.

STEPHANUS BRULIFER = al. *Brulefer*, Dinanni Cœnobii alumnus a Conventualibus ad Observantes transiit: bis in 4. Sent. libros egit; primùm Parisiis *Scriptum Scoti* interpretando, deinde Metis, & Moguntiæ in *D. Bonaventuram Commentarios*, quos *Reportata* nominavit, conscribendo, ut clare docuit quidam ejus discipulus in epistola, quam præmisit editioni *Reportatorum* ab eo Basileæ factæ anno 1501. inquiens: *Stephanus Brulefer Theologus illustris . . . subtilissimi Scoti in Sententias scripta luculentissima interpretatione in Parisiorum Universitate elucidavit . . . in Moguntinorum Gymnasio S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici scripta resolvendo dilucide aperuit. Post plura etiam ejus praeclara, longeque laudanda Opuscula* &c.; sequiturque, velle se *Reportata* ejus in S. Bonaventuram edere in lucem; quorum primum Moguntiæ, cetera tria Metis in Gallia elucubrata fuisse scribit; & quidem in fine *primi libri* edit. Basileen. dicitur confectus Moguntiæ anno 1490., ceteri vero Metis.

Reportata in 4. libros Senten. S. Bonaventuræ prodierunt iterum Basileæ anno 1507. tomis 2. in 4.; & Parisiis 1521. in 8. per Franciscum Regnault, teste Joan. a S. Anton. pag. 80., ubi hæc *Reportata* pro errorem attribuit *Fr. Sancto Villæ* Mediolanensi, qui post duo secula vixit. Ad horum *Reportatorum* calcem prodierunt semper

Tractatus Formalitatum; & alter

Tractatus identitatum, & distinctionum: eorumque alterum *de Formalitatibus Scoti* emisit in lucem Augustinus Gothutius in *Gymnasio Speculativo* clas. 4. Parisiis an. 1605. in 8.; de *Formalitatibus* ipsemet citat lib. 1. Reportat. dist. 2. quæst. 3., & sub titulo *Epitomatum Formalit.* pluries impressus est seorsum cum aliis tractatibus ad idem argumentum *Formalit.* spectantibus, uti Venetiis an. 1526. in fol. opera Antonii de Fantis cum notis, & additionibus ipsius, & Mauritii Hibernici; nec non anno 1588. cura Card. Sarnani in 8. *Declarationem identitatum, & distinctionum rerum secundum Scotum* una cum *Compendio Formalitatum* prodiisse etiam Basileæ an. 1586. per Joan. Bouc in 8. scribit Joan. a S. Anton. pag. 107.

Tractatum defensorium adversus quemdam Episcopum Minoritam &c. dixerim eum, quem legimus in Monumen. Ord., & in Firmamento trium Ordin. edit. Venet. 1513. par. 3. incip. *Quidam nimium scrupulosus* &c. editum sub Innocentio VIII., quod est ante an. 1492., & post an. 1484.

Tractatus de timore servili memoratur ab Alphonso a Castro lib. 4. adversus hæreses v. *contritio*, ubi ait: *de hac re scripsit ante quadraginta annos Frater Stephanus Brulifer tractatum insignem de timore Domini servili adversus quemdam innominatum prædicatorem, qui tunc temporis populo prædicans eadem docere tentavit de timore servili, quæ nunc Lutherus docet*: scripsit autem Alphonsus Opus illud an. 1534., ut supra ostensum est; igitur & Stephanus *Tractatum* istum ante annum 1494.

Sermonem de Conceptione B. V. Mariæ, ejusque *Assumptione* incip. *Nondum erant abyssi* &c. ipsemet citat lib. 3. Reportat. dist. 3. quæst. 2.

Sermones per annum de SS. etiam composuit.

Concio de valore Missarum, de qua videtur loqui Card. Bona Rer. Liturg. lib. 2. cap. 20. n. 5., dum ait, hunc Scriptorem agere *Declarationem Mysteriorum Missæ*; eam aperte citat Jo: Garetius.

Marcus Ulyssiponen. Chron. par. 3. lib. 6. cap. 40. agit de eo, ac inter eos recenset, qui circa an. 1483. floruerunt; de eo & Rodulphius lib. 3., aliique plures. Ejus *Elogium* refert cit. Joan. a S. Anton., qui tamen errat, dum scribit obiisse sub annum 1484.; forsan legendum 1494.; etenim post annum 1490. in vivis fuisse constat ex ejus Operibus.

MMMDXXI. 1832.

STEPHANUS DE BURELLAS = de quo & Lassor to. 1. sui Universi pag. 146., & Joan. a S. Anton., scripsit patrio sermone

Centuriam, aut Historiam de Comitibus Barcinonensibus D. Berenardo Barcino, & D. Ziaofro ejus filio. Barcinone 1600. in fol. apud Cormellas ex Autore Biblioth. Hispanæ pag. 233., a quo dicitur *Barrellas*.

MMMDXXII.

STEPHANUS DENTIS ab Augusta Taurinorum Capuccinus vir doctus, & concionator clarus, linguæque hebraicæ professor evulgavit lingua vernacula concionem titulo:

Hebræus convictus, ad Hebræos Vercellis habitam, ibique impressam an. 1625. apud Gasparum Martham in 8., teste Andrea Rossotto in Syllabo Script. Pedemont.

Orationem in funere Catharinæ Austriæ Philippi II. Regis Catholici filiæ, ac Ducissæ Sabaudiæ. Taurini anno 1628. in 8.

Opuscula alia scripsit, quæ ob humilitatem renuit evulgare; obiitque Vercellis an. 1630. ex Dionysio Genuen. in Biblioth. Script. Capucc., & ex eo Joan. a S. Anton.

MMMDXXIII.

STEPHANUS EMONERIUS Gallus Min. Convent. sac. Theolog. Doctor, & apud Salassios Commissarius Gener. prælo dedit librum hoc titulo:

Splendor veritatis moralis collatus cum tenebris mendacii, & nubilo æquivocationis, ac mentalis restrictionis: addita depulsione calumniarum, quibus Joannes Barnesias Anglus Leonardum Lessium Theologum oneravit. Lugduni anno 1625., vel 1627. in 8. m. apud Anton. Berterium, teste Augustino de Wite apud Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 336., & to. 3. pag. 707. Ignotus fuit Joanni Franchino.

MMMDXXIV.

MMMDXXIV.

STEPHANUS DE EXONIA Hibernus natus anno 1246. ex illustri hujus agnominis familia Anglica, sed quæ in Hiberniam seculo 13. jam commigraverat, & apud *Atheltam* sedem fixerat, cujus & dominium comparaverat, die 25. Martii 1263. ad Ordinem ascitus in domo Stradensi ad Atheltam, laudatur in Catalogo codd. mss. Angliæ, & Hiberniæ to. II. P. II. num. 42. ita = *Annales domus de Multifernam, idest Montisferaandi ab anno* XIV. *ad* MCCLXXIV. *In iis nullu deprehenduntur vestigia sive autoris, sive loci, ad quem olim pertinebat, sed quia ibi crebra fit mentio de rebus Conaciensibus, & speciatim de antiqua familia d' Exceterorum, sive de Exonia Athletanæ Dominorum, & Cœnobii Stradensis fundatorum, inde orta est suspicio ad Cœnobium Fratrum Prædicatorum Stradæ prope Atheltan in Comitatu Majo pertinuisse, & ejus loci Dominicanum aliquem horum Annalium fuisse autorem: fortasse, inquit Waræus, Fr. Stephanum de Exonia, quem natum perhibent anno* MCCXLVI., *& indutum* MCCLXIII. Ita habet Echard to. 1. pag. 348.; subditque, alia duo exemplaria eorumdem Annalium recenseri n. 19. & n. 365.; & Waræum de Scriptor. Hybern. pag. 61. sic habere; *Annales Ordinis Prædicatorum ab Anonymo Dominicano perducti ad annum Christi* MCCLXXIV., *quo floruit. Annalibus adjicitur Catalogus subsequens omnium illius Ordinis Conventuum, qui in Hybernia fuerunt ante annum* 1300. *secundum tempus, quo quisque Conventus cœpit, dispositus. Dublini anno Dom.* 1224. *Pontana* 1224 &c.: *Killocia ul. Kilmalociæ* 1291. *Autor Annalium illorum, quos vulgo Annales Montisfernandi, sive Minoritarum Multifernanæ vocamus, incipit ab anno Dom.* XLV. &c.: ex mera igitur conjectura autor asseritur Ordinis Prædicat.; sed cum *Annales Montisfernandi Minoritarum* vulgo appellentur, non Exoniensia, vel Atheltanensia, aut Stradensia *Prædicatorum*; potiori jure autor censendus videtur Ordinis Minorum, quem potuit amplecti aliquis ex eadem familia Exoniæ, cum & Minoritæ *Atheltani* Cœnobium antiquius haberent ex Waddingo ad an. 1241. n. 28. Certe nec Bernardus Guidonis, aut Nicolaus Triveth illorum temporum vicini, nec Ludovicus Pignon, vel S.Antoninus paulo post scribentes horum Annalium meminerunt. Ex data, positaque conjectura, quod autor sit Ord. Prædic., *Conventus* illi dicuntur esse ejusdem Ordinis; sed illi iidem fuerunt & apud Minoritas; & Catalogus Conventuum Hiberniæ Ord. Prædicat. anni 1303. ab Echardo to. 1. in *Notitia* Ord. Prædicat. præmissa Operi p. XI. non respondet omnino Catalogo in fine horum Annalium nec semper in nomine, nec in ordine; Conventus Atlecari ibi est 17., seu penultimus; at in Annalium fine est 15. anno 1252. conditus: vel si sunt Ord. Prædicat., potuit aliquis illius Ordinis, ad cujus manus codices pervenerunt, eos addidisse.

Vivebat eo tempore Fr. *Stephanus Fulbornius* Ordinis Minor. Episcopus Waterfordien., & anno 1286. ad Archiepiscopatum Tuamen. translatus.

MMMDXXV. 1833.

STEPHANUS FARROVILH = edidit gallice ex Marracio, Petro de Alva, & Joanne a S. Anton.

MMMDXXVI.

STEPHANUS A GOMBOLATO Pedemontanus provin. Genuen. Capuccinor. Theologus, fervidusque concionator apostolicus contra hæreticos, obiit Panormi in Sicilia anno 1617., cum ms. reliquisset

Librum Controversiarum catholicæ fidei; ex Boverio to. 2. Annal., Dionysio Genuen., & cit. Joan. a S. Anton.

MMMDXXVII.

STEPHANUS GUADRAMIRO Hispanus ex oppido Guadramiro Salmantinæ diœcesis Regul. Observ. prov. S. Jacobi Novitiorum Magister scripsit

Historiam V. M. Soror. Mariæ a S. Antonio Clarissæ publicatam to. 2. Chron. prov. S. Jacobi lib. 2. cap. 22. a pag. 259.

Meritis, ac virtutibus clarus decessit circa an. 1569., teste Jacobo de Castro in laudatis Chronicis, & ex eo Joan. a S. Anton.

1834.

STEPHANUS HIBERNICUS = V. *Stephanus de Exonia*.

MMMDXXVIII. 1835.

STEPHANUS JULIACUS = Theologus Parisiensis, coævus B. Colettæ ex Waldingo in Annal. ad an. 1447. n. 57.

Vitam B. Colettæ a Petro de Vallibus, al. *de Remis* ejusdem Instituti, Beatæ a sacris Confessionibus gallice scriptam in latinum idioma convertit, & in lucem emisit, quam publicarunt Act. SS. Collect. Bollandii to. 1. Martii ad diem 6. ex 4. mss. codd. notis, ac supplementis illustratam; eam Oliverius de Langhe Monasterii S. Bavonis Ord. S. Benedicti Prior belgicam fecit, ac mutato stylo Surius in compendium redegit ex eisdem Bolland. in Comment. prævio ad Vitam dictæ Beatæ §. 1. n. 4.

MMMDXXIX.

STEPHANUS LUSITANUS Dionysio Regi a sacris Confessionibus an. 1310. assumitur ad Episcopatum Portuensem in eo regno; triennio post ad Ulyssipon. Ecclesiam transfertur, & anno 1322. ad Conchensem in Castellæ regno, cum scripsisse, dum erat Episcopus Ulyssiponensis,

Quæstionem de paupertate Christi, ejusque Apostolorum eo tempore sub Joanne XXII. agitatam, ut habetur ex cod. ms. 3740. Biblioth. Vatic. apud autorem veteris Biblioth. Hispanæ to. 2. lib. 9. cap. 4. n. 199., & Raynaldum ad annum 1323. num. 65.

MMMDXXX. 1836.

STEPHANUS MATERRE = ejus

Catechismus prodiit etiam Aquis Augustis anno 1704. in 16. ex Joan. a S. Anton. cit.

MMMDXXXI.

STEPHANUS OCTOUL Gallus edidit ex Bibliotheca Regia Matritensi.

Inventa Astronomica. Avenione anno 1643., ut habet cit. Joan. a S. Anton.

MMMDXXXII. 1837.

STEPHANUS ODRY = Gallus rhetor, & poeta, de quo & Jo: a S. Anton. citatus ex Waddingo.

MMMDXXXIII.

STEPHANUS DE PEREA Hispanus typis tradidit anno 1630. in 4.

Librum de conversione Xumanarum, seu novi Mexici ad Franciscum Manso Archiepiscopum Mexici, teste D. Andrea Barcia par. 2. Biblioth. Indicæ tit.5.pag.609., & ex eo cit. Jo: a S. Anton.

MMMDXXXIV.

STEPHANUS TARCINAS Polonus sac. Theolog. Magister Min. Conv. provinciæ Poloniæ anno 1645. Minister electus est; erat enim vir doctus, strenuusque antiquitatum indagator; propterea

Plura ad Historiam collegit, ex cujus mss. multa se decerpsisse non diffitetur Casim. Biernaki in

Speculo Minorum art. 23. n. 23., ubi & refert, eum decessisse Lublinii an. 1656.

M M M D X X X V.

STEPHANUS TENDENSIS Italus provin. Genuensis Capuccin. apostolico zelo, & sanctimonia clarus scripsit

Contra hæreses, & alia ad fidelium instructionem, quæ tamen perierunt.

Obiit plenus dierum in Saltiensi Cœnobio anno 1617. ex autore Biblioth. Capuccinor. pag. 299., a quo accepit Joan. a S. Anton.

M M M D X X X V I. 1838.

STEPHANUS TOFIUS = non *Tosius*, ut apud Waddingum legitur; cujus

Tractatus de Indulgentia plenaria Asisien. &c. extat ms. etiam Romæ in Bibliotheca Aracæl. sub nomine *Stephani Tucci* ex Jo: a S. Anton. Prohibetur decr. sac. Congr. Indicis 21. April. 1693.

De sanctitate Capellæ S. Mariæ Angelorum prope Asisium etiam scripsit, ediditque typis Urbini, ut refert Alphonsus Lassor to. 1. Univ. terrar. Orb. &c. v. *Asisium*; nisi idem sit cum superiori Opere.

Quæstionem de Immaculata Conceptione Virginis latissimam ex Petro de Alva col. 1427. suæ Militiæ, & Jo: a S. Anton.

M M M D X X X V I I. 1839.

SUPRAMONS DE VARISIO = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum; sed nemo tempus, quo vixit, nobis indicavit; satis tamen antiquus ex nomine colligitur. Jo: a S. Anton. cit. pag. 109. dicit *primum Ministrum totius Lombardiæ*, citatque Aug. de Wite in Catalogo Illustr. Scriptor. Ord. Min. pag. 60.

SYLVIUS = V. *Silvius*.

T

M M M D X X X V I I I.

TELLUS HISPANUS ex provincia Castellæ vir vitæ laudabilis, & literarum scientia præditus, ad Bracarensem Ecclesiam assumptus a Nicolao III. an. 1278. fortis, & invictus restitit minis, & blanditiis Lusitaniæ Regis Dionysii, qui ejusdem regni Ecclesiarum jura evertere nitebatur, scripsitque nomine Summi Pontificis

xi. *Concordantiæ articulos* a Nicolao IV. an. 1289. confirmatos, qui habentur apud Bzovium in Annal. Eccles., & Peyreira in *Manu Regia*. Item initio suæ assumptionis coacta Synodo edidit

Constitutiones Synodicas. S. P. Francisci festum instituit; decessitque anno 1292. die 23. Martii ex Georgio Cardoso to. 2. Agiologii Lusitani die 23. ejusdem mensis pag. 376., & 184., Waddingo in Annal. Min., & Joan. a S. Anton.

M M M D X X X I X.

TERRICUS DE SAULIS anno 1282. Parisiis

Sermonem habuit, qui 66. est in ms. cod. 762. Biblioth. Victorinæ inter diversorum autorum Sermones, teste Jacobo Echardo to. 1. de Scriptor. O. P. pag. 386. in *Concionatoribus variis*.

THADDÆUS DERMITIUS = V. *Antonius Hignaus*

M M M D X L.

THADDÆUS N., qui, quantum conjicimus, in terris infidelium, Tartarorum, ac Armenorum diu pro fide catholica aut stabilienda, aut conservanda laboraverat, circa an. 1330. constitutus est Episcopus Caphæ in Ponto, Tauricaque Chersoneso, cui an. 1354. Innocentius VI. literas dedit adversus *Fraticellos* ex Reges. Vatic. apud Petrum de Alva in Indic. Bullarii Seraph. sub an. 1353. num. 46.; circa quæ tempora e latina in *armenam linguam* transtulit

Varios libros, quos inter *Martyrologium*, teste Galano par. 1. Conciliationis Ecclesiæ Armenæ cum Romana cap. 30., qui tamen Institutum Regul. ignoravit.

Echard to. 1. de Scriptor. Ord. Prædicat. pag. 537. ponit, hunc sedisse jam anno 1323. ex literis *Vidimus* nuncupatis Canonizationis S. Thomæ Aquinat. in Domo sui Ordinis Tiburtina ad Romam asservatis, quarum est initium, teste Fontana: *Nos Fratres Guillelmus Dei gratia Soldaniensis Archiepiscopus, & Thaddæus Caphensis Episcopus notum facimus* &c. dat. *Anno Nativ. Dñi* MCCCXXIII. *Ind.* VI. *die* 11. *mensis Octobr. Pontif. Joannis XXII. anno* XIII.; ubi Echard corrigendum dicit *anno* VIII., quo erat indictio VI., & an. 1323.; anno vero Pontif. XIII. currebat indictio XI., & annus 1328.: & pag. 538. vult extitisse sui Ordinis, & autorem *Martyrologii* e græco in armenum translati, quod ex Galano scribit, asservari in Cœnobio Abarener sui Ordinis provinciæ Nexsciovanensis, ejusque etiam meminisse Fontanam in Declarat. Constit. P. 11. de prov. Nexsciovan. Verum cum nedum anno 1323. Episcopus Caphensis esset *F. Hieronymus* Ord. Minor., sed etiam in fine anni 1324., ut supra v. *Hieronymus* ostensum est, aut literæ illæ in suspicionem confictionis veniunt, ut verius puto, præsertim cum in eis dicatur *Pontifi. Joannis* XXII., quando constat, solitum scribi *Pontif. Sanctis. Dom. nostri* &c.; aut reponendum *anno* MCCCXXVIII. *indict.* XI., quo potuit Hieronymo subrogatum fuisse Fr. Thaddæum, quem scist, esse eum, qui anno 1354. sedebat, & ex Reg. Pontif. constat fuisse *Ord. Minorum*, & obiisse an. 1358., eique datum esse successorem *Fr. Conradum Ord. Minorum* ex Reges. Vatic. apud Waddingum in Annal. Min.; neque enim quia iisdem literis testificantur unà de eadem re, ideo ejusdem Ordinis sunt; neque quia ejus Opus, ac liber apud Dominicanos extat, idcirco illius Ordinis ipse dicendus erit; quemadmodum *Pontii* Archiepiscopi Seleucien. *Libri* habentur Nexsciovani apud Dominicanos, teste cit. Galano, qui tamen & ipse *Franciscanus* erat.

M M M D X L I.

THEDALDUS A CASA Mugellanus in agro Florentino natus, Cœnobiique Florentini alumnus floruit seculo XIV. Joannes Baptista Casottus in epistolis de Operibus *Joannis a Casa* edit. Ven. to. 5. refert, Thedaldum fuisse sac. Theologiæ Magistrum insignem, & anno 1390. Tusciæ contra hæreticam pravitatem Inquisitorem, anno vero 1409. ab Alexandro V. Sedis Apostolicæ *Sacristam* declaratum, seu Apostolicum *Capellanum*, ut vocat Waddingus. Sui Conventus Bibliothecam ms. valde locupletavit variis, plurimisque codicibus partim a se emptis, partim vero exscriptis, vel dono acceptis, quos fere omnes vel notis, vel additionibus, vel indicibus adauxit, & castigationibus illustravit; ut eo dicem 705. f. Etymologiarum S. Isidori, cujus in fine adjecit *Catalogum Generalium Ministrorum Ord. Mi-*

Minor. usque ad Michaelem Cæsenatem. Ad hunc misit Jacobus Angeli Florentinus suam *Historiæ versionis sac. Bibliorum LXX. Interpretum* translationem e græco Aristei autoris in latinum, quæ ms. habetur in cit. Bibliotheca B. 24. cod. 684. in 4.

MMMDXLII.

THEOBALDUS SUAB Germanus Strict. Observ. provinciæ Tirolen. propagandæ fidei cupiditate flagrantissimus hæreticos plurimos ad Catholicam Ecclesiam adduxit, scripsitque germanice Opus insigne

De Sacrificio Missæ, teste Fr. Felice Reyneccio in Descript. Hist. dictæ provinciæ, ubi & habet, obiisse an. 1635. die 2. Augusti, ex quo & Joan. a S. Anton.

MMMDXLIII. 1840.

THEOBALDUS DE VIGONE = ita dicitur a Rodulphio lib. 3.; etiam Paulus Britius, & Andreas Rossottus in Syllabo Script. Pedemont. dicunt de *Vigono* Pedemontanæ regionis, ac floruisse circa an. 1540., idemque habet & Joan. a S. Anton. pag. 311.; sed & Waddingus ipse infra in indice *cognominum* vocat *de Vigone*, ut & in indice materiarum §. *Theologia Scholastica*; natus igitur non Narniæ, sed vel Narniensi Cœnobio aggregatus, vel ibidem degens scripsit

Compilationem 4. libror. Senten. incip. *Cupientes &c. Magister Sententiarum in principia prologi &c.*; quæ extat ms. pergam. in 8. Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci. Fuit sac. Theologiæ Magister.

MMMDXLIV. 1841.

THEODORICUS ANDREÆ = ex Nicolao Bertrando apud Possevinum in Appar. sac. to. 3., qui to. 2. tradit Nicolaum Bertrandum diem obiisse an. 1525. mense Junio: atque hic ille existimatur, de quo Navarra Martinus in Manuali Confess. cap. 21. n. 12. ait: *Franciscanus Tolosas vir pius, & eloquens scripsit encomium Quadragesima adversus Lutheranos*. De eo Frisius, & Le Long in Biblioth. sacra apud Joan. a S. Anton. cit.

MMMDXLV. 1842.

THEODORICUS CROATA = ex Willoto in Athenis Franciscanis, & Possevino in Appar. sac. to. 3., & forsan est ille *Theodaricus Chursus* apud Waddingum in Annal. Min.; at *Cursbo* apud Petrum de Alva in Indiculo Bullarii Seraph. *Episcopus Neocæsarea* in partibus infidelium a Nicolao V. anno 1448. creatus est.

MMMDXLVI. 1843.

THEODORICUS A MONASTERIO = de quo Gonzaga scribit par. 3. obiisse an. 1516. Lovanii in Choro Fratrum sepultus, ubi adhuc ait ejus effigiem conspici. Ejus

Opusculum de usu rerum temporalium Religiosorum, sive de vitio proprietatis extat ms. in Bibliotheca Basiliensi ex Catalogo apud Bernardum Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 615.

MMMDXLVII. 1844.

THEODORICUS DE OBSEMBRUCH = de quo Trithemius autor æqualis de Scriptoribus Ecclesiasticis ita scribit „ *Theodoricus de Obsembruck* natione
„ Theutonicus Ordinis Fratrum Minorum provin-
„ ciæ Coloniensis, vir in divinis Scripturis exer-
„ citatus, declamator sermonum popularium famo-
„ sissimus, cujus vitam omnes, qui eum noverunt,
„ sanctissimam hoc tempore prædicant: in sermo-
„ nibus faciendis ad populum tanta gratia divinitus
„ illustratur, tanta facundia loquitur, tanta deni-
„ que compunctione, & dulcedine afficit auditores
„ suos, ut similem apud Germanos habuerit nemi-
„ nem. Unde & per totam provinciam generalis
„ prædicator constitutus est. Legit mihi nuper,
„ dum Coloniæ mecum esset, Opusculum insigne,
„ & devotioni congruum, quod composuerat ad in-
„ stantiam Hermanni Archiepiscopi Coloniensis,
„ *De Passione Domini lib. 1. incip. Reverendissimo*
„ *in Christo*.
„ *Manuale simplicium lib. 1. incip. Quia si ut Au-*
„ *gusti*.
„ *De exercitio interiori lib. 1. incip. Qui persevera-*
„ *verit*.
„ *Et quædam alia*. Vivit adhuc in provincia Co-
„ loniensi cœpto fortiter instans officio sub Maxi-
„ miliano Rege, & Alexandro PP. VI. anno Do-
„ mini 1494. „

Trithemium excipiunt Willotus, Arturus in Martyrol. Francisc. ad diem 6. Martii §. 3., Joan. a S. Anton., aliique plures. De eo etiam Marianus, & autor Memorialis apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 7. cap. 17. agunt.

* THEODORICUS TURINGUS, qui scripsit *Vitam S. Elisabeth Hungaræ* libris 8. apud Canisium Antiquar. Lect., non fuit *Minorita*, ut putat Joan. a S. Anton. pag. 112., sed nulli addictus Instituto Regulari.

MMMDXLVIII. 1845.

THEODORUS A BELVEDERIO = Strict. Observ. sacræ Theologiæ Lector, ac generalis concionator, nec non missionum apostolicarum Lucernæ, ac Pratigelati apud Helvetios Præfectus, ut habetur ex ejus libro inscripto *Turris contra Damascum* &c., & ex Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 112.

MMMDXLIX.

THEODORUS BRIXIENSIS Capuccinus doctus concionator scripsit italice

Manita necessaria pro diversis statibus personarum collecta ex concionibus Patris Hyacinthi Casalensis. Brixiæ an. 1616. in 12. & 16. apud Franciscum Marchettum ex Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton.

MMMDL. 1846.

THEODORUS FORESTIUS = doctus verbi Dei declamator, Oratorque disertus, obiit Bergomi an. 1637. m. Decembri ætatis suæ 72., honoratus epitaphio, quod ex Donato Calvo par. 1. Scenæ Liter. exscripsit Dionysius Genuens., & ex hoc Joan. a S. Anton. Reliquit *multa mss.*, ediditque etiam

Orationes, ut illam in funere *Fr. Archangeli Brixiensis* ejusdem Instituti Regul., suæque provinciæ Ministri, uti literis mandavit Cozandus in Bibliotheca Brixiensi.

MMMDLI.

THEODORUS MALOSSIUS Cremonensis Tertii Ordinis S. Franc. Theologus insignis scripsit

Contra pluralitatem officiorum eruditam dissertationem, teste Francisco Bordono in Chronol. 3. Ord. cap. 15. n. 40., qui & tradit obiisse eum anno 1628. Trivolti variis suæ provinciæ honoribus cumulatum.

MMMDLII.

THEODORUS MONORIUS, forsan legen. *Munarius*, Bononien. Min. Convent. sac. Theologiæ Baccalaureus, & in Gymnasio Cracoviensi Artium Magister edidit librum inscriptum

David contritus ex VII. psalmis pœnitentialibus desumptus. Cracoviæ anno 1641. typis Christophori Schedelii, teste Joan. a S. Anton. pag. 113., qui se vidisse scribit.

M M M D L I I I.

THEODORUS PELLEONUS ab Apiro dioecesis Camerini oppido provinciæ Piceni Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, & Augustini Cassandri supra memorati alumnus, & ecclesiastes egregius, Ordinis sui præcipua, & Universitatum clara Gymnasia rexit, & civitates Italiæ nobiliores concionibus erudivit, ac potissimum Taurinum, ubi utroque munere diu functus est, & Cardinalis Sabaudiæ Theologus, & Principibus valde charus; propter quod anno 1626 ab Urbano VIII. Ecclesiæ Montis Pelusii in Apuliæ parte, quæ nunc *Basilicata* appellatur, Episcopus est datus; qua feliciter decennio recta, ad cælos emigravit anno 1636. ex Ughello to. 1. Ital. sac., ubi depravate dicitur *Theodoricus*. Eorum, quæ scripsit, hæc nota sunt typis edita fuisse italico idiomate, nempe

Oratio in laudem S. Bassiani Episcopi Laudensis ab eo in illius urbis majori Ecclesia habita, ibique impressa anno 1606. apud Paulum Bertuettum in 4.

Orationes duæ de S. Sindone Taurini recitatæ, ibique vulgatæ an. 1610. in 4. apud Antonium Seghinum.

Oratio in laudem S. Ignatii Lojolæ Taurini habita; & ibi excusa an. 1613. in 4. apud eumdem

De vi, qua Nihil in ..sula se extollit, academicæ considerationes pro Academia Cardinalis Sabaudiæ. Romæ an. 1625. typis editæ.

Epistolarum liber, quas Silvester Blancus edi curavit Romæ an. 1625. typis Fei in 8., de quo & Theulus in Triumpho Seraphico.

Vita B. Margaritæ Amodei a Sabaudia Principis Achaiæ filiæ, & Theodori Palæologi Marchionis Montis Ferrati Viduæ, quæ anno 1464. fertur obiisse; hortatu Infantis Mantuæ Ducis uxoris scripta.

Vita B. Ludovicæ B. Amedei de Sabaudia Ducis filiæ Ord. S.Claræ anno 1503. defunctæ ad petitionem Ducis Sabaudiæ scripta una cum *carmine lyrico* in laudem ejusdem Beatæ.

De titulo Regio Duci Sabaudiæ debito, circa annum 1633. Opus compositum.

Epigrammata varia lib. 1.

Poemata diversa italico versu lib. 1. ex Franchino in Biblioso. num. 307. Inter fulmina pergamii sui temporis hunc enumerat Julius Cæsar Capaccius in epist. *Sylvæ conceptuum scriptur.* præmissa, & anno 1594. edita. Hunc non viderunt neque Waddingus, neque Joan. a S. Anton.

M M M D L I V. 1847.

THEODORUS SMISING = tomus 1. de *Deo Uno* prodiit anno 1624. Antuerpiæ; 2. vero anno 1626. ex Joan. a S. Anton. pag. 114.

M M M D L V.

THEODORUS TICINENSIS prov. Genuen. Capuccin. Theologus eximius, & piissimus, assiduusque concionator scripsit

Volumina 4. quæstionum scholasticarum, & moralium de Ecclesiæ Sacramentis, & præcipue de Eucharistia.

Obiit in patria anno 1625. ex Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton.

1848.

THEODOSIUS BRUNUS = V. *Teophilus Brunus*.

M M M D L V I. 1849.

THEOPHILUS BACCALAUREUS = ex Possevino in Catalogo Biblioth. mss. Cremonen. S. Augustin. ad calcem Appar. sac. to. 3. descripto.

M M M D L V I I.

THEOPHILUS BRUNUS, ita vocabatur, non *Theodosius*, ut habet Waddingus, de quo Dionysius Genuens. in Bibliotheca Capuccinor., & Maffejus in Verona illustr. par. 2. lib. 5. pag. 246. Obiit Vicentiæ an. 1638. ejusque

Tractatus de Horologiis conficiendis, & aliis Instrumentis mathematicis prodiit Venetiis an. 1617. apud Nicolaum Misserinum. Scripsit quoque italice

Harmoniam astronomicam, & geometricam. Venetiis an. 1625. apud Franciscum Grassum.

Astrolabium Universale; al. *Novum Planispherium*. Vicentiæ an. 1625.

Fructus Geometriæ una cum *linea circulum quadrante* cum inventione trium, & quatuor proportionalium. Vicentiæ 1623.; & *alia Opuscula*.

M M M D L V I I I. 1850.

THEOPHILUS BURGUNDUS = Rhodiginus provinciæ Venetæ Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, & verbi divini prædicator anno 1591. ex Tarvisino hæreticæ pravitatis Inquisitore translatus est Adriam, Rhodigiumque idem munus impleturus, ubi circa an. 1593. decessisse videtur ex Franchino in Bibliosophia n. 308. Meminit hujus autor coævus Rodulphius lib. 2. fol. 270. in prov. Veneta, Custodia Patavina, locoque Rhodigii, ubi an. 1585. dicit, *Tarvisii Inquisitorem*, & *Regentem* Gymnasii; nec non Burchelatus in epitaphiis serm. 3.

M M M D L I X.

THEOPHILUS PALANTIUS e Bibiena Hetruriæ oppido Reg. Observ. concionator, Philosophus, & Theologus, ac inter sui temporis Academicos poeta laureatus edidit

Ænigmata, & Poemata sacra plura omnigena eruditione referta.

Spectaculum mortalibus pro morali Philosophia. Florentiæ an. 1611. una cum iconibus tyrannorum, poetarum, ac Monarcharum infidelium eruditis inscriptionibus metro singulis appositis circumeirca.

Conciones quadragesimales, & de Adventu Domini italice titulo: *Imprese sacre*, instar *Pauli Aresii*; quæ mss. in Conventibus Incisæ, & Pistorii servari dicuntur.

Academiæ morales Christi D. N., & dæmonis adversarii nostri italice, docte, & ingeniose suis appositis hieroglyphicis, de virtutibus, & vitiis moraliter disserendo; mss. in Conventu S. Miniatis prope Florentiam.

Obiit fere nonagenarius Florentiæ die 26. Decembris an. 1638. ex Antonio Terrincano in Theatro Hetrusco Minoritico par. 3. tit. 1. ser. 4., & ex eo Joan. a S. Anton. cit.

M M M D L X. 1851.

THOMAS A S. AGATHA = edidit quoque italice

Tractatum brevem de sancta paupertate. Latine vero

Rituale pro Monialibus induendis ex Monumentis provinciæ Marchiæ, teste cit. Joan. a S. Anton.

1852.

THOMAS DE ALBEINGA = *Albarenga* cognomine dici putatur ab autore Biblioth. Hisp. pag. 241.;

241. ; sed pag. 669. in adden., & corrigen. ait, non hunc, sed *Fr. Thomam de Veiga* esse horum Operum Scriptorem.

M M M D L X I.

THOMAS AVENIONENSIS Gallus Ord. Capuccinor. gallice vulgavit

Orationem in obitu Ludovicæ de Lorraine Galliarum Reginæ. Parisiis an. 1601. in 4. apud Douceur ex Jacobo Le Long lib. 3. Biblioth. Gallicæ apud Joan. a S. Anton.

* THOMAS AUXIMANUS = V. *Thomas Illyricus*.

M M M D L X I I. 1853.

THOMAS DE BEYRA = de quo & Nicolaus Anton. in Biblioth. Hisp., & Jacobus Le Long in Biblioth. sac., & ex his Joan. a S. Anton.

M M M D L X I I I. 1854.

THOMAS BELCHIAN = celeber concionator ætatis suæ anno 28. martyrium subiit magna constantia, *librum*que composuit in carcere ex Gonzaga, aliisque illorum temporum scriptoribus apud autorem 4. partis Chronicor. S. Franc. lib. 3. cap. 4., & ex Joan. a S. Anton.

M M M D L X I V.

THOMAS BERGOMENSIS provinciæ Venetæ Capuccinus Laicus maximæ sanctitatis, & valde insignis ob sui contemptum, & amorem in Deum. Quamvis literarum esset penitus ignarus, plures tamen hæreticos, & Hebræos efficacia sui sermonis ad Christum convertit; multaque scripsit etiam doctis admiranda; præcipua fuerunt sermone italico

Silva contemplationum de Christo Domino, ejusque purissima Matre.

Scala perfectionis christianæ.

De vero amore divino puro, ac filiali.

Conceptus morales adversus hæreticos.

Adversus timores nocturnos, noctiumque phantasmata. Hæc omnia observationibus illustrata prodierunt in lucem opera *Juvenalis Annaniensis* ejusdem Instituti provinciæ Tyroli Ministri Augustæ Vindelic. an. 1681. in 4. apud Simonem Uzschneider ex Dionysio Genuensi. Edidit insuper vernacule Opusculum aliud tit.

Ignis amoris, quem Christus misit in terram. Ibidem an. 1682. in 4.; deinde Neapoli 1683. typis Francisci Benzi.

Obiit Œniponti provin. Tyrolensis an. 1631.; ejusque Vitam descripsit D. Hippolytus Guarinonius, & Marcellinus Pisensis to. 3. Annal. Capuccin., a quibus hausit Jo: a S. Anton. to. 3.

M M M D L X V. 1855.

THOMAS BOUCHIER = gallice, *Lacton* vero anglice, & latinis *Lanius*, vel Lanio, Italis autem *Berraro*: obiit Romæ circa annum 1586. ex Joan. a S. Antonio.

Historia Ecclesiastica &c. prodiit Ingolstadii ex Officina Wolfangi Ederi, & Parisiis apud Gulielmum Bichonium ex Possevino in Appar. sac. to. 3.

M M M D L X V I.

THOMAS A BRADWARDINA Anglus Hatfeldiæ natus, & Oxonii educatus tanta doctrinæ, ac morum honestatis fama enituit, ut *Doctoris* profundi titulum pro temporum illorum usu retulerit, & anno 1325. *Procurator* Universitatis, Academiæque Oxoniensis electus fuerit; postea & *Cancellarius*, ut ajunt, Londoniensis, nec non ab optimo Rege Eduardo a sacris Confessionibus primum adhibitus; deinde Joanni Offordio Cantuariensi Archiepiscopo vita functo suffectus fuerit; annoque 1349. Avenione in Ecclesia Fratrum Minorum a Clemente VI. consecratus, eodem anno morte immatura oppetiit; cum jam & dignitati nuncium remisisset, & Religionis Minorum, cui semper summe affectus fuerat, vota nuncupasset, ut in antiquo ms. Conform. S. Francisci Bartholomæi Pisani memini me legisse; scripsissetque

De SS. Trinitate lib. 1.

De præscientia, seu prædestinatione lib. 1.

Placita Theologiæ, vulgo *Quolibeta*.

Sermonum per annum lib. 1.

Summam Theologiæ.

De salvandorum præmio lib. 1.

Commentarios scientiarum lib. 1.

Arithmeticam speculativam Parisiis an. 1502. apud Dionysium Rosæ cusam ex Possevino in Appar. sac. to. 3.

Tractatus proportionum prodiit Venetiis anno 1505., & Paris. an. 1512.

Geometria speculativa, & *Arithmetica speculativa* excusa dicitur Parisiis anno 1512., & 1530.

Tabulæ Astronomicæ mss. magna diligentia, & magnopere commendatæ.

De caussa Dei contra Pelagium, & de virtute caussarum ad suos Mertonenses ms. anni 1411. extat Romæ in Biblioth. Vatic., nec non in pluribus Bibliothecis Anglicis, in Claraevallensi Galliæ, aliisque Italiæ; & anno 1618. ex mss. Anglicis cura, ac studio Henrici Savillii prodiit Londini in fol. typis Northonianis; quod Opus maximopere ab omnibus extollitur, & de eo abunde Ludovicus Cellot. in Hist. Gottescalci Prædestin. lib. 5. cap. 19., soletque dici *Summa Doctoris Profundi Thomæ Bravardini*, qui fuit magnus Theologus, sed major Philosophus, & Mathematicus; cujus meminerunt autores synchroni Suiseth Calculator in Tract. de Intens., & Remiss. 1., Gregorius Arimin., Joannes Bacconus in 4. Senten. dist. 1. q. 4., Dionysius Cistercien. in 1. Sent. q. 1., aliique.

Etsi vero Balæus, & Godvinus de Præsul. Angl., Antiquitatumque Britan. autor tradant *Hartfeldiæ* eum in diœcesi Cicestren. natum; tamen Oudinus in Comment. Script. Eccles. to. 3. ad an. 1340. col. 940. ex ipsomet Thoma lib. 3. *de Caussa Dei* cap. 22. elicit ortum *Cicestriæ*, quod quidem utrumque verum esse potest: dictus *Bradvvardinus* (est enim *Bradvvardin* castrum ad ripam fluvii Vagæ aliquot supra Herefordiam milliariis, teste Cambdeno Anglo) forsan ob incolatum, vel alia de caussa. Moritur anno 1349. mense Octobri Lambethæ nondum expletis inthronizationis ritibus, ut habet cit. Savillius. Dupinius in Hist. Eccles sec. XIV. num. 9. hunc *Minoritam*, Franciscanumque fuisse censuit, & post eum Oudinus in Supplem. de Scriptor. Eccles. a Bellarmino omissis pag. 630., qui tamen Comment. eorumdem Script. Eccles. to. 3. ad an. 1340. col. 940. retractavit, revocavitque quod dixerat ob duo; & quod *Waddingus* eum inter Minoritas non recensuit; & quis ille extitit *Cancellarius* Londinensis, quod officium dubitat Minoritæ conferri potuisse; fatetur nihilominus ab aliquibus Thomam Franciscanis accenseri. Verùm quod ad primum attinet, non vidit Oudinus, quot scriptores etiam præclarissimi ab Waddingo sint prætermissi, ut *Jacobus Asculanus* præ ceteris Doctor singularis, qui & ipse titulum *Doctoris*

ctoris Profundi obtinuit, aliique plures, ut ex hoc *Supplemento* nostro elucet: quod vero ad secundum spectat, non meminit, Jo: de Aurelianis fuisse Parisiensem *Cancellarium*, exin Ordinis Prædic., Guhelmum Bernardi itidem Parisien. *Cancellarium*, Henricum Chalem Ludovici Bavari Imp. *Cancellarium*, Thomam Dockinge Oxoniensem, & Robertum Colmanum etiam Oxoniensem *Cancellarium*, Robertum vero Leccestrium itidem Oxonii Collegii Balliolen. *Procuratorem*, & tamen Ordinis Minorum? præsertim cum Thomas iste proximus morti tantùm nomen Regulari Instituto dedisse feratur; quo factum est, ut veteres Scriptores de eo mentionem habentes hujuscemodi Institutum prætererint, uti de aliis similibus factum observamus. Porro floccifaciendus Antonius Lusitanus apud Altamuram in Prædicat. Ord. Biblioth. a Thomasino in Theolog. Dogmat. tract. de Gratia secutus hunc Thomam *Dominicanis* suis aggregans, utpote autor minus castigatus, & parum accurate scribens: hinc nuperi Scriptores Quietif, & Echardus to. 1. a suis hunc rejecerunt.

MMMDLXVII. 1856.

THOMAS BRITO = ex Rodulphio lib. 3., aliisque post eum: hunc *Lusitanum de Britu*, nescio quo autore, dicit Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispana pag. 241., & ex eo Joan. a S. Anton.

Thomæ Britonis Sermones de Festivitatibus SS. anno Dom. MCCCC. indict. VIII. incip. *De Ascensione Domini. Ascendit super omnes cælos, ut adimplerentur omnia. Ephes. Ex doctrina Philosophi habemus, quod omnis plenitudo* &c. ms. pergam. in 4. extat Assisii in Tabulario Conventus S. Francisci; in eoque codice præit *Serm.* de uno Apostolo incip. *In pace, & æquitate ambulavit mecum* &c.: in fine vero Sermonum habetur Opusculum *Stimuli Amoris* sine nomine autoris, quod tribuitur S. Bonaventuræ.

MMMDLXVIII. 1857.

THOMAS BUNGHJUS =

MMMDLXIX. 1858.

THOMAS CALONA = concionator, sacrarumque literarum, & hebraicæ linguæ peritus scripsit Opus hoc titulo:

Sacri aristocratici principatus idea: sive Samuel expositus in librum historialem Judicum una cum Catena morali. Panormi an. 1641. in fol. typis Alphonsi de Insula.

Commentaria moralia super XII. *Prophetas Minores*. Ibidem an. 1644. ex Dionysio Genuen., Mongitore in Biblioth. Sicula to. 2., & ex his Joan. a S. Anton. pag. 117., qui addit vivere desiisse Drepani anno 1644. Waddingus infra in *Thoma Panormitana*, qui idem est, scribit, *Commentaria in Prophetas* prodiisse ibidem an. 1646.

MMMDLXX.

THOMAS CAPPONUS Urbisaliensis Picens diœcesis Tolentinatis Tertii Ordinis Philosophus, ac Theologus Parmæ, Romæque Lectoris apud suos munere functus edidit

Opusculum contra experientias, quibus aliqui conantur probare existentiam vacui. Parmæ an. 1649. in 4. typis Mariæ Vignæ ex Bordono in Chronogio 3. Ord. cap. 38., non 1694., ut habet Joan. a S. Antonio.

MMMDLXXI. 1859.

B. THOMAS DE CELANO = Bartholomæus Pisanus Confor. XI. par. 2. in provincia Pennensi scribit: *Locum Celani, de quo fuit Frater Thomas, qui mandato apostolico scripsit sermone polito Legendam primum Beati Francisci, & Prosam de Mortuis, quæ cantatur in Missa, scilicet Dies iræ dies illa &c. dicitur fecisse*: & ante eum Paulinus Puteolanus Episcopus in suo *Speculo*, seu *Epitome nobil. Historiar. mundi* cap. 229. par. 26. de viris, qui in Ordine S. Francisci floruerunt, habet: *Thomas de Celano fecit Legendas veteres B. Francisci, ex quibus Fr. Bonaventura unam compilavit, & Ordini dedit in generali Capitulo Pisis MCCLXVI.* leg. *MCCLXIII.* Sed & Salimbene Parmensis auctor synchronos in Chron. ms. pag. 283. de Fr. *Crescentio* Ministro Generali an. 1244. Aymoni defuncto substituto ait: *Hic præcepit Fr. Thomæ de Celano, qui primam Legendam Beati Francisci fecerat, ut iterum scriberet alium librum, eo quod multa inveniebantur de B. Francisco, quæ scripta non erant: & scripsit pulcherrimum librum tam de miraculis, quam de Vita, quem appellavit Memoriale Beati Francisci in desiderio animæ. Sed processu temporis a Fratre Bonaventura Generali Ministro ex his omnibus compilatus est unus optime ordinatus: & adhuc multa reperiuntur, quæ scripta non sunt; Dominus enim quotidie in diversis partibus mundi per suum servum Franciscum magna miracula operari non desinit.* Scripsit igitur primus omnium

Legendam, seu Vitam S. Francisci jussu *Gregorii IX.* an. 1228. occasione *Canonizationis*, quam citat Lucas Tudensis Episcopus libro adversus Albigenses 2. cap. 11. scripto quinto anno a morte S. Francisci, certe post ejus Canonizationem, nonnulla verba etiam referens apud Waddingum ad annum 1224. n. 14., & Alexander Alensis in Summa Theol. par. 4. quæst. 31. mem. 4. &c. Extabat autem ms. Asisii in Biblioth. S. Francisci, habeturque Suessione in Gallia in Biblioth. Monasterii Longipontis Ord. Cistercien. ms. membran. libris tribus conclusa, teste Oudino to. 3. Comment. sub an. 1230. Mihi autem videtur eadem, cujus prologum ex ms. Joyacensis Monasterii evulgarunt Martene, & Durand in to. 1. Thesauri novi Anecdot. col. 956.

„ Incipit prologus in Vita beatissimi Patris Fran-
„ cisci.
„ Actus, & vitam beatissimi Patris nostri Franci-
„ sci pia devotione, veritate semper prævia, &
„ magistra seriatim cupiens enarrare, quia omnia,
„ quæ fecit, & docuit, nullorum ad plenum te-
„ net memoria, ea saltem, quæ ex ipsius ore au-
„ divi, vel a fidelibus, & probatis testibus intel-
„ lexi, jubente Domino, & glorioso Papa Gre-
„ gorio, prout potui, verbis licet imperitis stu-
„ dui explicare. Sed utinam ejus essem discipulus,
„ qui semper locutionum vitavit ænigmata, &
„ verborum faleras ignoravit! In tribus ergo Opu-
„ sculis divisi omnia, quæ de ipso Beato collige-
„ re potui, per singula capita universa distin-
„ guens, ne varietas rerum gestarum confunderet
„ ordinem, & in dubium adduceret veritatem.
„ Primum itaque Opus historiæ ordinem servat,
„ ac puritate beatæ conversationis, & vitæ suæ,
„ sanctisque moribus, & salutaribus documentis
„ ejus potissimum dedicatur: in quo etiam mira-
„ cula pauca de multis, quæ, ipso vivente in car-
„ ne, Dominus Deus noster per eum operari di-
„ gnatus est, inseruntur. Secundum autem Opus
„ a penultimo vitæ suæ anno usque ad felicem

„ ipsius

„ ipsius obitum gesta narrat. Tertium vero miracula multa continet, & plura tacet, quæ cum „ Christo regnans in cœlis gloriosissimus Sanctus „ operatur in terris; reverentiam quoque refert, „ honorem, laudem, & gloriam, quam ei felix „ Papa Gregorius, & cum eo universi S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales devotissime persolverunt, „ eum in Sanctorum Catalogo conscribentes. Gratias omnipotenti Deo, quod semper in Sanctis „ suis admirabilem, & amabilem se ostendit.

Legendam hanc ad metrum gravis, & docti carminis heroici reduxit quidam *Anglicus*, teste Waddingo ad an. 1230. n. 7.; & forsan est Fr. *Joannes Cantianus* Anglus, qui eo tempore florebat sub Gregorio IX., & Innocentio IV.

Legenda secunda tit. *Memoriale S. Francisci in desiderio animæ*, scripta est ab eo jussu Crescentii Ministri Generalis, qui cum Capitulo Generali Genuæ coacto anno 1244. mandaverat Fratribus, ut quæcumque scirent de S. P. Francisco, scriptis traderent, ipsique dirigerent, ut ex epistola trium sociorum S. Francisci an. 1246. ad eumdem Ministrum Gener. data apparet, quam vide supra in B. *Leone Asisiate*. Extat ms. membr. in 8. valde antiquo charactere sine nomine autoris Asisii in Tabulario sacri Conventus S. Francisci; incipitque; *Placuit sanctæ Universitati olim Capituli Generalis, & vobis, reverendissime Pater, non sine divini dispensatione consilii parvitati nostræ injungere, ut gesta, vel etiam dicta gloriosi Patris nostri Francisci nos, quibus ex assidua conversatione illius, & continua familiaritate plus ceteris diutinis experimentis innotuit, ad consolationem præsentium, & posterorum memoriam scriberemus* &c. . . . *Continet in primis hoc Opusculum quædam conversionis facta mirifica, quæ in Legendis dudum de ipso confectis non fuerunt apposita, quoniam ad autoris notitiam minime pervenerunt: dehinc vero exprimere intendimus, & vigilanti studio declarare, quæ Sanctissimi Patris tam in se, quam in suis fuerit voluntas bona, beneplacens, & perfecta in omni exercitio disciplinæ cælestis, & summæ perfectionis studio, quod semper habuit apud Deum in sacris affectibus, & apud homines in exemplis. Miracula quædam interseruntur, prout se ponendi oportunitas offert . . . . ut ea, quæ dicto vestro judicio docto probantur, cum nomine vestro vere Crescentio crescant ubique, & multiplicentur.* Opus vero incip. *Franciscus servus & amicus Altissimi, cui divina providentia hoc vocabulum indidit, ut ex singulari, & insueto nomine opinio ministerii ejus toti etiam innotesceret Orbi* &c.: agitque primo de *nomine Francisci*, ejusque *moribus*, & *factis in seculo*: de ejus *conversione*, & *Regulæ* ab Innocentio III. approbatione; de S. *Maria de Portiuncula*: de ejusdem *conversatione*, ac petitione dn Hugone Card. Ostiensi in Religionis *Protectorem* apud Honorium III.: de ejus *spiritu prophetiæ*: de *paupertate* domorum, utensilium, lectorum, & vestimentorum, ubi de *Capitulo Storearum* breviter: de *exemplis contra pecuniam*: de *petenda eleemosyna*: de *renunciantibus seculo*: de *visione statuæ*, vel fæminæ, & varia de ea interpretatione: de ejus ad *pauperes compassione*: de *studio orationis*, & intelligentia Scripturarum: contra *familiaritates mulierum*: de *tentationibus*, & *afflictionibus* per dæmones passis: de *vera*, & *inepta lætitia*: de *occultatione Stigmatum*: de *humilitate*, ubi de congressu ejus cum *S. Dominico* Romæ: de *obedientia*: de *bonum*, & *malum exemplum præbentibus*: contra *otium*, & *otiosos*: de *Ministris verbi Dei*: de *charitate*: de *detractione*: descriptio *Generalis Ministri*: de *sancta simplicitate*: de *specialibus devotionibus* ejus, ubi de usu carnium die *Veneris Natali* D. N. J. Christi: de *pauperibus Dominabus*, seu Sororibus: de *commendatione Regulæ*, ac visione ejus de eadem: de *infirmitatibus* ejus, & *transitu*, ac trium relatione de ipsius ad cælum migratione. Cui subjungitur *Oratio sociorum* ad S. Patrem, in qua ajunt inter alia: *Ecce jam prosteraimus humilitatis precamina coram clementia majestatis æternæ pro Christi famulo Ministro nostro successore tuæ sanctæ humilitatis, & veræ paupertatis æmulatore, qui ovium tuarum sollicitam gerit curam affectu dulci pro charitate Christi* &c. . . . *Supplicamus etiam toto cordis affectu, benignissime Pater, pro illo filio tuo, qui nunc, & olim devotus tua scripsit præconia. Hoc ipse Opusculum etsi non digne pro meritis, pie tamen pro viribus colligens una nobiscum tibi offert, & dedicat: dignanter illum ab omni malo conserva, & libera, merita sancta in illo adaugens, & Sanctorum consortio precibus tuis tempore perpetuo jungens. Recordare universitatis filiorum tuorum, Pater, qui inexplicabilibus vexati periculis quantum a remotis tua vestigia insequantur, tu sanctissime perfecte cognoscis. Da vires* &c. . . . *qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.* Ex hic liquet, complures socios, & discipulos S. Patris per *Fr. Thomam Celanensem* edidisse circa an. 1246. hoc *Opusculum* de his, quæ ipse in prima *Legenda* prætermiserat, ut indicant illa: *qui nunc, & olim devotus tua scripsit præconia*. Prima Legenda communiter dicitur *Legenda Gregorii IX.*; hæc vero licet posterior *Legenda antiqua*; eas sub nomine *Legendæ Fr. Thomæ*, & *Legendæ antiquæ* sæpe citat Bartholomæus Pisanus in Conformitatib., & plura fragmenta exscribit, alteram pro altera, ut puto, aliquando promiscue accipiens. Excidit Waddingo, ut scriberet, hunc edidisse *Legendam S. Francisci* jussu *Crescentii Generalis Ministri, & Generalium Comitiorum Genuensium*, quam *Gregorius IX.* approbaverit, ac incipere: *Placuit sanctæ Universitati vestræ*, vocarique communiter *Legendam antiquam*: etenim Gregorius IX. obiit anno 1241., & Crescentius adlectus est Minister Generalis an. 1244. in Comitiis Genuæ; sed in Annalibus Min. recte utramque distinguit in initio in indice codd. mss., ad an. 1228. n. 78., & ad an. 1230. n. 7., quo postremo loco scribit, ei 2. partem jussu Joannis Parmensis addidisse. Hanc ad *Compendium* reduxit Fr. *Bernardus de Bessa* Aquitanus S. Bonaventuræ socius, & cultiori stylo repurgavit, ut ipsemet Waddingus habet in *Bernardo de Bessa*. Depravate apud Alvarum Pelagium de *Planctu Ecclesiæ* lib. 2. cap. 61. dicitur *Joannes* autor *Legendæ antiquæ* S. Francisci; quem errorem hausit, imbibitque Rodulphius lib. 1., etsi lib. 3. recte vocavit *Thomam*. *S. Francisci Vita, Regula, & Miracula Opus per modum Legendæ* habetur ms. in Biblioth. Jo: de Witt Belgæ ex ejus Catalogo Dordraci anno 1701. vulgato inter mss. codd. in 4. n. 56., cui subjungitur *S. Bonaventuræ* descriptio Vitæ ejusdem S. Francisci. *Vita S. Francisci* anonyma ab illa, quam S. Bonaventura composuit, diversa, & ms. habetur in pluribus

 Bi-

Bibliothecis Oxoniæ, & alibi in Anglia ex Catalogis mss. codd. Anglican. an. 1698. vulgatis; incertum tamen, hujusne, vel alterius sit Opus.

Sequentia incip. *Sanctitatis nova signa*, eodem metro, quo *Dies iræ dies illa*, habetur ms. ante Vitam S. Francisci minorem a S. Bonaventura compositam Asisii in Tabulario Conventus S. Francisci cod. pergam. in 4.; vulgata etiam legitur in fine libri Horatii Civallæ Min. Conv., cui tit. *Tempio di lodi a S. Francesco*, Maceratæ an. 1620. editi, qui autorem ignoravit.

Sequentia Mortuorum: *Dies iræ dies illa* versa est primum in italicum versum a nobili poeta Florentino Hieronymo Benivenio, & legitur inter Opera ejusdem Hieronymi impressa Venetiis an. 1512. in 8. typis Nicolai Zopini; postea a nobili viro Senensi Alexandro Gulielmo cusa primum Bononiæ, deinde Placentiæ an. 1587. in 8. perperam *S. Thomæ Aquinati* attributa; deinde ab *Alexandro Orello* Doct. Luganensi, cujus versionem legimus in Sermone x. Speculi spiritualis *Angeli Hellensis* an. 1606. Venetiis impressi; qui & ipse in dictam *Sequentiam* expositionem italice fecisse dicitur; & postmodum etiam Fr. *Clemens Pelandus*, & *Laurentius Coltri* Capuccinus; postremo italice etiam facta circa an. 1700. prodiit metro non dissimili a latino incip. *La Sibilla, e David dice-ch' arso il mondo, e la radice-sarà un dì pien d'ira ultrice*. Hanc ipsam *Sequentiam* Stephanus Proysthinius lib. 1. de 4. Novissimis cap. 5. adscripsit S. Bernardo, præmissis tribus versiculis: *Cum recordor moriturus* &c., qui in editis, & antiquis codd. non habentur; Wion lib. 1. Ligni Vitæ cap. 70. *Gregorio Magno*; quidam Annales Ord. Prædic. *Latino Ursino* illius Ordinis; Leander Albertus *Humberto V.* ejusdem Ord. Prædic. Generali; & Joseph Pamphilus in Chron. August. *Augustino de Bl lla* sui Ordinis alumno; sed horum nemo laudato Bartholomæo Pisano antiquior: cujus etiam autoritate supra adducta evincitur, nulla esse quæ adducuntur ad probandum, non fuisse eam *Sequentiam*, seu Prosam in usu seculo xIII. xIV., & xV., & solummodo concedi potest, eam non fuisse universaliter ab initio recitatam, cum non condita fuerit, ut illico cantaretur, aut diceretur in Missa; sed postmodum a quibusdam cœpit usurpari Sacerdotibus, donec ab Ecclesia universa recepta fuit; sicut & Prosa *Stabat Mater dolorosa* circa annum 1300. a B. Jacobo Tudertino composita fuit, & tamen nonnisi multo post in Missis recitari jussa est, ut & de nonnullis aliis Prosis, & Hymnis. Revera Maldonatus circa an. 1570. in tract. ms. *de cæremoniis Missæ* Parisiis scripto ait: *Colligo curiositate privata aliquorum Sacerdotum fuisse additam prosam in Missis, quæ pro Defunctis dicuntur, ut dicant: Dies iræ dies illa; quod fit extra rationem, & antiquos Missales libros, qui tantùm habent sequentiam in diebus festis*: & Durandus notavit, *Prosas* minime dicendas, nisi cum diceretur *Alleluja*; ut etiam monuit Petrus le Brun to. 1. de Explicat. Missæ p. 1. art. 6. Quare vetustus codex ms. Bibliothecæ S. Michaelis Muriani seculi xv. continens *Ordinem Missalis Fratrum Minorum secundum usum Romanæ Curiæ* etsi non habeat Prosam *Dies iræ dies illa*, ut referunt NN. Censores Veneti in *Diatriba de Gestis, & Scriptis S. Bonav.* anno 1750. edita p. 129., nihil urget, & nihil officit; nam & Ferrariæ in Biblioth. S. Franc. Minor. Convent. extat *Missale Romanum* breve typis editum Mediolani anno 1483. in 8., in quo non solum hæc *Prosa*, sed nec ulla alia legitur, ideo quia forsan adhuc tunc ad libitum dicebantur, non ex præcepto. Hinc lapsus asseritur & Echardus to. 1. Biblioth. Scriptor. Ord. Prædic. p. 437., dum hanc *Prosam* ait anno 1250. nondum fuisse in usu; nam aliud est, non fuisse in usu, aliud vero, non extasse; ut Hymnus *Jesu dulcis memoria*, qui si non est S. Bernardi, valde tamen antiquius est, ut ex quodam ms. nostræ Bibliothecæ Asisiatis deprehendi; & nihilominus longe post ab Ecclesia cœpit usurpari.

Memoratur hic Scriptor a Waddingo in Annal. ad an. 1211. n. 6. inter eos, qui in Germaniam perrexerunt missi a B. Francisco ad Ordinem in illis regionibus propagandum: obiitque in oppido Taliacotii provinciæ Pennensis, nunc S. Bernardini, sepultus in Ecclesia *S. Joannis de Barro* al. Varro Ord. S. Claræ, quarum Sanctimonialium Rector, & a sac. Confessionibus erat, & inde translatus ad nostram Ecclesiam S. Francisci ejusdem loci, cui idem Monasterium unitum fuit, ubi ferunt magna veneratione coli, & a Deo signis, ac prodigiis illustrari.

1860.

THOMAS DE CEPERANO = de quo S. Antoninus Chron. par. 3. tit. 24. cap. 9. §. 4. de Fr. *Crescentio VI.* Generali sub an. 1245. tradit, hunc mandasse quibusdam Fratribus, ut quidquid scirent & invenire possent de factis, dictisque B. Francisci, scriptis consignarent; & subdit: *Postea Fr. Thomas de Ceperano de mandato Ministri ejusdem, & Capituli Generalis ex relationibus factis a pluribus primum tractatum Legendæ B. Francisci de vita, & verbis, & intentione ejus circa ea, quæ pertinent ad Regulam, declaravit; quæ dicitur Legenda antiqua, & incipit: Placuit sanctæ universitati: quam Legendam Fr. Bernardus de Bessa ad compendiosiorem formam reduxit, & incipit: Plenam virtutibus: & postea Bonaventura stylo elegantiori, & breviori compilavit*. Sed hoc loco confundit Thomam *de Celano* cum Thoma *de Ceperano*; qui enim primo scripsit de B. Francisco, & *Legendam antiquam* composuit, fuit Thomas de Celano, ut dictum est supra: autores vero *Legendæ* incipientis: *Placuit sanctæ universitati* hortatu Crescentii Generalis, & Capituli etiam Generalis elaboratæ extiterunt socii B. Francisci cum Thoma de Celano. Rodulphius lib. 3. *de Thoma a Celano* scribit, imitatum eum fuisse a *Joanne de Ceperano Protonotario Apostolico*; licet lib.2.fol.178. in Crescentio Ministro Generali Antoninum secutus appellet *Fr. Thomam de Ceperano*; hinc etiam Vossius lib. 2. de Hist. Latin. cap. 57. dicit *Thomam de Ceperano Notarium Pontificis Romani* imitatum esse Fr. Thomam de Celano; & lib. 3. par. 4. de Histor. prætermissis cap. 7. *Thomam de Ceperano Ord. Minorum*. Verùm cum viderim Bartholomæum Pisanum Conform. xI. par. 2. de prov. Pennen., locoque *Celani* mentionem facere *Fr. Thomæ*, quem dicit *Legendam primam* scripsisse; in prov. vero Terræ laboris, locoque Ceperani nullum *Thomam* habere; facile conjeci illum fuisse primo reapse Protonotarium Apostolicum, non autem Minoritam, nisi sero fortasse: & S. Antoninum, qui non memorat Thomam de Celano, pro isto *Thomam de Ceperano* Minoritia accensuisse; unde error ad alios emanavit. Et quidem ipse Waddingus in Annal. Minor. ad an. 1230. num. 7., & 1244. n. 13., & Biernaki in Speculo Mi-

Minor. art. 5. n. 12. Jo: hunc *Protonotarium Apostolicum* extitisse, non Ordinis Minorum, conscripserunt. Narratum tamen est mihi, autorem Chronicorum antiquorum mss., quæ dicuntur Chronica 24. Generalium, & desinunt in annum 1374., hunc dicere *Fr. Thomam de Ceperano*, & *Ordinis Minorum*, idque pluribus locis.

M M M D L X X I I.

THOMAS CLEPTONUS Anglus Eques Auratus, & summus in Angliæ regno justitiæ Magister, mundo, omnibusque pompis ejus relictis, jam ætate provecta Institutum S. Francisci sub Henrico VI. Rege, qui ab anno 1422. usque ad 1460. regnavit, amplexus est, cum aliquot *suæ eruditionis monumenta* condidisset; erat enim vir doctus. Senex admodum ex hac vita migravit, ut scriptum reliquit Waddingus in Annal. Min. sub an. 1426. n. 9., sed sine nomine, qui de eo meminit & supra in *Roberto Colmano*.

M M M D L X X I I I. 1861.

THOMAS DOCHINGUS = quem Possevinus in Appar. sac. to. 2. depravate vocat *Joannem Bockingam*; alias tamen dicitur *Tomas Dokingam*. Thomas Vasconiensis autor æqualis in suo *Dictionario Theologico v. Episcopus* ms. apud autorem Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 73. n. 7. ejus meminit magna cum laude inquiens: *hic Magister Thomas quidem communiter vocatus Docking super Lucam; & est optimus Doctor inter modernos Doctores, quoniam in B. Hieronymo versatissimus, quo cum non novi aliquem Expositorum comparandum*: & alibi ait: *Thomas Dockinge Doctor Theologiæ Ordinis Minorum in opere egregio super Job*.

Commentaria in 4. libros Sententiarum ex ms. Biblioth. Londinen. prodierunt Parisiis an. 1505.

Quæstiones ordinariæ forsan sunt illæ 88. *quæstiones*, quæ mss. habentur Oxonii in Biblioth. Collegii novi cod. 134.

De sufficientia articulorum in Symbolo contentorum, & quot Symbola sunt, & in quot partes dividuntur ms. in Biblioth. Bodlej. F. cod. 9. num. 2403. ex Oudino to. 3. Comment. sub anno 1270., qui & illud advertit, hunc extitisse Oxonien. Academiæ *Cancellarium*.

M M M D L X X I V. 1862.

THOMAS EBORACENSIS = quem ex natione Jacobus Le Long in Biblioth. sacra n. 987. *Thomam Anglum* appellat, cum Oxoniæ incæpisset legere, jussu Ministri Provincialis rescripsit

Lecturas Cantabrigiæ, inquit autor cit. Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 68. ex Ecclestono illorum temporum vicino.

Scriptum Metaphysicæ Fr. Thomæ de Eborneo Ord. Min. extat Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis scam. 13. versus claustrum cod. n. 552. in fol. incip. *Si quæris sapientiam, quæ pecuniam tibi sicut thesauros* &c.

Comment. in Ecclesiastem commemorat Lelandus.

Institutiones Ethicæ Thomæ Angli cusæ sunt Londini an. 1660. in 12. ex to. 1. *Bibliothecæ Philosophicæ* Lippenii fol. 476.; sed cujus, incertum, inquit cit. Joan. a S. Anton. pag. 118.

M M M D L X X V. 1863.

THOMAS ECCLESTONUS = vivebat an. 1330., & 1340.

De adventu Minorum in Angliam ex Catalogo mss. codd. Angl., & Hibern. to. 2. habetur in Biblioth. Metropolis Eboracen. cod. 46. in 8., & Oxonii in Biblioth. Bodlej. cod. 8563., ubi fert titulum: *Excerptum ex Ecclestono de primo Adventu Fratrum Minorum in Angliam*; estque cod. 110. Antonii a Vood fol. 151., teste Oudino to. 3. Comment. sub an. 1340. v. *Thomas Eckleston*; ubi docet in Cottoniana Bibliotheca cod. 9. A. extare mss. sequentia:

Regulæ, institutiones, & res gestæ Fratrum Minorum in Anglia num. 4.

De modo, die, & hora apparitionis Domini in forma Seraphica B. Francisco, & impressione sacrorum Stigmatum num. 5.

Martyrium quinque Fratrum Minorum apud Marrochium num. 6.

Martyrium trium Fratrum Minorum de Armenia majori num. 7. (nempe Fr. Monaldi Anconitani, & sociorum an. 1314.)

Martyrium quatuor Fratrum Minorum apud civitatem Tana cum serie sacri martyrii num. 8.

De locis Fratrum Minorum, & Prædicatorum in Tartaria num. 9.

Nomina Generalium Ministrorum Ordinis Fratrum Minorum, & Ministrorum Generalium (leg. *Provincialium*) *Anglorum* num. 10. Putat autem id esse hujus Thomæ integrum Opus, & Librum *De Adventu Minorum in Angliam* esse partem ejusdem Operis, de qua re valde dubito.

Librum de impugnatione sui Ordinis per quotdam alterius Ordinis scripsisse tradit Gherardus Jo: Vossius in Histor. Latin. lib. 2. cap. 65. Extat quidem ms. Lipsiæ in Biblioth. Paulina *Tractatus Magistri Henrici de Urimaria Ord. Eremit. S. Augustini de libertatibus Ord. Min.*, qui autor vivebat eo tempore, quo Ecclestonus; sed incertum, an iste in illum etiam scripserit.

* THOMAS DE ESPINOSA = V. *Thomas Spinosa*.

M M M D L X X V I.

THOMAS A S. FRANCISCO Hispanus provin. Aragonen. Tertii Ordinis S. Francisci Convent. composuit, vulgavitque *Opus* Ilerdæ an. 1613., ut legitur in Indice Biblioth. N. Soræ Aragonensis, sed quid contineret, ignoravit Nicolaus Antonius in suis addition. ms. ad Biblioth. Hispan. post an. 1670. pag. 244. ex Joan. a S. Anton.

M M M D L X X V I I.

THOMAS E FRIGNANO oppido agri, & diœcesis Mutinensis sac. Theologiæ Magister eximius, unusque e fundatoribus Theologici Collegii Bononien. circa an. 1360., Ordinis Minister Generalis an. 1367. eligitur, quo munere functus est Apostolica legatione ad nascentem inter Venetos, & Genuenses discordiam componendam; pacisque conciliator fuit eorumdem Venetorum, ac Patavinorum; propter quod anno 1372. ad Gradensem Patriarchatum promotus, sexennio post ab Urbano VI. S. R. E. Cardinalis tit. SS. Nerei, & Achillei creatur, Episcopusque Tusculanus, ut autor Synchronos Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. inter Ord. Min. Cardinales, & Confor. XI. par. 2. in prov. Bononiæ, locoque Mutinensi, ubi & asscritur *prædicator maximus*, literis mandavit. Obiisse autem cum ætatis suæ anno 76. Romæ 1381. ad Aram Cæli sepultum cum lapide sepulchrali, ac inscriptione tota fere exesa, legimus apud Ughellum to. 5. Ital. sac. in Graden. Patriarch. n. 59.; cumque vir doctissimus esset, juris canonici maxime peritissimus, & ecclesiastes nobilissimus, reliquit post se

Opera varia completa, quæ post mortem ejus excidisse dicuntur; inquit quidam Chronici Veneti Scriptor, forsan Continuator Chronici Andreæ Danduli, qui temporibus illis vixit, apud Augustinum Superbum in *Triumpho glorioso Venetorum* lib. 1. pag. 36., ubi cum dicatur *Venetus*, forsan ea civitate donatus fuit.

Thomas Mutinensis Cardinalis De providentia extat ms. in Biblioth. Vatic. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 139.

Synodum Gradensem celebravit, pluresque in ea *Constitutiones* fecit, quarum xv. leguntur in *Synodico Veneto* S. Laurentii Justiniani an. 1436. collecto, & nuper in fine tomi 17. Conciliorum Labb. edit. Venetæ publicato.

Commentarius Theologicos, &

Actus examinis Canonizationis S. Birgittæ Viduæ ei attribuit Georgius Eggs in sua Bibliotheca Purpurata, Waddingus in Annal., & S. Antoninus apud Joan. a S. Anton. pag. 120., quibus addere poterant & *Conciones*.

Anno 1354. dum Bononiæ apud suos Gymnasium regeret, electus fuit suæ provinciæ *Minister*, nominaturque in testamento Card. Ægidii Albornotii Hispani in Italia Pontificii Legati a latere, cui in paucis charus erat, anno 1364. condito, & dicitur *Thomasinus*: factus postmodum totius Ordinis Generalis Minister, a Gulielmo Narniensi Episcopo traductus est, & apud Summum Pontificem accusatus; cujus in defensionem Franciscus Petrarcha lib. xi. Rer. Senil. literas dedit ad Urbanum V. in hunc modum: *Magister Thomas vir clarissimus, ac sacrarum professor inclitus Scripturarum, atque Ordinis Minorum, ad quem propter multa, maxime propter autorem sic afficior, quasi unus ex Ordine illo sim, Generalis Minister, conjurata nescio quorum* &c. . . . *Non enim ego solus quamvis minimus omnium hæc scribo; multi scripserunt, sicut auguror, multi scribent. . . . boni omnes effusi, tota simul Ecclesia, tota tibi supplicat Italia, totus Ordo, Paterque Ordinis Franciscus. . . . Equidem; Pater beatissime, Magistrum Thomam, de quo agitur, optimum, & integerrimum virum novi clarum literis, sed virtutibus clariorem, quodque est maximum, & supremum, religione insigni, ac pietate, & catholicæ fidei luce clarissimum* &c.: hinc in proxime memorato Collegii Theologici Bononiensis veteri monumento vocatur: *Magister Thomas de Fregnano de Mutina Doctor utique moribus insignitus, & fidei zelator intrepidus Ord. Minorum*. Agunt de eo Waddingus in Annal. Min., Rodulphius lib. 2. fol. 189. & 223. Ciacconus, Oldoinus, aliique.

MMMDLXXVIII. 1864.

THOMAS FULGINAS = al. *Thomasuccius*, & *Thomasinus* de Villa magna, seu Villa maciuaja prope Gualdum diœcesis Nucerinæ in Umbria scripsit anno 1373. mense Augusto Bartholomæi Lardi nobilis Perusini precibus adductus versu vulgari italico, rudique

Tractatum de ruina incipientem: *Tu vuoi pur, che io dica = Dico con gran fusicu*: qui non semel typis editus asseritur, & postremo Fulginei an. 1626. in 4. per Augustinum Alterium.

Obiit die 15. Septembris, al. 19. Novembris anno 1377. *Fulginei* apud FF. Eremitas S. Augustini tumulatus ex S. Antonino Chron. par. 3. tit. 22. cap. 1. §. 6., Speculo Min., & Mariano apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 3. lib. 1. cap. 5., Rodulphio lib. 1. fol. 146., Waddingo in Annal. Min. ad an. 1368., & 1377., Sigismundo de Comitibus Fulginate lib. 14. Chron. mss., Arturo in Martyrol. Franciscano, & Spondano in Continuat. Annal. Eccles. sub an. 1377. n. 4., ubi tamen hallucinatur, dum eum nomine *hæretici notorii* venire arbitratur in epist. Gregorii xi. ad Regem Francorum kalend. Septembr. anno 1377. scripta; siquidem ille hæreticus dicitur fuisse Florentiæ, hic autem beatus vir eo anno degebat Fulginei.

MMMDLXXIX.

THOMAS GRAJUS Aberdonensis Scotus generoso stipite natus matre Elisa Dempstera vir sacris literis, Philosophicisque disciplinis instructissimus patriæ sui Ordinis Cœnobio præfuit, cumque religionis causa solum vertere, & in Galliam transfretare coactus fuisset, obiit tandem Rothomagi anno 1618. *ætatis suæ an.* cxxxvii. (nisi legendum sit lxxxvii.) *vivace adhuc memoria, ac stomacho habili, nec visu inefficaci, nulla corporis parte, nisi pedibus in tanto senio debilitatus*, inquit Thomas Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 7. cap. 606., addens scripsisse

Admonitiones ad novatores lib. 1.

In universam Aristotelis Philosophiam.

Concordiam D. Thomæ, & Scoti lib. 1., *& alia*.

MMMDLXXX. 1865.

THOMAS GRATIANUS = Balneocaballensis provinciæ Flaminiæ, ac Bononien. Min. Conv., & Constantii Portæ, de quo supra actum est, alumnus Mediolani, ac Venetiis Musices Præfectus fuit: obiit anno 1634. mense Martio, cum plurima musice facta typis vulgasset Venetiis an. 1587. apud Angelum Gardanum in 4., & annis subsequentibus usque ad an. 1627. typis Vincenti, quorum nonnulla extant Ferrariæ in Biblioth. S. Francisci.

MMMDLXXXI.

THOMAS A GUALDO, oppido Nucerinæ diœcesis in Umbria, sed provinciæ Hetruriæ Capuccinor. alumnus, vir pius, & concionator suo tempore illustris scripsit italice

Opusculum de Vita, & miraculis S. P. Francisci ad Ranutium Farnesium Parmæ & Placentiæ Ducem. Citatur a Pagnotio lib. de Maria triumphante cor. 2. cap. 57. apud autorem Biblioth. Capuccinor., & Jo: a S. Anton. pag. 121. to. 3.

MMMDLXXXII. 1866.

THOMAS HALENSIS = citat hunc Jo: a Turrecremata Card. tract. de verit. Concept. par. 6. cap. 2., & post eum Gabriel Barletta Serm. de Concept. V. M. edit. Brixien., Vincentius Bandellus de singul. Conceptu Christi, Rodulphius lib. 3., aliique plures. Errat Petrus de Alva, dum, teste Joan. a S. Anton., hunc eumdem putat cum *Alexandro de Hales*: ipse autem Joannes a S. Anton. pag. 124. ignoravit quis esset sub nomine *Thoma N.*

De genealogia gloriosæ Virginis Mariæ per Fratrem Thomam de diversis Sanctorum dictis compilata incipiens: *Joannes Damascenus c. gg. Sancta, & superlaudabilis, & semper Virgo Dei genitrix Maria ab æterno prævisa* &c.: finiens vero: *Thomas: Si hæc dixi, ut debui; approba benignissime Jesu tu, & tui: si autem non ut debui; ignosce dulcissime Jesu tu, & tui. Amen. Ave Maria dulcis Jesu Mater. Explicit genealogia* &c., ut supra: extat ms. Parisiis in Bibliotheca Cœnobii S. Honorati Domi-

minicanorum cod. membr. in 8. ad calcem Operis de *Vitis Fratrum* Fr. Gerardi Lemovicen. O. P. scripti circa an. 1300., & in Biblioth. Victorina cod. 690. in fol. post nonnullorum Opuscula a fol. 80. cum *prologo*, qui in superiori codice deest, & sine nomine autoris incipiens: *Vitam Virginis gloriosæ Matris Jesu Christi Mariæ cum ejusdem omnipotentis Jesu Christi opitulatione secundum seriem S. Evangelii capiens ad similitudinem Vitæ Beati Patris nostri Francisci, nec non & Vitæ S. Helenæ breviter ordinare, per capitula quæque distinguere* &c.; ut legimus apud Jacobum Echard in Scriptor. Ord. Prædic. to. 1. pag. 490., ubi & scribit, secundum codicem Bibliothecæ Victorinæ olim fuisse Majoris Monasterii vulgo *Marmoutier*, putatque falso hunc autorem Waddingo ignotum extitisse. Nescio an hujus sit *Vita gloriosissimæ semper Virginis Mariæ* cujusdam Minoritæ sine nomine, quæ extabat ms. Coloniæ in fol. apud Canonicos Regul. S. Crucis n. 35., teste Petro de Alva in Militia col. 1238.

Vitas SS. Francisci, & Helenæ, quæ *Anglica* natione fuit, uti autor iste, etiam scripsisse, videtur elici ex ejus verbis in prologo cit. cod. Victorini.

MMMDLXXXIII. 1867.

THOMAS HERENTALIUS =

* THOMAS HIBERNICUS = V. infra *Thomas Palmeranus*.

* THOMAS HISPELLAS = V. infra *Thomas Fagnoli*.

MMMDLXXXIV.

THOMAS JEDBURGIUS, al. Jedwordius natione Scotus humanioribus literis supra ætatem excultus circa finem seculi xv. scripsit eleganti versu

Deplorationem patriæ; quemadmodum ex Indice Bibliothecæ Cuprensis docuit Dempsterus Hist. Eccles. Scot. lib. 9. n. 746., qui & addit, scripsisse etiam, ac deflevisse versu

Bellum Anglicum anno 1497.

MMMDLXXXV. 1868.

THOMAS ILLYRICUS = hic Waddingus confundit hunc Thomam cum *Thoma Elysio* Ord. Prædicat., qui paulo post composuit *Clypeum Piorum* Opus ex decr. sac. Congreg. Indicis librorum proscriptum: *Thomas* vero *Illyricus* origine *Dalmata* fuit, uti vocatur in epigrammate ad calcem ejus *Clypei Status Papalis* excuso, etsi natus Auximi in Piceno, ecclesiastes magni fervoris, ac pietatis, quo munere multas regiones peragratus est: atque ille *Fr. Thomas Sclavus* hic est, quem Cavitellius in Annal. Cremonen. perhibet an. 1516. ex Gallæcia redeuntem Cremonam die 2. Martii applicuisse, ibique in foro Cœnobii FF. Minorum tribus diebus pro concione scelera exprobrasse, civibus, ni pœnitentiam agerent, mala multa eventura prædixisse, pluribusque patratis prodigiis, die 5. discessisse ad sanctum Christi Sepulchrum in Palæstinam iturum. Nec hunc diversum reputo ab illo, de quo Petrus Feizonius Doctor Parisiensis narrat in Vita Henrici Spondani Episcopi Appamiensis; quam anno 1643. descripsit, cap. 29. ante 90. annos (si non erravit in putatione, vivebat adhuc an. circiter 1550.) ista contigisse: *Asceta quidam Franciscanus nomine Frater Thomas, cujus adhuc celebris viget, vigebitque memoria, admiranda virtute, & pietate oras Appamienses apostolicis prædicationibus perlustravit proximas aliquando civitati (accurrentibus extra civitatis portas plerisque incolis ad aures sacris ejus hortamentis præbendas), nunquam tamen persuaderi potuit, ut pedem in urbem inferret, quoniam, ut referebat, maledictio Dei erat super eam* &c. Ad calcem *tractatus de Ecclesiæ clavibus* legimus eum per duas Quadragesimas, & Adventus Tolosæ docuisse, & conciones habuisse; in epistola vero ad Lugdunenses conqueritur sibi ab illis interdictam verbi Dei prædicationem, propterea quod prophetaverit eis mala superventura, quod non solum ipsis, sed toti etiam regno Francorum, Hispanorum, ac Romanorum Imperio se fecisse scribit; ideoque eum conscripsisse etiam

Quadragesimales conciones, & Adventus recte tradiderunt Rodulphius, aliique post eum. Has adhuc anno 1524. ineditas fuisse testatur ipsemet in Prologo sui *Clypei* adversus Lutherum, ut refert Joan. a S. Anton.

Sermonum duo volumina memorat ipse in Clypeo Status Papalis. *Sermonum prima pars* continet sermones 25. de Christo, & totidem de ejus Matre; prodiitque Tolosæ per Jo: de Guerlins in 4. cura *Fr. Massei de Fruzascho* anno 1521.; quibus præmittit *epistolam* longam dat. Raphistagni anno eodem die 13. Maji ad FF. *Claudium* Pinarolien. olim socium suæ peregrinationis in Palæstinam, *Bernardum* de Lera Aquitanum, & cit. *Masseum* de Fruzascho regionis Pedemontanæ in defensionem suorum *Sermonum*, & contra impugnantes sanctam peregrinationem, & spernentes veram scientiam.

Clypeus Status Papalis prodiit Taurini initio anni 1523. in 4. per Jo: Angelum, & Bernardinum de Silva recognitus ab eodem *Masseo* autoris discipulo; & citatur in *Clypeo piorum* Thomæ Elisii, in Appar. Bail ad Concilium Trident., & alibi: continet autem istahæc:

1. *Epistolas* 4.; *ad Adrianum VI.*; *ad Ducem Sabaudiæ*; *ad Lugdunenses*; & *ad Episcopum Valentiæ*, *& Abbatem S. Michaelis Archangeli* in Pedemonte.

2. *Tractatum de Ecclesiæ clavibus, ac Pontificum potestate*: sermo popularis contra quosdam Vicarium Christi calumniantes.

3. *Specialem tractatum de potestate Summi Pontificis contra Martinum Lutherum.*

4. *Conclusiones quasdam circa electionem Summi Pontificis.*

5. *Casus septem, in quibus Summus Pontifex est auferibilis de Papatu.*

6. *Modum se habendi tempore schismatis*

7. *Confutationes quarumdam conclusionum Lutheri*: suntque sex

8. *Conditiones veri pastoris animarum; una cum probatione reformandæ Christianitatis; ac invectiva contra malos Christianos.* In fine vero sequens *epigramma* legitur:

Ignotus latuit Thomas non vile Minorum
Mancipium, cujus nunc sua fama micat.
Excudit varium Sermonibus arte diserta
Hic Opus: impressit docta Tholosa prius.
Nunc aliud Papæ clarum, quo summa potestas
Fingitur, excudit Dalmata noster Opus;
Arguit & mores hominum, ritusque nefandos,
Crimina, quæ mundo nunc manifesta vigent.
Pro quo debentur laudes, & gratia summa
Illyrico Patri, qui dedit istud Opus.

Epistola ad omnes Christifideles contra hypocritas data Lemovicis an. 1520. die 28. Aprilis, ibique

que impressa typis Claudii Garnier, & Martini Berton in 4.

Testamentum scriptum an. 1519. die 26. Aprilis, quo cunctis pro statibus variis spiritualia documenta assignat. Tolosæ an. 1520. in 4. typis Jo: Fabri.

Clypeum Catholicæ Ecclesiæ in duas partes divisum contra dogmata Lutheri, Taurini cusum anno 1524. in 4. apud Anton. Ranotum memorat Joan. a S. Antonio, & distinguit a *Clypeo Papali* cuso, inquit, ibidem an. 1524. in 4.; & addit prohiberi in Indice Romano, donec expurgetur, & se utrumque vidisse; ego autem non legi prohibitum, nisi *Clypeum Piorum* Thomæ Elysii Ord. Prædicatorum.

De Donatione Constantini facta S. Silvestro Papæ continetur in *Clypeo Piorum* Thomæ Elysii Ord. Prædicat., non in isto hujus Thomæ: an autem & iste idem argumentum tractaverit, ignoro.

Tractatum de Conceptione Virginis scripsit, citaturque a Marracio; sed ineditum dicit Joan. a S. Anton.

Inter Minores Conventuales egit vitam valde reformatam; obiitque anno incerto, post tamen 1523., Mentoni in principatu Monœci in Ecclesia secular. Presbyteror., dum ibi conciones haberet. Fuit charus Duci Sabaudiæ, & Adriano VI., nec non Tolosanis.

M M M D L X X X V I.

THOMAS JORDANES Aragoniæ provinciæ, &, ut videtur, Cæsaraugustani Cœnobii alumnus, Theologus, & sacræ Scripturæ Lector, & Doctor in Universitate Ilerdensi scripsit circa finem seculi XIV.

De primis Minoribus Fratribus a S. Patriarcha Francisco in Hispaniam missis ex Waddingo cit. apud Joan. a S. Anton. pag. 122.

Historiam FF. Minorum in Aragonia; & Cæsaraugustani Cœnobii res præcipuas usque ad sua tempora scilicet an. 1399. patria lingua; cujus ms. codex pergamen. servatur in prædicti Cœnobii Cartophylacio, teste Francisco Anton. Pagio in Breviario Pontif. Rom. de *Nicolao IV.* disserente, Didaco Murillo in Descriptione urbis Cæsaraugustæ, & ipso Waddingo ad annum 1278.n.37., qui de eo agit & ad annum 1235. n. 16., eoque codice usus est in conscribendis Annalibus Minor., ut liquet ex Indice codd. mss. Operi præmisso. Agit de eo & autor Bibliothecæ Hispanæ pag. 247. tomo 2.; citaturque & a Hieronymo Surita in Hist.

1869.

THOMAS LACTONUS = V. *Thomas Bonchier* supra; nam idem est, ut ibi ostendi.

M M M D L X X X V I I. 1870.

THOMAS A MASSA = Commissarius provinciæ Marchiæ interfuit Comitiis Gen. sui Ordinis anno 1579. Parisiis coactis, ubi factus est *Definitor* Cismontanæ familiæ ex Actis; mox Commissarius Generalis ejusdem familiæ ex 14. Bulla Sixti V. apud Eman. Rodericum tomo 2. Bullarii, & autorem 4. partis Chron. S. Franc. lib. 8. cap. 84. sub anno 1587.

Quæstio in Offertorium Missæ Defunctorum cusa est per Jacobum Mascardum in 8. ex Joan. a S. Anton. pag. 123.

M M M D L X X X V I I I. 1871.

THOMAS MURNERUS = Argentinensis Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, de quo Waddingus ad an. 1526. n. 3. ex Joanne Cochlæo; anno 1536. cum Cœnobii Passaviensis Præfectus esset, factus est *Episcopus* titularis, & Suffraganeus Ecclesiæ Passaviensis ex Hist. provinciæ Austriæ Min. Convent.

Tractatus de pithonico contractu prodiit an. 1499., inquit Orlandus de Orig., & progr. Typogr.; postea vulgatus est Francofurti an. 1582. in 8. typis Nicolai Bassæi in to. 2. *Malleorum maleficarum* diversorum autorum hoc titulo: *De pythonico contractu*; quo ego utor, & ubi vocatur *liberalium Artium Magister*, ac in modum dialogi Opus confecisse dicitur *ad instantiam generosi Domini Johannis Moraher de Mersper* ejus discipuli *ex Universitate Friburgensi, sole in* 22. *gradu Libræ gradiente* MCCCCXCIX.; & Lugduni an. 1604. typis Petri Laudry in 4. tit. *De pythonico spiritu*, inquit cit. Joan. a S. Anton. pag. 123. Hoc in Opusculo se in Philosophicis, Theologicis, ac Mathematicis disciplinis versatissimum ostendit.

Perspectivas ipsemet citat in eodem *tractatu*; nec non

Quadripartitum majus Astrologiæ; atque

Tractatum de revolutionum veritate, & falsitate.

In *librum Lutheri* contra Henricum VIII. Angliæ Regem editum egregie scripsisse asserit autor suppar Simon Fontanus Gallus in *Historia Catholica* suorum temporum lib. 6.; & lib. 9. tradit, interfuisse eum Badensi in Helvetia disputationi inter Catholicos, & Zuinglium, Œcolampadiumque anno 1526. habitæ, quo tempore concionatoris munere contra Zuinglium Lucernæ fungebatur. Spondanus etiam in Continuat. Annal. ad an. 1523. num. 10. scribit, duos in Germania respondisse Luthero pro libro Regis Angliæ, Joannem *Eckium* latine, & Thomam *Murnerum* festivissime theutonice.

Kalendarium in Lutheranos descripsit anno 1536. teste Rodulphio lib. 3.

Chartiludium in Instituta Justiniani redactum non in *fabellas*, sed in *tabulis*, inquit Possevinus in Appar. sac. to. 3.; de quo meminit Matthias Bernreggerus Orat. 2. *De parandæ doctrinæ modis illegitimis* inquiens: *Pollicitus etiam se daturum* 4. *libros Institutionum Justinianearum in similem chartularum lusoriarum formam redactos: quo præclaro munere an studiosos juris beaverit, mihi non constat; nec enim vidi. Logicum chartularium vidi; stoliditatem artis vanissimæ detestatus*: erat enim Bernreggerus *Lutheranus*.

Chartiludium Logicæ, seu Logica practica, vel memorativa. Opus, quod centum amplius annos in tenebris latuit, erutum, & in apertam seculi hujusce curiosi lucem productum opera, notis, & conjecturis Joannis Balesdens. Parisiis an. 1629. in 8. cum figuris apud Tussanum du Bray: sed Niceron *Memoires* to. 21. pag. 361. scribit, prima vice prodiisse Bruxellis 1609. in 8.; antiquiorem vero centum annis editionem Argentinæ 1509. apud Jo: Gruninger in 4. e Bibliothecæ Vilembrokianæ Catalogo p. 67. adducit Gerdesius in *Florileg.* pag. 209. apud Fridericum Freytag in *Analectis Litter.* pag. 621., ubi docet, Murnerum in Academia Cracovien. fuisse Philosophiæ Professorem, eum hujusmodi novam methodum addiscendi Logicam excogitaret, illamque ea lege cum suis communicasset discipulis, ut jurejurando se obstringerent, se alios illius artis facere nunquam velle participes. Tam eximium vero brevi temporis spatio in arte Logica hoc adjuti artificio faciebant progressum

Mur-

Murneri discipuli, ut ob hanc causam præceptor in magiæ veniret suspicionem. Coactus igitur fuit suum publicare artificium, quo tantam a Doctoribus Academiæ Cracoviensis reliquis iniit gratiam, ut non solum illud veluti opus divinum admirarentur, illudque suo comprobarent suffragio, sed autori quoque XXIII. florenos Hungaricos præmii loco offerrent. In epistolis obscurorum Virorum pag. 235. fit ejus mentio his verbis: *Habet Dominatio vestra scire, quomodo noviter venit huc* (Trevirim) *unus D. Theologiæ, qui vocatur Thomas Murner; ipse est de Ordine S. Francisci, & est Superiorista, & præsupponit ita multa, quod non credetis. Dicunt, quod facit cartas, & qui ludunt in illis cartis, discunt Grammaticam, & Logicam. Et composuit unum ludum scacchi, in quo trahuntur quantitates syllabarum—Et dixit mihi unus, quod talis Doctor in omnibus artibus scit aliquid.*

De eo Georgius Paschius *de inventis nov. antiquis* cap. 2. pag. 136., Sigismundus Jacobus Apinus dissert. *De variis discendi methodis memoriæ causa inventis*, Stanislaus Minckius lib. *Logicæ memorativæ Peripateticæ*, & Joseph Simlerus Biblioth. pag. 663.

* THOMAS N., quem Joan. a S. Anton. pag. 124. to. 3. ex nuperrima Ord. Prædicat. Bibliotheca hoc loco descripsit, ignoravitque quis esset, *Thomas Halensis* Anglus est, de quo supra egi.

M M M D L X X X I X. 1872.

THOMAS OBICINUS =

Librum prodigiorum a Licosthene scriptum integritati suæ restitutum edi curavit Lugduni an. 1589. in 12. ex to. 2. Biblioth. Barber. fol. 131. ex Joan. a S. Anton. pag. 125., qui adducit autores, qui de hoc mentionem fecerunt, inter quos Leonem Allatium de Viris Illustr. Urbis fol. 245., Imbonatum in Biblioth. Latino-Hebr. v. *Athanasius* Kirker p. 9., & Franciscum a Jesu Maria lib. 3. *Patrimonii Seraphici*.

M M M D X C. 1873.

THOMAS OTTERBONUS = al. *Otterbournus*, & *Oderoburnus*.

Chronicon Regum Angliæ extat ms. in Biblioth. Henrici Jones cod. 4. num. 2. inscriptum: *Thomæ Otterbourne Chronica Regum Angliæ ad annum* 1420.; & in Biblioth. Cotton. sub effig. Vitellii F. cod. 9. n. 3. *Chronica Regum Angliæ per Thomam Otterburn a prima origine gentis ad tempora Henrici Regis quinti* ex Catalogo mss. codd. Angliæ Eccles. &c. n. 7007. *De rebus Anglicis* e codd. mss. antiquis editus est Oxonii an. 1732. in 8. a Thoma Hearne Anglo, teste Friderico Gotthlif Freytag in *Analectis Litter.* de Libris rarior. pag. 428.

Ejus mentio fit in prologo *Scholæ Chronicorum*; & apud Vossium lib. 3. de Histor. Latin. cap. 5., nec non Oudinum to. 3. Comment. ad an. 1420., atque to. 1. Histor. Universit. Oxonien. lib. 1. fol. 76.

1874.

THOMAS PALMERANUS = Jacobus Echard to. 1. Scriptor. Ord. Prædicat. in *Thoma Hybernico* probat, hunc neque Ord. Prædicat., neque Minorum extitisse: non tamen evincit, secutum non esse, & non explevisse Opus titulo: *Manipulus florum* a *Joanne Guallensi* inchoatum, ut ostenditur in Joanne Guallensi; ibidem dictis addi potest in Bibliotheca Oxoniensi hoc Opus tali epigraphe distingui: *Manipulus florum, quem inchoavit Joannes Gualensis, qui floruit anno* 1260., *quem ejus morte imperfectum absolvit, & locupletiorem reddidit Thomas de Hibernia, qui claruit anno* 1290., ut notavit Oudinus; Florentiæ quoque in Biblioth. S. Crucis scam. 33. versus claustrum cod. 762. in fol. charactere antiquo incip. *Abiit in agrum, & collegit spicas post terga metentium Ruth 2. Ruth paupercula non habens messem propriam* &c.: *sic ego pauperculus non habens copiam scriptorum, nec originalium* &c.; & prope finem prologi: *nomen autem collectoris volui subticere, ne collectio vilesceret, cognito collectore* &c.; & ad calcem Operis legitur: *Explicit Manipulus florum compilatus a Magistro Thoma de Hybernia quondam Socio de Sorbona.* Prodiit Opus anno non expresso, sed circa 1480. sub nomine *Magistri Thomæ de Hibernia Ordinis Prædicatorum* typis Magistri Joannis Rubei Vercellensis Venetiis in 4., quod extat Asisii apud nostros. *Manipulum Florum*, al. *Flores Doctorum insignium tam Latinorum, quam Græcorum* valde admodum adauxit anno 1503. Dominicus Nanus, & anno 1576. non pauca adjecit Bartholomæus Amantius; Franciscus vero Tortius anno 1628. aliquas sententias prætermissas apposuit; demum Silvius Insulanus ultimam manum apposuit sub tit.: *Polyanthea novissima*; inquit Joan. a S. Anton. pag. 125., ubi scribit in Hispanica Bibliotheca Cordubensis Ecclesiæ Opus istud ms. in 4. asservari sub tit.: *Manipulus florum*; & in calce haberi: *Explicit Manipulus florum compilatus a Magistro Thoma de Hibernia quondam Socio de Sorbona*, & incipere: *Fr. Thomas Gualensis Ordinis Fratrum Minorum doctus Theologus* &c.

Flores Bibliorum dicuntur impressi Parisiis an. 1556. in 16. una cum *Floribus Doctorum*; iterumque ibidem an. 1662. apud Claudium le Coust, & Carolum Fosset; postea Lugduni an. 1678., & 1679. tom. 2. in 12. apud Joannem Certum, teste Oudino to. 3. Comment. sub an. 1290.

Tractatus de tribus punctis Christianæ Religionis compilatus a Magistro Thoma Hibernico Doctore in sac. pagina ms. habetur in Bibliotheca Monasterii Lyrensis ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1260.

Jordanus Saxo Ord. Eremit. *in Vitis Fratrum* ipsum non dicit *suum in Sorbona socium*, sed *Socium Sorbonicum*, quam notum est esse illius Universitatis dignitatem. Anno 1316. adhuc inter vivos fuisse videtur, & in morte reliquit Bibliothecæ Sorbonicæ suos libros, ut habet Andreas Cheviller Socius Sorbonicus in Gallica Dissert. de Orig. Typographiæ Parisiis apud cit. Echard. Alterius *Thomæ Hibernici* meminit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII., & XI. par. 2. in provincia Pennensi, locoque Aquilæ; ubi requiescit.

1875.

THOMAS PANORMITANUS. V. *Thomas Calona*; idem enim est.

M M M D X C I.

THOMAS PAPIENSIS cum fuisset Lector Theologiæ Parmæ, Bononiæ, & Ferrariæ, factus est *Minister* provinciæ Tusciæ, quo munere anno 1270. excepit Confessionem Sacramentalem *Philippi Archiep.* Ravennatis apud Pistorium, ubi dictus Præsul diem suum obiit ex Salimbene Parmensi Ord. Min. autore Synchrono in suo Chron. ms. pag. 389., ubi eum dicit concionatorem *solemnem*, & composuisse

Chro-

Chronicon magnum;
Tractatum Sermonum; &
Magnum Opus in Theologia multo diffusum; & anno 1283. adhuc in vivis fuisse: ejus meminit Waddingus ex Mariano ad an. 1258. n. 9., & antiquior Pisanus Confor. vııı. par. 2. in *B. Benedicto Aretino* pag. 64. col. 2. edit. primæ Mediolan.

MMMDXCII. 1876.

THOMAS PISEUS =

MMMDXCIII.

THOMAS DE ROSSI Scotus cum Parisiis 7. artes liberales audisset, & in Scotia Theologiam perlegisset, Carolus Francorum, & Robertus Scotorum Reges anno 1371. intercesserunt, ut ad sac. Theologiæ Magisterium promoveretur, inquit Waddingus ad hunc annum n.14. ex Reges. Pontif., ubi vocatur *Thomas de Roffibus Scotus*: ad an. vero 1376. n. 8. memorat *Fr. Thomam de Rysii Vicarium Generalem* in regno Scotiæ Baccalaureum Parisiensem, qui in eadem Accademia annis quatuor docuit, ad gradum Magisterii promotum eo anno per manum Gualteri Episcopi Glasquen. Avenione commorantis.

Fr. Thomæ de Rossi Scoti Ord. Min. de Conceptione B. Virginis. Incip. *Virgo gloriosissima, quæ a Deo fuis praelecta* &c.; & in fine: *Expliciunt Quæstiones Magistri Thomæ de Rossi Scoti Ord. Min., sacræque Theologiæ Doctoris de Conceptione Virginis Immaculatæ, quas legit in Universitate Parisiensi Baccalarius ibidem existens in Lectura Sententiarum*, extat Venetiis cod. 495. Bessar. in 4. membr. inter Miscellanea ex Catalogo pag. 200.

MMMDXCIV.

THOMAS SCONCHUS provinciæ Coloniensis alumnus, cujus extat in nostra Susatensi Bibliotheca ms. hoc Opus, seu

Tractatus duo de Salutatione Angelica; & *de nominis Jesu excellentia* ex Hist. provinciæ Coloniensis Minor. Convent fol.150.: & videtur scripsisse medio circiter seculo xv. tempore S. Bernardini,

MMMDXCV. 1877.

THOMAS DE SPINOSA = *de los Monteros*, Hispanus, alumnus dicitur fuisse provinciæ S. Jacobi, seu Compostellanæ ex Chronicis illius provinciæ to. 1. pag. 131. apud Joan. a S. Anton. pag. 119. to. 3., Francisci Gonzagæ Ministri Gener. a Secretis, & in Seraphica Historia conscribenda coadjutor, ut habet Waddingus in Annal. Min. ad an. 1400. n. 41. Opus ejus prodiit Parisiis anno 1576. in 4. typis Francisci de Prato a Joan. Aurato poeta latino *epigrammate* laudatum ex Biblioth. Hisp. pag. 243., & cit. Joan. a S. Anton.

MMMDXCVI. 1878.

THOMAS STRANGUS =

MMMDXCVII. 1879.

THOMAS STRAVERSHANUS = al. *Stanchan*, & *Stanshanve* ex Joan. a S. Anton., & Pitseo videtur fuisse discipulus *Gulielmi* de Warra, & *Gulielmi* de Mara, nec non *Roberti* Contoni, in quorum scriptis se exercuit. Anno 1341. Avenionem accitus a Benedicto xıı. institutus est *Pœnitentiarius*, ut ajunt, Apostolicus ex Reg. Pontif. apud Waddingum in Annal Min. ad eum annum num. 5. Vide supra *Gulielmus de Mara*.

Fr. Thomæ Valentis (*f. Stravesham*) *Ord. Min. Expositiones in libros Isaiæ, Job, Numerorum, Deuteronomii, Josue, Judicum, Ruth, Exodi, Levitici* habetur in Bibliotheca Bessarion. Venet. cod. 494. in 12. membr., cui præmittitur *tractatus* tit. *Convertimini* inter Miscellanea p. 200. Catalogi ejusdem Biblioth.

MMMDXCVIII. 1880.

THOMAS SYLVESTRI = Theologus Hispanus Regul.Observ. Valentinus creditur a Nicolao Anton. in Biblioth. Hispan., ignotus tamen autori Biblioth. Valentinæ: versus finem seculi xvı. una cum Christophoro Moreno composuit

Vitam B. Petri Nicolai Factoris in 50. capita distributam, quæ italice facta a Baretio legitur in 4. parte Chronic. S. Franc. lib. 8. Joan. a S. Anton. pag. 127. nihil addit Nicolao Antonio.

MMMDXCIX.

THOMAS TAURINENSIS Capuccin. Definitor, cujus in concionando peritiam probant carmina edita a Card. Maphæo Barberino tum Bononiæ Legato, & postea P. M. Urbano VIII., inquit Dionysius Gennensis: edidit

Conciones aliquot de Sanctis habitas Bononiæ in Ecclesia. Ibidem an. 1620.

Obiit Taurini anno 1625.

MMMDC.

THOMAS THEUKSBURY Anglus Cœnobii, vel Custodiæ Bristollien. alumnus floruit seculo xıv., annoque MCCCLI. librum emisit Oxoniæ hoc titulo:

Quatuor principalia Musicæ, sive *De quatuor principiis artis Musicæ*, quem ms. extare in Biblioth. Bodlej. inter codd. Laud. n. 90. scribit Antonius Vood in Hist. Universit. Oxonien. lib. 2. pag. 5.; ac ipsum, vel simile Opus tribuitur etiam *Simoni Tunstedo* Anglo ejusdem Instituti, eodemque tempore viventi, ut supra dictum est. Idem Vood lib. 1. pag. 67. citat, & adducit.

Chronicon de Tewkbury ms.; hujusne, vel alterius Scriptoris me latet.

MMMDCI.

THOMAS TIPHERNAS Italus provinciæ S. Francisci, Umbriæque Capuccinor. alumnus ob suam pietatem semel, & iterum sui Ordinis Generalis electus fuit; scripsitque in honorem B. V. Mariæ

Coronas plurimas ad formam meditationum super omnia mysteria vitæ ejusdem B. V.

Obiit anno 1576. in suo Cœnobio Civitatis Plebis in Umbria ex Boverio to. 1. Annal. Capuccin., & Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 128. Forsan hic est Thomas *Plebanus* ita dictus a *Civitate Plebis*, ubi quiescit, cujus *Conciones* mss. citat Petrus de Alva col. 1446. suæ Militiæ.

MMMDCII.

THOMAS TONTI Neapolitanus prov. Principatus Regul. Observ. prædicator clarus scripsit

De Symbolis, & parallelis S. Jacob Patriarchæ ad S. Jacobum de Marchia ex Relatione Histor. prædictæ provinciæ scripta a Fr. Blasio a S. Gregorio, & ms. in fol. asservata Matriti in Archivo Ord., teste Joan. a S. Anton.

MMMDCIII.

THOMAS VAGNOLI Hispellas socius B. Andreæ Burgundi Hispellatis scripsit anno 1270.

Vitam ejusdem B. Andreæ, ex qua quidam *Anonymus* anno 1322. *Compendium* extraxit, ut indicat ipse Waddingus in Addition. ad to. 2. Annal. Min., Jacobillus in Scriptor. Umbriæ, & Act. SS. Collectores Bollandii ad diem 3. Junii; & extare dicitur ms. Hispelli apud nostros.

Hujus fit mentio in Chron. antiquor. 24. Gener. Ord. Min. in Vita B. Agnetis Sororis S. Claræ. *Fr.*

Tho-

Thomas Hispellas anno 1258. accepit Conventum Burgi S. Sepulchri ex Waddingo n. 21.

M M M D C I V. 1881.

THOMAS VANDINI = Min. Convent. sac. Theologiæ Magister, vir integerrimæ vitæ, qui in concionando in præclaris Italiæ urbibus magnam sui nominis memoriam reliquit, teste Augustino Superbo autore synchrono apud Franchinum in Bibliosophia n. 309.

De Anno Sancto, ejus origine, ac Indulgentiis &c. italico idiomate. Bononiæ anno 1599. per modum *concionis* ab eo in templo S. Petronii habitæ eo anno, & recusæ Venetiis an. 1613. in 4. per Joan. Albertum, in cujus fine legitur *autoris Vita*.

De Purgatorio, ejusque pœnis, ac suffragiis italice ibidem, & eodem anno 1599., postea recusa ibidem anno 1615. in 4. per HH. Rubei.

Sermones funebres 55., *& nuptiales* 12. lingua vulgari Bononiæ an. 1621. in 4. per Sebastianum Bonhomium; deinde Tridenti an. 1631. in 8. per Santem Zanettum: eos citat Matthæus Ferchius in Vita Scoti cap. 7. n. 27.

De Indulgentiis, Reliquiis SS., earumque cultu &c. italice. Bononiæ an. 1625. in 8. typis Tebaldini.

De extasi, raptu &c. *Sermones Philosophici, & Theologici* etiam italice ibidem, & eodem anno.

Rhetorices compendium ad usum concionatorum. Ibidem an. 1626. in 8. per Nicolaum Tebaldinum.

Vita S. Antonii Patavini lingua vernacula. Ibidem an. 1627. in 4., & Romæ, & postea Maceratæ an. 1647. ex Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 13. Junii.

Officium S. Antonii Patavini. Bononiæ an. 1627. iisdem typis, teste Franchino cit. in *Iacobo Rogerio* num. 165.

Obiit in patria an. 1629. die 30. Decembris funebri Oratione ab Oratore Ord. Prædicat. honoratus ex monumen. Conventus S. Francisci Bononiæ.

M M M D C V.

THOMAS VASQUEZ Hispanus Aragonen. Regul. Observ. Theologus, Custos, Definitor, & S. Inquisitionis Censor libellum edidit vernacule tit.

Catechismus pro instructione Maurorum neophitorum. Cæsaraugustæ anno 1610. in 12., de quo & Nicolaus Anton. to. 2. Biblioth. Hispan., & Joan. a S. Anton., qui in Append. addit, obiisse eum Cæsaraugustæ in Collegio S. Didaci anno 1616.

M M M D C V I.

THOMAS DE VEIGA Lusitanus Tertii Ordinis S. Francisci Lector emeritus, suæque provinciæ Definitor scripsit eleganti stylo lusitano

Conciones pro feriis majoribus, Dominicis Quadragesimæ, ac Hebdomada Sancta. Ulyssipone 1618. in 4. per Petrum Craesbeeck.

Considerationes super quartas, & sextas ferias, ac Dominicos dies Quadragesimæ. Iisdem typis, & eodem anno in 4.

Considerationes super 24. *Evangelia Dominicalia post Pentecosten*. Ibidem an. 1619. & 1620. tomis 2. in 4. per Antonium Alvarez.

Considerationes litterales, morales, & allegoricas super Lamentationes Jeremiæ Prophetæ. Ibidem 1623. in fol. per Laurentium Craesbeeck ex autore Biblio. Hispanæ pag. 255., & Joan. a S. Anton. Horum aliqua Waddingus tribuit *Thomæ de Albeinga*.

1882.

THOMAS ZERULA = non Minorita, sed *Minorensis* in Picentinis Episcopus anno 1597. assumptus, & anno 1603. vita functus, cujus

Praxis Sacramenti Pœnitentiæ prodiit Venetiis an. 1599. in 8. ex Indice Bibliothecæ Barber., sed prohibetur ex decr. sac. Congr. Indicis sub die 7. Aug. 1603.

Praxis Episcopalis ibidem, & eodem anno in 4., postea Lugduni anno 1615. per Horat. Cardon; sed prohibetur die 3. Julii an. 1623.

De Jubilæo, & Indulgentiis cum Comment. in Bullam indictionis Anni Sancti. Venetiis anno 1600. ex Indice Biblioth. Barber.

De eo Ughellus to. 7. Italiæ sac. in Minoren. Episc. n. 40., Toppius in Biblioth. Neapol., Nicodemus in addit., & Joan. a S. Anton. secutus Waddingum.

* TIBERIUS FINOCCHIUS = V. infra *Tyberius*.

M M M D C V I I.

TIBURTIUS BRUXELLENSIS Belga Capuccinorum, aluminus, & Musices artis peritus, quem ommisit autor Biblioth. Capuccinorum,

Opellas varias musice factas evulgavit anno 1631., & 1648.

De eo Aubertus Miræus in Auctario Script. Eccles. sec. 17. n. 245. in *Cypriano Croesels*, & in *Gabriele Pambo*, in quo memoratur & a Joan. a S. Anton.

M M M D C V I I I. 1883.

TILMANUS DE HACHEMBERG = Einsengrenius ait, vixisse anno 1469., & ex eo Possevinus in Appar. sac. to. 3.; sed Waddingus in Annal. Min. de eo agit ad an. 1410., & an. 1498., quo anno tradit floruisse Confluentiæ: a Rodulphio lib. 3. dicitur *Thilmanus de Nachemberg*; quare in quæstionem venire posset, an sit idem cum *Helmano de Nechemberg*, vel *Hermano de Neezemburg*, de quibus supra actum est, & de quibus dicitur edidisse *Sermones de Tempore*. Trithemius autor æqualis de eo agit cum laude multa viri docti, & in declamandis ad populum sermonibus magni, & clarissimi apud Joan. a S. Anton., qui hunc dicit ex diœcesi Trevirorum, & obiisse Confluentæ, ubi & claruit.

M M M D C I X. 1884.

TITELMANUS STREIDT =

M M M D C X.

TOBIAS HENDSCHELIUS Germanus provinciæ Tyrolen. sac. Theolog. Doctor, Strict. Observ. alumnus, & Minister circa an. 1600. e latino in theutonicum idioma transtulit

Biblia veteris, & novi Testamenti ab Episcopis Germaniæ approbata juxta vulgatam editionem a Concilio Tridentino probatam; & anno 1606.

Librum de 4. *novissimis* ex diversis autoribus italicis germanicum fecit; anno vero 1630., vel potius 1620.

Librum Scipionis Amati I. V. D. Romani de conversione regni Voxri in Iaponia per P. Ludovicum Sotelum Franciscanum procurata; ut refert P. Felix Reineccius in *Solone Franciscano* lib. 3. par. 1. cap. 8.

Obiit Augustæ Vindelicorum an. 1620. die 18. Septembris ex eodem Reineccio apud Joan. a S. Anton. pag. 130.

M M M D C X I. 1885.

TRANQUILLUS A S. REMIGIO = Lugdunen. provinciæ, concionator, hæreticorum hostis infensus,

sua, de quo Dionysius Genuens., & Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 130., edidit

Expositionem literalem verborum Evangelicorum de S. Eucharistia &c. Parisiis an. 1632.

MMMDCXII. 1886.

TREBATIUS MARIOTTUS = non *Mareoccius*, ex Pinna S. Joannis non in Aprutio, sed ad provinciam Piceni, Custodiamque Firmanam pertinente oppido, Cœnobioque Min. Conven. sac. Theologiæ Magister, & ecclesiastes non minus eruditus, quam pius, rectis sui Ordinis Mediolani, & Taurini Gymnasiis apud Sabaudiæ Principes magna in existimatione virtutis, & doctrinæ fuit.

Tractatus de emptione, & venditione cum pacto retrovendendi Fr. Piceni de Peña S. Joannis Minoritæ ad Petrum Brancham, extat ms. Hispali, teste Anonymo Biblioth. ineditæ in Regia Biblioth. Matriten. apud Joan. a S. Anton. to. 3. in append. v. *Picenus*.

Pentelogium in aliquot Averroistas de forma novissima, & specifica hominis. Patavii anno 1577. in 8. apud Laurentium Pasquatum. Rodulphius lib. 3. fol. 334. dicit anno 1580., & forsan est Operis recusio, vocatque *Marehoctum*; Joannes vero a S. Anton. pag. 131. *Mareotti*.

Doctrina necessaria cuilibet Christiano lingua vulgari. Taurini an. 1603. typis HH. Tarini.

Sermones 50. super Pater noster, una cum Expositione ejusdem Orationis a Seraphico P. N. frequenter decantata italice. Taurini an. 1590. in 4. typis Antonii Bianchi, & ibidem iterum anno 1623. in 4.

Sermones spirituales ad animarum directionem italice. Taurini anno 1590. forsan idem Opus cum superiori tit: *Doctrina necessaria* &c.

Obiit Asisii kal. Augusti an. 1599. haud sine sanctitatis opinione; ejusque *Vita* ms. in fol. extat Maceratæ apud patritios *Mariottos*. De eo cit. Rodulphius agit etiam lib. 2. fol. 257., Possevinus in Appar. sac. to. 3., Gravina apud Arturum in Martyrol. Francisc. die 28. Decembr. §. 9., Hueberus in Menologio Franciscano ad eamdem diem §. 7., Toppius in Biblioth. Neapolit., & Franchinus in Biblioso. n. 310.

MMMDCXIII. 1887.

TURIBIUS MOTOLINIUS = Strict. Observ., de quo Gonzaga par. 4. in provincia S. Evangelii agit.

Historia 12. primorum Franciscanorum &c. extat ms. in Biblioth. Occident. tit. 22. ex Antonio Leone.

Memoriales Istoricos extat ms. ibidem ex cit. Leone.

Relacion de las cosas, ritos, idolatrias, y ceremoniae de la nueva España. ms. ibid. tit. 17.

Vida, y muerte de los tres Niños principales de la ciudad de Tlascala llamados Christeval, Antonio, e Iuan, que murieron per la confession de la fee, ex hispanico in mexicanum idioma translata est a Fr. *Joan. Baptista* ejusdem Instituti *Guardiano* Cœnobii Tlatiluci, ibique in lucem data an. 1601. in 8. per Didacum Lopez Davalos; cujus libri meminit Laurentius Coquus, atque ms. asservari in Append. Bibliothecæ Indicæ.

Camino del Espiritu Opusculum hispanico idiomate valde commendatur a Ludovico Rebolledo in Hist. Ord. Min. apud autorem Biblioth. Hispan. pag. 257., ubi dicitur *Toribius*, & Joan. a S. Ant. pag. 130.

Obiit circa annum Domini 1540.

MMMDCXIV. 1888.

TYBERIUS FINOCCHIUS =

V

MMMDCXV. 1889.

VALENTINUS MANTUANUS = de *Monte almi* dicitur a Joanne a S. Anton. pag. 132., qui *gemmam pretiosam* italice interpretatur *inestimabilem margaritam*, cum vertendum esset *lapis pretiosus*.

MMMDCXVI.

VALENTINUS NANNETENSIS Britannus provinciæ Turoniæ Min. Capuccinorum, genere, & vitæ probitate insignis, & clarissimus verbi Dei præco scripsit

Concionum variarum volumina sex sub initium elapsi seculi XVII. ex Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton.

MMMDCXVII.

VALENTINUS SERVANTIUS, in seculo dictus *Astulphus*, a S. Severino in Piceno contubernalis fuit Angeli Massarelli Secretarii in Concilio Tridentino, & post Concilium Ord. Min. Reformat., in quo varias administrationes obtinuit; composuitque egregium

Diarium Concilii memorati, eorumque, quæ tunc Tridenti evenerunt; quod ms. a Marco Antonio Burghesio Principe Rom. habuit Card. Pallavicinus, qui eo usus est ad *Historiam Conc. Tridentini* adornandam, ut ipsemet fatetur in ea Historia lib. 15. cap. 13. num. 4. sub an. 1561. *Diario del Concilio di Trento del Servantia* extabat ms. in Biblioth. Card. Antonii Barberini ex Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 171. Citatur sæpe a Raynaldo tomo ult. Annal. Eccles.

Ex hujus familia patritia fuerunt *Gaspar* sub Urbano VIII., & *Fulvius* sub Innocentio X. usque ad Ven. Innocentiam XI. Magistri Cæremoniarum.

MMMDCXVIII. 1890.

VALERIANUS DIVIONENSIS = prov. Lugdunen. alumnus, pius, & doctus concionator ex Dionysio Genuen., & Joan. a S. Anton.

MMMDCXIX. 1891.

VALERIANUS MAGNUS = Apostolicæ Missionis in Germania, Bohemia, Hungaria, Polonia, totoque Septentrione præfectus ab Urbano VIII. constitutus; Ladislao autem Poloniæ Regi adeo gratus, ut apud Summum Pontificem egerit de eo inter Purpuratos Ecclesiæ cooptando; quod, nisi æmuli obstitissent, facile obtinuisset, inquit autor Supplementi Moreri.

Judicium de catholicorum regula credendi contra illos, qui illud confutare conati sunt, in sex libros distributum: &

Judicium de catholicorum regula credendi ad studia universalia Biblistarum, in quo evincitur, veram Christi Ecclesiam esse, quæ claret regeneratis; hanc vero solum esse, quæ communicat in fide cum Romano Pontifice, libris octo: prodiit primo an. 1628.; deinde Viennæ Austriæ an. 1641. apud Matthæum Camerovium in Aula Coloniensi. *Elucidationem in Regulam credendi P. Valeriani Magni* tit. *Valerianus redivivus*, edidit Coloniæ anno 1683. Carolus Hidelsiensis Capuccinus provinciæ Coloniæ.

Echo absurditatum Joannis Amos Comens sub ficto nomine Uryei de Nevvfeld latitantis; quo Valeria-

rianus confutat suum adversarium, qui suos *de regula credendi* libros oppugnaverat, mutilatis plurium Doctorum Catholicorum sententiis. Ibidem anno 1642., & Cracoviæ anno 1646. ex Supplemento Morcri cit. in Diction. Histor. Gallico.

Soliloquia Valeriani. Viennæ an. 1643.

Organum Theologicum, seu *ratio argumentandi ex humano testimonio, seu ratione*. Ibidem an. 1643.

Acta disputationis Rheinfeldensis, quæ Hernestum Hassiæ Lantgravium, & uxorem ex calviniana hæresi in fide catholica solidavit. Ibidem anno 1643.

Acta disputationis Reinfeldensis continuata ex propria cujusque domo cum DD. Petro Haberkornio, Georgio Calixto, & Joan. Crocio prædicantibus mss.

De luce mentium, & eius imagine, Opus, in quo per gradus 40. præparatur ascensus ad contemplandum Deum; in 8.

Lux in tenebris lucens: quo *Opusculo* ex factis ostenditur, quæ sit vera Ecclesia; in 8.

Methodus convincendi, & revocandi hæreticos ad fidem catholicam plurimum laudata ab ipsismet hæreticis Ratisbonensibus in Comitiis Electoralibus anno 1643. celebratis.

Tractatus de infallibilitate Romani Pontificis in rebus fidei definiendis. ms.

Epistola satis prolixa ad Sereniss. Electorem Palatinum de Primatu Rom. Pontificis. ms.

Opusculum contra Hermannum Coringium evertentem Ecclesiæ fundamenta: in 8.

Commentarium in M. Jocoram cum appendice, & appendicula. Liber *apologeticus* suæ doctrinæ in Rheinfeldensi disputatione propositæ.

Apologia Valeriani, qua imposturas adversariorum novissime sibi inustas propulsat.

Opera ejus Philosophica sunt:

Ocularis demonstratio loci sine locato; corporis successive moti in vacuo; luminis nulli corpori inhærentis. Venetiis an. 1639. ex Supplemento Moreri, & postea Bononiæ an. 1648. in 4.; adversus quæ scripsit Joannes Fantuccius Bononiensis Gymnasii Philosophiæ Professor ex Francisco Bordono, & Orlando in Scriptorib. Bononien., nec non memoratus Bordonus in mss.

Opuscula Philosophica, quibus demonstrantur plures antiquorum Philosophorum errores, prodierunt Viennæ anno 1643. Sunt autem.

De Peripatu libri 2., quorum primo totius ferme *Aristotelis* tradit *synopsim*; altero suam profert de hac doctrina sententiam.

De Syllogismo demonstrativo.

De ente rationis; & de ejus distinctione ab ente reali.

De propositionibus per se notis.
Axiomata ex motu ad universam Philosophiam.
Tractatus de Ente non facto.
De Ente non facto, ut est lux mentium.
De Ente non facto se multiplicante.
Tractatus de arte æterna.
De ratione communi entibus ut factis.
De ente immotivo.
De ratione communi entibus motivis.
De systemate creato.
De gradibus entitatis.
De possibilitate vacui.
De incorruptibilitate aquæ.
De vitro mirabili fracto.

De atheismo Aristotelis lingua italica ex Supplemento Moreri cit.

Philosophia Valeriana prodiit etiam Coloniæ an. 1661. in 4. Asservatur etiam ms. ex Dionysio Genuensi, & 39. *tractatibus* conflatur, inter quos sunt aliqui ex supra relatis.

Extat in Indice libror. prohibit. ex decr. sac. Congr. Indicis 1681. *Defensio pro Valeriano Magno*, ab ipso ne, vel ab alio facta, nondum comperi.

Obiit Saltzburgi in Carinthia anno 1661. 4. kal. Augu. ætatis 75. Religionis vero 60. non tam senio, quam laboribus, & ærumnis, quas ab adversariis passus est, confectus ex Bibliotheca cit. Capuccinorum. Ejus *ingenio*, inquit Caramuel par. 14. Theol. fundament., *multum debet Europa, multum Ecclesia. Scripsit multa Philosophica, & Theologica, quæ cum fructu leguntur: edidit contra hæreticos plurima, quæ qui legerit, Lutheranus, aut Calviniista esse non possit*.

M M M D C X X.

VALERIANUS A PINAROLO Pedemontanus provin. Genuen. Capuccin. Minister, reliquit Opus ms. *De Origine, institutione, & progressu Missionis Cappaccinorum in Subalpinis*, cujus ipse fundator extiterat: teste Dionysio Genuensi, & ex eo Joan. a S. Anton., qui addunt, obiisse eum Genuæ anno 1617.

M M M D C X X I.

VALERIUS BONA Brixianus Min. Conv. artium liberalium, in primisque Musices valde peritus, & in pretio habitus, cum Vercellensis Ecclesiæ primus Cantor extiterit, & forsan alumnus fuit *Constantii Portæ*, de quo supra: edidit lingua vernacula

Regole del contrapunto, e composizione. Casali an. 1595. in 4. typis Bernardi Grassi ex autore Biblioth. Ital. pag. 211., quas citant Laurentius Penna in Opusculo *Primi albori musicali*, Joannes Maria Bononcinus in *Musico pratico* par. 1. cap. 7., & Zaccharias Tevus in *Textore musico* par. 3. cap. 11. & 14.

Esempi de' passaggi delle consonanze. Mediolani typis Tini 1596. in 4.

Opera alia musice facta vulgavit Mediolani an. 1598. typis Bisutii; & Venetiis an. 1616. apud Vincentes, & Bartholomæum Magnum, & aliis annis iam plura, ut 22. ejus Opus excusum viderim Ferrariæ in Bibl. otheca S. Francisci.

Hunc patritium Mediolanensem facit, ac sine ullo Regul. Instituto Abbas Picinellus in Athenæo Literat. Mediolanen.; sed & August. Superbus autor coævus in ms. Catalogo sæpe citato to. 2., atque Opera ejus edita & *Brixianum*, & *Franciscanum* appellant: possit tamen originem Mediolano traxisse. De eo etiam Coronel. to. 6. Biblioth. Univ. num. 1498., a quo accepit Joan. a S. Anton. to. 3.

M M M D C X X I I. 1892.

VALERIUS MARTELLUS =

M M M D C X X I I I. 1893.

VALERIUS POLIDORUS =

Pratica Exorcistarum ad damones, & maleficia expellendum prodiit primum Patavii an. 1582. in 8. per Mejetum, & 1587., ex Rodulphio lib. 3., & Possevino to. 3. Appar. sac. ad Gardinalem Felicem Perettum missa, cui *Sanctes Melaurantius* a Monte Rubbiano Picenus ejusdem Instituti 4. Indices adjecit: sed ipsa tandem proscripta legitur ex decr. sac. Congreg. Indicis libror. sub die 4. al. 22. Martii 1709.

Religiose memorie della Chiesa del Santo, cioè nostro gran Tempio di Padoa, Sixto V. Papæ dicatæ.

 Pa-

Patavii an. 1590. in 4. typis Pauli Mejetti ex Franehino in Biblioso. n. 312.

De festis diebus Christianorum, ac Judæorum. Lipsiæ 1597. teste Imbonato in Biblioth. Latino-Hebraica, & ex Biblioth. magna Rabbinica par. 2. pag. 392., & seqq. apud Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 445., ubi perperam vocatur *Franciscus Valerius Polidorus*. De eo agit & Petrus de Alva col. 1456. Militiæ.

M M M D C X X I V.

VALERIUS DE VALERIIS, de quo inquit Joan. a S. Anton. sæpe cit. to. 3. pag. 134. nihil certi affirmare se posse, nisi quod ex Bibliotheca Slusiana scripsit

De Arbore Raymundi Lulli. Augustæ an. 1589. in 4.

M M M D C X X V. 1894.

VALERIUS VENETUS = de quo videatur Biblioth. Script. Capuccinorum.

Pratum floridum variorum exemplorum tomis 2., & libris 12. prodiit etiam ibidem Venet. 1620. in 4. per Jacobum Sarainam; 1656. in 4. per Matthæum Lenium, & 1695. in 4. per Franciscum Groppum. Composuit etiam vulgari sermone

Eremitorium sacrum exercitiorum spiritualium cum praxi orationis mentalis. Venetiis anno 1610. apud Floravantium Pratum: forsan quod Waddingus vocat *Peregrinationem sacram orationum.*

Vitam S. Claræ ex S. Bonaventura, aliisque auctoribus excerptam, una cum Vitis aliarum SS., & BB. Ordinis S. Claræ, ac Tertii Ord. S. Francisci, Agnetis, Colettæ, Elisabeth Hungaræ &c. libris 5. comprehensis to. 1. in 4. Venetiis anno 1610. iisdem typis ad Margaritam Ducissam Ferrariæ; postea ibidem an. 1623. in 4.

Vitam B. Joannæ Valesiæ Reginæ Galliarum, & Virginis, filiæ Ludovici XI. iisdem typis in 4. an. 1620.

Vitam BB. Margaritæ Cortonen., & Angelæ Fulginatis. Ibidem anno 1620. in 4. ex Jo: a S. Anton., qui accepit ab autore Biblioth. Capuccinor.

* VASCO, al. VASCUS, & GUASCUS = V. *Joannes Vasco*, & *Anonymus Vasco* num. CCCLXXXVIII.

* UBALDUS = V. *Baldus*.

M M M D C X X V I. 1895.

UBERTINUS DE ILIA = de Monte Ferrato prov. Genuensis natus anno 1258., vel 1259.; Ordinem ingressus tempore S. Bonaventuræ Ministri Generalis, hoc est paulo ante annum 1274., familiares habuit Petrum Joannem Olivi, Petrum Pectinarium Senensem 3. Ordinis S. Francisci, & Cæciliam Florentinam Virginem devotam.

Arbor Vitæ Crucifixi ab eo composita est anno 1305. in Monte Alvernæ spatio trium mensium, & septem dierum anno ætatis suæ 46., cum antea Parisiis legisset novennio integro: extatque ms. in Bibliotheca Ultrajectinæ Academiæ libris 15. conclusa num. 246. 257., & 259. ex Oudino to. 3. Comment. ad annum 1320., Florentiæ in Biblioth. Lauren. Medic. plut. 26. ex Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 237., & in Biblioth. Monasterii Montis Dei cum *miraculis, & dictis S. Francisci* ex cit. Montfauc. to. 2. pag. 1333.; extabatque olim & in illa S. Crucis Florent. scam. 30. versus claustrum num. 731. Prostat Venetiis 1485. die 12. Martii per Andream de Bonattis de Papia in fol., & postea ibidem 1585. in fol. ex Indice Biblioth. Barber.; sed error erit in anno 1585. Italice vero reddita per Fr. *Laurentium de Tosona* prodiit Venetiis an. 1564. in 4. ex Joan. a S. Anton., qui scribit ms. asservari in Regia Biblioth. Escorialis, & in Monasterio Viridisvallis prope Bruxellas; & alibi.

Opusculum inscriptum: *Christus prolem multiplicans in Francisco* extat ad finem *Arboris Vitæ Crucifixi*.

Tractatus de nomine Jesu incipiens: *Cum nomen Jesu mellifluum*, extat ms. in Toletana Biblioth. S. Jo: Regum sub AA. n. 77.

De 7. statibus Ecclesiæ juxta 7. visiones Apocalypsis prodiit Venetiis an. 1516. in 4., deinde ibidem an. 1525. in 4. typis Bernardini Benalii inter tractatus Abbatis Joachim, aliorumque ejusdem furfuris hominum suppositorum.

Regulæ S. Francisci Declaratio ab eo facta, quam ms. se habuisse fatetur Waddingus ad an. 1297. n. 40., citatur ab autore *Serenæ conscientiæ* q. 11. 35., & 37., Alexandro Ariosto in Enchiridio Confess. par. 3. §. *de Prælatis Religiosis*, & Bartholomæo Brandulino in cap. 2., & 6. ejusdem Regulæ; nec non a Francisco Seguenza in cap. 10. tex. 3.

Libellum transgressiones Regulæ, & Declarationis Nicolai III. continentem ad Clementem V. an. 1310. dedit: incip. *Contra quosdam* &c., nempe contra Communitatem Ordinis, ut videre est apud Waddingum in Annal. Min. ad eum annum n. 4.; cumque illi responsum fuisset, non destitit, quin scriberet

Libellum alium Concilio Viennensi, & Clementi V. an. 1311. *porrectum* incip. *Sanctitati Apostolicæ*: nec non alium incip. *Super tribus sceleribus*: post Concilium vero anno 1312. alium *Libellum* edidit incip. *Ne imposterum*; quos publici juris fecit Stephanus Baluzius to. 1. Miscellan. pag. 294. Porro Opusculum incipiens: *Sanctitati Apostolicæ* est *Apologia pro doctrina Petri Joannis Olivi* Minoritæ, & Waddingus ad an. 1297. n. 36. dicit penes se habuisse.

Defensio pro Fr. Petro Johannis Olivi incipiens: *Contra fratrem Petrum Johannis de Narbona invehitur* &c., extat Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 30. versus claustrum cod. 733. in fol. post *Quæstiones* ejusdem Petri Jo: *de paupertate*, & aliqua aliorum autorum Opuscula: & in fine legitur, fecisse Ubertinum duos alios *libellos* super eodem argumento, majorem incipientem: *Nova bella* &c.; & minorem, cujus initium est: *Super tribus sceleribus* &c. Post ejus *Defensionem*, seu *responsionem*, & articulos ex Regula FF. Minor. extractos adnotatur, eum cum aliis Zelantibus respondisse Communitatis Ordinis libellis, prim. lib. incip. *Ostendam eas fabricatores mendac.*, deinde libellis tribus de usu paupere; primo incip. *Circa materiam de usu paupere*: 2. *Super tribus sceleribus Damasci*: 3. *Vidi de ore draconis*.

Contra errores Almerici in Gallia disseminatos, Jubente Legato Pontificio, tempore Philippi Regis Galliarum, qui mense Novembri anno 1314. obiisse traditur, scripsit, eosque confutavit, si vera prodit Rodulphius lib. 3. fol. 335.

Responsum breve, sed doctum ad quæstionem de paupertate Christi, & Apostolorum jussu Joannis XXII. editum an. 1321. refertur a cit. Waddingo in Annal. ad eum annum n. 18., & Marco Ulyssiponen. Chron. par. 2. lib. 8. cap. 10. ex antiquis Chronicis

nicis Ordinis; sed longius, & integrius una cum *Articulis a Fr. Bonagratia* adversus eum adductis habetur to. 1. Miscellan. Baluzii pag. 293. & 307. Idem Baluzius in Vitis Papar. Avenionen. col. 752. to. 1. ait ms. Parisiis extare in Colbert. Bibliotheca cod. 1002. etiam

Refutationem eorum, quæ in Postilla Fratris Johannis super Apocalypsim videntur esse hæretica, vel periculosa, aut erronea, secundum quod sunt ab eo intellecta, & declarata, & prout etiam verba sonant, scriptam sub Pontificatu Joannis XXII., quæ censeri potest hujus Ubertini, qui fuit memorati Petri Joannis strenuus defensor. Joan. a S. Anton. to. 2. pag. 455. hanc ipsi Petro Joannis adjudicans non advertit, ipsum multo ante memorati Pontificis ætatem obiisse.

Adduxit hunc Gulielmus Ocham in suo *Defensorio paupertatis* adversus Joannem XXII. 6. *Ad nonum*; & autor *Defensorii Observ. contra deviantes*, qui legitur in Monumentis Ordinis tract. 2.

Cum anno 1312. tentasset, se ab Ordinis Rectoribus subtrahere ob turbas de paupertate, ejusque transgressione suscitatas, tandem id obtiuuit tantùm an. 1317. ex diplomate Joannis XXII. a Waddingo ad eum annum n. 17. relato, quo *Fr. Ubertinus de Ilia de Casali Vercellensis diœcesis* constituitur *Monachus S. Petri de Gemblaco Ord. S. Benedicti diœces. Leodiensis*: sed non frustra dubitat Waddingus, num a Benedictinis fuerit receptus; quandoquidem memoratur a Benvenuto de S. Georgio in Historia Montisferrati edita to. 23. Rer. Italic. Scriptor. sub an. 1320., quo refert, *Theodorum Montisferrati Marchionem* habuisse *responsum a Summo Pontifice, & etiam a Cardinalibus, & a Fratre Bertino de Ilia, & a prædicto Fratre Francisco* Ord. Minorum; & Albertinus Mussatus & ipse tunc vivens lib. 2. Historiæ Augustæ rubr. 7. in to. 10. Rer. Italic. Script. tradit, *Ubertinum de Casali Monachum virum astutum, & ingeniosum* an. 1328. una cum *Marsilio Patavino a consiliis Ludovici Bavari* fuisse, cum jam anno 1325. mense Septembri Joannes XXII. literis mandaverit, ut caperetur, & ad se in Curiam reduceretur, teste Waddingo ad an. 1317. n. 16., & Petro de Alva in Indiculo Bullarii Seraphici sub eodem anno 1325. n. 20. & 22., qui sub an. 1331. n. 70. ex lib. Card. Barberini affert ejusdem Joan. XXII. literas 4. kal. Junii anno 16. datas, hoc est anno 1332., ut *Fr. Ubertinus transeat ad Cistercienses*: non igitur ad *Carthusianos*, ut Marcus Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 7. cap. 22. ex Chron. antiq., & Mariano perhibet, & postea Petrejus, & Waddingus: etiam Bartholomæus Pisanus autor illorum temporum Confor. IX. par. 2. §. *Octavo*, & Rodulphius lib. 3. dicunt, eum tandem factum fuisse *Monachum album in partibus Alemaniæ*, quo nomine veniunt *Cistercienses* apud veteres Scriptores, non *Carthusiani*, aut *Camaldulenses*, ut vult Ludovicus Prutenus in Trilogio animæ par. 3. cap. 6.

MMMDCXXVII. 1896.

UBERTINUS A PAGANICA =

MMMDCXXVIII. 1897.

VENANTIUS A FABRIANO = obiit Neapoli an. 1506. annos natus 72. non sine sanctitatis opinione ex Monum., & Mariano apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 8. cap. 26., qui & lib. 6. cap. 27. asserit, in Cœnobio S. Mariæ novæ Neapoli asservari mss.

Miracula B. Jacobi Piceni. De eo Arturus in Martyrol. Franciscano die 6. Maji, & ex eo Joan. a S. Anton.

MMMDCXXIX. 1898.

VERANUS CABALLONENSIS = Gallus gallice scripsit. De eo Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccinor.

MMMDCXXX.

VESPASIANUS ALBERTACCI Ferrariensis Conventualium alumnus extitit clarus arte ducendi characteres, & notas; scripsitque

Metodo, & exemplare per lo scrivere in maiuscolo. Venetiis primum an. 155.., deinde 1589. Francisco Donato Venetor. Duci dicatum, ex Jus Fruchino in Bibliosophia pag. 31. num. 19. Prodiit etiam ibidem an. 1596. hoc titulo:

Dell' arte dello scrivere di F. Vespasiano Amfiareo Ferrarese; quo nomine citatur a P. Vitali in Lexico Mathematico A. num. 5., & a Coronel. in Biblioth. univ. to. 4. num. 6329.: est autem *Amphiareus* græce latinis *ambiguus*. Anno etiam 1620. Venetiis impressus est liber typis Alexandri Vecchi in 4. hoc quidem titulo:

Il perfetto modo d' imparare a scrivere tutte le sorte di lettere cancellaresche, corsive, e moderne col modo delle soprascrittioni di lettere missive ad ogni grado di gente &c.: e di far inchiostro bellissimo a scrivere con oro, azurro, e cinabro &c. Opera di Frate Vespasiano Amphiareo da Ferrara dell' Ordine Minor Conventuale.

Ceterum ipse revera vocabatur *Vespasianus* e nobili familia *Albertaccia*, quæ in eo extincta est; ut liquet ex Tabulario Cœnobii S. Francisci Ferrarien. Et quidem Augustinus Superbus, qui paulo post vixit, *Fr. Vespasianum Albertaccium* appellat in ms. Historia sui Conventus Ferrariæ; & in suo Apparatu illustri Viror. Ferrar. *Fr. Vespasianum* dicit; quem obiisse reperi anno 1563. ætatis suæ anno 62.

MMMDCXXXI.

UGUCCIONUS PERUSINUS ob vitæ merita, & scientiæ dona a Joanne XXII. an. 1333. renunciatus Episcopus Sutrinus in Hetruria, ut est apud Waddingum in Annal. Min., & Ughellum to. 1. Ital. sac., scripsit

Multa in re Theologica; aliaque pro sacris Oratoribus; &

Comment. in sac. Scripturam; ut Oldoinus in Athenæo Perusino pag. 327., & ex eo Joan. a S. Anton. pag. 135. habent.

MMMDCXXXII.

VICEDOMINUS, al. Guilelmus de VICEDOMINIS Placentinus B.Gregorii Papæ X. ex sorore nepos cum antea celebris extitisset *Jurisconsultus*, causarumque *Patronus*, defuncta uxore, factus est Clericus, & Grassensis Ecclesiæ in provincia Præpositus, seu Administrator, postea Aquensis Archiepiscopus an. 1257., annoque 1265. a Clemente IV. legatus est in Siciliam cum Carolo Andegavensi Rege, ubi magnam sibi comparavit gloriam, ut avunculus ejus Gregorius X. anno 1272. S. R. E. Cardinalem pronunciaverit, commissa ei die 15. Maji ejusdem anni Legatione amplissima a Latere in Longobardiam, ut Potentatus, Principesque illius regionis dissidentes componeret, cum autoritate super Liguriam, Æmiliam, Marchiam Tarvisinam, & Patriarchatum Aquilejensem ex Reg. Vatic. apud Campum par. 2. Hist. Placent.; unde eum *Patriarchem*

M M M D C X L I I.

VINCENTIUS BURGENSIS Hispanus prov. Conceptionis Regul. Observ. vulgare fecit e latino

Volumen de proprietatibus rerum Bartholomæi Anglici Minoritæ, ediditque Tolosæ an. 1494. in fol. typis Henrici Moyer, quam editionem dicit se vidisse Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 137.; prodiit etiam Toleti an. 1529. in fol. ex Biblioth. Hispan. pag. 56., ubi autor eum appellat *Ludovicum Vincentium*, dicitque se nescire, cujus Instituti fuerit: & pag. 269. scribit eamdem versionem attribui cuidam *Anonymo*, cujus exemplar antiquis litteris excusum asservari in Monasterio *de la Mejorada* nuncupato Ord. Hieronymiani juxta Ulmetum ex Ambrosio Morali in suo *sacro Itinere*.

M M M D C X L I I I.

VINCENTIUS A CARAVAGGIO Italus provinciæ Brixien. Min. Capucein. vir pius, & charitate in proximos fervens prælo tradidit

Officium parvum S. P. N. Francisci, additis aliis devotissimis precibus, & orationibus. Romæ anno 1615. ex autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Jo: a S. Anton.

M M M D C X L I V. 1904.

VINCENTIUS CIORLA = a Scamno diœcesis Sulmonensis in Pelignis oppido, provinciæ S. Bernardini, Aprutiique Min. Convent. Minister anno 1640. electus obiit Sulmonæ an. 1655. annos natus 56. magno & Fratrum, & civium merore, cujus

Disputationes Logicales typis editæ sunt Romæ an. 1646. per Ludovicum Grignanum in 4.

Disputationes Physicales in libros Physicorum, de cælo & mundo, & de metheoris. Ibidem 1649. in 4.

Disputationes in libros de gener., & corrupt., de anima, & Metaphysica. Neapoli 1651. in 4. apud Franciscum Savinum. Hucusque Toppius in Biblioth. Neapol., & ex eo Joan. a S. Anton. Morte præventus reliquit mss. hos tractatus Theogicos:

De visione; & prædestinatione.

De Angelis; & de Incarnatione.

De fide, spe, & charitate.

Summam Theologiæ Moralis: uti scriptum reliquit Franchinus in Biblios. n. 313.

M M M D C X L V. 1905.

VINCENTIUS CONVENTRIENSIS = *Conventrianus*, & *Ordinis Minorum* dicitur a Possevino in Appar. sac. to. 3. citante Jo: Lelandum. Sed & Ecclestonus illorum temporum vicinus perspicue *Minoritam* dicit coll. 3. apud autorem Hist. Universit. Oxonien. lib. 1. pag. 68., traditque germanum fratrem *Henricum* nomine habuisse, qui & ipse *Vincentii* hortatu Ordinem Minorum ingressus est. Idem autor asseverat *Vincentium* asseclam extitisse Roberti Capitonis, vulgo *Grostesti* Episcopi Linconiensis.

M M M D C X L V I.

VINCENTIUS GALLUS Alcariensis provinciæ Siciliæ Minor. Conv., & Cœnobii Annunciationis Panormi alumnus vir arte musica peritissimus Viceregiæ, ac Metropolitanæ Ædis summus modulationibus Magister, ac Præfectus edidit

Opera quamplura musice facta, quæ in Ecclesiis cani solent, Romæ anno 1590. typis Montii, & 1596. typis Nicolai Mutii in 4., Panormi 1589. in 4. apud Joan. Franciscum Carrara, & ibidem anno 1603. in 4. typis Jo: Baptistæ Maringi in 4., & an. 1608., aliisque annis, atque alibi ex Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, Augustino Superbo autore coævo in ms. Catalogo Script. Ord. Min. to. 2., & Cagliola in Hist. provin. Siculæ Min. Conv. explor. 3. manif. 2. pag. 104., qui addit Cœnobium suum Annunciat. ex Musicis proventibus claustro, & fabricis auxisse; Superbus vero, quamplures ea in arte discipulos reliquisse. De eo & Jo: a S. Anton. pag. 138. Varias supra recensitas ejus Operum editiones non accurate signatas puto.

* VINCENTIUS HIBERNUS, de quo legitur to. 2. Biblioth. Bodlejanæ cod. 850. 50. apud Collegium Oxoniense: *Vincentii Fr. Ordin. Minor. Speculum naturale, in fine mutilum*: hæc Jo: a S. Anton. to. 3. pag. 139.; sed puto legendum *Ord. Prædicatorum*; nisi & iste ediderit simile Opus.

M M M D C X L V I I.

VINCENTIUS A S. JOSEPH Hispanus diœcesis Hispalen. professione Laicus, alumnus Mexicanæ provinciæ S. Didaci Discalceat., unde in provinciam S. Gregorii Insularum Philippinarum cum Ludovico Sotello, postea in Japoniam cum aliis Apostolicæ missionis causa transfretavit, ibique vexillifer factus illorum 23., qui anno 1622. die 12. Septembris martyrio coronati sunt, post longas ærumnas pro Christi nomine vivus crematus est. Scripsit in carcere

Epistolas varias; teste Fr. Didaco a S. Francisco cap. 17. Relationis Martyrum Japonensium, quarum una refertur ab autore Chronicorum ejusdem provinciæ S. Didaci fol. 83. apud Joan. a S. Anton. in Biblioth. Discalc. par. 1., & 2., & to. 3. Biblioth. Francisc. pag. 139.

M M M D C X L V I I I.

VINCENTIUS MONTORSELLUS a Monteregali in Aprutio oppido, sed provinciæ S. Francisci Min. Con. Theologus, Romano SS. Apostolorum Cœnobio aggregatus ibi Moralem Theologiam aliquot annis legit, ediditque *Opusculum* inscriptum:

Mons Regalis ad animarum securitatem, idest Institutio Moralis. Florentiæ anno 1641. in 4. typis Amatoris Massæ, & Laurentii de Landis; de quo & Theulus in Triumpho Seraphico.

De animæ morbis, & medicamentis. Ibidem anno 1655. in 4., ut & Toppius in Biblioth. Neapol., & Franchinus in Biblios. n. 315. literis mandarunt. Citat hunc Bartholomæus Mastrius in Theologia Morali disp. 1. q. 2. art. 2. n. 30.

M M M D C X L I X.

VINCENTIUS MORAWSKI Polonus Regul. Observ. sac. Theologiæ Lector, & verbi Dei prædicator nequaquam ignobilis scripsit

Vitam B. Ladislai Gielnovii Poloni ejusdem Instituti tribus libris distinctam, vulgatam vero Cracoviæ an. 1612. ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1505. n. 25. (qui tamen hic eum inter Scriptores ommisit), deinde Varsaviæ an. 1633., ubi autor citat Vitas 1., & 2. editionis, testibus Act. SS. Collect. Bolland. to. 1. Maji ad diem 4., ubi hanc typis Antuerpien. an. 1680. exhibuerunt.

Topographiam Monasteriorum provinciæ Poloniæ Ordinis Minorum ex Jo: Baptista Sollerio in eisdem Act. SS. die 18. Julii §. 3.

M M M D C L. 1906.

VINCENTIUS MUSSART = de quo Barbosa lib. 1. de jure Eccles. cap. 41. n. 178., & Joan. Maria Vernon in Syllabo Script. Tertiariorum agit cum laude.

Ter-

Tertii Ordinis Strict. Observantiæ in Gallia Statuta, Constitutiones, & Decreta Generalia. Lugduni 1614. in 4. per Claudium Morillon sine nomine autoris ex Biblioth. Josephi Renati, & Telleriana fol. 182.

Bulla, aliæque litteræ ad Tertiarios Galliæ spectantes. Parisiis 1644. in 4. ex cit. Biblioth. Telleriana fol. 182. pariter sine nomine; quod facile huic adjudicari debet, potuitque esse Opus posthumum.

MMMDCLI. 1907.

VINCENTIUS RICCIUS = edidit etiam

Emblemata sacra, & singillatim de Excellentiis Beatiss. Virginis, S.Joannis Evangelistæ, S.Petri Apostoli, ac Christi Domini italico sermone tit. *Imprese sacre* &c.. Venetiis 1654. in 4. ex Jo: a S. Anton. pag. 142.

MMMDCLII. 1908.

VINCENTIUS ROTHOMAGENSIS = ecclesiastes nobilis provinciæ Parisiensis, Congregationisque Gallicanæ Reformatæ.

Felicem occursum &c. Tolosæ an. 1642. in 8. Scripsit insuper gallico idiomate

Meditationes in Jeremiam Prophetam; &

Conciones infra Octavam Corporis Christi, teste Francisco Bordono in Chronologio 3. Ordinis cap. 38., qui cap. 32. n. 65. addit, multo graviora, & doctiora ab eo expectari *Opera*, quæ a 40. anni indefesso elaborarat studio; videtur igitur vixisse adhuc anno circiter 1650.

Meditationes in divina mysteria vitæ, & mortis Christi Redemptoris nostri in 4., teste Vernon in Catalogo Script. T. O., Le Long in Biblioth. Gallica, & ex his Joan. a S. Anton.

MMMDCLIII.

VINCENTIUS RUFINUS Savonensis Reg. Observ. vir pietate, ac literis ornatus, cujus fit mentio in epistolis Guasci cum honore, scripsit lingua vernacula

Compendium mysticæ Theologiæ 5. libris divisum; &

Compendium meditationum, ut habet Raphael Supranus in Scriptor. Liguriæ, & autor Athenæi Ligustici apud Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 143.

MMMDCLIV.

VINCENTIUS SCAPITTA Valentinus provinciæ Genuensis, & Custodiæ Montis ferrati Minor.Convent. alumnus liberalium artium, potissimumque *Musices* peritus; qua plurimum floruit, pollebatque in Aula Sigismundi Regis Poloniæ, edidit, quantum quidem legerim, viderimque,

Nonnulla Opera musicis notis modulanda. Venetiis anno 164.. typis Alexandri Vincenti.

Memorat hunc Casimirus Biernaki in Speculo Minorum art. 23. n. 23., aitque præsedisse nonnullis Comitiis provinciæ Poloniæ jussu Ministri Generalis.

MMMDCLV.

VINCENTIUS SICULUS Reg. Observ. professor publici juris fecit

Senatus, Populique Romani epitaphia in Sereniss. Ducem Alexandrum Farnesium Principem amplissimum. Romæ an. 1593. in 4. apud Gulielmum Facciotum, teste Mongitore to. 2. Bibliothecæ Siculæ, & ex eo Joan. a S. Antonio.

MMMDCLVI.

VINCENTIUS VENANTIUS Anconitanus Picenæ provinciæ Min. Conv. Theologus eximius, & ecclesiastes suo tempore clarus, postquam Ariminense, Venetumque Gymnasia rexit, anno 1640. propriæ provinciæ ministerio admotus est; scripsitque

Orationem de laudibus sacrorum Stigmatum S. Francisci Bononiæ die 17. Septembris declamatam, & Angelo Cæsio Bononiæ Prolegato nuncupatam, ibique impressam an. 1622. in 4. typis Nicolai Tebaldini ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Bononiæ.

Academiam sacram, seu *Sermones academicos de rebus sacris* lingua hetrusca, quorum ad calcem adjecit *Elogia Summorum Pontificum Ord. Min.* Nicolai IV., Alexandri V., Sixti IV., & Sixti V.

Oblectamenta urbana eadem lingua hetrusca Camillo Pamphilio dicata. Romæ anno 1653., non 1657., in 4. typis HH. Corbelletti.,

Disputationes Theologicas de Dei essentia, relationibus, & attributis; ac de dispositione ad unionem hypostaticam in via S. Bonaventuræ. Anconæ anno 1660. typis Salvioneis Alexandro VII. Pontifici dicatas ex Franchino in Bibliosophia n. 316. De eo & Theulus in Triumpho Seraph.

MMMDCLVII.

VITA LUCANUS Hetruscus Musicus insignis, & suo tempore singularis composuit

Cantilenam incip. *Ave mundi spes Maria* &c., & multas alias, teste Fr. Salimbene Parmensi, qui ejus fuit in cantu discipulus, dum Lucæ esset an. 1239., & 1240., in Chron. ms. pag. 286., ubi addit *Philippum* Archiepiscopum Ravennatem, cum esset Legatus Apostolicus, eum de sua familia constituisse, secumque duxisse, ac tandem Mediolani apud suos Fratres diem obiisse.

MMMDCLVIII.

VITALIS ALGEZIRA, al. *Alzira*, quæ oppidum est Valentini regni, Hispanus Capuccinus concinnavit in XII. Tabulis æneis sculptum

Epilogum totius Ordinis Seraphici P. N. S. Francisci, quem dicavit Joanni de Montoya civitatis Caubensis, & in *las Flas* Gubernatori. Antuerpiæ an. 1626., postea Burdigalæ anno 1640., & Romæ 1643.; eumque adducit Franchinus in 2. Opusculo *Status Religionis Francisc.* Min. Conv. proloq. 7., nec non Act. SS. Collect. Bollandii to. 1. Maji., Jo: a S. Bernardo in Vita S. Petri Alcantar. lib. 5. cap. 31., & ante istos Arturus in Martyrologio Franciscano.

Arborem originis, & progressus Minorum Capuccinorum in XII. tabulis excusam Octavio Centurione patritio Genuensi, Capuccinorum mœcenati. Valentiæ an. 1662. apud Joan. Philippum Jansenium

Historiam Chronographicam, in qua per extensum exponit, quod in dictis epilogis continetur ex auctore Biblioth. Valentinæ pag. 459., & ex eo Joan. a S. Anton.

MMMDCLIX. 1909.

VITALIS A FURNO = *Joannes Vitalis* Minorita quidem fuit, sed alius ab isto, & *Hispanus* natione, de quo dictum est supra: hic vero tantum *Vitalis* vocabatur, ut & Bartholomæus Pisanus autor ei suppar. Confor. VIII., & XI. par. 2. inter Card. Ord. Minor., ac in provincia Aquitaniæ, & ejus vetus Epitaphium, aliaque antiqua monumenta, ac in primis ejus

Epistola pulchra ad Capitulum Generale Barcinone coactum an. 1313. data Avenione die 8. mensis Julii, quæ legitur in Firmamen. 3. Ordin. edit. Paris. 1512. par. 3., clare demonstrant. Spe-

Speculum morale prodiit etiam Lugduni 1563. in 4. m.; in prima autem edit. facta an. 1513. Petrus Michael Carbonellus Ferdinandi II. Aragonum Regis Archivo Præfectus præmisit nobile *Elogium*, primusque vocavit *Joannem Vitalem* hunc cum *Joanne Vitali* Hispano confundens, ab aliis postea secutus, præcipue a Joanne a S. Antonio. Venetiis prodiit an. 1603. typis Minimæ Societatis.

Super Psalmos 51. 67., & 114. *Expositionem* fecit; prostatque Bononiæ, teste Martino Lippenio to. 2. Bibliothecæ Theologicæ pag. 605.

Postilla in Apocalypsim incip. prologus: *Spiritu magno vidit* &c.: quod est initium quoque Comment. in Apocalypsim *Gulielmi Almuth*, ut scribit Waddingus supra in *Gulielmo Almoino*, & ante eum Rodulphius lib. 3., & alii; in fine cujus prologi recenset 9. Expositores illius sacri libri Augustinum, Hieronymum, Bedam, Haymonem, Elinandum, Albertum, Gilbertum, Joachim, & Beleagarium, ex quorum dictis ait se compilasse hanc Postillam: incipitque Opus, seu alius prologus: *Præmittitur autem huic libro prologus* &c.: extat ms. chart. in 4. Assisii in Tabulario Conventus S. Francisci, in cujus fine tribuitur corrupte *Fr. Petro Doctori sac. Rom. Ecclesiæ*; sed codex minime antiquus est, & alius codex ms. chart. in fol. ibi adjudicat *Fr. Vitali de Furno*; extat ibidem 3. codex pergam. in fol. omnium antiquior, sed sine nomine autoris, estque inter diversorum scriptorum Opera: habetur quoque ms. in fol. Venetiis in Biblioth. Magnæ Domus Min. Conv. ex Thomasino in Biblioth. mss. Venet., & Rodulphio lib. 2. fol. 221. Eam una cum *Commentariis in Proverbia Salomonis*, & *in 4. Evangelia* a Card. Sarnano castigatam vulgavit Venetiis Bernardus Junta apud Societatem Minimam an. 159.. eidem Cardinali dicatam: Possevinus tamen in Appar. sac. dicit prodiisse apud Basam opera Sarnani.

Vitalis de Furno Cardinalis super Sententiis extat ms. in Biblioth. Vatic. cod. 287. 1095. ex Catalogo Montfaucon to. 1. pag. 139.

Quæstio de paupertate Christi, & Apostolorum = Nicolaus Anton. in Biblioth. Hispan. veteri to. 2. lib. 9. cap. 4. n. 199., & 200., & Raynaldus ad an. 1323. n. 65. scribunt in Biblioth. Vatic. cod. 3740. extare *Quæstiones*, & *tractatus* diversorum super controversia *de paupertate Christi, ejusque Apostolorum* an. 1323. Avenione coram Joanne XXII. agitata in tres partes, quarum in 1., & 2. sunt Minoritæ x. pro sua sententia, in 3. vero sunt illi, qui contrariam opinionem tenuerunt 14. Cardinales, & 22. Prælati Pontifici adhærentes. Igitur in prima parte legitur: 1. *Dom. Vitalis Cardinalis Albanensis. Quæstio proposita &c.* 2. *Ego frater Vitalis* &c. 3. *Sed adhuc* &c.; & in 2. parte habetur *Brevis resumptio Vitalis, & Bertrandi Cardin.* nec non *Episcoporum* Ord. Min.: pluries itaque Vitalis de hac *Quæstione* scripsit; & fragmentum 2. *Opusculi* vulgavit cit. Raynaldus ad annum 1322. n. 67., ibique pag. 210. habetur *Fr. Joannis de Neapoli* Dominicani *Tractatus* adversus ejus argumenta ex Echard. to. 1. Script. Ord. Prædic. pag. 567. Sed & Venetiis hæc Collectio in Biblioth. S. Marci cod. 142. Bess. in 4. chartac. extat ita: *Vitalis Card. Albanen. Opusculum* incip. *Quæstio proposita*: 2. *Ego Fr. Vitalis*: 3. *Sed adhuc*, uti codex Vaticanus, in prima parte; deinde *Bertrandus de Turre Card.* incip. *Quæritur, utrum* &c.: *Arnaldus Renardi* (leg. *Rojardi*) *Archiepiscopus Salernitanus* incip. *Utrum asseratur*. *Aufredus Lector Barcinon.* incip. *Salvator noster*. *Monaldus Archiepiscopus Beneventanus* incip. *Ego Frater Monaldus* &c. *Brevis resumptio Dominorum Vitalis, & Bertrandi Cardd. prædictorum*, nec non *Archiepiscopi Salernitani, Caphensis, Ulysbonensis, Paciensis, & Rigensis Episcoporum, & Magistrorum Fratrum Minorum*. Ex Catalogo pag. 81.

Breviloquium pauperum Theologiæ Vitalis extat ms. membr. in fol. sine principio in Biblioth. Monasterii Murbacen. diœcesis Basileen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1175.; forsan est *Speculum morale*, vel *Epitomes Theologiæ*.

In Catalogo Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 139. cod. 287. n. 1095., & cod. 3740. num. 424., & 426. Vatic. modo *Vitalis Vasatensis* a patria, modo *Vitalis Albanensis Cardinalis*, atque etiam *Vitalis de Forno Cardinalis* appellatur. De eo Waddingus in Annal. Min. ad an. 1310. n. 2., & 4., quo tempore Minister erat Aquitaniæ provinciæ; iterumque de eo ad an. 1322. num. 39., & 1323. num. 3. jam S. R. E. Cardinalis, & Rodulphius lib. 2. fol. 251.

MMMDCLX.

VITALIS SAURATI provinciæ Aquitaniæ vir doctissimus, & verbi Dei præco disertus an. 1332. a Gerardo Odonis Ministro Generali missus est cum quibusdam aliis ejusdem Instituti in Armeniam majorem ad preces Zachariæ S. Thaddæi Episcopi, & aliorum Fratrum Minorum, qui convertendis infidelibus ibidem laborabant: ipse vero omnium Præfectus constitutus tum *concionibus*, tum

Libris multis in armenam linguam translatis rem catholicam multum promovit, ut idem Waddingus in Annal. Min. ad an. 1332. n. 1. ex Chronicis antiquis, Mariano, & Rodulphio lib. 2. fol. 240. memoriæ prodidit, & supra in *Gonsalvo Saurati*; ubi tamen ostendi, eum confundere *Gonsalvum Transbona* cum *Vitali Saurato*, Marcum Ulysipon., & Platum eo loco secutum,

MMMDCLXI.

VITALIS VALENTINUS Gallus de provincia Provinciæ, vulgo *Provenza*, sac. Theologiæ Doctor insignis, & verbi Dei declamator clarissimus anno 1409. interfuit Concilio Pisano ex actis illius a Contelorio relatis apud Ughellum to. 3. Ital. sac. in Archiepisc. Pisania, & anno 1411. ex Gallia Christ. ad Tolonensem in Narbonensi Gallia Episcopatum evectus est; cumque Constantiense Concilium adiisset, an. 1415. die 4. Maji in sess. 8. inter Missarum Solemnia clarum *Sermonem* habuit, themate proposito: *Spiritus veritatis docebit vos* &c., stabatque pro natione Gallica; & quum *Joannes XXIII.* e fuga retractus fuit, datus est illi inter alios Vitalis iste in consortium, atque solatium, cui postea idem *Joannes* sigillum, annulumque Piscatoris tradidit tum, cum Pontificiam dignitatem exuit ex Actis Victorianis apud Spondanum in Continuat. ad an. 1415. num. 28., & in Actis Concilii Constantien. Scripsit autem

*Conciones, & Sermones, alia*que, quæ ad nostram nondum venerunt notitiam. In Biblioth. Vatic. cod. 4130. pag. 120., & cod. 4152. pag. 138. extat ms.

Vitalis Torcellanus Episcopat pro Concilio Pisano juxta Catalogum Montfaucon to. 1. Biblioth. mss. pag. 13.; sed cum Torcellanæ Ecclesiæ nemo hoc nomine præesset temporibus illis, ut legere est to. 5. Ital.

5. Ital. sac. Ughelli, non aliter reponendum puto, quam *Tolonen.* pro *Torcellan.*; sunt enim in illis Catalogis multa vel scribarum, vel Typograph. errata.

M M M D C L X I I.

VITALIS DE VITALIBUS e Monteregali, al. *Montevico* in Subalpinis Italiæ Regul. Observ. vir pius, & doctus circa an. 1650. conscripsit

Octo imaginibus creationem Mundi; &

Flores Viridarii; ut tradit And. Rossottus in Syllabo Script. Pedemont., & ex eo Joan. a S. Anton. to. 3. pag. 143.

M M M D C L X I I I. 1910.

VITUS CORTONENSIS = fuit provinciæ *Romanlæ* Minister, non *Romanæ*, ut apud Waddingum corrupte, qui de eo agit etiam in Annal. ad an. 1211. n. 10.

Vitam B. Humiliana scripsit anno 1248., cui insequenti anno *Hippolytus Florentinus* ejusdem Instituti adjecit *miracula* a Beata perpetrata. Quæ duo scripta *Raphael Volaterranus* hortatu Fratrum Min. Observ. S. Salvatoris prope San Miniatum in unum contraxit, & elegantiori stylo reddidit an. 1520. Alius vero *Anonymus* paulo post an. 1300. in italicum idioma vertit, citaturque ab autoribus Vocabularii Italici Academiæ vulgo *della Crusca* tit. *Legenda, e Vita di S. Umilian de Cerchi*, quod & alius fecit an. 1553.; quas Vitas mss. servari Florentiæ a nobili familia de *Cerchiis* docet Franciscus Cionaccius in Historia B. Humilianæ par. 3. cap. 2., qui & cap. 1. memorat, *Paulum a Stuffa* patritium Florentinum *Compendium* Vitæ hujus Beatæ italicum fecisse, & ex mss. familiæ de Cerchiis a se vulgatum fuisse Florentiæ anno 1673. *Silvanus* etiam *Raggius* Ordinis Camaldulen. eam *Viti Vitam* e latino transtulit in linguam hetruscam circa an. 1590., suoque Operi de Viris, Fœminisque SS. Hetruscis inseruit to. 3. Florentiæ edito an. 1599., ut notarunt Act. SS. Collect. Bollandii to. 4. Maji ad diem 19., qui ex ms. Cœnobii S. Crucis Florent. eamdem *Vitam* cum Supplemento, notisque illustratam dederunt Antuerpianis typis. Hic forsan autor est etiam

Vita B. Guidonis Cortonensis, quam Fr. *Franciscus de Equis* ejusdem Instituti expolivit, ut dictum est supra in *Francisco de Equis*.

M M M D C L X I V.

VITUS PIZA Claromontanus diœcesis Syracusanæ provinciæ Siculæ Min. Conv. Theologus, atque ecclesiastes haud vulgaris, cum adhuc sac. Theologiæ Baccalaureus studiis vacaret, edidit Opus

De divino, & humano intellectu in sententia Peripateticorum ad Julium Magnanum Ord. Min. Generalem. Patavii anno 1552. in 4. typis Joan. Baptistæ Amyci; & ad calcem adjecit

Opusculum an compositum sua forma sit præstantius. Extat Ferrariæ in Biblioth. S. Franc., & argumentum tractat autor minime sicco Scholasticorum more.

De ente, & essentia, teste Philippo Cagliola in Hist. provinciæ Siciliæ Min. Conv. explor. 3. manif. 4. pag. 129., & ex eo Franchino in Biblioso. n. 318., & 573.

Sermones 20. *super psal.* 50. *Miserere mei Deus* &c. lingua vulgari cum pia in fine cujuslibet Sermonis *meditatione* ad Christum Crucifixum; ac in omnium fine de *divina misericordia Sermonem* complevit kal. Februarii an. 1589.; sunt vero impressi Messanæ anno eodem, mox 1595., & 1597. in 4. typis HH. Fausti Buffalini ex Indice Biblioth. S. Franc. Bonon., Biblioth. Bodlejanæ pag. 393., & Joan. a S. Anton. pag. 144., apud quos corrupte habetur 1565., & 1567., & citato Franchino. Habet hunc Rocchus Pyrrhus in Not. Syracus., Mongitor to. 2. Biblioth. Siculæ, qui tradit familiarem fuisse Sixto V., & Waddingus; sed perperam vocat *Marcum Vitum Pisam*, reluctantibus autore synchrono Rodulphio lib. 3., Cagliola cit., & editis ejus Operibus.

M M M D C L X V. 1911.

URBANUS BOLZANIUS = non *Bolsaminus*; Min. Conventualium alumnus provinciæ Venetæ natus est an. 1443. De eo Aldus Manutius senior in præfatione Magni Dictionarii, sive Thesauri universæ linguæ græcæ Varini Phavorini ab eo editi anno 1496. hæc habet: *multa enim addidi, plurima immutavi, adjuvante interdum Urbano Divi Francisci Fratre optimo, a quo brevi habebitis, quas summa cura, ac doctissime composuit in græcam linguam Introductiones*: juxta Vossium primus est, qui Grammaticam Græcam latine dignam existimationis ediderit; deque ea Erasmus epist. ad Jacobum Tutorem an. 1499. ait: *Grammaticam Græcam summa studio vestigavi, ut emptam tibi mitterem; sed jam utraque divendita fuerat, & Constantini quæ dicitur, quæque Urbani*. Pierius Valerianus ejus nepos, & alumnus 33. suorum Hieroglyphicorum librum ad eum misit, ac in epistola libro præmissa *Pindarum* etiam eum interpretatum esse scribit, inquiens: *Facile meminisse potes, honoratissime patrue, quarto ab hinc mense cum Venetiis essem, teque viri illi clarissimi Daniel Ranerius, Nicolaus Leonicenus, & Leonicus Thomæus adiissent græcas adhuc literas ætate tam confecta docentem inspecturi.... comperimus vero te in honestissimo studiorum cœtu Pindari oracula interpretantem*: & paulo post nos edocet, *Ægyptum* etiam eum peragrasse: sed & Epistola Reginæ Galliarum data, suisque carminibus impressis anno 1550. præfixa *Urbanum Valerianum* appellat, & græcas literas *Leonem X.* docuisse dicit; deditque ad eum *carmen* exultationis pro reditu Andreæ Grittæi: *Urbane, tristes tot querimonias* &c.; ibi pag. 87.

Institutiones in linguam græcam prodierunt primum Venetiis an. 1497. in 4. per Aldum Manutium ex Maittaire de Annalibus Typographorum fol. 349., & Orlando de Orig. & progr. Typogr., postea ibidem an. 1537. apud Melchioren Sessam in 8. expurgatæ, scholiisque in margine illustratæ opera Valentini Curionis, mox Basileæ anno 1539. in 4. typis Joannis Walder; Joannes a S. Anton. dicit prodiisse ibidem an. 1524., & 1530. to. 2. in 8. Ante obitum tamen autor eas recognoverat, nuncupaveratque Accolto Cremonæ Episcopo designato literis dat. Venetiis XIII. *kalend. Junias* MDXXIII., in quibus ipse scribit, se *annum* agere 81. ac *Leonem X.* græcis literis instituisse: has igitur ita recognitas vulgavit primus Joannes Rabanus Sirenius Venetiis anno 1545. in 4. 9. libris distinctas, cum antea 2. libris continerentur, per HH. Petri Rabani; prodierunt & Parisiis eodem anno, si fides est Joanni a S. Antonio: præmisit autem Joannes Venetæ editioni græca *elogia* Marci Masuri Cretensis, Scipionis Carteromachi, Nicetæ Fausti, & Joannis Bernardi Feliciani; in fine vero apposuit latina *elogia* Danielis Cajetani Cremonen. discipuli,

li, & Petri Cordati abnepotis Urbani cum *epitaphio* integro, quale non retulit Rodulphius lib. 3., nec hoc loco Waddingus, estque hujuscemodi:

D. O. M.

Urbano Bolzanio Bellunensi Minoritanæ Familiæ Sacerdoti summæ integritatis, & innocentiæ; qui græcas litteras extorres jam pridem, & procul a terra Itala exulantes nobis summa cum docendi, tum scribendi laude princeps asseruit; Pierius Valerianus Bolzanius ex fratre nepos institutionis, educationisque memor posuit. Vixit ann. LXXXI. *men.* III. *d.* XII. *in voluntaria paupertate felicissimus; in omnes, quoad potuit, officiosus; nulli unquam injurius.*

Loc. præceptori majorum suor. concessere Cornelii Patroni

M. D. XLV. *m. Apr.*

Qui annus non mortis est, ut quidam crediderunt, sed erectionis *epitaphii*; obiit enim ille an. 1524. m. Aprili, in cujus funere *Orationem* habuit Fr. Albertus a Castrofranco ejusdem Instituti jam typis evulgatam, ut testificantur autores Veneti Diarii Erudit. Italic. to. 19. art. 14.

Ceterum *Institutiones in linguam Græcam* prodierunt posthac etiam Venetiis an. 1549. in 4. apud Paulum Manutium ex Indice Biblioth. Barber., & 1557. in 8. ex Indice Biblioth. S. Francisci Bonon., & anno 1560. in 8. ex Indice Biblioth. S. Franc. Ferrariæ, denique 1566. in 8. per Aldum ex Indice Romanæ Biblioth. SS. XII. Apostolorum, & Joan. a S. Antonio to. 3., qui aliam addit editionem factam Basileæ an. 1590. in 8. cum duobus

Tractatibus de passionibus, & de spiritibus.

M M M D C L X V I. 1912.

URBANUS HYDRUNTINUS = *de Procopio* Hydruntinæ diœcesis dicitur a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1429., quo ad Castrensem Ecclesiam in Salentinis assumptus fuit, eamque rexit usque ad annum circiter 1453. ex Ughello in Ital. sac. to. 9. Memorat hunc Rodulphius lib. 3. fol. 335. omnium primus, atque scripsisse *de Antichristo*, *de Nativitate Domini*, *de animæ immortalitate*, *ac aliis Opus sane utile*, quod inscribitur *Negotium*; incipitque: *Ideo* &c.; non quod Opus *Negotium* sit a superioribus diversum, ut arbitratur Waddingus, & ex eo alii. Legi potest Thomasinus, an in suis Bibliothecis mss. Venetis habeat hunc Scriptorem. *De Antichristo* videtur scripsisse contra *Manfredum* illum Vercellensem S. Bernardini adversarium, qui circa an. 1420. prædicare cæpit adventum *Antichristi* proxime futurum; contra quem scripsit & S. Bernardinus. Agit de hoc viro etiam Aloysius Tessell in Leuc. sac. lib. 3., Bonaventura Fassanus par. 2. Memorab. prov. S. Nicolai, Augustinus de Wite in Catal. Scriptor. Ord., & ex his Joan. a S. Anton., qui perperam dicit *Regul. Observ.* alumnum.

M M M D C L X V I I.

URBANUS LOTHARINGUS edidit

Carmen acrosticon in laudem sui Magistri Fr. Francisci de Castillo Velasco Matriten., quod legitur cursum initio Comment. ejusdem Francisci super 3. lib. Senten. Antuerpiæ an. 1641. ex Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 374. in *Francisco de Cast. Vel.*

M M M D C L X V I I I.

URBANUS MESSANENSIS ex familia *Russia* prov. Siculæ Capuccinor. ecclesiastes eximius a suis concivibus ad Philippum IV. gravium negotiorum causa missus est; vulgavitque

Fasciculum excellentiarum præcipuarum B. Michaelis Archangeli sub anagrammatico nomine *Messenii Bonarum*. Matriti 1650.; Messanæ 1655.; Panormi 1633. in 8. typis Augustini Bossii; deinde Bononiæ, & alibi.

Conciones varias de Sanctis suppresso pariter nomine.

Conciones varias quadragesimales mss. Messanæ apud Capuccinos.

Obiit in patria an. 1665. ex autore Biblioth. Capuccin., Mongitore to. 2. Biblioth. Siculæ, & ex his Joan. a S. Anton.

M M M D C L X I X.

URBANUS POLITIENSIS Siculus sac. Theologiæ Professor, Definitor, & in toto Siciliæ regno S. Inquisitionis Consultor, provinciæ Panormitanæ Capuccin. alumnus, Episcopatus honorem a Ferdinando II. Imperatore, cui a concionibus erat, recusavit; edìditque

Funebrem Orationem in morte supremi Consiliarii ejusdem Imperatoris. Viennæ Austriæ.

Aliam Orationem in obitu cujusdam præclarissimi Viri, Ibidem impressam.

Epigrammata varia acrostica, & anagrammata sacra. Venetiis 1649., & Panormi 1652.

M M M D C L X X.

URBANUS DE ROMA Strict. Observ. claruit sub Clemente VIII. concionator insignis, Theologus, Philosophusque celeber, & politioris literaturæ cultor non exiguus; reliquit post se

Volumina multa variæ eruditionis, quæ mss. proprio charactere asservantur in Bibliotheca Conventus S. Francisci de Castro Gandulpho prov. Romanæ, teste Prospero Mandosio cent. 3. Biblioth. Romanæ, a quo Jo: a S. Anton.

M M M D C L X X I.

URBANUS VENETUS Reg. Observ. circa an. 1552. scripsit

De moribus, & factis B. Matthæi Bassii Ord. Capuccinor. Institutoris, Venetiis an. 1552. vita functi ex Annalibus Min. to. 18. ad an. 1551. n. 3.

M M M D C L X X I I.

URSULA FORMICINA forsan Romana semel, atque iterum Abbatissa Monasterii SS. Cosmæ, & Damiani Ord. S. Claræ in Transtyberina urbis Romæ regione, vulgo *Mica aurea* nuncupati circa an. 1233. Monialibus S. Claræ concessi scripsit incerto mihi tempore, tamen post 1580.

Librum Monumentorum dicti Monasterii in tres partes distinctum; quarum in prima agit de originaria fundatione, & successione Abbatum (extiterat enim antea Ord. S. Benedicti), rebusque præcipuis ab eisdem actis: in 2. de translatione ejusdem ad Sanctimoniales, & rerum statu usque ad reformationem Monasterii; in 3. a reformatione usque ad suum tempus. Fæmina gravissima, & ponderosi ingenii, disciplinæ regularis, dum vixit, restauratrix, & fuit, inquit Waddingus in Annal. Min. ad an. 1233. n. 38., qui librum ms. in eo Monasterio asservatum vidit, & legit; miraturque, quomodo reclusa, inopsque fæmina tot potuerit videre libros, & antiqua acquirere, quæ in Opere citat, monumenta; qua etiam dexteritate disposuerit, & explicuerit res universæ Historiæ, & occurrentes superaverit difficultates; singula etiam, quæ ad bonum Monasterii regimen attinent, ante oculos sibi successuris Abbatissis apponens; & tamen inter Scriptores hujusce oblitus est. Citat hanc

 Hi-

Historiam etiam Garampus in Indice Mem. Eccles. ad Vitam B. Claræ Ariminen. pag. 510.

1913.

USUALDUS DEL ASCO = idem est, ac *Osualdus a Lasko*, de quo supra actum est, quique non in 4. *libros Senten.* scripsit; sed 4. librum Senten. *Pelbarti Temisvar.* supplevit. Waddingum secuti sunt Sannig, & Jo: a S. Antonio.

* WALTERUS = V. *Gualterus*.

1914.

WEXILLUS WARE = vox corrupta, & reponendum *Willelmus*, seu *Gulielmus Ware*, vel *Warro*, de quo dictum est suo loco. Waddingi lapsum excepit Jo: a S. Ant. to. 3. pag. 159.

* WILLELMUS = V. *Gulielmus*, vel *Guilelmus*.

MMMDCLXXIII.

WILLELMUS DE CANITIA Aquitanus ante annum 1310. composuit *Opusculum* titulo:

Viam, seu Dietam salutis incip. *Hæc est via, ambulate in ea* &c.; quod ms. habetur inter mss. codd. Universit. Cantabrigen. cod. 1131. in mss. Codd. Collegii Cajohonvilensis cod. 67. n. 1. etiam ex Joanne a S. Anton. to. 3. pag. 159.; habetur etiam *Via, & Dieta salutis*, sed sine nomine autoris inter mss. codd. Universit. Oxonien. in mss. Codd. Collegii Mertonen. cod. 85. num. 2., & in mss. codd. Collegii M. Magdalenæ cod. 200. teste Oudino to. 3. Commentar. cap. 10. de Operibus S. Bonaventuræ col. 405. *Dieta salutis per Robertum Holcott, vel Guillelmum Aquitanicum* incipiens: *Hæc est via* &c. ms. in Catal. Angl. to. 2. par. 1. n. 6638., & 6644., ut in Biblioth. Canonic. Regul. Tungrensium ditionis Leodien., teste Sandero to. 2. Bibliothecæ Belgicæ sub nomine *Gulielmi de Lanicia* apud Joan. a S Anton. to. 2. pag. 41., quem suspicatur fuisse *Minoritam*, cum id certum sit. *Guillelmi de Lancea Aquitanici Ord. Min. Dieta salutis* extat ms. in Biblioth. Monasterii Gemmaticen. ex Catalogo Montfaucon to. 2. pag. 1209. n. 61. Habetur etiam ms. Florentiæ in Biblioth. S. Crucis scam. 35. versus Ecclesiam cod. 406. in 4. parvo post *Postillam Fr. Landulfi* super Evangelia hoc titulo: *Incipit liber, qui dicitur Dieta salutis. Hæc est via, ambulate in ea* &c.; & desinit: *quare in materia de castitate, & luxuria per contrarium. Explicit iste liber, qui dicitur Dieta salutis*; estque sine nomine autoris. Legitur autem in fine: *Istum librum, qui vocatur Dieta salutis, dedit Armario Fratr. Minorum Florentini Conventus Fr. Gerardus de Leonardis de Florentia, quando ivit Romam Inquisitor hæreticæ pravitatis, ubi decessit* XXVI. *die Novembris Anno Domini* M. CCC. XXXVIII. *in dicto Officio Inquisitor*. Asisii quoque in Tabulario Conventus S. Francisci habetur ms. cod. chart. in 4., in cujus fine legitur: *Exlicit Via, vel Dieta salutis edita a Fratre Guillermo de Lanicea Aquitanico de Ordine Fratrum Minorum, quem Frater Rinaldus da Spes ejusdem Ordinis, ac provinciæ fecit scribere Parisius, dum erat ibidem studens anno Dom. millesimo* CCCCXVI. *completa in Vigilia omnium Sanctorum*. Postea subditur hoc Opusculum: *Incipiunt Themata Dominicalia. Dominica prima Adventus. Abjiciamus Opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Rom.* XIII. *In Adventu magni Regis, & Principis* &c.; finitque: *quare in materia de castitate, & luxuria*. Opusculi hujus antiquam editionem in 8. sine loco, & anno memorat Jo: a S. Anton. to. 1. pag. 158., ejusque exemplaria extant in Bibliotheca Conventus de Velvis provinciæ S. Gabrielis, & Segobiæ in illa Conventus S. Gabrielis provinciæ S. Pauli. Arnaldus Gulielmus Brocarius edidit *Dietas salutis* Pampilonæ anno 1497. in 8., uti docet Waddingus v. *Arnaldus Gulielmus*; qui cum fuerit Typographus, ut eo loci ostendi, a Waddingo creditus est & autor, & Franciscanus; Venetiis an. 1497. in 8. habet Index Biblioth. Barber., & forsan utrobique cusæ sunt. A nonnullis tamen tribui cœpit Seraphico Doctori, sed immerito, ut ostendi supra in *S. Bonaventura* (59); revera sub ejus nomine prodiit Parisiis anno 1500., al. 1499. ex Caille pag. 66., in 12. per Petrum le Dru pro Dionysio Roce; Venetiis anno 1502., & 1518. in 8. per Cæsarem Arrivabenum, quarum duæ extant Ferrariæ, altera Bononiæ in Biblioth. S. Francisci; & iterum Parisiis anno 1523. in 8. per. Jo: Parvum; postea Romæ an. 1606. typis Vaticanis in to. 6. *Opusculorum* S. Doctoris; Venetiis an. 1611. to. 2. dictorum Opusculorum typis Hieronymi Scoti; Moguntiæ an. 1609. apud Ant. Hierat inter Opuscula prædicta in fol., & tandem Romæ seorsum an. 1724. in 8. typis Hieronymi Mainardi; sed ante annum 1606. nunquam inter Opuscula Seraphici Doctoris locum obtinuit.

Opusculum dividitur in IX. *dietas*. Initio habetur *tabula* per modum *epilogi*, deinde duo breves *tractatus* de inventione Paschæ, aliorumque Festorum mobilium, & de distinctione ætatum mundi, in quorum primo dicitur: *Aureus numerus hoc anno sc. an. Dom.* MCCCXXXIII. *designatur per quaternarium*; quæ ostendunt ætatem, qua autor vivebat: in fine vero habentur *themata* pro Dominicis totius anni, & communi *de Sanctis* ad conciones; *tractatus* de Christi nativitate Contemplatio, estque 7. meditatio inter latinas Sancto Bonaventuræ adscriptas nonnihil interpolata; *tractatus* alter de resurrectione a peccato ad gratiam, estque Opusculum 10. S. Bonaventuræ edit. Vatic. to. 6.; & tandem *tractatulus* de receptatulis animarum post vitam præsentem: ita quidem editio Veneta 1518., nam non omnes editiones omnia ista ferunt.

MMMDCLXXIV.

WOLFANGUS HOEGNER Germanus Strict. Observ. provinciæ Argentinæ transtulit

Martyrologium Franciscanum Arturi Monaster. e latino in idioma theutonicum, vulgavitque Argentorati an. 1644., & auctius an. 1658., quod adducitur a Francisco Cionaccio in Hist. B. Humilianæ par. 7. n. 2.

X

* XANTHUS = V. *Sanctes*.

Z

MMMDCLXXV. 1915.

ZACHARIAS BOVERIUS = Theologus Cardinalis Francisci Barberini, quem in Hispaniam an. 1626. ab Urbano VIII. pacis componendæ causa legatum comitari jussus est, & Romæ supremæ Inquisitionis Consultoris munere functo decessit Genuæ die 21. Martii an. 1638. ætatis suæ 70.,

70., de quo, ejusque eleganti genere scribendi haud immerito quidam versu lusit:

„ Restituit Latio veteria miracula linguæ;

„ Et potis est unus cum Cicerone loqui.

Demonstrationum Symbolorum veræ, & falsæ Religionis &c. tomi 2. habentur recusi in to. 20. Bibliothecæ Pontificiæ Roccaberti Romæ anno 1690. publicatæ.

Censura in tractatum de legitima Cardinalium creatione Dominici Veneti Episcopi Torcellani nomine inscriptum, reipsa a M. Ant. de Dominis in lucem editum. Mediolani an. 1622.; & est *Censura parænetica* a Waddingo relata.

Orthodoxa consultatio de ratione veræ fidei, & religionis amplectendæ prodiit postea & Romæ opera Fr. Antonii Card. Barberini an. 1635. in 4. ab autore in duas partes distributa.

Demonstrationes xi. *de vera habitus S. Francisci forma* ad Urbanum VIII. Lugduni primum an. 1632. typis Landry, postea Coloniæ anno 1640. in 12., & 1655. in 8. apud Cornelium Egmond: prohibetur ex decr. sac. Congreg. Indicis libror. anno 1652. die 19. Novembris.

Annales Ordinis Minor. Capuccin. tam ab eo latine conditi, quam in italicum idioma conversi a *Benedicto Sanbenedicto* ejusdem Instituti an. 1641. proscripti fuerunt decr. sac. Congr. Indicis sub die 18. Julii an. 1651. Versi sunt iidem in hispanicam linguam, & continuati primum a *Marcellino* Matisconensi Gallo, & postea a *Maximo* Bertano Italo; M. Anton. vero Galitius *Apologiam* edidit pro ipsis, ut supra, ubi & dictum est Franciscum a Sexto ejus *Vitam* composuisse; de eoque plura scribit Dionysius Genuensis in Biblioth. Script. Capuccin., Joan. a S. Anton., qui & *Epitaphium* ejus refert, aliique plures.

* ZACHARIAS CASTIGLIONI = V. infra *Zacharias a Mediolano*.

MMMDCLXXVI. 1916.

ZACHARIAS FIRMINUS = an hujus *Antiquitates Franciscanæ* sint illæ ipsæ, quas antea vulgaverat *Philippus Basquerius* Belga an. 1623., non satis comperi, cum eas nondum viderim.

MMMDCLXXVII. 1917.

ZACHARIAS KIRCHGESSER = de quo & Lassor agit to. 1. Universi Orbis fol. 442., & Joan. a S. Anton. pag. 161. Opusculum cusum est in 12.

MMMDCLXXVIII. 1918.

ZACHARIAS LEXOVIENSIS = Gallus prosapia clarus, Missionarius Apostolicus celeber in Angliam specialiter destinatus, cujus sunt *satyrica* scripta latine sub nomine *Petri Firmiani*.

Philosophia Christiana. Parisiis an. 1644. in 4. per Dionysium Thierry.

Monarchia Verbi Incarnati, seu *de potestate Regum* gallice. Paris. 1642. in 4. apud Viduam Nicolai Buon.

Monarchia Verbi Incarnati, seu *de justitia, & bonitate Principum*. Ibidem an. 1666. in 4. per Dionysium Thierry.

Tractatus de mirabilibus regionis Gallicæ edit. a Jansonio. Iisdem typis in 8. anno 1650.

Gyges Gallus in 27. sectiones divisus:

Somnium Sapientis in 12. sectiones, seu tractatus distributus: &

Seculi genius in 9. sectiones partitus, an. 1657. ab Universitate Parisien. approbata, quæ cusa dicuntur an. 1659. Parisiis apud Viduam, & Dionysium Thierry in 8. latine, & eleganter; 1660., & 1663., & alibi gallice facta. Hi tres libri sunt contra depravatos seculi mores, & tantæ apud viros doctos sunt existimationis, ut omnium fere calculo nemo tam docte scripserit, & acute persuaserit, tamque libere de rebus politicis disseruerit, inquit autor Biblioth. Capuccinorum.

Christus patiens, sive *tota Pauli scientia*: Liber est de *passione Domini* impres. Parisiis 1661. in 4. apud Dionysium Thierry, & postea Augustæ Vindelicor. 1716. in 4. typis Martini Happach.

Silva Sacrorum varii argumenti multiplicem Theologiam continens. Parisiis an. 1662. in 4., & Augustæ Vindelic.

La carte du Jansenisme teste Sorell. in Bibliotheca Gallica cap. 9., & Geislero dec. 5. n. 3.

Obiit apud suos in Conventu Ebroicensi an. 1661., ejusque meminit Dupin. sec. xvii., cit. autor Biblioth. Capuccinor., & ex his Joan. a S. Anton. pag. 162.

MMMDCLXXIX. 1919.

ZACHARIAS A MEDIOLANO = *Castilioni* cognomine, & Marchionis Manfrini Castilioni germanus frater, de quo Dionysius Genuens. in Biblioth. Scriptor. Capuccinor., & Jo: a S. Anton. pag. 162. to. 3. Edidit etiam sermone italico

Sermones 42. super Threnos Jeremiæ Prophetæ pro Oratione 40. horarum. Mediolani 1653. in 4., ut refert Abbas Picinellus in Athenæo Liter. Mediolan., qui eos valde commendat.

MMMDCLXXX.

ZACHARIAS ULYSSIPONENSIS Lusitanus provinciæ Bononiensis Min. Capuccinorum alumnus, ac pluries Definitor vir eruditus, & eloquens scripsit Opusculum tit.

Catholica consolatio ad cives Parmenses, & Placentinos pro obitu Sereniss. Alexandri Farnesii eorum Ducis, & Principis. Romæ an. 1594. apud Erasmum Viottum. Transtulit etiam e lusitano in italicum idioma, & in meliorem reduxit ordinem, postillisque exornavit nonnulla Opera P. Hectoris Pinti Ordinis Hieronymiani, videlicet:

De vera amicitia.
De justitia.
De vita solitaria.
De discreta ignorantia.
De causis.
De tranquillitate vitæ.
De vera Philosophia.
De veris, & falsis bonis.
De religione.
De memoria mortis.
De tribulatione: quæ *Opuscula* Ranuccio Farnesio Parmæ, & Placentiæ Duci dicavit, ediditque Venetiis 1594. tomis 2. in 4. apud Nicolaum Misserinum.

Obiit Vultabii apud suos an. 1604., teste autore Biblioth. Capuccin., & ex eo Joan. a S. Anton.

MMMDCLXXXI.

ZACHARIAS URCEOLUS Ravennas provinciæ Bonon. Min. Conv. sac. Theologiæ Magister, & ecclesiastes egregius, quem laudat autor æqualis Petrus Rodulphius lib. 2. in prov. Bonon., & Custodia Ravennæ, vocatque anno 1585. *Regentem Paduæ*, & *concionatorem* eo tempore *celebrem*: postquam nobiliora Religionis Gymnasia rexit, & illustriores civitates Italiæ concionibus perlustravit, an. 1591. ad suæ provinciæ regimen assumptus est, trien-

triennioque feliciter expleto, factus est Patavii contra hæreticam pravitatem Inquisitor; quo in officio decessit anno 1614., uti memoriæ prodidit Franchinus in Bibliosophiæ append. pag. 599., qui & ejusdem meminit num. 206. §. 2. Scripsit

Conciones, & de variis rebus multa Opuscula, sed non vulgavit, teste autore coævo Aug. Superbo in Catal. Scriptor. Ord. pag. 127., qui cum dicit virum doctissimum cum aliis, tum Philosophicis, Theologicisque disciplinis ornatissimum, interpretem mirabilem, & Oratorem facundum, ac perillustrem.

Alius *Zacharias* senior *Ravennas*, & ipse nobilis Orator an. 1522. invenitur Bononiæ in Æde S. Petri *Conciones quadragesimales* habuisse ex monumentis illius Basilicæ, qui an. 1514. erat Ferrariæ ex monumentis Archivi S. Francisci illius civitatis.

MMMDCLXXXII.

ZENO BERGOMENSIS Italus, & provinciæ Tyrolen. Min. Capuccinor. Minister, doctus, & pius vir scripsit latine, vulgavitque

Methodum meditandi passionem D. N. J. C. Monachi an. 1609., & iterum anno 1625. ab autore locupletatam ex Dionysio Genuensi, & Joan. a S. Anton.

MMMDCLXXXIII.

ZENOBIUS FLORENTINUS provinciæ Tusciæ concionator, & *cantor* egregius, & librorum choro inservientium optimus scriptor

Modos composuit, & *quamplures* libros reliquit: obiitque anno 1568. teste Anton. Terrinca in Theatro Hetrusco Minor. par. 3. tit. 1. ser. 4. apud Joan. a S. Anton. pag. 163. to. 3.

F I N I S.

SUP-

SUPPLEMENTUM
AD MARTYRES
TRIUM ORDINUM S. FRANCISCI.

A

I. 1.

S. ACCURSIUS =

I I. 2.

ADAMUS =

I I I. 3.

S. ADJUTUS =

I V. 4.

ADOLPHUS =

V. 5.

ADRIANUS BEVERLO =

V I. 6.

ADRIANUS GANDAVUS =

V I I. 7.

ADRIANUS LAMBERTUS =

V I I I. 8.

ÆGIDIUS COTTEREAU =

I X.

AGNES 2. Abbatissa *Zavichostensis* post B. Salomeam, Ord. S. Claræ cum 60. *Monialibus*, aliisque plurimis Virginibus, ac 12. *Fratribus* Ord. Minorum anno 1259. al. 1260. a Tartaria pro Christi fide martyrium passa die 2. Februarii, atque in Ecclesia S. Damiani tumulata non sine miraculorum gloria fulget a multis etiamnum Christifidelibus venerata; teste Martino Baronio Jaroslavien. in Catal. SS. ex veteri cod. ms. Archivi Ecclesiæ Sandomir. apud Casim. Biernaki in Speculo Minorum art. 28. num. 18.

X. 9.

AIMERICUS =

X I. 10.

ALBERTUS FRANCUS =

X I I. 11.

ALBERTUS LEYDENSIS =

X I I I. 12.

ALDOBRANDINUS DE AMANATIS =

X I V. 13.

ALEXANDER JOANNES = *Alexander* tantum appellabatur, passus una cum Fr. *Joanne Zuaze* Hispano ejusdem Instituti apud Cayrum die 4. Januarii an. 1551. ex Marco Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 9. cap. 41.; quare legendum: *Alexander*, & *Joannes*. De eo Joannes a S. Anton., pluresque alii.

X V. 14.

ALEXIUS SAMSON =

X V I.

ALPHONSUS RUIZ Navarro Betica Utiensis e Granatensi S. Francisci Cœnobio, ubi Minoritis nomen dederat, ad S. Gregorii Philippinarum provinciam transiens, indeque ad Japonense regnum, duris superatis laboribus, enavigavit, & cum Apostolico ministerio in animarum salutem triginta annis traduxisset virtutibus, & exemplis inter gentiles coruscans, tandem anno 1633. capitis obtruncatione meruit pro Christo triumphare; quem, capite abscisso, ferunt 24. horis continuis regnum Dei evangelizasse ex Francisco Vilche in Kalend. die 13. Febr., Sicardo Hist. Japon. lib. 3. cap. 21. & Joan. a S. Antonio in Catal. Martyr. Discalceat.

X V I I.

ALFONSUS A SOLITUDINE Olmedi in veteri Castella ortus primum in provincia S. Joseph vota Religionis emisit ut Laicus; mox divisa provincia, in ea S. Pauli Discalceatorum mansit, donec ad Philippinas Insulas missus, in Camarinensium provincia hospitale fundavit, infirmorumque magna cum pietate curam egit. Tandem a Mauris Mindanais captus in odium fidei, manibus abscissis, suffocatus est die 28. Novembris 1616. ex Francisco a S. Agnete par. 2. Chronic. provin. S. Gregorii lib. 2. cap. 2., Antonio de Huerta, Joanne a Jesu, & Joanne a S. Antonio in Catalogo Martyr. Discalceator.

15.

ALOYSIUS VILLALUPUS = V. *Ludovicus Villalupus*.

X I X. 16.

AMARELLA =

X X. 17.

ANDRÆAS AB AYALA =

X X I. 18.

ANDREAS DYCK =

X X I I. 19.

ANDREAS GUEZ =

20.

ANDREAS HUNGARUS = al. *Antonius de Saxonia*.

21.

ANDREAS MEDIOLANENSIS = V. *Antonius Mediolanensis* ex Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2.

X X I I I. 22.

ANDREAS DE MONTE =

X X I V.

ANDREAS DEL PILAR Cordubensis provinciæ Angelorum alumnus, e qua ad illam S. Gabrielis transiit, professione Laicus unus ex illis fuit Americanis Apostolis, qui quamplurima idola comminuit, & millena hominum baptizavit; tandem ab India Cascanensibus in odium fidei necatus est ex to. 2. Monarchiæ Indiarum, to. 2. Chronic. provin. S. Gabrielis lib. 2. cap. 17., 4. par. Chronic. Dazæ, & Joanne a S. Antonio in Catal. Martyr. Discalceat.

X X V. 23.

ANDREAS ROBERTI =

X X V I. 24.

ANDREAS SPOLETANUS =

X X V I I. 25.

S. ANGELUS =

XXVIII. 26.

ANGELUS SPOLETANUS = hujus meminit Chronicon Jordani anno circiter 1330. scriptum, & Chronicon B. Odorico attributum a Waddingo ad an. 1307. num. 14.

XXIX.

ANGELUS LITHUANUS primus Wilnensis Cœnobii Guardianus an. 1403. post gravissima tormenta una cum multis *sociis* sui Ordinis gladio jugulatus est ab fidei christianæ prædicationem; Wilnæque cum sociis tumulatus ex Martino Baronio in Catal. SS. apud Biernaki cit. art. 22. num. 11. Ejus socii forsan fuerunt *Franciscus*, *Petrus*, *Paulus*, & *Leonardus* eodem anno Wilnæ passi, ut infra in *Francisco Lithuano*: alias statuendi essent alii *Anonymi Lithuani*.

XXX. 27.

ANIMUNDUS SABAUDUS =

XXXI. 28.

ANONYMA Galla =

XXXII. 29.

ANONYMÆ 74. Aconenses =

XXXIII.

ANONYMÆ 60. Zavichostenses = vide supra *B. Agnes 2. Abbatissa Zavichost.*

XXXIV.

ANONYMUS cum pluribus aliis Christianis in Leride, vel Minori Asia anno 1549. ob Christi fidem a barbaris interfectus est ex epistola 1. P. Gasparis Belgæ Soc. J., quam eo anno ex Ormutio insula Persici maris Conimbriam ad suos Fratres, & socios scripsit; vulgataque fuit cum aliis epistolis Indicis Lovanii an. 1566. 2. edit.

XXXV.

ANONYMUS provinciæ S. Gregorii Philippin. Discalceat. zelo apostolico ductus ad Japonii regna cum Ven. Mart. Hyacintho de Esquivel Dominicano transiens a Sinensibus idolatris naribus, & auribus abscissis in odium fidei S. C. interfectus est an. 1634. ex Sicardo Augustin. lib. 3. Hist. Japon. c. 22., & Joan. a S. Antonio.

XXXVI. 30.

ANONYMUS quidam juvenis =

XXXVII.

ANONYMUS Ariminensis non multo post necem *S. Joannis Nepomuceni* ob eamdem caussam, cum sac. Theologiæ Doctor esset, & conjugi Sigismundi Malatestæ illius urbis Domini a sacris Confessionibus, jussu dicti Sigismundi neci datur, quod uxoris ejus sacram noluerit revelare confessionem an. 1432. ex Waddingo in Annal. Minor. ad eum annum n. 28.

XXXVIII. 31.

ANONYMUS Belga =

XXXIX. 32.

ANONYMUS Castri-Villani Guardianus =

XL. 33.

ANONYMUS Chilensis =

XLI. 34.

ANONYMUS Choleti =

XLII. 35.

ANONYMUS Corsicus =

XLIII.

ANONYMUS Gallus Subdiaconus = vide *Petrus Mollerius*.

XLIV.

ANONYMUS Gallus Vindocini = vide *Jesse Doctor Parisiensis*.

XLV. 36.

ANONYMUS Guainamotæ =

XLVI. 37.

ANONYMUS Hierosolimitanus =

XLVII.

ANONYMUS Hibernus anno 1469. ab hæreticis in odium fidei catholicæ necatus est die 11. kal. Julii, ut ex mss. provinciæ Hybern. habet auctor Supplementi Annal. Min. Waddingi ad eum annum num. 4. Hic forsan est ille *Anonymus* diœces. Conerensis Tertii Ordinis S. Francisci, quem Franciscus Bordonus in Chronologio 3. Ordinis cap. 40. pag. 581. n. 1. dicit suspensum fuisse ab hæreticis apud locum de Gleariarma regionis Ultoniæ.

XLVIII. 38.

ANONYMUS Mausiaci = Guardianus.

XLIX. 39.

ANONYMUS Mauritaniæ =

L. 40.

ANONYMI duo in Catalonia =

LI. 41.

ANONYMI 2. in Chile = vide infra *Joannes de Tobar*

LII. 42.

ANONYMI 2. Brielæ =

LIII. 43.

ANONYMI 2. Capuccini =

LIV. 44.

ANONYMI 2. in India = vide infra *Joan. Martyr.*

LV. 45.

ANONYMI 2. Marrochii = vide infra *Dominicus*, *Hugo* &c.

LVI.

ANONYMI 2. in Media = vide infra *Jacobus Florentinus*.

46.

ANONYMI 2. in Oriente =

LVII. 47.

ANONYMI 2. Osornii =

LVIII. 48.

ANONYMI 2. in Palæstina = de quibus Catalogus Sanctorum Ordinis Minor. an. 1336. editus, & Chronicon Jordani supra cit.

LIX. 49.

ANONYMI 2. in Ratzels-Dorfio =

50.

ANONYMI 2. in Syria = videntur iidem cum *Anonymis 2. in Palæstina*.

51.

ANONYMI 2. in Valachia = Biernaki in Speculo Minor. art. 22. num. 3. putat esse *Marcum*, & *Blasium* passos in *Cereth* an. 1340.; sed Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. in Vicaria Russiæ hos Anonymos scribit passos *circa annum Dñi* MCCCLXXVIII. juxta vulgatos codices, & etiam ms. codex Ferrar. habet *ann.* 1378.; nisi sint alii.

LX. 52.

ANONYMI 2. in Ungaria =

LXI. 53.

ANONYMI 2. in Zeilan =

LXII.

ANONYMI duo Damasci in Syria circa annum 1570. ob fidei prædicationem die 19. Novembris vulneribus confossi sunt ex Waddingo in Annal. Min. ad an. 1342. n. 61., ubi addit, eorum sepulchra haberi in veneratione.

LXIII.

L X I I I.

ANONYMI 2. RECOLLECTI apud Achem in insula Sumatræ Orientis præcipua cum duobus Carmelitis Discalceatis, aliisque pluribus Christifidelibus a Mahumetanis populis in odium fidei multa perpessi tandem martyrii palmam consecuti sunt anno 1638. mense Novembri ex Itinere Orientali P. Philippi a SS. Trinitate Discalceati lib. 4.

L X I V. 54.

ANONYMI 3. Calicuti =

L X V. 55.

ANONYMI 3. apud Castrum Villanum =

56.

ANONYMI 3. Damasci = duo dicuntur in Annal. Minor. ad an. 1342. num. 61., de quibus supra num. LXII.

L X V I.

ANONYMI 3. INDI juvenes Tertii Ordinis S. Francisci anno 1541. cum Fr. *Jo: Calerio* apud Xaliscos passi sunt; ut infra in *Jo: Calerio*.

L X V I I. 57.

ANONYMI 3. in Sarai, vel Sanay =

L X V I I I. 58.

ANONYMI 4. in Belgio =

L X I X. 59.

ANONYMI 4. in India =

L X X. 60.

ANONYMI 5. in Canaria =

61.

ANONYMI 5. Polociæ = hi non sunt illi, de quibus in Annal. an. 1325. n. 28.; sed de quibus 1498. n. 44., suntque *Paulus Guardianus Polocensis*, aliique 4. nominati, & an. 1563. passi, ut infra.

L X X I. 62.

ANONYMI 5. Visochil = quo anno non exponit Waddingus, neque in Annal. Min. memorantur. Cœnobium *Visochi* non habetur apud Pisanum, nisi sit ille *de Otoch* in Custodia Greben., vel *Tosach*, al. *Coscich* Custodiæ Mazuæ.

L X X I I. 63.

ANONYMI 6. Aurelianis =

L X X I I I. 64.

ANONYMI 6. Distemii =

L X X I V. 65.

ANONYMI 6. Ramæ =

L X X V. 66.

ANONYMI 6. Zuphaniæ =

L X X V I.

ANONYMI 7. = v. *Jacobus de Podio*.

L X X V I I. 67.

ANONYMI 7. in Palæstina = apud *Montem Sion* (leg. apud Acon, seu Ptolomaidem) in odium fidei Christianæ a Turcis opprobriis, verberibus, ac tormentis gloriosum martyrium constanter subierunt ex Chronicis antiquis Ordinis apud Marcum Ulyssiponen. Chron. S. Franc. par. 2. lib. 5. cap. 15., anno vero 1291.

L X X V I I I.

ANONYMI 9. Anathoth in Palæstina (ad 9. milliaris distat hic vicus ab Hierusalem) a Sarracenis ob Christi fidem trucidati sunt; quemadmodum scribit Fr. Petrus Antonius Venetus in Libro = *Guida fedele alla S. Città di Gerusalemme* = lib. 1. Peregrin. 1. num. 6.

L X X I X.

ANONYMI 10. partim Sacerdotes, partim Laici una cum *Gerardo Molmerio* in provincia Aquitaniæ ab hæreticis Hugonotis pro fide catholica martyrio coronati sunt ex Gonzaga par. 1. provin. Aquitaniæ Reform., & ex eo Waddin. in *Gerardo Molmerio*.

L X X X.

ANONYMI 11. Cracoviensis = vide *Henricus Cracoviensis Guardianus*.

L X X X I.

ANONYMI 11. Zavichosten. = vide *Stanislaus Cracoviensis* anno 1260.; horum nomina dicuntur haberi apud Martinum Baron. Jaroslavien. in Catalogo SS., quem non vidi, mihi tamen de veritate suspectum.

L X X X I I. 68.

ANONYMI 12. in Monte Sion = Chron. vetera apud Marcum Ulyssipon. par. 2. Chron. lib. 9. cap. 26.

L X X X I I I.

ANONYMI 13. Tertii Ordinis in Hibernia passi = v. *Boetius Episcopus*.

L X X X I V. 69.

ANONYMI 14. Aquitani = nisi sint iidem cum illis, qui dicuntur passi cum *Gerardo Molmerio*, & dicuntur 10.; hi vero 14. cum *Bernardino Molmerio*.

L X X X V.

ANONYMI 14. Lithuani, quos *Petrus Gastoldus* Podoliæ Palatinus ex Russia, & Podolia Wilnam an. 1332. invitaverat, ut Lithuanis gentili adhuc ritu viventibus Christi fidem prædicarent; absente *Gastoldo*. dum fidem sanctam seminare satagunt, a populo tumultuante partim jugulantur, & exuruntur, partim crucibus affixi fluvio Viliæ submerguntur: quorum corpora a *Gastoldo* reverso reperta in loco, ubi postea, & hodie est Cœmeterium Templi *S.Crucis* Wilnæ, sepulta sunt: quo loco etiam hodie crux eorum memoriæ conservandæ visitur cum hac epigraphi: *Jesu Christo Crucifixo, & memoriæ* XIV. *Martyrum Ord. S. Fr. Min. Con., qui primi in M. D. L. fidem Christianam plantaverunt, atque anno 1333. martyrio coronati hoc in loco requiescunt.* Ita refert Marcus Corona in Speculo prov. Russiæ, & M. D. L., & Matthias Stricovius in Descript. M. D. Lithuan. apud cit. Biernaki in Speculo Min. tit. 21. n. 3. Horum encomium, & laudes cecinit Dom. Jo: Anchuzeniz Electus Kioven. ob sanitatem eorum intercessione receptam an. 1545., ut est apud Rodulphium, & Waddiugum ad an. 1325. n. 28., quem vide etiam ad an. 1324. n. 27., & 1343. n. 18. una cum nostro Supplemento ad Annales ejusdem an. 1324. n. 27.

L X X X V I. 70.

ANONYMI 16. Damasci = ex cit. Chron. Marci Ulyssipon. par. 2. lib. 9. cap. 26.

L X X X V I I. 71.

ANONYMI 18. = prope Viennam Austriæ ad tria milliaria a Turcis, qui Ungariam pessundabant ex 4. par. Chron. S. Franc. lib. 3. cap. 38. a Barretio edita, & ex Hist. provinciæ Austriæ Min. Conv. fol. 25.

L X X X V I I I. 72.

ANONYMI 20. apud Mediolanum =

L X X X I X.

ANONYMI 25. in mari Cyprio an. 1426. a Sultano Ægypti ob fidem Christi trucidati ex Waddingo ad eum annum num. 9.

X C. 73.

ANONYMI 32. in Anglia =

X C I. 74.

ANONYMI 35. Wilnæ = omnes anno 1341. die 24. Maii martyrio affecti cum *Gastoldo* I. Episcopo Wilnensi, & sepulti in Æde S. Martæ ad Arenas, ut ex Martino Baronio apud Biernaki in Speculo Min. art. 21. num. 5., & seqq., ubi & nonnullorum nomina produntur; & aliorum apud eumdem Baronium haberi dicuntur. Legendus est & autor Supplementi Annal. Waddingi ad hunc annum 1341. num. 2., & seqq. Horum tamen non meminit Pisanus noster, neque autor Chronic. 24. Gener. Ordinis.

X C I I. 75.

ANONYMI incerti numeri Acconenses = nisi sint illi 7. cum *Jacobo Custode Syriæ*, & *Hieremia*.

X C I I I. 76.

ANONYMI Belgæ =

X C I V. 77.

ANONYMI Burgundi =

X C V. 78.

ANONYMI Chilenses =

X C V I. 79.

ANONYMI Flandri =

X C V I I.

ANONYMI Galli Apamienses, ut infra in *Petro de Pulchro Monte*.

X C V I I I.

ANONYMI Germani Wittembergæ = vide *Adolphus Ardolfi*.

X C I X. 80.

ANONYMI Leopolienses = non anno 1343., sed 1241., ut infra in *Stanislao Leopolensi*.

C. 81.

ANONYMI Lunelli in Gallia =

C I. 82.

ANONYMI Saxones =

C I I. 83.

ANONYMI Siculi = alibi etiam ob eam causam necati sunt: nam Laudæ Pompeiæ in Insubria *quidam Frater* Minorita combustus asseritur circa an. 1240. a civibus Friderico II. anathemate icto adhærentibus; ut habet epistola Innocentii IV. anno 1252. data, & ab Ughello to. 4. Ital. sac. in Lauden. Episc. num. 32. relata.

C I I I.

ANONYMI Tartari, Orientisque cum variis temporibus, & locis, tum anno circiter 1380., quando ab Hombu Sinarum Rege victi sunt, pulsique ex eo regno Tartari, qui illud annos 93. tenuerunt anno circit. 1292. ab Uzou Magno Tartarorum Chamo occupatum: & Franciscani in Septentrionali *Sinarum* parte ad mare Æoum Episcopatum *Saiton* ab anno 1307. rexerant ex Hist. Sinen., & Reg. Vatic. apud Annal. Min.

C I V. 84.

ANTONIUS ABBAS = de quo & inter Scriptores agitur.

C V.

ANTONIUS BADAJOZ Hispanus provinciæ S. Gabrielis Strict. Observ. Laicus, & socius, interpresque *Michaelis de Añon* provinciæ Castellæ Reg. Observ. Concionatoris, ac Martyris Assopi in Indica Gualensi provincia Floridæ Americanæ pro Christo martyrium passus est an. 1597. die 8. Septembris ex Joan. a S. Antonio in Catalogo Martyr. Discalceat. Vide *Michael de Aᵹnon*.

C V I. 85.

ANTONIUS BENAULT =

C V I I.

ANTONIUS A S. BONAVENTURA Commissarius Generalis in Japponia post durum Vomuræ carcerem an. 1628. die 8. Septembris Nangasachi una cum *Fr. Dominico Nangasachensi* Japponensi Laico ejusdem Ord. vivus comburitur ex Process. Congr. sac. Rit. an. 1668., 1675., 1685., & 1690. ex Jo. a S. Antonio in Catal. Script., & Mart. Discalceatorum. Fuit provinciæ S. Pauli alumnus.

C V I I I. 86.

ANTONIUS BRORBEUS =

C I X. 87.

ANTONIUS BRUNELLUS =

C X. 88.

ANTONIUS CARBONARIUS =

C X I. 89.

ANTONIUS CHAULI in India =

C X I I. 90.

ANTONIUS COLLARIS =

C X I I I. 91.

B. ANTONIUS DUISCO =

C X I V. 92.

ANTONIUS GAJINS =

C X V.

ANTONIUS GERMANUS = V. *Fridericus Germanus*.

C X V I. 93.

ANTONIUS HORNARIENSIS =

C X V I I. 94.

ANTONIUS MALIN =

C X V I I I. 95.

ANTONIUS Martyr =

C X I X. 96.

ANTONIUS MEDIOLANENSIS =

C X X.

ANTONIUS A PETRA PAGANA provinciæ Neapolit. una cum *Josepho Tortulano* Atinensi provinciæ Romanæ, & *Felice a S. Severino* Picenæ provinciæ in insula Suachen Maris Rubri an. 1648. a Turcis pro Christi fide passi sunt ex autore Menologii Franciscani, Seraphicique sub die 4. Maji.

C X X I. 97.

ANTONIUS DE PULCHROVISU, alias *Bellovisu* =

C X X I I. 98.

ANTONIUS A ROSATE =

C X X I I I. 99.

ANTONIUS A RUPE =

C X X I V. 100.

ANTONIUS Salmastræ =

C X X V. 101.

ANTONIUS A S. ANNA = huic *Epistolam* attribuit Joannes a S. Antonio in utraque sua Bibliotheca; & ex oppido Passeron. Extremaduræ, genere clarum, & provinciæ Sancti Pauli alumnum dicit.

C X X V I.

ANTONIUS A SANCTO FRANCISCO = v. *Franciscus a S. Maria*.

C X X V I I. 102.

ANTONIUS A S. MARIA =

C X X V I I I. 103.

ANTONIUS DE SAXONIA = hi 5. Martyres a Bartholomæo Pisano Conformit. VIII. par. 2. in Vicaria Bosnæ ita vocantur: *Andreas Hungarus*; *Gregorius de Jadra*; *Nicolaus de Marchia*; *Benedictus Apulus*; & *Thomas Fulginas* Laicus: Waddingus vero habet, ut est apud Marcum Ulyssipon. Chron.

Chron. par. 2. lib. 9. cap. 30. ex antiquis Chronicis, & Mariano ad an. 1369. n. 11., al. 1379.

C X X I X.

ANTONIUS A SEPTEM-CASTRIS Tertii Ordinis sub an. 1450. ad ripam Danubii in Bavaria, ubi per aliquot annos moram traxerat, ob Christi fidem martyrio coronatur; uti ex Monum. Chron. prov. Bavariæ perhibet autor Supplem. Annalium Min. Waddingi ad eum an. n. 4.

C X X X. 104.

ANTONIUS A TURNO =

C X X X I. 105.

ANTONIUS VALIOT =

C X X X I I. 106.

ANTONIUS WERTENSIS =

C X X X I I I. 107.

APOLLINARIS Arimæ = de quo Joannes a S. Antonio.

C X X X I V. 108.

APOLLINARIS FRANCUS = ex oppido Aguillar de Campo, de quo inter Scriptores, passus Vomaræ die 12. Septembris cum duobus Fratribus *Ord. S. Dominici* ex Proces. Congreg. sac. Rit. an. 1675. De eo Joan. a S. Anton. in utraque sua Biblioth.

C X X X V. 109.

ARNALDUS VIGANULTUS =

C X X X V I. 110.

ARNOLDUS KNAFER =

C X X X V I I. 111.

AUGUSTINUS RODERICUS =

B

C X X X V I I I. 112.

BALTHASAR HISPANUS =

C X X X I X. 113.

BALTHASAR A PRATO =

C X L. 114.

BARTHOLOMÆUS GENECTAR

C X L I.

BARTHOLOMÆUS ITALUS = v. *Fridericus Germanus*.

C X L I I.

BARTHOLOMÆUS LARUEL Hispanus = v. *Franciscus a S. Maria*.

115.

BARTHOLOMÆUS MARTINOZZUS = vocabatur *Joannes* ex monumentis Montis Politiani. Error fluxit ex Pisano Confor. VIII. par. 2. in *provin. Terræ Sanctæ*.

C X L I I I.

BARTHOLOMÆUS XIMENEZ ex vico Injesta diœcesis Conchensis in Hispania Discalceat. provinciæ Valentiæ, ac S. Joannis Baptistæ alumnus, prædicator fervidus a Mahumetanis in quodam itinere deprehensus, in odium fidei Christi, quam ipsis prædicare sategit, capite cæsus est, corpusque ejus in veterem cisternam projectum, & miro modo demonstratum a suis Fratribus an. 1609. extractum in Acorensi S. Antonii Cœnobio tumulatum fuit ex Antonio Panes to. 1. Chronic. prov. S. Joannis, Antonio Huerta, Benedicto Mazzara in Legend. Francisc. ad diem 10. Junii, & Joan. a S. Anton. in Catal. Martyr. Discalceat.

116.

BASILIUS in Prussia = alias *Bosilus*, & *Voislaus* = v. *Conradus* in Prussia; & *Voislaus*.

C X L I V. 117.

BENEDICTUS APULUS = *Ladislaus Hungarus* habetur in *Antonio de Saxonia* loco *Benedicti*

C X L V. 118.

S. BERARDUS Marochii =

C X L V I. 119.

BERNARDINUS, vel *Bertrandus* Cosinus =

C X L V I I.

BERNARDINUS A LEUTO verbi divini strenuus, fervidusque prædicator ob Christi fidem palmam martyrii obtinuit an. 1376. die 6. kal. Junii ex Cavallo, & Bajardo Catal. SS., & BB. Ordinis apud Supplem. Annal. Min. ad eum annum.

C X L V I I I. 120.

BERNARDINUS MOLMERIUS = forsan idem, ac *Gerardus Molmerius* infra.

C X L I X. 121.

BERNARDUS A TURGA =

C L. 122.

BERNARDUS BOERINUS =

C L I. 123.

BERNARDUS DALFNCUS =

C L I I. 124.

BERNARDUS GENESIUS =

C L I I I. 125.

BERTRANDUS A LAZANOBA =

C L I V.

BLASIUS in Livonia anno 1370. una cum *Hieronymo*, *aliisque*, ut infra in *Hieronymo Guardiano*.

C L V. 126.

BLASIUS PALOMINUS = ex oppido Higuera Giennen. diœces. provinciæ Granaten., uti scribit Joannes a S. Antonio, qui *epistolas graves* ei tribuit, quarum unam edidit Fr. Alphonsus de Torres in Chron. provinciæ Granaten. tract. 3. cap. 14. De eo Arturus ad diem 6. Januarii.

C L V I. 127.

BLASIUS RODERICUS = in quodam pago Vallis Placentini in Extremadura natus, provinciæ S. Gabrielis alumnus Topiqui in Florida Americana an. 1595. passus dicitur a Joanne a S. Antonio.

C L V I I.

BLASIUS in Valachia, apud *Sereth* civitatem una cum *Marco* pro Christiana fide nobile martyrium consumarunt anno 1340. die 14. Junii ex Martino Baronio in Catal. SS. apud Biernaki Specul. Min. tit. 21. num. 10.

C L V I I I.

BOETIUS Episcopus in Hybernia ex 3. Ordine S. Francisci assumptus cum 13. *Sociis* ejusdem Instituti eo in regno ab hæreticis circa annum 1650. cruciatus, verberatus, & in crucem actus est, ubi cum diu astantibus catholica dogmata concionibus ingereret, demum ab impiis evulso radicitus corde animam Deo reddidit, ut ex Diariis retulit autor coævus Franciscus Bordonus in Chronol. 3. Ordinis cap. 34. num. 34., & cap. 37. num. 6.

C L I X.

BOGUSLAUS POLONUS = v. infra *Joannes Hungarus* an. 1498.

C L X. 128.

B. BONAVENTURA DUISCO =

C L X I. 129.

BONAVENTURA Lithuanus =

C L X I I. 130.
BONAVENTURA ROO =

C

C L X I I I 131.

CAROLUS LUSACHIUS =
C L X I V. 132.
CATELLANUS FABRI = al. *Cathalanus*: erat Vicarius Inquisitoris Provinciæ in Gallia.
C L X V. 133.
CHERUBINUS A CIVITELLA =
C L X V I. 134.
CHRISTIANUS SUI =
C L X V I I.
CHRISTOPHORUS COLMANUS Apostolicæ Missionis in Angliæ regno munere fungens post mortis latam in eum sententiam propter strenuam Catholicæ fidei confessionem in carcere Londini moritur; cum ibi ediditset rithmo Anglico *Mortis duellum* an. 1628., ut ipsemet Waddingus habet in Append. ad Scriptores,
C L X V I I I.
CHRISTOPHORUS GERMANUS = v. *Fridericus Germanus*.
C L X I X.
CLARA JAPONENSIS Pauli Martyris uxor, & 3. Ordinis S. Franc. Soror post vincula, & exilium pro Christi fide in ignem viva injecta martyrium constanter, glorioseque subiit die 10. Januarii 1630. Zamagatæ in Japonia ex Cardoso, aliisque apud Joannem a S. Antonio.
* CLAUDIUS BOLETUS = v. *Claudius Roletus*.
C L X X. 135.
CLAUDIUS GABRIEL FABRI =
C L X X I. 136.
CLAUDIUS MONCARDETUS =
C L X X I I. 137.
CLAUDIUS ROLETUS =
C L X X I I I. 138.
CLEMENS GALLOYS =
C L X X I V.
CLEMENS GERMANUS = v. *Fridericus Germanus*.
C L X X V. 139.
CONACIUS MACUARTA =
C L X X V I. 140.
CONACIUS ORVORK =
C L X X V I I. 141.
CONRADUS DE ALBIS = *de Allis* dicitur in Catalogo SS. Fratrum Minorum edito anno 1336. altas cit., & in Chronico Jordani anno circiter 1330. scripto.
C L X X V I I I.
CONRADUS MOLITORIS Saxo provinciæ S. Crucis anno 1532. a Lutheranis in itinere gladiis confossus est, teste Waddingo ad eum annum num. 25.
C L X X I X. 142.
CONRADUS in Prussia = memoratus Catalogus SS. Fratrum Minorum habet: *In Prussia Fr. Corradus Martyr; qui fuerunt pro prædicatione fidei martyrizati*: ubi apparet deesse nomen alterius Martyris, nempe *Foisdai*, ut habent antiqua Ordinis Chronica apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 2. libro 5. cap. 15., ubi dicitur *Bosilus*; sed corrupte translatus ex latino in hispanum, & inde italice.

C L X X X. 143.
CONRADUS DE SAXONIA = de eo & cit. Chronicon Jordani.
C L X X X I. 144.
B. CORNELIUS BATAVODURUS = *Tertiarius* dicitur in *Nicolao Pikio*; *Laicus* vero Ordin. Min. in Lection. Breviarii.
C L X X X I I. 145.
CORNELIUS DUBENIUS = Episcopus Dunen., & Conneren. an. 1582. creatus obiit Martyr anno 1613. ex Arturo in Martyrol.
C L X X X I I I. 146.
CORNELIUS MUSSIUS = *Tertii Ord.* S. Franc., de quo dixi supra inter Scriptores, ubi ejus memoriam omnisit Waddingus: de eo & Bozius de Signis Eccles. lib. 11. cap. 1. num. 6., ubi ejus martyrium describit.
C L X X X I V. 147.
CORNELIUS OBJECTUS =
C L X X X V. 148.
CORNELIUS A PLATEA =
C L X X X V I. 149.
COSMAS A S. DAMIANO = Cosmus a *S. Francisco* provinciæ Beticæ alumnus dicitur a Waddingo in Annal. Min. ad an. 1342. n. 61.
C L X X X V I I.
COSMAS A PLAGIS provinciæ S. Gregorii in Insulis Philippinis alumnus in fidei confessione post diversa tormenta tandem martyr evasit ex Joanne a Jesu, & Joanne a S. Antonio.
C L X X X V I I I.
B. COSMAS TAQUIAS unus ex 17. Tertiariis Martyribus Japonen. una cum B. *Petro Baptista*, & aliis, ut ibi; quamquam eo loci hujus oblitus est Waddingus. De eo Joan. a S. Antonio, & alii apud eum.

D

C L X X X I X. 150.

DAMIANUS VALENTINUS = de quo Joan. a S. Auton. ex variis autoribus.
C X C. 151.
DANIEL ARENDOK = addatur *Engelbertus Terborgius*, de quo Waddingus infra; erantque 5. socii.
C X C I. 152.
S. DANIEL = a Belvederio Calaber, ejusdem provinciæ Minister in vinculis scripsisse cum sociis dicitur *Apologiam suæ prædicationis*, quam edidit D. Cornejus to. 2. Chron. Ord. Min. lib. 3. cap. 50. ex Joan. a S. Anton. to. 1. pag. 388.
C X C I I. 153.
DANIEL O NEILAN =
C X C I I I. 154.
B.DEMETRIUS DE TEFLISIO = natione Georgianus passus est a Saracenis *Thamnæ*, al. Thanæ in India Orientali. V. *Thomas Tolentinas*. Alius *Demetrius*, si tamen alius est, dicitur passus in *Tartaria* juxta Waddingum in Annal. Min. ad an. 1314. n. 14., sed vereor autorem lapsum; uti lapsus est ad an. 1321. n. 1., ubi existimavit *Demetrium* Teflisien. passum Thamnæ, vel Thanæ in *Vicaria Aquilonari*, al. Tartaria; confunditque Thanam cum Thamna.
C X C I V. 155.
DERMITIUS MULRONIUS =
* DEODATUS DE RUTICINO provinciæ Aquilis_

taniæ dicitur a Rodulphio lib. 1. fol. 98., *Donatus* vero a Marco Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 1. cap. 9., ut infra in *Donato Ruticin.*

C X C V.

DIDACUS A CRUCE, seu de Palomares provin. S. Gregorii Philippin. Insul. anno 1609. Japonice conversioni insudans pro Christi fide immolatus est, ut ex Joan. a Jesu, & Tiburtio Navarro tradit Joan. a S. Antonio.

C X C V I.

DIDACUS A S. FRANCISCO Discalc. = v. *Thomas Quizo* infra.

C X C V I I.

DIDACUS A S. FRANCISCO de Membrilla = v. inter *Scriptores*

C X C V I I I.

DIDACUS GERMANUS = v. *Fridericus Cermanus*.

C X C I X. 156.

DIDACUS HISPANUS =

C C. 157.

DIDACUS MANNOSIUS =

C C I. 158.

DIONYSIUS LAICS = Jo:Boterus in *Relatione Mundi novi* par.4. lib.3. cap. . . de quibusdam occasionibus, ob quas Indi male habiti sunt, hunc annó 1519., non 1521. matyrio affectum dicit.

C C I I.

DIONYSIUS LITHUANUS unus ex 35. Minoritis, qui anno 1341. die 24. Maji una cum *Gastoldo* Wilnæ Episcopo pro Christi fide occubuerunt, ut ex Martino Baronio in Catal. SS. refert Biernaki in Speculo Min. tit. 21. n. 7., ubi & dicitur *Procuratoris* officio functus.

C C I I I. 159.

DIONYSIUS PONTANUS =

C C I V.

DIONYSIUS POSNANIENSIS sac. Theol. Baccalaureus unus e 12. fuit, qui an. 1260. die 2. Februarii a Tartaris Zavichosti una cum pluribus Sororibus *S. Claræ* martyrium adepti sunt ex cit. Martino Baronio apud Biernaki Speculum art. 18. num. 18.

C C V. 160.

DOMINICUS N. Polocensis =

C C V I. 161.

DOMINICUS BERALDUS =

C C V I I. 162.

DOMINICUS GODARDUS =

C C V I I I.

DOMINICUS HUNGARUS an. 1334. in Tartaria vivus pro Christi fidei confessione excoriatur, & in tormentis laudes Deo decantabat, quod dignus sit habitus, qui pro nomine Jesu tormenta pateretur; ut ex Chronicis antiquis refert Waddingus in Annal. ad an. 1334. n. 19.

C C I X.

DOMINICUS JAPONIUS 3. Ord. S. Francisci Toquinzu in Vomuræ regno, eo quod calices, aliaque instrumenta sacra tradere noluerit infidelibus, vivus combustus est die 10. Septembris 1628. ex variis autoribus apud Joan. a S. Antonio.

C C X. 163.

DOMINICUS Marrochii passus =

C C X I.

DOMINICUS MATZURO Japo 3. Ord. S. Franc. eo quod FF. Petrum de Avila, & Vincentium a S. Joseph hospites haberet, ac erga eos charitatis officia exerceret, lento igne combustus, lanceis transfixus, demumque in odium fidei capite cæsus fuit Nangasachi die 14. Februarii 1621. ex Joan. a S. Antonio.

C C X I I.

DOMINICUS NANGASACHENSIS = v. *Antonius a S. Bonaventura*.

C C X I I I. 164.

DONATUS HEINRECHAM =

C C X I V. 165.

DONATUS O RUAIRK =

C C X V. 166.

DONATUS DE RUTICINIO = al. *Deodatus* ex Rodulphio lib. 1. fol. 98.

C C X V I. 167.

S. DONALUS Martyr Septæ =

E

C C X V I I. 168.

EDMUNDUS SIMON =

C C X V I I I. 169.

ELECTUS in Africa =

C C X I X. 170.

ELECTUS alius in Africa =

C C X X.

EMMANUEL GERMANUS = v. *Fridericus Germanus*.

C C X X I. 171.

ENGELBERTUS TERBORGIUS =

C C X X I I. 172.

ESMALIUS VINACRIUS.

F

173.

FELIMEUS HARA = v. *Phalimæus O-Hara*.

C C X X I I I.

FELIX A S. SEVERINO Picenæ provinciæ una cum *Antonio a Petra Pagana*, & *Josepho Torculano* an. 1648. die 4. Maji passus est; ut supra in *Antonio a Petra Pagana*.

C C X X I V. 174.

FERGALIUS VARDÆUS =

C C X X V. 175.

S. FIDELIS A SIGMARINGA = natus Sigmaringæ Sveviæ oppido ex *Reyorum* familia primum J. U. Doctor, & causarum Patronus, postea Capuccinorum Institutum amplexus cum Apostolicarum Missionum in Rhætia a sac. Congregatione de Propaganda Fide tunc institutarum Præfectus esset electus, & aliquandiu in retinenda, promovendaque Catholica Religione verbo, & exemplo summopere insudasset, an. 1622. die 24. Aprilis apud Sevisium oppidum ab hæreticis martyrio coronatur annos natus 45.; primitiasque Martyrum memoratæ Congregationis proprio sanguine consecravit: pluribus exinde signis, & miraculis clarus Curiæ præsertim, & Veldekirchii, ubi magna populorum veneratione illius reliquiæ asservantur, anno 1729. inter *Beatos*, & 1746. a Benedicto XIV. inter *Sanctos* enumeratus est.

C C X X V I. 176.

FORTIS Mausiaci =

CCXXVII. 177.

C C X X V I I. 177.

FRANCISCUS ÆGIDIUS =

C C X X V I I I. 178.

FRANCISCUS ALEXANDRINUS =

C C X X I X. 179.

FRANCISCUS BATTAULT = al. *Battaldus*.

C C X X X.

FRANCISCUS BELLUS Anglus ea in provincia Definitor, sacræ linguæ Professor, & primus restauratæ provinciæ Scoticæ Minister post varios in Apostol. Missione Anglicana labores toleratos martyrio Londini anno 1643. coronatur, ut habet Waddingus in append. ad Scriptores, ubi nonnulla ejus *Opera* recenset. Ejus *Vitam*, & *Martyrium* edidit Jacobus Buschetus Paris. 1644.

C C X X X I. 180.

FRANCISCUS A BLANCO = de quo Joannes a S. Anton. in utraque sua Bibliotbeca, qui *Monita* ad Comitem de Monte Rey, & *Epistolas* ei tribuit ex Marcello de Ribadeneira, & Ludov. de Froys.

C C X X X I I. 181.

FRANCISCUS BOURGOVINUS =

C C X X X I I I. 182.

B. FRANCISCUS BRUXELLENSIS =

C C X X X I V. 183.

FRANCISCUS BURGUNDUS =

184.

FRANCISCUS BUTALDUS = al. *Battault* vulgo, de quo supra.

C C X X X V. 185.

B. FRANCISCUS CARPINTERUS = de quo Joan. a S. Antonio.

186.

FRANCISCUS DUBRADANIUS = al. *Drovadeynes* vulgo, de quo infra.

C C X X X V I.

FRANCISCUS CUFIOYE = v. *Franciscus a S. Maria*.

C C X X X V I I. 187.

FRANCISCUS A CHRISTO =

188.

FRANCISCUS CIRIANUS = al. *Ziranus*, de quo etiam infra quasi de diverso agitur, cum sit idem.

C C X X X V I I I. 189.

FRANCISCUS COLIS =

C C X X X I X. 190.

FRANCISCUS DONZELUS =

C C X L. 191.

FRANCISCUS DROVADEYNES = al. *Dabradanius*, de quo supra.

C C X L I.

FRANCISCUS FAMPEILAPO 3. Ord. S. Francisci Vomuræ quod FF. S. Francisci Missionis Apostolicæ foveret, pro Christi fide martyrio coronatus est m. Julio 1621. ex Scriptoribus apud Joan. a S. Antonio.

C C X L I I. 192.

FRANCISCUS GALBA = *Galae* e Valentia Hispaniæ ortum duxit, prov. S. Joan. Baptistæ Discalceat. alumnus ex Joan. a S. Antonio.

C C X L I I I.

FRANCISCUS GAYO, al. Ygayo-Japo 3. Ord. S. Franc. anno 1627. die 17. Augusti cum aliis pro fide Christi Nangasachi combustus fuit ex variis Scriptoribus apud Joannem a S. Antonio.

C C X L I V. 193.

FRANCISCUS LAUDEGARIUS =

C C X L V. 194.

FRANCISCO LAURENTIUS =

C C X L V I. 195.

FRANCISCUS LOPETIUS =

C C X L V I I.

FRANCISCUS LITHUANUS cum sociis *Petro*, *Paulo*, & *Leonardo* in persecutione infidelium Duce Kyoviensi Daniele ob Christi fidem *Wilnæ* an. 1403. martyrium pertulit, ibique in Æde B. M. V. apud suos Sodales sepultus est die 7. Augusti non sine miraculorum gloria, teste Martino Baronio cit. apud Biernaki Speculum art. 32. n. 11.

C C X L V I I I. 196.

FRANCISCUS Manicis-Cophrorum =

C C X L I X.

FRANCISCUS MATTHÆI Corcagiensis Hibernus Theologus, & in jure Canonico eruditus, Guardianus Collegii Lovanien., & Hiberniæ provinciæ Minister postquam varia composuisset, & multas in persecutione ærumnas pertulisset, occisus est crudeliter vario tormentorum genere in patria ab hæreticis Puritanis anno 1644., uti perhibet Waddingus in Scriptor. Ord. Min. pag. 123.

C C L. 197.

B. FRANCISCUS Medicus = patria Meacensis ex Joan. a S. Antonio.

C C L I. 198.

FRANCISCUS MEERFECANUS =

C C L I I. 199.

FRANCISCUS MIRABELLUS =

C C L I I I. 200.

FRANCISCUS NEAPOLITANUS =

* FRANCISCUS DE PARILLA = v. *Franciscus a S. Michaele*.

C C L I V. 201.

FRANCISCUS PARRODI =

C C L V. 202.

FRANCISCUS PELLICERIUS =

* FRANCISCUS PENNEMANUS = v. *Joannes Penneman*.

C C L V I. 203.

FRANCISCUS DE PETRIOLO = corrupte de *Petrillo*; diœcesis Firmanæ oppidulo, anno 1314. passus est juxta relationem apud Waddingum in Annal. ad an. 1314. num. 19. Ille vero *Fr. Franciscus*, quem B. Odoricus apud cit. Waddingum ad an. 1307. n. 14. dicit in Tartaria cæsum super altare, dum sacrum haberet, aut alius est; aut erratum ab historico.

C C L V I I. 204.

FRANCISCUS POGETIUS =

* FRANCISCUS A S. Andrea prov. S. Gregorii unus ex illis Discalceatis dicitur, qui anno 1619. e Philippin. Insulis in Japonium intraruut, crediturque martyrium subiisse; sed incertum ex Joan. a S. Anton., ut & *Franciscus de Varajas*.

C C L V I I I. 205.

FRANCISCUS A S. BONAVENTURA =

C C L I X.

FRANCISCUS A S. ILDEPHONSO prov. S. Joseph alumnus cum esset Guardianus Conventus Iguei prov. S. Gregorii in insulis Philippin. in arctam custodiam a Mauris conjectus, variisque suppliciis cruciatus pro catholica fide usque ad mortem fideliter, constanterque certavit an. 1636. ex Joan. a Jesu, & Joan. a S. Antonio.

CCLX

C C L X.

FRANCISCUS A S. JOANNE Sacerdos Strict. Observ. prov. S. Didaci in Mexico anno 1596. Japonibus infidelibus sociatus, ut in Sinarum regionem trajiceret, cum in voluntarium homicidium, gravemque membrorum mutilationem, quam ab ipsis Japonibus fieri cernebat, ne in manus Sinensium inciderent, graviter, vehementerque inveheret, ab illis trucidatus est ex Francisco a S. Agnete, Joanne a Jesu, & Joanne a S. Antonio.

C C L X I.

FRANCISCUS A S. MARIA Hispanus ex oppido Montalbanejo diœcesis Toletanæ, provinciæ S. Joseph alumnus, Concionator, & Commissarius Generalis sui Ordinis in Japonia una cum *Fr. Bartholomæo Laruel* Hispano, & *Fr. Antonio a S. Francisco* Japonensi Laicis ejusdem Ordinis, nec non aliis Japonensibus 3. Ordinis S. Francisci *Thoma Fò*, *Francisco Cufioye*, *Luca*, *Michaele*, & *Ludovico* nec non *Gaspare Vas* Lusitano pro Christi fide Nangasachi an. 1627. die 17. Augusti vivi sunt combusti ex Process. Congreg. sac. Rit. ann. 1668., 1675., 1687., & 1690.; de quibus Joannes a S. Antonio.

C C L X I I.

FRANCISCUS A S. MARIA alter prov. S. Joseph unus ex illis, qui cum Fr. Petro de Alpharo ad Philippinas Insulas pro fundanda S.Gregorii provincia missi sunt; sed non multo post in Burneo insula jussu Regis Mahumetani pro fidei Christi prædicatione necatus ex variis autoribus apud Joan. a S. Antonio.

C C L X I I I. 206.

B. FRANCISCUS A S. MICHAELE = al. *de Parilla*, nobilitate ingenita clarus, Laicus tamen, primum provinciæ Conceptionis, postea S. Joseph alumnus ex Joan. a S. Antonio. De eo Antonius Daza in Vita S. Petri Regalati an. 1627. edita cap. 2., quæ legitur apud Bollandios ad diem 30. Martii.

C C L X I V. 207.

FRANCISCUS SPOLETANUS = al. provinciæ S. Francisci ex epist. autoris Chronici attributi B. Oderico a Waddingo ad an. 1307. n. 14.; nisi sit alius.

C C L X V.

FRANCISCUS TAMAYA Japo Firoximanus parentibus nobilibus ortus a Fr. Apollinari Franco ad fidem conversus anno 1624. die 16. Februarii pro Christi fide decollatus est, cum antea vestem 3. Ord. S. Franc. assumpsisset, ut plures Scriptores habent apud Joan. a S. Antonio.

C C L X V I. 208.

FRANCISCUS TARELLUS =

C C L X V I I. 209.

FRANCISCUS ZIRANUS = al. *Ciranus* Min. Conv., de quo etiam supra.

C C L X V I I I.

FRIDERICUS GERMANUS Vicarius, & concionator Conventus Pragensis Strict. Observ. una cum *Joanne Martinez* Hispano, *Bartholomæo* Italo, & *Simone* Gallo sac. Theologiæ Professoribus; *Hieronymo* Italo Diacono, *Gaspare* Italo Subdiacono, *Jacobo*, & *Clemente* Clericis Germanis; FF. *Christophoro*, *Didaco*, & *Emmanuele* Laicis Germanis, atque *Joanne* Laico Italo cum Fr. *Joanne* Germano Clerico Novitio, & *Antonio* Germano Laico Novitio pro fide Catholica ab Hussitis hæreticis Pragæ passus est anno 1611. die 15. Febr. Eorum Martyrium descripsit Waddingus, interpolavit, vulgavitque Matthæus Strasser ejusdem Ordinis, & ex eo Benedictus Mazzara in Legend. Franciscano.

G

C C L X I X. 210.

B. GABRIEL DUISCO =

C C L X X.

GABRIEL LAICUS = v. *Hieronymus de Cruce*.

C C L X X I.

GABRIEL A MAGDALENA Laicus prov. S. Joseph. Strict. Observ., inde in illam S. Gregorii Philippin. Insularum translatus ad Japones iter direxit, ut laborantibus inter persecutionis procellas Christianis opem ferret; unde etsi an. 1613. cum aliis expulsus fuisset in Sinarum regionem, anno tamen insequenti illuc reversus, ferventissime laboravit, ut in diversis Imperii Japonici partibus charitatis suæ vestigia reliquerit, & omnium etiam gentilium æstimatione plurimi duceretur; tandem anno 1633. die 3. Septembris captus, ac pluribus tentatus in aquas ferventissimas immissus est, & ex illis miraculose eductus in ardentissimum rogum injicitur, ubi orando suaviter expiravit, ex variis autoribus apud Joan. a S. Antonio. Vide *Hieronymus a Cruce*.

C C L X X I I. 211.

GALFRIDUS FERALLUS =

C C L X X I I I. 212.

GALLARDUS VIVENS = al. Vivatus.

C C L X X I V.

GUARZIA MARQUEZ Bæticus in nova Hispania Minoritanis adscitus ad provinciam S Gregorii, indeque ad Japones transiens Christum prædicando, in Insula de Xicoano apprehensus siti, fame, variisque ærumnis pro Christi nomine toleratis in vinculis obdormivit in Domino ex Laurentio de Padilla apud Joan. a S. Antonio.

C C L X X V.

GASPAR ITALUS = v. *Fridericus Germanus*.

C C L X X V I.

GASPAR VAS Lusitanus 3. Ordinis S. Francisci in Japoniam cum transiisset cum aliis Fratribus S. Francisci pro infidelium conversione, Nangasachi igne crematus est. v. *Franciscus a S. Maria*.

C C L X X V I I. 213.

GASTOLDUS WILNENSIS = Podoliæ Palatinus an. 1332. sacro fonte renatus fidei Christianæ in Lithuaniam propagandæ zelo succensus 14. Fratres Ord. Min. ex Russia, & Podolia Wilnam invitavit; postmodum ipse sumpto D.Francisci Instituto factus est primus Lithuanorum Vilnæ Episcopus; sed dum instruendis populis, divinoque eloquio corroborandis strenuam navabat operam, ab idololatris una cum 35. Fratribus Ord. Minor. pro fide Christi martyrio coronatur an. 1341. die 24. Maji, ut ex Martino Baronio alias cit. refert Biernaki in Speculo Min. art. 21. n. 3. & seqq., ubi & dicitur *Petrus Gastoldus*; forsan quod in Baptismo nomen *Petri* assumpsit. Sociorum nomina sunt ista: *Stanislaus Cracoviensis* non Episcopus, sed sac. Theol. Doctor, *Martinus Drohobicen.* sac. Theolog. Doctor, *Isidorus Kijovien.* Doctor, *Irenæus Iaroslavien.* sac. Theol. Doctor, *Hyacinthus* nobilis Lithuanus Baccalaureus, *Dionysius* Lithuan. Procurator, *Gotardus* Laicus; ceterorum vero nomina legi-

gi dicuntur apud Martinum Baronium in Catalogo SS., quem videre non licuit.

CCLXXVIII.

GENESIUS DE QUESADA provinciæ Carthagi-nen. alumnus, & sac. Theol. Lector ad eam S. Gregorii Philippinar.Insular. translatus est; inde in Japoniam ingressus prædicandi verbi divini causa, primo in tetrum carcerem trusus est, postea ligatis ad trabes pedibus, capiteque in subterraneam speluncam scorpionibus, viperis, aliisque venenatis bestiolis plenam pendente, deficiente sensim halitu migravit ex hac vita an. 1633. una cum *Jo: de Torella* ex diversis Scriptoribus apud Joan. a S. Antonio.

CCLXXIX. 213.

GENTIANUS CORDIER =

CCLXXX. 214.

GENTILIS A MATELICA =

CCLXXXI. 215.

GERARDUS BONETUS =

CCLXXXII. 216.

GERARDUS GERMANUS =

CCLXXXIII. 217.

GERARDUS MOLMERIUS =

CCLXXXIV.

GERARDUS, & *Marquildus* an. 1247. pro Christi fide post varia tormenta a Tartaris crudelissime necati in Cremenetz civitate Volchinii apud suos tumulati non sine sanctimoniæ signis, quemadmodum ea cit. Martino Baronio habet Biernaki Speculum art. 18. n. 11.

CCLXXXV. 218.

GODEFRIDUS ANGLUS =

CCLXXXVI. 219.

B. GODEFRIDUS MERVELLANUS =

CCLXXXVII. 220.

GONDISALVUS Laicus = socius Fr. *Joannis Ethei*, de quo infra.

CCLXXXVIII. 221.

B. GONSALVUS-GARSIA = in India Orientali natus, de quo Joan. a S. Antonio.

CCLXXXIX. 222.

GORGONIUS A MALDEBERTO =

CCXC.

GOTARDUS Laicus unus e 35. Martyribus fuit, qui anno 1341. Vilnæ cum B. *Gastaldo* Episcopo martyrium adepti sunt ex cit. Biernaki Speculo art. 21. n. 7.

CCXCI. 223.

GRATIANUS MOYSAUT =

CCXCII.

GREGORIUS A CIVITATE NOVA Polonus an. 1498. cum Samboriensis Cœnobii Pastor esset, & ut ajunt, *Guardianus*, a Turcarum militibus urbem illam invadentibus multis tormentis cruciatus est, & tandem vivus excoriatus; ut infra in *Joanne Hungaro*.

CCXCIII. 224.

GREGORIUS TRAGURIENSIS = *de Jadra* dicitur a Barthol. Pisano Confor. VIII. par. 2. in Vicaria Bosnæ.

CCXCIV. 225.

GUIDO GERMANUS =

CCXCV. 226.

B. GUILALDUS DAMUS =

CCXCVI. 227.

GULIELMUS ANGLUS =

CCXCVII. 228.

GULIELMUS BOURGOGNE =

CCXCVIII. 229.

GULIELMUS CAMPANUS = idem est, ac *Gulielmus de Castro-maris* infra. v. *Jacobus Florentinus*.

CCXCIX. 230.

GULIELMUS CANETIBIUS =

231.

GULIELMUS DE CASTRO-MARIS = est *Gulielmus Campanus* Stabiensis. v. *Jacobus Florentinus*.

CCC. 232.

GULIELMUS CUNCTIVIUS =

CCCI. 233.

GULIELMUS GOUDAVUS = Batavus Reg. Observ. alumnus, & concionator egregius, in vinculis scripsit *epistolam consolatoriam ad matrem suam*, quam vulgavit Henricus Sedulius in Hist. Seraph. pag. 689., teste Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. Franc. in append.

CCCII. 234.

GULIELMUS MONTANUS =

CCCIII. 235.

GULIELMUS OLIS = *Gulielmus Holst* inter Martyres Belgii recensetur a Gonzaga par. 3., & a Bozio de Signis Eccl. lib. 12. cap. 22.; & forsan idem est.

CCCIV. 236.

GULIELMUS RERIARCHUS =

CCCV. 237.

GULIELMUS SCOFRE =

CCCVI. 238.

GULIELMUS SERVASIUS =

CCCVII. 239.

GULIELMUS STRAVUS =

CCCVIII. 240.

GUMIEL =

CCCIX.

GUISCARDUS CREMONENSIS patritia familia de Guiscardis J. V. D. cum Ordini Minor. se addixisset, adeo religione, ac virtutibus profecit, ut a Nicolao IV. an. 1288. Episcopus *Tripolitan.*, vel *Acconensis*, al. Ptolemaidis vulgo *Acre* in Phœnicia efficeretur; sed Melecho Babiloniæ, Ægyptique Sultano Palæstinam universam sibi vindicante, anno 1291. die 18. Maji vi, armisque Ptolemais expugnatur; cumque bonus pastor oves suas ad fidei constantiam hortaretur, ab impiis Saracenis capite quadrifariam scisso gloriosum pro Christi fide martyrium fecit: uti scribunt Anton. Campus Hist. lib. 3., Joseph Bresian. de Viris illustr. par. 1. lib. 1., Peregrinus Merula, Hieronymus Belladorius, & Arisius in Cremona liter. to. 1. n. 89., atque Rodulphius lib. 2. fol. . . in Custodia Parmensi. Omnes tamen a Campo decepti vel in toto, vel errant in nomine Episcopatus, dum *Tripolim* scribunt pro Ptolemaide, siquidem Tripolis anno 1289. capta est, non 1291.; ejusque Episcopus erat *Bernardus* non Guiscardus, qui, dum urbs expugnata fuit, ibi nequaquam erat; ut lucet ex literis Nicolai IV. In *Acconensi* autem expugnatione constat ex Chronicis antiquis, & ex S. Antonino *Minoritas* omnes, & *Clarissas* a barbaris barbare fuisse trucidatos.

CCCX. 241.

H

CCCX.

HENRICUS Cracoviensis Cœnobii moderator, & *Guardianus*, Beatæque Salomeæ Reginæ a Secretis, vir devotissimus, ac multæ doctrinæ anno 1269. a Tartaris Poloniam depopulantibus pro nomine Christi persecutionem, ac mortem una cum XI. *sociis* subire meruit apud suos Cracoviæ sepultus die 5. Junii; ut autor est Stanislaus antiquus Theologus in Vita B. Salomeæ apud Martinum Baronium, & Biernaki Speculum art. 19. n. 4.

CCCXI. 241.

HENRICUS FEMLANDHAID =

CCCXII. 242.

HENRICUS Lector Gordoni =

CCCXIII. 243.

HIEREMIAS = quem quidam dicunt a Licio; sed cum errore. v. *Jacobus a Podio*.

CCCXIV. 244.

HIERONYMUS A CORDIRACO =

CCCXV.

HIERONYMUS A CRUCE, alias de Torres Sacerdos Hispanus una cum Fr. *Gabriele* Laico Nangasachi in Japonia die 3. Septembris pro Christi fide vivi cremati sunt an. 1632. cum nonnullis aliis Christianis ex Proces. Congreg. Sac. Rit. an. 1668., & 1675. apud Joan. a S. Anton., qui eum dicit 3. Ordinis alumnum, natione Japonem, & diversum ab alio 1. Ordinis, de quo mox; sed non satis probat.

CCCXVI.

HIERONYMUS A CRUCE Japo natione, & Sacerdos, & concionator prov. S. Gregorii cum mille infideles in Japonia baptismate regenerasset, idcirco carceri damnatus, demumque vivus in ignem injectus Nangasachi die 3. Septembris an. 1632. martyrium gloriose peregit; ut ex Joanne a Jesu expromit Joan. a S. Antonio, qui ex Antonio de Huerta lib. 3. Histor. diversum hunc facit ab alio *Hieronymo* a Cruce 3. Ord. eodem anno ibidem passo.

CCCXVII. 245.

HIERONYMUS GRAISSETUS =

CCCXVIII.

HIERONYMUS, ut creditur, Polonus *Guardiani* munere fungens *Vilnæ* in Livonia cum 4. sociis *Blasio*, *Scislao*, *Vislao*, & *Vincentio*, dum incolas cultum latriæ arboribus tribuentes ab ea impietate prædicationibus avertere conatur, manibus, ac pedibus obtruncatis, parteque capitis recisa, omnes in naviculam impositi fuerunt jam mortui præter *Hieronymum* semivivum; navicula vero Dei nutu tandem ad terram Cruciferorum, Prussiamque delata, omnes ibi honorifice sunt conditi die 19. Februar. an. 1370. ex cit. Martino Baronio apud Biernacki Speculum art. 22. n. 2. Pisanus in Vicaria Russiæ *Anonymos* hos ponit.

CCCXIX.

HIERONYMUS A S. JOSEPH prov. S. Joseph alumnus, & Sacerdos cum zelo animarum ad Philippinas Insulas, & inde ad Japones enavigasset, in manus Gentilium incidit, a quibus in odium fidei, abscissis primum naribus, & auribus, in mare projectus fuit ex Joanne a S. Antonio, aliisque.

CCCXX.

HIERONYMUS A SPIRITU SANCTO Lusitanus Barcellensis Collegii S. Petri Conimbricen. primo, deinde Seraphici Ord. prov. Arabidorum alumnus literis, & virtutibus Philippo II. Hispan. Regi charus Custodis munere in Indiam missus fuit an. 1593., ubi anno 1599. ab infidelibus captus, & pro fide catholica stipiti affixus sagittis confossus est, illustreque Jesu Christo testimonium dedit martyrio coronatus ex Cardoso, & Joan. a S. Antonio.

CCCXXI. 246.

B. HIERONYMUS WERTENS =

CCCXXII. 247.

HUBERTUS A CURIA =

CCCXXIII. 248.

HUGO in Africa =

CCCXXIV. 249.

HUGO RICHEUS =

CCCXXV. 250.

S. HUGOLINUS = ejus, sociorumque *Epistola* seu *Apologia suæ prædicationis* hispanice legitur to. 1. Chron. Cornejo lib. 3. cap. 51.

CCCXXVI. 251.

HUMBERTUS COVRITIUS =

CCCXXVII.

HYACINTHUS LITHUANUS nobili prosapia natus, sacræque Theologiæ Baccalaureus fuit unus ex 35. Martyribus, qui anno 1341. die 24. Msji Vilnæ una cum B. *Gastoldo* Episcopo pro Christo passi sunt, ut cit. Biernaki Speculo habetur art. 21. n. 7.

I

CCCXXVIII. 252.

JACOBUS DE FLORENTIA = cognomento *Cinfagni* dicitur a nonnullis Florentinis Scriptoribus apud Joseph Mariam Brocchi.

253.

JACOBUS, & JOANNES = hos non alios puto, quam *Jacobum de Podio*, & *Jeremiam* hic perperam *Joannem* appellatum; de quibus infra.

254.

JACOBUS GAYFTUS = al. *Joannes* ut infra.

CCCXXIX. 255.

JACOBUS LAGGERUS =

CCCXXX. 256.

JACOBUS LAMBERTUS =

CCCXXXI. 257.

JACOBUS A LAUDA = de Villa.

CCCXXXII. 258.

JACOBUS Bevaniæ =

CCCXXXIII. 259.

JACOBUS PATAVINUS =

CCCXXXIV. 260.

JACOBUS DE PODIO = In Catalogo SS. FF. Minor. edito anno 1336. dicitur: *In provincia Terræ Sanctæ Fr. Jacobus Custos, & Martyr: Fr. Hieremias socius ejus Martyr; & alii septem Fratres nostri Minores cum eis propter religionem fidei decollati sunt, jubente Melchaza Soldano Ægypti*: quod exscripsit Bartholomæus Pisanus Confor. VIII. par. 2. in prov. Terræ Sanctæ: de iis agit & Chronicon Jordani. *Bendocdar Soldanus Babiloniæ* dicitur a Marino Sanuto ad an. 1266. apud Wadd. n. 8. apud Castrum Saphet.

C c c c c   CCCXXXV. 261.

C C C X X X V. 261.
JACOBUS SCURREMANS =
* JEREMIAS = v. *Hieremias*
C C C X X X V I. 262.
JESSE Doctor =
C C C X X X V I I. 263.
JOACHIMUS DARDANIUS =
C C C X X X V I I I.
JOACHIM JAPO 3. Ord. S. Franc. anno 1630. die 10. Januarii pro Christi fide Zamagatæ in Japonia vivus in ignem conjectus martyrii palmam promeruit ex Cardoso, aliisque apud Joan. a S. Antonio.
C C C X X X I X.
JOACHIM KROMLOWIENSIS prope Olomucium in Moravia anno 1425. cum Lectore *Petro*, alioque *Petro* Monialium a sacris Confessionibus pro catholica fide ab hæreticis Hussitis martyrio coronatus est; ut in *Petro Lectore*.
C C C X L. 264.
B. JOACHINUS SANGUIERUS = de quo Joan. a S. Antonio.
C C C X L I. 265.
JOANNA PARVA =
C C C X L I I. 266.
JOANNES AMICUS =
C C C X L I I I. 267.
JOANNES AMSTELODAMENSIS =
C C C X L I V. 268.
JOANNES APRILIS =
C C C X L V. 269.
JOANNES Armenorum Rex = antea dictus *Hayton* circa an. 1310. occubuisse fertur.
C C C X L V I. 270.
JOANNES BAPTISTA =
C C C X L V I I. 271.
JOANNES BASSONUS =
C C C X L V I I I. 272.
JOANNES BEAUVOISIM = videtur idem, ac *Joan. Vicinus*, de quo infra.
C C C X L I X. 273.
JOANNES BELVACENSIS =
C C C L. 274.
JOANNES BENEDICTUS =
C C C L I. 275.
JOANNES BERNARDUS =
C C C L I I. 276.
JOANNES BERSERIANUS =
C C C L I I I. 277.
JOANNES BOURGE =
C C C L I V. 278.
JOANNES BROSIERIUS =
C C C L V. 279.
JOANNES BRUSON =
C C C L V I. 280.
JOANNES BUNIUS =
C C C L V I I.
JOANNES DE BURGO Castri Connelli in Hibernia Dominus 3. Ord. S. Francisci anno 1610. in urbe Limirichi provinciæ Momoniæ jussu Jacobi Regia pro fide catholica martyr occubuit; ut legimus in Itinerario Abb. Joannis de Burgo par. 1. pag. 72., & 86.
C C C L V I I I. 281.
JOANNES CALABER = hujus necem in annum 1482. rejicit Bozius de Signis Eccles. to. 1. lib. 7. cap. 3.; & quidem eo anno Regem Æthiopiæ Nuncios ad Sixtum IV. misisse, eique obedientiam præstitisse, aut promisisse narrat autor illius seculi Melchior Frizola Parmen. lib. 3. de Anima num. 132., & Marianus Florent. apud Marcum Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 6. cap. 39.
C C C L I X. 282.
JOANNES CALERUS =
C C C L X.
JOANNES DE CANNO a S. Antonio Illiturgensis Biatiensis Cœnobii alumnus ad provinciam S. Gregorii in Philippinis Insulis, inde ad Japones fidei Christianæ dilatandæ causa anno 1605. se conferens doctrina, & consilio multis profuit, ac prædicationibus innumeros ad Ecclesiam Catholicam attraxit; propter quod ab idolorum cultoribus in crucem actus est, & sclopetorum ictibus transfossus an. 1624.; corpus vero ejus ad Manilense in Philippinis Insulis Cœnobium translatum requiescit ex variis autoribus apud Joan. a S. Antonio.
C C C L X I. 283.
JOANNES CAPUCIUS =
C C C L X I I. 284.
JOANNES A CETINA =
C C C L X I I I. 285.
JOANNES CHALVETUS =
C C C L X I V. 286.
JOANNES CHAMBONIUS =
C C C L X V. 287.
JOANNES CLAUSUS =
C C C L X V I. 288.
JOANNES CORNELIUS =
C C C L X V I I. 289.
JOANNES COZERIUS =
C C C L X V I I I. 290.
JOANNES DE CRUCE =
C C C L X I X.
JOANNES DAMASCENUS 3. Ordinis S. Francisci an. 1347. ob Christi fidem a Saracenis martyrio coronatur, teste Nicolao Antissa apud autorem Supplem. Annal. Min. Waddingi ad eum annum.
C C C L X X.
JOANNES Diaconus de *Nenudor* propter fidem catholicam ab hæreticis in nemore interfectus jacet in Conventu *Bithi* provinciæ *Bohemiæ*, teste Waddingo in Annal. Min. ad an. 1506. num. 11. in Indice provinciarum Ord. Min. Observ.; nisi sit *Joannes ab Hercuder*.
C C C L X X I. 291.
JOANNES ELVASIUS =
C C C L X X I I. 292.
JOANNES ETHEUS =
293.
JOANNES A FERRARIA = idem ac *Joannes ab Herrera* Hispanus, de quo infra.
C C C L X X I I I. 294.
JOANNES FORESTUS = hunc inter *Scriptores* dicit Waddingus passum an. 1538.
C C C L X X I V. 295.
JOANNES GAYETUS =
C C C L X X V.
JOANNES GERMANUS = v. *Fridericus Germanus*.
C C C L X X V I. 296.
JOANNES GIBBOSUS =
C C C L X X V I I. 297.
JOANNES GIVIDRIUS =
C C C L X X V I I I. 298.
JOANNES GOSSONIUS =

CCCLXXX.

C C C L X X I X. 299.
JOANNES GRAYUS = de quo & inter Scriptores actum est.
C C C L X X X. 300.
JOANNES GUILLOTUS =
C C C L X X X I. 301.
JOANNES AB HERCUDER =
C C C L X X X I I. 302.
JOANNES AB HERRERA = socius B. *Pauli a Zevedo* occisus est anno 1584., ut supra in *Jo: a Ferraria*; vel 1585. die 29. Decembris, ut infra in *Paulo Azevedo*.
C C C L X X X I I I.
JOANNES HIERONYMUS natione Japo Sacerdos, & 3. Ordinis S. Francisci alumnus pro Christi fide multa passus est; & anno 1630. die 3. Septembris vivus igne consumptus est ex Joan. a S. Antonio, aliisque.
C C C L X X X I V. 303.
JOANNES HISPANUS =
C C C L X X X V. 304.
JOANNES HUNGARUS =
C C C L X X X V I. 305.
JOANNES INDUS = al. *Niger*.
C C C L X X X V I I.
JOANNES IQUENDA Japo 3. Ord. S. Francisci, sociusque Ven. Martyris Apollinaris anno 1622. Nangasachi martyrii palmam pro Christi amore promeruit, ut ex duobus Scriptoribus refert Joan. a S. Antonio.
C C C L X X X V I I I.
JOANNES ITALUS = v. *Fridericus Germanus*.
C C C L X X X I X. 306.
JOANNES LANA = passus dicitur sub *Carolo IX.* Galliarum Rege, ideoque inter annos 1561., & 1574. Forsan fuit e Bononia Picardiæ, non Bononia Italiæ, ut quidam sibi blandiuntur.
C C C X C. 307.
JOANNES LANTRET =
C C C X C I.
JOANNES LAURENTIUS, ut videtur, natione Hispanus, insignis Theologus, & B. Virginis devotissimus, de qua plura, & præclara laudum testimonia, suæque devotionis indicia congessit in ejus conscribendis encomiis sollicitus; anno 1390. Valentiæ in Hispania a Mauris regionem illam populantibus, cum Christi fidem libere annunciaret, martyrium pertulit: cujus Vitam exaravit Fr. Bartholomæus Æoyas provinciæ Aragoniæ Minister in sua Cœlesti, & mundiali machina regni Aragon. apud autorem Supplementi Annal. Min. ad ann. 1376., & 1390.
C C C X C I I. 308.
JOANNES LAZARIUS =
C C C X C I I I. 309.
JOANNES LICHET =
C C C X C I V. 310.
JOANNES LIOTHUS =
C C C X C V. 311.
JOANNES O LORCAN =
C C C X C V I. 312.
JOANNES LUMERIUS =
C C C X C V I I.
JOANNES LUNIBURGE, *Conradus*, & *Moseltus* in provincia Saxoniæ pro confessione fidei martyrio coronati sunt anno 1249. ex Wadd. ad eum an. num. 11. in Addit.; sed an simul, vel diverso & loco, & tempore, non exponitur.

C C C X C V I I I. 313.
JOANNES A LUSIA =
C C C X C I X. 314.
JOANNES MAHUSIUS
C D. 315.
JOANNES DE MALAY =
C D I. 316.
JOANNES A MANTUA = passus tempore Quadragesimæ dicitur a Marco Ulyssipon. autore synchrono par. 3. Chronic. S. Franc. lib. 9. cap. 41.; & anno 1547. a Bozio de Signis Eccles. lib. 7. cap. 3.
C D I I. 317.
JOANNES A S. MARTHA = provinciæ primum S. Jacobi, postea S. Gregorii Philippin., Commissarius Generalis sui Ordinis in Japonia die 16. Augusti an. 1618. passus est in metropoli Macai ex Process. Congr. Sac. Rit. an. 1668., & 1675.; de quo fusius Joan. a S. Antonio.
C D I I I.
JOANNES MARTINEZ = v. *Fridericus Germanus*.
C D I V. 318.
JOANNES MARTINUS = al. *Martinozzius* a Monte politiano, per errorem dictus *Bartholomæus* a Pisano Confor.VIII., cui adhærens Waddingus ex uno duos Martyres fecit; ex monumentis mss. Montis Politiani an.1325. erat Senis, & an.1328. Montis Politiani; in quadam donatione facta ab Angelo Martinozzi hujus Martyris abnepote an. 1445. legitur: *ob devotionem . . . erga beatum Fratrem Joannem Martinozzi Ordinis S. Francisci, qui Fr. Joannes propter sanctam apostolicam fidem martirizatus fuit, &c., ut vulgariter dicitur, inciso ultra mare per medium. sub annis Domini 1342., aut circa, ut constare asseruit clarius in Martyrologio dicti Ordinis*.
C D V. 319.
JOANNES Martyr =
C D V I. 320.
JOANNES MEDEA =
C D V I I. 321.
JOANNES MERENSIS =
C D V I I I.
JOANNES MEYAZACHI Japo Clericus, & 3. Ord. S. Francisci alumnus an. 1633. m. Septembri in Japonia crudelissimo praxi tormento in odium Christianæ fidei necatus est ex nonnullis autoribus apud Joan. a S. Antonio.
* JOANNES A MONTE POLITIANO = v. *Joannes Martinus*.
C D I X. 322.
JOANNES MORETUS =
C D X. 323.
JOANNES NARDENUS =
C D X I. 324.
JOANNES NEAPOLITANUS =
325.
JOANNES NIGER = al. *Indus*, de quo supra.
C D X I I.
JOANNES N. Martyr Asturiæ in regno Legionis miracula patrasse dicitur apud Rodulphium lib. 1., ubi de SS., & BB. Ordinum S. Francisci disserit.
* JOANNES N. GALLUS = v. *Joannes Santret*.
C D X I I I. 326.
JOANNES OLIVERIUS =
* JOANNES OLORCANUS = v.*Joannes o Lorcan*.

C D X I V. 327.
JOANNES PADILLA =
C D X V. 328.
JOANNES DE PALMA = Toletanus Laicus, de quo Joan. a S. Anton., aliique plures.
C D X V I. 329.
JOANNES PARISOT =
C D X V I I. 330.
JOANNES PARVUS =
C D X V I I I. 331.
JOANNES PAULE =
C D X I X. 332.
JOANNES PENNEMANUS =
C D X X.
JOANNES PETRUS Ronciua Aquitanus Sacerdos seculo XVI. cum in hæreticos incidisset, post aurium abscissionem gladio confossus est, teste Waddingo ad an. 1522. n. 18.
C D X X I. 333.
JOANNES PIZARRUS =
C D X X I I. 334.
JOANNES PUTEANUS =
C D X X I I I. 335.
B. JOANNES QUIZUYA =
C D X X I V.
B. JOANNES DE PRADO Morgobresii in Hispania nobili genere natus Strict. Observ.Excalceat. Institutum amplexus primus extitit provinciæ S. Didaci in Betica Minister; & cum Marrochium in Mauritania sac. Congreg. de Propaganda Fide literas detulisset mancipia Catholica ad defectionem nutantia confirmaturus, an. 1631. die 24. Maji illustre pro Christiana fide martyrium subiit; ejusque reliquiæ in Hispaniam relatæ tantis cœperunt illustrari miraculis, ut jam anno 1728. *Beati* titulo a S. Sede Apostolica cohonestatus fuerit. Scripsit ejus iter, & martyrium *Matthias a S. Francisco* an. 1643., teste Waddingo in Scriptor. Ord. Min.; de eoque mentionem faciunt Act. SS. Collect. Bollandii to. 7. Maji in Append. ad diem 24., & Joan. a S. Antonio in utraque Bibliotheca, ubi dicitur condidisse *Statuta suæ provinciæ* an. 1633. impressa in 4.
C D X X V. 336.
JOANNES RICHARDU =
C D X X V I. 337.
JOANNES RIXIELLUS =
C D X X V I I. 338.
JOANNES RIVUSFORTUS =
C D X X V I I I. 339.
JOANNES ROLETUS =
C D X X I X. 340.
JOANNES A S. MARIA =
C D X X X. 341.
JOANNES A S. MARIA alter =
C D X X X I.
JOANNES SABIOYE Japo 3. Ord. S. Francisci erga Franciscanos Missionis evangelicæ charitate insignis Vomuræ in portu Nanaugama an. 1628. die 11. Septembris igne crematus pro Christi fide mori meruit ex variis autoribus apud Joan. a S. Antonio.
C D X X X I I.
JOANNES SANTRET Gallus passus una cum *Balthassare a Prato*, de quo supra, ex Benedicto Mazzara ad diem 13. Novembris, Gonzaga, Baretio Chron. par. 4. lib. 5. cap. 19., 20., aliisque.

C D X X X I I I. 342.
JOANNES SERRADUS =
C D X X X I V. 343.
JOANNES A SPIRITU SANCTO = passus in America ex Bozio de Signia Eccles. to. 1. lib. 7. cap. 3.
C D X X X V. 344.
JOANNES A TAPIA =
C D X X X V I. 345.
JOANNES DE TELLIO =
C D X X X V I I. 346.
JOANNES TEUDRICUS =
C D X X X V I I I. 347.
JOANNES TISSERIUS =
C D X X X I X. 348.
JOANNES DE TOBAR =
C D X L.
JOANNES TOMACHI 3. Ord. S. Francisci una cum aliis Franciscanis pro Christianæ fidei amore passus est martyrium ignis Naugasachi an. 1628. die 8. Septembris, ut ex pluribus autoribus habet Joannes a S. Antonio.
C D X L I.
JOANNES DE TORRELLA Alcudiensis in Valentino regno natus, provinciæ S. Joannis, ac Cœnobii de Ribera alumnus in Philippin. Insulas, & Japonen. regnum missus Apostolici concionatoria munus implevit; propterea carcerem, ærumnasque passus, tandem an. 1634. una cum *Genesio de Quesada* gloriosum martyrium consumavit ex pluribus autoribus apud Joan. a S. Antonio.
C D X L I I. 349.
JOANNES TORIGNEUS =
C D X L I I I. 350.
JOANNES TRANQUERIUS =
C D X L I V. 351.
JOANNES TUDERTINUS =
C D X L V. 352.
JOANNES TUIT =
C D X L V I. 353.
JOANNES VACHETUS =
C D X L V I I. 354.
JOANNES VANGLIUS =
C D X L V I I I. 355.
JOANNES VICINUS = forsan qui supra dicitur *Jo: Beauvoisim*.
C D X L I X. 356.
JOANNES VIROLANTUS =
C D L. 357.
JOANNES ZUARA = al. *Zuaee* Cayri cum *Fr. Alexandra* Laico Italo passus ex Marco Ulyssiponensi par. 3. Chron. S. Franc. lib. 9. cap. 34., & Joan. a S. Antonio.
C D L I. 358.
JOANNES Guaxaclatanæ =
C D L I I. 359.
JOANNES Clericus = videtur idem, ac *Joannes Martyr Clericus* supra relatus.
C D L I I I. 360.
JOANNES Ruremundæ =
C D L I V. 361.
B. JOANNES Sacerdos = *Perusinus* patria una cum *Petro a Saxaferrato* Laico Tervellii, al. Turolii diœcesis Valentinæ passus est a Saracenis die 29. Augusti; & an. 1392. eorum corpora cum miraculis coruscarent, translata fuerunt magna cum veneratione, ut legimus apud Supplementum Annal. Min. ad eum annum ex Epit. Hist. ms. provinciæ Ara-

Aragoniæ: quapropter anno 1704. in *Beatorum* album adsciti sunt.

C D L V. 362.

JOANNES Zutphaniæ =

C D L V I.

JOSEPH TORCULANUS Atinensis provinciæ Romanæ = v. *Antonius a Petra Pagana*.

C D L V I I.

IRENÆUS JAROSLAVIENSIS sac. Theolog. Baccalaureus fuit unus e 35. Vilnensibus Martyribus, qui anno 1341. occisi sunt, ut in *Gastoldo Episcopo* dictum est.

C D L V I I I.

ISIDORUS KIOVIENSIS sac. Theolog. Doctor unus e 35. Minoritis, qui Wilnæ in Lithuania martyrium adepti sunt. v. *Gastoldus Wilnensis*.

C D L I X.

ISIDORUS VELASCO Hispanus provinciæ Conceptionis Regul. Observ. Theologus, & concionator Apostolicus apud Indos fertur martyrium fecisse tempore incerto apud Joan. a S. Anton. to. 3. Biblioth. Francisc. in append.

C D L X. 363.

JULIANUS GILEER =

C D L X I. 364.

JULIANUS MAGNESIUS =

C D L X I I. 365.

JUNIPERUS SICULUS = occisus dicitur anno 1547. Juxta Bozium de Signis Eccl. to. 1. lib. 7. cap. 3.; de quo & Marcus Ulyssipon. Chron. S. Franc. par. 3. lib. 9. cap. 41.

C D L X I I I. 366.

IVO BOYER =

L

C D L X I V. 367.

LADISLAUS HUNGARUS = al. *Benedictus de regno Apuliæ* ex Bartholomæo Pisano Confor. VIII. par. 2.

C D L X V. 368.

LAURENTIUS ALEXANDRINUS =

C D L X V I.

LAURENTIUS GARRALDA Navarrus provinciæ S. Gregorii alumnus cum prædicandi Evangelii causa in insulas Moluccas trajecisset, & ferventissime in Manaœnsi insula, nec non in oppido Cale suo muneri obeundo vacaret, ibi in odium fidei a barbaris pugione, & lanceis transverberatur genuflexus; septemque elapsis diebus cadaver adhuc genuflexum quidam nobilis, piusque Hispanus emit, & in Manilen. Philippin. Conventum transtulit die 21. Febr. 1632.: & sub ara maxima collocavit ex nonnullis autoribus apud Joan. a S. Antonio.

C D L X V I I. 369.

B. LEO CARAZUMA =

C D L X V I I I. 370.

S. LEO Ceptæ =

C D L X I X.

LEO CUMBIOYE Japo 3. Ord. primum S. Dominici, deinde S. Francisci una cum aliis 8. nobilibus Christi athletis Nangasachi anno 1628. die 11. Septembris vivus in ignem conjectus martyrium nobile perfecit ex pluribus autoribus apud Joan. a S. Antonio.

C D L X X. 371.

LEO Marrochii =

C D L X X I. 372.

LEO Nangasachi = Leo *Sathuma* Nangasachensis ex Processib. Congreg. sac. Rit. annis 1668., 1675., 1685., & 1690.; vel *Sahonma* 3. Ord. S. Francisci, de quo Joan. a S. Antonio.

C D L X X I I.

LEONARDUS Laicus Vilnæ passus cum tribus aliis anno 1341. = v. *Pancratius* &c.

C D L X X I I I.

LEONARDUS LITHUANUS anno 1403. cum tribus aliis Vilnæ passus est = v. *Franciscus Lithuanus*.

C D L X X I V. 373.

LIVINUS GALLUS =

C D L X X V.

LUCAS JAPONENSIS *Keimon* dictus a Joan. a S. Antonio = v. *Franciscus a S. Maria*.

C D L X X V I.

LUCAS POLONUS una cum *Valentino* socio ob fidei Christianæ prædicationem post multa tormentorum genera a barbaris in Livonia neci dati sunt anno 1326., sepultique in civitate Cereth die 12. Febr. miraculis etiam a Deo honorati, quemadmodum conscripserunt & Stanislaus Bascus Posnaniensis, & Martinus Baronius apud Biernacki Speculum art. 20. num. 12.

C D L X X V I I. 374.

LUCIUS DE FREITAS = *Lucia* de Freitas Nangasachensis fœmina octogenaria tertii Ord. Fr. Richardi a S. Anna hospita ex Process. Congreg. sac. Rit. an. 1668., 1675., 1685., & 1690., de qua Joan. a S. Antonio.

C D L X X V I I I.

LUCIA JAPONENSIS 3. Ord. S. Francisci an. 1628. die 8. Septembris pro Christi fide capite plexa est Nangasachi, ut ex pluribus autoribus refert Joannes a S. Antonio.

C D L X X I X. 375.

LUDOVICUS AMARANTHUS =

C D L X X X.

LUDOVICUS BABA 3. Ord. S. Francisci Japo = v. *Ludovicus Sotelus*.

C D L X X X I. 376.

LUDOVICUS BALEJUS =

C D L X X X I I. 377.

B. LUDOVICUS DUISCO =

C D L X X X I I I. 378.

LUDOVICUS ELVEUS =

C D L X X X I V.

LUDOVICUS GOMEZ Vejanus provinciæ Beticæ primum, postea S. Gregorii in Philippin. Insulis alumnus, usque ad 80. annor. ætatem in gentilium conversione occupatus Japonii regiones perlustrans pericula frequenter expertus est, & eadem feliciter evasit; tandem Vomuræ in carcerem trusus, moxque cum aliis in tetrum Yendi ergastulum translatus novo martyrii genere, ligatis scilicet ad trabem pedibus, capiteque deorsum in subterraneas speluncas pendente, halitu sensim deficiente, illustre pro Christo martyrium peregit an. 1637. ex pluribus Scriptoribus apud Joan. a S. Antonio in Biblioth. Discalceat. par. 1. pag. 167., & par. 2. pag. 42.; & in Biblioth. Francisc. to. 2. pag. 297.; scripserat enim *Relationem Martyrii V. Fr. Joan. a S. Martha Minoritæ anno 1618. passi*, ex qua plura vulgavit autor Chron. prov. S. Jacobi tomo 2. lib. 1. cap. 2.

CDLXXXV.

CDLXXXV. 379.

LUDOVICUS GRIPPIUS =

CDLXXXVI.

LUDOVICUS JAPONENSIS = v. *Franciscus a S. Maria*.

CDLXXXVII.

LUDOVICUS NIFACHI Japo 3. Ord. S.Franc. fuit unus ex illis tribus fidelibus testibus, qui Nangasachi die 8. Septembris anno 1628. pro Christi nomine decollati sunt ex Gaspare de Fuente apud Joan. a S. Antonio.

CDLXXXVIII. 380.

LUDOVICUS PANETIUS =

CDLXXXIX. 381.

LUDOVICUS DE PLANA =

CDXC. 382.

LUDOVICUS SASSANDRA = Japo natione Sacerdos provinciæ Mechoacan, & S. Gregorii passus dicitur an. 1622. Vomuræ a Joan. a S. Antonio; sed leg. 1624., ut ipsemet in *Ludovico Baba* 3. Ordinis.

CDXCI. 383.

LUDOVICUS SOTELLUS = de quo & inter Scriptores agitur.

* LUDOVICUS SOYEMON = v. *Ludovicus Japonensis*.

CDXCII. 384.

LUDOVICUS VILLALUPUS =

CDXCIII. 385.

LUDOVICUS VOETZ =

CDXCIV. 386.

LUDOVICUS Bononiæ =

387.

LUDOVICUS Tertiarius v. *Ludovicus Baba*.

M

CDXCV.

MARCUS cum *Blasio* apud Cereth in Valachia martyr ob Christi fidem efficitur anno 1340., dieque 14. Junii tumulatur ibidem ex Martino Baronio apud Biernacki Speculum art. 21. n. 10.

CDXCVI. 388.

MARGARITA PARVA =

CDXCVII.

MARIA JAPONENSIS 3. Ord. S. Francisci, & uxor *Gasparis Vaz* Tertiarii, & Martyris, pia, devotaque mulier, quia Fratribus, & Religiosis Missionis Apostolicæ ministrabat, adjuvabatque, etiam infidelium conversionem procurando, anno 1627. die 17. Augusti capite plexa fuit, martyrioque coronata ex Process., & Scriptor. apud Joan. a S. Antonio.

CDXCVIII.

MARIA LUSITANA Tertii Ord. S. Francisci Jerosolymam an. 1578. profecta, ut loca sancta veneraretur, a Turcis capta est, & in odium Christianæ fidei in ignem conjecta gloriosum constanter consumavit martyrium die Dominica Palmarum ex Gonzaga, Quaresmio, & Arturo in Martyrol. Franciscano.

CDXCIX.

MARIA NAXAEXI Japonensis 3. Ord. S. Franc. in oppido Toquinzu regni Vomuræ invicta constantia, eademque, qua *Dominicus Japo* & ipse Tertiarius, de quo supra, causa capite truncata est die 10. Septembris 1628. ex Scriptoribus apud Joan. a S. Antonio.

D. 389.

MARINUS A CATARO =

DI. 390.

MARQUILDUS, & *Gerardus* an. 1247. apud Cremenetz in Wolchinio a Tartaris fit Martyr. = v. *Gerardus*.

DII. 391.

MARTINUS N.

DIII. 392.

MARTINUS DE ALTAMIRA =

DIV. 393.

B. MARTINUS AB ASCENSIONE = Cantaber natione Guipuzcoanus genere clarus, prov. S. Joseph, mox prov. S. Gregorii in Philippinis, de quo Joan. a S. Antonio, unus e 6. BB. Martyribus Japonensibus cum B. *Petro Baptista*. Ejus *Sermo* diffusus *ad Commartyres* extat hispanice in Histor. Fr. Marcelli Ribadeneira, & latine in Relatione Hist. Fr. Ludovici ; *Epistolæ* vero in to. 1. Chron. prov. S. Pauli lib. 5. ex Joan. a S. Anton. in utraque Bibliotheca.

DV. 394.

MARTINUS DIDIRANNUS =

DVI.

MARTINUS DROHOLICENSIS sac. Theol. Doctor unus e 35., qui anno 1341. Wilnæ in Lithuania passi sunt. = v. *Gastoldus Vilnensis* Episcopus.

DVII.

MARTINUS GOMEZ Japonensis 3. Ord. S.Francisci cum Religiosos, cunctosque Christianos tum eleemosynis, tum bonæ vitæ exemplis juvaret, fovretque, captus, &, ut quemdam Religiosum proderet, minis territus, tandem cum nec ut fidem Christi abnegaret, adduci posset, post XI. menses carceris securi percussus est cum filio quinquenni ex Process. pro Canonizat. annis 1675., 1685., & 1690. confectis apud Joan. a S. Antonio.

DVIII. 395.

MARTINUS A GUARDA =

DIX. 396.

MARTINUS A GUARDIA =

DX. 397.

MARTINUS HADENSIS = quem autor Supplem. Annal. Min. Waddingi ad an. 1341. n. 8. *Laudensem* dicit ex Julio Magnano; sed locus passionis diversum ostendit.

DXI.

MARTINUS LAUDENSIS passus dicitur in India Orientali an. 1341. ex Supplemen. cit.

DXII. 398.

B. MARTINUS Tertiarius = qui & *Matthias*, a Meaco

DXIII. 399.

MARTINUS SPOLETANUS =

DXIV. 400.

MARTINUS SVETENS =

DXV.

MATTHÆUS ABEZ, al. Albarez Japo 3. Ordinis S. Francisci cum a Christi confessione nullo modo dimoveri posset, igni traditur, felicemque Nangasachi efflavit animam die 8. Septembris 1628. juxta Scriptores apud Joan. a S. Antonio.

DXVI.

MATTHÆUS HOARES socius *Fr. Patritii Fleminɡi* Hibernatis anno 1632. prope Pragam ab hæreticis in odium Catholicæ Religionis arbori alligatus te-

telis transfixus est ex Waddingo inter Scriptores pag. 272. in *Patritio Flemingo*.

D X V I I. 401.

MATTHÆUS MONFAJONIUS =

D X V I I I. 402.

MATTHÆUS PIQUETUS.

* B. MATTHIAS = alias *Martinus Tertiarius* a Meaco ex Joan. a S. Antonio.

D X I X. 403.

MATURINUS DE PULCHROVISU = al. de *Belloviso*.

D X X. 404.

MAURICIUS O SCALLAN =

D X X I. 405.

MELCHIOR ULYSSIPONENSIS =

D X X I I. 406.

MICHAEL DE AGNON = cujus, & sociorum martyrium descripsit Ludovicus Hieronymi Limæ an. 1612. editum. v. *Blasius Rodericus*.

D X X I I I. 407.

MICHAEL AGULLON =

D X X I V. 408.

MICHAEL Conversus =

D X X V. 409.

B. MICHAEL COSAQUIUS = de quo Joan. a S. Antonio.

D X X V I. 410.

MICHAEL DESMANS =

D X X V I I. 411.

MICHAEL GRELETUS =

* MICHAEL JAPONENSIS = v. *Franciscus a S. Maria*: & *Michael Zikiza*.

D X X V I I I.

MICHAEL JAPO 3. Ord. S. Francisci an. 1628. die 8. Septembris capite pro Christi fide Nangasachi truncatus est ex Scriptor. apud Joan. a S. Antonio.

* MICHAEL AB OCCANIA = v. *Michael de Agnon*.

D X X I X.

MICHAEL ZIKIZA Japo 3. Ord. S. Francisci = v. *Franciscus a S. Maria*.

D X X X. 412.

MONALDUS ANCONITANUS = non anno 1288., sed 1314. die 15. Martii fer. 6., ut ex Pisano Confor. viii. in Vicaria Orientis, & relatione autoris synchroni narrat ipse Waddingus in Annal. Min. ad eum annum n. 9. Quod autem habet hoc loco Waddingus quoad annum, sumptum est ex autoribus, qui simul uno capite referunt ea, quæ diversis annis acciderunt. De his Bollandii ad diem 15. Martii to. 2., & Chronicon Jordanis.

N

D X X X I. 413.

B. NICASIUS HESIUS = de quo & inter Scriptores Franciscanos.

D X X X I I. 414.

NICOLAUS CLEMENTELLUS =

D X X X I I I. 415.

NICOLAUS DELPHIUS =

D X X X I V. 416.

NICOLAUS LOTHARENUS =

D X X X V. 417.

NICOLAUS DE MARCHIA = al. *Hungarus*.

D X X X V I. 418.

S. NICOLAUS Ceptæ =

D X X X V I I. 419.

NICOLAUS A MONTECORVINO =

D X X X V I I I. 420.

B. NICOLAUS PICHIUS =

D X X X I X. 421.

NICOLAUS DE TAULICIS =

D X L. 422.

NICOLAUS TRIETUS =

D X L I. 423.

NIGELLUS O BOYLUS =

O

D X L I I. 424.

OLIVERIUS JULIANUS =

D X L I I I. 425.

S. OTHO Marrochii Martyr =

P

D X L I V. 426.

PACIFICUS SPOLETANUS =

D X L V.

PANCRATIUS POLONUS una cum *Petro*, *Paulo*, & *Leonardo* Laico constanter fidem Christianam confitentes multis primum suppliciis affecti pro nomine Jesu a barbaro Principe Kioviensi, postea martyrii palmam assecuti sunt, & Wilnæ in Lithuania apud suos consepulti die 6. Martii an. 1341., teste Martino Baronio apud Biernaki Speculum art. 21. n. 11.

D X L V I. 427.

PASCHALIS HISPANUS =

D X L V I I.

PATRITIUS FLEMINGUS Medensis Hibernas Strict. Observ. Lovanii Philosophiæ Professor, & Pragæ sac. Theologiæ Lector anno 1631. prope eam urbem cum socio *Matthæo Hoares* ab hæreticis in odium catholicæ Religionis multis vulneribus confossus, & capite bipenni discisso martyrio coronatus est; ut ipsemet Waddingus habet inter Scriptores pag. 272. v. *Patritius Flemingus*.

D X L V I I I. 428.

PATRITIUS HELIUS = al. *Ocheli*; de quo Rescius in Phalerismis Evangel. apud Spondanum ad an. 1579. n. 13.

D X L I X. 429.

PAULUS N. Guardianus =

D L. 430.

PAULUS AB AZEVEDO = una cum *Ioanne ab Herrera*, de quo supra.

D L I. 431.

B. PAULUS IBARIQUIUS =

D L I I.

PAULUS LITHUANUS = v. *Franciscus Lithuanus*.

D L I I I. 432.

PAULUS PERPINIANENSIS =

D L I V.

PAULUS POLONUS = v. *Pancratius Polonus*.

D L V. 433.

PAULUS A S. CLARA =

DLVI. 434.

D L V I. 434.
PAULUS A S. MARIA MAGDALENA =
D L V I I. 435.
B. PAULUS SUZIQUIUS =
D L V I I I. 436.
PAULUS TONNELIERUS =
D L I X. 437.
PAULUS VASCELLATOR =
D L X.

PAULUS YACHI Japo maritus Ven. *Claræ* 3. *Ord. S. Francisci*, & Martyris, de qua supra actum est, & ipse 3. Ord. S. Francisci, post vincula, & exilium ob fidei Christianæ zelum vivus in ignem conjici passus est Zamagatæ Mongomiensis in Japonia an. 1630. die 10. Januarii, quo Martyr gloriosus evasit, ex Scriptor. variis apud Joan. a S. Antonio.

D L X I. 438.
PETRUS ABULENSIS = Strict. Observ. Discalceat. provinciæ S. Joseph ad Philippinas Insulas, indeque ad Japoniæ conversionem migravit, ubi pro nomine Jesu contumelias, & carceres passus tandem nobile martyrium cum aliis consummavit die 10. Septembris 1622. vivus igne combustus. In carcere scripsit *epistolas varias* ignito eloquio plenas, quarum una ad Fr. Didacum a S. Francisco ejus Commissarium vulgata legitur in Hist. Martyrum Japonen. edita Manilæ an. 1625. cap. 17. fol. 45.; de quo Joan. a S. Anton. in utraque Bibliotheca. *Petrus Davila* Franciscanus Theologus, qui anno 1611. Japoniam doctorus appulerat cum 1. Augustiniano, 1. Dominicano, & 2. Jesuitis passus in Japponia an. 1622. refertur a Spondano in Continuat. ad eum annum num. 9. juxta etiam Proces. Congreg. sac. Rit. 1668., & 1675., ubi & ceteri Franciscani leguntur.

D L X I I. 439.
PETRUS AB ARCAGNANO = passus anno 1248. v. inter Scriptores.

D L X I I I. 440.
PETRUS AB ASCENSIONE = al. *ab Assumptione* ex Cuerva oppido Toletanæ diœcesis Strict. Observ. Discalceat. prov. S. Pauli Theologus, & concionator Apostolicus in carceris ergastulo scripsit *Epistolas varias*, quarum meminit Cardosus to. 3. Agiologii Lusitani die 22. Maji, easque vulgavit cum ejus Vita Joann. a S. Anton. to. 2. Chronic. prov. S. Pauli lib. 2., qui de eo agit & in utraque sua Bibliotheca, ut & Hueber in Menologio Franciscano ad diem 22. Maji, qua die passus dicitur Vomuræ ex Proces. Congreg. sac. Rit. an. 1668., 1675., 1685., & 1690. pro ejus Canonizatione Romæ impressis.

D L X I V. 441.
B. PETRUS ASCHANIUS =
D L X V. 442.

B. PETRUS BAPTISTA = Hispanus diœcesis Abulensis. His a Waddingo recensitis addendi sunt *Cosmas Taquiæ*; & *Franciscus Carpinterus*, de quibus supra agit autor: hic autem eorum oblitus est. In Lectionibus Breviarii Franciscani 15. dicuntur *Tertiarii*, & 2. adaucti *Petrus Xuquexicus*, & *Franciscus Carpinterus*, qui putantur ad Ordinem Minorum non pertinere: corrigendus est etiam *Joannes Saquierus*, & leg. *Joachimus Sanguierus* ex Historia horum BB., & ipso Waddingo supra.

D L X V I. 443.
PETRUS BEROTTUS =

D L X V I I.
PETRUS BESSONIUS Gallus Capuccinus an. 1598. Aurelianis ab hæreticis occisus est, de quo vide inter Scriptores.

D L X V I I I. 444.
PETRUS BLANCARTUS =
D L X I X. 445.
PETRUS BONELLUS =
D L X X.

PETRUS BONIFER Insulani Cœnobii sub Monte Regali Lingonensis diœcesis in Gallia sac. Theol. Magister apud Indias Orientales martyrium gloriosum subiit, ut habet Waddingus in Annal. Min. sub an. 1471. num. 31.

D L X X I. 446.
PETRUS BORGELARIUS =
D L X X I I. 447.
PETRUS BRUSIUS =
C L X X I I I. 448.
PETRUS BURGENSIS =
* PETRUS BURGUND Hungarus Martyr = v. *Stephanus Hungarus* 2.

D L X X I V.
PETRUS Castellæ provinciæ alumnus = v. *Balthassar Burgensis*.

D L X X V. 449.
PETRUS A CORPA =
D L X X V I. 450.
PETRUS COSETUS =
D L X X V I I. 451.
PETRUS DUENNAS =
D L X X V I I I. 452.
PETRUS DULCIS = quem memorat & Chronicon Jordani supracit., & passum dicit in Tanay Gazariæ.

D L X X I X. 453.
PETRUS GOSSETUS =
D L X X X. 454.
PETRUS GUARRIGUEJUS =
D L X X X I. 455.
PETRUS HOES =
D L X X X I I.

PETRUS Lector in Bohemia martyrio affectus anno 1425. prope Olomucium circa Kralicz una cum *Petro* Monialium Oppavien. a sacris Confessionibus, & *Joachimo* Kromloviensi, in die S.Britii ab Hussitis ob fidem catholicam cremantur ex sæpecit. Biernaki Speculo art. 22. n. 13., & Chron. prov. Austriæ fol. 24., & 140.

D L X X X I I I.
PETRUS Confessarius Oppaviensium Monialium = v.*Petrus Lector* in Bohemia.
* PETRUS GASTOLDUS = *Gastoldus Wilnensis* Episcopus.

D L X X X I V. 456.
S. PETRUS Marrochii Martyr =
D L X X X V. 457.
PETRUS MARTELLUS = al. *Marcelli*.
D L X X X V I. 458.
PETRUS MENGUJUS =
D L X X X V I I. 459.
PETRUS MOLERIUS =
* PETRUS MORETTUS = v. *Petrus Veronensis*.
D L X X X V I I I. 460.
PETRUS N. = ante annum 1487.; de quo Jo: a S. Antonio.

D L X X X I X.
PETRUS unus e 4. passis Wilnæ an. 1341. = v. *Pa[illegible] Polonus*. DXC.

D X C.
PETRUS unus e 4. passis Vilnæ an. 1403. = v. *Franciscus Lithuanus*.
D X C I. 461.
PETRUS NARBONENSIS =
D X C I I. 462.
PETRUS ODION =
D X C I I I. 463.
PETRUS PASCHALIS = de quo Catalogus SS. Fratrum Minorum an. 1336. editus in fine *Speculi Vitæ B. Francisci, & Sociorum ejus* anno 1504. Venetiis impres.
D X C I V. 464.
PETRUS PICQUET SAGIENSIS =
D X C V. 465.
PETRUS PRUS =
D X C V I. 466.
PETRUS DE PULCHRO MONTE = al. de *Bellomonte*.
D X C V I I. 467.
PETRUS QUARTUS =
D X C V I I I. 468.
PETRUS ROMANUS =
D X C I X.
PETRUS A SAXOFERRATO = V. *Joannes Sacerdos Perusinus*.
* PETRUS DE SEEZ = V. *Petrus Picquet*.
D C. 469.
PETRUS SENENSIS =
D C I. 470.
PETRUS SOLVENS =
D C I I. 471.
PETRUS TAUZIETIUS =
D C I I I. 472.
PETRUS TOELATUS =
D C I V. 473.
PETRUS VABOLESIUS =
D C V. 474.
PETRUS A VELASCO =
D C V I. 475.
PETRUS VERONENSIS = al. *Moretus*.
D C V I I. 476.
B. PETRUS XUQUEXICO =
D C V I I I.
PHALIMÆUS O HARA Hibernus Conventus Moighini in provincia Xuamensi *Custos* an. 1577. cum alio N. Sacerdote irruentibus Anglis hæreticis coram summo altari occisus est ex Waddingo in Annal. Min. ad ann. 1460. n. 60. Vide supra *Falimeus Hara*, ubi discrepat.
D C I X. 477.
PHILIPPUS ANICIENSIS = leg. *Aviciensis*, ut in Annal. Minor.; sed cum hunc non habeat Pisanus, neque autor Catalogi SS., & BB. Ordinis anno 1336. in fine Speculi Vitæ B. Francisci, & Sociorum ejus, neque Provinciale Ord. Minor. apud Polychronicon, videtur iste Philippus extitisse Notarius secularis, non Frater Minor.
D C X.
PHILIPPUS Bevanias = v. *Jacobus Bevanias*.
D C X I. 478.
PHILIPPUS O FEUS =
D C X I I. 479.
B. PHILIPPUS A JESU = Mexicanus natione provinciæ S. Gregorii, de quo Joannes a S. Antonio.
D C X I I I. 480.
PONTIUS CHAISSY =

R

D C X I V. 481.
RADULPHUS DELPHIUS =
D C X V.
RAPHAEL cum 50. aliis Martyribus Casimirienaibus, forsan Sandomirien., vel Caminecien. in Polonia passis, & Warthiæ, al. Warkiæ tumulatis, quorum *Vitam, & passionem* descripsit verau polonico *Fr. Fabianus Unechovosla* Minorita, qui obiit anno 1515., ut inter Scriptores Ord. Min. dictum est.
D C X V I. 482.
RAYMUNDUS CARBONERIUS = *Raynaldus* perperam dicitur apud S. Antoninum Chron. par. 3. tit. 23. cap. 10. §. 4.
D C X V I I. 483.
B. RAYMUNDUS LULLUS = de quo etiam inter Scriptores; & Act. SS. Collect. Bolland. ad diem 30. Junii: passus est 80. anno suæ ætatis.
* RAYMUNDUS DE PROVINCIA = v. *Raymundus Rufus*.
D C X V I I I. 484.
RAYMUNDUS ROEDANUS =
D C X I X. 485.
RAYMUNDUS ROISSELIUS =
D C X X. 486.
RAYMUNDUS RUFUS =
D C X X I. 487.
RAYNERIUS A LINTRIS =
D C X X I I. 488.
RICHARDUS A S. ANNA = provinciæ primum Flandriæ dictæ de S. Anna, deinde provinciæ S. Joseph: passus anno 1622. cum *Petro de Avila* Sacerdote, *Vincentio a S. Joseph* Laico, *Leone Sathuma*, & *Lucia*, non *Lucio*, de Freitas 3. Ordinis, ex Joanne a S. Antonio.
D C X X I I I. 489.
RICHARDUS BURGUNDUS =
D C X X I V. 490.
RICHARDUS CARTERET =
D C X X V. 491.
RICHARDUS RISBEUS =
* RODULPHUS DELPHIUS = v. *Radulphus*.
D C X X V I. 492.
RODULPHUS GIAMETUS =
D C X X V I I.
ROGERIUS MAC CONGAIL Hibernus una cum *Fr. Conatio Macvarta*, & Fr. *Fergallo Bardeo* in Conventu Armachano an. 1565. habitu denudatus crudeliter flagris cæsus est ab hæretico Donaldo, ut Waddingus ad an. 1291. n. 32.
D C X X V I I I. 493.
ROGERIUS VIGUERIUS =
D C X X I X. 494.
RUELLO PICTAVIENSIS =

S

D C X X X. 495.
S. SAMUEL Ceptæ Martyr =
D C X X X I.
SCISLAUS POLONUS, vel Lithuanus = v. *Hieronymus Polonus*.

 DCXXXII.

D C X X X I I. 496.

SEBASTIANUS FLORENTIUS =

D C X X X I I I. 497.

SEBASTIANUS A S. JOSEPH = provinciæ S. Pauli, de quo Joan. a S. Antonio.

C D X X X I V.

SIMON GALLUS = v. *Fridericus Germanus*.

D C X X X V.

SIMON DE MONTE SARCULO diœc. Benevent. Italus, Ord. apud Sedem Apost. Procurator, missus ab Innocentio IV. an. 1248. m. Octobris in Apuliam, ut ibi partes Ecclesiæ tueretur adversus Fridericum II., cum res prospere succederet, captus, & octodecim suppliciis patienter toleratis, inter divinas laudes occubuit, multis postea miraculis coruscans, ex Salimbene Parmensi coævo in Chronico ms. fol. 342.

D C X X X V I. 498.

SIXTUS Sacerdos =

D C X X X V I I. 499.

STANISLAUS CRACOVIEN. Episcopus = non *Episcopus*, sed sacræ Theologiæ Doctor dicitur a Martino Baronio, & Casimiro Biernaki.

D C X X X V I I I.

STANISLAUS CRACOVIENSIS sac. Theol. Doctor, & Ecclesiastes ferventissimus cum xi. sociis, & B. *Agnete* Zavicostensi Abbatissa, nec non 60. Monialibus an. 1259., al. 1260. die 2. Februarii a Tartaris pro Christi fide necatus est; ut dictum est supra v. *Agnes*.

D C X X X I X. 500.

STANISLAUS LEOPOLIENSIS = patriâ Premisliensis non anno 1343., sed 1241. cum aliis sui Ordinis Fratribus, quorum alii trucidati, alii vero sagittis confossi sunt a Tartaris, martyrium consecutus apud suos *Leopoli* est sepultus die 8. Octobris; quorum omnium diem martyrii, locumque Cœnobii ob majorem populi devotionem Innocentius IV. an. 1243., & Honorius IV. 1287. Indulgentiis, Bullisque decorarunt; uti Martinus Baronius apud Biernaki Speculum art. 18. n. 9. scripto tradidit, & ex istis autor Supplementi Waddingi ad an. 1241. n. 3., apud quos horum sit fides.

D C X L. 501.

STEPHANUS A BARGUELLO =

D C X L I. 502.

STEPHANUS A BORDA =

D C X L I I. 503.

STEPHANUS CORTANT =

D C X L I I I. 504.

STEPHANUS HUNGARUS 1. = de quo & Chronicon Jordani agit.

D C X L I V. 505.

STEPHANUS HUNGARUS 2. = etiam Chronicon Jordani ponit duos FF. Stephanos Hungaros Martyres: sed *Petrus Hungarus dictus Burgund* vocatur in veteri *Catalogo Sanctorum Fratrum Minorum* an. 1336. edito, & in fine *Speculi Vitæ B. Francisci, & Sociorum ejus* vulgato Venetiis an. 1504., ubi legitur de eo: *cujus corpus portatum est a Siculis in Villam Corin, & in Cimiterio illius Ecclesiæ sepultum, qui multa miracula facit continue*: *Siculi* autem sunt populi Transylvaniæ; idque dicit hic autor, postquam narravit de *Stephano Hungaro* 1. Saray Martyre; ideoque *Stephanus* alter Martyr *Hungarus* ex hoc autore non fuit.

D C X L V.

STEPHANUS IGLODIUS Hungarus anno 1639. apud Radium ob Christianæ fidei confessionem diris cruciatibus ab hæreticis tortus illustri coronatus est martyrio, teste Franchino in Opusculo de Statu Relig. Francisc. pag. 28.

D C X L V I. 506.

STEPHANUS DE LANICH =

D C X L V I I. 507.

STEPHANUS MAUGIS =

D C X L V I I I. 508.

STEPHANUS NARBONENSIS = de quo Catalogus SS. FF. Minorum an. 1336. editus, Pisanus Confor. viii. par. 2. de prov. Aquitaniæ, & loco Colos., ac Confor. xi., & Bolland. ad diem 29. Maji.

D C X L I X. 509.

STEPHANUS N. GOÆ =

D C L. 510.

STEPHANUS REGNACUS =

STEPHANUS DE TUNELLIS = v. *Stephanus de Lanich*; *Gennensis* dicitur a Rodulphio lib. 1. fol. 98.

T

D C L I. 511.

THADDÆUS DALÆUS =

D C L I I. 512.

B. THEODORICUS ENDENSIS =

D C L I I I. 513.

THEODORICUS LOET =

D C L I V.

THEODORUS SALUTASSI Martyr effectus in Tartaria Præcopensi sepultus in loco, ædeque S. Mariæ Gazariæ, ubi 31. Decembris colebatur olim magna populorum frequentia, teste Rodulphio lib. 2. fol. 295. in *Vicaria Tartariæ*.

D C L V. 514.

THOMAS BELCHIANUS = de quo inter Scriptores Ord. Min. agitur.

D C L V I. 515.

THOMAS BERINGHEN =

D C L V I I. 516.

THOMAS BLASIUS =

D C L V I I I.

THOMAS CHIGUNGO Japo 3. Ord. S. Francisci unus ex illis fuit, qui ob fidem Christi Nangasachi an. 1628. die 8. Septembris lento igne concremati sunt ex Scriptor. apud Joan. a S. Antonio.

D C L I X. 517.

THOMAS CORTUS =

C D L X. 518.

THOMAS COSAQUIUS =

D C L X I. 519.

THOMAS A FULGINEO =

D C L X I I. 520.

THOMAS GERALDINUS =

D C L X I I I.

THOMAS JAPO 3. Ord. S. Francisci Nangasachi die 17. Augusti 1617. in odium fidei decollatus fuit ex Scriptor. Arbiol, Joan. a S. Anton., & Gaspare de Fuente.

D C L X I V. 521.

THOMAS PAKINGONT =

D C L X V.

THOMAS QUIZO Japo 3. Ord. S. Francisci socius in tribulationibus *Fr. Didaci a S. Francisco* Discalceat., martyrium fecit in igne vivus combustus die 12. Septembris an. 1622.. de quo Joan. a S. Antonio to. 3. Bibliothecæ Francisc. pag. 126., ubi tradit, e carcere *Epistolam* scripsisse, quam dicit exscriptam a Chronologo provinciæ Discalceat. S. Gregorii in Philippin. Insulis, & a se factam communem, deque ea meminisse & D. Andream Barciam in Biblioth. Indica pag. 186.

D C L X V I.

THOMAS SACUYORO Japo Nangasachi an. 1630. die 18. Octobris pro Christi fide combustus est ex Joanne e Jesu, Tiburtio Navarro, & Joanne a S. Antonio.

D C L X V I I. 522.

B. THOMAS TOLENTINAS = etiam cum *Petro Senensi* passus, uti to. 3. Annal. Minor. ad annum 1321. n. 1. & seq.; de his Bollandii quoque agunt die 1. Aprilis.

D C L X V I I I.

THOMAS VO Japo 3. Ord. S. Francisci = v. *Franciscus a S. Maria*.

D C L X I X.

THOMAS A VOMURA Japo 3. Ord. S. Francisci eo quod Ven. Martyrem Gabrielem a Magdalena foveret, hospitaretque, atque juvaret, anno 1630. die 8. Septembris Nangasachi vivus in ignem conjectus gloriosus pro Christi fide Martyr evasit ex Scriptoribus supra laudatis.

D C L X X. 523.

B. THOMAS XICO =

D C L X X I. 524.

TUSSANUS FORTINUS = v. *Paulus Tonnelierus*.

V

D C L X X I I.

VALENTINUS POLONUS = v. *Lucas Polonus*.

D C L X X I I I. 525.

VENCESLAUS POLOCENSIS =

D C L X X I V. 526.

VINCENTIUS FORTIS =

D C L X X V. 527.

VINCENTIUS A S. JOSEPH = Lusitanus Laicus, provinciæ S. Didaci in regno Mexicano alumnus, postea provinciæ S. Gregorii Philippin., de quo Joan. a S. Antonio.

D C L X X V I.

VINCENTIUS A S. LAURENTIO Laicus provinciæ S. Gregorii in Philippinis Insulis alumnus unus fuit ex illis, qui anno 162.. Nangasachi in Japonia vivi in ignem conjecti pro fide Christi martyrium consumarunt ex duobus autoribus apud Joan. a S. Antonio. Plures autem Nangasachi passi sunt ann. 1597., 1622., 1627., 1630., 1632.

D C L X X V I I.

VINCENTIUS POLONUS = v. *Hieronymus Polonus*.

D C L X X V I I I.

VISLAUS POLONUS = v. *Hieronymus Polonus*.

D C L X X I X. 528.

VLRICUS ATHLECOVIENSIS = memoratur in mss. Animadversis Carthusian. Bruxellen., testibus Act. SS. Collect. Bolland. sub diem 16. Martii; qui notant, hunc non extare in Arturi Martyrologio Franciscano: sed alio nomine parum variato *Vlderici* ibi haberi existimo, & sub alio die; quo nomine appellatur in Annal. Min. ad an. 1342. num. 12., & ex antiquis Chronicis apud Marcum Ulyssipon. Chron. par. 2. lib. 8. cap. 47.

D C L X X X. 529.

VOISLAUS BELGA = al. *Vislaus*.

D C L X X X I. 530.

VOISLAUS PRUTENUS = al. *Vislaus* vir magnæ devotionis, ac eruditionis postquam plurimos vitæ suæ sanctitate, ac verbi Dei prædicatione a rerum caducarum amore revocasset, in Prussia strenue Christi fidem plantatam doctrina sua irrigans martyrium consecutus est an. 1342. Jacet Maydeburgi, & miraculis clarus die 20. Decemb. colitur ex Martino Baronio apud Biernaki Speculum art. 21. num. 21., qui *Conradi* non meminerunt.

F I N I S.

PRÆMONITIO

Statuerat Autor hic in fine dare nonnulla inedita, præcipue Opuscula S.Bonaventuræ a se reperta, publici deinde juris facta a Fr. Benedicto a Cavalesio Tridentino Strict. Observ. in Supplemento Operum ejusdem S. Doctoris. Inter ejus vero schedas non superest, nisi Opusculum de decem præceptis, incip. Primum præceptum est: non habebis deos alienos coram me; *de quo supra pag. 150., desumptum ex cod.Ferrarien., & epistolæ duæ de 4. Martyribus Ord. Minor. exscriptæ ex cod. ms. tec. Conventus Assisien., de quo pag. 57. & 58., nunc amisso, quarum altera paulo aliter legitur in Annal.Minor.an.1321. n. 14. Visum est autem ab Operis argumento non alienum eas hic referre; uti &* Tabulas *duas vetustas Generalium Comitiorum pro distributione Gymnasiorum, & Regentium, Lectorumque Ordinis.*

Ex Reg.Francisci de Ruvere Ministri Gener. in Arch.Ordinis apud SS. XII. Apost. Romæ.

HEc est definitio Studiorum presentis Generalis Capituli apud Conventum Florentie celebrati anno Domini millesimo ccccLxvii. die xvii. Maji sub eximio artium, & sacrarum literarum Doctore Magistro Francisco de Ruvere de Saona totius Ordinis Fratrum Minorum Generali Ministro dignissimo.

Hec est definitio debitorum ad Studia Generalia.

Provincia S. Francisci.

Ad Studium Assisii possunt mittere omnes provincie Ordinis.

Ad Studium Perusinum possunt mittere iste provincie: Bononie, Francie, Rome, Anglie, Tuscie, Terrelaboris, Saxonie, Colonie, Mediolani, S. Antonii, Janue, Aragonie, Apulie, Marchie, Sicilie, Aquitanie, & Turonie.

Ad Studium Tudertinum possunt mittere omnes provincie.

Provincia Francie.

Ad Studium Parisiense possunt mittere omnes provincie Ordinis duos Fratres de debito, duos de gratia, & octo de debito applicato.

Provincia S. Antonii.

Ad Studium Paduanum mittent iste provincie: Janue, Bononie, Austrie, Castelle, Mediolani, Apulie, Tuscie, Sicilie, Burgundie.

Ad Studium Venetiarum mittent iste provincie: Janue, S. Bernardini, Terrelaboris, Bononie, Mediolani, Colonie, Marchie, Dalmatie, Tuscie, Apulie, Provincie, & Castelle.

Provincia Romana.

Ad Studium SS. Apostolorum possunt mittere de debito omnes provincie Ordinis.

Provincia Anglie.

Ad provinciam Anglie possunt mittere omnes provincie Ordinis, scilicet ad Studium Oxoniarum, Cantabrigie, & ad alia studia ejusdem provincie.

Provincia Bononie.

Ad Studium Bononiense mittent iste provincie: Argentine, Janue, Sicilie, S. Antonii, Tuscie, Apulie, Terrelaboris, Mediolani, Provincie, Burgundie, Marchie, Austrie, Saxonie, Aragonie, Aquitanie, Castelle, Turonie, Hungarie, & Romanie.

Ad Studium Cesene Philosophie mittere possunt omnes provincie.

Ad Studium Foroliviï Philosoph. mittere possunt omnes provincie.

Ad Studium Ariminense Phil. mittere possunt omnes provincie.

Provincia Provincie.

Ad Studium Montispesulani mittent iste provincie: Turonie, Bononie, Janue, Sicilie, Castelle, S. Jacobi, Tuscie, Portugallie, Burgundie, Austrie, Calabrie, Apulie, Aragonie, Terrelaboris, Saxonie, Aquitanie, & S. Bernardini.

Ad Studium Avenionis mittere possunt iste provincie: Bononie, Janue, S. Antonii, Mediolani, Aragonie, Burgundie, Argentine, Dalmatie, Colonie, Saxonie, Aquitanie, Apulie, Terrelaboris, Bohemie, Tuscie, Dacie, S. Bernardini, Sicilie, S. Angeli, Castelle, S. Jacobi, & Portugallie.

Provincia Aquitanie.

Ad Studium Tholosanum mittent iste provincie: Bononie, Terrelaboris, Provincie, Austrie, Hongarie, Turonie, Burgundie, Aragonie, Castelle, Apulie, Janue, Tuscie, Calabrie, Argentine, Terrelaboris, Sicilie, Portugallie, Saxonie, S. Jacobi.

Ad Studium Burdegalense mittent iste provincie: Bononie, S. Antonii, Tuscie, Apulie, Mediolani, Bohemie, Hungarie, S. Angeli, Calabrie, Burgundie, Turonie, Saxonie, Argentine, Austrie, Aragonie, & Castelle.

Provincia Tuscie.

Ad Studium Florentinum mittere possunt iste provincie: Romanie, Janue, Bononie, Apulie, S. Antonii, Mediolani, Sicilie, S. Bernardini, Terrelaboris, Dalmatie, Hungarie, Burgundie, Turonie, Colonie, Provincie, Aragonie, Saxonie, Argentine, & Marchie.

Ad Studium Senense possunt mittere iste provincie: Bononie, Janue, S. Antonii, Sicilie, Apulie, Argentine, Hungarie, Terrelaboris, Mediolani, Colonie, Austrie, Provincie, Aragonie, & Marchie.

Provincia Austrie.

Ad Studium Viennense possunt mittere iste provincie: Tuscie, Mediolani, Bononie, Terrelaboris, Apulie, S. Antonii, Hungarie, Colonie, Janue, Bohemie, Saxonie, Romanie, Orientalis, & Castelle.

Provincia Janue.

Ad Studium Januense mittent iste provincie: S. Antonii, Bononie, Tuscie, Argentine, Colonie, Apulie, Sicilie, Mediolani.

Ad Studium Papiense mittere possunt iste provincie: Bononie, Argentine, Provincie, Burgundie, Colonie, Hungarie, S. Antonii, Terrelaboris, Sicilie, Tuscie, Mediolani, Apulie, & Marchie.

Ad Studium Taurinense mittent iste provincie: Saxonie, Turonie, S. Jacobi, Bononie, Marchie, Dalmatie, S. Bernardini, Mediolani, Sicilie, Apulie, & Tuscie.

Ad Studium Philosophie Pinaroli mittent omnes provincie Ordinis.

Provincia Burgundie.

Ad Studium Divionense mittent iste provincie: Provincie, Dalmatie, Bononie, Hybernie, Bohemie, S. Bernardini, Apulie, Tuscie, S.Antonii, Romanie, Colonie, Hungarie.

Ad Studium Lugdunense mittere possunt provincie: Janue, Mediolani, Bononie, Apulie, Argentine, Saxonie, Sicilie, S. Jacobi, Castelle, & Colonie.

Provincia Terrelaboris.

Ad Studium Neapolitanum mittere possunt iste provincie: Bononie, S. Antonii, Janue, Sicilie, Tuscie, Apulie, S. Jacobi, Castelle, Mediolani, Bohemie, Hungarie, Argentine, & Provincie.

Provincia Mediolani.

Ad Studium Mediolanense mittere possunt iste provincie: Bononie, Tuscie, Dalmatie, Apulie, Terrelaboris, Sicilie, Argentine, Saxonie, Janue, S.Antonii, Colonie, Calabrie, S. Bernardini.

Ad Studium Philosophie Brixiense mittere possunt omnes provincie Ordinis.

Provincia Aragonie.

Ad Studium Barchinonense mittent iste provincie: Sicilie, Terrelaboris, Janue, Castelle, Apulie, Bononie, Tuscie, Romanie, Saxonie, S. Jacobi, Portugallie, Aquitanie, Provincie, Turonie.

Ad Studium Ilerdense mittent iste provincie: Bononie, Argentine, Janue, S. Antonii, Tuscie, Colonie, Saxonie, Hungarie, Apulie, Calabrie, & S. Angeli.

Provincia Castelle.

Ad Studium Toletanum mittent iste provincie: S. Jacobi, Portugallie, Aragonie, Aquitanie, Turonie, Janue, Bononie, Romanie, Dalmatie, Apulie, Tuscie, Terralaboris, & Marchie.

Provincia S. Jacobi.

Ad Studium Salamantinum possunt mittere omnes provincie Ordinis.

Provincia Portugallie.

Ad Studium Ulysbone mittent omnes provincie Ordinis

Pro-

Provincia Turonie.

Ad Studium Pictaviense possunt mittere iste provincie: Bononie, Janue, Dalmatie, Tuscie, Argentine, Saxonie, Colonie, Terrelaboris, Hungarie, Dacie, Bohemie, Castelle, Apulie, Aragonie, & Burgundie.

Ad Studium Nanetense possunt mittere omnes provincie.

Ad Studium Bidegavense possunt mittere omnes provincie.

Provincia Colonie.

Ad Studium Coloniense mittunt iste provincie: Bononie, Janue, Tuscie, Apulie, Dalmatie, Provincie, Turonie, Dacie, Saxonie, Argentine, Austrie, Hungarie, Romanie, Castelle.

Provincia Saxonie.

Ad Studium Erfordiense mittent iste provincie: Argentine, Colonie, Dacie, Bononie, Janue, Tuscie, Austrie, Terrelaboris, Sicilie, Burgundie, Turonie, Apulie, Provincie.

Provincia Apulie.

Ad Studium Barolitanum mittent omnes provincie Ordinis.

Provincia Argentine.

Ad Studium Argentinense mittent iste provincie: Colonie, Saxonie, Bononie, Turonie, Burgundie, Janue, Mediolani, Romanie, Provincie, Dacie, Dalmatie, S. Angeli, Marchie, Apulie, & Calabrie.

Provincia Marchie.

Ad Studium Urbini mittent iste provincie: Bononie, S. Antonii, Apulie, Argentine, Tuscie, Dalmatie, S. Angeli, Terrelaboris, Mediolani, Janue, Sicilie, & Turonie.

Ad Studium Senense mittent omnes provincie Ordinis.

Statuit Reverend. Pater Generalis, quod per Reveren. Ministros ad supradicta Studia Studentes habiles ad scientias capessendas, que leguntur in illis Studiis, mittantur. Et si, quod absit, secus factum fuerit, Regentes Studiorum cum consilio proborum illius Conventus, ac Reverendi Ministri illius provincie, si faciliter poterunt haberi, teneantur per obedientiam tales Studentes ad suos Ministros remittere, ab illisque petant alios aptiores.

Frater Franciscus Generalis manu propria.

Institutiones factæ in Capitulo Generali Cremonæ celebrato anno 1488 die 25. Maji a Fr. Francisco Sampsone sac. Theol. Magistro totius Ordinis Minorum Generali Ministro, excerptæ ex Reg. ejusdem Gener. ibid.

Provincie Cismontane

Provincia Bononie.

Rev. Magister Philippus de Bagnacavallo institutus est Lector Regens Conventus Bononiensis pro tribus annis Capituli Generalis.

Fr. Julianus de Fortia institutus est Bacchalarius Loice pro duobus annis Ferrarie.

Fr. Dominicus de Monte Ilcino institutus est Baccalarius Philosophie Ferrarie pro duobus annis.

Fr. Pacificus de Padua institutus est Lector Biblie pro duobus annis Ferrarie.

Rev. Magister Gaspar de Clavasio institutus est Lector Regens Arimini pro tribus annis.

Rev. Magister Petrus Molfetta institutus est Lector Regens Ferrarie pro tribus annis.

Fr. Ludovicus de Fortia institutus est Bachalarius pro cursu Magisterii in Conventu Ferrarie pro tribus annis; quibus expeditis, possit magistrari.

Fr. Joannes de Sanferrato institutus est Bachalarius pro cursu Magisterii in Episcopatu Bononie pro duobus annis, quibus expeditis, possit magistrari.

Fr. Joannes de Feltrio institutus est Bacalarius Philosophie Bononie pro duobus annis.

Fr. Joannes de Lugo institutus Bachalarius pro cursu magisterii in Episcopatu Ferrarie pro duobus annis inclusive.

Fr. Laurentius de S. Joanne institutus Bachalarius pro exercitio pro secundo loco Ferrarie pro duobus annis.

Fr. Albertus de Placentia institutus Bachalarius pro exercitio in Collegio S. Romani Ferrarie pro duobus annis.

Fr. Petrus de Cremona institutus Lector Philosophie Ferrarie pro duobus annis.

Fr. Ilifanso institutus Bachalarius Ferrarie pro exercitio pro primo loco Conventus pro duobus annis.

Fr. Bernardinus Andree Dachus institutus Lector Biblie Bononie pro duobus annis.

Fr. Ludovicus de Cremona institutus Bachalarius Loice Bononie pro duobus annis.

Fr. Angelus de Laude institutus Bachalarius pro cursu pro Conventu Bononie pro duobus annis pro secundo loco Conventus.

Fr. Bernardinus de Montelupono Bononie institutus Bachalarius pro exercitio pro Episcopatu pro duobus annis.

Rev. Mag. Mariottus de Pistorio institutus Regens Cesene pro tribus annis.

Fr. Augustinus de Casali majori institutus Bachalarius Loice in Conventu Ferrarie pro duobus annis.

Fr. Nicolaus de Cesenatio institutus Bachalarius pro exercitio pro Collegio Hispanorum pro duobus annis in Conventu Bononie.

Fr. Guido de Tausano institutus Bachalarius pro exercitio in Conventu Bononie pro Collegio S. Stephani pro duobus annis.

Fr. Jeronimus de Castronovo institutus Bachalarius Loyce pro duobus annis Cesene.

Fr. Augustinus de Placentia Bachalarius formator, & licentiatus fuit magistratus in Capitulo Generali a Patre Rm̃o Generali.

Fr. Venturinus de Crema locatur pro Studente Cesene pro tribus annis.

Fr. Franciscus de Regio institutus Magister Studentium Ferrarie pro duobus annis.

Fr. Julianus de Fortia institutus Lector Biblie Ferrarie pro duobus annis.

Fr. Antonius de Urbino institutus Bachalarius pro cursu Ferrarie pro duobus annis exclusive S. Romani.

Fr. Bernardinus de Monopulo institutus Bachalarius Bononie pro cursu Magisterii inclusive pro Collegio Spanorum, ita quod expletis duobus annis, possit insignia magistralia sumere.

Mag. Ruffino de Alba conceditur, quod possit studere Ferrarie in jure canonico.

Fr. Bernardinus de Casali majori institutus Bachalarius Ferrarie pro cursu magisterii exclusive pro duobus annis.

Fr. Mattheus de Pinerolio institutus est lector Biblie Bononie pro duobus annis.

Fr. Augustinus de Pinerolio institutus est Bachalarius pro exercitio pro primo loco Bononie.

Mag. Angelus de Cremona institutus Lector Regens Forolivii pro tribus annis Capituli Generalis.

Fr. Michael de Cremona institutus Lector Phy. in Conventu Bononiensi pro duobus annis.

Provincia S. Francisci.

Fr. Galeottus de Assisio institutus Bachalarius Phy. Perusii pro duobus annis.

Fr. Franciscus de Castronovo institutus Bachalarius pro cursu in Conventu Perusino pro Collegio S. Laurentii pro duobus annis.

Fr. Joannes de Montelupono institutus Magister Studentium pro duobus annis Perusii.

Fr. Marianus de Sutrio institutus Bachalarius pro exercitio in Conventu Perusino pro duobus annis.

Fr. Gallarus de Padua institutus Bachalarius Loice pro duobus annis Perusii.

Fr. Silvester de Carbio institutus est Bachalarius pro cursu cum inclusiva Perusii, & pro Conventu.

Fr. Jeronymus de Montefalcho institutus Biblicus Perusii pro duobus annis.

Rev. Magister Christophorus de Castronovo institutus Regens pro tribus annis Perusii.

Mag. Christophorus de Tuderto institutus est Lector Regens Tuderti pro tribus annis.

Provincia Romana.

Fr. Franciscus de Orta institutus est Bachalarius pro exercitio in Conventu SS Apostolorum de Urbe pro duobus annis.

Reg. Mag. Gregorius de Sebenico institutus est Lector Regens Conventus Urbeveteri pro tribus annis.

Provincia Tuscie.

Rev. Mag. Georgius Benignus institutus est Regens Florentinus pro tribus annis.

Fr. Bernardinus de Ficeclo institutus Bachalarius Conventus Florentie pro primo loco pro duobus annis inclusive, & quod in tertio anno possit magistrari.

Fr. Joannes Franciscus de Lugo institutus est Bachalarius pro cursu in Conventu Florentie pro Episcopatu pro duobus annis.

Rev. Mag. Garganus de Senis institutus est Lector Regens Conventus Senarum pro tribus annis.

Rev. Mag. Bernardinus de Florentia institutus est Lector Regens Pisarum pro tribus annis.

Fr. Joannes de Botonto institutus est Bachalarius Loice pro duobus annis Senis.

Fr.

Fr. Bernardinus de S. Maria in Georgio pro cursu magisterii pro Collegio sancti Laurentii Florentie cum expeditione pro tribus annis.

Venerandus Fr. Lucas de Suberete licentiatus Bachalarius magistratus est in sacra Theologia a Rmo Pre Generali in Capitulo Generali.

Fr. Riccardus Bringior institutus Magister Studentium Florentie pro duobus annis.

Fr. Nicolaus de Pattis institutus Lector Phy. pro duobus annis Senis.

Fr. Antonius de Montelcino institutus Bachalarius pro exercitio Senis pro duobus annis.

Fr. Jeronimus de Pupio institutus Bachalarius Conventus pro exercitio in Conventu Florentie pro duobus annis, in tertio vero anno institutus Bachalarium pro curso in eodem Conventu.

Venerandus Fr. Ludovicus de Asciano Bachalarius pro cursu magistratus fuit a Rmo Pre Generali in Capitulo Generali autoritate Smi D. nostri.

Fr. Joannes Franciscus de Lugo institutus Bachalarius pro cursu in Conventu S. Crucis de Florentia pro duobus annis pro Episcopatu, quibus expletis, quod possit magistrari.

Fr. Raphael de Florentia institutus Bachal. Phy. in Conventu Senarum pro duobus annis.

Fr. Antonius de Barberino institutus Bachal. pro exercitio pro Episcopatu pro duobus annis in Conventu Florentie.

Provincia S. Antonii.

Rev. Mag. Gratianus Minister Romanie institutus est Lector Regens Conventus sacratissimi Paduani pro tribus annis.

Fr. Sanctes de Asitio institutus Biblicus Venetiis pro duobus annis.

Fr. Joannes de Feltro institutus Venetiis Lector Phy. pro duobus annis.

Fr. Antonius Siculus institutus Bachalarius pro cursu Padue in Episcopatu pro duobus annis, pro tertio quod possit magistrari in quacumque Universitate.

Fr. Bernardinus de Casali institutus Bachalarius pro curso in Collegio S. Antonii pro duobus annis, & pro tertio quod possit magistrari in quacumque Universitate.

Fr. Petrus de Plebe institutus Bachalarius pro exercitio pro Episcopatu Padue pro duobus annis.

Fr. Bonaventura de Brixia institutus Bachalarius Phy. Padue pro duobus annis Capituli Generalis.

Fr. Jacobus Antonius de Cibite Penne institutus est Bachalarius pro secundo loco Padue pro tribus annis Capituli Generalis, quibus perfectis, conceditur licentia magistrandi.

Fr. Franciscus Ricius de Colonia institutus est Bachalarius in Conventu Paduano pro exercitio in secundo loco pro primo anno Capituli generalis, pro 2. & 3. annis pro cursu in Episcopatu pro secundo loco cum expeditione, transactis annis predictis.

Rev. Mag. Petrus de Cruce institutus est Lector Regens Venetiis pro tribus annis

Fr. Silvester de Rodigio institutus est Lector Phy. Venetiis pro duobus annis.

Fr. Paulus de Pordenone institutus Magister Studii Padue pro duobus annis.

Fr. Jeronymus de Bergomo institutus Lector Philosophie Padue pro duobus annis.

Fr. Benedictus de Como Bachalarius pro exercitio in Collegio S. Katerine Padue pro duobus annis.

Fr. Nicholaus de Spalatro institutus Bachalarius pro cursu pro duobus annis Padue in Collegio S. Benedicti cum expeditione magistrandi, transactis duobus annis.

Fr. Marcus Siculus institutus Bachalarius pro cursu Magisterii Padue in Collegio S.Catharine, quibus expletis, possit magistrari.

Fr. Matteus de Chetio institutus est Lector Phy. in Conventu S. Nicholai pro duobus annis Venetiis.

Fr. Jurius de Valle comonica locatus pro studente Venetiis cum debito.

Fr. Seraphinus de Brixia institutus Bachalarius pro exercitio Padue pro tribus annis Capituli Generalis primo loco Conventus.

Rev. Mag. Mariottus de Pistorio institutus est Lector in Conventu Coneglani pro anno futuro.

Venerabilis Fr. Germanus de Casali Conventus Venetiarum fuit Magistratus in Capitulo Generali Cremone celebrato, & approbatus.

Fr. Blasius de Albis institutus Bachalarius pro cursu pro duobus annis, & in tertio possit magistrari.

Fr. Joannes Jacobus de Landa institutus Bachalarius pro cursu in Collegio de Spinallis Padue, & tertio anno possit magistrari.

Fr. Jacobus de Padua Bachalarius Loice institutus Padue pro duobus annis.

Fr. Franciscus de Macerata institutus Lector Biblie Venetiis pro duobus annis

Fr. Georgius Teutonicus institutus Magister studentium Venetiis pro duobus annis.

Fr. Mattheus de Cherio institutus est Lector Phil. in sancto Nicholao de Venetiis usque ad Capitulum Generale futurum.

Fr. Mattheus de Castrofranco institutus Bachal. Phy. pro Conventu Venetiarum pro duobus annis.

Fr. Anselmus de Viglevano debitum Mediolani Padue pro tribus annis.

Fr. Gabriel de Brixia pro tribus annis in Conventu Venetiarum pro debito Mediolani.

Fr. Franciscus Gregorii institutus Bachalarius Conventus Venetiarum pro duobus annis.

Fr. Lucas Ungarus Bachalarius pro cursu locatus Venetiis pro duobus annis.

Fr. Simon de Gurtimilio locatus studens pro provincia Datie pro tribus annis Venetiis.

Fr. Stephanus de Casali majori institutus est Bachalarius pro cursu in Conventu Placentie, & applicatur Venetus pro tribus annis.

Fr. Sanctes de Asisio institutus Bachalarius Loice pro duobus annis Venetiis in Conventu.

Venerandus Bachalarius formatus Fr. Bernardinus de Tarvisio fuit magistratus in Theologia a Rmo Patre Generali in Capitulo Generali.

Fr. Ludovicus de Spinellis locatus Venetiis pro studente pro tribus annis.

Fr. Paulus de Pantano de Brixia institutus Lector Biblicus Padue pro duobus annis.

Fr. Marcus Antonius de Papia institutus est Bachalarius pro exercitio in Conventu Paduano pro duobus annis Capituli Generalis.

Fr. Sanctes de Cappalione institutus Magister Grammatice in Conventu Venetiarum pro tribus annis.

Mag. Andreas Venetus institutus est Lector Regens Tarvisii pro tribus annis.

Fr. Xantes de Grepallone Taurini institutus Bachalarius pro exercitio, & computatur Venetiis pro tribus annis.

Provincia Janue.

Rev. Mag. Franciscus de Montaldo institutus Regens Conventus Janue pro tribus annis Capituli Generalis.

Rev. Mag. Joanninus de Pontestura institutus Regens Taurini pro tribus annis.

Rev. Mag. Petrus Ulisbonensis institutus Lector Regens Pinaroli pro tribus annis.

Fr. Simon de Altavilla institutus Bachalarius pro cursu inclusive in Conventu Taurini, quibus expletis, quod possit magistrari.

Fr. Ubertinus Ciglanus institutus Bachal. pro cursu inclusive pro 2. loco Conventus Taurini.

Fr. Joannes de Cavellis institutus est Bachal. pro exercitio pro primo loco Conventus Taurini pro primo anno, pro 2 & 3. pro cursu inclusive.

Fr. Joanninus de Ast institutus Bachalarius Phy. Taurini pro duobus annis.

Fr. Jeroninus de Bononia institutus est magister studentium pro duobus annis Taurini.

Fr. Nicholaus de Montecalvo institutus est Bachal. pro exercitio pro 2. loco Conventus Taurini pro duobus annis.

Rev. Mag. Jacobus de Clavasio, qui fuit magistratus a Rmo protectore nostro, est approbatus per Rmum Patrem cum omnibus gratiis magistralibus.

Rev. Mag. Johannes de Viglali institutus Lector Regens Ast pro tribus annis.

Fr. Joannes de Simoldis institutus est Bachalarius Loice Papie pro duobus annis Capituli Generalis.

Fr. Bernardinus de Ceva institutus est Bachalarius pro cursu Papie pro 3. loco pro duobus annis, quibus expletis, quod possit magistrari.

Fr. Aloysius Aginono de Placentia institutus est Bachal. Papie pro 2. loco Conventus Papie pro duobus annis, quibus expletis, in quacumque Universitate possit magistrari.

Fr. Jacobus Ulisbonensis institutus est Bachal. pro cursu in Conventu Papie pro duobus annis pro 1. loco Conventus cum inclusive expletis duobus annis.

Fr. Antonius de Castoris de Lugano institutus Lector Biblie pro duobus annis Papie.

Fr

Fr. Stephanus de Castronovo institutus est Bachal. pro cursu magisterii in Conventu Taurini pro duobus annis inclusive pro Collegio Universitatis Taurini.

Fr. Barthnlomeus de Cesena Bachal. Loice in Conventu pro duobus annis.

Fr. Aotonius de Cava institutus Bachalarius Loice pro a. annis.

Fr. Bernardinus de Bruella Bachalarius pro cursu institutus est in Conventu Taurino pro a. annis cum inclusiva expletis duobus annis.

Fr. Matteus de Fabris institutus Bachalarius formatus in Conventu Parisiensi, & quod possit, expletis duobus annis, possit expediri.

Fr. Francischinus de Gurtimilio institutus similiter Bachal. formatus, & qood possit expletis duobus annis, possit magistrari.

Provincia Mediolani.

Rev. Mag. Mauritius de Ibernia institutus est Lector Regens in Conventu Mediolani pro tribus annis.

Fr. Franciscus de Martinengo institutus Lector pro futura Quadragesima io Conventu Brixie.

Fr. Antonius de Sardinia iastitutus Bachal. pró exercitio Conventus Mediolani pro a. loco.

Fr. Gulielmus de Ibernia institutus Bachalarius Theol. pro exercitio in Conventu Mediolani pro primo loco.

Fr. Vincentius de Viglevano institutus Bachal. Loice io Conventu Mediolani pro duobus annis.

Fr. Matteus de Fossano institutus Magister studentium Mediolani pro duobus anais.

Fr. Juvenalis de Fossano Bachal. pro cursu Parme, & computat ei, & aplicat Mediolani pro duobus annis exclusive.

Fr. Jacobus de Novaria institutus est Bachalarius Phy. pro duobus annis ibidem.

Fr. Sebastianus Sardus institutus Biblicus in Conventu Mediolani pro duobus annis.

Fr. Christophorus Sardus institotus Lector Phy. Mediolani pro duobus annis.

Provincia Dalmatie.

Venerandus Fr. Peregrinus de Jadra Bachalarius formatus magistratus in Capitulo Generali a Rmo Pré Generali Cremone die 25. Maji 1488.

Fr. Marious de Castro Dorante Bachalarius pro curso licentiatus magistratus a Pré Rmo auctoritate Sanctissimi Dñi in Capitulo Generali.

Provincia Marchie.

Rev. Mag. Petrus de Triesto institutos Lector Regens Urbini pro tribus annis.

Fr. Antonius de Pirano institutos Magister Studii Urbini pro duobus anais.

Provincia Sicilie.

Mag. Gulielmus Sicolus institotos est Lector Regens Catanie pro tribus annis.

Fr. Ludovicus de Catania institutus Bachalarius pro exercitio Catanie pro duobus annis.

Provincia Terrelaboris.

Rev. Minister S. Angeli institutus Lector Regens in Conventu Neapolitano pro tribus annis.

Fr. Bernardinus de Gucharo institutus est Bachalarius pro cursu ibidem pro tribus anais.

Fr. Marianus de Saponaria institutus Bachalarius pro cursu ibidem pro secundo loco, ita quod possit gradum magisterii suscipere, completis actibus solitis fieri.

Fr. Antonius de Gucharo institutus Bachalarius pro exercitio ibidem pro duobus annis.

Fr. Constantinus de Montellis institutus est Bachalarius pro exercitio in secundo loco Neapoli.

Fr. Joaaoes de Benevento institutus Lector Biblie pro duobus annis in Conventu Neapolitano.

Fr. Benedictus Siculus iasitutus Magister Studentium pro duobus annis Neapoli.

Fr. Antonius de Cusano institutos Bachalarius Loice Neapoli pro duobus aonis.

Provincie Ultramontane

Provincia Francie.

Fr. Joannes Bauuot institutus ad legendum Sententias in Universitate Parisiensi pro anno nonagesimo.

Fr. Heuricus Banquille institutus ad legendum Sententias pro anno aonagesimo p.

Fr. Thomas Ouenna institotus Bachalarius in Conventu Cadonensi.

Fr. Bertrandus Gremont institutus Bachalarius in aliqua Uoiversitate.

Fr. Regioaldus Gravet institutus Bachalarius ad legendum Sententias in Coaventu Cadonensi.

Fr. Petrus Gonault institutus Bachalarius in Uoiversitate Cadonensi pro 2. anno Capituli Generalis.

Fr. Nicolaus Sutoris iastitutus Bachalarius in aliquo Convento nostri Ordinis.

Fr. Nicolaus Giliberti iastitutus Bachalarias in Universitate Cadonensi pro anno primo Capituli Generalis.

Fr. Ægidius Guenot institutus Bachalarius ia quacumque Universitate.

Fr. Petrus Francisci insticutus Bachalarius in quacumque Universitate.

Fr. Galterus Fabri institutus Bachalarius in Conveotu de Lovanio.

Aquitanie.

Fr. Blasius de Miglata institutus Bachalarius Tolose pro primo anno.

Fr. Rogerius de Pereris institutus Bachalarius Tulose pro 2.

Fr. Joannes Miglaci instirotus Bachalarius Toluse pro 3. aann.

Fr. Joannes Alduti institutus Bachalarius io quacamque Universitate.

Fr. Petrus Montignasi institutus Bachalarius io quacumque Universitate.

Fr. Juannes da Certerlio institutus Bachalarius in quacumque Universitate.

Provincia Aragoaie.

Fr. Vincentius Trigles Lector legens Bachinone pro primo anno.

Fr. Bachalarius ibibem pro primo anno.

Fr. Franciscus Valeri Lector Barchinone pro secundo anno.

Fr. Michael Casteglon Bachalarius ejusdem anni.

Fr. Joaones Beroet Lector ibidem pro tertio anno.

Fr. Joaones de Miranda Bachalarius ibidem pro eodem anao.

Fr. Bartholomeus Gacul Lector Majoricarum pro primo anno Capituli Generalis.

Fr. Franciscus Cervera Bachalarius pro aodem anno ibidem.

Fr. Joannes Ruffini Lector ibidem pro secondo anao Capituli Generalis.

Fr. Joannes Verges Bachalarius ibidem pro secundo anno.

Fr. Lector per tertio anno ibidem.

Fr. Joannes Majer Bachalarius ibidem pro tertio aono ejusdem Capituli.

Fr. Joannes de Bergara Conventus Cesarauguste licentiatus ad Magisterium ad quamcumque Uaiversitatem.

Provincia S. Ludovici.

Fr. Raphael iostitutus Bachalarius in quacumque Universitate.

Fr. Benedictus Faeldesif iastitutus Bachalarius in quacumque Universitate.

Fr. Joannes Finee institutus Bachalarius in Conventu Avenionis pro secundo anno Capituli Generalis.

Fr. Collinus de Trevis institutus Bachalarius in quacumque Universitate

Fr. Antonius Fabri institutus Bachal. in quacumque Uoiversitate

Fr. Petrus Giccardi institutus Bachalarius in Moatepessulaoo pro tertio anno Capituli Generalis.

Fr. Joannes Renoaldi Bachalarius in Conventu Avenionis pro primo anno.

Provincia S. Bonaventure.

Venerabilis Fr. Petrus Pailheri Bachalarius pro cursu magistratus est ia Capitulo Generali Cremone a Pré Rmo Generali auctoritate Summi Pontificis

Venerandus Fr. Bartolomeus Boesi Bachalarius pro cursa magistratus est in Capitulo Generali Cremone a Pré Rmo.

Fr. Simon Minotti institutus Lector legens in Conventu Divionensi pro secundo anno Capituli Generalis.

Fr. Dionisius Massoti, & Fr. Oliverius M.lz instituti suat Bachalarii io quacumque Universitate

Provincia Turonie.

Fr. Antonius de Bosco institutus Bachalarius ad legendum Sententias Andegavis.

Fr. Petro Campinelli conceditur licentia ad legendum Sententias Brtonis.

Fr. Petro Burgensi conceditur licentia ad legendum Sententias Pictavis.

Fr. Joanoi Malmeri conceditur licentia ad legendum Sententias Andegavis.

Fr.

Fr. Joannes Fournerii Bachalarius formatus magistratus fuit iu Capitulo Generali per Reverendissimum Patrem Generalem authoritatv Summi Pontificis.

Iberuia.

Veuerandos Fr. Mauritius de Iberuia Bachalarius formatus magistratus est in Capitulo Generali a Rm̃o Patre Generali.

Argentina.

Fr. Petrus Piscatoris institutus Bachalarius liceutiatus io quacumque Universitate.

Ex Codice ms. Anonymi Assisien. fol. 140. *pag.* 1.; *quem, aut similem Waddingus attribuit pluribus in locis*
B. ODORICO FOROJULIEN.

Reverendo in Christo Patri Fratri *Salon. Vicario* Generali Ministri Ordiuis Fratrom Minorom iu partibus Orientis Frater *Bartholomeus Custos Thaurisii* cum subjectione devota seipsum. Noveritis nos habuisse nova certa de *India* de Fratribus nostris, scilicet Frē *Thoma* & sociis ejus Frē *Jacobo*, & Frē *Petro*, & Frē *Demetrio*, quorum transumptum vobis mittimus per latorem presentium, que oretenus habuimus ab illo homine, qui ivit cum predictis Fratribus, & ita vobis seriatim scribimus. Cum predictus homo recessisset de *Ormes*, i: primus portus Indie, cum predictis Fratribus, remansit ipse homo in quadam Insula pro aliquo uegotio expediendo. Fratres vero nostri supradicti iverunt ad civitatem, que dicitur *Thana*, ad quam civitatem homo iste pervenit die VIII. a passione eorum videlicet in cena Domini anno Dōi M. CCC. XXI. Causa hujus itiueris predictis Fratribus fuit, quia non invenientes lignum in *Ormes*, io quo irent in *Columbos*, oportuit eos ire illuc: homo autem predictus, qui post passionem illorum ivit illuc, omnibus diligenter investigatis, & veraciter compertis, retulit nobis historiam passionis hoc modo. Cum nostri predicti IIII. Fratres in domo cujusdam Christiani propter metum Saracenorum stareut absconsi, contigit litem oriri inter Christianum predictum, & ejus sociam, que ejus afflictiones non ferens ivit ad *Cadi* i. Episcopum Saracenorum civitatis predicte, & acriter fuit conquesta dv viro suo. Cadi vero iuterrogante utrum, quod dicebat, posset probare, respondit mulier, in domo sua se habere IIII. *Franchos*, qui de omnibus, que dicebat, possent testimonium pribibere; & Cadi statim misit pro eis. Frater *Petrus de Senis* tunc alibi iverat: tres alios Fratres Cadi cepit iuterrogare, & de fide nostra multa perquirere; & ipsi ad omnia responderunt optime. Et Cadi videns se in hoc non posse proficere, ad respondendum sibi de sua fide eos cepit inducere, & specialiter utrum Machometus esset propheta Dei, & ipsi respouderunt, quod nullo modo erat propheta Dei; & ille iratus vehementer cepit insistere, & ensem nudum super capita eorum . . . vibrando minari, & ut Machumetum confiterentur nontium Dei fuisse fortissime cogere: quod cum omnino renuerent, immo contrarium de ipso assererent, fecit in Maydano civitatis i. iu platea copiosum ignem parari, & Fratrem *Jacobum de Padua* primo intus jactari, qui pre magnitudioe flammarum non apparebat, nisi quando ventus flammas deprimebat: sed audiebatur vox ejus, qui continue beatam *Mariam Virginem* in suum auxilium iuvocabat: & stetit in flammis usque in totalem consumptionem ignis; & consumpto & extincto igne Fr. Jacobus exivit illesus ita, ut nec capillus capitis, nec tunice pilus esset combustus. Ipse vero Cadi malignus hoc imputavit virtuti lane ipsius tunice, & non bonitati divine asserens ipsam tunicam fuisse de lana terre Abrae, & ideo eum, nec eam ignis poterat comburere. Quapropter fecit ipsum Fratrem totaliter exui, & oleo & butiro caput ejus, & corpus, & ligua perfundi, & ignem permaximum in triplo quam prius succendi, & ipsum ita nudum intus jactari; qui sicut prius usque ad consumptionem ignis permansit illesus, duobus Fratribus sociis suis inspicientibus & orantibus. Cadi vero, & *Melic* i. Rector civitatis hec videntes dixerunt: *vere isti Fratres sunt mirabiles; & amici Dei veraces*; quapropter ipsos emiserunt de civitate, &, ut extra provinciam exirent, preceperunt: & illis egressis, timens Cadi quod si ipsi Fratres viverent, totum ejus populum pervertereot; misit post eos armatos quatuor, qui primum in Fratrem Jacobum irruentes, & ut fidem Christi negaret inducentes, & ipsum firmissimum in fide Christi invenientes, unus eorum ense vibrato super collum & caput ipsum percutiens martyrem Christi fecit, & transmisit ad bravium supernorum: Frater vero *Thomas de Tolentino* hoc videns genuflexit, & orabat; & unus illorum armatorum eum per barbam cepit, & gladio jugolavit, & sic cum palma martyrii volavit ad celos ad Christum: Fratrem vero *Demetrium*, qui nuper fuerat conversus ad fidem Christi, percutientes gladio in pectore sanctis martyribus adjunxerunt. Interim autem suggestum est Cadi de Fratre *Petro de Senis*, qui mittens pro eo jussit ipsum duobus diebus continue torqueri, & tertia die per gulam in arbore suspendi, in qua dum per unam diem viveret, jussit eum deponi, & sic eum gladio fecit interfici, & sic sanctis martyribus Fratribus sociis in corona & merito est adjunctus. Nocte vero a passione trium primorum Fratrum tot & tanta fulgura, & tonitrua, inundatio pluviarum, & horribilium tempestatum fuerunt iu ipsa terra, ut nunquam similia sint audita. Illud etiam, quod conduxerat, lignum statim ivit iu profundum, quod alias in illo mari videlicet in portu, ubi tunc erat predictum lignum, uunquam simile fuit auditum. *Pauli* i. miles Potestatis & Milic civitatis cadens de equo, & equus super eum suffocatus est, & ad inferna descendit. Infideles vero hec videntes dicebant: *talia vidimus*, *quod nescimus*, *quid agere debeamus*. Quidam vero Saraceni, qui prope *Soldaniam* venerant, qui presentes fueraut tantis miraculis, hoc martyrium Fratrum, & miracula divulgaverunt. Ceterum noveritis, quod cum corpus Fratris *Jacobi* jam per VIII. dies foris jacuisset, ita recens & incorruptum, & sine fetore est repertum, ut si eadem hora esset martyrizatus. *Vicarius* vero Fratrum Predicatorum Frater *Nicholaus Romanus* videns litteras sui Fratris testimonium perhibentis iter arripuit, & versus *Indiam* properavit. Valete in Domino &c. Dat. *Thaurisii* in crastino Ascensionis Domini. (*idest die* 29. *Maji*).

Ibidem pag. 2.

Reverandis in Christo Patribus & Fratribus Predicatoribus & Minoribus in *Thaurisio* & de *Togana*, & *Maraga* commorantibus Frater *Jordanus* Predicatorum Ordinis omnium minimus seipsum & pro salute cum lacrimis oscula pedum beatorum. Noverit vestrum omnium paternitas veneranda me solum sine socio in Yndia pauperculum peregrinum, ubi post passionem *Sanctorum* videlicet quatuor Fratrum Minorum scilicet *Thome*, & *Jacobi clerici*, & *Petri*, & *Demetri* martirum beatorum, meis peccatis exigentibus vivere sum permissus, sicut ipse Dominus, qui omnia disponit optime, prout vult, b. s. m̄ per omnia benedictus, ibidem quia felix martyrum beatorum, qui v. feria ante ramos Palmarum dictorum Fratrum Minorum fuit in *Tana* die, ab eodem loco per x. dietas in contrata quadam, que *Parexao* dicitur, uonaginta fore personas baptizavi, & adhuc baptizabo concedente Domino plusquam xx., & inter *Tanam* & *Superam* xxxvi. baptizavi, laus Christo Domino omnium creatori. Si haberem socium, remanerem per aliquod tempus; nunc autem preparabo Ecclesiam Fratribus venturis, & dimittam meam, & Martirum robam, & libros universos. Veniam tum propter Sanctorum supradictorum Fratrum *canonizationem*, tum propter fidei negotia alia satis ardua & utilia. Lator posset omnia, que scribere nequeo pre temporis brevitate, exponere. De fructu breviter scribo, quod magnus esset, si esset qui curaret. Parent se Fratres ad veniendum, quia loca sunt talia, ubi Fratres multum fructificare poterunt, & communiter vivere; que ego scio. & unus est *Superā*, ubi duo Fratres poteruut stare; & alter est iu contrata de *Parexco*, ubi duo vel tres, & alter *Columbi*, exceptis multis aliis, que ignoro. Verum a nostris Latinis mercatoribus intellexi, quod via *Ethiopie* est apta, qui vellet; non tamen me permittat Dominus mori, donec in illis partibus fidelis esse valeam peregrinus, quod est totaliter mihi cordi. Valete, ut opto, & orate pro me, & omnibus Fidelibus commendate. Dat. in Coga. die XII. Octobris anno Domini M. CCCXXI.

ADDENDA, ET CORRIGENDA.

Pag. 2. col. 2. post lin. 3. in *Adamo de Marisco* add.
Lecturam ejus super Genesim memorat Fr. Salimbene Parmen. in Chron. ms. fol. 333. col. 4.

Ibid. lin. penult. in *Adamo Wodehamen.* addatur
Scriptum secundum Adam Chodam in libris Physicorum Aristotelis: de cœlo, & mundo; de generatione, & corruptione: de sensu, & sensato: de memoria, & reminiscentia: de plantis: de somno, & vigilia: de morte, & vita metheurorum: de anima: & scriptum Metaphysicæ cod. ms. pergam. extabat olim Senis in Biblioth. S. Franc. Armar. C. D. dono Fr. Francisci Sampsonis Gener. Ministri, ex Indice an. 1481. confecto in addit. & to. 1. Hetrur. Francisc. editn.

Pag. 4. col. 2. lin. 39. in *Ægidio Cailleau* add.
Vertit etiam *Officium B. Mariæ V.* cusum Pictavis an. 1543.

Pag. 7. col. 2. post lin. 29. add.
ALBERTUS DE PLACENTIA Italus correxit Opus *De claris mulieribus Philippi Bergomensis*, editum Ferrariæ anno 1492.

Ibid. lin. 46. in *Alberto a Sartiano* add.
Fuit ex honesta *Berdinorum* familia.

Pag. 8. col. 1. post lin. 58. add.
ALBERTUS, al. *Albertutius*, de SAXONIA Philosophus acutus, & sac. Theol. Doctor scripsit
Tractatum de proportionibus, in scholis valde in usu sec. XV. tempore *Lucæ Pacioli*, qui hujus autoris meminit in *Summa Arithmetica* &c. pag. 68.

Pag. 10. col. 1. lin. 6. in *Alexandro V.* add.
Chronicon Placentinum de eo habet: *Fuit vir artium liberalium doctissimus, in Logica subtilissimus, Philosophus excellens, in Theologia nullum suo tempore habuit parem* &c. Ejus laudes refert etiam Jos. de Capitaneis de Crispis Abbas Monasterii Montis Oliveti Mediolani in epist. ms. Florentiæ in Biblioth. Riccard. In codice ms. primi libri *Conformit. S. Francisci* in Biblioth. S. Francisci M. U. P. M. scripto inter annos 1405. & 1409. Conformit. VIII. par. 2. prov. Bonon. in margine legitur hæc nota antiquâ manu scripta: *Post altare majus in Conventu Bonon. est inter alias quædam specialis capella, ubi corpus requiescit illius beatissimi viri Domini Alexandri quinti quondam Pontificis Maximi, qui Candiæ ortus ... habitu Fratrum Minorum, excellentissimus artium, & Theologiæ Magister fuit, qui excellentissime scripsit in pluribus, ac in Theologia dignissime per articulos. Hic Archiepiscopus Mediolanensis fuit, & Cardinalis gloriosus, deinde Summus Pontifex. Neque minus sanctimonia claruit, ut, eo defuncto, multa miracula comprobare videatur, & continua sequitur eum devotio populi. Hic primum dictus est* &c.

Ibid. lin. 33. in *Alexandro de Alexandria* add.
Dicitur ex familia *Bonini* a Cæsare Orlandi to. 1. Notitiar. urbium Italiæ.

Pag. 12. col. 2. post lin. 51. in *Alexandro Ariosto* add.
De usuris ad Ven. in Christo Patrem Fr. Marcum Ariminen. prodiit an. 1486. in 4. absque loco, & nomine typographi cura Fr. Balthassaris de Bycheria.

Pag. 10. col. 2. lin. 13. in *Alexandro Halensi* add.
Sed & primæ inscriptionis a Waddingo relatæ tres ultimi versus ita leguntur apud cit. Firmam.

„ Inclitus Anglorum Archilevita; sed horum
„ Spretor cunctorum, Fratrum collega Minorum
„ Factus egenorum; sed primus Doctor eorum.

Pag. 13. col. 2. post lin. 28. in *Alexio a Seregno* add.
Sermones ejus de Tempore mss. Mediolani in Biblioth. FF. Minor., teste Tiraboschio in Hist. Litter. Ital. De eo Chronicon Placentinum to. 16. Rer. Italic. Scriptor., & Anton. Rivalta ibid. to. 20.

Pag. 24. col. 1. lin. 20. in *Alphonso a Castrubios* add.
& eodem anno 1531. Venetiis per Magistr. Sebastianum Vincentinum *d.* 22. *Septembr.* in 8.

Pag. 31. col. 1. post lin. 31. in B. *Amadeo Lusitano* add.
Apocalypsis nova sensum habens apertum, & ea, quæ in antiqua Apocalypsi erant intus, hic ponuntur foris, incip. *Raptus primus incipit. Ego Amadeus fui raptus ex spelunca mea in monticulum quendam, & in rota, ubi Deo astabant Angeli*, cod. chart. in 4. seculi XV. circiter olim in Biblioth. Card. Francisci Xaverii de Zelada, nunc in illa Ecclesiæ Toletanæ ex recensione Can. Angeli Battaglini Biblioth. Vatic. secundi Custodis mihi editori humanissime communicata, qui etiam inquit, ibi ea omnia haberi, quæ Waddingus putat, aliena manu fuisse intrusa.

Ibid. col. 2. post lin. 42. add.
AMBROSIUS de ASISIO sac. Theol. Mag. Ord. Min. Convent. anno 1590. edidit
Quæstiones Philosophicas, & Theologicas, dicatas Urbano Papæ VIII.
AMBROSIUS BOLDRONI Senensis anno 1414. scripsit
Sermones Dominicales, & Festivos, qui asservantur mss.

Pag. 32. col. 2. post lin. 63. add.
ANASTASIUS de FLORENTIA vertit italice
Virgilii Æneidem, Opus dicatum eidem *Coppo Florentino*, qui potest esse *Coppus Burghesis Domenichi*, de quo Sacchettus in Novell., aut *Coppus Stephani Melchiorris*. Habetur ms. Florentiæ in Biblioth. Magliabec., annum præfert 1445., & in præfatione autor dicitur *discretus, & litteratus*.
Fr. Anastasius Matini anno 1389. erat Florentiæ ex monum. Cœnobii S. Crucis.

Pag. 35. col. 2. post lin. 60. add.
ANDREAS a MONTEPOLITIANO Hetruscus sac. Theol. Mag. Minor. Conventual. scripsit circa finem seculi XV.
Sermonem ad Moniales Clarissas *S. Ursulæ Florentiæ*, ms. ibid. in Biblioth. Magliabec.

Pag. 40. col. 2. post lin. 63. in *B. Angelo a Clavasio* add.
Earum primæ impressio completa est XI. *kal. Novembris*; alterius per Fronkfort kls 3. *Novembr.* In iisque scribit autor ad Fr. Hieronymum Tornielum: *ut tuis votis morem geram, imprimendam ad te transmitto.*

Pag. 41. col. 1. lin. 46. in *Angelo Elli* add.
Opus complevit autor an. 1595., ut habet in fine editio Veneta an. 1515. typis Dominici Imberti in 8.; vel 1594., ut in edit. Viterbien. ann. 1613. & 1635. in 8. typis Hieronymi Discepoli.

Pag. 43. col. 1. post lin. 37. in *Angelo de Neri* add.
Sermones Dominicales, & Festivi in pergam. incip. *Scientes, quia hora est*, *Fr. Angeli Nigri* extabant olim mss. in Biblioth. Senen. S. Francisci armar. H. L. ex Indice in addit. factis post annum 1499., impresso to. 1. Hetrur. Francisc.

Pag. 44. col. 1. post lin. 19. in *Angelo Petricca* add.
Tractatus ejus dogmaticus de SS. Eucharistiæ Sacramento incip. *Desiderando*, Urbano VIII. dicatus litter. incip. *Presento alli SS. piedi*, datis Romæ 25. April. 1640.;
Relatio status Christianitatis Peræ, & CPolis, quæ obedit Summo Pontifici, facta, cum esset ibi Vicarius Patriarchalis, incip. *La città di Pera*; &
Tractatus de modo expugnandi, expellendique Turcas a multis regnis, quæ in Europa detinet, mss. cod. miscell. extant in Biblioth. Ecclesiæ Toletanæ, olim in illa Franc. Xaver. Card. de Zelada, ex recensione Angeli Can. Battaglini viri erudit. Vatic. Biblioth. secundi Custodis.

Ibid. col. 2. post lin. 28. in *Angelo Salvetti* add.
Adnotationes in D. Bonaventuræ Opera.
Super prædicamenta Aristotelis ms. pergam. in Biblioth. S. Franc. Senen. armar. F. D. ex Indice.
Electus est Minister prov. Tusciæ anno 1402., factus postea ibidem contra hær. prav. Inquisitor; annoque 1421. assumptus est Minister Gener. Ordinis.

Ibid. lin. 66. in *Angelo Serpetri* corrig.
Non *Serpetri*, sed filius *Christophori del Toscano* ex monumentis relatis a viro cl. Annibale Mariotti in Opusculo de eo typis edito; in patria Universitate anno 1429. fuit publicus Philosophiæ Lector; annoque 1432. in solemni translatione corporis *Bracii Fortebracci* Perusiam *Orationem de illius laudibus* habuit. Anno 1445. factus est Procurator Genes. Ordinis.
Angelus autem *Serpetri* pariter Perusinus vixit antecedenti seculo sac. Theol. Magister, circa annum 1384. prov. Mediolanen. Minister, deputatus ab Urbano VI. cum aliis ad absolvendum Perusinos a censuris, ex Bi-

 gaz-

farzinio ms. pag. 130., & de quo Baldus vol. 5. Consilior. consil. 52. Sed an quidpiam scripserit, ignoramus.

Pag. 58. col. 2. post lin. 20. in *Anonymo de Morebia* add.

Arbor affinitatis a Fr. . . . dum esset Lector Mercatelli, quod oppidum est in Massa Trabaria, ubi Minores Convent. antiquum Cœnobium habent prov. Marchiæ Custodiæ Feretranæ, *an. 1368. concinnatus* (ita), ms. membr. in Bibliotheca Eccl. Toletanæ, olim Card. de Zelada, ex Can. Battaglinio supra cit.

Pag. 70. col. 1. lin. 38. in *Antonio Aretino* corrig.

Hunc diversum facit ab *Antonio Nigro*, de quo infra, autor synchronus & Aretinus Hieronymus Aliotti Abbas Ord. S. Benedicti lib. 1. de Monachis erudiendis to. 2. Operum edit. Aretii an. 1769. per Michael. Bellotti curâ P. Abb. Scarmagli, dicitque S. Bernardino coævum, celebremque concionatorem. Scripsit itaque

Conciones, & *Sermones*; ejusque extant *Sermones prædicabiles*, de quibus in *Antonio Nigro*.

Anno 1382. *Fr. Antonius Aretinus* erat sac. Theol. Lector in Conventu S. Franc. Perusiæ.

Pag. 71. col. 1. post lin. 8. in *Anton. de Balcen* add.

Sermones de anima, de justificatione, charitate, malefico, perseverantia Antonii Vercellensis extant mss. in Biblioth. S. Michaelis Venet. ex Indice.

Pag. 74. col. 2. post lin. 51. in *Antonio de Cremona* add.

Antonii de Cremona fratris Ord. Minorum Epistola ad Pontificem Max. habetur in Biblioth. Riccard. Florent. S. II. cod. chart. in fol. num. 6. 7. ex Indice pag. 186.

Non est hic confundendus cum *Antonio Cremona* Mediolanen. viro eloquentissimo apud Argelatum Biblioth. Mediolanen. col. 497., ubi indecisum relinquit, utrum fuerit Ordinis Minorum; cujus extant

Epistolæ ad præstantiores seculi xv. viros Poggium Florentinum, Laurentium Valla, Leonardum Aretinum, Antonium Panormitam, ad quem etiam misit

Opera quædam sua tribus voluminibus comprehensa, ejusque judicio submissa, ex Epist. inter illas Antonii Panormitæ mss. in fol. in Biblioth. Ambros. H. num. 49.

Pag. 81. col. 1. lin. 10. in *S. Antonio Lusitano* add.

Sunt autem duo codices in unum volumen compacti, quorum unus continet *Sermones* lxxc. *Dominicales*, agiturque de concordia veteris, & novi Testamenti; incip. prolog. *Aurum purissimum*: alter vero *Sermones* xxxii. *solemnitatum Sanctorum*, cum xxiv. vel xxx. aliis *Sermonibus de diversis*; quos omnes opportunis ornamentis illustratos dudum paravit typis committendos Fr. Bonaventura Perlsutti Minor. Convent. prov. Venetæ Minister cum ejusdem Sancti duplici Vita inedita duorum Anonymor. seculi xiii.

Pag. 86. col. 2. lin. 23. in *Antonio Nigro* add.

Autor *Vitæ S. Bernardini*, quæ legitur apud Surium, idem ipse est, in cujus cubiculo ille Sanctus migravit ad Dominum, quem certum est in Cœnobio S. Francisci Minor. Conventual. Aquilæ decessisse. Porro *Antonius* provectæ jam ætatis transiit ad FF. Regnl. Observ., defunctus Senigiani anno 1470. cum opinione sanctitatis. A Hieronymo Aliotti Abbate Ord. S. Ben. Aretino autore synchrono, qui eum diserte ab *Antonio Aretino*, de quo supra, distinguit, lib. de Monachis erudien. dicitur *multarum rerum scientia, & cognitione præstans, quam vel in cathedris edocendo, ac publice tradendo, vel in conventu doctissimorum hominum disputando, quum res posceret, depromebat.*

Pag. 90. col. 1. lin. 66. in *Antonio Raudensi* add.

Hic ut Judex delegatus a Philippo M. Mediolani Duce unà cum Fr. Petro de Alzate Ord. Prædic., & Thaddæo de Robiate Ord. Cœlestinor. anno 1439. die 13. Decembris sententiam dixit in Fr. Balzarinum Mediceum de Novate Ord. Humiliator. olim Præpositum Domus de Glaxiate Mediolani, & Fr. Petrum de Muzano professum ejusdem Domus, nefandorum criminum reos, ex Tirabosch. Monumentor. vet. Humiliator. to. 1. pag. 339. edit. Mediolan. anno 1766.

Pag. 91. col. 2. post lin. 30. add.

ANTONIUS de SAPIENTIBUS *d'Aymaville* ab Augusta Prætoria in Subalpinis Minor. Conventual. sac. Theol. Doctor, sua eloquentia, & industria an. 1536. patriam in Catholica fide retinuit, profligato Calvino, qui non procul distans ingressum in civitatem inhiabat, & defectionem a suo Principe, sicut Genevæ fecit, moliebatur, ex monum. Archivi illius urbis. Electus anno 1559. Procurator General. Ordinis, tum Vicarius Apostolicus, demum anno 1562. supremus Præfectus, interfuit Concilio Tridentino; scripsitque

Judicium de librorum prohibitione, regulisque in ea servandis. anno 1555.

Constitutiones pro Ordinis regimine, a nomine Pontificis, qui eas confirmavit, dictas *Pias*, typis commisit coraeit, præmissa docta præfatione, in qua disserit de origine, usuque bonorum immobilium in Ordine Minorum.

Profecturus in Hispaniam, obiit Mediolani anno 1566. die 6. Januarii.

Pag. 92. col. 2. post lin. 61. in *Antonio Stella* add.

De vita Bernardi Justiniani, teste Georgio Draudio in Biblioth. classica.

Ibid. lin. 67. in *Antonio Syrreto* post verba *seculi* xv. add.

Annoque 1504. institutus est Lector ordinarius Parisiis ex Reg. Ordinis.

Pag. 95. col. 2. post lin. 23. in *Apollonio Blanco* add.

De præstantia vitæ.

De vitæ pauperis præstantia.

Orationes tres funebres.

Oratio, & Epistola ad Leonellum Estensem.

Epistola ad Antonium Centorium; extant mss. Venetiis in Biblioth. S. Michaelis ex Indice.

Pag. 101. col. 1. post lin. 64. in *Augustino Alveldensi* add.

Confutationem libelli de Apostolica Sede &c. *fr. August. Alveld. Franciscani Lipsica. pro D. Mar. Luthero* edidit Jo: Deltkuch an. 1520. Wittembergæ typis Melchioris Lottheri.

AUGUSTINUS ANGELERIUS de Casali Italus edidit vernacule

Regulas, & privilegia Societatis Immacul. Conceptionis B. Mariæ Virg. in Ecclesia S. Francisci Niciæ erectæ. Taurini an. 1533. typis Claræ Jolitæ de Ferrariis.

Pag. 102. col. 1. post lin. 13. add.

AUGUSTINUS CONTI de Castilione Aretino Hetruscus Minor. Convent. scripsit italice

Iter Jesu ad Calvarium, tutaque peccatori via ad cælum. Florentiæ anno 1621. typis Ceccarelli.

Pag. 105. col. 1. post lin. 42. add.

AYCARDUS ANTIMIANUS a Camodea d'œcesis Novariensis, Minister provin. Mediolanen., deinde anno 1317. assumptus illius urbis Archiepiscopus, obiit anno 1339. sepultus apud suos consodales; *severus homo, & spectatæ religionis, & magna in vulgus fama*, qui etiam in dignitate Archiepiscopali sui *Ordinis* retinuit *instituta, & antiquam disciplinam* ex Ripamont. lib. 2. Hist. Mediolanen. De eo plura in Supplem. ad Ital. sac. Scripsit

Pro Communitate Ordinis adversus Ubertinum de Casali ex Waddingo in Annal. ad an. 1321. n. 4., ubi typorum vitio dicitur Rychardus.

Orationem ad confirmandas qui partes Ecclesiæ susceperant, habitam Modoetiæ.

Acta Synodi Burgolicensis ab eo celebratæ, &

Epistola extant apud Ughellum to. 4. Ital. sac.

Memorialia data in Capitulo provinciali apud Perollum a. ccc. xiii. Custodibus, & Guardianis a Ministro 1. Fr. Aycardo mss. pergam. in 4. Romæ in Arch. Ord. apud SS. Apostolos pag. 225.

Pag. 107. col. 2. lin. 12. in *Balthassare Olympio* add. & corrig.

Parthenia prodiit Venetiis typis Bindoni an. 1525., & iterum anno 1539.; deinde ibidem an. 1555. typis Jo: Pannini. In eo libro plura leguntur ejus *Epigrammata* etiam latine. Edidit insuper alias *collectiones* italice varii metri, quarum una tit.

Linguaccio exiit in lucem Venetiis anno 1523. in 8. typis Nicolai Zopini, & Vincentii socii. In epistola ad Franciscum Boncambium Perusinum narrat, alia etiam duo *Opera* antea scripsisse.

Pegaseo ad Ascanium Ottoni Matelicen. musarum amicum, & patronum. Venetiis an. 1525. typis Francisci Bindoni, & Maphei Pasini in 8.

Nova Phenice, an. 1526. iisdem typis in 8. In fine addidit carmina in laudem suæ patriæ, in quibus memorat ex Ordine Minorum doctos sac. Theol. Magistros *Antonium de Honuphriis* prov. Marchiæ Ministrum per annos novem, & *Baptistam* illius Cœnobii alumnum Prædicatorem Apostolicum facundissimum.

Olympia. Venetiis an. 1537. vel 1538. in 8. per Bernardinum Bindoni edit. 2.; in cujus laudem edidit versus Cæsar a Callio. Se autem dicit *Cajum Balthassarem Olympium de Alexandris*; neque fuit in suis versibus semper pudicus.

Sermones funebres prodierant antea Anconæ an. 1522. per Bernardinum Smeraldum edit. 2.

Pag.

Pag. 108. col. 1. lin. 15. in *Baptista Pernandez* add.
Sed hic idem est cum *Jo: Baptista Fernandez*, de quo infra Waddingus.

Ibid. lin. 50. in *Baptista Mantefeltria* add.
Publice Philosophiam legerat, scripsitque.
Orationes plures, &
Poemata. De ea Tiraboschius to. 9. Histor. Litter. Ital.

Pag. 109 col. 2. lin. 4. add.
BARTHOLOMÆUS AGRICOLA de Amberga Germanus Minor. Convent. vir eximiæ virtutis, & pietatis scripsit librum tit.
Vallis deliciæ, idest centum meditationes de passione Domini, & alia pia. Extat codex ms. in 8. Asisii in Biblioth. sac. Conventus S. Francisci.
Anno 1615. degebat Barii: obiitque anno 1625. Neapoli, sepultus apud suos ad S. Laurentium, quem funebri Oratione laudavit P. Thomas Gaudentius Cler. Regul. edita typis Jo: Dominici Roncaglioli. Cœpit tractari de eo inter Beatos adscribendo.

Pag. 109. col. 2. lin. 41. in *Bartolomæo Albitio* corrig.
Waddingus hic, & alii ex duobus unum Scriptorem efficiunt; quorum primus, & antiquior dictus est *Bartholomæus Albitius*, seu, ut placet, Albisius, filius *Albisii Domini Petri de Vico*, familia Pisis illustri, dicta etiam *de Vicomitibus*, & *Visconsibus*, sac. Theol. Magister, & forte etiam Professor in patria Universitate, qui obiit anno 1351. ex inscriptione pag. 110. relata; alter est *Bartholomæus de Renonico*, de quo infra. Scripsisse ferunt primum
In quartum Sententiarum; sed Jo: Cinellus in Opere ms. *de Scriptorib. Tusciæ* dicit *Commentar. in quatuor libros Sententiar.*
Summam moralem.

Pag. 110. col. 2. lin. 43. post *lociales editorum* = add.
Sed etiam in mss. codicibus additiones istæ antiquitus factæ reperiuntur, auctæ deinde pro ratione temporum, quibus codices scripti sunt. Habetur enim hujus Operis 1. liber ms. chart. in 4. in Biblioth. S. Franc. M. U. P. M., ubi Conformit. xi. refertur inter Cardinales Ord. Minor. *Petrus de Candia* assumptus anno 1405., & altera manu, antiqua tamen, notatur in margine ejusdem electio in Summum Pontificem facta anno 1409., qui dictus est *Alexander V.*

Pag. 111. col. 2. lin. 38. add.
Legenda B. Gerardi ms. pergam. extabat Senis in Biblioth. S. Francisci armar. M. A. ex Indice in addit. paulo post annum 1499. factis. *Legenda S. Gerardi* ibid. armar. M. B.

Pag. 112. col. 2. lin. 22. in *Bartholomæo Bophio* corrig. & add.
De admirabili Dei providentia erga populum Romanum. Mediolani an. 1565.
Orationem de Theologiæ præstantia habitam in Ticinensi Academia. Bononiæ an. 1569. typis Bartoli.
Orationem lingua italica *in laudem Mag. Guidotti de Mazzenia Medici*.
Elogio ejus memorat autor vitæ B. Matthæi Dini; deque eo & Franciscus Dinius in Apologia SS. Floræ, & Lucillæ.

Pag. 113. col. 1. post lin. 56. add.
BARTHOLOMÆUS a BERGOMO scripsit
Chronicon, quod memorat Albertus de Carraria in Oratione habita in Capitulo FF. Minor. anno 1460., teste Tiraboschio to. 6. Histor. Litter. Ital.

Pag. 114. col. 2. post lin. 32. in *Barthol. a Colle* add.
In Biblioth. Vatic. habetur *Comœdia Dantis Poetæ* codd. partim chart. partim membran. in 4. num. 7566. 7567. 7568 ab eo scripta tempore Eugenii IV. cum *notis* interlinearibus, sed raris in *Inferno*, & in *Paradiso*; at in cant. 1. & 2. Parad. erudite adjunxit etiam continuas *notas allegoricas*, & litterales in margine, & in fine. Quilibet codex habet in fine.

„ Qui scripsit, scribat, semper cum lumine vivat.
„ Hinc videat Christum, qui librum scripserit istum.
„ Qui legit hoc carmen lector respondeat amen.
„ Scripsit, summe Deus, tibi supplex Bartholomæus
„ Collensis minimus minimorum servus, & imus
„ Christi mercator, Francisci sextus amator,
„ Qui me per Chrystum mundum commovit in istum.

Sed in codice 7568. habetur & sequens sudis adnotatio: *Frater supradictus tempore Eugenii quarti habitum suscepit sancti Francisci publice in platea civitatis Perusiæ prov. S. Francisci cum aliquibus juvenes studentes artes liberales in illo gimnasio Perusino 1440. Et fuit electus Guardianus sanctæ Mariæ de Aracœli Romæ in Capitulo Generali. Fuit doctus utriusque Juris, & Philosophiæ, sanctæque Theologiæ, ut apparet inter opera Dantis, multisque aliis libris ab eo scriptis, & compositi, & magnus concionator, & famosus doctor. Fuit Guardianus Conventus Montis Sion in Hierusalem, & Vicarius Generalis totius provinciæ ultramarinæ, & tempore Sixti IV. ut prædicator Apostolicus prædicavit, & publicavit Bulla ex præcepto Popæ Sixti Cruciata facta in succursu Imperii, & civitatis Constantinopoli contra Turcas, & in civitate Napolitana coram totum exercitum . . . . secundo prædicavit. Fuit post multa ægrotus, sed re . . . .* Videtur hic Scriptor non fuisse ignotus autori Commentar. in Dantem Minor. Conventual. edit. Romæ an. 1791. magnoque eruditorum plausu excepti.

Pag. 117. col. 2. lin. 16. in *Barthol. Gelfi* add.
Nam Fr. *Bartholomæus de Pergula* anno 1544. cum Conciones Quadragesimales habuisset Mutinæ, jussu S. Inquisitionis coactus est die 25. & 26. Junii revocare 46. propositiones erroneas, quæ in suis concionibus notatæ fuerant, ex monum. apud Tirabosch. Bibliot. Mutinen. to. 1. pag. 28.

Pag. 119. col. 2. post lin. 50. add.
BARTHOLOMÆUS de RENONICO, seu *de Renonichis*, olim castro Pisanæ ditionis prope Arnum fluvium, unde cognomen familiæ seculo xiv. Pisis illustris, a plerisque confunditur cum *Bartholomæo Albitio*, de quo pag. 109., & in his additionib. & correctionib. De eo vide dicta supra pag. 109. col. 2. ex Troncio, & Marco Ulyssiponen., qui male eum appellat *de Rivanis*. Scripsit
Opus Conformitatum B. Mariæ Virginis cum Christo, de quo pag. 110. col. 1., ms. in Biblioth. S. Crucis Florentiæ, in quo autor dicitur *Fr. Bartholomæus de Renonico*, teste autore dissertat., seu *Orationis Academicæ de Historia Pisana* edita Pisis anno 1787. lingua italica, ubi duo *Bartholomæi* distinguuntur. Inter codices an. 1756. ex dicta Bibliotheca in Mediceo Laurentianam translatis, deindeque in locum pristinum relatis, habentur *Miracula B. Mariæ V.* cod. membran. in 4. plut. 32., *Mariale, seu Vita B. Mariæ Virg.* cod. membr. in fol. plut. 36., *Miracula B. Mariæ Virg.* cod. 2., ex Indice Biblioth. Medic. Laurent. Bandini to. 4. pag. 723., qui tamen perfunctorie solummodo eos memorat. Forsan in aliquo ex istis habetur memorata inscriptio. Hujus etiam sunt reliqua Opera in *Bartholomæo Albitii* memorata, excepta *Summa*, quæ probabilius illi, non huic, adscribitur.

Pag. 122. col. 1. post lin. 35. add.
BENEDICTUS de GRATIANIS ab Avezzano Aprutinus Minor. Conventual. sac. Theol. Doctor, & publicus Professor in Universitate Perusina, Theologus quoque Magni Hetruriæ Ducis, nec non Equestrium Ordinum S. Jo: Hierosolymitani, & SS. Conceptionis, edidit latine, & vernacule
Orationem in funere Senatoris, & Equitis Belisarii Vinta. Florentiæ anno 1613.

Pag. 129. col. 2. post lin. 62. in *Bernardino Monzoni* add.
Compendium Vitæ Fr. Michaelis a Cæsena in Hist. Casenaten. Claramontii post lib. 15.

Pag. 130. col. 1. in fine in *Bernardino N. Florentino* add.
Epistola, seu *Oratio in laudem Veronæ*. Ibidem anno 1499. ex Catal. Biblioth. Magliabec. to. 3.

Ibid. col. 2. lin. 44. in *Bernardino Panormitano* add.
Acta S. Januarii Episcopi Beneventani lingua vernacula, ex Haroldo.

Ibid. in fine add.
BERNARDINUS PRATI a Cherio in Subalpinis Minor. Conventual. sac. Theol. Doctor Minister prov. Januæ, Pœnitentiarius Basilicæ Vaticanæ, anno 1510. assumptus Procurator Ordinis in Romana Curia, & anno 1513. Minister Generalis, scripsit
Constitutiones pro Monasteriis S. Claræ Montispolitiani, & aliorum locorum, quæ extant mss.
Anno 1517. die 29. Maji factus est Archiepiscopus Athenar., & Coadjutor Massilien.; obiitque in patria anno 1528.

Pag. 133. col. 2. post lin. 30. in *S. Bernardino* add.
Consilia magna, & documenta aurea inducentia nos ad recte operandum, inventa per devotissimum in xpo patrem D. Fratrem Bernardinum in suas predicationes no-

vobis ostendentem, extant mss. chart. in 4. in Arch. Ordinis Romæ apud SS. XII. Apostolos. Incip. *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Matth. 6. cap. Patet vulgaris sensus verborum prædictorum*. Suntque *Conciones Quadragesimales*, quas habuit Patavii, contractæ tamen, a fer. 4. Cinerum usque ad fer. 3. Paschatis; & in fine legitur: *Fr. Archangelus Rochigena*: initio autem, sed recenti manu: *Quaresimale di S. Bernardino da Siena predicato nella Chiesa di S. Francesco di Roccacontrada*. In fine codicis insertum est folium antiquo charactere scriptum, quod habet. *Oratione devota, e utilissima o chi la dice, o per se la fa dire, ad honore, & reverencia della nostra Dona. Facta per Bernardino. Dio te salve Maria madre del nostro Signor miser yhu xpo*. &c.: deinde alia brevior *Oratio* ad eamdem incip. *O Domina gloriæ* &c.

Conciones, & *Sermones* ejus habentur mss. in Biblioth. S. Michaelis Venetiar. ex Indice.

Sermones de puero Jesu.

Pag. 138. col. 2 lin. 2. add.

BERTRANDUS Gallus primo Episcopus Adjacensis in Corsica, deinde Asisien. scripsit

Tractatum contra errores Græcorum immerito adscriptum *Bertrando Laggerio* pariter Episcopo Asisien.

Obierat anno 1375.; nam in quodam laudo illius anni sub Gregorio Papa XI. super *quarta funerali* in Arch. sac. Conventus S. Francisci Asisien. dicitur hic Bertrandus *bonæ memoriæ*, & infra *quondam Bertrandus*; quo evincitur diversum hunc esse a *Bertrando Lagerio*, qui decessit an. 1392. Ad hunc pertinet solutio, quæ legitur in lib. Cam. Apostol.

Pag. 141. col. 2. lin. 64. in *Bonagratia de Bergomo* add.

Nota de quibus dando est Quarta (canonica) *secundum Fr. Bonag.* olim in Biblioth. Card. de Zelada, nunc Eccles. Toletanæ cod. membr. in 8. seculi XIV. cum aliis hujus generis tractatibus. An hujus Fr. Bonagratiæ?

Pag. 143. col. 2. lin. 33. in *S. Bonaventura* add.

Sed antea prodierant *Opuscula parva* Seraphici Doctoris in fol. an. 1484. sine nomine loci, & typographi num. XV. hoc ordine: *Breviloquium. Itinerarium mentis in Deum. Parvum bonum, sive regimen conscientiæ sive fons vitæ. Soliloquium, sive de quatuor exercitiis devotorum. Lignum vitæ Centiloquium. Apologia pauperum. Epistola eliminans errorem cujusdam Magistri circa Regulam S. Francisci. Epistola ejusdem dans regulam omnibus in Christo vivere volentibus. Viginti passus de virtutibus bonorum Religiosorum. De reductione artium ad Theologiam. De tribus æternalis infamibus. Expositio Orationis Dominicæ. De septem gradibus contemplationis. Laudismus, sive laudismus de S. Cruce*; teste Friderico Gottlif Freytag. Appar. litter. to. 1. pag. 355.

Ibid. lin. 55. add.

Novissime autem Fr. Benedictus a Cavalesio Minor. Strict. Observ. confecit *Supplementum Operum S. Bonaventuræ*, editum Tridenti to. 3. in fol. an. 1772. 1773. & 1774. typis Jo: Baptistæ Monauni sub auspiciis Clementis Papæ XIV.; quorum 1. & 2. *Expositiones in libros sacros*, 3. vero *Opuscula* continet; præmisso *Prodromo* edito Bassani anno 1767. typis Remondini, in quo copiose, & erudite de *S. Bonaventuræ gestis*, & *Operibus* disserit.

Pag. 152. col. 1. lin. 30. add.

Epistola singularis XXV. *Memorialia continens* prodiit Fulginei anno 1778. typis Pompeji Campana.

Pag. 156. col. 1. lin. 53. add.

Sirma de plantatione paradisi voluptatis ex ms. Sacrarii Cœnobii S. Fortunati Minor. Convent. Tuderti prodiit Assisii an. 1773. *Sermones de Tempore* ejus nomen præferentes ms. membran. in 4. in Biblioth. Conventus S. Franc. S. P. M. A.

Speculum fidei Bonaventuræ ms. pergam. refertur in Indice Biblioth. S. Franc. Senen. armar. A. B. in addition. illi factis post annum 1459.

Pag. 172. col. 2. lin. 67. in *Bonav. Blanco* add.

Commentarios quoque scripsit *in libros Sentent. Scoti* ex Jo: Anton. Flaminio in Epist. ad Card. Grimanum, cui autos illos dicare proposuerat.

Pag. 174. col. 2. lin. 62. in *Bonav. Capridonio* add.

Discursus super occultatione martis anni 1615. Venetiis an. 1616. typis Turini. Mazzuchellius cum putat latentem sub nomine *Bartolomeo Mesto da Lanciano*.

Pag. 177. col. 1. lin. 44. in *Bonav. de Iseo* post verba: *inquit cit. Sosambone* add.

= a quo pag. 221. dicitur *solemnis prædicator*, & *gratiosus*, & *qui libenter audiri consueverat, ita quod nullus a prædicatione sua volebat recedere, quousque finita fuisset*.

Ibid. col. 2. lin. 49. in *Bonav. Malvasia* add.

Prodiit Romæ an. 1628. typis sac. Congr. de Propag. fide tit. *Dilucidatio speculi verum attendentis*.

Pag. 179. col. 2. post lin. 30. in *Bonav. Pio* add.

Constitutiones pro Ordinis regimine. Spoleti an. 1544. typis Lucæ Bini Mantuani.

Pag. 180. col. 2. lin. 59. in *Bonav. Stabili* add.

Tyrocinium medicæ artis, &

Poemata miscellanea scripsit ex Reg. Ord. anno 1656.

Pag. 183. col. 1. post lin. 20. in *Bonifacio Fanto* add.

Oratio panegyrica de S. Carolo prodiit Mediolani anno 1605. typis Tinianis.

Ibid. col. 2. lin. 18. add.

BRANCA Ordinis Minor., qui circa finem seculi XIII. floruit, scripsit

Historiam Episcoporum, vel *Ecclesiæ Bergomen.*; memoratus apud Marium Lupum in Collect. Diplom. illius urbis col. 46.

Pag. 186. col. 1. post lin. 42. in *Camillo Bene* add. vel corrig.

Compendium spiritualium thesaurorum Archiconfraternitatis Chordigerorum italice editum an. 1598. Romæ, ubi conciones in Ecclesia SS. Apostolor. habebat.

Pag. 195. col. 1. in fine in *Chrysostomo San Laudensi* post verba *nihil ultra Wadding.* add.

= qui de eo agit uberius infra in *Jo: Chrysostomo San-Laudensi*, qui idem est.

Pag. 197. col. 2. post lin. 59. add.

CLEMENS DONATUTI a Fracta Perosina provin. S. Francisci Minor. Conventual. sac. Theolog. Doctor edidit

Exercitium spirituale, & *animæ relation*. Florentiæ anno 1687.

Pag. 200. col. 1. lin. 26. 27. verba *linguæ græcæ*, & *Theologiæ* ita corrig. = ejusdem hebraicæ linguæ per 30. annos Professor.

Ibid. lin. 32. add.

Proverbia Salomonis hebraice, & latine. Basileæ anno 1520. in 8. per Jo: Frobenium; in præfatione alios suos litterarios labores describens ait: *Elucubravimus divino, uti speramus, instinctu superioribus annis trium sacrorum linguarum sacrosanctum, ac illustre Psalterium Davidicum, appendice Hieronymianis voluminibus* &c. *Mox in pauperum favorem Avenuale aptius illectamentum studiosis paravimus. Successit his elegans, & erudita Grammatica Fabricii Capitonis non sine nostro sudore* &c. *Satis egisse me credo pro ingenii mediocritate, & styli penuria, quod hebraicas Basileam litteras invexi, quarum nunc in orbem terræ splendor pervaserit*.

Operum S. Augustini editionem factam Basileæ typis Jo: Amerbach inceptam ab Augustino Dodoo, quam prosecutus est Franciscus Willer Minorita, perfecit anno 1506.

Ibid. lin. 36. post *S. Francisci* add.

Edit. 2.; nam primò illud Conradus emisit an. 1522. m. Martio typis Adæ Petri, sperans forsan editione hujus Operis scripti contra novatores crimen suum occultare; legitur enim in Centuria Epistolar. theologicar. ad Jo: Schwebelium edit. Bipont. per Gasparem Wittelium pag. 33. *epistola* Conradi data Basileæ eodem an. 1522. d. 28. Martii, qua significat occultam suam defectionem a catholica fide, quam deinde, uti & Institutum publice deseruit an. 1524., vel 1526., quo Tigurum vocatus est opera Zuinglii hebraicæ linguæ professor; ibique edidit etiam

Explicationem libri Ruth. Tiguri anno 1531. in 4. per Christophorum Froschoverum.

Comment. breve in omnes sacros libros. Iisdem typis to. 6. in fol. ab anno 1532. ad 1537.

Grammatica ejus *hebraica* prodiit Argentorati an. 1540. in 8. cum *Margarita Philosophica*.

Pag. 38. & seq. corrig.

Bibliorum sacrorum versionem Tiguri ab heterodoxis confectam edi curavit Tiguri &c., *præfatione*, & *notis marginalis* adjunctis.

Ibid. lin. 54. add.

Cronicon vitæ suæ scripsit, legiturque in vitis Theologorum Germanorum Melchioris Adami.

Obiit

Obiit Tiguri 5. Aprilis ætatis suæ anno 78.; ejusque Opera prohibita sunt inter libros proscriptos a. classis. De eo Orationem funebrem scripsit Jo: Fabricius Montanus, quæ prodiit Marpurgi an. 1608. per Guolgangum Kezelium.

Pag. 201. col. 2. lin. 50. in *Constantio Porta* add.

Libri duo Introit. quinque vocibus, anno 1566.

Carminum, vulgo *Madrigali*, libri tres ann. 1555. 1586.

Pag. 203. col. 1. post lin. 65. in *Cornelio Bellanda* add.

Oratio Theologica de summi Verbi Dei natalis necessitate, ejusque laudibus. Venetiis anno 1579. per Dominicum de Farris.

Ibid. col. 2. lin. 14. in *Cornelio Birago* add.

Oratio ejus inauguralis Romæ habita in Comitiis Gener. anno 1617. prodiit Patavii eodem anno.

De laudibus Novocomi. anno 1618.

De laudibus scientiarum dissert. 2. Mediolani 1626.

De felicitate hominis. Ibidem an. 1637. apud Certium; omnia latine. Edidit vero italice

Concionem de laudibus SS. Ignatii Loyolæ, & Francisci Xaverii. Mediolani anno 1625.

Declarationes, & adnotationes poeticas, historicas, politicas, equestres, & morales in Poema Torquati Tassi. Mediolani an. 1616. Opus hoc laudat Fontaninus.

Pag. 224. col. 1. lin. 63. in *Dominico Ponzone* add.

Fuit sac. *Theol. Magister*, adeoque Minor. Conventual., in Aula Ludovici Sfortiæ una cum *Gometio* Theologo sublimi, & *Francisco Butti* Mediolani Regente in honore habitus, ex Luca Paciolo in Epist. ad eumdem Ducem Ludovicum an. 1497. *divinæ proportioni* præmissa. Porro Franciscum Butti Laudem. memorat etiam Argelatus in Biblioth. Scriptor. Mediolanen. colum. 1575., qui edi curavit *Commentar. Gregorii Arminen. super 4. libros Senten.* anno 1494.

Pag. 226. col. 2. post lin. 3. in *Eleutherio Albergono* add.

Sermones pro oratione 40. horarum. Mediolani anno 1598. typis Pontii.

Ibid. col. 2. lin. 10. in *Elia Cortonensi* add.

Ejus *Vitam* ex certioribus documentis erutam accurate scripsit nuper Fr. Irenæus Affò de Busseto Regul. Observ. Bibliothecar. Ducis Parmen. defunctus an. 1797. Parmæ an. 1783. typis Philippi Carmignani; qui pag. 77. putat, supposititia esse Opera *Artis Alchimiæ*, quæ Eliæ nomine circumferuntur.

Pag. 229. col. 1. lin. 53. add.

EMMANUEL MAIGNAN Gallus edidit

Dissertationem theologicam de usu licito pecuniæ tomis 2. Lugduni anno 1645.

Pag. 233. col. 2. lin. 46. in *Fabiano Hungaro* add.

Habetur quoque hoc *Speculum* in Biblioth. Vaticana cod. ms. chart. in 4. num. 4354. tit. *Antiqua Legenda SS. Patris nostri Francisci, & aliorum beatorum Fratrum sui Ordinis*. Incip. prolog. *Fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum &c. Exodi. Summum autem principium virtutis, ac perfectionis exemplar in monte, qui Christus est, orbi terrarum &c.* Opus autem incipit, *De perfectione paupertatis, & primo qualiter beatus Franciscus declaravit voluntatem Christi super observantia Regulæ. Beatus Franciscus fecit tres Regulas &c.* Pag 46. refertur *Catalogus SS Fratr. Minorum*, præmisso prologo, qui incipit: *Sanctorum splendor, & gloria Dei filius Jesus Christus &c.* Pag. 143. narrantur *Acta B. Ægidii*; & pag. 153. *Historia Indulgentiæ Portiunculæ*, & in fine legitur *testimonium* de ea factum an. 1277. a *B. Benedicto*, & *Rainerio Aretinis* relatum etiam apud Waddingum ad eum annum num. 17.; quod occasio fuit euidam, ut Operis integri Rainerium autorem putaret. In prologo ait autor: *posui autem primo rara, & ardua facta, seu mirabilia Patris nostri.... quorum quædam in libro Rev. Patris & Dñi Fr. Friderici Archiep. Ordinis nostri, quædam vero sumpta, & repata* (forte recopiata) *sunt de Legenda veteri ipsius Sancti, quam etiam Generalis Minister me præsente... fecit sibi, & Fratribus legi ad mensam in Avenione &c.*, & desinit: *Explicit Legenda S. Francisci*. Ope hujus codicis distingui possunt additiones posterius factæ, quæ in variis Speculi editionibus leguntur.

Pag. 235. col. 1. lin. 8. & seqq. in *Faustino Tasta* corrig.

Sermones de B. V. Maria habiti Venetiis anno 1583. prodierunt ibidem tomis 2. in 4. typis Jo: Baptistæ Somaschi. Tomus 1. editus anno 1587. continet *Sermones* 12. super Evangelium *Exurgens Maria*; alter vero excussus an. 1589. habet *Sermones* totidem super Canticum *Magnificat*.

Sermones xx. *familiares de adventu Messiæ, & de SS. Trinitate* habiti Neapoli anno 1575. prodierunt Venetiis anno 1585. typis Jo: Antonii Rampazetti in 4.

Pag. 235. col. 2. lin. 65. in *Felice Bineo* add.

Carmina in laudem Servæ Dei Diomiræ Bini 3. Ord. S. Franc. amitæ suæ. Bononiæ 1641.

Pag. 236. col. 2. lin. 59. in *Felice Franceschino* add.

Gratulatio pro felici Pontificatu Urbani Papæ VIII. Romæ an. 1624.

Pag. 244. col. 2. lin. 49. in S. *Francisco Assisiate* add.

Confictione olet *epitaphium*, quod ad S. Patris sepulchrum extare dicitur, visumque, & descriptum a Francisci Sfortiæ comite, ut scribit Waddingus in Annal.; multo enim cito, facileque dicuntur, quæ tarde, & difficulter, seu nunquam probari poterunt; est quippe cultioris dictionis, quam ferret ætas Gregorii IX. anno 1228., & apparet confictum esse post instauratas litteras seculo xv. Ita Sbaralea in Supplem. Annal. Minor. ad an. 1230. num. 6.

Ibidem lin. penult. in *Francisco Assisiate* add.

Oratio ejus *habita coram Pontifice Max. & Christianorum conventu pro defensione fidei Christianæ* prodiit Romæ an. 1480. in 4.

Pag. 249. col. 1. lin. 8. in *Francisco de Coronellis* add.

Somnium, seu visio moralis Francisci de Conegliano cod. magnæ molis anni 1405. refertur a Fr. Francisco Anton. Benoffi Pisauren. Patavii contra hær. prav. Inquisitore in suis mss. *Sammum pauperis in sermone* incip. prolog. *Adsit pro nostro Virgo Maria modo. Vidi per somnium quasi solem, & lunam, & stellas* xi. *Gen.* 36. *Ego Frater suus nomine præceptor de Ordine Minorum invitatus ad reale convivium in vestibulo orti, & nemoris Assueri inveni temptorium aspectu decorum, & artis opere preciosum erat*; & desinit: *titulus autem huic operi affigitur Sompnium pauperis in sermone. Explicit prologus*. Opus vero incipit: *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis cum ejus timore, & reverentia accedo ad majestatem numinis stilo præceptori... explicandam*; & desinit: *comedamus, & bibamus, cras enim moriemur*: codex membr. in 15. sec. xiv., & lectu difficilis, in quo agitur, ut videtur, de Deo, de B. Virgine, & de Paradiso, olim in Biblioth. Francisci Xaverii Card. de Zelada, nunc in Biblioth. Ecclesiæ Toletanæ, ex recensione humanissimi viri Can. Angeli Battaglini Biblioth. Vatic. secundi Custodis.

Pag. 250. col. 1. lin. 7. in *Franc. Cervino* add.

Filius *Gregorii*, vulgo *Goro*, quod vocabulum assumptum incaute pro cognomine induxit nonnullos, ut putarent *Franciscum Gori* diversum a *Francisco Cervino*.

Ibid. col. 2. post lin. 40. add.

FRANCISCUS COMO Vicentinus Minor. Conventual. anno 1587. Regens Studii Florentiæ edidit

Dissertationem in duas partes divisam. In prima tractat, *quibus de causis Summus Pontifex movetur, & moveri debet, ut aggregare possit, & debeat aliquem Doctorem inter Patres Ecclesiæ*; in secunda, *an hujusmodi conditiones reperiantur in S. Bonaventura*. Eam misit ad Fr. Dionysium de Costacciaro Inquisitorem Florentiæ, & servatur ms. in Cœnobio Montisileini in Hetruria.

Pag. 255. col. 2. post lin. 12. add.

FRANCISCUS GAJUS Italus de Civitate Castellana a profanis amoribus ad piam vitam conversus anno ætatis 22., Institutum Minorum Regul. Observ. suscepit, scripsitque versu heroico latino

Interpretationem una cum Commentariis in 7. Psalmos Pœnitentiales ad Fr. Benignum de Genua Ordinis ejusdem Gener. Ministrum; habetur ms chart. in 4. in Biblioth. Vatic. num. 7537. Scripsit etiam italice in laudem B. Mariæ V. metro vario Opus tit.

Amore castissimo, o vero di sincerissimo amante, che lo dimostra in RIME MILLE in lode di Maria Vergine immacolata Madre di Dio vera, ms. chart. in 4. ibid. num. 7547.; in cujus laudem cecinit Jacobus Anton. Navia ejusdem loci Minor. Conv. sac. Theol. Mag. & Regens.

Pag. 257. col. 1. post lin. 24. add.

FRANCISCUS GHINUCCI de Montevarchio Tuscus Minor. Convent. anno 1507. electus suæ provinciæ Minister, quam rexit per annos quinque, cum prius

fuisset annó 1504. a Secretis Ordinis. Assumptus deinde Socius Cismontanus, scripsit non ineleganter

Iter per Hispaniam Reverendissimi Patris Ministri Generalis Raynaldi Gratiani ann. 1508. & 1509., quod extat ms. in Cœnobio Montisvarchi, ejusque nonnulla excerpta leguntur in Litteris Apologet. Anonymi Conventual., seu Franc. Anton. Benoffi Pisauren. contra hær. prav. Patavii Inquisit. edit. Patavii an. 1777. epist. 7.

Obiit circa annum 1517.

Pag. 267. col. 1. lin. 31. in *Franc. Mauro* add.

Ortus est anno 1500. die 27. Septembris, obiitque anno 1571. Florentiæ in Cœnobio S. Salvatoris. Ejus *Poema* feliciter vertit soluto carmine italico Laurentius Rondinetti sac. Theol. Mag. Minor. Convent., optamusque, ut citò prælo committat.

Pag. 268. col. 1. lin. 36. in *Franc. de Mayronis* post verba *Hippolyti Carmelitæ* add.

Typis HH. Octaviani Scoti, adjuncto duplici indice.

Pag. 269. col. 2. lin. 8. add.

Passus super universalia, & prædicamenta prodiit etiam Bononiæ in 4., quæ editio in fine habet: *Explicit Opus aureum editum a Reverendissimo Magistro, Doctoreque eximio fratre Francisco de oppido Marcnis Ordinis Minorum, qui in urbe Placentina morte præventus ipsum imperfectum reliquit. Quod per Magistrum Iohannem Schriber de Annunciata Bononiæ anno Domini* M. CCCCLXXXVIII. *die prima Aprilis impressum est.*.

Pag. 277. col. 2. lin. 10. in *Francisco Panigarola* add.

Et postea Venetiis an. 1600. typis HH. Sessæ in 8. m.

Ibid. lin. 31.

Et recognitæ pariter ab eodem Castruccio Genuæ typis Anton. Horeri an. 1585. in 8. m.; deinde Venetiis an. 1597. typis Petri Dusinelli in 8.

Ibid. col. 2. lin. 51.

Editio Veneta facta est typis Minimæ Societatis.

Pag. 281. col. 1. lin. 8. in *Francisco Rabelesio* add.

De rebus gestis Gargantuæ, & Pantagruelis libri 4. Antuerpiæ an. 1570.

Pag. 289. col. 1. lin. 63. in *Franc. Vicedomino* add.

& iterum ibidem in 8. absque anno typis Dominici Farri.

Pag. 29 . col. 1. lin. 56. in *Franc. Willer* add.

Operum S. Augustini editionem Basileæ inceptam cura *Augustini Dodon* typis Jo: Amerbach, argumentis librorum appositis, prosecutus est; quam deinde perfecit *Fr. Conradus Pellicanus* tunc Minorita an. 1506.

Pag. 294. col. 1. lin. 41. in *Freder. Theutonico* add.

Librum *Friderici Archiepiscopi* Ord. Minorum, in quo agitur *de B. Francisco*, memorat autor Legendæ ejusdem Sancti cod. 4354. Biblioth. Vatic., de qua vide has addit. v. *Fabianus Hungarus*.

Pag. 300. col. 2 lin. 18. & seqq. in *Gaspare Sagero* add. & corrig.

Scrutinium divinæ Scripturæ pro conciliatione dissidentium dogmatum circa subscriptas materias: de gratia, & libero arbitrio: de fide, & operibus: de peccato in bono opere: de exordio veræ pœnitentiæ: de meritorio actu liberi arbitrii: de sacrificio novi Testamenti: de Sacerdotio novæ legis: de communione sub utraque specie: de baptismo, & libertate christiana: de votis, & statu Monachorum. Incip. præfatio: *Sanctus Iacobus Apostolus frater Domini*; Opus vero: *Itemus itaque nobis locum conflictus*. Prodiit primùm Basileæ typis Adæ Petri an. 1522. m. Martio ope à Conradi Pellicani olim ei a secretis, cum esset suæ provinciæ Vicarius, quem & secùm duxit Romam anno 1517. ad Capit. Generale.

Examen novarum doctrinarum pro elucidatione veritatis evangelicæ, & catholicæ, in quo agit *de fide, spe, & charitate: de justitia christiana: de præceptis, & legibus: de operibus meritoriis: de vero Dei cultu, & Sanctorum veneratione: de libertate christiana: de monasticis institutis, & votis perpetuis: de Sacramentis in generali, & quibusdam in particulari: de potestate ecclesiastica: de libero arbitrio: de doctrina christiana*; scriptum Monachii 14. kal. Octob. 1522. prodiit Ulmæ an. 1523. typis M. Jo: Gruñer cura Fr. Jo: Amersfordiani. Incipit præfat. *Salvator noster sanctus, & benedictus*; & Opus: *Sanctus Paulus paræ veritatis &c.*

De vera libertate evangelica sub duodecim assertionum, & viginti errorum positionibus eliquata lucubratio. Tubingæ an. 1525. in 12. per Huldenchum Marhart in 4. Incipit præfat. *Servator noster sanctus, & benedictus*; & Opus: *Quia libertas vera*.

Traductio sathanæ, hoc est diabolicæ fraudis detectio, qua sub falso Scripturæ prætextu passim falsos, & impios errores circa subnotatos materias disseminat: de Evangelio: de Ecclesia sancta, catholica, & in se, & in corporibus militante: de primatu Petri, & Romanæ Ecclesiæ præeminentia: de generalibus Ecclesiæ Conciliis: de justitia fidei, de spe, & fiducia: de charitate: de opere meritorio: de cultu, & ritu ecclesiastico. Incip. prolog. *Sanctus Iacobus Apostolus fideles omnes* &c.; Opus vero: *Quia Evangelium nostræ salutis exordium*. Tubingæ an. 1530. in 12.

De justitia fidei est titulus 5. Operis *de traductione sathanæ*, incip. *Quamquam in alio Opere, cui titulum examen novarum doctrinarum indidi, de tribus ab Apostolo commendatum, fide videlicet, spe, & charitate, tractaverim* &c.

De justitia operum est tit. sextus cit. libri incip. *Circà justitiam hominis salvandi Infrascripta per Angelum lata* &c.

Pag. 303. col. 2. lin. 41. in *Georgio Benigno* add.

Anno 1504. factus est Regens, uti vocant, Studii in Cœnobio SS. XII. Apostolorum, & sequenti anno 1505. Commissarius Gener. in Austria, cum anno 1503. fuisset etiam Regens, & Custos sac. Conventus Assisien., ex Reg. Ordinis.

Pag. 310. col. 1. lin. 10. in *Gomerio* add.

Eum *Theologum sublimem*, & magnæ æstimationis in Aula Ducis Ludov. Sfortiæ dicit Fr. Lucas Paciolus an. 1497. in Epist. præmissa Operi *de divina proportione*. Ejus

Apologia Montium Pietatis prodiit Cremonæ an. 1496.

Pag. 311. col. 1. lin. 46. in *Gratiano Brixiano* add.

Apologia Montium Pietatis ex Tiraboschio to. 7. Hist. Litter. Ital.

Obierat an. 1506. ex Jo: Montedoca ejus discipulo in Epist. *Lecturæ* ejus *super* 2. *Sententiar.* præfixa.

Pag. 315. col. 1. post lin. 2 . add.

GUERRINUS CAPPELLETTI de Plumbino in Hetruria sac. Theol. Mag., & inter concionatores sui ævi non infimus edidit

Lecturam sacram, seu lectiones prædicabiles super Psalm. De profundis, jam typis commissam.

Obiit anno 1577., ætatis suæ 38. vix expleto.

Pag. 317. col. 2. post lin 15. add.

GULIELMUS BODIVIT sac. Theol. Magister scripsit

Orationes duas, alteram habitam in festo Annunciat. B. Mariæ Virg. an. 1484. coram Sixto IV., alteram coram Innocentio VIII. an. 1485. in festo SS. Trinitatis. Extant in Collectione Jo: Jopez tit. *Viridarium virtutum*.

Pag. 329. col. 2. post lin. 28. in *Gulielmo Plato* add.

Oratio tit. *La croce inalborata da un legno sopra gli erti gioghi de monti*, in laudem Michaelis Angeli Catalani Ministri Gener.; & altera tit

Il pellegrinaggio fortunato della Ven. Compagnia del SS. Rosario d'Arimini alla santa Casa di Loreto, leguntur adjunctæ *Vitæ S. Antonii*.

Pag. 333. col. 2. lin. 19. in *Haymone de Fevershaw* add.

Lectorem Bononiæ fuisse scribit etiam Fr. Salimbene Parmen. Chron. ms. pag. 326.

Pag. 339. col. 1. lin. 47. in *Henrico de Massa* add.

Fr. Henrigo Martini de Massa sac Theol. Magistro, & Tusciæ provinciæ Ministro Commune Cortonæ anno 1392. die 25. Novembris concessit Oratorium, seu Ecclesiam S. Basilii, ubi corpus *S. Margaritæ de Cortona* requiescit, ex instrumento in Arch. S. Crucis Florentiæ asservato: qui locus subsequentibus annis transiit ad FF. Regularis Observ. An hic Henricus?

Ibid. col. 2. lin. 55. in *Henrico Paludano* add.

Paradisus gloriæ Sanctorum prodiit iterum Venetiis an. 1617. in 8. typis Jo: Bapt. Ciotti, & sociorum.

Pag. 345. col. 1. lin. 20. in *Hieronymo Francaccio* add.

Obiit anno 1696. Montispolitiani.

Pag. 349. col. 2. lin. 9. in *Hieronymo Mengo* add.

Summa Angelica italice Venetiis typis Dominici Nicolini an. 1594. in 4.

Pag. 350. col. 2. lin. 13. in *Hieronymo Paleoterio* add.

Carmina ejus plura vario metro vernacule extant in Collectione Gerardi Borgogni Venetiis impressa an. 1599.

Pag. 355. col. 1. lin. 26. in *Hieronymo Tinelli* add.

Analysis fidei, quam Ecclesia Catholica Romana adversus sectariorum errores profitetur; &

Compilatio, dilucidatio, & defensio decretorum Concilii

cilii Tridentini, itemque Congregationis Concilii usque ad annum 1593. mss. in Biblioth. S. Fran. Montisilicini.

Orthodoxia Episcopi Mutinensis vindicata.

Pag. 356. col. 1. lin. 56. in *Hieronymo Urbani* add.

Dubia theologico dogmatico-moralia a Curia proposita, & ab Hieronymo Urbanio resoluta, to. 2.

Privilegia Procuratoribus Ordinis suo munere functis vindicata.

Obiit Montispolitiani an. 1598., cum anno 1588. electus fuisset Pistorii suæ provinciæ Minister.

Pag. 359. col. 2. lin. 50. in *Horatio Civalla* add.

Comment. in 4. libros Senten. S. Bonaventuræ mss. Maceratæ in Biblioth. S. Franc.

Pag. 361. col. 2. post lin. 32. add.

HUGO VINACCESI de Prato Tuscus scripsit

Sermones de Sanctis. Lugduni an. 1548.

Sermones super Evangelia, & Epistolas Dominicarum totius anni. Ibidem.

Quadragesimale Venetiis an. 1584.

Sermones communes solemnes.

Floruisse creditur prope finem seculi xv.

Pag. 365. col. 1. lin. 43. add.

JACOBUS DE ALEXANDRIA Insuber scripsit anno 1443.

Orationem in funere Faustini Valaresi Archiep. Cretensis, incip. *Heus, illustre Damianum, observandissimi Præsules, Reverendi Patres*, cum *Epitaphio* in fine; ms. in Regia Biblioth. Taurinen. ncl. 1. tv. 20. ex Indice.

Pag. 366. col. 1. lin. 62. in *Jacobo Bambini* add.

Officium S. Zenobii Episcopi Florentini carmine heroico.

Pag. 369. col. 2. in fine in *Jacobo Florentino* add.

Vita D. N. Jesu Christi cum meditationibus italice ms. in Biblioth. Maglabech Florentiæ. *In vitam Christi meditationes*, autore Fr. Jacobo Minorita, mss. in Biblioth. Riccard.

Pag. 370. col. 1. lin. 46. in *Jacobo Gallo* add.

Il Simbolo Apostolico in terza rima composto da Frate Jacomo da Gharli, incip.

Credo in Dio summo creatore
Di cielo, & terra: padre omnipotente,
Sicome disse Pietro pescatore;

& desinit:

Resurrectione de morte comuna,
Con vita beata sempre perdurante
Mathia canchiuse con verità pura:

cod. chart. in 8. sec. xv. miscell. in Biblioth. Eccles. Toletanæ, olim Card. de Zelada.

Hunc non habet Crescimbenius.

Pag. 371. col. 1. lin. 52. in *Jacobo Malafossa* add.

Dissertatio, an quis scire possit, se esse in gratia Dei.

Disputatio de subjecto Metaphysicæ extat in fine Commentar. Tatareti edit. Ven. 1520.; &

Quæstiones duæ ibid. in edit. Ven. 1581. per HH. Sessæ.

Pag. 374. col. 2. in fine in *Jacobo Montanario* add.

De arte acquirendæ sapientiæ. Interamnæ an. 1620. typis Thomæ Guerrieri.

Pag. 385. col. 1. lin. 9. in *Jo: de Alvernia* add.

Dicta quædam super animæ judicio, &

Collectio sententiarum ex SS. Patribus, & Philosophis; mss. Florentiæ in Biblioth. Riccard.

Pag. 386. col. 1. lin. 26. in *Jo: Andreæ* add.

In testamento Nicolai de Romanis Auximatis, de quo suo loco, facto Avenione anno 1364. die 16. Novembris, Auximi apud nostros asservato, legitur: *item lego Ecclesiæ beatæ Mariæ Majoris de Urbe librum meum Jeronimianum, & tabulam per me compositam super eo, & librum meum Epistolarum ipsius beati Jeronimi in armario dictæ Ecclesiæ ad communem utilitatem Clericorum ipsius Ecclesiæ perpetuo retinenda.*

Pag. 391. col. 1. lin. 29. in *Jo: Bapt. Chiedino* add.

Tholomæus rationalis disputationum Grammaticæ, Orthographiæ, Prosodiæ, Rhetoricæ, epistolarum, tragediarum, & comœdiarum. Venetiis an. 1619. typis Petri de Farris in 8.

Ibid. col. 2. lin. 30. in *Jo: Baptista Dewois* add.

Sed forsan hic est *Jo: Baptista de Bois* Ord. Minimorum, de quo supra.

Ibid. post lin. 58. add. in *Jo: Baptista Fernandez*.

De hoc agit iterum Waddingus supra v. *Baptista Fernandez*.

Pag. 397. col. . lin. 11. in *Jo: Bertoldo* add.

Scribit Leopoldus del Migliore *Joannem a Serravalle* publice Theologiam Florentiæ legentem a Republica conductum postulatum fuisse ab Innocentio VIII., ut ejus opera in Rom. Curia uteretur. Forsan legendum ab *Innocentio VII*, nisi sit alius.

Pag. 398. col. 2. lin. 15. in *B. Jo: Borello* add.

Cultum ab immemorabili ipsi exhibitum approbavit Apostolica Sedes; *Vitamque* ejus scripsit Fr. Ireneus Affò Regul. Observ. editam Parmæ an. 1777. in 4. typis Regiis, qui etiam de eo agit in Litter. Parmen.

Pag. 403. col. 2. lin. 18. in *S. Jo: a Capistrano* add.

Sed *Joannis Capistrani Chronicon* ab Alphonso Ciccarello effictum fuisse scribit Leo Allatius in Opusculo de autoribus a Ciccarelo confictis pag. 318.

Pag. 404. col. 1. lin. 35. in *Jo: a Carthagena* add.

Homiliæ catholicæ de sacris arcanis christianæ Religionis ad Christum Dominum spectantibus cum *additionibus magni momenti* post quintam editionem Romanam Venetiis an. 1614. typis Jacobi de Franciscis in 8. m.

Pag. 405. col. 1. lin. 14. in *Jo: a Castiliono* add.

Sermones fratris nostri Joannis de Sancto Geminiano in pergam. diversa littera extabant in Biblioth. Minor. Senar. armar. E. D. ex Indice in addit. post an. 1499. factis. Habetur & in Biblioth. Riccard.

Ibid. lin. 38. add. in *Jo: Chrysostomo a S. Laudo*.

De eo agit iterum Waddingus supra v. *Chrysostomus a S. Laudo*.

Pag. 413. col. 1. lin. 51. in *Jo: Duns Scoto* post verba *typis Sigismundi Meyer* add.

= atque *Viridarium virtutum* ex Scoti sententiis contextum an. 1509. typis eisdem.

Pag. 417. col. 2. post lin. 40. add.

JOANNES de FANO Picenus Minor. Conventual. sac. Theol. Baccalaureus scripsit sec. xiv.

Sermones in Psalmos, & in Evangelia. mss. Asisii in Biblioth. S. Francisci.

Pag. 421. col. 2. lin. 17. in *Jo: Francisco Fiermo* add.

Oratio de laudibus Perusiæ habita in Cathedrali illius urbis 15. Maji an. 1510. prodiit ibidem eodem anno; ob eam a xviris muneratus, ex Annal. Perusin. fol. 77.

Pag. 427. col. 1. lin. 15. in *Jo: a S. Laurentio* add.

Fuit & alter *Joannes Florentinus* filius Joannis Inquisitor in Tuscia an. 1496., Theologus in Concilio Pisano, & Florentino, suæ provinciæ Minister an. 1411., & Decanus Universit. Florent. an. 1524.; quem Cerrachinus putat esse illum *Jo: Florentinum*, de quo Wadd. an. 1411. n. 5.

Pag. 448. col. 2. lin. 65. in *Jo: Peckam* add.

Acta Conciliorum provincialium *Redingen.* an. 1297. 3. kal. Aug., & *Lambethen.* an. 128 . non 1280., die 7. Octob. celebrati, cum *Ordinationibus* in domibus Religiosis, & *alia* habentur in Collectione Conciliorum Magnæ Britanniæ, & Hiberniæ to. 2., cum *titulis*, & *initiis* Constitutionum alio modo, & ordine, quam ex Pitseo apud Waddingum referuntur.

Pag. 4 0. col. 2. lin. 15. add.

Obiit 6. idus Decemb. ex Necrol. Ecclesiæ Cantuarien. in Anglia Sac. Wharton to. 1. pag. 58., anno 1292.

Pag. 451. col. 1. post lin. 64. add.

JOANNES PIERIUS, antea *Petrus*, Valerianus Bolzanius de Belluno, ingenium ad studia aptissimum sortitus, Patavii inter Minores Conventuales pietate, & ab *Urbano Bolzanio* patruo suo doctissimo, de quo suo loco, liberalibus disciplinis institutus, Poeta & Orator evasit pauci comparandus; sed suscepti Instituti minime tenax ante inita solemnia vota illud deseruit, tandem *Patavii*, inquit Thuanus ad an. 1550., *annum octogesimum secundum supergressus decessit, ad S. Antonii conditus, quod, vergente senio, concesserat, ut post longam veluti peregrinationem in nidulo suo, ex quo puer evolaverat, ad quietem æternam se compararet*. Scripsit

Hieroglyphica, seu de sacris Ægyptiorum, aliarumque gentium litteris commentar. lib. 58., duobus libris aucta, & multis imaginibus illustrata a Cœlio Augustino Curione. Lugduni in fol. an. 1626. typis Pauli Frellon; Basileæ an. 1567. typis Thomæ Quarin.; & Venetiis an. 1603. per Jo: Anton. & Jacobum de Franciscis; & gallice versa a Jo: de Montlyar Lugduni an. 1621. per Frellon. Pro

Pro Sacerdotum barbis declamatio ad Card. Hippolytum Medicem discipulum quondam suum. Lugduni typis Frellon an. 1621.

Contarenum, seu de litteratorum infelicitate libros duos. Venetiis an. 1620. in 8. apud Jacobum Sarzinam curâ Aloysii Lollini Episc. Bellunen.; Amstelodami 1642. per Cornelium Joannii; deinde in *Analectis de calamitate litteratorum* studio Jo: Burchardi Menchenii Lipsiæ an. 1707. cum *Supplementis* Cornelii Tollii typis Jo: Friderici Gladitsch; qui de Joanne agens pag. 424. putat. *eum ob causam de litteratorum calamitate dialogum instituisse, quod ipse faventem parum teneris fortunam*; sed antea cum iisdem Supplementis Helmstadii per Jacobum Mullerum.

Antiquitates Bellunenses sermo. 4. Venetiis an. 1620. per Jacobum Sarzinam, & to. 6. par. 4. Thesauri antiquit., & historiar. Italiæ Jo: Georgii Grævii Lugduni Batavor. 1725.

Declamatio de fulminum significationibus; in Thesauro antiquit. Romanar. Grævii Lugd. Batavor. anno 1696. vol. 5. pag. 591.

Compendium in sphæram Jo: de Sacrobosco. Ibidem; & Parisiis 1608. & Venetiis 1562.

Epistola de honoribus Matthæo Longio Episc. Gurcensi Romæ habitis; inter Scriptores rerum Germanicarum Marquardi Freheri Francofurti 1637. vol. 2. pag. 492., & Argentorati 1714. pag. 569.

Joachin votum carmine hexametro. Romæ an. 1512. in 4. per Stephanum, & Herculem socios.

Poemata varia in fol. Lugduni typis Frellon 1622. Extant *Carmina* ejus in deliciis Poetar. Italor. Jani Gruteri vol. 1. pag. 1193.; & *Epigrammata* inter Coryciana Romæ an. 1524.

Præludia quædam de studiorum conditione Sermo. Epigrammatum lib. 1. Odarum alter. Carpionis fabula. Lancippi fabula. Protesilaus Laodamiæ. Vitæ suæ calamitas, in Franchini Gritti desiderium Nenia; uno volumine in 4.

Castigationes in Virgilium, collatis variis codicibus. Lugduni Batavorum an. 1680.; & antea Romæ 1530. typis Bladi.

Epitaphium ejus refertur in *Memor. Eccl. S. Antonii* vulgatis a Polidoro. & nuper a Fr. Bonav. Perisuti Minor. Convent. Fuit amicus Cornelii Mussi, teste Isaac Burlet.

Pag. 454. col. 2. lin. 53. in *Jo: Ricatio* post *impressi sunt* add.

= primùm Viennæ an. 1514. in fol. per Hieronymum Victorem & Jo: Singrenium sumptibus Leonardi, & Lucæ Alantee ex Freytag Appar. litter. to. 1. pag. 128.

Pag. 459. col. 2. lin. 9. in *Jo: de Rupella* add.

Sermones festivi, & Dominicales Johannis de Rotella incip. Veniat dilectus in hortum suum extabant olim mss. in Biblioth. S. Franc. Senen. banco 10. facie 2. dupl. ex Indice an. 1481. confecto.

Sermones de mortuis, & de festivitatibus ejusdem mss. ibid. armar. E. L. ex addit. ejusdem Indicis.

Pag. 460. col. 2. post lin. 29. add.

JOANNES TANCREDI a Colle Minor. Convent. sac. Theol. Doctor, primùm suæ provinciæ Hetruriæ, dehinc totius Ordinis an. 1568. Generalis Minister, Cosmo I. magno Duci acceptissimus, scripsit

Quadragesimales conciones mss. in Biblioth. S. Franc. Collis.

Pag. 465. col. 2. post lin. 31.

JOANNES DE TONSIS filius Laurentii a S. Marino Picenus Minor. Conventual. sac. Theol. Magister anno 1422. scripsit

Statuta Collegii Theologici Florentini, cujus erat Decanus, adhuc mss.

Anno 1445. die 21. Aprilis successit in Episcopatu Fanensi *Fr. Jo: de Serravalle*, de quo supra, ex Chronico Ariminen. to. 15. Rer. Ital. Scriptorum.

Pag. 471. col. 2. lin. 21. in *Josepho Angles* add.

Flores theologicarum quæstionum in 2. Sententiar. Venetiis apud Andream Baba an. 1616. in 8.

Pag. 472. col. 1. in fine in *Joseph le Clerc* add.

Ab aliquibus creditur autor Operis tit.

L'huomo del Papa, e del Re; overo risposte vere sopra le imputazioni di un libello diffamatorio seminato contro sua Santità, e contro sua Maestà Cristianissima dalli nemici coperti della S. Sede, e della Francia. Parisiis 1634., & gallice Bruxellis eodem anno. Alii illud adscribunt Joanni Sirmondo; sed Le-Long. Biblioth. Gallicæ num. 11896. circa illius autorem dubius hæret.

Pag. 476. col. 2. lin. 21. in *Juliano Maffeio* Epitaphium corrig.

„ D. O. M. Juliano Municipi Volaterrano Archiepi-
„ scopo Ragusino ex Ord. Minor. assumpto Philosopho
„ Theologoq. clariss. Bessarioni Card. Niceno studios.
„ adjutori a Sixto IV. & Julio II. Pontiff. Maxx. qui-
„ buscum conjunctiss. vixit, dignitatib. honestam Pœni-
„ tentiariæ Apostolicæ annos xxv. regenti. Vixit an.
„ lxciii. m. viii. Marcus Vigerius Savonen. Card.
„ Senogallien. amico Fratri, & contubernali jucundissimo
„ sacello communicato p. ex testamento an. mdx.

Ita habet archetypum in Ecclesia S. Petri in Janiculo ad levam ingredientium.

Pag. 478. col. 1. lin 22. add. in *Juliano Verrochio*.

Obiit anno mccccxlii. ex inscriptione in Templo S. Crucis Florentiæ.

Ibid. col. 2. post lin. 20. add.

JULIUS COLUMBUS, seu *Columbertus*, de Asisio Minor. Convent. sac. Theol. Mag. Utini contra hær. prav. Inquisitor, & Studii Regens edidit

Paradoxa miscellanea. Venetiis an. 1569.

Pag. 479. col. 1. lin. 61. in *Julio Magnaro* add.

Ordinationes, & Statuta pro provincia Lusitaniæ an. 1553 mss. in Cœnobio Senensi.

Historia illustrium Patrum Ord. Minorum, laudatur in Martyrol. Franc. die 25. Augusti.

Pag. 485. col. 1. lin. 10. in *B. Leone Asisiea*, add.

Legenda Fr. Ægidii de præceptis, & de timore incip. *Hæc pauca*, ms. pergam. in Biblioth. S. Franc. Senar. armar. H. L. ex illius Indice in addit.

Pag. 487. col. 1. lin. 16. add.

LEO RAVENNAS doctus concionator, & Jurisperitus scripsit *Sermones*, quorum unus tit.

Sermo Fr. Leonis de Ravenna Decretorum Doctoris Ordinis Fratrum Minorum factus in Romana Curia in festo Apostolorum Simonis, & Judæ anno Dñi 1343. Incip. *Judas, & fratres ejus*; in quo agit de autoritate Pontificia; & alter habitus *in Synodo* incip. *Lucerna splendens*, cod. chart. ms. habentur Lucernæ in Biblioth. Minor. Conventual., ex Ginanno in Scriptor. Ravenn.

Ibid. col. 2. lin. 35. add.

LEONARDUS de CREMONA scripsit seculo xv.

Compilationem artis mensurativæ practicæ ex P. Zaccaria Itin. per Italiam, qui eum dicit cognomine *de Antoniis*.

Pag. 489. col. 2. lin. 4. in *Luca Ballorio* add.

Misit Opusculum ad Ministrum Generalem sui Ordinis Regul. Observ. litteris datis Venetiis an. 1562.; quod prodiit etiam Cæsenæ typis Barthol. Raverii an. 1581. in 8.

Pag. 490. col. 2. lin. 46. in *Luca Nini* add.

Flores Epistolarum S. Hieronymi collecti per Rev. Mag. Lucam Cionis de Ninis de Senis olim mss. in Biblioth. S. Franc. Senar. armar. F. F. ex Indice in addit.

Sermones varii mss. ibidem.

Pag. 491. col. 2. in fine in *Luca Paciolo* add.

In *Summaria* autem 1. partis principalis scribit, Opus desumpsisse majori ex parte ab Euclide, Boetio, & recentioribus Leonardo Pisano, Jordano, Blasio de Parma, Jo: a Sacrobosco, & Prosdocimo Patavino. *Epistolæ* autem duæ, quas præmittit, ad Marcum Sanutum, & Guidonem Ubaldum Urbini Ducem, erroris arguunt dicentes, eum latini sermonis ignarum fuisse. In ea, quæ est ad Guidonem Ubaldum, ait etiam: *Mensa vero ipsa nihil tota aliud pertractat, quam numeros, mensuras, proportiones, & proportionalitates. Qua de re curia tua omni virtutum genere ornatissima optimum perhibebit testimonium; & in primis illud tuum sacellum præstantissimis cantoribus, & tibicinibus refertissimum, quorum e numero venerabilis Pater Martinus conterraneus meus, & confrater merito eximius.*

Ibid. col. 2. lin. 52. add.

Post tractatum *quinque corporum &c.* tradit *regulam, & mensuras* geometricas *pro formandis majoribus alphabeti litteris*, pristinæ antiquæ venustati, & elegantiæ firmiter per eum restitutis.

Pag. 499. col. 2. lin. 6. add.

LUDOVICUS GOMEZ, de quo vide inter Martyres, scripsit

Re-

Relationem Martyrii Ven. Fr. Joi a S. Martho Mi- cerita.

Pag. 500. col. 1. lin. 21. in *Ludovico Imolensi* add.

Oratio de nomine Jesu, quam cum aliis *de S. Stephano*, & *in funere Card. Ferrici* memini me vidisse in Biblioth. S Franci. Auximi, impressas nescio quo anno.

Oratio ad populum Bononiensem tempore Gener. Capituli ibi celebrati an. 1494. extat Romæ in Biblioth. Angelica.

Oratio in funere Card. Bessarionis habita Romæ in Ecclesia SS. XII. Apostolor. coram Sixto IV. ex stylo videtur esse hujus autoris.

Pag. 501. col. 2. lin. 4. add.

LUDOVICUS NUTI Assisiensis Minor. Conventual. sac. Theol. Baccalaureus edidit

Vitam S. Claræ Virginis, &

Poema drammaticum in ejusdem laudem. Perusii anno 1592. typis Petri Pauli Orlandi.

Pag. 502. col. 1. lin. 40. in *Ludovico de Pirano* add.

Tractatum super 7. vitia extat ms. in Biblioth. S. Michaelis Venet.

Pag. 507. col. 2. lin. 44. in *Manfredo de Terdona* add.

Verùm *Tractatus Fr. Manfredi de Terdona super restitutione male oblatorum Ord. Minorum* (ita) incip. *Quoniam propter animarum pericula*, cod. membr. in 8. seculi XIV. cum aliis hujusmodi tractatibus extabat in Biblioth. Card. de Zelada, nunc in illa Ecclesiæ Toletanæ, ex recensione Can. Angeli Battaglini alias memorati.

Pag. 521. col. 1. in fine add.

MARCUS ANTONIUS Ticinensis Minor. Conventual. sac. Theologiæ Doctor scripsit

Orationem habitam coram Alexandro VI. an. 1500. Romæ Dominica 2. Adventus, quæ extat in Biblioth. Angelica.

Pag. 527. col. 2. lin. 46. in *Matthæo le Heurt* add.

Directorium &c. prodiit primo anno 1596.

Pag. 530. col. 1. lin. 59. in *Matthia Bellintano* post verba *primo Venet.* add.

= an. 1599. apud Minimam Societatem in 12.

Pag. 533. col. 2. lin. 10. in *Mauritio Centino* add.

De Sacramentis in genere, Baptismo, Confirmatione, & Eucharistia; & de Incarnatione. Messanæ an. 1639. typis Viduæ Jo: Francisci Bianci.

Pag. 534. col. 1. lin. 59. *in Mauritio de Portu* add.

Expositio in Quæstiones dialecticas &c. castigata per Fr. Benedictum Bencovich Dalmatam Regol. Observ. prodiit & Papiæ anno 1520. in 8. typis Jacobi Paucidrapii.

Pag. 545. col. 1. lin. 2. in *Michaele de Cæsena* add.

Fuit e familia *Fusca* non ignobili.

Pag. 544. col. 2. lin 51. add.

MICHAEL MISSEROTTI Bononien. Minor. Conventual. sac. Theol. Doctor, Julii Arigoni Cremonen. discipulus, suæ provinciæ primùm, mox totius Ordinis moderator an. 1602., demum Episcopus Bitetti, scripsit elegantem

Orationem habitam Assisii in Gener. Ordinis Comitiis anno 1599. impressam Cremonæ apud Barucinum de Joannis.

Pag. 554. col. 2. lin. 28. in *Nicolao de Carbio* add.

Assumptus est Episcopus Assien. an. 1250. ex literis Innocentii IV. datis *Lugduni x. kal. Julii Pontif. anno septimo*, in novissima Serie Episcoporum Assisien. edita Assisii an. 1797. typis Octavii Sgariglia.

Pag. 557. col. 1. lin. 54. in *Nicolao de Lyra* add.

Biblia cum Nicolai Lyrani Postillis: Pauli Burgensis additionibus, & Matthiæ Dorinck replicis tom. 4. in fol. prodierunt Norimbergæ an. 1485. sumptibus Antonii Koberger ex Freytag Appar. litterar. pag. 933.

Ibid. lin. 60.

Moralia super totam Bibliam in fol. absque loco, & anno ex cit. Freytag pag. 755. in quorum fine legitur: *Explicitum Postillæ morales, seu mysticæ super omnes libros sac. Scripturæ exceptis aliquibus, qui non videbantur tali expositione indigere. Itaque ego fr. Nicolaus de Lyra de Ordine FF. Minorum Deo gratias ago, qui dedit mihi gratiam hoc Opus incipiendi, & perficiendi anno Dñi M. CCC. XXX. IX. in die S. Georgii* (ita) *Martyris.*

Ibid. lin. 62. add.

Editio alia vetusta, & rarissima absque loco, typographo, & anno refertur a Freytag in Appar. litter. to. 2. pag. 731.

Pag. 558. col. 1. lin. 67. add.

Libellus editus per Mag. Nicolaum de Lyra Ordinis Minorum Theologiæ professorem, in quo sunt pulcherrimæ quæstiones Judaicam perfidiam in catholica fide improbantes, habetur in edit. Argentinen. *Postillarum* &c. ejusdem anno 1492., de qua supra, post 2. librum Macchabæor. ex Frider. Gottlil Freytag in Appar. litterar. to. 2. pag. 734.; quem ait Jo: Albertum Fabricium Biblioth. mediæ, & infimæ latinit. lib. 13. pag. 356. in tres divisisse, in *tractatum de Messia, sive probationem adventus Christi per Scripturas a Judæis receptas; in disputationem contra perfidiam Judæorum*; & in *quæstionem de Incarnatione Verbi contra Judæos.*

Pag. 560. col. 2. lin. 50. in *Nicolao de Nyse* add.

Resolutio Theologorum prodierat ante Lugduni anno 1526. typis Simonis Bevilaqua in 8.

Lin. 65. in *Nicolao de Nyse* add.

Sermones de tempore hyemales ab Adventu ad Octavam Paschæ cum *Sermonibus de Sanctis* editi sunt an. 1510. in 8. in oppido Hagenau per Henricum Gran.

Pag. 562. col. 1. lin. 20. in *Nicolao de Orbellis* add.

Summula Logicæ cum texto &c. Venetiis per Albertinum Vercellen. anno 1500. in 4.

Ibid. lin. 62. add.

NICOLAUS PILIUS a S. Cassiano Tuscus edidit in fine seculi XV.

Declarationem circa conclusiones aliquot Hieronymi Savonarolæ, & experimentum ignis.

Ibid. lin. 64. add.

NICOLAUS a PODIOBONITIO oppido ditionis Florentinæ scripsit italico culto sermone

Peregrinationem suam ad Loca sancta Palestinæ, quam suscepit an. 1342. usque ad annum 1345. Habetur codex ms. membr. Perusii apud patritiam familiam Graziani, & in Riccard. Florentiæ.

Pag. 563 col. 1. lin. 48. in *Nicolao Senensi* add.

Nicolai Bertuldi Sermones varii, seu Silva Sermonum extat ms. in Biblioth. S. Francisci Senensi.

Pag. 572. col. 1. lin. 64. in *B. Pacifico Picena* add.

In cod. ms. pervetusto Conformit. Bartholomæi Pisani, de quo supra pag. 725. Conformit. XI. par. 2. in prov. S. Antonii, & loco Venetiar., ubi de *B. Charissimo*, habetur in margine hæc nota antiqua manu: *Hic beatus Karissimus anno Domini 1435. die Sancti Spiritus, me præsente, turba populi assistente gloriosa, hymnis, & laudibus reconditus fuit in excelso tabernaculo lapideo deaurato super portam sacrestiæ venerabilis Conventus Venetiarum, quod ædificaverat vere clarissimus Dominus Scipio Bon, cujus corpus in terra, ut optaret, requiescit. Nec obviet, si litteræ dicti tabernaculi indicant continere corpus beati Pacifici, quia id evenit ignorantia pictoris.*

Pag. 573. col. 2. lin. 30 add.

PASCHASIUS BURGENSIS humaniorum literarum seculo XV. præceptor Florentinæ, cujus

Carmina leguntur initio Operis inscripti, *Giochi matematici*, scripti ab ejus discipulo Petro a Foliceo, & Juliano Mediceo dicati, ex P. Zaccar. Excurs. litterat. pag. 129.

Pag. 576. col. 2. lin. 48. add.

PAULUS de GALEOTTIS Florentinus sac. Theol. Magister, Socius Assistens Fr. Antonii Sassolini Ministri prov. Tusciæ, scripsit

Conciones Quadragesimales, ex Indice Bibliothecæ S. Francisci Collis.

Pag. 578. col. 1 initio add.

PAULUS PERI de Ficeclo Hetruscus sac. Theolog. Doctor, suæque provinciæ bis Minister edidit

Confutationes conclusionum Fr. Leonardi Augustiniani contra Hieronymum Savonarolam. Florentiæ an. 1498.; quas italice reddidit Philippus Cioni

Constitutiones dictas *Alexandrinas* in Capitulo Gener. Ordinis Interamnæ celebrato anno 1500. receptas, cum aliis compilavit, quæ prodierunt anno 1501.

Ibid. lin. 61 in *Paulo Samprone* add

De trium animæ graduum perfectione. Patavii apud Paulum Majetum anno 1581.

Pag. 579. col. 1. lin. 31. in *Pelbarto Temeswar* add.

Rosarium &c. Venetiis an. 1589. per Floravantem a Prato, & socios; & Brixiæ anno 1590. apud Thomam Bozzola.

Pag. 585. col. 1. lin. 24. in *Petro Aureolo* add.

Compendium Dom. Petri Aureoli super sacramenta

Scripturarum olim ms. in Biblioth. S. Franci. Senen. armar. 4. fac. 2. dext. ex Indice anno 1481. confecto

Pag. 588. col. 2. lin. 18. in *Paulo Bono* add.

Sermones ejus *Dominicales* num. 209., &

Tractatus de conficiendis sermonibus, extant mss. Patavii in Biblioth. S. Antonii.

Pag. 594. col. 1. lin. 7. add.

PETRUS de FULGINEO Umber, Juris, & Theologiæ Doctor, S. Francisci, mox Terræ sanctæ, ac Romaniæ provinciarum Minister, scripsit

Comment. in libros Sententiar. mss.

Obiit Asisii an. 1463. in Ecclesia S. Francisci sepultus.

Ibid. col. 2. lin. 62. add.

PETRUS GONNELLA de Terdona Insuber Poeta pius, & doctus seculo XIII., vel initio subsequentis scripsit versu

Meditationes animæ fidelis de contemptu mundi.

De timore mortis.

De adventu judicis.

De pæna peccatoris.

De gaudio electorum; quæ leguntur in Collect. Anecdotor. sacror. Eugenii de Levis edita Taurini an. 1789.

Humanæ naturæ conditio.

Carmina de Nativitate Domini.

Contra mundanam vitam.

Contra humanam superbiam.

Contra mentem instabilem, & vagabundam.

Optarium, seu de vocabulis.

Disputatio hominis victoris contra vitam mundi, carmine leonino.

Supplicatio hominis ad Deum, & Sanctos, eodem metro; omnia mss. in Cœnobio S. Francisci Taurini.

Pag. 596. col. 1. lin. 42. in *Petro Jo: Olivi* add.

Postilla Petri Joannis super Joannem habetur in Indica antiquæ Biblioth. S. Francisci Senen. an. 1481. confecto banco 3. dext. fac. 1., & armar. K. L. ex addit. Indici eidem factis.

Postilla Petri Joannis super Actus Apostolorum ms. memoratur in eodem Indice banco 5. facie a. a dext., & ibidem armar. K. L.

Postilla super Epistolas canonicas, & super Job Petri Joannis pergam. ms. ibid. armar. K. L.

Pag. 601. col. 1. lin. 16. in *Petro de Monterio* add.

Superest adhuc in pulchro Antiphonario Cœnobii S. Francisci Montispolitani longa *Rubrica*, quæ præfixa erat *Officio SS. Trinitatis a Jo: Peckam* scripto, & a *Petro* modulato; qui proinde vixisse videtur, antequam novum Officium SS. Trinitatis seculo XVI. in usu induceretur.

Ibid. lin. 25. in *Petro de Monterone* add.

Fuerat ejusdem *Beati Petri* amicus, & forte Confessarius. *Vita* italice reddita a Seraphino Augustiniano prodiit Senis anno 1519. & iterum ibidem anno 1802. cum notis &c. *Legenda B. Francisci, & B. Petri Pectinarii de Senis in eodem volumine* olim erant mss. Senis in Bibliotheca S. Franci. banco 20. ex Indice anno 1481. confecto. *Legenda B. Petri Pectinarii de Senis in papiro* ms. ibid. armar. M. B. ex addit. eidem Indici factis.

Ibid. in fine add.

PETRUS N. forsan Mediolanensis scripsit

Epistolam persuasoriam ad perseverandum in Religione duobus Novitiis P. & A. in Monasterio Caravallis de Mediolano; quam Eugenius de Levis inseruit suæ Collectioni Anecdotor. sacror. edit. Taurini an. 1789.

PETRUS NARDUCCIUS de Pontito Hetruscus, dictus de Pistorio, cujus Cœnobii fuit alumnus, concionator illustris ex Cerrachino, Minister provinciæ Orientis, scripsit

Carmina varia in funere Francisci Medices magni Hetruriæ Principis. Florentiæ apud Cosmum Junctam anno 1614.

Obiit anno 1622.

Pag. 602. col. 1. lin. 3. in *B. Petro Nicolao Factore* add.

A Pio Papa VI. an. 1786. die 27. Augusti inter Beatos solemni ritu adscriptus est.

Pag. 604. col. 2. lin. 8. in *Petro Posnamenti* add.

Decisiones &c. Venetiis typis Jacobi Sarcinæ.

Pag. 605. col. 2. lin. 34. in *Petro Ravennate* add.

Opuscula ejus prodierunt in 4. *in officina felicis memoriæ Quentel an.* 1560. (1506.) ex Freytag. in Appar. litter. to. 1. pag. 28. Sunt autem

Sermo in Synodo Camin., quem appellari voluit *libellum florum*.

De artificiali memoria tit. Pænix.

Copia multarum allegationum in materia extentionis; &

Carmina plura.

Pag. 611. col. 2. lin. 5. in *Petro Thomæ* add.

Compendium Theologicæ veritatis. Venetiis an. 1565. apud Cominum de Tridino; & ibid. an. 1575. apud Petrum Dehuchinum; Lugduni an. 1579. apud Gulielmum Rovillium.

Pag. 625. col. 2. lin. 38. in *Philippo Bosberio* add.

Notæ in Catechismum Ordinis Equitum Periscelidis, autore Belvaletto Mondono Ord. Cluniacen. anglice. Coloniæ Agrippinæ an. 1631. typis HH. Grithii in 8.

Pag. 621. col. 2. lin. 41. add.

PHILIPPUS de PILISTRIS Senensis patrii Cœnobii pluries Præfectus scripsit seculo XII.

Quadragesimale ms. pergam. memoratum in Indice antiquæ Biblioth. S. Franc. Senen. armar. E. E. in addit. factis paulo post annum 1499.

Pag. 627. col. 1. lin. 59. add.

RAYMUNDUS de LADOS Hispanus anno 1328. in Rom. Curia Procurator Gener. Ordinis, quod officium plures annos exercuit, scripsit

Repertorium Sermonum ms. Romæ in Arch. Ordinis apud SS. XII. Apostolos, & Parisiis in Biblioth. Regis.

Pag. 631. col. 1. lin. 26

RAINERIUS MARIANI Aretinus socius, & familiaris B. Benedicti Sinigardi conterranei sui, cum quo testimonium fecit de Indulgentia Portiunculæ an. 1277. relatum apud Wadd. ad eum annum num. 27.; scripsisse putatur

Legendam ejusdam *B. Benedicti*, quam adducit, sed absque autoris nomine, Barthol. Pisanus Conformit. VIII. & XI. par. 2. In ea tamen quædam narrantur, quæ potius intelligi facta per visionem putat Sbaralea in ms. *Expurgat. & castigat. Operis Conformitat.* ejusdem Pisani.

Legenda S. Francisci ms. chart. in Biblioth. Vatic. num. 4354 falso huic adscribitur, qui multo ante scriptionem illius Operis obierat, ut in his additamentis supra v. *Fabianus Hungarus*.

Hunc Waddingus ad an. 1304. num. 12. confundit cum *B. Raınerio* cognomento *Rasiro*, apud Burgum S. Sepulchri in Tuscia defunctum, quem Ecclesiastico officio, & Missa coli indulsit Apostolica Sedes die 18. Decembr. 1802.

Pag. 650. col. 2. lin. 61. add. in *Salvatore Vitali*

Titulus est: *Floretum Alvernicum, in quo de Seraphici Patriarchæ Francisci sanctitatis prævantia luculenter, ac pie disseritur*, præmisso *carmine heroico* in laudem Mediceæ familiæ; nisi sint diversa Opera.

Pag. 652. col. 1. lin. 35. in *Samuele de Cassinis add.*

De Stigmatibus &c.; in fine legitur *finito a die 15. de Luglio Domenica de mane 1507. nel luoco di sancto Jacobo appo Pavia*; itaque corrigatur annus pag. 652. &c.

Epistolæ ejus *tres* latinæ elegantes habentur to. 1. p. 1. Biblioth. Mediolanen.

Pag. 660. col. 1. lin. 3. in *Silvestro Senensi* add.

Tractatus ejus *de conscientia, confessione, contritione, & satisfactione* habetur ms. Venetiis in Biblioth. S. Michaelis ex Indice.

Pag. 661. col. 1. lin. 44. in *Simone Thomasetto* add.

Præfatio in Regulam Seraphicam. Alexandriæ an. 1590.

Præstantia aquæ benedictæ italice. Cremonæ an. 1589.

Pag. 663. col. 2. lin. 52. in *Sixto V.* add.

In ejus funere *Orationem* habuit Baldus Cattaneus editam Romæ an. 1590. a Paulo Diani; extatque ms. cum aliis duabus Annibalis Nuelli in Biblioth. S. Michaelis Venet.

Pag. 665. col. 1. lin. 32. add.

SIXTUS SENENSIS, al. *Franciscus Sixtus*, Minorum Scriptoribus adjungendus est ratione institutionis in bonis litteris, & in regulari disciplina. Etenim ex Hebræo Christianus effectus, adhuc adolescens, habitu Minorum Conventualium in patrio Cœnobio assumpto, apud eos in sacris & profanis litteris hebraice, græce, & latine adeo profecit, ut ætate adhuc immatura sacræ Theologiæ Magister fuerit declaratus; sed cum misere in novatorum errores prolapsus esset, an. 1553 sac. Inquisitionis contra hær. pravit. sententia Romam vinctus ductus est; ubi a Fr. Michaele Gislerio Ord. Præd., qui postea fuit Pius V. Summus, sanctusque Pontifex, ad me-

melineem frugem revocatos, ejusque studio primo capitis, deinde perpetui carceris pœna absolutus, ut infamiæ notam effugeret, quam apud suos incurrere timebat, facultate obtenta, ad Ordinem Prædicatorum transiit, idemque Sanctus eum propria veste suis manibus induit. Catholice deinceps, & pie vivens magna nominis sui fama, & Ordinis ornamento edidit

Conciones duas politico-morales vernacule in Collect. Thomæ Porcacchi Venet. 1565. typis Cavalli.

Bibliothecam sanctam. Romæ 1569., & Neapoli an. 1749. in fol., ubi legitur ejus Vita, multorumque suorum operum mss. catalogus.

Obiit anno 1569. ætatis 49.

Pag. 675. col. 2. lin. 37. add.

THOMAS FIGAM Aragonius sac. Theol. Doctor, & Philosophiæ professor apud Montempessulanum scripsit seculo XIV.

Tractatum de sphera mundi; &

Arithmeticam; ms. Florentiæ in Biblioth. Magliabec.

Pag. 678. col. 1. lin. 25. in *Thoma Illyrico* add.

Ejus corpus in veneratione habetur in Ecclesia S. Mariæ Carnotesii Minor. Conventi; adeoque ejus mors videtur figenda ante centum annos publicationis decretor. Urbani VIII. circa cultum Servorum Dei.

Pag. 679. col. 1. lin. 18. in *Thoma Murnero* add.

Utriusque juris tituli, & regulæ in alemannicum traducti eloquium. Basileæ anno 1520. in 4. ex ædibus Adæ Petri latine, & teutonice, teste Frider. Gottilf Freytag. in *Appar. litterar. de libris antiquis, & raris* to. 2. pag. 367.

Anno 1505. institutus est Commissarius Gener. cum *plenitudine potestatis* in prov. Austriæ, permissumque ei ab *Ægidio Delphini* Ministro Gener., ut in Poesi *lauream* obtineret ex Reg. Ordinis Romæ apud SS. xii. Apostolos. *De Thomæ Murneri Vita, & scriptis* commentationem singularem prælo paraverat J. M. Franckius Com. Bunavii a Biblioth. ex cit. Freytag pag. 370.

Pag. 680. col. 2. lin. 49. add.

THOMAS de TOLENTINO Picenus scripsit

Postillam super Epistolas canonicas, quæ ms. pergam. extabat in Biblioth. S. Francisci Senen. armar. K. L. ex Indice in addit. paulo post annum 1499. factis. Nescio, an sit *B. Thomas*, de quo inter Martyres.

Pag. 681. col. 2. lin. 37. in *Valentino Servantio* add.

Autographum autem anno 1779. a Gaspare Servanzi Sanseverinate donatum est Card. Francisco Xaverio de Zelada, quod nunc servatur in Biblioth. Ecclesiæ Toletanæ. Habitum suscepit Minorum Cinguli in Piceno anno 1567. die 25. Martii.

Pag. 685. col. 1. lin. 20. in *Ubertino de Ilia* add.

Ejus librum *Arboris Vitæ Crucifixi* scribit Jo: Gersonus to. 1. Operum edit. Antuerp. an. 1706. p. 114. *cum cautela legendum, vel omnino negligendum* propter occultos ibi contentos errores improbati libri Evangelii æterni, & Quietistarum, seu Begardorum, & Begardarum.

Pag. 691. col. 2. lin. 33. in *Urbano Bolzanio* add.

Urbani Bolzanii Vitam nuper erudite scripsit Lucius Doglioni Canonicus Bellunen. editam Bellunii an. 1784., in qua probat Urbano cognomen fuisse *dalle Fonte*, dictum autem *Bolzanium* primo a Pierio Valeriano nepote, qui post familiæ *Bolzaniæ* extinctionem hoc cognomen vanitate nimia sua addixit: *Institutiones grammaticæ græcæ* primò uno libro conclusas, in duos deinde divisas prodiisse Venetiis an. 1512. in 4. per Jo: de Tridino, al. Tacuino; cujus etiam alias ibi editiones recenset; & obiisse anno 1524. m. April. Venetiis in Cœnobio S. Nicolai, ætatis 82., quem funebri Oratione laudavit Albertus a Castrofranco ejus discipulus edita ibidem an. 1524. per Bernardinum de Vitalibus. Scripsit quoque

Iter suum per Ægyptum, Arabiam &c.; quod vel amissum est, vel adhuc latet.

Ex eadem familia fuit alius *Urbanus* sac. Theol. Mag. Minor. Conventual., qui obiit Cracoviæ anno 1580.

Ibid. col. 2. lin. 48. in *Ursula Parmiteina* suppl.

Scripsit tempore Urbani VIII., teste v. cl. Cajetano Marinio Vatic. Biblioth. Custode, & Archivor. Apostolicor. Præfecto in Opere suo Romæ an. 1805. typis sac. Congr. de Propag. fide tit. *I papiri diplomatici raccolti, ed illustrati*, pag. 322.

Pag. 694. col. 2. lin. 8. add.

ZENOBIUS BERTI Florentinus Regul. Observ. scripsit italice

Instructionem ad Principem.

Contra Venetos pro interdicto Pauli V. mss. Florentiæ in Biblioth. Magliabec.

Pag. 696. col. 1. lin. 60. in *Anonymo Choleti* add.

In Indice topographico Martyrum *duo* recensentur a Wadd. *Anonymi* Choleti.

Ibid. col. 2. lin. 23. in *Anonymis* 2. in Chile add.

An iidem cum *Anonymis* 2. Osonii, de quibus infra?

Pag. 697. col. 1. lin. 12. v. *Anonymi* 3. *Castriolliani*.

In Indice topographico Martyrum dicuntur passi ibidem *Guardianus ejusdem loci, & tres alii Anonymi.*

Ibid. col. 2. post lin. 50. add.

ANONYMI quatuordecim Martyres Pragæ in Bohemia memorantur a Waddingo in Indice topographico.

Pag. 700. col. 1. lin. 10. in *Cherubino a Civitella* add.

In Indice topographico hunc Wadd. dicit passum *Surrenti* in Piceno. Est autem *Surrentum* civitas Archiepiscopalis, non in Piceno, sed in Campania ad mare Mediterraneum. Forsan legendum *Truenti*, qui fluvius excurrit prope Civitellam, dividitque Picenum ab Aprutio.

Pag. 701. col. 2. lin. 34. in *Francisco Neapolitano* add.

In Indice topographico Waddingus passum dicit apud *Cayrum* una cum aliis.

Pag. 704. col. 2. lin. 6. in *Gulielmo Campano* add.

Vide Waddingum in Annal. ad an. 1362. num. 4., & ad annum 1364. num. 18.

Pag. 710. col. 2. lin. 52. add.

MARTINUS Martyr in Burgo S. Andeoli territorii Vivariensis memoratur a Waddingo in Indice topographico, ommissus tamen in Syllabo.

Pag. 214. col. 2. seu pag. 725. in *Barthol. a Colle* add.

In Biblioth. Vatic. num. 9618. habetur *Tractatus de fide*, seu expositio 1. articuli Symboli Nicæni ms. partim chart. partim membr. In 4., in quo agitur de Deo, ejusque attributis, de anima, de Angelis &c.; absque nomine autoris, quod omisit, *ut*, inquit in proœmio, *jactantiæ vitium non incurram, & inanis gloriæ vitium effugiam.* In fronte vero libri exteriori legitur: *De fide, sive explicatio Symboli Nicæni Fr. Barthol. a Colle Minor. Observ.*; ejusque Opus esse colligitur & ex charactere, qui idem est cum notis in Comœdiam Dantis, de quibus supra pag. 725., credique potest autographum ob frequentes additiones in margine. Promittit autem autor institutam *Expositionem* prosequi; & in fine habet: *Hoc autem Opus &c. incepi anno Domini m. cccc. xxi. Idibus Julii in civitate Velletri, & 4. idus Decembris ejusdem anni in civitate Narnie Deo opitulante complevi, ubi per mensem ad contemplationem Rmi Dñi Cardinalis Spoletani moram traxi.*

INDEX MATERIARUM.

Signum „ exhibet Indicem Waddingi recusum; asteriscus * correctiones, & additiones in eo sæpius introductas.

SACRA SCRIPTURA.

In Biblia universa.

„ ADAMI de Marisco *Elucidarium sacræ Scripturæ.*
In quasdam sacræ Scripturæ codices.
„ Adami Sasbouth *Tractatus de Scripturarum sensibus.*
„ Ægidii Calleao *Catalogus viduarum veteris, & novi Testamenti.*
„ Alberti de Bononia *Postilla super universa Biblia.*
Alberti de Mediolano *Postilla.*
„ Alexandri Halensis *Commentarii.*
„ *Concordia utriusque Testamenti.*
„ *Lectura Bibliorum.*
„ Alexander a Villa Dei *utriusque Testamenti corpus duodecim versibus hexametris supra ducentos redegit.*
Alfonsi a Palentiuola *Commentaria varia in Biblia sacra.*
„ Andreæ d'Aleret *Notæ in universam Scripturam.*
Andreæ Placi *Lexicon Biblicum.*
Angeli de Lemposa *Concordia veteris, & novi Testamenti.*
Anonymi tres Capuccini Galli arabice verterunt *Biblia sacra.*
Antonii Assiensis *Tabula Bibliæ.*
Antonii Bruichi *Concordantiæ breviores.*
Antonii Carnotensis *Commentaria.*
„ S. Antonii Lusitani (vulgo de Padua) *Expositio mystica.*
Concordantiæ morales.
Antonii a Mare *Figuræ totius Bibliæ.*
„ Antonius a Matelica collegit ex Lyrano *Postillam, & quæstiunculas ad omnes lectiones utriusque Testamenti, quæ per annum in sacris liturgiis recitantur.*
„ Antonii Medices *Adnotationes ad universa Biblia.*
Aslotti de Prato *Concordantiæ utriusque Testamenti.*
„ Arnaldus a Basaccio * *Epistolas, & Evangelia totius anni* in indianum idioma traduxit.
Arnoldi Royardi *Distinctiones super sacram Scripturam.*
Artesani ab Asta *Summa quæstionum sacræ Scripturæ.*
„ Balduini Junii *Domus sapientiæ*, ubi de sacra Scriptura agitur.
„ Bartholomæi Glaunvilli *Allegoriæ veteris, ac novi Testamenti.*
„ *Postillæ sacræ Scripturæ.*
Sermones tres de laudibus Scripturæ sacræ.
Bartholomæi de la Haye *Summa Bibliorum.*
Bernardini a Montecalvo *Concordantiæ Bibliorum.*
„ Bernardini Obicini *Dictionarium eloquii divini.*
„ Bertrandi de Turre in *Evangelia, & Epistolas, quæ per annum leguntur, explicationes.*
„ S. Bonaventuræ *Principium sacræ Scripturæ*, in quo de sacræ Scripturæ præstantia * forsan Petri Jo: Olivi.
„ *Biblia pauperum.* * est Petri Utinensis.
Compendium Scripturarum.
„ Bonaventura Blanchi scripsit *de illustribus viris veteris, & novi Testamenti.*
„ Britonis *Carmen, & expositio vocabulorum difficilium in sacra Scriptura.*
„ *Expositiones in omnes prologos sacræ Scripturæ.*
„ Coelestini a Monte Maurano *Scripturæ sacræ prosnechronica.*
Clavis David.
Caroli Billæi *Tractatus de multiplici sensu sacræ Scripturæ.*
Christophorus de Cugneriis recognovit *Biblia sacra.*
Christophori Ulyssiponensis *Viridarium sacræ Scripturæ.*
Cypriani a S. Maria *sacræ Scripturæ allusiones &c.*
Didaci de Arze *Ægyptus spoliata.*
Didaci Tafuri *Introductorium ad sac. Bibliorum codicem.*
Elisei Pesentii *Canones grammaticales, & scripturales advertentiæ ad legitimam sacræ Scripturæ intelligentiam.*
Methodus ad difficultates scripturales dissolvendas.
Fabii Syrii *Manuale sacrum pro intelligenda sac. Scriptura.*
„ Fortunatus Vasselli scripsit *in omnes fere Bibliorum libros.*
Francisci de Angelis *Elucidationes in sacram Scripturam.*
„ Francisci Arolæ *Concordantiæ majores Bibliorum.*
„ Francisci Fevardentii *Notæ in Biblia.*
Francisci Georgii *Problemata in sacram Scripturam.*
„ Francisci Gothi *Compendium Biblicum.*
„ Franciscus Lucas auxit *Concordantias Biblicas.*
„ Francisci de Mayronis *Postillæ per annum.*
„ *Mille, & quingentæ quæstiones de variis locis sacræ Scripturæ.*
Postillæ annotationum in totam sacram Scripturam.
„ Francisci de Novacuria *Tractatus de Virginibus, & Viduis ex utroque Testamento.*
Francisci ab Ossuna *Sanctuarium Biblicum.*
„ Francisci Panigarolæ *Chronologia Biblica.*
„ *Tractatus de sensibus sac. Script.*
„ *Undecim supra centum loca sacræ Scripturæ ab eo explicata.*
„ Francisci Titelmani *Collationes pro editione vulgata sacræ Scripturæ.*
„ Francisci Veneti *Problemata.*
„ Franciscus Ximenes edi curavit *Universum vetus, & novum Testamentum hebraice, chaldaice, græce, & latine.*
Vocabolarium hebraicum, & chaldaicum veteris Testamenti.
Interpretationes hebraicarum, chaldæorum, græcarumque nominum veteris, ac novi Testamenti.
Francisci Ximenii Gerunden. *Notæ in aliquot loca sac. Scripturæ.*
„ Gabrielis Bruni *Index alphabeticus ex singulis libris tam novi, quam veteris Testamenti.*
De origine, expositionibus, atque editionibus Bibliorum.
Gabrielis Fabri *de sacra Scriptura.*
„ Gasparis Sangeri *Scrutinium divinæ Scripturæ.*
„ Gerardi Odonis *liber de figuris Bibliorum.*
Gondisalvus de Vallebona.
„ Gualteri Brugensis *Tabula originalium nominum super universam Scripturam.*
„ Gulielmi Bernardi *liber de sacrarum litterarum communicatione, & sensu.*
„ Gulielmi Britonis *Expositio vocabulorum Bibliorum.*
„ *In prologum Bibliorum librum unum.*
Correctio quorundam locorum versionis Bibliorum.
„ Gulielmi Butleri *liber unus contra Bibliorum translationem anglicam.*
Gulielmus Forlen.
Gulielmus Menunus vertit gallice *Biblia sacra.*
„ Gulielmi Nottinghami *Lecturæ Scripturarum.*
„ Gulielmi Wodfordi *lib. 2. pro lectione Bibliorum.*
„ Henrici Cosseji *Expositio multorum textuum sacræ Scripturæ.*
„ Henrici Regii *Biblia alphabetica.*
Hieronymus Arelatensis.
Hieronymi Bocchii *Rapsodia utriusque Testamenti.*
Hieronymi a Jesu *Series sacræ Scripturæ.*
„ Hieronymus Leopolitanus *Biblia* polonice vertit.
Hieronymus Maripetrus.
„ Hieronymus Picenus Asculanus scripsit *In multos sac. Scripturæ libros Postillas.*
„ Hieronymi Tornielli *Figuræ Biblicæ in varios sermones.*
Jacobini de Cortona *Concordantiæ numerales.*
„ Jacobi a Spinello *Adnotationes in universa Biblia.*
„ Joannis Ægidii *Archivium omnium Scripturarum.*
Tractatus de accentu, & dubitabilibus Bibliorum.
Summa de correctione Bibliorum.
Joannis de Attigniaco *Correctura Bibliæ.*
Joannis Baptistæ Caramba *Volumen super sac. Scripturam.*
B. Joannes Borellus.
Joannis de Erfordia *Glossarium vocum latinarum sac. Bibliorum.*
Comment. in sacram Scripturam.
Joannis Garziæ *Collectanea Biblica.*
Joannes Genesius Quaja.
Joannis Graji *de figuris Bibliorum.*
„ Joannis Gualensis *Lecturæ Scripturarum.*

„ Evan-

„ Evangelistæ Marcellini *In Tobiam*.
„ Francisci Fevardentii *In Judith*, & „ *Esther*.
„ Joannis Feri *In Esdram & Nehemiam*, „ & *Esther*.
Joannis Tertii *In Tobiam*.
Leandri Montani *In Esther*.
Leonis Rubei *In Esther*.

In Job.

Alexander de Alexandria.
„ Amandus Zierixensis.
S. Bonaventura.
Dinas Serpi scripsit *Considerationes super lectiones Officii mortuorum*.
„ Franciscus Fevardentius.
Franciscus Horantius.
„ Franciscus Panigarola.
„ Franciscus Titelmanus.
Gaspar de Uzeda.
Hieronymus Rocca.
Jacobus Boulduc.
„ Joannis Baptistæ Cavoti *Lectiones in* „ *cap. 1. Job*.
„ Joannes Ferus.
Joannes Tertius.
Joannes Ximenes.
„ Matthæus, * non *Joannes*, de Aqua- „ sparta.
Mauri Saraceni *Quæstiones centum in librum Job*.
Petrus Alexander Castillejo.
Petrus Aureolus.
Petrus Jo: Olivi. v. add.
„ Thomas Dokingus.
Thomas Stravesham.

In Psalmos.

„ Alphonsi a Castro *In Psal. 31. hom.* „ 54.; *in Psal. 50. hom.* 25.
„ Amandus Zierixensis *In Psal.* 118.
Andreæ Bernæ *Meditationes super Ps.* 6.
Andreæ Perusini *Postilla super 9. Psalmos*.
„ Andreæ a Soto *Paraphrasis in Psal.* „ 118., & 121.
Andreas de Vega.
Antonii Castili *In Psal.* 118.
Antonii a Cruce *In Psal. 6., & in Psal.* 62.
Artali de Alagon *In Psal. Domine exaudi orationem &c.*
Balthassaris a Myriaca *Sermones in Psal.* 45. 83. 85. 90. 102.
Bernardini Obicini *Lectiones morales super 7. Psalmos*.
Bernardi Laoterii *Expositio in Psal. 44. Eructavit*.
„ S. Bonaventura *In totum Psalterium*.
Bonaventuræ Gonzagæ *Paraphrasis in 7. Psalmos Pœnitentiales*.
Psalmi David vario metro explicati.
Bonaventuræ a Monteregali *Comment. paraphrastica in Psalmos*.
Caroli Rapinæi *Psaltes purpuratus &c.*
Claudius Valleoot *In Psal. 19., &* 116.
Cornelii Mussi *Expositio in Psal.* 129.
„ Didaci Stellæ *In septem Psalmos Pœ-* „ *nitentiales conciones, & in Psal.* „ 136. *Super flumina*.
„ Dominici Pantaleonis *super Miserere*.
Eliseus Pesentius.
„ Evangelistæ Marcellini *In Psalmos* 67., „ & 109.
„ Federici Peregrini *In Psal. 37. & 50.* „ *discursus*.
Expositio in Psalmos Pœnitentiales &c.
Francisci Bonardi *Expositio Psalmi* 50.
Franciscus Fevardentius.
Francisci Gaji *Expositio in 7. Psalmos Pœnitentiales* carmine. v. add.
Francisci Molinæ *Declaratio 4. Psalmorum*.
Francisci Ortiz *In Psal. 50. Miserere Expositio*.
Francisci Ortisii Lucii, * *Expositio in 9. priores versiculos Psalmi 50., & in Psalmum* 14.
„ Francisci ab Ossuna *In Psal.* 50.
„ Francisci Panigarolæ *Paraphrasis ita-* „ *lica in Psalterium*.
„ Franciscus Titelmanus.
„ Francisci Vicedomini *In Psalmos Pœ-* „ *nitentiales*.
„ Francisci Ximenii Gerund. *Expositio* „ *Psalmorum Pœnitent.*
Francisci Zamoræ *Homiliæ 25. in Psal.* 50.
Francisci Zichemii *In Psal. 40. Expositio*.
Gabrielis Fabri *Expositio Psalmi* 19.
Gaspar de Uzeda.
Georgii Buchanani *Paraphrasis metrica in Psalmos*.
„ * Guidonis e Briansone *In 7. Psal-* „ *mos Pœnitentiales*.
Gerardus Oddonis.
Guerrini Cappelletti *Lectura super Psal. De profundis*. v. add.
„ Henrici Cosseji *Expositio in Psalte-* „ *rium*.
Hieronymi Tinelli *In Psal.* 118.
„ Hugonis Carbonelli *In Psal. 19. Ex-* „ *audiat*.
„ Jacobi Caroli *In Psal. 50. Miserere*.
Jacobi de Melficto *In Psal.* 14.
Jacobi a Mozzanica *Lectiones in Psal.* 118.
„ Jacobi Paniscotii *In Psalm.* 14.
„ Jeremiæ Buchii *Commentar. in Psal.* „ 14. 21. 22. 54. & 84.
Joannes Blomendal.
„ Joannis Cardosi *Expositio moralis su-* „ *per Psal.* 113. inscripta: *Iter ani-* „ *mæ liberatæ*.
„ Joannis * Coyfii *Expositio in Psal.* „ 50., & 129. *De profundis*.
Joannes Ferus *In Psal.* 31. & 66.
„ Joannis a Fonte *Homiliæ 26. in* „ *Psal.* 50.
Joannes a Forosempronio.
„ Joannes Lathburius scripsit *In omnes* „ *Psalmos*.
Joannis Mahusii *Compendium Commentarii in Psalmos Francisci Titelmanni*.
Joannis a Matre Dei *Expositio 7. Psalmor. Pœnitential.*
Joannes a Montecorvino vertit in linguam tartaricam *Psalterium*.
„ Joannes Paulus Pallanterius scripsit „ *In omnes Psalmos*.
Joannes Petrus Fortis vertit etrusco carmine *Psalmos Pœnitentiales*.
„ Joannes Pineda scripsit *In decem pri-* „ *mos Psalmos*.
„ Joannes Ridevallus.
„ Laurentii Corbosæ *In Psalmum 86.* „ *Fundamenta ejus*.
Ludovici Donati *Comment. in 7. Psalm. Pœnitentiales*.
Marcus Antonius Curtius.
„ Matthæus de Aquasparta.
Matthæus Baccelinus *Psalmos 7. Pœnitent.* transtulit rhytmis italicis.
Mathæi a Nativitate *Expositio Psalmor. Pœnitential.*
Mauri Saraceni *Expositio super 22. Psalmos*.
Moralitates in Psalterium.
„ Melchior Frizolius.
Michael Cæsenas.
Michael Dirleton.
„ Nicolai Herbron *Enarratio lamentâ-* „ *toria in Psalm.* 78.
Oddo Rigaldus.
„ Pelbartus de Temeswa.
„ Petri * Bazaona *Interpretatio Psalmi* „ 86. *Fundamenta ejus*.
Declarationes super titulos Psalmorum.
Petri a S. Francisco *Expositio Psalmi* 50.
„ Petrus Insulensis.
Petrus Joannes Olivi.
„ Petri Montani *Commentar. in 7. Psal-* „ *mos Pœnitential.*
„ Petri Rodulphi *Homiliæ 200. in 7.* „ *Psalmos Pœnitential.*
Raphael de Surdis.
Remigii Bergomensis *In Psal. 118. Expositio*.
„ Richardi Cenomani *Collatio diversa-* „ *rum translationum Psalterii*.
Richardus Coningtonus *In 7. Psalm. Pœnitentiales*.
Theodori Motoni *David contritus ex 7. Psalmis Pœnitential.*
Vitalis a Furno *In Psal.* 31. 67., & 114.
Vitus Piza *In Psal. Miserere*.

In Proverbia, Ecclesiasten, Sapientiam, et Ecclesiasticum.

„ Adami Woddham *In Ecclesiasticum*.
„ Alexandri ab Alexandria *In Ecclesia-* „ *sticum*.
„ Amandi Zierixensis *In Ecclesiasten*.
„ S. Bonaventuræ *In Ecclesiasten*, & „ *in Sapientiam*.
Conradus Pellicanus *Proverbia* vertit latine ex hebræo.
Francisci de Castillo *In Proverbia*.
„ Francisci Titelmani *In Ecclesiasten*.
Gulielmi de Militona *In Ecclesiasten, Sapientiam*, & *Ecclesiasticum*.
„ Gulielmi Wodfordi *In Ecclesiasten*.
„ Joannis Feri *In Ecclesiasten*.
Joannis Peckam *In Ecclesiasticum*.
Joannis Tertii *In Proverbia*, & *in Ecclesiasticum*.
„ Julii Prunaoi *Comment. in Ecclesia-* „ *sten* italice.
„ Laurentii Corbosa *In cap. 24. Eccle-* „ *siastici*.
Ludovicus Rodriguez vertit mexice *Proverbia*.
Petri Joannis Olivi *In Proverbia*.
Thomæ Eboracensis *In Ecclesiasten*.
„ Vitalis a Furno *In Proverbia*.

In Cantica Canticorum.

„ Adamus de Marisco.
„ Adamus Woddham.
Angelus Feduccius.
Augustinus Cassander.
„ Balduinus Junius.
„ Balthasar a Myries.
Bartholomæus a Cothurno.
Bartholomæus de la Haye.
„ S. Bonaventura.
Cosmas Magallanes.
„ Evangelista Marcellinus.
Ferdinandus a Belvederio.
„ Franciscus Panigarola.
„ Franciscus Titelmanus.
Gasparis Franchi *Expositio Cantici Canticorum applicati Immacul. Conceptioni*.
Golielmus de Militona.
Jacobus Bonaventura Hepburnus.
„ Joannes ab Angelis.
„ Joannes Clericus.
Joannes Duns Scotus.
„ Joannes Peckam.
„ Joannes Ridevallus.
Joannes Ximenes.
„ Leonardus de Rubeis.

„ Ludovicus de Manganellis.
Petrus Caponsaccus.
Petrus Joannes Olivi.
Petrus Thomæ.
„ Theodorus a Belvedario.

In Isaiam.

„ Adamus Sasbouth.
„ Alexander de Alexandria.
„ Alphonsus Lupus.
Didaci a S. Francisci *Expositio cap. 1. & 2.*
Francisci Titelmani *Elucidatio in Canticum Confitebor, & Ezechiæ.*
„ Franciscus Vicedominus.
„ S. Joannis a Capistrano *Expositio in* „ *cap. 7. Ecce Virgo &c.*
Joannis Feri *Expositio Historiæ Ezechiæ.*
„ Martinus a Turnhout.
Matthias Doringus.
Michael Neapolitanus.
Petrus Alexander Castillejo.
Petrus Aureolus.
„ Thomas Dokingus.

In Jeremiam.

„ Andreæ a Soto *Paraphrasis in Lamentationes.*
Augustini a Vigueria *Comment. in Threnos.*
Balduini Junii *In Lamentationes.*
„ S. Bonaventura *In Lamentationes.*
Faustini Tassi *Oratio Jeremiæ Prophetæ italico carmine explicata.*
„ Franciscus Panigarola *In cap. 1. In Lamentationes.*
„ Francisci a Soto *Expositio in Lamentationes.*
„ Franciscus Zichemius.
„ Gulielmus Lissejus.
„ Jeremias Buchius *In Orationem Jeremiæ.*
„ Joannes Ferus *In Threnos.*
„ Joannes Lathburius *In totum.*
„ Item seorsim *In Lamentationes* „ *lib. 2.*
„ Joannes Peckam *In Threnos.*
„ Joannes Pineda *In Threnos.*
Michael Neapolitanus.
„ Natalis Taillepied *In Threnos.*
„ Paulus Pisotus *In Threnos.*
Petrus Alexander Castillejo.
Petri Joannis Olivi *In Threnos.*
„ Thomas de Beyra.
Tomæ de Veiga *In Threnos Considerationes.*
Vincentius Rothomagensis.

In Baruch.

„ Gulielmus Lissejus.

In Ezechielem.

Antonii Mariæ Schirlei *Expositio visionis c. 1. & 2. adumbrata.*
Gulielmus Wodfordus.
„ Henricus de Gaseto Lucensis *In visionem rotarum.*
Joannes Peckam.
B. Laurentius Brundusinus.
„ Michael Gesenas.
Michael Neapolitanus.

In Danielem.

Alvari de Roxas *Commentar. In cap. 7.*
„ Amandi Zierixensis *De 70. hebdomadibus.*
„ Evangelista Marcellinus.
Franciscus Fevardentius.
Franciscus Horantius.
Gulielmus de Militona.
Hieronymi Zapatæ *Historia Susannæ illustrata.*
Joannis Feri *Expositio historiæ Nabuchodonosor, & Baltassar.*
„ Joannes de Rupella.
Martini de Castillo *Commentar. super Susanna, & in cap. 13.*
Matthæus de Aquasparta.
Michael Neapolitanus.
Petri de Abreu *Expositio in canticum trium puerorum.*
Petrus Thomæ.
Victoris Feini *Repræsentatio statuæ Nabuchodonosor.*

In duodecim Prophetas minores.

Alphonsus a Castro.
Alvari de Roxas *Comment. in c. 4. Zachariæ.*
Andreas Placi *In Jonam.*
Angeli del Pas *In Abdiam.*
„ Antonii Guevara *In Habacuc.*
S. Bonaventura.
„ Evangelistæ Marcellini *In Jonam, &* „ *Habacuc.*
„ Francisci Fevardentii *In Jonam.*
Francisci de Franchis *In Osee, & Jonam.*
Francisci Titelmani *Elucidatio in Canticum Habacuc.*
„ Francisci a Vitulo *In Jonam.*
Gabriel Gyrellus *Comment. in Oseam Hieronymi Guadalupen.* contexit, & auxit.
„ Gulielmi Lisseji *Postilla, & Expositio.*
Gulielmus de Militona.
„ Joannis Feri *In Jonam.*
„ Landulphi Caraccioli *In Zachariam.*
Martini de Castillo *In Abdiam.*
Matthæus de Aquasparta.
„ Maturini Quadrati *In Joel, Amos,* „ *& Malachiam.*
Maurus Saracenus.
Petri Calderini *In Osee.*
Petrus Joannes Olivi.
Rocchi Mamerolii *In Jonam.*
Thomas Galona.
„ Thomas Panormitanus.

In Macchabæos.

Gulielmus de Militona.
Maturinus Quadratus.

In novum Testamentum.

„ Æneas Jason.
Balduinus Junius.
Faustinus Tassus
Gerardi Veruusii *De præstantibus novi Testamenti donis.*
Gulielmi Superbi *Postillæ majores totius anni.*
„ Henricus Staudicius *Contra versionem* „ *novi Testam. factam per Erasmum.*
Joannis Mahusii *Epitome annotationum Erasmi in novum Testamentum.*
Joannes a Montecorvino vertit in linguam tamulicam *Novum Testamentum.*
„ Nicolai Zegeri *Epanorthotes, seu re-* „ *stitutor locorum depravatorum.*
„ *Scholia in Matthæum, Marcum, Lu-* „ *cam, Joannem, Paulinas omnes, &* „ *canonicas Epistolas, & in Apoca-* „ *lypsim.*
Concordantiæ in novum Testamentum.
„ Petri Salmerii *Postillæ super Episto-* „ *las, & Evangelia Dominicalia.*

In Evangelia.

„ Alphonsi Sanzoles *Compendium Com-* „ *mentariorum in Evangelia, quæ in* „ *Missali Romano continetur.*
„ *Commentaria super Evangelia, &* „ *Epistolas, quæ cantantur pro De-* „ *functis.*
Amandi Zierixensis *Historia Dominicæ passionis.*
De Christi resurrectione, & ascensione.
Ambrosii Lexoviensis *Lampas accensa.*
„ Andreas Zanus italice scripsit *Mono-* „ *tessaron passionis Christi ex quatuor* „ *Evangelistis.*
humanitatem pænarum Filii Dei.
„ Angelus del Pas.
Anonymi Galli v. *Postilla super Evang. Quadrages.*
Anonymi Itali XV. *liber de passione Domini.*
Anonymi Itali V. *De omnibus Christi Domini apparitionibus.*
„ Antonius Birretus.
„ Antonius Bruchi a Koningstein.
Antonii a S. Michaele *Historia passionis Domini.*
Antonii a Nativitate *Commentar. in Evangelia Festorum priorum seu anni mensium.*
Antonii de Portalegre *Passio D. N. J. C.*
Balduini Junii *Vita D. N. Jesu Christi.*
„ Balthassar a Mystica *Sermones 60. de* „ *passione Domini.*
Bartholomæi a Fabriano *Pentameron.*
Bartholomeus Ulianus.
„ Beniamin Beaupourt *Harmonia, &* „ *consensus Evangelicus.*
„ *Monotessaron Evangeliorum.*
Bernardini Sahaguntini *Postilla super omnia Evangelia Dominicalia.*
S. Bonaventuræ *Expositio in 12. parabolas Evangelii.*
Cornelii Mussi *Sancta quadriga quatuor Evangeliorum.*
„ Danielis Agricolæ *Monotessaron Pas-* „ *sionis.*
Ferdinandi del Campo *Adnotationes in Evangelia Quadragesimalia.*
„ Ferdinandi Davilæ *Adnotationes in Evangelia Adventus.*
Francisci de Abbatibus *Postilla super omnia Evangelia Dominicalia, & Quadragesimalia.*
Franciscus Gasco.
Franciscus Kravendonus.
„ Franciscus de Marchia Asculanus.
Francisci Nunnez *Adnotationes in Evangelia, quæ cantantur in Adventu.*
Notæ in 4. Christi Evangelia.
„ Francisci Ortiz* *Resolutiones patrum, in quibus Lyra, & Burgen-* „ *sis discrepant super Evangelia.*
Adnotationes super aliquot dicta Evangelistarum.
Francisci ab Ossuna *Trilogium Evangelicum.*
„ Franciscus Polygranus *In passionem* „ *Domini.*
„ Item *in omnia Evangelia.*
„ Francisci de Rojas *Commentar. in con-* „ *cordiam Evangelicam.*
Francisci Sanzoles *Compendium Commentarior. in Evangelia, quæ in Missale Romano continentur.*
„ Francisci Zichemii *Explicatio 7. ver-* „ *borum Christi in Cruce.*
Gaspar de Uzeda.
„ Gregorii Hurtado *Adnotationes in* „ *Evangelia* * *totius anni.*
„ Gulielmi Nottinghami *Commentaria.*
„ *Concordantiæ 4. Evangeliorum.*
„ *Quæstiones in Evangelia.*
„ *Sermones in Evangelia totius anni.*
„ Gutierius a Trejo.
Henrici a Montejardino *Commentar. in Evangelia totius anni.*
Henricus Willot.
Hieronymus Tinellus *In Evangelia Quadragesimæ.*
Hieronymi Tiel *Synopsis Evangelica.*
Hilarius Bitet.
Jacobi de Alexandria *Postilla super Evangelia Dominicalia ab Adventu usque ad feriam 2. Paschæ.* Po-

Fran-

Franciscus Titelmanus.
„ Francisci Vicedomini *In S. Petri.*
„ Henrici Willot *De Enoch, qui de ex-*
„ *trema judicio prophetavit.*
Jacobi Bouldue *In Epistolam S. Judæ.*
Joannis Baptistæ Caroti *Lectiones in cap.*
s. Epist. S. Jacobi.
„ Joannis Fesi *In Epistolam. 1. S. Joan-*
„ *nis.*
Julii a Corrigio *In S. Joannis.*
Martini Bonnniensis *In S. Petri.*
Petrus Jo: Olivi. v. in add.
„ Petri Roossel *In S. Petri.*
Thomas de Tolentino. v. add.

In Apocalypsim.

„ Alexandes Alemanicus.
„ Alexandas Halensis.
„ Alvarus de Roxas.
Antonius Maria Schitleus.
Antonii a S. Michaele *Catechetis theo-logica in Apocalypsim.*
Antonii Sobrini *Natationes in Apocalypsim.*
Commentaria, & Expositio.
„ Arnoldus Royardus.
„ Ascentius Aquitanus.
„ Astesanus * ab Asta.
Balthassar Florentinus.
Balthasar a Myriaca.
„ S. Bernardinus Senensis.
„ S. Bonaventura.
Conradus Nocylkaimus.
Daniel Anglus.
„ Dominicus de Barta.
„ Dominicus de Pico.
„ Elias de Nabinallis.
„ Evangelista Marcellinus.
„ Francisci Titelmani *De autoritate Apocalypsis.*
„ Gulielmus Alnminus.
„ Gulielmus Herbertus.
Gulielmus a Militona.
„ Henricus Cossejus.
Henricus a Monte Jardino.
Hippolytus Brixiensis.
Jacobi Burdegalensis *Conceptus concionatorii in Apocalypsim.*
„ Jacobi Suarez *in tria prima capita*
„ *Sermones 23.*
„ Joannes Anglicus.
S. Joannes a Capistrano.
Joannes Duns Scotus.
„ Joannes Edæus.
„ Joannes Guallensis.
„ Joannes de la Haye 3. *tom.*
„ Joannes de Rupella.
Joannes Tertius.
„ Joannes Tythleshale.
Joannes Ximenes.
Matthæus de Aquasparta.
Matthias Belliotanus.
Petrus Caponsaccus.
Petrus Galatinus.
„ Petrus Joannes Olivi.
Petrus Thomæ.
Philippus de Ghifulcis.
„ Theodoricus Andreæ.
„ Theophilus Burgundus * *In 7. visio-*
„ *nes Apocalypsis.*
„ Thomas Lokingus.
„ Ubertinus de Casali.
„ Vitalis a Furno.

THEOLOGIA.

In Magistrum Sententiarum.

„ Adamus Goddam, vel Woddham.
„ Adamus Hibernicus.
„ Adamus de Marisco.
Adamus Sasbouth.
„ Adamus Wodehamiensis, al. Wode-
„ dham.

„ Ægidii Looiaci *Commentar. in 1. Sen-*
„ *tentiar.*
Alanus Brito.
Albertus Metensis.
„ Alexander V. Pont. Max.
„ Alexander Alemannicus.
„ Alexander ab Alexandria.
„ Alexander Halensis.
„ Aloysii Cæsaraugustani *Lucubrationes*
„ *Theologicæ ad mentem S. Bonaven-*
„ *turæ.*
„ Alvarus Pelagius.
„ Andreas de Novocastro *In 1. lib.*
„ *Senten.*
„ Angelus de Nesi.
Angelus Serpetri.
Anonymus Italus alius. *Super 3. librum.*
Anonymus xr. regionis ignotæ scripsit *Reportata* Jo: Scoto attributa.
„ Antonius Andreas.
„ Antonius Aretinus.
Antonius Cordubensis.
„ Antonius a Matelica.
Antonius Medices.
„ Antonius Niger.
„ Antonius a Valentia.
Antonius Vitalli.
„ Arnoldus Royardus.
„ Ascensius Aquitanus.
„ Astesanus.
Baptistæ de Ferrara *Comment. in 3. Senten.*
Bartholomæus Albitius.
Basilius Nesius.
Bernardus Columna.
Bernardus Mutius.
„ Bertrandus a Turre.
„ S. Bonaventura.
Bonaventura Claverius scripsis *In 3. primos libros.*
Bonaventura Manenti.
Bonaventuræ N. Meldulen. *Lectiones in tertium.*
„ Brinkeleyus.
Cæsar Lippus.
Carus Aretinus.
Daniel Agricola.
Dionysius Paleottus supplevit *quartum Sent. Richardi a Mediavilla.*
Dionysius Soulechat.
„ Durandus Campanus *In quartum Sen-*
„ *tentiar.*
„ Elias de Nabinallis.
„ Eustachius de Curia.
Ferdinandus de Paez *In 1. Senten.*
Ferdinandus Perez *In 1. lib.*
„ Franciscus Asculanus.
Franciscus Benzonus emendavit *Librum 1. Senten. Richardi a Mediavilla.*
Franciscus de Bonafortuna.
„ Franciscus a Candia.
„ Franciscus Fevardentius minor *In 1.*
„ *Senten.*
Franciscus de Fortio.
Franciscus Gregonus consesit *quartum Sent. Richardi a Mediavilla.*
„ Franciscus de Herrera *In 1. & 2.*
„ Franciscus de Marchia.
Francisci Marzal *Resolutiones quæstionum in 4. libros.*
„ Franciscus de Mayronis.
„ Franciscus Ortisius.
Francisci de Ovando *In 4. Senten.*
Franciscus Parisiensis.
„ Franciscus Ricardus.
„ Francisci Spineti *Quæstiones in quar-*
„ *tum Sent.*
„ Francisci Stephani *In 4. libros Sen-*
„ *ten. S. Bonav.*
„ Franciscus Tantius.
Franciscus Titi.
„ Franciscus Zenus. *In 4. Senten.*

„ Galfredus de Fontibus.
Georgius Benignus Salviati.
„ Gerardus e Briansone.
„ Gerardus Oddonis.
Gilbertus de Tornaco.
„ Gregorius Ruiz.
„ Gualterus Brinkelius.
„ Gualterus Brugensis.
„ Gualterus Cattonus.
Guido Briansonus *In 4.*
Guido Perusinus.
Gulielmus Almoinus.
„ Gulielmus Alnevicus.
Gulielmus de Bellomonte.
Gulielmus Borrutos.
„ Gulielmus Butierus.
„ Gulielmus Cattonus.
„ Gulielmus de Centuaria.
„ Gulielmus de Falgario.
„ Gulielmus Fozleo.
„ Gulielmus Lemsterus.
„ Gulielmus de Mara.
Gulielmus de Militona.
„ Gulielmus Nottinghamus.
„ Gulielmus Occhamus.
„ Gulielmus de Oons.
„ Gulielmus de Rubione.
„ Gulielmus Varro.
„ Gulielmus Vorilongus.
„ Haymo de Feversham.
„ Henricus Cremonensis.
„ Henricus de Huda.
„ Henricus Werlus.
„ Hesmes Hauwaert * *In 1. & 2. Sen-*
„ *ten.*
„ Hieronymus Asculanus.
Hieronymus Gadius.
Hieronymus Pallanterius *In 1.*
Hieronymus Tinellus *In 4.*
Horatii Civalli *Comment. in lib. Sent. S. Bonav.* v. add.
Hugo de Hertipoll.
„ Hugo Narbonensis.
„ Hugo de Novocastro.
Hugo de Petragoris.
„ Hugo Sletstadt *ad mentem S. Bona-*
„ *ventura.*
„ Jacobus Bargius *In 1.*
Jacobus Picenus * Asculanus.
„ Jacobus a Spinello.
Jacobi Textoria *Expositio in primas QQ. Conflati Mayronis*, & *Tabula super eum.*
Joannes de Aquiano.
„ Joannes de Baraic.
„ Joannes de Bassolis.
B. Joannes Borellus.
„ Joannes Canonicus.
„ Joannes Coloniensis
Joannes Cultallinus.
„ Joannes Duns Scotus.
„ Joannes Edæus.
„ Joannes de Erfordia.
Joannes de Fonta
Joannes Gaia.
„ Joannes Genesius de Qualea.
„ Joannes Guallensis.
Joannes Guallensis junior.
„ Joannes Guentus.
Joannes Gujon.
Joannes Hoin.
„ Joannes da Lilbaroe *In quart. Senten.*
„ Joannes Majus *In 1. Senten.*
Joannes Maria Nennus.
„ Joannes Marius Scribonius.
„ Joannes de Montecasale.
„ Joannes de Ovando.
„ Joannes Paulus Palanterius.
„ Joannes Peckamus.
„ *Lecturæ Oxonienses* ejusdem.
Joannes de Radingia.
„ Joannes Ricca.
„ Joannes a Ripa.

„ Joan.

„ Joannes Redingtanus.
„ Jaannes de Rupella.
„ Joannes de Rupecissa.
Joannes de Scopeto.
„ Joannes Tychlesshale.
„ Joannes de Zelaya *In* 3.
Joannes de Zuvigneo.
Joseph Angles.
Irenæus Brasavolus.
„ Ladislaus Marsomi * carmine.
„ Landulphus Caracciolus.
Landulphus N.
„ Leonardus de Rubeis.
Lucas Assisas.
Ludovicus Silvester notis illustsavit *Richardum in* 4.
Marcus Antonius Galitius *In lib. Senten. ad mentem S. Bonav.*
Marcus de Berulle.
„ Martinas Alvevicus.
Martinus a Turnhout.
„ Matthæus de Aquasparta.
Matthæus a Susa.
Matthias Doringus.
„ Maturinus le Bret.
Mauritius Centini.
Mauritius de Morza *In* 4. *Senten. S. Bonavent.*
Maurus Saracenus.
Melchior Flavius.
„ Michael Cæsenas.
Modestus Antiquus.
„ Mouasldus Justinopolitanus.
„ Nicolaus Bonetus.
„ Nicolaus e Broido.
„ Nicolaus Goran.
„ Nicolaus Lockmao.
„ Nicolaus Lyranus.
„ Nicolaus de Nyse.
„ Nicolaus Occamus.
„ Nicolaus de Orbellis.
„ Nicolaus Succi.
Octavianus Ravenoas.
Odo Rigaldus.
Osvaldus a Lasco.
Paulus Callarius.
„ Petrus Aquilanus.
„ Petrus Aureolus.
„ Petrus ad Boves.
Petros Capulei *In* 1. & 2. *Sent. S. Bonav.*
„ Petrus de Castilione.
„ Petrus a Colle.
„ Petsus Insulensis.
Petrus Joaones Olivi.
Petrus Paulus Carnata.
„ Petrus * Reginaldus.
„ Petrus Thomæ.
„ Petrus de Trabibus.
Petrus Trigosus.
„ Petrus Trimavella.
„ Philippus Fabes.
„ Radulphus Radiptonius.
„ Ranulphus Lokeslejus.
„ Raymundus Lullus.
„ Raymundus Rigaldus.
„ Reginaldus Langhamus.
„ Reginaldus Umber.
„ Richardus Coningtonus.
„ Richardus Cornubiensis.
„ Richardus de Mediavilla.
„ Richardus Rufus.
„ Richardus Ruis.
Robertus de Bastia.
„ Robertus Concio.
„ Robertus Contonius.
„ Robertus Crucius.
„ Robertus Eliphat.
„ Robertus Leccestrius;
„ Robertus de Romia * de Bastia.
Rodulphus Coleburges.
„ Rogerus Becconua.
„ Rogerus Royseth.
„ Rogerus Rogosus.
Sinibaldus de Figlino.
„ Stephanos Brulifer.
„ Theobaldus de Vigone.
„ Thomas Bungejus.
„ Thomas Dokingus.
Victor Brunus.
„ Vitalis a Furno.
„ Usualdus del Asco, * al. Osvaldus.

In Scotum.

Ægidius Guillelmus Missalius.
Aloysius Puteus.
„ Amantius de Valle scripsit *In lib.* 1.
„ *scripti Oxonien.*
Andreas Cioli.
„ Andreas Rochmanius *In* 1.
Aogelas Vulpes.
„ Antonius e Fantis.
„ Antooius Hiquæus.
Aotonius a S. Leone *In* 3.
Antonius Trombetta castigavit *Lib.* 1.
Bartholomæus Bellati *In* 2.
Librum 1. *Reportator*, edi curavit.
Bartholomæus Mastrius.
Bernardinus a Monte Ulmi.
„ Bernardinus Rheginus *In* 1. *Scripti*
„ *Oxonien.*
Bonaventura Baro.
Bonaventura Bellutus.
Bonaventura Blanco. v. add.
Bonaventura Pius.
Bonaventura Theuli scripsit *Scotum Scripturalem.*
„ Constantii (* Torri) a Sarnano *In universalia Scoti.*
„ *Directorium in Logicam, Philosophiam, & Theologiam ad mentem*
„ *Scoti.*
„ *De conciliendà doctrina D. Thomæ, & Scoti.*
„ Cornelius Martini *In Prologum Scoti*
„ *in Sentent.*
Cornelius Mustus.
„ Damianus Giner.
Didacus a S. Francisco *In* 1. & 3.
„ Eleutherii Albergoni *Resolutiones doctrinæ Scoti.*
„ Francisci Antonii Casimiri *Scotus dilucidatus In* 2.* & 4. *Senten.*
„ Franciscus Lychetus.
Francisci Macedo *Collationes D. Thomæ, & Scoti in* 1. & 3. *Sententiar.*
Franciscus de Mazzara.
„ Franciscus Panigarola.
„ Franciscus de Pitigianis.
„ Franciscus Rubeus *In* 1.
Franciscus Sphemma.
Franciscus Vitalis.
„ Gratianus * Brixianus.
Gregorius Ruiz.
Guidonis Bartholucci *Solutiones contradictionum, quæ in Scoti Operibus apparere videntur.*
„ Gulielmus Chaubbet.
Gulielmi Fotleo *Repertorium opinionum in Scoto non signatarum,*
In 4. *libros Sentent. juxta S. Bonav. & Scotum.*
Henricus Cremonensis.
„ Hieronymus Gallus.
„ Hugo Cavellus.
Hugolinus Herbipolensis *In Prologum.*
Jacobus Asculaous.
„ Jacobus Malafossa.
Jacobi Petraccii *Collectanea pro Scoto.*
„ Jacobus Picenus, * al. Asculanus.
„ Jacobi Pierii *Contradictiones in* 1. &
„ 2. *Sentent.*
„ Ildephonsus Brizeno * scripsit *Celebriores controversias in* 1. *Sentent.*
„ Joannes Amalio.
„ Joannes Coloniensis.
Joannes Forsanus.
Joannes ab Incarnatione *Librum* 1. *Scoti in Sententias dearticulavit.*
Joannis Mariæ Sforza *Scotus corroboratus ex contradictionibus Scholæ adversæ.*
„ Joannes Picardus.
„ Joannes Poncius.
„ Joannes Rada.
„ Joannes Vigerius * *In* 1. *Oxonien.*
Landulphus Caracciolus.
„ Laurentius Fasanus.
„ Laurentius Spatha.
Lucas Mencholinius.
Ludovici a S. Leone *Diloseon super* 2. *Senten. Scoti.*
Maphinus Cella.
„ Matthæus a Sosa.
„ Mauritius Hibernicos.
Mauritius de Portu Fildæus.
„ Maximilianus Volaterranus.
„ Octavianus Ravenuas.
Pauli Argoli *Propositiones parallelæ S. Thomæ, & Scoti.*
Paulus Calderonus.
„ Paulus a Mercatello *In* 1. & 2.
„ Paulus Scriptor * Svevus *In* 1.
Petrus Aquilanus.
„ Petrus Posnaniensis *In* 1.
Petrus Tataretus.
„ Philippus Fabes.
„ Philippus Porcatius.
Salvator Bartoluccius.
Stephanus Brulifer.
„ Theodorus a Belvederio.
Thomæ Graji *Concordia D. Thomæ, & Scoti.*

Formalitates Isagogicæ, idest introductoriæ, ad doctrinam Scoti.

Antonii Andreæ *Tractatus Formalitatum ad mentem Scoti.*
„ Antonius Syrretus.
„ Antonii Trombettæ *Expositio in for*
„ *malitates Scoti Amanii Syrreti.*
„ Boneti.
Cæsaris Lippi.
Caroli Billari.
„ Constantii * Torri a Sarnano.
Francisci Bordoni *Formalitates Scoti vindicatæ.*
„ Francisci de Mayronis.
Francisci de Pitigianis *Expositio in Formalitates Antonii Syrreti.*
Gesualdi Bononiæ.
Hieronymi Pistoriensis *Expositio Formalitatum Antonii Syrreti.*
Jacobi Textoris.
Joannis Barraud.
„ Joannis de Bernal.
„ Joannis Deveti.
Joannis Foxal.
„ Joannis le Love.
„ Joanois a Ripis, seu a Ripa Tran-
„ sonum.
„ Joannis Vallonis.
Julii Pruniani.
„ Landulphi Caraccioli.
„ Laurentii Brixiani.
„ Mauritis Hibernici * de Portu Fil-
„ dæus.
„ Paduani Grassi *Enchiridion scholasti-*
„ *carum contradictionum.*
Petri de Castrobel.
„ Petri Thomæ.
Philippi Fabri.
Roberti Eliphat.
„ Salvatoris Bartholuccii.
Simonis Thomasetti *Syntaxis Formalitatum Scoti.*
Sixti IV.
„ Stephani Brulifer.

Quon-

Quodlibetalia.

,, Adami Hibernici.
,, Adami de Marisco *Quæstiones Theologicæ*.
,, Adami Sabouth *Oratio Quodlibetica demonstrans veram Christi Ecclesiam.*
,, Alexandri V. *Quodlibeta*.
,, Alexandri ab Alexandria.
Antonii Andreæ *Quæstiones ordinariæ*.
,, Antonii Patavini * Trombetta *Quæstiones Quodlibetales*.
Bartholomæi Uliarii.
,, Bernardini Aquilani.
,, Bonaventuræ Manensi.
,, Fortanerii Vasselli *Quodlibetica disputata*.
Franciscus Brazonus emendavit *Quodlibeta Richardi a Mediavilla*.
Francisci de Caronellis.
,, Francisci Lycheti *Commentaria in Quodlibeta Scoti*.
,, Francisci de Mayronis.
,, Galfredi de Fontibus.
Gerardi Oddonis.
,, Gilberti de Tornaco.
Gomerii Ulyssiponensis.
,, Gratiani.
,, Gualterii Brugensis.
Gualterii Cattoni.
Gulielmi Alnoini.
Gulielmi Alvevici.
Gulielmi Butleri.
,, Gulielmi Hesberti.
Gulielmi Lemsteri.
,, Gulielmi de Mara.
,, Gulielmi Occhami.
,, Gulielmi Varronis.
Henrici de Huda.
,, Hieronymi Gadii *Commentaria in Quodlibeta Scoti*.
,, Hieronymi de Valentia.
,, Hugonis Cavelli *Quæstiones Quodlibetales*.
,, Jacobi Piceni * Asculani.
B. Joannis Borelli.
,, Joannis Coloniensis.
Joannis Duns Scoti.
Joannis Guenti.
,, Joannis Mapelli.
Joannis Marchelesii.
,, Joannis Peckam *Quæst. Quodlibeticæ, Quodlibeta Scholastica*.
Joannis de Ripa.
,, Joannis Rodingtoni.
,, Joannis Winchelsæi.
Ludovicus Silvester notis illustravit *Quodlibeta Richardi*.
,, Mathæi de Aquasparta.
,, Nicolai Grasselli.
,, Nicolai de [illegible].
,, Nicolai Occami.
Octaviani Ravennatis.
Paduani Grassi.
,, Petri Alverni.
Petri Aureoli.
,, Petri de Castilione.
,, Petri Joannis Olivi.
Petri Tatareti.
,, Raymundi Lulli.
Raymundi Rigaldi.
,, Richardi Conningtoni.
,, Richardi de Mediavilla.
,, Roberti Contonii.
,, Roberti Leccestrii.
,, Salvatoris Bartholuccii.
Thomæ a Bradwardina.
Thomæ Dok ugi *Quæstiones ordinariæ*.
,, Vitalis a Furno.

Compendia.

Adami Blunt *Summarium Sententiarum*.
Ægidii Leonis *Compendium Theologiæ*.
Alexandri de Alexandria *Summa Quæstionum S. Bonaventuræ in 4. libros Sententiarum*.
,, Alexandri Halensis *Compendium Theologiæ*.
,, Alexii Trousset *Compendium terminorum Philosophiæ*.
Ambrosii de Asisio *Quæstiones theologicæ*. v. add.
Ambrosii Sauii *Catastrosis Theologica*.
Anonymi Galli VIII. *Speculum theologicum*.
Anonymi Germani IV. *Tractatus de omnimoda Theologia*.
Anonymi Hispani Elborensis *Spiraculum Francisci Mayroni*.
Anonymi XVI. regionis ignotæ *Quæstiones excerptæ de Summa Alexandri de Ales*.
Anonymi reg. ignotæ *Sententiæ Sententiarum* 4 libr.
Anonymi XIII. reg. ignotæ *Declaratio aliquorum terminorum Theologiæ*.
Antonii Andreæ *Compendiosum principium in libros Senten*.
,, Balduini Junii *Manuale Logicum*.
Bartholomæi a Colle *Tractatus de fide* v. add. p. 723.
,, S. Bonaventuræ *Compendium*, quod sub nomine *Joannis a Combis* circumfertur.
,, *Breviloquium*.
,, *Centiloquium*.
Declaratio terminorum Theologiæ.
Cælestini a Monte Mausanæ *Cursus Theologiæ ex SS. Thoma, & Bonaventura*.
Christophori a Vestuchio *Sanctuarium sac. Theologiæ*.
Clementis Thomasini *Explicationes in totam Theologiam*.
,, Didaci Valades *Epitome Magistri Sententiarum*.
,, Francisci de Herrera *Manuale Theologicum*.
Francisci de Mayronis *de terminis theologicis*.
,, Francisci de Ovando *Breviloquium in quatuor libros Sententiarum*.
,, Francisci Panigarolæ *Theses generales ex universa Theologia*.
,, Francisci Zeni *Thesaurus Theologorum*.
Gerardi de Prato *Breviloquium*.
Gualterii Brugensis *Tabula Theologiæ*.
,, Gulielmi Edon *Compendium Theologicæ veritatis*.
,, Gulielmus de Falgario, * non Fulginas, redegit in compendium *Opera S. Bonaventuræ*.
,, Gulielmi Gorris *Compendium* dictum *Scotus pauperum*.
,, Gulielmi Occham *Compendium Theologiæ*.
,, *Centiloquium Theologicum*.
,, Hieronymi Tamarit *Flores Theologiæ*.
,, Hugonis de Mancestein *Compendium Theologiæ*.
,, Jacobi Piceni *Tabula in doctrinam Scoti*.
Jacobi de Tsisantu *Epitome 4. librorum Sententiar*.
Joannis Baptistæ Cristadori *Compendium Theologiæ Scoti*.
Joannis a Cambia *Thesaurus Theologorum*.
Joannis Coloniensis *Quæstiones abbreviatæ Joannis Scoti*.
Joannes de Combis illustravit *Compendium Theologiæ Petri Thomæ*.
,, Joannis Fontani *Conclusiones, seu determinationes in 4. libros Sententiar*.
Joannis Jacobi *Quæstiones de scientia, scientiæ doctore, & auditore, terminorumque Theologalium expositione*.
Joannis Lathburii *Distinctiones theologicæ*.
Joannis de Lugo *Epitomes lib. II. Senten. Alexandri de Ales*.
Annotationes eorum, quæ S. Thomas ob Alexandro accepit.
Joannis Marii Scribonii *Summa totius veritatis theologicæ*.
Joannis Picardi *Thesaurus Theologorum*.
,, Joannes Rigaldi * auxit *Compendium Theologiæ Petri Thomæ*.
,, Joannis a Trevio *Compendium Theologiæ*.
Josephi Angles Flores Theologicarum *quæstionum in 0. Senten*.
Julius Gemellus.
Ludovici Carvajalii *De restituta Theologia*.
Theologicæ Sententiæ.
Ludovici Caspensis *Cursus Theologicus*.
Matthæi de Aquasparta *Inventarium Sententiarum*.
Matthæi Ferchii *Epitome Theologicum in 4. libros Sententiarum Scoti*.
Matthiæ Hauzeur *Collatio totius Theologiæ*.
Maturini le Bret *Parvus Scotus*.
Mauri Saraceni *Compendium totius Theologiæ*.
,, Melchioris Flavii *Resolutiones in 4. libros Sententiarum*.
,, Nicolai de Nyse *Resolutio Theologorum*.
Nicolai de Orbellis.
Pauli Sampsonis *Commentaria in totam Theologiam*.
,, Petri Aquilani *Compendium super Magistrum Sententiar*.
Scotellus.
,, Petri Aureoli.
,, Petri Resinger (* al. Reschingeri) *Repertorium super omnia Opera Alexandri Halensis*.
Clavis Theologiæ.
Petri Thomæ *Compendium theologicæ veritatis*.
Philippi Varagii *Flores totius sacræ Theologiæ*.
,, Prosperi Urbani * *Summula Resolutionum Summæ Alexandri Halensis*.
,, Rogeri Bacconi *Compendium studii Theologici*.
,, Salvatoris Bartholucci *Syllabus generalis in 4. libros Senten*.
Vitalis a Furno *Breviloquium pauperum Theologiæ*.

Tractatus speciales Theologiæ Scholasticæ.

Adami Blunt *Lecturæ Theologicæ*.
Adam Eboracensis.
Adam de Marisco *Quæstiones Theologicæ*.
Lectiones ordinariæ.
Adami Woddham *Determinationes undecim libri I*.
Lecturæ theologicæ binæ.
Collatio.
Alexandri de Alexandria *Quæstionum variarum lib. I*.
Alexandri Bovii *Curiose, ed erudite osservazioni verso degli Angeli*.
,, Alexandri de Hales *Quæstio de Theologia*.
Andreæ Perusini *Principia in Theologiam*.
Quæstiones plures determinatæ.
,, Andreæ Perusini de Urciano, * Peruzzini de Orciano, *Disputatio de causa prædestinationis* &
Alia *theologica*.
,, Andreæ de Vega *Libri 15. de justificatione*.

Ano-

Joannis de Ovando *Tractatus de Incarnatione*.
Joannis de Panormo *Lectiones Theologicæ*.
„ Joannis Peckam *de Trinitate lib. 1.*
Quæstiones ordinariæ.
Joannis Poncii *Judicium doctrinæ SS. Augustini, & Thomæ*.
Joannis Ridevalli *Quæstiones ordinariæ*.
Joannis de Ripa *Disputatio de causa meriti*.
Joannis Rodingtoni *Determinationes Theologicæ*, & *alia*.
Joannis a Rupescissa *de famulatu Philosophiæ ad Theologiam*.
Joannis Tythleshale.
„ Joannis Vallendorpii *Tractatus de justificatione*.
„ Joannis Wichinghami *Disputationes*.
Joannis Winchelsæi *Lecturæ Scholasticæ*.
Josephi Neapolis *Tractatus de concursu causæ primæ cum secunda*.
Josephi Roscioli.
Irenæi Brasavoli.
Julii Bernardini Capuani *Tractatus de divinis ideis*.
„ Lactantii Artuei *De prædestinatione lib. 1.*
Leonardi Balestrini
„ Lucæ Asisiatis *de Christi Incarnatione*.
„ Ludovici Boragii *Dialogus de prædestinatione, & reprobatione*.
„ Luduvici a Dola *de modo conjunctionis concursuum Dei, & creaturæ ad actus liberos ordinis naturalis*.
„ Ludovici Fundoni *de corpore, & sanguine Christi*.
Ludovici a Guevara *Disputationes de voluntate Dei*.
Marii Orpinelli.
Martini Mauriste *Tractatus de Trinitate*.
Matthæi de Aquasparta.
Matthæi Ferchii *de personis producentibus Spiritum Sanctum*.
De productione Filii Dei.
De Angelis.
Mauritii Centini *de Incarnatione, & Sacramentis*.
Michaelis Hispani *Tractatus de prædestinatione*.
Michaelis Stellæ *de tribus dignitatibus nobis collatis in Incarnatione*, & *alio*.
Modesti Gavatii.
Monaldi de Monaldia.
„ Nicolai Lyrani *Tractatus de visione divinæ essentiæ ab animabus sanctis a corpore separatis*.
Nicolai Occami *Opus de verbo divino*.
Nicolai Spinelli.
Octaviani Ravennatis *Tractatus de prædestinatione, & libero arbitrio*.
„ Pauli Bguntini * vide *Antonium Bituntin*.
Petri Alexandri Castillejo *Tractatus de Incarnatione*.
Petri Aureoli *Tractatus de Baptismo*.
„ Petri ad Bores *Directorium præcipuarum quæstionum Theologiæ*.
Petri Marchant *Relectio Theologica*.
„ Petri Marsæi Opmerensis *de resurrectione corporum, & de animæ immortalitate*.
„ Petri Quesvelli *lib. de summa Trinitate, & fide catholica, & de septem Sacramentis*.
„ Petri Regis *Tractatus de voluntate Dei*.
„ Petri Salpini *Hierarchia Angelica*.
De divinis nominibus.
„ Petri Thomæ *Tractatus de esse intellectuali*.
Petri de Urbina *Tractatus de fide, beatitudine. Sacramentis in genere, & Pœnitentia*.

„ Philippi Fabri *Disputationes de prædestinatione &c.*
„ Philippi a Sosa *de mysteriis Angelorum*.
„ *Compendium mysteriorum adventus Christi*.
„ Raymundi Lulli *de Trinitate in unitate, sive de essentia Dei*.
„ *De existentia Dei, & alia plurima*.
„ Roberti Chamberlini *de futuris contingentibus*.
„ *De scientia Dei*.
Rogerii Bacconi *de vitiis contractis in Theologia*.
Rogerii Conewaji *Quæstiones theologicæ*.
Determinationes scholasticæ, & *alia*.
Salvatoris Cadanæ *Regnum hominum, & Angelorum pro reprobatione, & prædestinatione*.
Sebastiani Vedrotti *Opuscula Theológica*.
Seraphini Tiussi *de Incarnatione*.
De natura Angelica.
„ Simonis Ardæi *de gratia Baptismi*.
„ Sixti IV. Pont. Max. ante Francisci de Ruvere *Tractatus de futuris contingentibus*.
„ *De sanguine Christi*.
„ *De potentia Dei*.
Stephanus ab Incarnatione *de generatione æterna*.
De rerum creatione, & *alia*.
„ Stephani Brulyferi *liber de SS. Trinitate*.
„ Theodori Foresti *liber de SS. Trinitate*.
„ Theodori Smising *Disputationes de Deo uno, & trino*.
Theodori Ticinensis *Quæstiones de Ecclesiæ Sacramentis*.
Thomæ a Bradwardina *de SS Trinitate*.
De præscientia, & prædestinatione.
Thomæ Bungeji *Quæstiones Theologicæ*.
Thomæ Halensis *Disputationes Scholasticæ*.
Thomæ Papiensis.
Thomas Stravershanus *in Lecturam Gulielmi de Varra*.
In Gulielmum de la Mare contra Thomam.
In Lecturam Roberti Cauton.
Valeriani Magni *Organum Theologicum, seu ratio argumentandi ex humano testimonio, seu ratione*.
Uguccioni Perusini.
Victorini Panormitani.
Vincentii Aquilani *Tractatus de Dei, hominisque operibus*.
Vincentii Ciorla.
Vincentii Venantii *de Dei essentia, relationibus &c.*
Zachariæ Lexoviensis *Silva sacrorum*.

SUMMÆ THEOLOGICÆ.

„ Alexandri Halensis.
„ Alvari Pelagii.
Angeli del Pas *Enchiridion divinæ, scholasticæque Theologiæ*.
Enchiridii Expositio.
Antonii Bituntini.
„ Antonii a Mare.
Bartholommæi a Cothurno.
Basilii de Vico *Breviarium Theologicum*.
„ Bentivengæ de Bentivengis.
„ Constantii a Sarnano * *Directorium Theologicum*.
Loci communes Theologiæ.
Summa Theologiæ.
„ Francisci Coriolani * *Summa Theologiæ ex Operibus S. Bonav.*
„ Francisci de Pitigianis.
Gulielmi Occham.

Joannis Blondi.
„ Joannis Picardi *Thesaurus Theologorum*.
Joannis de Rupella.
Joannis Ximenes.
„ Joseph Angles *Flores Theologicarum Quæstionum*.
„ Leonardi de Rubeis.
„ Ludovici Carvajali *Theologicæ Sententiæ*.
„ *De restituta Theologia*.
„ Ludovici Caspensis *Cursus Theologicus*.
„ Marci Vigerii *Decachordum*.
Mariani ab Alcamo *Elucidatio in 1. partem D. Thomæ*.
„ Marini Mauri *Summa secundum D. Thomæ doctrinam*.
Matthiæ Hauzeur *Studium Theologicum*.
Osvaldus a Lasco supplevit *Rosarium Theologicum Pelbarti*.
„ Pelbarti de Temeswar *Rosarium Theologicum*.
„ Petri Galatini Opus insigne *de vera Theologia*.
Petri Posnaniensis *Decisiones Theologiæ speculativæ*.
„ Petri Trigosi *Summa Theologiæ ad mentem S. Bonaventuræ*.
Petri de Xarava *Summa Theologica*.
Thomæ a Bradwardina.

THEOLOGIA MORALIS, SEU CASUS CONSCIENTIÆ.

„ Adami Woddam *de foro pœnitentiario fratrum lib. 1.*
„ Ægidii Zamoræ *Summa de casibus*.
Alberti Bergomatis *Tractatus de vitiis, & virtutibus*.
„ Alberti * Ricci Tarvisii Episcopi *Summa Pontificia*.
„ Alberti a Sartiano *Tractatus de Pœnitentia*.
„ Alexandri de Alexandria *Tractatus de usuris*.
Tractatus de restitutionibus.
„ Alexandri de Arhitris *Enchiridion Confessorum*.
„ Alexandri Ariosti *Enchiridion de animarum curanda salute*.
„ *Interrogatorium Confessorum*.
„ *Serena conscientia*.
„ Alexandri Halensis *Summa de virtutibus*.
„ *Summula resolutionum*.
De usuris. v. add.
Alexani *Summa de casibus conscientiæ*.
Alphonsi Cattanei *de Sacramento Pœnitentiæ*.
Alphonsi Lupi *Summa casuum conscientiæ*.
Tractatus de casibus reservatis.
Quæstiones variæ morales.
„ Alphonsi a Molina *Confessionale* lingua Mexicana.
„ Alphonsi a Scalona *Commentarii in Decalogum*.
Alonsi a Vega *Summa casuum conscientiæ*.
Speculum Parochorum.
Amandi de Valenchiniis *Disputatio de peccato veniali*.
Ambrosii Mediolanensis *Tractatus de Sacramento Pœnitentiæ*.
Andreæ a Costa *Summa casuum conscientiæ*.
Andreæ Mediolanensis *Confessionale*.
„ B. Angeli a Clavasio *Summa Angelica*.
Angeli Elli *Rosarium Confessorum*.
Angeli del Pas *Enchiridion*, ejusque *Expositio*.

„ Ano-

An-

Bo-

Concio de S. P. Francisco.
Francisci Zazer.
Francisci Zichemii *Concio de eleemosynæ efficacia.*
Exhortatio laconica ad mortem.
,, Gabrielis de Ribera *Sermones.*
Conciones Quadragesimales.
,, Gabrielis Taurensis *Thesaurus misericordiæ divinæ, & humanæ.*
,, Gabrielis Vaccæ *Sermonarium Quadragesimale.*
Gabrielis Veronensis *Sermones.*
Gargani Senensis.
,, Garsiæ de Cisneros *Sermones* lingua ,, mexicana.
Gasparis e Conceptione *Dieta salutis.*
,, Gasparis de Leon *Homiliæ, & Sermones.*
,, Gasparis a S. Michaele *de 4. novissimis* lingua indica *sermones.*
Gasparis Sghemmæ *Conciones plures.*
Gasparis de Uzeda *Conciones.*
,, Gentilis a Monte Florum *Homiliæ ad ,, populum.*
,, Georgii Antonii Brixani *Discursus morales pro diebus Quadragesimæ.*
Hierarchia Seraphica, seu *Conciones de SS. Francisco &c.*
Georgii Benigni Salviati.
,, Gerardi Oddonis *Sermones de Tempore.*
,, Gerardi Vercust *Conciones.*
,, Germani cujusdam (* Jos Nass) *Conciones egregiæ.*
,, Gilberti de Tornaco *Sermones per ,, annum, & de statibus hominum variis &c.*
Gilii Chaysi.
Gosoini Galli.
Gregorii Alberti.
Gregorii Galicani *Quadragesimale.*
,, Gregorii Hurtado *in Evangelia totius ,, anni.*
Conciones Dominicales.
Completorium vitæ Christi.
,, Gregorii a Montecorvino *Conciones ,, Quadragesimales.*
,, Gualteri Brugensis *Sermones per annum.*
Guiberti Galli.
,, Guidonis Fulginatis *Sermones Festorum.*
Guidonis de Templo.
Gulielmi Bernardi a Podio *Conciones, & Sermones.*
Gulielmi de Falgario.
,, Gulielmi Gainesburgi *Sermones ad ,, Clerum.*
Gulielmi de Magistria.
Gulielmi de Militona *Sermones.*
Gulielmi N. *Conciones.*
Gulielmi Nottinghami *Sermones super Evangelia.*
,, Gulielmi Occham *Conciones variæ.*
Gulielmi Plati *Conciones, & Sermones plures.*
Gulielmi a Seminaria *Conciones Quadragesimales, ac per annum.*
Gulielmi Spoelbergi *Concionum moralium pars hyemalis, & æstiva.*
,, Gulielmi Wodfordi *Sermonum lib.* 2.
G. de Busen Jandouis.
Hannibalis Rosselii *Conciones, & Homiliæ in Evangelia.*
,, Haymonis de Feuerskam *Sermonum ,, lib.* 1.
,, Helmani Theutonici *Sermones de Tempore.*
,, Henrici Cosseji *Conciones Dominicales, feriales, & festivæ.*
,, Henrici Harvillæi * *Conciones de SS. ,, Eucharistiæ Sacramento.*
,, Henrici Helmesii *Homiliarum to.* 5.
Sermones de Sanctis.
,, Henrici Herpii *Speculum aureum*, seu ,, *Sermones in Decalogum.*
,, *Sermones per annum, de Tempore, & de Sanctis.*
Henrici Karrer.
Henrici de Massa *Quadragesimale.*
,, Henrici Mauroy *Conciones per annum.*
,, Henrici a Montejardino *In Evangelia ,, totius anni Sermones.*
,, *Quadragesimalia quinque.*
,, Henrici de Osonio *Sermones Dominicales, Festivales, & feriales.*
,, Henrici Pipini *Sermones per annum.*
Henrici Pisaoi.
,, Henrici Standicii *Sermones ad populum.*
,, Henrici Werlii *Sermones varii.*
,, Henrici Willot *Homiliæ de SS. Sacramento.*
,, *Epitome Concionum.*
Conciones de Indulgentiis.
Herculani Perosini.
,, Hermanni Brucher *Sermones de Sanctis.*
,, Hermanni de Neezemburg *Sermones ,, de Tempore.*
,, Hieronymi Alberici Brisighellensis *Concio de vero anno Jubilæi.*
Hieronymi Arelatensis *Conciones, & Sermones.*
,, Hieronymi Balbani *Conciones* 10.
Hieronymi a S. Bonaventura *Petrus in naufragio.*
,, Hieronymi Ferrer *Sermones Adventuales, & usque ad Purificationem.*
Hieronymi Francæselii *Conciones.*
Hieronymi Galli *Discursus super Evangelia.*
Hieronymi Magnani *Conciones Quadragesimales, & per annum.*
,, Hieronymi Mautini *Sermones habiti ,, in sacro Palatio.*
Sermo de convivio.
Hieronymi Menghi *Conciones Quadragesimales.*
,, Hieronymi Perez *Sermones pro Adventu.*
,, Hieronymi Piceni *Sermones de Tempore, & de Sanctis.*
,, Hieronymi Pistoriensis *Conciones.*
Hieronymi Planca *Sermones.*
Hieronymi Rocca.
Hieronymi a Stufa.
Hieronymi Tertii *Conciones, & Lectiones.*
,, Hieronymi Verati * *Sermones Quadragesimales, & diversi.*
Repertorium diversarum materiarum prædicabilium.
Himerii de Anselmis *Sermones super Evangelia, & Epistolas D. Pauli.*
Honorii Carpenterii *Conciones Quadragesimæ, & Dominicarum.*
Horatii Civallæ *Sermo spiritualis de tempore baccanaliorum.*
,, Hugarii, seu Hungarii *Sermones* 120. ,, dicti *Bigæ salutis.*
,, *De Tempore, & de Sanctis.*
,, Hugonis Carbonelli * *Sermones in ,, Evangelia Quadragesimalia.*
,, *De divite Epulone.*
,, *De Lazaro resuscitato.*
,, *De filio prodigo.*
,, *Pro Dominicis, & feriis Adventus.*
Hugonis de Hertipoli.
Hugonis Vinaccesi *Sermones de Sanctis, & alii.* in add.
,, Hugolini Ferrariensis *Conciones in Epistolas totius anni.*
Jacobini Ferrariensis *Sermones.*
Jacobi Burdegalensis *Silva sacrorum multiplicis argumenti.*
Jacobi de Chevanes *Sermones de SS. Eucharistiæ Sacramento.*
,, Jacobi Coreni *Clypeus patientiæ.*
,, *Observationes in Evangelia Quadragesimalia pro Concionatoribus.*
Jacobi de Donzellis *Conciones annales, & Quadragesimales.*
,, Jacobi a S. Geminiano *Sermones de ,, Tempore.*
,, Jacobi de Griasanto * v. Jacob. de ,, Trisanto.
,, Jacobi a Leode *Sermones Adventus, ,, * Quadragesimæ, & de Sanctis.*
Jacobi de Melficto *Conciones.*
,, S. Jacobi Piceni * *Conciones Quadragesimales, Adventuales, & Sermones.*
Jacobi Pictaviensis *Sermones de Tempore.*
Jacobi de Provino.
Jacobi de Rodo *Sermones super Epistolas, & Evangelia Dominicalia.*
Sermones de Sanctis.
Sermones de communi Sanctorum.
,, Jacobi Suarez *Sermones Adventuales &c.*
Thesaurus Quadragesimalis.
Jacobi Textoris *Sermones.*
,, Jacobi de Trisancto *Quadragesimalia ,, duodecim.*
,, *Sermones Dominicales, & festivi.*
Jeremiæ Bucchii *Conciones Quadragesimales.*
,, Ignatii Carcia *Sermo de passione, & ,, doloribus Christi.*
Concio ad Fratres Tertiarios.
,, Ildephonsi e Sanzoles *Sermones pro ,, Defunctis.*
Joannæ a Cruce *Sermones* 71.
Joannis Ægidii Zamorensis *Sermones Sanctorum.*
Joannis Aloysii Barbieri *Invectiva, qua mortì damnatus, atque destitutus in viam salutis reducatur.*
Joannis Angeli.
,, Joannis Anglici *Sermones varii.*
Joannis Antonii Baschini.
,, Joannis Asculani *de Tempore, & de ,, Sanctis.*
,, Joannis ab Ayora *Tractatus de SS. ,, Eucharistia.*
,, Joannis Baptistæ Cavoti *Sermones.*
Joannis Baptistæ Cristadoni.
,, Joannis Baptistæ Hispani *Homiliæ in ,, Evangelia.*
,, Joannis Baptistæ de Madrigal *Homiliarum Evangelicarum.*
Discursus prædicabiles.
Joannis Baptistæ Mexicani *Sermones.*
Joannis a S. Bernardino.
,, Joannis Blomendal *Sermones de Tempore, de Sanctis, Quadragesimales.*
B. Joannis Borelli *Sermones ad Fratres.*
,, Joannis Boucher *Sermones in Dominicas, & Quadragesimam.*
Joannis Canales *Quadragesimale, & Sermones.*
Joannis Capet *Sermones Quadragesimales.*
S. Joannis a Capistrano *Sermones de Tempore, & Quadragesimæ.*
,, Joannis a Carthagena *Homiliæ sacræ ,, catholicæ, & morales.*
Joannis a Castilione.
Joannis Cenomaoi.
Joannis Coltellini *Conciones Quadragesimales.*
,, Joannis de Combis *Sermones, & Tractatus varii.*
,, Joannis Contracti *Sermones.*
Joannis Coronel *Discursus prædicabiles.*
,, Joannis a S. Demetrio *Conciones* * ,, *Quadragesimales.*
Sermones varii.

Jo-

THEOLOGIA CATECHETICA.

THEOLOGIA POLEMICA, SEU CONTROVERSIÆ.

Ad-

„ De

Eli-

„ Honorati de Campigni *Academia „ Evangelica.*
Horatii Civallæ *Instrumenta passionis J. C.*
De sepolchro Christi.
De fructuoso tempore Quadragesimæ.
Hugonis Aquensis *Flammæ divini amoris.*
„ Hugonis Cavelli *Speculum pænitentiæ „ hibernica lingua.*
Hugonis de Digna *Tractatus de triplici via sapientiæ.*
„ Hugonis de Prato *Tractatus de vita „ contemplativa.*
„ *De perfectione statuum.*
Hyacinthi Ambianensis *Imago animæ merientis in doloribus J. C.*
Imago animæ viventis in gloria Jesu Christi.
Hyacinthi a Casale *Considerationes de deformitate, & gravitate peccati.*
Hyacinthi Keiver *De passione D. N. J. C.*
„ Hyacinthi a Novocastro *Psalmodia in„terior, seu meditationes.*
„ *Liturgia interior.*
„ Hyacinthi Parisiensis *De passione Do„mini.*
„ Jacobi de Benedictis *Sententiæ, & „ monita salutaria &c.*
Jacobi de Bosc *De pænitentia, & sacra communione.*
„ Jacobi Complutensis *De militia chri„stiana.*
Jacobi Coreni *De dignitate Sacerdotali.*
Jacobi Florentini *Vita D. N. Jesu C. cum meditationibus.* v. add.
Jacobi Mediolanensis *Tractatus meditationum.*
Jacobi de Melficto *Tractatus de mortificatione carnis.*
Jacobi Montanarii *Lirrea spirituale.*
Modus habendæ orationis mentalis.
Nova cæli scala.
Nova methodus inserviendi Deo.
Exercitia spiritualia pro Religiosis.
Babilonia vitiorum.
Seminarium virtutum christianarum.
Ars acquirendi sapientiam. in add.
„ Jacobi Nigri *Viridarium spirituale „ amoris.*
S. Jacobi Piceni *De vita Christi.*
De conceptione Christi.
De pænitentia peccatorum.
Jacobi a Rogerio *Officium partum S. Antonii.*
„ Jacobi Saleur * *Elucidatio orationis „ mentalis.*
Horologium devotionis.
Ignatii Garciæ *Libellus pro exercitio spirituali Viæ Crucis.*
Ignatii Lupi *Teologia mi[...]a insegnata da Gesù Cristo co' suoi interni tocchi.*
„ Ildephonsi a Vascones *Stimulus ani„mæ dormientis.*
„ *Antidotum animæ.*
„ *Exhortatio ignorantiæ, & admoni„tio pænitentium.*
„ Illuminatæ Bembæ *Illuminationis spe„culum.*
Illuminati Moroni *Alcuni difetti emendati nella frequenza della Confessione, e Comunione.*
Innocentii Romeri *Additiones devotionis S. Angeli Patavini.*
„ Joachimi a Puteo *Contemplationes in „ 7. effusiones sanguinis Christi.*
Præparatio ad SS. Eucharistiam.
Speculum Virginum.
Joannæ a S. Antonio *Lxx attributa divina metaphorica, & mystica.*
Xxvi. attributa mysteriorum Christi, ac Christiparæ.
Joannis Ægidii Zamorensis *Liber meditationum.*
Opusculum de Jesu Nazareno.
De Jesu, & Maria.
Scala cœli.
Joannis de Alvernia *Dicta super animæ judicio.*
Collectio sententiarum ex SS. Patribus, & Philosophis. in add.
„ Joannis a S. Andrea *Arbor spiritua„lis vitæ, & mortis.*
„ Joannis de Angelis *Lucta spiritualis.*
Manuale vitæ perfectæ.
De mysteriis sacrificii Missæ.
„ Joannis Antonii Braschioi Faventini „ *Meditationes.*
Joannis de Argamanes *Clypeus sacer Monialium.*
Joannis ab Ayora *Tractatus de SS. Eucharistiæ Sacramento.*
Joannis Baptistæ a S. Aniano *Meditationes spirituales* arabice.
Joannis Baptistæ Cantoni *Declaratio omnium mysteriorum Missæ.*
Joannis Baptistæ Estensis *Fasciculus spiritualium orationum.*
Joannis Baptistæ Grimaldi *Manuale Triumphi Sanctorum.*
Psaltes Parthenicos singulis anni diebus.
„ Joannis Baptistæ Hostiensis * *Flam„migera, & erudita Angeli, & ho„minis dialexis.*
„ Joannis Baptistæ de Madrigal * *In„troductio spiritualis, & animæ the„saurus.*
Tractatus mysteriorum Missæ.
Joannis Baptistæ a S. Marcello *Septem flammæ amoris.*
Novendiale pro Natali Dominico.
Joannis Baptistæ a Matelica *De anima divinam contemplante omnipotentiam in mundi creatione.*
Joannis Baptistæ Mexicani *Tractatus de contemptu mundi.*
Speculum spirituale.
Tractatus de miseria, & vitæ humanæ brevitate.
„ Joannis de Bonilla *Tractatus de pa„ce, & tranquillitate animi.*
„ Joannis Bonvisii *Tractatus de humi„litate, abstinentia &c.*
B. Joannis Borelli *De conversatione Religiosorum.*
De beneficiis creatoris.
Joannis Boscatelli *Dialogus de facili ratione recitandi divini Officii.*
„ Joannis Bosquiloni *Theatrum mor„tis.*
Joannis Boucher *Opera spiritualia.*
Joannis Brando *Manuale pro modo bene vivendi.*
Joannis Brixiensis *Volumen orationum jaculatoriarum.*
Joannis Brugmani *Considerationes de passione Domini.*
„ Joannis Canalis *multi libri.*
S. Joannis a Capistrano *De passione Domini; & alia*
Joannis Cardosi *Iter animæ liberatæ.*
„ Joannis Carrillo *Tractatus Viæ Cru„cis.*
„ Joannis a Carthagena *Praxis oratio„nis mentalis.*
De vita Christi Domini, & de gestis Sanctorum meditationes.
Joannis a Caulibus *Meditationes super Evangelia.*
„ Joannis a Cazalla * *Lumen animæ, „ seu de beneficiis creatoris.*
„ Joannis Chrysostomi a S. Laudo *Tu„multus amoris proprii.*
„ *Sancta otiositas creaturarum in „ pura occupatione solius Dei.*
„ *Solitudo quinque dierum, & pa„tientia Christi, cum ab Herode „ sperneretur.*
„ *Meditationes decem dierum su„per passionem Christi.*
„ *Devotio erga Christi sponsam.*
„ *Meditationes super divina pul„chritudine.*
Joannis Coreni *Libellus pius in gratiam S. Annæ.*
„ Joannis a Cortenova *Theoropractica „ orationis mentalis.*
Joannis de Dueñas *Speculum consolationis afflictorum.*
Joannis Erghosteni *Exercitia pro Novitiis Capucinorum.*
Joannis Evangelistæ Poloni *Opusculum de passione Domini.*
„ Joannis Evangelistæ Silvaducensis *Pra„xis pro Communione.*
Liber in illa verba: regnum Dei intra vos est.
Divisio animæ, ac spiritus.
„ Joannis Faventini *Ars unionis cum „ Deo.*
Joannis Fassatii *Tractatus de oratione, & meditatione.*
„ Joannis Feri *Precationes.*
Joannis a Forosempronii *De vita, & passione D. N. J. C. tractatus.*
Joannis Francisci a London * *Manuale orationum de passione Domini, & B. V.*
„ Joannis Francisci Rhemensis *Vera „ perfectio hujus vitæ in exercitio præ„sentiæ Dei.*
Joannis Garciæ *Explicatio mysteriorum Missæ, & interpretatio cæremoniarum.*
Brevis compilatio de Indulgentiis.
„ Joannis Genesii * Quaja *Liber de „ civitate Christi, & bona vita.*
„ Joannis Geonæ *Dialogi spirituales.*
„ *Dialogi de Christi passione.*
Joannis Glabion *Explicatio Cæremoniarum Missæ.*
„ Joannis Gualensis *Ordinarium, seu „ Alphabetum vitæ religiosæ.*
„ *De cognitione vitæ.*
„ *De oculo morali.*
Manipulus florum.
„ Joannis Herbi *Manuale piarum pre„cum.*
Joannis Jodar *Liber de 7. verbis.*
Joannis Kraneman *De passione Domini.*
„ Joannis Lathberii *Alphabetum mora„le.*
Joannis Mariæ Hieracensis *Currus Eliæ &c.*
Joannis a Matre Dei *Liber de passione Domini.*
De oratione, & contemplatione.
„ Joannis Moreni *Statuæ itineris in „ cælum.*
Joannis Olarte *Medulla mystica.*
Joannis de Olivet *Tractatus spirituales.*
Joannis de Palma *Regulæ orationis.*
„ Joannis Pailhaudi *Tractatus exercitio„rum spiritualium.*
„ Joannis Peckam *Speculum animæ.*
„ *Meditationes de corpore Christi.*
„ *De passione Domini.*
„ *De vanitate rerum mundanarum.*
„ *De vanitate sæculi.*
„ *Dialogus Francisci, & paupierta„tis.*
Joannis Peliens *De virtutibus theologicis libri 3.*

Joan

„ Bar-

Landulphi Caraccioli *Tractatus de Conceptione.*
Laurentii Bordogna *Mariale.*
„ Laurentii Cadusii *Villa Regis B. Mariæ V.*
Laurentii Guardiola *Panegyris de Immacul. Conceptione.*
Laurentii Gulielmi de Traversagnis *De pudicitia B. Mariæ* metro.
Laurentii Portel *Responsio circa Conceptionem Deiparæ.*
Livini Galli.
Lucæ a S. Francisco *Monile Deiparæ Virginis Mariæ.*
„ Lucæ a Montesorti *Domus sapientiæ septem suffulta columnis.*
„ Lucæ Romani *Stellarium Immaculatæ Conceptionis B. Virginis.*
„ Lucæ Waddingi *Legatio de finiendo controversia Conceptionis.*
„ *Tractatus* 4. *de eadem Conceptione.*
Tractatus de scandalis exortis in controversia Conceptionis.
Lucidi Mancinelli *Hymnus in B. V.*; & *alia.*
Ludovici Cælestini *Miracula B. Mariæ V.*
„ Ludovici Carvejali *Declamatio pro Immaculata Conceptione.*
Ludovici a Crypteliis *Allegoriæ super Opus Marianum Fr. Bonaventuræ a Veracruce.*
Elogium Immaculatæ Conceptionis.
Ludovici de Ezura *Conciones de B. V. Maria.*
„ Ludovici Hieronymi *Corona Virginis Mariæ.*
„ Ludovici de Miranda *Tractatus de Immaculata Conceptione.*
Defensio pro Immaculata Deiparæ Conceptione.
Ludovici a Nativitate *Laudes Immaculatæ Conceptionis.*
Ludovici Prutent *De Immaculata Conceptione B. Virginis, ejusdemque usu liberi arbitrii in utero matris.*
„ Ludovici a Turre *Opus de Conceptione B. V.*
Ludovici Velluga *Vita Christi, & Deiparæ.*
Ludovici Vititani *Conciones super litteras B. V. Mariæ ad Messanenses.*
Lupi Felicis Vega *Puritas Immaculata.*
Lupi Paez *Corona Virginis per mysteria distributa.*
„ Marcelli de Ribadeneira *Corona excellentiarum B. V.*
Marci Antonii Galitii *Novum de Immaculata Virginis Conceptione encomium.*
Marci Vigerii *De Annunciatione B. Virginis.*
Margaritæ Austriacæ *Epistola pro Conceptione B. V. ad Gregorium XV.*
Mariæ a Jesu de Agride *Concordia sui Monasterii super patronatum Deiparæ Virginis.*
Vita beatissimæ Virginis.
„ Mariæ Lasso *Carmina pro Virginis Mariæ puritate.*
„ Mariæ de Pernia *De Immaculata Conceptione.*
Mariani ab Alcamo *Modus contemplandi coronam B. V. Mariæ in Stellario gaudioso*; & *alia.*
Mariani Florentini *Tractatus de corona B. Mariæ V.*
Mariani de Orscolor *Rhytmi* x. *de corona Virginis.*
Marii a Foro Saraceno *Poëma de B. V.*
Martini de Castillo
Matthæi Ferchii *De B. Virginis Immacul. Conceptione.*
„ Matthæi a Nativitate *De virtutibus, & excellentiis B. Mariæ Virginis,* & *alia.*
Matthæi de Salzedo *Gloria B. Mariæ, & excellentia ejus nominis.*
Matthiæ Bellintani *Tractatus de Immacul. Conceptione B. V.*
Sermones pro festivitatibus ejusdem.
Matthiæ Hauzeur *Interpretatio epistolæ S. Bernardi ad Lugdunen. Ecclesiam de Immacul. Conceptione.*
Matthiæ Sarburg *Anagrammata pro Immaculata Concept.*
Maximiliani Lenglez *Schola B. Mariæ Virg.*
Maternalia consilia B. V. M.
Melchioris de Cetina *Exhortatio ad devotionem erga B. V.*
Melithonis de Fontaine *De B. Virgine, ejusque Conceptione.*
„ Michaelis Angeli de Bergon *Ars amandi B. Virginem.*
Tractatus de Conceptione B. V.
„ Michaelis Arolani, al. Avellani, *Declamatio in solemnitate Conceptionis.*
Collectio carminum in laudem ejusdem mysterii.
Michaelis Boucardi *Apologia pro Immacul. Conceptione.*
Sermones de eodem mysterio.
Michaelis Calvi *Conciones de laudibus B. Virg.*
Michaelis Hungari *Index concionatorius pro Immacul. Conceptione.*
Michaelis de Talavera *Mariale.*
Monaldi Justinopolitani *Homilia de Assumptione B. M. V.*
Nicolai Barsotti *Maria Stella polaris.*
Nicolai Boneti *Tractatus de Conceptione.*
Nicolai de Lyra *Prærogativæ Virginis Mariæ.*
Nicolai Patavini *Tractatus de Immaculata Conceptione.*
Nicolai Vallæ *De laudibus Deiparæ.*
„ Oliverii Maillardi *Expositio Salutationis Angelicæ.*
„ Orontii Julinbonensis *Compendium devotionis erga B. Virginem.*
Othonis Hochbergensis *Psalterium B. Mariæ V.*
Othonis Van Passowe *Opus in laudem Deiparæ.*
Pacifici a Gera *Quæstio de Immacul. Conceptione Virginis.*
S. Paschalis *Acta potiora B. Virginis.*
Paschalis Codretti *Sertum Rosarum pro B Virgine..*
„ Patritii Conori *Triumphus Conceptionis B. Virginis.*
„ Pauli de Cruce *Mariale.*
„ Pauli de Luca *Symbola de Conceptione B. Virginis.*
„ Pelbarti de Temeswar *Stellarium B. Mariæ.*
„ *Stellarium Coronæ B. Virginis.*
Petri de Abreu *Expositio uberum B. V.*
„ Petri de Alba *Armamentarium Seraphicum pro tut. Immaculatæ Conceptionis.*
Bibliotheca Virginalis Mariæ; & *alia plurima.*
„ Petri Aureoli *Tractatus duo de Conceptione B. M* & *alia.*
Petri Barzona *De Conceptu Virginali.*
Comment. in Salutationem Angelicam.
„ Petri Bellochii *Cantus devotissimus B. Virginis ad parvulum Iesum in cunis.*
Petri Bermudez *Institutio solemnitatis præsentationis B. Mariæ Virginis.*
Petri ad Boves *Sermones duo de Immaculata Conceptione.*
„ Petri Citi *Carmen de Virgine sagittato.*
Petri Feray *Sermo de Immaculata Conceptione.*
„ Petri Folcarii *Conciones in Salve Regina.*
Petri Gabrielis *Concio de SS. Conceptione.*
Petri de Galan *Concio de festivitate Immaculatæ Conceptionis.*
Petri Gonzalez *Concio pro Immacul. Conceptione*; & *alia.*
Petri Gonzalez alterius *Certamen poeticum, & peroratio pro Immaculata Conceptione.*
„ Petri Joannis Olivi *Liber de Laudibus Virginis.*
Petri Magni *Conciones de Annunciatione, & super Salve Regina.*
Carmina sacra in laudem B. V.
Petri Manrique *De Conceptione B. V.*
Petri a Matre Dei *Fraccula Mariana.*
Petri Perquerii *Opusculum pro Immaculata Conceptione.*
Petri Sigler Opus tit. *Attributos de Maria, & Sermones.*
„ Petri a Tebar *De excellentia B. Virginis.*
Sermones de eadem.
„ Petri Thomæ *Tractatus de Conceptione B. V.*
„ Petri de Valvas *Armamentarium Seraphicum pro tutela Conceptionis B. V. tuenda.*
„ Philippi de Ayala *De Conceptione B. V., & quomodo de ea loquendum publice post decretum Pauli V.*
Philippi Cagliola *Defensio Immaculatæ Conceptionis.*
Philippi Diez *Mariale.*
Philippi Gesualdi *Diarno compuntivo de' 7. dolori di M. V.*
Philippi Politii *Conciones de Immaculata Conceptione.*
„ Philippi a Ribadeniera *De Excellentiis B. M. V.*
„ Philippi Ribotti *Expositio Salutationis Angelicæ.*
„ Philippi Salerni *Opusculum de Conceptione Deiparæ.*
Concio de eadem.
De Epistola B. V. ad Messanenses.
„ Raymundi Lulli *De gaudiis Virginis*; & *alia* plura.
„ Richerdi a Mediavilla *De Conceptione Beatæ Mariæ.*
Rivaldi de Taverni *Sermo de Assumptione V. Mariæ.*
„ Roberti Caraccioli *Sermones de Beata Virgine.*
Roderici Alvarez *Pro Immaculata Conceptione.*
Rufini Fachini *Maria refugium peccatorum.*
„ Rufini Scacciottæ *Corona B. Virginis super Salutationem Angelicam.*
Salvatoris Cadanæ *Mariale.*
Salvatore Sardi *Corona spirituales in honorem B. V.*
Samuelis de Cassiniis *Apologia contro Wigandum pro Immaculata Conceptione.*
„ Seraphini Legii *Conciones in laudem B. Mariæ V.*
„ Seraphini Pagnii *Tractatus de Conceptione B. Mariæ.*
Concio de eodem mysterio.
B. Simonis de Lipnica *Carmina in laudem B. V. Mariæ.*
„ Sixti IV. *De conceptione B Mariæ.*
Sixti V. *Sermones de Immaculata Conceptione.*
Stephani Bruliferi *Sermo de Conceptione B. Mariæ.*

„ Stephani Farrovilli *In Salutationem Angelicam Conciones Adventuales*.

Stephani Tofi *Quæstio de Immaculata Conceptione*.

„ Thomæ Halensis *Genealogia B. V. Mariæ*.

„ Thomæ Illyrici *Tractatus de Conceptione B. V.*

Sermones de B. V. Maria.

Thomæ Sconchi *Tractatus de Salutatione Angelica*.

Thomæ de Rossi *De Conceptione B. V.*

„ Thomæ Stravershani *Liber in Salutationem Angelicam*.

Thomæ Tiphernatis *Corona super omnia mysteria Vitæ B. M. V.*

„ Vincentii Bertini *Concio de Conceptione Beatæ Mariæ*.

„ Vincentii Rothomagensis *Historia B. Virginis bono occursus*.

Vitalis a Fueno *De Conceptione B. V. Mariæ*.

Apologia pro immunitate V. Mariæ à peccato originali adversus Fr. Joannem de Montesono.

Vitæ Sanctorum.

„ Adriani Huberti *Vita B. Joannæ Valesiæ*.

„ *Vita Gabrielis a S. Maria*.

Ægidii a Monteferrato *Vita B. Amadei Lusitani*.

Agnetis de Haricourt *Vita, & miracula B. Isabellæ Virg.*

Alberti Pontarliensis *Vitæ Sanctorum, Sanctarum, & Beatorum Tertii Ordinis*.

Alexandræ Sulmonensis *Vitæ multarum Ven. Monialium Ord. S. Claræ*.

Alexandri Ariosti *Vita S. Bonaventuræ*.

„ Alexandri Halensis *Vita S. Thomæ Cantuarien. Archiepiscopi*.

„ *Vita Richardi Regis*.

Alexandri Pocquelinea *Vita S. Petri de Alcantara*.

Alphonsi Balsalobre *Vita, & miracula BB. Martyrum Japonensium*.

„ Alphonsi de Cruce *De paritate S. Pauli*.

Alphonsus a Mendieta auxit *Vitam S. Francisci Solani a Didaco Cordubensi scriptam*.

Alphonsi a Molina *Vita S. Francisci* lingua mexicana.

Alphonsi de Requiescens *Relatio Martyrii Ven. Fr. Joannis Tuderani*.

Alphonsi a Scalona *De viris principibus sacræ expeditionis Americanæ, deque promulgatione Evangelii ibidem*.

Alphonsi a Solana *Vita S. Eugenii Archiep. Toletani*.

„ Amanti Zierixensis *De S. Annæ conjugio*.

Ambrosii Righetti *Miracula, & gratiæ factæ in nomine Jesu*.

Andreæ Bonfanti *Catalogus SS., & BB. Tertii Ordinis S. Francisci*.

Vita B. Lucheisii a Podibonzi.

Andreæ a Costa *Vita S. Petri Regalati*.

Andreæ Ferrarii *Relatio Vitæ S. Gulielmæ filiæ Regis Hungar.*

Relatio Vitæ B. Jeremiæ de Lambertengis.

Vita B. Miri.

Andreæ a S. Gemino *Vita B. Francisci Becceriæ*.

„ Andreæ a Soto *Vita, & virtutes S. Joseph*.

„ *Vita, & miracula S. Eugenii Archiep. Toletani*.

„ *Vita S. Alberti Leodiensis Episcopi*.

Vita S. Annæ.

„ Angeli e Comitibus *Flores vetusti vitarum Sanctorum, & Beatorum Ecclesiæ Civitatis Castelli*.

„ Angeli Galliotti *Martyrium Joannis Forenti*.

Angeli a Podio S. Joannis *Vita Ven. Fr. Thaddæi a Tocco*.

Angeli Santini *Tumba major Fratrum sui Ordinis defunctorum*.

Tumba minor eorumdem.

Angelus Tancredus una cum duobus aliis scripsit *Legendam S. Francisci*.

Opusculum de rebus a S. Francisco in Valle Reatina gestis.

Processum Vitæ, & Actorum S. Claræ.

Angeli Vulpes *Vita, Martyrium, & miracula S. Gregorii Primatis Armeniæ*.

Annæ a Christo *Vita Ven. Matris Hieronymæ ab Assumptione*.

Anna a Cruce scripsit *Vitam suam*.

Annæ a Jesu *Vita Ven. Elisabeth de Avalos, & aliarum Monialium Monasterii dicti loci*.

Annæ Mariæ a S. Joseph *Narratio epistolica vitæ, rerumque suarum*.

Anonymæ Hispanæ Capuccinæ *Vita, & revelationes Ven. Sororis Marthæ Beigas*.

Anonymæ Hispanæ Discalceatæ *Vita Ven. Matris Martæ a Jesu*.

Anonymæ Lotharingæ *Vita Ven. Philippæ a Gualtesa*.

Anonymi Belgæ II. *De vita S. Francisci*.

Anonymi Belgæ VI. *Vinea S. Francisci*.

Anonymi Galli I. *Vita S. Ludovici Regis*.

Anonymi Galli VII. *Historia Martyrum Minoritarum de Observantia*.

Anonymi Galli IX. *Vita S. Ludovici Episcopi*.

Vita S. Ludovici Regis.

„ Anonymi Capuccini Galli XIV. *Vita, gesta, & miracula S. Francisci*.

Anonymi Hiberni *Memoriale quorumdam Martyrum provinciæ Hiberniæ*.

Anonymi Hispani Escado *Vitæ Sanctorum*.

Anonymi Hispani XXII. *Historia quorumdam Servorum Dei Insularum Philippinarum, Mexici, & Floridæ*.

Anonymi Hispani XXXI. *Compendium miraculorum S. Petri de Alcantara*.

Anonymi Hispani XXXII. *Historia BB. Martyrum Japonen.*

Enarrationes Vitæ Ven. Fr. Matthiæ Hernandez.

Anonymi Hispani XXXIII. *Historia Martyrii B. Joannis de Prado*.

Anonymi Hispani XXXV. *Vita S. Felicis a Cantalicio Capuccini*.

Anonymi Itali VII. *Vita, & miracula B. Petri a S. Andrea*.

Anonymi Itali IX. *Vita B. Margaritæ Columnensis Clarissæ*.

Anonymi Itali XII. *Vita S. Antonii Patavini*.

Anonymi Itali XIII. *Opuscula, & Vita B. Angelæ Fulginatis*.

Anonymi Itali XV. *Vita B. Joannis Firmani*.

Anonymi Itali XVI. *Vita B. Francisci*, al. *Cicchi, Pisaurensis*.

Anonymi Itali XVIII. *Vita B. Luciæ Calatagironitanæ*.

Anonymi Itali XXIV. *Vita S. Joannis a Capistrano*.

Anonymi Itali XXVI. *Legendarium SS. & BB. Roberti de Arimino, Thomæ Hetrusci, Angelinæ Fulginatis, Ludovici Regis Galliarum, Elzearii, Ivonis Tertii Ord. S. Franc.*

Vita S. Claræ Assisiatis.

Anonymi Itali XXIX. *Vita, & Regula S. Francisci Assisiatis*.

Anonymi Itali XXXIX. *Vitæ undecim Beatorum, & Sanctorum Franciscanorum*.

Anonymi Lusitani *Vita Fr. Andreæ Spoletini*.

Como S. Francisco batease a Pobreza.

Ananymi Poloni *Vita B. Ioannis Lobedeau Thorunea*.

Vita B. Simonis Thorunea.

Anonymi Poloni II. *Compendium Vitæ B. Ladislai Gielnovien*.

Anonymi Siculi *Vita B. Benedicti a S. Philadelpho*.

Anonymi av. reg. inc. *Vita S. Bernardini Senen.*

Anonymorum reg. incertæ *Vita S. Claræ*.

Vita S. Antonii Patavini.

Vita S. Ludovici Episcopi.

Vita S. Elisabeth Hungaræ &c.

Vitæ Sanctorum Ord. Minor.

Antonii de Abula *Vita Ven. Fr. Philippi Bariliensis*.

Antonii de Aranda *Vita S. Annæ, & S. Mariæ Magdalenæ*.

Antonii Caputi *Vita P. Fr. Archangeli Scoti*.

Vita S. Febroniæ Virg. & Martyris.

„ Antonii Cortonensis *Vita B. Æmilianæ*.

„ Antonii Dazæ *Vita S. Petri Regalati*.

„ *Vita B. Joannæ de Cruce*.

Historia de Stigmatibus S. Francisci.

Antonii de la Llave *Relatio virtutum Ven. M. Hieronymæ ab Assumptione*.

„ Antonii a S. Maria *Vitæ SS. Francisci, & Antonii versu hispano*.

Antonii a S Maria *Historia Ven. Fr. Gabrielis a Magdalena, aliorumque 7. Minorum Discalceator. Martyrum Japonen.*

Epilogus Vitæ Ven. Matris Mariæ Magdalenæ a Cruce.

Antonii a Martyribus *Vita Ven. Agathæ a Cruce*.

„ Antonii a Montefalco *Vita B. Claræ de Montefalco*.

Antonii N. Ferrariensis *Vita SS. Gulielmæ Angliæ, & Euphrasiæ Virginis Romanæ*.

Antonii Nigri *Vita S. Bernardini*.

Antonii Olano *Relatio Martyrii Fr. Andreæ Spoletini*.

Antonii Placentini *Vita Ven. Fr. Pauli Siculi*; & *alia memorabilia*.

„ Antonii a Randatio *Vitæ Fratrum, & Sororum trium Ordinum S. Francisci Siculorum*.

Chronica Beatorum Siculorum Regul. Observ., & Reformatorum.

Vita Ven. Fr. Innocentii a Clusa.

„ Antonii Tomastini *Vita S. Didaci*.

Antonii Tudanca *Compendium Vitæ Ven. Matris Emerentianæ Copones*.

„ Apollinaris de Valloigne *Vita S. Elisabeth Hungaræ*.

Arnaldi Fulginatis *Vita B. Angelæ*.

Arnoldi de Serano *Collectanea de B. Francisco*.

Arnoldi Lazzerk *Vitæ Sanctorum in Germania celebriorum*.

„ Arturi a Monasterio *Martyrologium Franciscanum*.

„ *Vitæ multorum Sanctorum, & Beatorum*.

„ Augustini Castelli *Brevis Triumphus*

„ Mi-

Joan-

THEOLOGIA POSITIVA, SEU CONCILIA, SYNODI, DECRETA ILLUSTRATA: ITEM JUS CIVILE.

Ber-

Tho-

„ Je-

„ Jeremias Buchius recensuit, & supplevit * *Libros Conformitatum B. Mariæ V. ad Christum; & S. Francisci ad Christum Bartholomæi Pisani.*

Ignatius Aurelianensis vertit arabice *Libros de Imitatione Christi.*

Ildephonsi a Sanzoles *Index librorum omnium Didaci Stellæ.*

Joannes Albentimilliensis italicum fecit *Librum de 7. tribulationibus Angeli,* al. Gentilis, *a Cingulo.*

„ Joannes Andreæ fecit * *Epitomen Operum S. Hieronymi.*

„ Joannes Aquensis vertit e latino in belgicum *Contemplationes Idiotæ.*

„ Joannes Balainus recognovit *Expositionem S. Bonaventuræ in lib. Sapientiæ & Lamentationes Ieremiæ.*

Commentar. in quatuor Sententiar. ejusdem.

Summam Alexandri Halensis.

Compendium Theologiæ.

Joannes Baptista Garcia vertit hispanice *Compendium decretorum tac. Congreg. Rituum de Missa Bartholomæi Gavanti.*

Joannes Baptista Hispanus vertit mexice *Martyrium Christophori, Antonii, & Ioannis a Turibio Motolino descriptum.*

„ Joannes Battandus vertit gallice *Epistolarum Antonii Guevaræ lib. 4. [?]*

„ Joannes Blancona vertit gallice *Chronica Ord. Minor.*

„ *Vitas SS. & BB. Ordinis Prædicat. Seraphini Razzi.*

Mariale Philippi Diez.

Joannes Beckenhaud edidit *Repertorium in S. Bonavent.*

Joannis Be.. ni *Comment. & quæstiones analyticæ in benedictiones Patriarcharum.*

Joannes Calderon edidit latine *Fragmentum Chronici Lucii Flavii Dextri.*

Joannes Granedonc latinam fecit *Relationem Alphonsi de Benavides de thesauris spiritualibus, & temporalibus novi Mexici.*

„ Joannes Degue ex hispano latinum fecit *Speculum consolationis afflictorum Ioannis de Dueñas.*

Joannes Dominicus Hessius e theutonico latine vertit *Opuscula omnia Ioannis Nas.*

Joannes de Dueñas vertit hispanice *Speculum peccatoris a S. Augustino scriptum.*

„ Joannes Forsanus correxit *Resolutiones Melchioris Flavis.*

„ Joannes de la Haye recensuit, & publicavit *S. Bernardini Opera; & SS. Francisci, & Antonii.*

„ *Opusculum de casibus reservatis Ioannis a Trinitate* fecit latinum ex hispano.

„ Joannes Herlius e latino vertit belgice *Ioannis Lanspergii Allocutionem Christi ad devotam animam.*

„ Joannes Lagrenus emendatiores edidit *Sermones S. Augustini.*

„ *Moralia D. Gregorii.*

Quartum Sententiarum Richardi a Mediavilla.

„ Joannes Mahusius in compendium redegit *Francisci Titelmani Comment. in Psalmos;* &

„ *Erasmi annotationes in novum Testamentum.*

Opus imperfectum in Evangelium Matthæi S. Io: Chrysostomo attributum correxit; &

Expositionem S. Bonaventuræ in Lucam.

Joannes Mapellus emendavit *Sermones Benedicti Sangalli.*

Sermones de contemptu mundi Bartholomæi Pisani; &

Conformitates S. Francisci ad Christum.

Joannes Minlanus e polono latinum fecit *Librum de Societate S. Annæ Simonis Hogenoull.*

Joannes a Monte recensuit *Pharetram S. Bonaventuræ.*

Adnotatio alphabetica omnium sententiarum S. Gregorii super Iob.

Joannes Nuñez auxit *Vitam Iesu Christi Landulphi Carthusiani.*

Chronica Ordinis Minorum recognovit, & vertit.

Joannes Picardus junior illustravit *Opera SS. Anselmi, & Bernardi.*

„ Joannes de Ribas vertit e latino in mexicanum *Vitas SS. Patrum.*

„ Joannis Ricutii *Comment. in libros S. Augustini de Civitate Dei.*

„ Joannis Ridevalli *In libros S. Augustini de Civitate Dei Commentar.*

„ Joannis a Rupescissa *Comment. in Oraculum Cyrilli quarumdam prædictionum.*

Joannes Schilbert e gallico latinum fecit *Misericordiæ sacrum palatium Nicolai Gazzæi.*

Joannes Snellinck vernaculum fecit *Librum de meditatione, & oratione S. Petri de Alcantara.*

„ Joannes a Trevio vertit e græco in latinum *Homilias 25. S. Ioannis Chrysostomi.*

Joannes Ximenes vertit hispanice *Exercitia divina Nicolai Eschii.*

Historiam imaginis Iesu Christi Antonii a S. Ioseph correxit, & illustravit.

Joannes Zumarraga hispanice vertit *Opuscula Ioannis Gersonis de x. præceptis, de Confessione, de arte bene moriendi.*

Processionale Dionysii Riquer.

Joseph a S. Maria 1. ex hispano italicam reddidit *Relationem martyrum Iaponensium Ioannis a S. Maria.*

Isidorus Rota argumentis ornavit *Lectiones Cornelii Mussi in Psal. De profundis.*

Conciones Francisci Panigarolæ edidit additis notis.

Joannis Artuti *Repertorium SS. Patrum.*

Laurentius de Turano e latino fecit italicam *Arborem vitæ Crucifixi Ubertini Casalensis.*

Leo Bacoon vertit gallice ex hispano *Summam Confessorum Henrici Villalopensis.*

Lucæ Nini *Flores Epistolarum S. Hieronymi.* in add.

„ Lucas Waddingus *S. Francisci Assisiensis Opuscula commentariis illustravit.*

„ *S. Antonii concordantias morales.*

„ *Angeli del Paz Commentar. in Evangelia* in lucem emisit.

„ *Ioannis Duns Scoti Opera cum notis, & censuris.*

„ *Officia multa, præsertim Lectiones 2. Nocturni plurium SS. fidelius restituit.*

Commentar. ad Vitam, & Opuscula S. Anselmi Lucensis.

Opusculum de Sapientia Sanctorum Io: Guallensis; &

Oculum morale ejusdem edidit

Bibliotheca veterum Patrum Ordinis Minorum.

Ludovicus ab Angelis recensuit *Chronica S. Francisci.*

Ludovicus a S. Augustino vertit anglice *Stimulum divini amoris Sancto Bonaventuræ adscriptum.*

Ludovicus Benedictus vertit latine e gallico *Sermonem Gabrielis Flammæ super Evangelium S. Lucæ.*

„ Ludovicus Caviez e latino gallicam fecit *Sebastiani Flavii professionem fidei catholicæ.*

Ludovicus de Rebolledo vertit hispanice *Vitam Iesu Christi Landulphi Carthusiani.*

Ludovicus Rodriguez vertit mexice *Libros de contemptu mundi Didaci Stellæ.*

„ Marchesinus a Regio Lepidi exposuit *Hymnos, Antiphonas &c. Officii Ecclesiastici.*

Margarita de Noronha vertit lusitane *Regulam S. Claræ.*

Martialis Cenomanensis *Annotationes in librum Raymundi Lulli de amico, & amato.*

Blaquernam Raymundi Lulli gallice reddidit.

Martini de Castillo *Comment. super Sermones S. Petri Chrysologi.*

„ Martinus Myricanus e latino fecit belgicam *Chrystophori a Capitefontium Defensionem religionis aulicæ.*

„ Martini Turnhout *Declaratio itinerarii mentis in Deum S. Bonaventuræ.*

„ Matthæus Botica hispanicum reddidit *Speculum disciplinæ S. Bonaventuræ adjudicatum.*

Matthæus le Heurt vertit e latino gallice *Vitam Ven. Mariæ de Malliaca.*

Matthæi a Nativitate *Philomena S. Bonaventuræ* castellane traducta.

Matthæus Weynstenius *Comment. S. Bonaventuræ in Lucam* expurgavit.

Matthiæ Bellintani *Introductiones scripturales in Sermones S. Bonaventuræ, & in Evangelia totius anni.*

Matthiæ Hauzeur *Anathomia totius augustissimæ doctrinæ S. Augustini.*

Michael Angelus de Bergon ex italico gallica reddidit pia *Opuscula Alexis Segalæ.* &

Horologium spirituale Francisci de Coriolano.

„ Michaelis Angeli a S. Romulo *Index vocum latinarum &c. in Concordantiis Marii de Calasio.*

Michaelis de Medina *Animadversiones in S. Cyrilli librum adversus Anthropomorphitas.*

Modestus Romanus e latino vertit italice *Regulam perfectionis P. Benedicti Canfeld.*

Nicolaus Barsotti ex italico vertit germanice *Paradisum interiorem P. Manuel Capuccini.*

Nicolaus Hanus e latino vertit belgice libellum tit. *Ignitum cum Deo colloquium Gerlaci Petri Daventrien..*

„ Nicolai Mutii * *Omneloquium S. Gregorii Papæ.*

„ Nicolaus Vigerius vertit hollandice *Ioannem Climacum, & Ioannem Taulerum*

„ Nicolaus Zegerus vertit ex teutonico latine *Speculum vitæ Christianæ Thomæ Herendalensis.*

Onesimus de Kieu vertit ex hispano in latinum *Homilias Hieronymi Baptistæ Lanuzæ.*

Paradisum virginalem P. Ioannis de Motha; &

Triumphum Iesu Christi ejusdem.

„ Paschasius Aurantius vertit gallice *Pra-* „ *tum*

HISTORIA, ET ILLI AFFINIA.

Historici.

„ An

„ Dio-

„ Dionysii de Pulinari *Chronicon Mi-*
„ *nor. Regul. Observ. provinciæ Tusciæ.*
„ Dominici Bonaventuræ de Fessis *Me*
„ *moriale, seu Chronica Ordinis Mi-*
„ *norum.*
„ * *Vita B. Francisci Fabrianensis.*
Dominici Davila *Historia provinciæ S. Gabrielis.*
Dominici Interiani *Theatrum Principum de Cybo.*
Dominici Mariani.
„ Donati Monoæi *Historia provinciæ Hiberniæ.*
Elzearii Dombotiensis *Typus Ordinis de Pœnitentia S. Francisci.*
„ Emmanuelis ab Insula *Historia pro-*
„ *vinciæ S. Antonii in Lusitania.*
Emmanuelis a Monte Oliveti *Historia provinciæ Portugalliæ.*
Emmanuelis de Niza *Historia provinciæ Pietatis.*
Eugenii Roger *Historia Vitæ, & mortis Principis de S. Dey.*
Relatio Zagæ Christiani Principis Æthiopiæ.
„ Euphrasiæ Alphaoi *Chronica Mona-*
„ *sterii Montis Lucis.*
Fabiani Unechovoslu.
„ Faustini Tassi *Libri 13. rerum ge-*
„ *starum inter Catholicos, & hære-*
„ *ticos.*
Felicis Bini *De civitate Assisii, & vera patria Propertii.*
„ Felicis Giatti *De origine Ecclesiæ Ca-*
„ *thedralis Perusinæ, & primo ejus*
„ *Episcopo.*
„ *Annales, & historiæ Perusinæ.*
De annulo sponsali B. Mariæ Virg.
De statua ænea in agro Perusino inventa.
Perusium Propertii patria.
Illustres Mulieres Perusini.
Annales Ordinis Minorum inchoati.
Felicis Reinecciі *Sapientia Franciscana.*
Descriptio provinciæ Tiroli.
„ Francisci Andegavensis *Historia Mis-*
„ *sionis Capuccinorum ad regnum*
„ *Marrochii.*
„ *Vita Iosephi le Clerc.*
„ Francisci Barbarani *Historia Eccle-*
„ *siastica urbis, diœcesisque Vicentinæ.*
„ Francisci Bartholi *Historia Indulgen-*
„ *tiæ S. Mariæ de Portiuncula.*
Francisci Bordoni *De antiquitate Religionis Tertii Ordinis.*
Chronologium Tertii Ordinis.
Status Cœnobiorum Tertii Ordinis.
Francisci Gambariensis *Historia Episcoporum civitatis Augustæ Prætoriæ.*
Francisci de Garonellis *De terra Corraitensi.*
Francisci a S. Clara *Historia FF. Minor. provinciæ Angliæ.*
„ Francisci Coriolani * *Breviarium Chro-*
„ *nologicum Pontificum, & Concilio-*
„ *rum omnium.*
B. Francisci a Fabriano *Chronicon Conventus Fabrianensis; ubi & series Ministrorum Gener., & de Indulgentia S. Mariæ de Portiuncula.*
Francisci Feraidentii *Historia fundationis Ecclesiæ, & Abbatiæ Montis S. Michaelis.*
Antiquitates Harflevii oppidi.
Francisci Formæ *Descriptio Cataloniæ, & sex illius comitatuum.*
Francisci Ghinuccii *Iter per Hispaniam Raynoldi Gratiani Ministri Gener.* v. add.
Francisci Claviotch *Memoriæ Medvianæ.*
Historia B. Virginis Tersattanæ.
De origine, & rebus memorabilibus provinciæ Bosnæ.
De translatione domus Virginis a Nazareth in Tarsactum.
„ Francisci Gonzagæ *De origine Sera-*
„ *phicæ Religionis.*
Francisci Guidii.
„ Francisci Ledesma *Monumenta Ordi-*
„ *nis.*
Francisci Macedo *Epitomes Chronologiæ ab orbe condito ad an. 1634.*
Vita D. Ludovici de Ataide; & *alia.*
Francisci de Madrid *Catalogus Scriptorum Ord. Min. Discalceat.*
Francisci Mariæ Giancardi *Historia purissimæ Virginis a Ligne Genuensis;* & *alia* hujus generis.
Chronologia sacra originis Ecclesiarum, & Conventuum Savonæ.
Francisci a S. Maria *Reformatio Discalceator. B. Virginis de Monte Carmelo.*
Francisci Mariæ de Septalia *Vita Sixti IV.*
„ Francisci Matthæi *Historia brevis*
„ *provinciæ Hiberniæ.*
Francisci de Mediano *Historia provinciæ S. Marthæ.*
„ Francisci Mellado *Historia provinciæ Angelorum.*
Francisci a Mestabbio *Historia provinciæ Tusciæ Reformatæ.*
Francisci a Montesureo *Chronologica descriptio provinciæ Principatus.*
Francisci a Montecalerio *Narratio suæ Missionis in Vallibus Macræ* &c.
Francisci a Montilla *De propagatione fidei in insulis Philippinis.*
Francisci Noloni *Relatio provinciæ S. Angeli.*
Francisci Ortiz *De temporibus, & gestis Conciliorum.*
Francisci Paludoni *Relatio super conversione novi Mexici.*
„ Francisci Panigarolæ *Compendium to.*
„ *1. & 2., & dimidium tertii Anna-*
„ *lium Baronii.*
„ *Narratio victoriæ navalis contra*
„ *Turcas ad Echinades.*
Obsidio Parisiensis.
Francisci Pradiel *Tabula historica.*
Francisci Quiñonii *Registrum sui Generalatus.*
Francisci Resisi *Catalogus Episcoporum Nicienium.*
Francisci de Rojas *Annales Ordinis Minorum.*
Francisci de Rosario *Liber de ritibus, consuetudinibus, vestituque Marallorum.*
„ Francisci Titelmanni *De fide, religio-*
„ *ne, & moribus Æthiopum.*
Vita P. Amandi Zierixeensis.
Vita Ioannis de Mysica Lovaniensis.
Francisci Velasquez *Historia provinciæ Angelorum.*
Francisci de Villafranca *De rebus Indicis*
Francisci Ximenii Gerunden. *Historia Ecclesiastica.*
Historia Regis Wambæ.
Fulgentii ab Isæo *Historia chronologica civitatis Isei.*
„ Gabrielis Barri *De antiquitate, & si-*
„ *tu Calabriæ.*
Gabrielis Navi *Genealogia familiæ, & prosapiæ Navorum.*
„ Galfredi Lingii *Chronicorum lib. 1.*
Galfridi a Hogain *Annales ab anno 1336. ad 1370.*
Gandulphi Siculi *Relatio de statu rerum Orientalium.*
Gasparis Barreidos *Censura de Beroso Chaldæo Annii Viterbiensis.*
Gasparis de Fonte *Historia Capituli Generalis Toletani.*
Gasparis Franchi *Historia brevis Ministrorum Generalium, & Doctorum Ordinis Minorum.*
Gaudentii Pesosini *Descriptio provinciæ S. Francisci.*
Genesii Rovignani *Historia.*
Gentilis de Cingulo *Historia septem tribulationum Ordinis Minorum.*
Georgii Benigni Salviati *Liber de Raptis.*
Georgii a Santjago *Historia provinciæ Algarbiorum.*
Gervici Haveland *Historia hæreseos introductæ, & apostatarum nomina tit. Daniel Sutatensis.*
„ Gilberti Tornacensis *Hodœporicon pri-*
„ *mæ profectionis S. Ludovici Regis in*
„ *Syriam.*
„ *Chronicon.*
Gregorii de Bolivar *Historia Americani orbis.*
Gregorii a Larino *Historia Monasterii Monialium Calatiæ urbis.*
Relationes duæ suæ provinciæ Reformatæ.
Gualteri Brugensis *Catalogus Prælatorum Pictaviensium.*
Guidonis Bonatti *Historia cædis Gallorum prope Forolivium.*
Gulielmi Cheriensis *De statu, vita, & conversatione Regularium in Oriente.*
Gulielmi Macrocochi *Relatio suæ Legationis CPolitanæ.*
„ Gulielmi Ruysbroki *Relatio de Tar-*
„ *taris.*
Haymonis Feversham *Relatio disputationis cum Græcis.*
„ Henrici Caletensis *Vita Honorati de*
„ *Campigni.*
Henrici Hasvillei *Isagoge Chronologica.*
Henrici Sedulii *Descriptio provinciæ Germaniæ inferioris.*
„ *Virgo Mosæ Trajectensis.*
„ Henrici Willot *Athenæum Orthodoxo-*
„ *rum Sodalitatis Franciscanorum.*
„ Hermanni Germani *Vitæ Romanorum*
„ *Pontificum.*
Chronicon de floribus temporum.
„ Hieronymi d'Alicante *Magnanimatis*
„ *Hispanicæ.*
„ Hieronymi Bocchii * *Monopanthon*
„ *harmonicum chronologicum.*
Breviarium historicum.
Hæresum, & hæreticorum chronologia, doctrina, & confutatio.
Encomia historica Florentiæ, & insignium Florentinorum.
Narratio de Ordinibus Regularibus, & Militaribus.
La bellezza della città di Fiorenza.
Hieronymi Comitis *Relatio translationis imaginis S. Mariæ Montis Virginis.*
Hieronymi Dinami *Historia originis Capuccinorum in Calabria.*
Hieronymi a Jesu *Relatio succincta rerum Iaponicarum.*
„ Hieronymi Kakovuski * *Supplementum*
„ *Chronicarum provinciæ Poloniæ.*
„ Hieronymi Marafinioti *Chronica, &*
„ *antiquitates Calabriæ.*
Hieronymi Masipetri *Vita Clementis VII.*
Hieronymi Mendietæ *Historia Ecclesiastica Indiana.*
Hieronymi Neapolitani *Chronica Capuccinorum provinciæ S. Angeli.*
Hieronymi Pallantetis *Vita P. Iacobi Fabretti Generalis.*
Hieronymi Pratelli *Historia de origine, & successione Capuccinor.*
Hilarii Altobelli *Chronica numeri annorum mundi, & Ordinis Minorum.*
Chronica Cœnobiorum Ordinis Minor.

g „ La-

Di

De Sanctis, & Doctoribus, qui Germaniam ad Christi fidem converterunt.

Petri de Navarro, *Relatio Capituli Gener. Toletani.*

Petri Orotii *Historia provinciæ S. Evangelii.*

Petri Quintinopolitani *Speculum Oriniacense.*

„ Petri Rodulphi *Historia Seraphica.*
Chronicon urbis Senogalliæ.

„ Petri de Salazar *Chronica provinciæ* „ *Castellæ.*

„ Petri Simonis *Notitiæ historiales de* „ *victarum Indiarum Occidentalium.*

Petri de Sosa *De lubrico statu regni Chili.*

„ Petri Terræ *Monumenta Ordinis.*

Petri Thomæ *Chronologia ab Adamo usque ad Romanos Imperatores.*
Catalogus Summorum Pontificum a Christo Domino usque ad Benedictum XII.

„ Philippi Boschieri *Speculum vitæ S.* „ *Francisci, & sociorum ejus.*

„ Philippi Brusecii *Compendium histo-* „ *riarum Ord. Minor.*

„ Philippi Cagliolæ *Manifestationes pro-* „ *vinciæ Siciliæ Minor. Convent.*

Philippi Florentini *Recollecta Ordinis Minorum.*

Philippi Nuti *Epitome PP. Capuccinorum Fulginen. Cœnobii.*

„ Philippi Perusini *Historia Ordinis* „ *Minorum.*

„ Philippi a Sosa *Chronicon Ordinis.*

Placidi Gallemanti *Descriptio provinciæ S. Dionysii Recollector.*
Vita D. Gallemant Carmelitæ Doctoris Sorbonici.

Pontii N.

Roberti a S. Jacobo *Relatio suæ provinciæ Algarbiorum.*

Rubertus Regnaud illustravit *Historiam Martini a Senlesa Martyris.*

Roderici de Santiago *Historia provinciæ Algarbiorum S. Francisci.*

Rodulphi Offraher *De Scriptoribus Ordinis Minorum.*

„ Rogeri Bacconi *De regionibus mun-* „ *di.*
„ *Descriptiones locorum mundi.*
„ *De rerum mirabilibus.*

„ Salimbenis de Adam *Chronicon Ita-* „ *liæ.*
„ *Historia sui temporis.*

Salvatoris Melis *De vera sanctitate Luciferi Episc. Calaritani.*

„ Salvatoris Vitalis *Annales Sardiniæ.*
Chronicon sacrum Corsicæ.
Historia Seraphica.

Scipionis Bellabonæ *Memoriale historicum civitatis Abellinensis.*

Silvestri Maruli *Historia Religionis Franciscanæ.*

Simonis Fortani *Historia catholica suorum temporum.*

Sixti Nursini *Compil. Chron., & Commiss. super Chron. Capuccin.*

Sixti Senensis *Bibliotheca Sancta.* v. add.

„ Stephani de Burellas *Centuria de Co-* „ *mitibus Barcinonensibus.*

„ Stephani de Exonia Hibernici *Anna-* „ *les Montisfernandi.*

Stephani Quadramiro *Historia Ven. Mariæ a S. Antonio.*

Stephani de Perea *De conversione Xumanorum.*

Stephanus Tarcinus.

„ Thomæ Ecclestoni *De adventu Mi-* „ *norum in Agliam.*
Regulæ, institutiones, & res gestæ FF. Minor. in Anglia.

De apparitione Seraphim, & impressione stigmatum S. Francisci.
De locis FF. Minorum, & Prædicatorum in Tartaria.
Nomina Ministrorum Gener. Ordinis, & Provincialium Angliæ.

„ Thomæ Fulginatis *Ruinæ multarum* „ *civitatum in Italia.*

Thomæ Jurdanis *De primis PP. Minoribus a S. Francisco in Hispaniam missis.*
Historia FF. Minorum in Aragonia, & Cæsaraugustani Cœnobii.

„ Thomæ Ottesboni * *Chronicon Re-* „ *gum Angliæ.*
„ *De successione Comitum Northum-* „ *briæ.*

Thomæ Papiensis *Chronicon magnum.*

„ Turibii Motolini *De moribus Indo-* „ *rum.*
„ *Historia duodecim primorum Fran-* „ *ciscanorum, qui in India prædica-* „ *runt.*
Memoriales historici.

Valentini Servantii *Diarium Concilii Tridentini.*

Valeriani a Pinasolo *Historia Missionis Capuccinorum in Subalpinis.*

Valerii Polidori *Memorie della Chiesa di S. Antonio di Padova.*
De festis diebus Christianorum, ac Judæorum.

Vincentii Rothomagensis *Historia B. Virginis boni Occursus prope Agendicum.*

Vitalis Algeziræ *Epilogus totius Ordinis S. Francisci.*
Arbor originis, & progressus FF. Capuccinorum.
Historia Chronographica FF. Minorum.

Ursulæ Formicinæ *Monumenta Romani Monasterii SS. Cosmæ, & Damiani in Micaaurea.*

„ Zachariæ Boverii *Annales Capuccino-* „ *rum.*

Zachariæ Lexoviensis *Tractatus de mirabilibus regionis Gallicæ.*

Qui Autores profanos illustrarunt.

Albertus de Placentia correxit *Opus de claris mulieribus Philippi Bergomen.* v. add.

„ Alexander Barclejus *Salustium de bel-* „ *lo Jugurthino.*

Antonius de Marchia e latino italicum fecit *Librum Joannis Boccacci de fœminis illustribus.*

Antonius Raudensis vertit latine *Vitam Homeri.*

Archangeli Putei *Interpretationes in Cabalistarum selectiora dogmata Joannis Pici.*

„ Balthassaris de Victoria *Theatrum De-* „ *orum gentilium.*

Felix Ciatti vertit italica *Vitas Jo. Baptistæ Poggii, & Pompeji Pellini, auctore Jo. Antonio Campano.*
Vitas Bracchii Fortebraccbii, & Nicolai Piccinini auxit
Apologiam de patria Bracchii auctam vertit italice.

„ Franciscus Maceratensis ornavit argu- „ mentis *Libros Josephi de bello Judaico.*

„ Francisci Panigarolæ *Paraphrasis in* „ *Demetrium Phalereum*
„ *Annotationes in varia Cornelii* „ *Taciti loca.*

„ Francisci Villalupensis *Commentarii in* „ *Historiam naturalem Plinii.*

Franciscus Vitalis hispanice transtulit *Salustium.*

Gasparis Franchi *Expositio in tractatum Ciceronis de Fato.*

Gulielmus Brunus italice vertit *Librum Jordani Ruffi de arte equorum cognoscendorum, curandorum, & tractandorum.*

Gulielmus Farinerius.

„ Joannes Gualleasis illustravit *Mytho-* „ *logiam Fulgentii.*
„ *Fabulas Ovidii.*
„ *Valerium Maximum.*
Compendiloquium de Vitis Philosophorum.
Breviloquium de virtutibus antiquorum.

Joannes Jucundus Veronensis correxit, edidítque *C. Plinii secundi Epistolas.*
Julium Obsequen. de Prodigiis.
M. Vitruvium.
Sex. Julii Frontini Strategemmata.
Autorem de Aquæductis.
M. Portii Catonis, Varronis, Columellæ, & Palladii libros de re rustica.
Epitomen Aurel. Victoris de Vitis Impp.
C. Jul. Cæsaris Commentarios notis illustravit.
Inscriptionum antiquarum fecit *collectionem.*

Jo. Pierii Valeriani Bolzanii *Commentar. de sacris Ægyptiorum, aliarumque gentium sacris.* in add.

„ Joannes Ricutius Velinus edidit *An-* „ *notationes in Tit. Livium.*
„ *Commentaria in Lucium Florum* „ *Rer. Romanar.*
„ *In Julium Solinum Enarratio-* „ *nes.*
„ *In Tabulam Cebetis.*
„ *In Claudianum.*
„ *In Eutropium.*
„ *In Fenestellam annotationes.*
„ *In libros Plinii naturalis Histo-* „ *riæ geminum Indicem concinnavit.*

„ Joannes Ridevallus exposuit *Mytho-* „ *logias Fulgentii.*
„ *Expositionem moralem super fa-* „ *bulas ducentas & octoginta Ovidii* „ edidit.

Jordani de Santaren *Proverbia Senecæ.*

Josephus Maria Muzzarelli vertit ex hispano Opus ut. *Notizia degli Aji, e Maestri de' Principi Infanti* &c. *Roderici Mendez de Silva.*

„ Lucas Paciolus transtulit italice, ca- „ stigatumque illustravit *Euclidem.*

Lucas Waddingus edidit *Florilegium de dictis, & factis Philosophorum Joannis Guallensis.*

Sebastianus Munsterus illustravit *Geographiam Ptolomæi.*

„ Stephanus Farrovilh a græco vertit „ gallice *Isocratis Orationem ad De-* „ *monicum.*

„ Thomas de Spinosa in compendium „ redegit lingua vernacula *Plutarchi* „ *Opus de viris illustribus.*

Vincentii Scapittæ *S. P. Q. R. Epitaphia in laudem Alexandri Farnesii.*

Itineraria, præcipue Terra Sancta descripta; item Mons Alverniæ.

Alexandri Ariosti *Topographia Terræ Sanctæ.*
De sacra peregrinatione ad S. Catharinam Montis Sinai, Maurorum moribus, Presbyterique Joannis.

„ Alexii a S. Laudo, al. Lopez, *Rela-* „ *tio Promontorii Viridis.*

PHILOSOPHIA

In Philosophiam universam, aut carptim.

Da-

LOGICA.

„ Joan

„ Joannis Pauli Pallanterii *Prælectiones In lib. 2. Posteriorum.*
Joannis Riccii *Apparatus ad Imaginationem Doctoris Subtilissimi tutelandam.*
„ Joannis Winchelsei *In Aristotelis Logicam.*
Josephi Cordicii *Commentarius in Logicam Aristotelis.*
„ Josephi Ferrer *Logicæ, Physicæ, & Metaphysicæ Summulisticum prælu- dium.*
„ Irenæi Brassavoli *Quæstiones universales Scoti.*
Quæstiones de primis, & secundis intentionibus.
Juliani Consii *Commentar. in Aristotelis libros Perhierm. Posterior., & Prædicament.*
„ Juliani Verrochii *Adnotationes in Dialecticam Aristotelis.*
Julii Pruniani *In universalia Porphyrii.*
In prædicamenta, & posteriora Aristotelis.
Laurentii à Vallico *Commentar. in Summulas Petri Hispani.*
Ludovici Bruni *Disputatio de principio individuationis.*
Ludovici Cremensis *Explanatio in universalia Scoti.*
„ Ludovici Rodriguez Noyensis *Comment. in Logicam Scoti.*
„ Marci Bianci *Tractatus de secundis intentionibus.*
Marci Corona *Instructio terminorum Logicalium*
Matthiæ Doringi *Dialectica.*
„ Mauritii de Porto Hibernici *Expositio in quæstiones dialecticas Jo: Scoti super Porphyrium; & alia.*
Mauri Saraceni *Tractatus de scientia demonstrativa.*
Michaelis Dirleton *Logicalia.*
Michaelis Dominici *Commentaria in Porphyrium.*
Nicolai Occami *De latitudine oppositorum.*
„ Nicolai de Orbellis *Super Summulas Petri Hispani lib. 7.*
Octaviani Ravennatis *In Logicam Aristotelis.*
„ Pauli Scriptoris Snevi *Summulæ Logicæ.*
„ Petri de Cruce *Tractatus de entibus rationis.*
Summulas Joannis de Monte contexit.
Petri David *Summula Philosophiæ ad mentem Scoti.*
„ Petri Fermoseli *Commentaria in Logicam Francisci Titelmani.*
Petri Joannis Olivi *Compilatio Logicalium.*
Petri Martyris Rusca *Syllogistica methodus.*
Petri Thomæ *Opus de modis distinctionum.*
De conceptu entis.
„ Raymundi Lulli *Logica parva.*
„ *Logica nova; & alia plurima.*
Rogerii Bacconis *Summa Dialectices.*
„ Samuelis de Cassinis *Liber Isagogicus Logicæ in 7. tractatus.*
Sanctis de Salvis *Compendium totius Logicæ.*
Seraphini Rotellæ *Fructus honoris in Isagogen Porphyrii, & in universam Aristotelis Logicam.*
Flores in Aristotelis organum.
„ Simonis Ardæi *De secundis intentionibus.*
„ Simonis Fortuni *Dialectica; & alia.*
„ Thomæ Dokingi *Commentar. in posteriora Aristotelis.*
Thomæ Murneri *Chartiludium Logicæ.*
„ Thomæ Obicini *Isagoge arabica in scientiam Logicæ.*
„ *Logica arabica.*
Victor Brunus.
Vincentii Ciotiæ *Disputationes Logicales.*

IN PHYSICAM.

Adami Bocfeldii *De generatione, & corruptione.*
Adam de Marisco. v. add.
Alberti Vacette *Commentar. in lib. de generatione.*
Alexandri Floravantii *De multiplicatione specierum.*
Anonymus Belga sv. vertit belgice *Bartholomæi Anglici librum de proprietatibus rerum.*
Antonii Andreæ *Quæstiones 13. de tribus principiis rerum naturalium.*
„ Antonii N.* Trombettæ *Quæstiones naturales.*
Augustini Mandriolæ *De cultura, & varietate fructuum acidorum, vulgo agrumi.*
Manuale Olitorum.
De florum medicis virtutibus.
Augustini Righini *Tractatus de terræmotu.*
Balduinus Junius.
„ Bartholomæi Glanuvilli *Opus de proprietatibus rerum.*
Bartholomæi Mastrii *Commentar. in 8. libros Physicorum.*
In libros de generatione, & corruptione.
Basilii Netii *Commentar. in libros Physicor. Aristotelis.*
Bonaventuræ de Iseo *Compostella.*
„ Cæsaris Lanzæ *Quæstio de reactione.*
Caroli Angelini *De motu perpetuo, & mechanicis.*
„ Cornelii Biragi *De generatione, & corruptione.*
Dionysii Camiotti *De generatione, & corruptione.*
Eliæ Cortonensis *Præcepta artis chimicæ.*
De lapide Philosophorum conficienda.
„ Francisci ab Aquaputrida *Diadema Philosophicum*
Franciscus Bentonus emendavit *Jo: Canonici Expositionem in 8. libros Physicorum.*
Francisci a S. Clara *Dicassio miraculi restaurata tibiæ.*
„ Francisci Florentini *Tractatus de quidditate fortunæ.*
Francisci de Fortio *Commentarii super octo libros Physicos.*
Francisci de Marchia *Commentar. in Libros Physicorum.*
Francisci de Mayronis *Expositio in 8. libros Physicorum.*
„ Francisci Panigarolæ *Paraphrasis in libros Physicorum Aristotelis.*
„ Francisci de Pitigianis *Comment. in 8. libros Physicorum.*
„ Francisci Sampsonis *Quæstiones super 8. libros Physicor.*
„ Francisci Titelmani *Compendium naturalis Philosophiæ.*
„ Francisci Ximenii *De plantis, & animalibus Indiarum novæ Hispaniæ.*
Gabrielis Bruni *Quæstiones super Physicam.*
„ Gaspar de Fonte *In Physicam.*
Gasparis Franchi *Paraphrasis in libros de Physica auscultatione.*
Paraphrasis in libros de generatione, & corruptione.
Gasparis Sghemmæ *Comment. in 8. libros Physicorum.*
Gerardus Oddonis
Gulielmi Alnevici *In Physicam Aristotelis.*
Gulielmus Occham.
„ Gulielmi Wodfordi *In Physicam Aristotelis lib. 8.*
„ Henricus Cremonensis.
Hieronymus Cribellus.
Hieronymi Girelli *Interpretatio in proœmium Physicæ Aristotelis.*
Hieronymi Medicei *Expositio in Physicam Aristotelis.*
Tractatus de formarum intensione, ac remissione.
„ Jocobus Alexandrinus, al. de Blanchis.
„ Jani Lacinii *Margarita Novella.*
„ *De arte chimica, & Philosophorum lapide.*
Joannis Antonii Delphini *De coelis, & significationibus ignearum flammarum, puteris &c. Cremonæ.*
Expositio textus Aristotelis in libros Physicorum.
Joannis Edæi *In Physicam Aristotelis.*
„ Joannis Berwic *Quæstiones de formis.*
„ Joannis Canonici *Quæstiones in 8. libros Physicorum.*
„ Joannis Edæi *In Physicam Aristotelis.*
Joannis e Forosempronio *De admirabili hominis structura.*
Joannis Londinensis *De Ponderibus.*
Joannis Mariæ Netini *Annotationes in 8. libros Physicorum.*
Joannis Mariæ Sforza *Selectiora de physico auditu.*
„ Joannis Metensis *Quæstiones in libros Physicor.*
Joannis Porchetti *Scriptum breve super libros Physicor.*
Joannis Stobnicensis *Parvulus Philosophiæ naturalis.*
Joannis Wadloki *De mortis proprietatibus.*
Ludovici Cœlestini *Super 7. artes liberales.*
Ludovici Rodriquez Noyensis *Comment. in 8. libros Physicor.*
„ Ludovici Treghottæ *Tractatus de incendio montis Vesuvii, ejusque effectibus.*
Marci Antonii Raynaldi *Comment. in 1. Physicor.*
„ Matthæi Silvagii *Comment. in 8. libros naturalium Aristot.*
Mauritii Centini *In 8. libros Physicorum disputationes.*
„ Mauri Saraceni *Compendium Physicum.*
In libros de physico auditu; & alia.
Octaviani Ravennatis *In Physicam Expositio.*
Petri Pauli Carusta *Comment. in 8. libros Physicorum.*
Petri Ravennatis *De extensione.*
„ Philippi Florentini *Conclusiones collectæ e libris Physicor. Arist.*
Philippi de Rovillac *Liber Alchimiæ.*
„ Raymundi Lulli *De mixtione principiorum;* & alia.
„ Roberti Crucii *In Physicam Aristotelis.*
„ Rogeri Bacconi *De lapide philosophico.*
„ *De occultis operibus naturæ.*
„ *De potestate mirabili artis, & naturæ;* & alia.
Salvatoris Cadanæ *Dicta physica in 8. libros Physicor.*
„ Samuelis de Cassinis *Comment. in 8. libros Physicor.*
„ Theodoricus Andreæ.
Thomæ Capponi *Opusculum contra experimenta pro vacuo.*

Vi-

Victor Brunus.
Vincentius Borgensis *Opus de proprietatibus rerum Bartholomei Anglici* e latino vertit hispanice.
Vincentius Ciorla.
Viti Piza *Quaestio, an compositum suo forma sit praestantius.*

In libros de Coelo.

Adam Bocfeldius.
Alexandri Floravantii *De caelo, & mundo.*
„ Bartholomaei Glaunvilli *De mundo, & „ caelestibus.*
Bartholomaeus Mastrius.
Bernardini Trevisani *Opusculum, an judicialis astrologia sit scientia.*
„ Bernardini Ursati *Tractatus varii in „ Astrologiam.*
Bonaventurae Capridonii *Discursus super occultatione martis.* in add.
Cornelii Ghirardelli *Sermones Astrologici;* & alio.
Dionysius Cominotti.
„ Dominici Pantaleonis *De substantia orbis.*
Francisci Bordoni *Tabulae Pascholes.*
Francisci a S. Clara *De judiciis astrologicis.*
Francisci Florentini *De Astrologorum perpendendis judiciis.*
Gabrielis a' Bullando *Tabulae Ambianenses.*
„ Gualteri Cattoni *Contra Astrologos „ judiciarios.*
„ Guidonis Bonatti *Tractatus decem „ Astronomiae*, &c.
Hilarii Altobelli *De occultatione stellae Martis.*
De nova stella.
Tabulae regiae Astronomicae; & alia.
„ * Joannis Antonii Delphini *De caele„ stibus glebis, ignorantque motibus.*
Joannis Baptistae Jalonae *De arte Astrologiae.*
„ Joannis Barwic *Super prognostica „ Astrologorum.*
„ Joannis Gavineti Opus tit. *Caeli enar„ rant.*
„ *Abbreviatio Abrahae Avenezrae „ de luminaribus, & diebus criticis, „ & Astrologia Hippocratis.*
Joannis Mariae Sforza *De caelo, & mundo.*
„ Joannis Pecham *Theorica planetarum.*
Joannis Salomis *De emendatione Romani Kalendarii.*
„ Joannis Somerii *Astrorum canones.*
De qualitate anni.
Kalendaria tria.
Joannis Wadloki *De planetarum cursu, conjunctione* &c.
Ivonis Parisiensis *Astrologiae nova methodus.*
„ Nicolai Ochami *Astrologi judicium.*
Petri Antonis Rosini *Compendium librorum de caelo, & mundo.*
Petri da Orbarana *Instrumentum altipolarium, additis rationibus pro terrae immobilitate.*
Novus baculus Geometricus.
„ Raymundi Lulli *Ars Astrologiae.*
„ *De planetis.*
Rogeri Bacconi *De utilitate Astronomiae.*
Prognostica ex syderum cursu.
De Cometa.
Kalendarium ad verum conjunctionem solis, & lunae accipiendam.
Stephani Octoul *Inventa astronomica.*
Thomae a Bradwardina *Tabulae astronomicae.*
Thomae Murnesi *Quadripartitum majus Astrologiae.*
Vincentius Ciorla.

In meteora.

Adam Bocfeldius.
Alexander Floravantius.
„ Bartholomaeus Glaunvillus.
Bernardini Trevisani *Comment. in Meteora Aristotelis.*
S. Bonaventurae *In Meteora Aristotelis Commentar.*
Francisci Macedo *Theatrum Meteorologicum.*
Gaspar Franchi.
„ Joannes Antonius Delphinus.
Joannis Baptistae Chiodini *Praxis sphaerica ad libros Meteorum Aristotelis juxta Scotum;* & alia.
Joannis Forosempronien: *De ventis, & Meteoris.*
Joannis Mariae Sforza *Meteorologicae lucubrationes.*
Jo: Pierii Valeriani Bolzanii *Declamatio de fulminum significationibus.* in add.
Joannes Wadlokus.
Rogerus Bacconus.
„ Simonis Tunstedi *In Aristotelis Me„ teora.*
Vincentius Ciorla.

In Lib. de Anima.

Alexandri de Alexandria *Commentar. in libros Aristotelis de Anima.*
„ Alexander Halensis.
Angeli Vulpes *Judicium de vera animae rationalis immortalitate ex Scoto.*
Antonii Posii *De rebus animi obscuris.*
„ Antonii Radomski *Ars reminiscen„ tiae, & libri de anima.*
Antonii Trombettae *Tractatus de animarum humanarum plurificatione.*
Bartholomaei Mastrii *Comment. in libros de Anima.*
S. Bonaventura.
„ Callixti Neapolitani *De triplici statu „ animae humanae.*
„ Claudii le Petit *Liber de spiritibus „ creatis.*
„ Constantini a Berbansone *Anatomia „ Animae.*
Francisci de Caronellis *Liber de Fato.*
Francisci de Ricia *Liber de tribus statibus Animae.*
„ Francisci Panigarolae *Tractatus de me„ moria locali.*
Gasparis Franchi *Paraphrasis in libros de Anima.*
Expositio in tractatum Ciceronis de Fato.
Gulielmus Occham.
„ Hieronymi Girelli *Tractatus de specie„ bus intelligibilibus.*
Quaestiones de primo cognito, & cognitione singularis.
„ Hieronymi Macafiniosi *De arte remi„ niscentiae.*
Hieronymi Tinelli *In libros Aristotelis de Anima.*
„ Hugonis Carbonelli *Comment. in li„ brm Scoti de Anima.*
Hugo Cavellus.
Joannis Baptistae Chiodini *In libros Aristotelis de Anima.*
Joannes Coloniensis.
„ Joannis Ferrariensis *De natura animae „ rationalis.*
Joannis Pauli Pallantesii *Tractatus in libros Aristotelis de Anima.*
Joannis Peckam *De Anima.*
„ Joannes de Ripa Transona.
Joannis de Rupella *Summa de Anima.*
Tractatus de Anima.
Joannis Tythleshale *Quaestiones de Anima.*
Ivo Parisiensis.
„ Ludovici Peuteni *Trilogium animae.*
Ludovici Rodriquez Noyensis *Comment. in 1. & 2. de Anima.*
„ Marci Viti. * al. Vitus Piza, *De di„ vino, & humano intellectu juxta „ Peripateticos.*
Maurus Saracenus.
„ Melchioris Frizolii *De Anima lib. 3.*
„ *Dialogus de Anima.*
Natalis Taillepied *Tractatus de apparitione spirituum* &c.
Octaviani Ravennatis *In libros de Anima.*
Pauli Sampsonis *De trium animae graduum perfectione.* in add.
Petri Antonii Rosini *Compendium librorum de Anima.*
„ Petrus Aquilanus.
Petri Ravennatis *De artificiali memoria.* v. add.
„ Philippi Gesualdi *Plutosophia, seu „ ars memoriae.*
„ Raymundi Lulli *Opera multa.*
„ Roberti de Bastia *Liber de Anima.*
„ Roberti Caraccioli *De immortalitate „ animae.*
„ Samuelis de Castinis *Quaestio dispu„ tata de immortalitate Animae.*
In libros de Anima Commentar.
Victor Brunus.
Vincentius Ciorla.
Vitus Piza scripsit *De divino, & humano intellectu.*
„ Urbani Hydruntini *De animae immor„ talitate.*

In Metaphysicam.

Adam Bocfeldius.
Adam de Marisco. in add.
Adriani Bratkowicz *Commentar. in 12. libros Metaphysices ad mentem Scoti.*
Alberti Metensis *Commentarii in Metaphysicam Aristotelis.*
Alexander de Alexandria.
„ Alexander Halensis.
Andreae Rochmanii *In Metaphysicam juxta mentem Scoti.*
Angelus Lucidus correxit *Antonii Andreae Quaestiones in Metaphysicam.*
Antonii Andreae *Quaestiones*, & *Expositio in 12. libros Metaphysices.*
Antonius Cottonius.
„ Antonii Trombettae *Quaestiones quod„ libetales Metaphysicae.*
Quaestiones in 12. libros Metaphysices Aristotelis.
Bartholomaei Mastrii *Commentar. in 12 libros Metaphysicor.*
Basilii Polimiacensis *De ente universalissimo secundum Raymundum Lullum.*
Caesar Lippus.
Cornelii Martini *Commentar. in Metaphysicam Aristotelis.*
„ Franciscus Asculanus de Marchia.
Francisci Lycheti *Comment. super 9. libros Metaphysicor.*
Francisci de Fortio *Comment. super 12. libros Metaphys.*
„ Francisci de Mayronis *De univoca„ tione entis.*
„ Franciscus de Valentia Padi.
„ Georgius de Pera.
Gulielmus Occham.
Hieronymi Roberti *De entis divisionibus.*
„ Hugo Cavellus.
„ Jacobi Malafossae *Expositio in Meta„ physicam Aristotelis.*
„ *Disputatio de subjecto Metaphysicae.* in add.
„ Joannes Coloniensis.
Joannis Foxal *Expositio super Metaphysicam Antonii Andreae.*

Joan-

Phi-

h „ Che-

„ Cherubini Florentini *Norma matri- „ monialis vitæ.*

Cherubini a Nucibus *De Sacramentali Confessione.*

„ Cherubini de Spoleto *De vita con- „ jugali.*

Christophori Feist *Liber pro Confraternitate Chordæ.*

Christophori Moroni *De Confraternitate Chordigerorum.*

Claræ a S. Cruce *Constitutiones pro Monasterio Corporis Christi Neapoli; & alia pro Monasterio S. M. Magdalenæ.*

„ Claudii Medullæ *Constitutiones Mi- „ nor. Observant.*

Clementis Doleræ *Compendium Salmanticensium Statutorum.*

„ Clementis Genuensis *Notæ in Regu- „ lam Clarissarum.*

B. Colettæ *Memoriale eorum, quæ necessaria sunt pro reformatione Ordinis S. Claræ.*

Constitutiones pro Coletanis.

„ Damasi San-Laudensis *Exercitia No- „ vitiorum.*

Didaci de Arze *Dialogus pro Christiano pictore.*

Didaci Bravi *Manuale Notariorum.*

De usu Syndici.

Didaci a S. Francisco *Expositio Regulæ Tertiariorum.*

Dominici Lopez *Constitutiones Cæsaraugustani Collegii.*

Elzearii Dombariensis *Manuale pro Tertio Ordine S. Franc.*

S. Elzearii de Sabrano *Statuta pro regimine suæ familiæ.*

Emmanuelis a Monte Oliveti *Expositio secundæ Regulæ S. Claræ.*

Fausti Gargarelli *Monita compositionis Religiosæ.*

Felicis Franchichini *Constitutiones Urbanæ cum Epistola encyclica.*

Franchichini Riva *Opusculum Chordigerorum S. Francisci.*

Francisci Antonii de Leonibus *Instructio pro Chordigeris.*

Memoriale ex Constitutionibus Urbanis.

„ S. Francisci Assisiatis *Regula FF. Mi- „ norum.*

„ *Regula Clarissarum.*

„ *Regula Pœnitentium.*

Francisci Bordoni *Constitutiones Tertii Ordinis.*

Commentar. in Regulam Tertii Ordinis.

Francisci Calona *Lucerna secreta conscientiæ.*

Francisci Cambariensis *Exercitationes FF. Capuccinorum.*

Francisci Durand *Instructiones.*

Francisci Gonzagæ *Catechismus FF. Minorum.*

Constitutiones generales pro Monialibus S. Claræ, ac Tertii Ordinis S. Francisci.

Instructio pro Sacerdotibus diœcesis Mantuanæ.

Constitutiones Societatis Pauperum.

Franciscus Maceratensis cum aliis edidit *Constitutiones Alexandrinas pro FF. Conventualibus.*

Francisci Mausolensis *De modo faciendi Confessionem generalem.*

De modo gratiam Dei post Confessionem conservandi.

De modo catechizandi rudes.

„ Francisci a Novacuria *Œconomia Chri- „ stiana.*

„ Francisci de Orpheis *Tractatus de or- „ natu mulierum.*

Francisci Ortiz *Formatio vitæ Christianæ.*

Francisci Ortizii Lucii *Summa Summarum.*

Respublica Christiana.

Francisci ab Ossuna *Cynosura omnium statuum hominum.*

Francisci Paludani *Manuale singuli S. Francisci.*

„ Francisci Panigarolæ *Libri duo pro „ instituendis visitatoribus diœcesium.*

Francisci Picardi *Instructio Christiana.*

Francisci Quaresmii *Apparatus pro reductione Chaldæorum ad fidem catholicam.*

Francisci Quiñonii *Regula Sanctimonialium B. V. Conceptionis.*

Francisci Ragii *Monita pro Confessariis tempore pestis.*

Francisci Sampsonis *Constitutiones pro Ordinis regimine.*

Constitutiones pro reformatione provinciæ Marchiæ.

Francisci a Spiritu Sancto *Doctrina Novitiorum.*

Francisci Suriani *Explicatio Indulgentiæ Portiunculæ kal. Augusti.*

Francisci a Torano *Breve Compendium ad Superiores præsertim Minoritas.*

Breve Compendium aliquarum resolutionum ad Generalem Ministrum &c.

Francisci de Velasco *Regulæ, & Constitutiones pro Congregatione Pisana.*

Regulæ, & Constitutiones pro Congregatione Immaculatæ Conceptionis Valentiæ.

Francisci Velasquez *Tractatus de doctrina, & disciplina Novitiorum.*

Francisci Ximenii *Constitutiones pro maj. Collegio Complutensi.*

Francisci Ximenii Gerundensis *De mulieribus.*

De vita Christiana.

Gabrielis Molinæ *Regula Tertii Ordinis cum cæremoniis &c.*

Gabrielis Paez *Ordinationes Tertii Ordinis.*

Gasparis de Fonte *Constitutiones ad regimen Monialium provinciæ Castellæ.*

Gasparis a S. Michaele *Manuale Doctorum.*

Gasparis de Pinarolo *Directorium pro Missionariis.*

Gentilis a Monteflorum *Constitutiones pro regno Hungariæ.*

Georgii Utinensis *Tractatus de officio fidei Inquisitoris.*

Gerardi Oddonis *Cæremoniæ pro receptione ad Ordinem, & ad professionem.*

Constitutiones dictæ Benedictinæ.

Statuta Ordinis edita a S. Bonaventura auxit.

„ * Gilberti Nicolai *Regula Ordinis An- „ nuntiatorum.*

„ *Declarationes ejusdem Regulæ.*

„ *Statuta generalia ejusdem Ordi- „ nis.*

Gilberti de Tornaco *De modo addiscendi.*

Gondisalvi de Vallebona *Ordinationes factæ in Capit. gener.*

Gregorii de Bolivar *Tractatus rationum ad Hispaniæ restaurationem.*

Gregorii Neapolitani *Enchiridion Ecclesiasticum.*

Expositio in Regulam Clarissarum.

Gregorii Valentiani *Auxilium agonizantium.*

Gulielmi a Casali *Declaratio primæ Regulæ S. Claræ.*

Constitutiones pro Sororibus Coletanis.

Gulielmi Farinerii *Constitutiones.*

„ Gulielmi Folvilli *Statutum pro pue- „ ris in Ordine Minorum inducendis.*

Gulielmi Nottinghami *Regula vivendi.*

Gulielmi Spoelbergii *Manuale FF. Minorum.*

Hieronymi a Castrofurtetto *Ordinationes, & Constitutiones pro bono regimine aliquot Religionum, præsertim Clarissarum.*

„ Hieronymi Comboni *Commentarii in „ Regulam Tertii Ordinis.*

Hieronymi a Merato *Schola FF. Minorum.*

Hieronymi Lapis *De vigilantia pastorum.*

Hieronymi Piceni *Regula Tertii Ordinis S. Francisci.*

Statuta pro retinenda disciplina regularis vivere.

Hieronymi Titi *Constitutiones Urbanæ.*

Hippolyti Liricii *Modo das vita communis pro Min. Convent.*

De Confraternitate Chordigerorum.

Horatii Civallæ *La vedova cristiana.*

Hugonis de Digna *Constitutiones pro sorore sua.*

Hyacinthi Kervee *Statuta Societatis S. Crucis.*

Jacobi Blasei *Methodus compendiaria Confessionis generalis.*

Jacobi Montanari *Acta Capitularia plurium provinciarum.*

Reformatio studiorum.

Manuale de' Frati Minori Conventuali.

Ordini per le Sorelle del Terz' Ordine.

Jacobi a Mozzanica *Ordinationes pro Ordinis reformatione.*

S. Jacobi Piceni *Brevis methodus confitendi peccata.*

Jacobi Polii *Manuale Confraternitatis Ven. Sacramenti Conventus Olivarum.*

Compendium speculi disciplinæ.

Jacobi Saleur *Cæremoniæ pro induendis Fratribus, & Sororibus.*

Uniformitas exercitiorum Religionis.

Observantiæ regulares pro Monialibus Tertiariis.

Joannis Accursii Wolfriser *Funiculus triplex pro Chordigeris.*

Joannis Alberghini *Manuale Qualificatorum S. Inquisitionis.*

„ * Joannis Antonii Delphini *De cœ- „ libatu Religiosorum.*

De tractandis in Concilio Tridentino, & qualiter, & in quem finem Patres ea disserere convenient.

Joannes Antonius Patavinus cum aliis condidit *Constitutiones Alexandrinas pro Minor. Conventual.*

Joannes Baptista a S. Aniano arabice scripsit *Regulam S. Claræ cum expositione, & adnotationibus.*

Joannis Baptistæ Cullæ *Expositio secundæ Regulæ Clarissarum.*

Joannis Baptistæ de Latino *Manuale de' Min. Convent.*

Joannis Baptistæ Manilensis *Statuta pro regimine provinciæ S. Gregorii.*

Joannis Baptistæ Mexicani *Admonitiones pro Evangelii Ministris.*

Joannis Baptistæ Moles *Instructio Novitiorum.*

Joannis Baptistæ Provenzani *Constitutiones pro Tertio Ordine.*

Joannis Baptistæ Visci *Methodus pro reductione rigoris Regulæ ad prima principia.*

„ Joannis Bobadillæ *Instructorium Præ- „ latorum Regularium, præcipue FF. „ Minorum.*

Jo-

Joannis Boneti *Manuale Confraternitatis 7. dolorum Antuerpiæ.*
„ Joannis Byl *De curis, & 'anxietatibus Guardianorum.*
Joannis Cantieni *Constitutiones pro Hospitali S. Francisci Pragen.*
S. Joannis a Capistrano *De instructione simplicium Sacerdotum.*
Constitutiones pro FF. Minor. Regul. Observ.
Constitutiones Martinianæ.
„ Joannis Carillo *Commentarius in Regulam Tertii Ordinis.*
Joannis Fucher *Manuale Prælatorum.*
Joannis de Guadalupe *Statuta pro sua Reformatione.*
„ Joannis Genesii *De civitate Christi.*
Joannis Guallensis *Ordinarium vitæ Religiosæ.*
Breviloquium de sapientia Sanctorum.
Joannis a S. Maria Portocarrero *Statuta pro provincia S. Joseph.*
Joannis Merineri *In Regulam S. Claræ.*
Apuntamientos pro reformatione Ordinis S. Francisci.
„ Joannis de Ovando *Pastorale, seu Instructio Prælatorum.*
Joannis de Pavoa *Statuta pro sua Reformationis regimine.*
Ordinationes pro Monialibus.
Joannis Peckam *Speculum disciplinæ.*
Joannis Rensinck *Manuale Franciscanorum.*
Joannis le Saffe *Nodus salutaris Heroicis Christiani.*
Joannis Serrano *Instructio viduarum Christianarum.*
Joannis de Tomis *Statuta Collegii Theologici Florentini.* in add.
Joannis a Torribus *Commentar. in tertiam Regulam S. Francisci.*
„ Josephi a S. Maria *Tribunal Religiosorum.*
Julii Magnoni *Statuta pro provincia Lusitaniæ.* in add.
„ Laurentii Gulielmi *De bono conjugali.*
„ *Correctorium vitæ humanæ.*
Laurentii a Montepolitiano *Tractatus de externa hominis compositione*
„ Laurentii Spata *Constitutiones pro Ordine Minor. Convent.*
Leandri Montani *Explicatio Regulæ S. Claræ.*
„ Lucæ a Montefurti *Commentar. in Regulam Tertiariorum.*
Lucæ Nini *Constitutiones Theologici Collegii Florentini.*
Lucæ Waddingi *Acta Comitiorum General. Ordinis Minorum.*
S Ludovici Regis *Statuta pro reformatione morum.*
Statuta pro libertate Ecc'esiæ.
Institutiones suo primogenito relictæ.
„ Ludovici de Miranda *Tractatus de sacris Monialibus.*
„ *Commentar. in Regulam Minorum, Clarissarum, & Tertiariorum.*
Instructio doctrinalis pro Novitiis.
Ludovici Pipre *Tractatus de 4. obligationibus Parochorum.*
„ Ludovicus Vicentinus *Constitutiones suæ familiæ Observantium* in compendium redegit.
Lupi Paez *Commentar. in Regulam Tertii Ordinis.*
„ Lupi e Salinis *Speculum eorum, qui Religiosis volent præesse.*
Antidotum abusuum.
„ *Regulæ, & forma vivendi.*
Mansueti e Castillione *Regula Sororum Monasterii Humilitatis B. V. Mariæ.*
Marcelli a Ribadeneira *Privilegia, & decora cincturis S. Francisci.*
Marci Antonii Capelli *Constitutiones pro Reformatis Conventualibus.*
Regulæ SS. Augustini, Benedicti, & Claræ declaratæ.
Marci a S. Maria *Regulæ sodalitatis recommendatorum B. Virginis.*
Marci Vigerii *Declaratio Regulæ S. Francisci de Paula.*
Tractatus de Sacerdotis officio.
Dialogus super reformationem abusus.
Marim a S. Paulo *Constitutiones Monialium Discalceatarum Conceptionis.*
Martini Burguerii *Reformationes Constitutionum FF. Conventualium.*
Matæi N. *Manuale FF. Minorum.*
Matthæi a Nativitate *Manuale Sacerdotum, & secularium pro Missa celebranda, & audienda.*
Melchioris de Rioja *Directio spiritualis pro examine conscientiæ.*
Michaelis Angeli Catalani *Adnotationes compositionis religiosæ.*
Michaelis Angeli Scoti *Regula, & vita populi christiani.*
De reductione Ecclesiasticorum ad communem vitam.
Michaelis Angeli Tapia *Statuta pro Societate SS. Sacramenti.*
Michaelis Angeli Vaginari *Collectio decretorum Capitulorum general., & Constitutionum Ordinis.*
Michaelis Angeli Veneti *Statuta pro Sodalitate Puritatis B. V.*
Michael de Catena.
Michaelis Menoti *Speculum nobilium feminarum.*
„ Michaelis Tabernier *Manipulus Minorum.*
Nicolai Albaspinæ *Thesaurus Indulgentiarum pro gestantibus chordulam S. Francisci.*
Memoriale pro Reformatione ad Paulum V.
„ Nicolai Gazzei *Speculum viduarum.*
Nicolai Langemberg *Instructio pro Confratribus SS. Rochi, & Sebastiani.*
Libellus pro Confratribus chordæ S. Francisci.
„ Nicolai a Monte *Commentar. in Regulam Tertii Ordinis.*
Nicolai N. *Libellus adversus declarationem Regulæ Minorum Nicolai III.*
Nicolai a Spinaciola *Constitutiones Ordinis ad reformationem pertinentes.*
Libellus multarum rerum ad Ministrorum officium spectantium.
Octaviani Spatarii *Methodus corrigendi Regulares.*
Odonis Rigaldi *Tractatus de visitatione provinciarum.*
Orphei Cancellarii *Tractatus de ornatu mulierum.*
Paschalis Codretti *Regula, atque Institutum Tertii Ord. S. Franc.*
S. Petri de Alcantara *Constitutiones.*
Petri de Castrobel *Comment. in lib. Economicæ.*
Petri de Canada *Directorium Curatorum.*
„ Petri Francisci Vercellentis *Comment. in Tertiam Regulam Sancti Francisci.*
Petri Lobo *Statuta pro regimine nonnullarum Confraternitatum.*
Petri Marchant *Imago veri Christiani.*
Constitutiones pro Recollectis Tertii Ordinis S. Francisci.
Petri Martinez *Enchiridion fidelium executorum.*
Petri a Matre Dei *Doctrina Magistrorum, & disciplina Novitiorum.*
Petri Ortiz *Methodus instruendi Novitios.*
Petri Pauli Riva *Regula, indulgentiæ, piaque exercitia pro Tertio Ordine.*
Petri Pelagatti *Liber de ingenuis puerorum & adolescentium moribus.*
S. Petri Regalati *Constitutiones, ritus, & leges pro Cœnobiis de Aguileria, & Abrojo.*
Philippi Boscherii *Notæ in Catechismum Ordinis Equitum Periscelidis.* in add.
Philippi Engolismensis *Novitiatus Hermogenis pro Novitiorum institutione.*
Philippi Fabri *Constitutiones Urbanæ.*
Philippi Gesualdi *Ordinationes pro Societate de Compassione.*
Decreta præparatoria pro reformatione Ordinis.
Ordinationes pro clausura.
Decreta pro vita communi institutione.
Decreta pro reformatione studiorum
Methodus visitandi.
Raphaelis a Fonte *Indulgentiæ Societatis funiculi Franciscani.*
Raphaelis de Nobilibus *Tractatulus de modo peragendi Confessionem generalem.*
Raymundi Galfredi *Memorabilia della Ministris provinciarum.*
Constitutiones pro Mediolanensi provincia.
Raymundi Lacham *Opusculum Indulgentiarum, ac privilegiorum Tertii Ord. S. Francisci.*
Raynaldi Gratiani *Statuta generalia, & Papalia.*
Constitutiones novæ.
Roderici a Deo *Causæ spirituales ad Sacerdotum directionem.*
Rufini Gurgonis *Regula Militum B. M. V.*
Sanctis Thesauri *Declaratio Regulæ S. Claræ.*
„ Sanctori a Melphio *Commentaria moralia in Statuta Ordinis Minor. Observ.*
Thesauri spirituales, & temporales Monasteriorum S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Neapolis.
Sanctori Messanensis *Constitutiones FF. Reformatorum Conventualium.*
Seraphini Pagnii *Trattato delle Indulgenze di Roma.*
Dichiarazione delle Indulgenze.
Servatii Myricani *Enchiridion FF. Minorum.*
Silvestri Bartolucci *Speculum regularis observantiæ.*
Constitutiones pro Reformatis Conventualibus
„ Simonis Rickii *Manuale Confraternitatis chordæ S. Francisci.*
Sixti IV. *Constitutiones, & reformationes pro FF. Ord. Minor.*
Theodori Brixiensis *Monita necessaria pro diversis statibus personarum.*
Thomæ Illyrici *Testamentum.*
„ Thomæ Pisari *Explanatio Regulæ, & Constitut. Tertii Ordinis.*
„ Vincentii Mussart *Regula Tertii Ordinis cum declarationibus, & expositionibus.*
Statuta Tertii Ordinis Strict. Observ. in Gallia.
Zachariæ a Mediolano *Juvenis Capuccinus.*

MATHEMATICA.

Alberti de Saxonia *Tractatus de proportionibus.* in add.

MUSICA.

IN AVERROEM.

Vide supra in *Philosophiam universam*.

MEDICA.

MAGIA NATURALIS.

De

ORATORIA.

RHETORICÆ PRÆCEPTIONES.

EPISTOLÆ.

Jo.

ORATIONES.

Cor-

Joannis Gorel *Orationes*.
Joannis Mthusii *Panegyris in Matthæum Dordracenum*.
Joannis Mariæ Sforza *Panegyris in laudem S. Orontii*.
Joannis a Matrito *Orationes duæ*.
Elogium sacrum S. Elegii.
Joannis Minil *Oratio de potestate Rom. Pontificis*.
Joannis Munoz.
Joannis Nuñez.
Joannis Ortiz Nieti.
Joannis de Ovalle *Panegyris de S. Laurentio*.
Joannis Pauli Pallanterii *Epitaphium Christophori Pallanterii fratris sui*.
„ Joannis Pinedæ *Chria philotimica ad-* „ *versus ambitiosos*.
Joannes Privas scripsit *Discursus panegyricos*.
Joannis Roccæ.
Joannis Samesii *Oratio de S. Ludovico Rege*.
„ Joannis Scalci *Oratio lugubris de An-* „ *tiochena seditione*.
Joannis a Sextola *Orationes in laudem SS. Apollinaris, & Caroli*.
Joannis Stommelii *Oratio pro Scoto contra Iovinum*; & *alia*.
„ Joannis a Trevio *Orationes tres co-* „ *ram Sixto IV*.
Joannis Vargas *Oratio in exequiis D. Margaritæ Austriacæ*.
Josaphat Rothomagensis *Oratio funebris pro Fr. Honorato Benchart*.
Josephi Drujensis *Oratio in obitu Fr. Josephi de Marlais*.
Josephi Mariæ Muzzarelli *Oratio in obitu Fr. Ioi Baptistæ Eucenis*.
Josephi Riccardi *Oratio gratulatoria pro electione Regis Suecia in Regem Poloniæ*.
Josephi de Zisneros *Discursus in publico actu habit*.
Juliani Pasini.
Julii Asigonii.
Julii Burgo *Scoti elegium*.
Julii Leonardi *Orationes Panegyricæ*.
Leonardi Balestrini.
Lucidi Mancinelli *Libri 5. Orationum variorum*.
Lucii Fabri.
„ Ludovici Carvajali *Oratio in Concilio* „ *Tridentino*.
Ludovici Donati.
Ludovici a S. Francisco *Oratio in obitu Fr. Mariæ Valladarii*.
„ Ludovici Imolensis *Oratio de S. Ste-* „ *phano coram Sixto IV*.
„ *Altera de Nomine IESU coram* „ *Innocentio VIII*.
Oratio ad populum Bononien.; & *In funere Card. Ferrici*; & *Card. Bessarionis*. in add.
Ludovici Pirani *Orationes in Conciliis Basileen., & Ferrarien.*
Oratio funebris pro Francisco Cornario.
„ Ludovici de Rebolledo *Orationes funebres*.
Marci Antonii Capelli *Oratio in exequiis D. Lucretiæ Thomacelis*.
Marci Antonii Gambaroni *Oratio in Concilio Tridentino*.
Marci Anton. Ticinensis *Oratio coram Alexandro VI*. in add.
Martini de Castillo *Orationes panegyricæ*.
Martini Gomez *Concio de S. Francisco*.
„ Matthæi Ferchii *Oratio in laudem* „ *Scoti*; & *aliæ*.
Matthæi a Nativitate *Orationes funebres*.
Matthiæ Belintani *Oratio in obitu Alexandri Luzaghi*.

Matthiæ Doringi *Sermo in die S. Francisci in Concilio Basileensi*.
Maurelii Bacilerii *Oratio in funere P. M. Valentini Mandoli Carmelitar. Vic. Gener.*
Mauri Saraceni *Homiliæ tres coram Gregorio XIII*.
Maurii de Valentia.
„ Maximiani Beniami.
„ Melchioris Flavii *Oratio de vera Re-* „ *ligione*.
Michaelis Angeli Cassinæ *Oratio de S. Carolo Borromæo*.
Michaelis Angeli Catalani *Sermones panegyrici*.
Michaelis Avellani *Oratio in obitu Marchionis de Villareal*.
Michaelis Beltran *Panegyris de sac. Stigmatibus S. Francisci*.
Michaelis Ivet.
Michaelis Miserotti *Oratio in Comitiis Generalibus*. in add.
Michaelis Stellæ.
Nicolai Casarei *Oratio in funere Isabellæ Vitellia de Ruvere*.
Nicolai Lautinoviczii *Orationes funebres duæ*.
Nicolai Valla *Orationes funebres*.
Octaviani Phaerni.
Octaviani Præconii *Adhortatio consolatoria ad Siciliæ provinciæ Regem pro suæ conjugis obitu*.
Orationes in Concilio Tridentino.
Paschalis Codretti.
„ Paulini Bellovacensis *Oratio funebris* „ *pro Ludovico XIII*.
Pauli de Mesta *Orationes Panegyricæ*.
„ Pauli Pirotti *Orationes*.
Peregrini Cintari *Oratio de S. Hieronymo*.
Petri de Abreu *Oratio in obitu Duchissæ de Medina cæli*.
„ Petri Antonii Rosmi *Orationes diver-* „ *sæ*.
Elogia Evangelistæ Pellei.
Petri ad Boves.
Petri Calanna *Orationes funebres in laudem Philippi II*.
Petri Galan *Oratio funebris*.
Petri Galatini *Oratio de Domini Circumcisione*.
Petri Gomez.
Petri Gonzalez *Oratio in Comitiis Generalibus*.
Petri Joannis Olivi.
„ Petri Marchant *Oratio funebris pro* „ *Elisabetha Austriaca*.
Petri Matthiæ *Oratio in funere Margaritæ Austriacæ*.
Petri Mazzanti *Oratio in laudem urbis Cremonæ*.
Petri Pauli Carnata *Oratio in laudem S. Caroli*.
Petri Pauli de Valle *Oratio in die complementi tholi Basilicæ Vaticanæ*.
Petri Ravennatis *Oratio ad Ioannem Mocenigum Venetorum Ducem*.
Oratio in Synodo Comunen. in add.
Petri Rodulphi.
Petri a Tebar *Sermo de laudibus S. Bonaventuræ*.
„ Philippi Boschieri.
Philippi Salerni.
Polycarpi du Fay *Panegyris de Martyribus Lugdunen.*
Prosperi Urbani *Oratio de Incarnatione*.
Protasii Porri.
Raphaelis Cassinæ *Oratio de S. Carolo*.
Richardi Astensis.
Roderici a Portillo *Orationes duæ funebres*.
Salvatoris Bartolucci *Oratio in Concilio Tridentino*; & *aliæ*.

Samuelis de Cassinis *Invectiva in prophetiam Fr. Hieronymi Savonarolæ*.
Sanctis Beretæ *Oratio ad M. Anton. Bittonum sui Ordinis Generalem*.
Sebastiani Capotæ *Oratio in obitu Fr. Antonii Chacon T. O.*
Sebastiani Delii *Oratio de laudibus Anconitanæ urbis*.
Sebastiani Ortiz *Oratio in funere D. Ioannis Alphonsi Malacensis Antistitis*.
Sebastiani Palmerini *Oratio in funere P. M. Caroli Florentini*.
Sebastiani Verdeti *Lamentatio in morte Fr. Petri Nicolai Factoris*.
Sixti IV. *Orationes*.
Stephani Dentis *Oratio in funere Catherinæ Sabaudæ*.
Theodori Forestii.
Theodori Pelleoni.
Theophili Palantii *Academiæ morales*.
Spectaculum mortalibus pro morali Philosophia.
Thomæ Avenionensis *Oratio in obitu Ludovicæ Lotharingæ Galliarum Reginæ*.
„ Thomæ Bouchier * *Oratio pro pa-* „ *ce, & disciplina regulari*.
Vincentii Riccii *Imprese sacre*.
Vincentii Venantii *Accademie sacre*; & *alia*.
Urbani Politiensis *Orationes duæ funebres*.
Zachariæ Ulyssiponensis *Consolatio pro obitu Alexandri Farnesii ad Parmenses, & Placentinos*.

Apologiæ speciales.

Adam Blont scripsit *pro Joanne Rege Scotiæ*.
Alberti a Sassiano *Contra Martyrum vituperatores*.
Alexii Hurtado *Assertio Monachismi*.
Ambrosii Mauri *Processus civilis contra Scotum*.
„ Andreæ d'Aleret *Apologia pro Boni-* „ *to Cambassona*.
Anonymi Hispani XVI. *Amica responsio ad quæstionem, an S. Catharina Senensis possit cum stigmatibus depingi*.
Apologia pro privilegio speciali sacror. stigmatum S. Francisci.
Anonymi Hispani XXIX. *Apologia pro Missionariis Regularibus*.
Anonymi Itali XLIX. *Defensio Annalium Capuccinor. Zaccharia Boverii*.
Anonymi incertæ regionis *Tractatus pro PP. Mendicantibus*.
Antonii B.celas *Apologeticum evangelicum pro consanguinitate S. Iacobi cum Christo*.
Antonii Hiquæi *De stigmatibus S. Catharinæ Senensis*.
Antonii a S. Maria alterius *Defensorium Fr. Benedicti a Christo*.
Apologia doctrinæ Scoti.
Apologia pro Dominicanis, & Franciscanis Missionariis.
Antonii Navarro *Defensio Sacelli Dominæ nostræ de Loreto Gadicensis Conventus*.
Antonii Raudensis *Apologia adversus Archidiaconum quemdam, & socios*.
Antonii a Trejo *Apologia pro Rege Catholico Philippo III*.
„ Archangeli Putei *Apologia pro hebrai-* „ *cæ linguæ præstantia*.
Pro defensione doctrinæ Cabalæ, & Joannis Pici.
Barnabæ Interamnensis *De licita, & justa Montis Pietatis erectione*.
Bartholomæi Mastrii *Scotus, & Scotistæ expurgati a querelis Ponchianis*.
„ Ber-

i „ da-

Protasii Porri.
Pithii Theo. *Tragœdia prima Senecæ* metro italico.
Raphaelis de Surdis *Poemata, & Epigrammata.*
Remigii de Beauvais *Magdalena.*
Remigii a S. Romulo *Vita S. Francisci* carmine heroico.
„ Richardi Ledredi *Hymni in Natali Domini.*
„ Roberti Colmani *Carmina diversa.*
Roderici a Deo *Hymni de passione Domini.*
„ Salvatoris Vitalis *Carmen de fertilitate Sardiniæ.*
Samuelis de Cassinis *Carmina.*
Seraphini a Salandra *Adamo caduto Tragedia sacra.*
Silvestri Puppiensis *Più carmina de S. Francisco, & Monte Alvernæ.*
Stephani Odry *Christi nascentis Poemation.*
Theodori Pelleoni *Epigrammata, & Poemata.*
Theophili Palantii *Poemata sacra.*
B. Thomæ de Celano *Sequentiæ duæ de S. Francisco.*
Thomæ Jedburgii *Deploratio patriæ.*
Bellum Anglicum.
Vincentii a S. Angelo *Vitia triumphalis in obitu Card. Scipionis Gonzagæ.*
Cantiones spirituales super hymnum Veni creator Spiritus.
Urbani Lotharingi *Carmen acrosticon in laudem Fr. Francisci de Castillo Velasco.*
Urbani Politiensis *Epigrammata varia acrostica, & Anagrammata sacra.*

POETÆ ILLUSTRATI.

„ Adam Sasbouth *Librum primum Iliados Homeri* totidem latinis carminibus convertit.
Anastasius de Florentia vertit *Virgilii Æneides* italice. v. add.
„ Antonius de Marchia *Libros Dantis Poetæ Hetrusci* in metrum latinum transtulit.
Bartholomæi a Colle *in Dantem*. v. add.
Cherubinus Senensis vertit hetrusce *Æsopi fabulas, adjunctis moralibus sententiis.*
Conradus Celta edidit *Opera poetica spiritualia Hroswithæ Virginis.*
Cornelii Bravi *Declarationes in Poema Torquati Tassi*. in add.
Faustinus Tassus recognovit, edique curavit *Rhytmos italicos Sigibaldi Cini.*
Francisci Titelmani *Commentaria in Hymnos Ecclesiasticos.*
„ Franciscus Tresatius *Cantica B. Jacoponi* commentariis illustravit.
Gregorii Valentiani *Commentaria in Hymnodiam SS Patrum.*
„ Hieronymi Maripetri *Petrarcha spiritualis*. in quo casta reddit *Carmina amatoria Petrarchæ.*
Horatii Civaliæ *Raccolta di Poesie in lode di S. Francesco con annotazioni.*
Joannis Bertoldi *Comment. super Comœdiam Dantis.*
Joannis Pauli Pallanterii *Explanatio in hymnos Ecclesiasticos.*
Joannis Pierii Valeriani Bolzanii *Castigationes in Virgilium*. in add.
Joannis Ridevalli *Comment. super Mythologiam Fulgentii.*
Expositio moralis super Ovidii Metamorphoses.
„ Lucas Waddingus notis, & commentariis illustravit *Jacobiadem Joannis Baptistæ Petrucci.*

„ Ludovicus Cavalli *Franciscíada Francisci Mauri* argumentis, & notis illustrata edidit.
Marcus Ulyssiponensis metro lusitanico vertit *Cantica B. Jacoponi.*
Matthæi Ferchii *Osservazioni sopra la Gerusalemme liberata del Tasso.*
Nicolai de Lyra *Expositio in hymnos Ecclesiasticos.*
Petrus Mazzanti emendavit, & resarcivit *Comœdiam Dantis.*
Philippus Boscherius *Joannis Houdemi Christiados lib.* 2. illustravit.
„ Rogerii Bacconi *Comment. in Virgilium.*
Thomæ Mnrneri *Laudatio Poematum honestorum, & vituperatio impudicorum.*
Urbani Bolzanii *Comment. in Homerum.*
Pyndarum, aliosque aliquos Poetas Græcos latinitate donavit.

GRAMMATICI.

„ Alexandri Barclæi *De pronunciatione gallica.*
„ Alexandri de Hales *Dictionarium difficilium vocabulorum.*
„ *De verbis exoticis.*
Summa originalium nominum.
„ Alexandri de Villa Dei *Doctrinale puerorum.*
Glossarium secundum ordinem alphabeti.
„ Alphonsi a Molina *Ars linguæ Mexicanæ.*
„ *Dictionarium Castellano Mexicanum* &c.
„ Alphonsi Rengel *Ars addiscendi linguam Mexicanam.*
„ *Ars addiscendi linguam Otomianam.*
„ Alphonsi Solana *Dictionarium linguæ Majæ, & Hispanicæ.*
„ Andreæ a Castro *Dictionarium Matlazinglcam* &c.
„ Andreæ de Olmos *Ars addiscendi linguam Mexicanam.*
„ *Ejusdem linguæ dictionarium.*
„ *Dictionaria, & artes discendi linguas Mexicanam, Totonacam, & Vastacam.*
Andreæ Placi *Institutiones Grammaticæ hebreæ.*
Tractatus de vocabulis, & accentibus Hebraicis.
Anonymi Insular. Philippinar. *Vocabolarium linguæ Tagalæ.*
Antonii Aquilani *Institutiones Arabicæ linguæ.*
Antonii Stella *De Grammaticis rudimentis.*
Archangeli Carradorii *Dictionarium arabice, latine, italice.*
„ Bartholomæi Methunæ *Libellus in gratiam eorum, qui trivialibus scholis erudiuntur.*
„ Bernardini Sahaguntini *Ars linguæ Mexicanæ.*
„ *Dictionarium copiosissimum ejusdem linguæ duodecim voluminibus distinctum.*
„ *Vocabolarium trilingue Latinum, Hispanum, Mexicanum.*
Bonaventuræ Buratti *Fundamenta rudimentorum Grammaticalium.*
Conradi Pellicani *De modo legendi, & intelligendi Hebræa.*
„ Didaci de Olmos *Grammatica Indica.*
„ Dominici N. Germani *Fabrica linguæ Arabicæ.*
Elisei Pesentii *Grammatica Hebræa.*
Dictionarium Hebraicum; & alia.

„ Florentii Graji *Grammatica Hibernica.*
Francisci a S. Antonio *Institutio linguæ Tagalæ.*
Francisci Gomez *Varia de idiomate Mexicano.*
Francisci de Guedix *De vocabulis ex Arabica lingua ad Hispanam derivatis.*
Francisci Lucæ *Dictionarium idiomatum insularum Philippinarum.*
Francisci de Mediano *Ars linguæ Moticæ.*
„ Francisci Menezes* *Brevis, ac dilucida accentuum collectio.*
Francisci Molloy *Grammatica Latino-Hibernica.*
„ Francisci Panigarolæ *Grammatica Italico-Gallica.*
„ Francisci Pareæ *Grammatica, & ars pronunciandi linguam Thauquaram.*
„ Francisci de Robles *Tractatus de accentibus linguæ latinæ, & Hebraicæ.*
„ Francisci Toralii *Grammatica Popolaca.*
„ *Dictionarium ejusdem linguæ.*
Francisci Ximenii e Cisneros *Introductiones artis Grammaticæ Hebraicæ*; &c.
„ Francisci Ximenii Gerunden. *Dictionarium linguæ Mexicanæ.*
Gasparis a S. Michaele *Dictionarium, & ars linguæ Canarim.*
Dictionarium aliud eodem idiomate, & Lusitano.
„ Gulielmi Britonis *Grammaticalia quædam.*
„ Hieronymi Combonni *Compendium artis linguæ sanctæ.*
Jacobi Bambini *Methodus in Grammaticam institutiarem.*
Acroamata grammaticalia.
Jacobi (non Ivo) Burdegalensis *Elementa linguæ Hebraicæ.*
Joannis Baptistæ Chiodini *Disputationes Grammaticæ, Orthographiæ* &c. v. add.
Joannis de Ayora *Ars, & Dictionarium linguarum Panoi, Patagaumam* &c.
Joannis Baptistæ de Lagunas *Ars addiscendi linguam Tarascam.*
Joannis a Civelli *Epitomes regularum grammaticalium.*
„ Joannis Edæi *Lexicon originalium.*
Joannis de Oliver *Ars linguæ Tagalæ.*
Joannis Panetii *Ars Grammaticalis.*
Tractatus de accentu, & ortographia.
Joannis de Placentia Hispani *Ars, & Dictionarium linguæ Tagalæ.*
Joannis Syothen *Glossa super* 1. & 2. *partem Alexandri de Villa Dei.*
„ Joannis a Vega *Rudimenta Grammaticæ Indicæ.*
„ Josephi de Berna *Symphonia sacræ lectionis.*
Josephi Cameratensis *Dictionarium Hetruscum.*
Julii Arigonii *Opus Grammaticæ.*
„ Lucæ Waddingi *Tractatus de Hebraicæ linguæ origine, præstantia, & utilitate.*
Ludovici a S. Francisco *Globus, & canon arcanorum linguæ sanctæ.*
„ Ludovici a Villalpando *Grammatica Indica.*
Manfredi Placentiæ *Grammaticales institutiones.*
„ Marchesini a Regio Lepidi *De accentibus, orthographia, & modo exponendi.*
„ Marii a Calasio *Grammatica Hebraica.*

„ Ca-

PRO INSTITUTO ORDINIS MINORUM.

In Regulam Minorum.

Defensi Minores.

INDEX SCRIPTORUM
PER COGNOMINA

Character *italicus* indicat Scriptores relatos a Waddingo; quod & servatur in sequentibus indicibus.

A

k a Ca-

Cor-

a S.

a S. Lau-

Me-

N

La-

S

Smi-

T

V

X

Y

Z

IN-

INDEX SCRIPTORUM
PER NATIONES.

Jo-

Joannes Alanus
Amalio Aquitanus
Angeli
de Aquiano
Arnoldi
de Attigniaco
Ausitanus
Baptista Abricensis
Baptista Andegaven.
Baptista a S. Aniano
Baptista Bazin
Baptista Desvois
Baptista Grimaldus
Baptista a Rocca Sabaudus
Barraud Burdegalen.
de Bassolis
Battandus
Benedictus Brito
de Bernal Burdegalen.
Berliez Chamberien.
Blancona Tolosanus
Boscatellus
Bosquilonus Atrebatensis
Boucher Cenomanus
Breard Brito
Brixius
Cenomanus
Chrysostomus a S. Laudo
Colombi
de Combis
Comes
Consilius
Coquiel
Dampeitus
Degue
Dovetus
Durelle
Fabrica Aquitanus
Fonian Aquitanus
de Fonte
Forsanus Parisien.
Franciscus Bourdemare Normannus
Franciscus Rhemen.
Fucher Aquitanus
Gallicus
Gavinetus
Glabion
Gorel
Gujon
de la Haye
Lagrenus
Lelove
a S. Maria
Marius Scribonius
de Mirabello Burgundus
de Monte
de Montibus
Nodin
Parlhaudus
Perottau
Perrinus Lotharingus a Novocastro
Philippi
Picardus
a Podio Aquitanus
de Porta Burgundus
Porthesius
Privas
Rabusseus
Regioaldus
Rigaldi
Rocha Brito
Rousserius Andegavensis
de Rupella
de Rupescissa Aquitanus
Joannes Samerius
Tistecandus
Yvionis
de Zuvignen Burgundus
Josaphat Rothomagensis
Joseph Caron
le Clere Parisiensis
Drujeosis
Irenæus Avalonensis
Deu Normannus
Munceau
S. Ivo Armoricus
Magistri
Parisiensis
Juvenalis de Terranova
Laurentius Magrius Normannus
Parisiensis
a Villavincentii
Leo Baccon Aquitanus
de Vennes Armoricus
Leonardus Borianus Aquitanus
Dulitis
Livinus N.
Ludovicus Avenionensis
Benedictus N.
Cavalli
Cavien
Chavagnacus
Columbus
a Dola Sequanus
Episcopus Tolosan.
Galliarum Rex
Parisiensis
Paschalis
Pipee
de la Riviere
Marcellinus di Pise Matisconensis
de Ponte Bauvesino
Marcellus Tonnorodensis
Marcus de Berulle
Martialis Brivato Aquitanus
Cenomanensis
Stampensis Parisien.
Martinus de Boscogualterii
Meunsse Royensis
Matthæus le Heurt
Mombrion
Maturinus Gilberti Aquitanus
le Bret
Quadratos Normannus
Mauritius dictus Hibernicus
Hylaretus
Maximus de Guechen
Melchior Flavius Tolosanus
Michael Angelus de Bergon Lugdunensis
Angelus Curretensis
Angelus Rothomagensis
Angelus Tapin Cabilonensis
Gallus
Ivet
Menotus
Natalis Durret
Taillepied
Nathanael le Sage
Nicolaus Albaspina
ab Aquavilla
Bonetus
a Bordo
Cæsaris Burgensis
Corbarius
Gazæus Atrebatensis
Grandis
le Huen
Nicolaus de Lyra Normannus
a Monte
N.
de Nyse
de Orbellis Turonensis
Rodulphi
Odo Rigaldus
de Roini
Oliverius Conradus
Maillardus Armoricus
Juliobonensis Normannus
Otho Comendeus Turonensis
Pacificus a Provino
Scaligerus
Palæmon Quintapolitanus
Pastor de Serrascuderio
Paulinus Bellovacensis
Petrius de la Roche Burgunda
Petrus Alenconiensis
de Annalibus
Aureolus Aquitanus
Bessonius Drocensis
de Blansaco Aquitanus
Bonterius
ad Boves
de Campis
de Campopolito
Chambon
Champolinus Aquitanus
de Cheriaco
de Cornibus
David
Feray
Petrus Gallisardus
Calterius Aquitanus
Joannes Olivi
Mortalinus
de Orbellis Andegavensis
Perquerius Aquitanus
du Puy
Quintinopolitanus
Ravatius
Reginaldus
Revellaudi Aquitanus
Salmerius
Salpini Aquitanus
Tataretus
de Turonia
de Vallibus
de Voyon
Philibertus de Bonavilla Sabaudus
Philippus Engolismensis
de Rovillac
Varagius
Placidus Gallemantus
Polycarpus du Fay
Raphael de Clayes
Dieppeosis Normannus
Nannetensis
Raymundus Augerii Mimatensis
Galfredus Massiliensi
Locham
Petri
Rigaldus
Richardus Cenomanus
Robertus de Bastia Aquitanus
Concio
Massier
Regnaud
Robertus Roques Aquitanus
Rogatianus Parisiensis
Rogerus N. de Provincia
Romanus a S. Brioco
Rosselinus Regensis Episcopus
Scholasticus Castellionis
Sebastianus Maurianensis Sabaudus
Peschius
Silvanectensis
Seraphinus Rothomagensis
Severinus Rubericus
Silverius Abbavillæus
Silvester Vallensis
Simon Fontanus Senonensis
Martin
Normannus
de Senonis
Spiritus de Balma Sabaudus
de Bossorogerio
Stephanus de Alvin
Balifer
Emonerius
Farrovilla
Juliacus
Materre
Octoul
Odry
Theodoricus Andreæ Tolosanus
Thomas Avenionensis
Pitæus Segusianus
Sconchus
Tranquillus a S. Remigio
Valentinus Nannetensis
Valerianus Divionensis
Veranus Caballonensis
Victorinus Poulchet
Vincentius Mustart Parisiensis
Rothomagensis
Vitalis a Furno Aquitanus
Saurati Aquitanus
a Valentia
Urbanus Lotharingus
Willelmus de Cantia Aquitanus
Zacharias Firminus Sequanus
Lexoviensis

GERMANI.

Adam Burvinch
Haniol
Adrianus Rnuffel
Ægidius Beltrami
Passaviensis
Schiesel
Albertus Germanus Stadensis
de Saxonia. in add.
Alexander Alemannicus Saxo.
Andreas Placus
Anonymi
Anselmus de Vienna
Antonius Bruichi a Koninkstein
Maria Schirleus de Rheita
Arnaldus Alostanus
Arnoldus Cæsarius Colonien.
Liezerck Colonien.
Augustinus Alveldensis
Gamber Herbipolen.
Balduinus Brunswicensis
Bartholomæus Agricola de Amberga. in add.
Benedictus Schaffer Osterichensis
Bernardinus Vetruis
Bertholdus Ratisponensis
Reul Limburgensis
Cæsarius Spirensis
Callistus a Neuberga
Christianus Dorsingus Osnaburgen.

Chri-

An-

Antonius Sobrinus Salmanticeen.
a Trejo
Tudanca Toletanua
Vañalea
Vasquez
Velasco
de Vera
Ulloa
Apollinaris Francus
Aichangelus Alarcon a Turre Sillana
Artalos de Alagon de Sostago
Augustinna a Conceptione Matriten.
a S. Francisco
de Hinojosa Beticus
a Tordesiglias
Velasco a Corbuba
Balthassar de Canizal Palentinus
Pachecus Ladesmen.
de Victoria Salmanticen.
a Villafranca
Baptista Fernandez v. Jos Baptista Fernandez
Barnabas N. Hispanus
Bartholomæus de Caravias
Catsnius Majoricen.
Garci Ordoñez
Guerrero
de Molina senior
de Molina junior
Nunez Granatensis
Rico Aragonensis
de la Xara Beticus
Beatrix a Conceptione
de Langa Castellana
Bernardinus ab Angelis
de Arevalo Abulen.
a Corvera
de Laredo
de Oruvalares
Perez de Megs
Sahaguntin,Cantaber
Bernardus de Boil Catalanus
de Caronila
de Fresneda
de Lizana
Blasius a Buyza
Laghina
a Matre Dei
a S. Raphaele
Bonaveotura Alvarez
Armenguel Majoricen.
a S. Marthao
Moneada
a Salinia ,Corduben.
Catharina...
a PlagisSalmanticen.
Christophorua a S. Antonio
Benitez
Morenus
Ortega
Ruisius
Clara de S. Cruce Majoricen.
Claudia a S. Michaele
Claudius a Martyribus Legionen.
Clemens Texero Aragonius
Cosmas Magallanes
Cyprianus a S. Maria
Cyrillus a S. Cruce
Damianus Giner
de Lugone
de Puebla
Rodriquez Compluten.
Didacus de Albuquerque Beticus

Didacua a S. Anna
de Arze
de Basouñivelos
Bermæus
Bravus Bellaleasaren.
Cabrera
de Cea Andensis
Cianeros
a Corduba
a S.Franciseo a Membrilla
a S. Francisco e Castroviridi
a S. Francisco ex Montejo
Izquierdus
Mazon Murciensis
a Medina Reynosua
Murillo Cæsaraugustanus
Nsvarrua Toletanua
Navarrus alter
Olarte Cantaber
Perea
de Quiroga
Rodriquez
de Sicilia
Valades
de la Vega Toletanus
a Vera Abulensis
de Vera Abulensis alter
de Zajes Sotomajor
Dimas Terræ.
Dominicus Biatta
Davila
Lopez Aragonius
a S. Maria
Moran
de Pico ex Sariñena
a Trinitate
Eleonors de Luna
S. Elisabeth Regina
a Medina
de la Pez
de Villeoa
Emmanuel Alconchel
a Jesu
a Matre Dei
de Tamayo
Enecus de Mendoza
Eugenius Oliva
Felix de los Molinos Castellanoa
Ferdinandus Basdeus
del Campo
de Paez Toletanus
Perez
Francisca a Jesu
Franciscus Alcocer
de Angelis a Castroviridi
a S. Anna
a S. Antonio
Antonius Moncada Matriten.
Arriba
de Azevedò
Barahona
Blanco
de Bobadilla
a S. Bonaventura
de Bustamante
Bustamante alter, Aragonius
Castanneri Castellanus
Castellus
de Castillo
de Castillo Velasco
de Çazeres Castellanus

Didacus Cordubensis
Durand
Franciscus de Eicia
Emper
Felix Matritensis
Fernandez
Ferriz Cæsaraugust.
Forma Catalanos
FranciscusAragonen.
de Fraxino Castellanus
Galve Valentinus
Gasco Gallæcus
Gomez
de Guadix
Guerra
Gusmanus
de Herresa
de Herrera Castellanus
Hita Matritensis
Horantius
Hurtado
a S. Jacobo
de Ledesma
Lucenilla Beticus
Loengus
de Madrid
Majorga
a S. Maria
a Martyribus
Marzal Minoricen.
de Medrano
Medrano Castellanus
Mellado
Mendoza
Menezea
Molina
a Montilla
Morenus
Navarrus Castellanus
Nuñez
Ortiz
Ortisiua Arias Castellanua
Ortisius Luciua
ab Ossuna
Ovando
Pampilonensis
Parexa
Peña
de Pista
Quiñonius Legionensis
Rivollianus
de Robles
de Rojas Toletanus
Salazas
Sanchez
de Sanctis Segovien.
Sanzoles
Seguntinua
de Soriano
de Sosa Toletanus
Sosa Castellanus
a Soto
Spinellus
a Spiritu Sancto
Tuado
a Tolosa
Toralius Ubedensis
Torralva Matriten.
de Torres Aragonius
de Vega
de Velasco Hispalensis
Velasquea
de Villafranca Castellanus
Villalupensis
Ximenius a Cisneros
Ximenius Gerundensis Catalanus

Franciscus Ximenius
Ximeniua Xerecen.
Zamora Conchensis
Zsaer Matritensis
Gabriel Calderon
Guillistegui
a S. Hieronymo
Maqueda
de Mata
de Ribera
Taurensis
de Trejo
Vacca
Garsias de Cisneros
Hispanus
Manrique
Gaspar de Fonte Toletanus
Garcia de Cruce Castellanua
de Leon
de Vergera
de Vigachoaga Toletanus
de Uzeda
Generiua de Quesada
Georgiua Antonius Brixanus
Romeo
Gondisalvus N.
Gondisalvus de Vallebona Gallæcus
Gregorius de Bolivar Placentinus
Camera Lara
Fuyas Aragonius
Ruiz Pincianua
Gulielmus de Rubione Aragonen.
Gutierrua de Occampo
Gutierrua a Trejo
Henricus Villalupensis Zamoren.
Hernandus de Moraga
Hieronyma ab Assumptiona
Hieronymus d'Alicante
Cabanillas
Ferrer Aragonen.
de Gama
Mendieta Victerien.
a Monte
Perez
Planes Majoricen.
Ramirez de Arellano
Salmeron
a Segorbio
Tamarit a Tavaria
de Zapata
Jacobus Complutensis
de Meneses
Sanchez
Serra Oriolensis
Ignatius Garcia Majoricen.
Ildephonsus de Pozzuolo
a Vascones
Joanna a S. Antonio
a Cruce Vasquez
Rodriquez Toletana
Joannes Abreu
Ægidius Zamorensia
Alconez Aragonius
a S. Andrea
ab Angelis
Aperte Aragonius
de Aragon
de Araoz
de Argamanes
ab Ayora
Baptista Culla
Baptista Fernandez
Baptista Garcia Castellanus
Baptista Hispanus
Baptista de Lagunas
Baptista Madrigal
m Joan-

Pe-

Petrus Ortiz
de Palacios
Paupes
Regalatus Vallisoletanus
de Roxas
de Salazar Castellanus
Sanchez Arroyo
de Sanctoyo
Selleras Aragonine
Sigler Castellanus
Simun . . .
de Sosa
Terra Catalanus
Thomæ Catalanus
Trigosus
de Valenzuela
de Urbina Cantaber
de Xarava
de Zalamea
Philippus de Ayale Castellanus
Berbegallus Aragonius
Ferriol
e Sosa Cordubensis
e Sosa alter Beticus
Pontius Carbonellus Catalanus
Raphael Bosch Catalanus
Raymundus de Lados. in ed.
Lullus Majoricensis
Rodericus Alvarez
e Portillo
de Ribera Andrade
Sebastianus de Avendano Matritensis
de Brixianos
Capote Beticus
e S. Joseph
Ortiz Beticus
Riberus
Verdetus
Silvius ab Hostabich
Simon Episcopus Pecensis
Stephania ab Incarnatione
Stephanus de Burelles
Guadramiro
de Perea
Tellus . . . Castellanus
Thomas Figam Aragon. in edd.
a S. Francisco
Jordanes
de Spinosa
Silvestri
Vasquez
Turiblus Motolinius
Vincentius Burgensis
e S. Joseph
Vitalis Algezira

HUNGARI

Andreas Nicolai
Anonymus
S. Elisabeth Regina
Fabienus Hungarus
Michael
Pelbartus a Temeswar
Petrus Sifronius

INDI

Antonius Solis Peruanus
Balthassar a Bustamante Peruanus
Didacus de Olmos Peruanus
Gaspar a S. Michaele Indus
Hieronymus de Valera Peruanus
Ildephonsus Brizeño Chilen.
Joannes de Ayllon Limensis
Baptista Mandensis
Joannes Baptista Mexicanus
e Vega Peruanus
Joseph Maldonatus Peruanus
Ludovicus Hieronymi Peruenus
Michael a Purificatione Indus
de Talavera Indus Occid.
N. Negroni Goensis
Petrus a Tebar Aldam Peruanus

ITALI.

B. Ægidius Asisiensis Umber
Leonis Campanus
Luniacus Lemniacensis
a Montefecrato Subalpinus
Pucciarinus Umber Perusinus
Æmilius Cibo Italo-Polonus
Tensini Insuber Cremensis
B. Agnes Asisiensis Sciffi Umbra
Albertinus N. Veronensis
Albertus Bergomensis
de Bononia Æmilius
Brixiensis
a Castrofranco Venetus
Marchesius Æmilius Cotoneolen.
Mediolanensis
Pisanus Hetruscus
de Placentia. in add.
a Sartiano Hetruscus
Tarvisinus Episc., el. Riccus
Vaccetta Bergomen.
Alexandra Sulmonen. Aprusina, al. Fulgines
Alexander Albertinus Picenus a Roccacuntrata
Alexandrinus Insuber
Aslostus Bononien.
Bovius Æmilius Bononien.
Floravantis Bononiensis
Lilii Hetruscus e Montepolitiano
Macaffius a Pontremulo
Pomellus Bononien.
de Rriis Aquilanus
Alexius Segala Insuber a Salò
e Seregno Insuber Mediolanen.
Tudertinus Umber
Alphonsus Cattaneus Cremonen.
Oldradus Mediolanen.
Aloysius Curius Romanus
Puteus a Burgonovo Æmilius
de Scalvè Bergomen. Insuber
Vulcanus Lucanus
Ambrosius de Asisio. in add.
Boldroni. in add.
Mauri Nucerianus
Mediolanensis
Righettus Insuber
Saxius Æmilius Bononien.
Thomasinus Picenus a Ripatransone
Urbinas Picenus, al. Rodulphi
Anastasius de Florentia in add.
B. Andreas Anagninus de Comitibus Campanus
Berna Venetus
Bonfanti Florentin. vel Perusin.
de Castellana, al. Scalimulus Apulus
Cioli Insuber Brixiensis
de Cortili
Ferrarius Insuber Comensis
a S. Gemino Umber
Gislanti Florentinus
Mediolanensis
de Montepolitiano. in add.
Perusinus Umber
Peruzinus Insuber Brixiensis
Zanus Venetus
B. Angela Fulginas Umbra
Angelica Paula de Nigris Mediolaneo.
Angelicus a Caspenedulo Insuber
Angelus Attensis Ligur
de Beautmont Pedemontanus
Cœlestinus a Montecorvino Apulus
a Clavasio Subalpinus
e Comitibus Umber Tiphernas
Elli, el. Hallensis Insuber
Eugenii Perusinus
Feducci Hetruscus e Bibiene
Ferinus Tusculanus
Lucidus Picenus Firmanus
de Nerio Sabinus Reatinus
Pelea Apulus Juvenacen.
Parthenopeus
Petricca Latinus Somninen.
e Picitonu Insuber
e Podio S. Joannis
Salvettus Hetruscus Senen.
Sautini Florentinus
Savonen. el. Savinianen.
Serpetri Umber Perusinus
a Sigestro Ligur
Tancredus Sabinus Reatinus
del Toscano v. Serpetri; & in add.
Vulpes a Montepiloso Lucanus
Anonyma Bononiensis
Anonymi plures
Anselmus Marzanus Apulus Monopolitanus
Antonius Albertini Cæsenas Æmilius
de Angelis Liciensis Apulus
Aquilanus Aprutinus
Aretinus Hetruscus
Ariminensis Æmilius
Asisiensis Umber
Atriensis Aprutinus
de Balocho Insuber Vercellensis
Antonius Barberinus Florentinus
Bartholi Hetruscus Ficeclensis
Bituntinus Apulus
Bonitus a Cucchiaro Lucanus
Cajetenus Campanus
Caputus a Cryptaliis Apulus
Casitius a Sorisilo Insuber
de Cremona Insuber
Crucius Æmilius Mutinensis
e Cubalo Feltrensis
Ferrare
a Francavilla Campanus
Gratie Dei Venetus
Guerescus Procenensis Hetruscus
Interamnensis Umber
e S. Leone Picenus
Litterius a Castelluccia
Lucensis Hetruscus
de Marchia
e Mare Genuensis
Maria Ariacini Ferrarien.
a Masse Hetruscus
e Matelica Picenus
Medices Florentinus
Menna Cremonensis
a Modœtie Insuber
e Mondulphio Picenus
Monelianus Ligur
a Montefalco Umber
Mortari Brixiensis
Mutii a Frecta Picenus
N. Ferrariensis
Niger Aretinus Hetruscus
Paganus Venetus
Palietinus Monelienus Ligur
Placentinus
Posius a Monteilcino Hetruscus
Raudensis Insuber
Rubeus Fossanensis Subalpinus
Rusconus Novocomen. Insuber
Russus a Tufaria Campanus
Sanfelicius Neapolit.
Samminiatensis Hetruscus
de Sapientibus Subalpinus. in add.
Saxulinus Florentinus
Scaragius ab Altamura Apulus
de Sillis Bergomen.
Stelle Insuber Vercellensis
Teurinensis Subalpinus
Thomassinus
Trombette Patavinus
Tumba Picenus Fanensis
e Velentia Insuber
Apollonius Blancus Placentinus Æmilius

Che-

Cherubinus a Nucibus Apulus
Sandolinus Utinensis
Senensis Hetruscus
Spoletinus
Christophorus Bandellus a Castronovo Ligur
Gyprius Genuensis
Gabrielis Senensis
Numajus Forolíviensis Æmilius
a Varisio Insuber
a Veruchio Æmilius
Chrysostomus a Capranica Hetruscus
S. Clara Asisiensis Umbra
Bognia Veneta
Clarus Aretinus Hetruscus
Florentinus Hetruscus
Claudius Cocchi Genuensis
Medulla Mediolanensis
Clemens Bontadosius a Montefalco Umber
Brancasius de Caravinea Campanus
Doiera Monelianus Ligur
Donatuti a Fracta Umber. in add.
Genuensis
Pelandus Bergomen.
Placentinus Æmilius
Pusterla Cremanen.
Thomasinus Florentinus
Cletus Calcaneus Picenus Æsinus
Conradus de Offida Picenus
Constantius Bargelinus Bononien.
Malvetanus a Stroncouio
Neapolitanus
Porta Cremonensis
Romanus
Torri a Sarnano Picenus
Cornelius Ajelus Calaber
Bellanda Veronensis
Biragus Mediolanen.
Carbonus a Celano
Castelluccius Picenus Urbinas
Divus Venetus
Ghirardelli Bononien.
Martini Ferrariensis
Mussus Placentinus Æmilius
Recinetensis Picenus
Crescentius de Gritis Picenus Æsinus
Cyrillus Neapolitanus
Damianus de Capella
de Padua Carrarien.
Tudertinus Umber
Daniel Clemens Juntii Ariminen.
Perusinus Umber
de Retibus a S. M. in Balneo Emilius
de Tolentinis Cremonensis Insuber
Deodatus Insuber
Didacus Tafuri a Lequila Apulus
Dionysius Cominotti Bergomensis
a Costacciaro Umber
Dionysius a Montefalco Umber
Paleottus Bononien.
de Pulinari Florentinus
a Turre de Martinis Umber
Dominica a Paradiso Florentina
Dominicus Bonaventuræ de Fastis Fabrianen.
a Buscherto Umber
Carpone Neap.
de Fossa Florentinus
Interianus Genuen.
a Leonissa Picenus
a Maldura
Mariani Fabrianensis Picenus
a Monteleone
de Padua
Patini Bononiensis
Passoni ex Alba Pompeja
Ponzonus Hetruscus
a S. Agatha Emilius
Brassvola Ferrarien.
a Cotteno
Beterra Brixiensis
Eleutherius Albergonus Mediolanensis
Elias Cortonensis al. Asisien. Umber
Nucci Cortonensis
Elisabeth Farnesia Parmen.
Losa
Eliseus Pesentius Bergomen.
Virolensis Insuber
Emmanoel Jacomellus a Pinarolo Subalp.
Orchius Novocomensis Insub.
Evangelista Bituntinus Apulus
de Bononia al. Santonius
a Canobio Insuber
Marcellinus Hetruscus
de Mominio Hetrus.
Perusinus Umber
Zignanus Genuen.
Eugenius Martinellus de Gavardo Insub.
a Petrarubea Picen.
Euphemius Papiensis Insuber
Euphrasia Alphani Perusina
Eusebius Anconitanus Picenus
Fabius Papazonius
Sinis a Monte Regali Aprutinus
Fabritius Tettamanzi Mediolanen.
Faustinus Gedeonus a Brixia
Tassus Venetus
de Commilionibus Venetus
Garganelli Bononiensis
Federicus Peregrinus Bononien.
Felix Binus Asisiensis
a Cantalicio Sabinen.
Ciatti Perusinus
Francischinus Cassia
Gabrielli a Capradoxo Picenus
Justus Utinensis
Ferdinandus a Belvederio Picenus
Insula Ligur v. in fine Operis
Fidelis a S. Germano Campanus
Flaminius de Grittis
Fortunatus a Perusio
Francisca Farnesia Parmen.
de Triglis a Serrone Picena
Francischinus Riva Mediolanensis
Franciscus de Abbatibus Astensis
Adriani Bononiensis
Æsinus Picenus
Antonius Blondus a S. Severino
Antonius Casimirus Brundusinus Apulus
Antonius de Leonibus Apulus
de Aregatiis Cremonensis
Ariminensis
Asculanus Picenus
ASISIENSIS
Asisiensis
Barbaranus Vicentinus
Bartholus Asisiensis
Benzoni Cremensis Insuber
Betotti a Guilia Æmilius
Bonardus Subalpinus
Bordonus Parmensis Æmilius
Breccia Umber Bettonensis
a Canobio Insuber
de Caronellis a Conegliano
Carophilus Samnites
Castellus Ricchardinas
a Castrocaro Æmilius
Cervinus a Montepolitiano Hetruscus
Como Vicentinus, in add.
a Concha Neap.
Coriolanus Calaber
Cortesius Umber a Montefalco
ab Equis
Fabrianensis Picenus
Faunus a Canthiano Umber
Feltrensis
Filigelli Hetruscus
Florentinus Hetruscus
de Fortio Picenus
de Franchis a Vitrio Lucanus
Francisci Fabrianensis Picenus
Frangipanis Romanus
de Funiano Bononien.
Georgius Venetus
Ghinucci a Montevarchio Tuscus. in add.
Gonzaga Mantuanus
Guidus a M. florum Æmilius
a S. Joseph Suessanus Campanus
Lelius Ubaldinus Florentinus
Luca Placentinus
Lucinianensis Hetruscus
Lugano Insuber
Lugnanus Umber
Franciscus Lychetus Brixiensis
Maceratensis Picenus
Manfredus Regiensis Æmilius
Maninconius a Somnino Latinus
Maria Insuber
Maria Genuensis
Maria Montagnana Æmilius
Maria Pagnotius Pistorien.
Maria Pugnetus Placentinus
Maria de Septalia Mediolanen.
Maria Squarciaficus Genuen.
Maria Vici Fanensis Picenus
Martius a Pergula Picenus
Mauri Hispellensis Umber
Maurus a Montegranario Picenus
Mediolanensis Insuber
a Menabbio Hetruscus Lucen.
a Monteaureo Lucan.
a Montecalerio Subalpinas
a Monteferetro Picenus
Montegrinus
Moriundus a Montecalerio
de Nigro Savonen. Ligur
Nolanus Campanus
Novariensis Insuber
Panigarola Mediolanensis
Perez de Matella
Philetus Ciconiolanus
de Piaggiis Picenas
Pistoriensis Hetruscus
de Pitigianis Aretinus
de Platea Bononian.
a Pontelongo Faventinus Æmilius
Quaresmius Insuber Lauden.
Racolius Picenus, vel Umber
Raggius Genuensis Ligur
Rasinus Subalpinus
Ruginius Insuber
Sampson Brixiensis Insuber
Santoratius Latinus
Seggiari a Manfredonia Apulus
a S. Severino Neap.
a S. Simone Hetruscus
Sordellus Ferrarien.
Spinellus Neapolit.
Spineti ab Aquapurida
Spoletinus Umber
Surianus Venetus
de Torano Neapol.
Torniellus a Novaria Insub.
Toschi Bononiensis Æmilius
Fran-

Joannes Bernardinus a Guardagrillis Aprutinus
de Bertoldis Æmilius
Billi Picenus
Bonvisius Lucensis
Borellus Parmensis
Bramosella Picenus
Brixiensis
a Calvello
Canalis Ferrariensis
Canales alter Ferrarien.
a Capistrano Aprutinus
a Casali Subalpinus
a Castilione Hetruscus
a Caulibus Hetruscus
Cultellinus Bononiensis
Cremonensis
a Curtenova
a S. Demetrio Aprutinus
Dominicus Pandulfus Umber a S. Gemino
Donatus Cicondeli Picenus
Donatus Joannutius Apulus
Fanensis Picenus
Fanensis alter.v add.
Fassatius Mediolanensis
Faventinus Æmilius
Fedanupla Perusinus
Felix
Ferreus Regiensis Æmilius
a Forosempronio Picenus
Franciscus Blancardus Subalpinus
Franciscus Boccarellus Setinus Latin.
Franciscus Bonati Bononien.
Franciscus Bonus Regiensis Æmil.
Franciscus Brixien.
Franciscus Brixiensis alter.
Franciscus Carpensis Æmilius
Franciscus Faernus Cremonensis
Franciscus a Montorio Aprutinus
Franciscus Romanus
Genesius Quaja Parmensis
Gervasil Tuscus
Ghizzola Brixienis
Jucundus Veronen.
a S. Laurentio Tuscus
de Lugo Æmilius
Mapellus Mediolanensis
Maria Caroni Apulus
Maria a Genua
Maria Sforza Apulus
Maria Velmatius a Balneocab.
Maria Zannerus Utinensis
Maria Zavora de Gherzis Aretinus
Minius Picenus de Monte florum

Joannes a Montecalerio Ligur
a Montecorvino Apulus
a Monte S. Mariæ Picenus
a Mortiliano Utinen.
a Neapoli
Parens Florentinus
Paulus Bimbaccius Florentinus
Paulus Pallanterius a Castro Bononien.
Pellicanus Brundusinus Apulus
Petrus Fortis Venetus
Pierius Valerianus Bolzanius in add.
Placentinus
a Plano Carpini Perusinus
Porchetti
de Prato Tuscus
Redaldus Venetus
Riccius Romanus
Ricutius Picenus Camers
a Ripatransona Picenus
Romæus Calaber
de Scopeto Tuscus
de Septimio Tuscus
a Sextola Æmilius
a Sea Tuscus
a Syderno Calaber
a Taliacotio Aprutinus
Tancredi a Colle Tuscus in add.
a Terranova Calaber
Tertius Bergomen.
de Tomanjs Insuber
de Tonsis a S. Marino Picenus in add.
a Trevio Umber
Vallonus Apulus
Vigerius Ligur
Zualardo
Jónselmus de Canova Comen.
Jordanes de Yano Umber
Joseph Accetta Apulus
Bonaventura Valpega Taurinensis
Brunus Venetus
Carlinus
Charavagius Mediolanen.
a Colleamato Picenus
Dondorius Hetruscus.
a Ferno Insuber
Ferrettus Mutinensis
a Leonissa Aprutinus
Maria Muzzarellus Ferrarien.
Oxibiensis Ligur
Piccolomineus Senensis
Reseghinus a Casali Subalpinus
Rosciolus Perusinus
de Rubeis Campanus
Irenæus Brasavolus Ferrarien.
Isidorus Perusinus Italus
Rota Venetus
Julianus a Cavallina Hetruscus
Caustus Picenus a Molleano
Maffeus Volaterranus
Pasinus Picenus.

Julianus Pisaurensis Picenus
Verrochius Florentinus
Julius Arigonius Cremonensis
Bernardinus Capuanus
Burgo Patavinus
Cæsar Figini Mediolanensis
Columbus Asisias in add.
a Corrigio Æmilius
Gemellus Montagnanen. Venet.
Giornata Aprutinus a Populis
Leonardus Hetruscus Aquapend.
Magnanus Placentinus
Prunianus Ferrarien.
Juncta de Bevegnatis Umber
B. Juniperus Assisiensis
Parascandalus Vicoæquensis
Justinus Nursinus Umber
Justus Bonafides Picenus
a Monte Ulmi Picenus
de Rosa Florentinus
Lactantius Artusus Calaber
Interamnensis Umber
Landulphus Caracciolus Neapolitanus
Laurentius Asianensis Hispinas
Bordogna Cornelien.
Brixianus Insub.
Brundusinus Apulus
Cardusius Lucensis
a Casamaxima Apulus
Corbora Hetruscus
Corraduccius Picenus
Fatanus Viola Neap.
Forestanus Hetruscus Piscien.
Gulielmus de Travertagnis Ligur
Massorillus Fulgin.
a Montepolitiano Hetruscus
Reatinus Sabinensis
Spatha Bononiensis
de Tusano
a Vallico Hetruscus
Veronensis
Lelius Mediceus Placentinus
B. Leo Asisiensis
Ravennas in add.
Rubeus Mediolanen.
Valvassorius Mediolanen.
Zambellus Placentinus
Leonardus ab Altare Subalpinus
Balestrini Genuen.
Bergomensis
de Cremona. in add.
a Montepolitiano Hetruscus
Rubeus Giffonensis Campanus
Liberatus Maggati Æmilius
Linus Moronus Florentinus
Livius Galantes Imolensis
Lucas Asisiensis
Ballionius Perusinus
Bituntinus Apulus
Mencholinius Hetruscus

Lucas a Monteforti Neapol.
Nini Senensis
Paciolus Burgensis Hetruscus
Patavinus Venetus
Patavinus alter
Romanus, Organius
de Subereto Tuscus
Lucia Palearia Tusca
Lucianus Soncinus Brixiensis
Lucidus Mancinellus Picenus
Veronensis
Lucius Anguisciola Placentinus
Faber Ariminensis Æmilius
Ludovicus Alidosius Imolen.
Balbus Venetus
Boragius, al. Borojus
Bozzutus Savianen.
Brunus Setinus Latinus
Cælestinus Apulus
Cælestinus Umber
Cæsenas Æmilius
de Castilione Aretino Hetruscus
Ciconiolanus al. Lequedonien.
Corbutius Umber
Cremensis Insuber
a Cruce Vercellen.
de Cumbis Calaber
a Cryptaliis Apulus
Donatus Venetus
ex Filicaria Florentinus
Guerillus a Pinerolo Subalpinus
Imolensis Æmilius
a S. Leone Picenus
de Manganellis a Polla
Mondellus Mediolanen.
Nuti Asisien. in add.
de Pirano Forolivien.
Placentius ab Aquapend. Tuscus
Sanguineto Theaten.
Silvester Picenus
Tana Subalpinus
Tregliotta Apulus
de Triola Genuen.
a Turre Veronensis
Verruccinus Umber
Vincentinus
Vitellianensis Insuber
Manfredus Terdonensis Insuber
Mansuetus de Castellione florent. Hetruscus
Maphinus Cella Cremonen.
Marcellus Sanseverinus Ligur
Marchesinus a Regio Lepidi Æmilius
Marcus Antonius Capellus Atestinus
Antonius Curtius Tarvisinus
Antonius Galitius de Carpenedulo
Antonius Gambaranus Lugiensis
Antonius Guarini Ravennas
Antonius Paganus Forolivien.
Antonius Raynaldus Faventinus Mar-

San-

Sanctes Beretta Insuber
Boncordis Picenus
de Salvis Asisiensis
Thesaurus Romanus
Sanctorus a Melphio
Scipio Belisbona Abellinen.
Sebastianus Cajetanus Campanus
Delius Picenus
Palmerinus Bononien.
Vedrottus Mutinen.
B. Senaus
Seraphinus Cajetanus Campanus
de Castello Umber
Comitanus Faltrensis
Pagnius Hetruscus
de S. Petro Hetruscus
a Salandra Lucan.
Sicardi Subalpinus
Trussus Cremonen.
Servasanctus Hetruscus
Sigismundus a Bononia
Brixiensis
Marissius Mantuanus
Silverius Picerli Umber
Silvester Bartholuccius Asisien.
Placentinus Insuber
Puppiensis Hetruscus
Rossanensis Calaber
Senensis Hetruscus
Simon Ardæus Venetus
Philippi Fulginas
Thomasettus a Villafranca
Zappa Apulus
Sinibaldus de Figlino Hetruscus
Sixtus Cucchius Bergomensis
Sixtus Nursinus Umber
Sixtus Papa IV. Ligur
Sixtus Papa V. Picenus
Sixtus Senensis, in add.
Stephanus Alerius Cremonen.
Bardanus Calaber
Stylensis
Dentis Taurinensis
a Gombolato Subalpinus
Tendensis Ligus
Tofius Umber
Supsamons da Varisio
Thedaldus a Casa Mugellanus Tuscus
Theobaldus de Vigone Subalpinus
Theodorus a Belvederio Picenus
Brixiensis
Forestius Bergomen.
Malossius Cremonensis
MonoriusBononien.
Pelleonus Picenus ab Apiro
Ticinensis
Theophilus Baccalaureus
Brunus Veronensis
Burgundus Rhodiginus
Palantius Hetruscus
Thomas a S. Agatha Æmilius
Bergomensis
Capponus Picenus
de Celano Marsus
a FsignanoMutinen.

Thomas Fulginas Umber
Gratianus a Balneocab.
a Gualdo Umber
Illyricus PicenusAuximan.
a Massa Picenus
Obicinus Insuber
Papiensis Insuber
Taurinensis
Tiphernas Umber
de Tolentino in add.
Tonti Princip.
Vagnoli Umber
Vandini Bononien.
Trebatius Mariottus Picenus
TyberiusFinocchius a Palliano
Valentinus Mantuanus
Servantius Picenus Septemped.
Valerianus Magnus Insuber
a Pinarolo Subalpinus
Valerius Bona Brixiensis
Martellus
Polidorus Patavinus
Venetus
Ubertinus de Ilia Casalensis
a Paganica Aprutinus
Venantius a Fabriano Picenus
Vespasianus Albertaccius Ferrariensis
Uguccionus Perusinus
Vicedominus de Vicedominis Placentinus
Victor Brunus Hetruscus Lucimanen.
Fernus Insuber
Vincentius Aquilanus Apusinus
Bettinus Hetruscus
a Caravaggio Hetruscus
Ciosla Aprutinus
Montorsellus Aprutinus
Riccius Apulus
Rufinus Ligur
Scaptta Subalpinus
Venantius Picenus
Vita Lucensis Tuscus
Vitalis de Vitalibus Subalpin.
Vitus Cortonensis Tuscus
Urbanus Bolzanius Bellunen.
HydruntinusCalaber
de Roma
Venetus
Ursula Formicina Romana
Zacharias Boverius Subalpinus
a Mediolano
Uccolus Ravennas
Zeno Bergomensis
Betti Florentinus, in add.
Zenobius Florentinus

LUSITANI

Accursius a S. Pietro
Alfonsus de Isla
B. Amadeus
Amator a S. Anna
Ambrosius a Jesu
Andreas Guimarnes
a S Maria
Anonyma
Anonymus
Antonius Angelorum
Bacelas
de Curasa
a S. Francisco
Lusitanus, al. Patavinus
Antonius a Matre Dei
a Nativitate
Olano
a Plagis
de Portalegre
Serpensis
Setuval
de Thomar
a Trinitate
Apparitius a S. Antonio
Augustinus a Cruce
Bonaventura Machado
a Plagis
Catharina a Spiritu Sancto
Christophorus Ulyssiponensis
Damasus de Præsentatione
Damianus a Plagis Funchalensis
Didacus Aranha Bracaren.
Cæsar
a Conceptione
Stella
de Silva
Emmanuel Evangelista
ab Insula
a S. Maria
de S. Mathia
a Monte Oliveti
de Niza
Rodericus de Estremoz
Franciscus Brito
Macedo Conimbricensis
a Matre Dei
de Rosario
de Sousa Tavares
Gabriel Paez
Gaspar a S. Bernardino
a Conceptione
Georgius Santjago.
Gometius Ulyssiponen.
Gregorius Hortado de Mendoza
Hieronymus a Jesu Vianensis
a Jesu Ulyssiponen.
Rodericus
Jacobus Carolus
Suarez Ulyssiponen.
Joannes Baptista Feyo
a S. Bernardino
Cardosus
a Conceptione
de la Custa
a S. Francisco Ulyssiponen.
a S. Hieronymo
ab Incarnatione
Jodar
a Matre Dei
a Nativitate
Paduanus
Zeita
Jordanus de Santaren
Laurentius Portel
Ludovicus ab Angelis
ab Ascensione
a Cruce Brigantinus
a S. Francisco Ulyssiponen.
a Nativitate
Marcus Diaz
Ulyssiponensis
Margarita de Noronha
Maria Magdalena
Matthæus a Sosa Ulyssiponen.
Michael ab Angelis
Pantaleo de Aveyro
Paulus a Cruce Ulyssiponen.
a Portiuncula
de Portu
de Trinitate
Petrus a S. Antonio Ulyssiponen.
Petrus Correa Maurensis
de Cruce
a S. Francisco
a S. Maria
da Thomar
Philippus Diez Brigantinus
Robertus a S. Jacobo
Rodericus a Deo
de Santjago
Stephanus
Thomas de Beyra
Brito
de Veiga
Zacharias Ulyssiponensis

POLONI, RUTHENIQUE.

Adrianus Brathovvicz Polonus
Ægidius Polonus
Æmilius Cibo Italo-Polonus Cracovien.
Albertus Deboleski Polonus
Alexander Diaczovicz Polonus
Alexius Borviza Polonus
Andreas Bernardinus Kaliski Ruthenus
Andreas Rochmanius Polonus
Anonymi Poloni
Anselmus N. Cracovien.
Antonius Radomski
Bonaventura Severiensis
Casimirus Posnaniensis
Cyprianus Goldecius
Daniel Niges Cracovien.
Didacus Meler
Fabianus Orzeskovuski
Unechuvoslu
Franciscus Camomilla Præmislien.
de Rodrasem
Sitanius Zamoscen.
Hieronymus Kakovuski
Leopolitanus Ruthenus
Hippolytus Liricius
Joannes Costenus
Evangelista Polonus
Komorovius
Lepnica
Mislanus Leopolien.
Strobnicensis
B. Ladislaus a Gielnovio
Marsomi
Ludovicus Rozicius
Strobtoviczius
Marcus Corona Uladislavien.
Marianus Costeaus
Martinus Rupnimuski
Nicolaus Laurinoviczius Lithuanus
de Sokolniki
Osvaldus a Lasco
Petrus Posnanien.
B. Simon de Lipnica
Stanislaus
Stanislaus alter
de Slapy
Vopolinus
Stephanus Tarcinas
Vincentius Morawski

SARDI, CORSIQUE.

Antonius Cyrneus
Dimas Serpi Calaritanus
Joannes a S. Petro Corsicus
Marianus Nebiensis Corsus
Salvator Melis
Sardus
Vitalis
Seraphinus Squirrus Calaritanus

n Sco-

SCOTI.

SICULI.

SCRIPTORES IGNOTÆ NATIONIS.

FÆMINÆ ERUDITÆ.

SCRI-

SCRIPTORES

PLURIES REPETITI APUD WADDINGUM.

ADamus Goddamus v. *Adam Woddam*
Ægidius Hispanus v. *Jo: Ægidius Zamorensis*
Ægidius Zamora v. *Jo: Ægidius Zamora*
Æneas Jason v. *Faustinus Tarsus*
Albertus de Bascia v. *Robertus de Bastia*
Alexander de Arbitris v. *Alexander Ariostus*
Alexander N. v. *Alexander Fomellus*
Alexius Salamanca v. *Alexius Hurtado*
Alfonsus a Montesino v. *Ambrosius a Montesino*
Alifas de Anglia v. *Robertus Elifas*
Aloysius Cæsaraugustanus v. *Ludovicus Carpensis*
Angelus de Cingulo v. *Gentilis Cingulanus*
Angelus Hallensis v. *Angelus Elli*
Anonymus Hispanus V. v. *Masseus*
Anonymus Hispanus VII. v. *Alphon. a Casarubios*
Anonymus Hispanus IX. v. *Alphonsus a Casarubios*
Anonymus Hispanus XI. v. *Alphonsus a Casarubios*
Anonymus Hisp. XIII. v. *Antonius de Rincon*
Anonymi prov. Aragon. v. *Alphon. a Casarubios*
Anonymus Observantinus v. *Jo: Meder*
Anonymus Minorita v. *Jo: Rigaldi*
Antonius Cortonensis v. *Vitus Cortonensis*
Antonius de Cruce v. *Alphonsus de Cruce*
Antonius Delfinus v. *Jo: Antonius Delfinus*
Antonius a Koningstein v. *Antonius Brulchs*
Antonius N. v. *Antonius Trombetta*
Antonius Patavinus v. *Antonius Trombetta*
Astesanus alter v. *Franciscus de Abbate*
Augustinus Galetus v. *Augustinus Galletius*
Baptista Fernandez v. *Jo: Baptista Fernandez*
Baptista Salvis v. *Baptista Trovomala*
Bartholomeus de Yano v. *Barthol. Apono*
Biga Salutis, al. Hugarius v. *Anonymus Hungarus*
Bonal v. *Franciscus Bonnal*
Bonaventura Bruxellen. v. *Bonav. Speckaert*
Bonetus N. v. *Nicolaus Bonetus*
Bonifacius Gallus v. *Bonifacius de Ceva*
Bridus N. v. *Blndus Senensis*
Brinkelejus Brinchius v. *Gualterus Brinkelejus*
Brito v. *Gulielmus Bri*[illegible]
Chrysostomus San Lauden[illegible] *Jo: Chrys. a S. Laudo*
Dominicus N. v. *Donatus a a S. Agatha*
Florentius Vouiopinus v. *Florentius Burgimus*
Fortunatus Fidelis v. *Benedictus Fidelis*
Franciscus Alvarus v. *Franciscus de Abbatibus*
Franciscus Ampulles v. *Franciscus a S.Simone*
Franciscus ab Aquaputrida v. *Franciscus Spinell*
Franciscus Aretinus v. *Franciscus de Pitigiano*
Franciscus de Campos v. *Franciscus Sanchez*
Franciscus Davila v. *Ferdinandus Davila*
Franciscus Frisatus v. *Franciscus Tresatus*
Franciscus de Hevia v. *Franciscus de Ejcia*
Franciscus a Lauda v. *Franc. Quaresmius*
Franciscus de Marchia v. *Franciscus Asculan.* al. *Rubeus*
Franciscus Ragatius v. *Franc. de Aregattis*
Franciscus Ricardus v. *Franciscus Picardus*
Franciscus le Roy v. *Franciscus Regius*
Franciscus Rubeus v. *Franciscus Asculanus*
Franciscus Stephani v. *Stephanus Brulifer*
Franciscus a Vitrin v. *Franciscus de Franchis*
Germanus v. *Joannes Nass*
Galielmus Cattonus v. *Gualterus Cattonus*
Gulielmus Fulginas v. *Gulielmus de Fulgario*
Gulielmus de la Mare v. *Gulielmus de Mara*
Gulielmus de Oona v. *Gulielmus Varro*
Gulielmus Vorilongus v. *Gulielmus Forleo*
Henricus Jamuensis v. *Henricus a Montejardino*
Henricus Leodiensis v. *Henricus Willot*
Henricus de Oxonio v. *Henricus Cossejus*
Hermannus de Necaemburg v. *Herm. Germanus*
Hermannus de Saxonia v. *Hermannus Bracher*
Hieronymus Cavallus v. *Joannes Conales*
Hieronymus a Viadana v. *Hieronymus Mengus*
Hyacinthus Parisiensis v. *Hyacinthus Kerver*
Jacobus Augustodunensis v. *Jacobus de Chevanes*
Jacobus Bargius v. *Jacobus Malafossa*
Jacobus de Blanchis v. *Jacobus de Alexandria*
Jacobus de Grissanto v. *Jacobus Trisantus*
Jacobus Henricus v. *Jacobus Alexandrinus*
Jacobus de Pistoria v. *Jacobus Pleriae*
Jacobus de Partu v. *Jacobus Garibbi*
Ildephonsus a Sanzoles v. *Franciscus a Sanzoles*
Joannes Anglicus v.
Joannes Asculanus v. *Hieronymus Picenus Asculan.*
Joannes de Blesa v. *Bernardus de Besta*
Joannes Burdigalensis v. *Jacobus Burdigalensis*
Joannes de Cambia v. *Jo: de Combis*
Joannes Coraldus v. *Jo: Rigaldus*
Joannes de Montecasale v. *Jo: a Casali*
Joannes Florentinus v. *Jo: à S. Laurentio*
Joannes Franciscus Nunnus v. *Jo: Nunnez*
Joannes Gravendonk v. *Franciscus Kravendonus*
Joannes Gualterii v. *Petrus Galterii*
Joannes Guascus v. *Jo: a S. Francisco*
Joannes Guyfius v. *Jo: Cuyfius*
Joannes Michaelis v. *Michael Gallus*
Joannes de Miranda v. *Ludovicus de Miranda*
Joannes de Noto v. *Joannes Ricca*
Joannes de Pizano v. *Jo: Pecham*
Joannes Rennemara v. *Jo: Kraneman*
Joannes Rigandus v. *Jo: Rigaldus*
Joannes Saxo v. *Jo: de Erfordia*
Joannes Zamara v. *Jo: Ægidius a Zamora*
Joannettinus Niño v. *Jo: Nunez*
Ludovicus Borojus v. *Ludovicus Berogius*
Ludovicus N. n. 1380 v. *Ludovicus à Lyrano*, al. a Pyrano
Matthias Balbanus v. *Bernardinus Balbanus*
Michael de Mediolano v. *Michael de Carcano*
Nicolaus Veronensis v. *Nicolaus Bettonen.* al. Ferragattus
Paulus Biguntinus v. *Antonius Bituntinus*
Paulus Resinger v. *Petrus Resthingerus*
Paulus Suevus v. *Paulus Scriptor*
Petrus de Mautina v. *Petrus Clius*
Petrus Varrone v. *Petrus Barroona*
Philippus de Ribadeneira v. *Marcellus Ribadeneira*
Philippus Vulterranus v. *Philippus Florentinus*
Richardus Rhemensis v. [illegible] *de Rigoldus*
Richardus de Saxonia v. *Conradus de Saxonia*
Robertus de Russia v. *Robertus de Bastia*
Rogerus Rugosus v. *Rogerus Reymb*
Saxolinus v. *Antonius Saxolinus*
Thomas Lactonus v. *Thomas Bourchier*
Thomas Panormitanus v. *Thomas Calona*
Usvaldus de Arco v. *Osvaldus a Lasko*
Wexillus Ware v. *Gulielmus Varro*

c

S C R I P T O R E S

FALSO INTER FRANCISCANOS NUMERATI.

ÆGidius Cmartus
Albertus Patavinus
Alexander Neckam
Andreas Cappella
Andreas Desmbas
Angelus Cicoli
Angelus Orabona
Antonius Amicius
Antonius e Fantis
Arnaldus Gulielmus Brocarius
Ascelinus
Benedictus Polonus
Claudius Faber
Claudius Rangolius
Conradus de Asculo
Dominicus Pantaleo
Felix Reineccius
Franciscus Lucas
Franciscus Tamayus
Franciscus Zenus
Gabriel Barenus
Gabriel Barrius
Gabriel Hagar
Gulfredus de Fontibus
Godescalcus Holen
Gregorius Papa IX.
Gregorius Pomusaureus
Gregorius Ulyssiponen.
Gualterus Burlæus
Gulielmus de Conchis
Gulielmus Gorris
Gulielmus de Samuco
Henricus Reych
Hieronymus de Nucciarellis
Hieronymus Pancorvus
Horatius Diola
Hugo Blovius
Hugo de Mancestria
Hugo Narbonensis
Jacobus Almainus
Jacobus Cappel
Ildebrandinus de Tuscanella
Joannes Alanus
Jos Baptista de Bois
Joannes Petit
Joannes Bapt. Petruccius
Joannes Beckenhaud
Joannes Faber
Joannes Frugiburgensis
Joannes Genesius
Joannes Houdemius
Joannes Magistri
Joannes Major
Joannes Mambre
Joannes Montesdoca
Israel Erlandi
Leonardus Senensis
Ludovicus Carbo
…udovicus Granatensis
…cus Fabius Varretus
…inus Mersennius
Martinus Abbas
Martinus Baronius
Martinus Morin
Matthæus Rubeus Ursinus
Matthæus Silvaticus
Matthias Svecus
Monaldus de Monaldis
Nicolaus Goram
Nicolaus de Romanis
Paulus Bertus
Petrus Alvernus
Petrus Calo
Petrus Falcus
Petrus Vignamus
Simon Leontinus
Theodoricus Turingus
Thomas de Ceperano
Thomas Palmeranus
Thomas Zerula
Vincentius Hibernus

SCRIPTORES WADDINGI

RELATI SUB ALIO NOMINE IN SUPPLEMENTO.

ANonymus de Fresneda v. *Bernardus de Fresneda*
Anonymus Hispanus IV. v. *Antonius de Curara*
…nymi prov. S. Joseph v. *Anonymus Hisp.* XVIII.
Anonymus Umber est *Paulus a Gualdo*
Anonymus N. del Barco est *Jos de Barca*
Antonius Capellus v. *Marcus Antonius Cappellus*
Ausonius Noctinot v. *Antonius Cettomus*
Bonaventura Æsinus v. *Bonaventura de Iseo*
Franc. Ferrarien. v. Franc. Sordellus
Franciscus de Orpheis v. *Orpheus Cancellarius*
Gerardus Briansonis v. *Guido Briansonis*
Gonsalvus Saurati v. *Vitalis Saurati*
Gregorius Archangelus Lesleus v. *Archan. Lesleus*
Jacobus Paniscotius v. *Jacobus de Melfieto*
Jacobus N. v. *Jacobus Bambini*
Jesualdus Panormitanus v. *Gesualdus Bononia*
Jos Antonius Faventinus v. *Jos Anton. Bratchinus*
Jo. Baptista Triestius v. *Eugenius Triestius*
Jos Franciscus a Regio v. *Jos Franciscus Bonus*
Jos Parmensis v. *Jos Borellas*, vel *Genesius*
Joseph de Berna v. *Joseph Cameratensis*
Hieronymus Boutrius v. *Hieronymus Bocchius*
Hieronymus Brixighellen. v. *Hieronymus Alberici*
Hugatius v. *Anonymus Hungerus*
Laurentius N. v. *Laurentius Arianensis*
Ludovicus e Lyrano v. *Ludovicus e Pyrano*
Ludovicus Tifernas v. *Ludovicus Silvester*
Marcus Vitar Pisa v. *Vitus Pisa*
Marius Tarvisinus v. *Marcus Trevisanus*
Martius v. *Marcus de Camera*
Matthæus Dordracenus v. *Matthæus Weynsenius*
Matthæus Facius v. *Jos Matthæus Soccius*
Matthias Mediolanen. v. *Andreas Mediolanen.*
Michael Arolanus v. *Michael Avellanus*
Morisaracenus v. *Maurus Saracenus*
Nicolaus e Brittonio v. *Nicolaus Ferragutus*
Paulus Bellovacensis v. *Paulinus Bellovacensis*
Petrus Fossechius v. *Petrus Mogul*
Philippus Votingo v. *Philippus de Rotingo*
Rogerus Vittonus v. *Rericus de Vittee*
Seraphinus a Moravia v. *Seraphinus Pagnius*
Sicarius a Clavasio v. *Seraphinus Sicardus*
Stephanus Hibernicus v. *Stephanus de Exonia*
Theodosius Brunus v. *Theophilus Brunus*
Thomas de Albeinga v. *Thomas de Veiga*

INDEX MARTYRUM

TRIUM ORDINUM S. FRANCISCI

PER NATIONES.

ANGLI.

ANonymi 32.
Antonius Brorbeus
Bonaventura Roo
Christophorus Colmanus
Franciscus Bellua
Godefridus
Gulielmus
Hugo Richeus
Joe Baptista
Joe Forestus
Grayus Scotus
Tuit
Paulus a S. Maria Magdal.
Richardus Carteretus
Risbeus
Thomas Belchiauus
Cortus
Pakingont

BALGÆ.

Adrianus Beverlo
Gandavus
Lambertus
Albertus a Leyda
Andreas Dyck
Anonymus
Anonymi duo *Briële*
Anonymi quatuor
Anonymi sex
Anonymi plures
Antonius Benault
Hornariensis
Wertensis
Arnoldus Knsper
B. Cornelius Batavodurus
Mussius
a Platea
Daniel Arendek
Engelbertus Terborgius
B. Franciscus Bruxellen.
Meerbecanus
Godefridus Mervellanus
Guilaldus Dumus
Gulielmus Gandavus
B. Hieronymus Wertens
Jacobus Scurremans
Joannes Amicus
Amstelodamensis
Mahutius
Nardenus
Penneman
Puteanus
Rixtelius
N. *Ruremunde*
N. *Zutphaniæ*
Ludovicus Voets
Martinus Svetens
Nicasius Hesius
Nicolaus Delphius
Pikius
B. Petrus Aschanius
Radulphus Delphius
Raynerius a Liutris
Richardus a S. Anna
B. Theodoricus Endensis
Loer
Thomas Beringhen
Vosilaus

CORSI, SARDIQUE.

Anonymus Corsus
Franciscus Ziranus Sardus
Stephanus de Lanich

GALLI.

Ægidius Cottereau
Americus
Albertus Franeus
Alexius Sampson
Andreas Guez
de Monte
Roberti
Animundus Lunelli Sabaudus
Anonyma Virgo
Anonymus *Castrivillani*
Cholleti
Apamiis
Vindocini
Mauriaci
Anonymi tres *Castrivillani*
sex *Aurelianis*
10. in *Aquitania*
14. ibidem
in *Burgundia*
Apamiis
Lunelli
Antonius Abbas
Brunellus
Carbonarius
Gajins
Malin
a Pulchrovisu
a Rupe
a Turno
Valiot
Arnaldus Viganultus
Balthassar a Prato
Bernardinus Cosinus
Molmerius
Bernardus Boerinus
Dalencus
Genesius
a Turga
Bertrandus a Lazanoba
Carolus Lusachius
Catellanus Fabri
Claudius Gabriel Fabri
Galloys
Moncardetus
Cornelius Objectus
Dionysius Pontanus
Dominicus Beraldus
Godardus
Donatus de Ruticinio
Esmalius Vinacrius
Fortis
Franciscus Battault
Bourgovinus
Burgundus
Drovadeynes
Landegarius
Micambellus
Parrodi
Pellicerius
Pogetius
Tarellus
Gallardus
Gentianus Cordies
Geraldus Bonetus
Gerardus Molmerius
Moysant
Guido Germanus
Gulielmus Bourgogne
Cunctivius
Montanus
Olis
Reriarchus
Scofie
Servasius
Henricus *Gordonii*
Hieronymus a Condriaco
Graissetus
Hubertus a Curia
Humbertus Couritius
Jacobus Laggerius
Lambertus
de Podio
Jesse *Vindocini*
Joachim Dardanius
Joanna Parva
Joannes Aprilis
Bassonus
Beauvoisim
Belluacensis
Benedictus
Berserianus
Bourge
Brosierius
Bruson
Bunius
Caputius
Chalvetus
Chambonius
Cozerius
Gayetus
Gibbosus
Gividrius
Gossonius
Guillotus
Lana
Lantret
Lichet
Liothus
Lumerius
a Lusia
Malay
Meder
Merensis
Moretus
Oliverius
Parisot
Parvus
Paule
Petrus Roncius
Richardus
Rivustortus
Roletus
Santret
de Tellio
Tendricus
Tisserius
Torigneus
Tranquerius
Vachetus
Venglius
Vicinus
Virolantus
Julianus Gileer
Magnesius
Ivo Boyer
Livinus
Ludovicus Balejus
Elveus
Grippius
Panetius
de Plana
N.
Margarita Parva
Martinus Didirannus
Matthæus Monfsjooius
Piquetus
Maturinus de Pulchrovisu
Michael Desmans
Greletus
Nicolaus Clementellus
Lotharenus
Trietus
Oliverius Julianus
Paulus Tonnelierus
Vascellator
Petrus Berottus
Bettonius
Blaocartus
Bonellus
Bonifer
Bergelarius
Bruserius
Cosetus
Gossetus
Guarriguejus
Hoes
Martellus
Mengujus
Molectus
Narbonensis
Odion
Paschalis
Picquet
Prus
de Pulchromonte.
Quartus
Taxierius
Tuelatus
Vabolesius
Philippus Aniciensis
Pontius Chaissy
Raymundus Carbonerius
Roedanus
Roisselius
Rufus
Richardus Burgundus
Rodulphus Giametus
Rogerius Viguerius
Ruello Pictaviensis
Simon *Pragæ*
Stephanus a Barguello
a Borda.
Cortant
Maugis
Narbonensis
Regnacus
Thomas Blasius
Tursanus Fortinus
Vincentius Fortis

GERMANI, BOHEMIQUE.

Adolphus Ardolphi
Anonymi duo *Ransels-dorfii*
duo in *Valachia*
Ano-

Hya-

IN-

INDEX TOPOGRAPHICUS

M A R T Y R U M

TRIUM ORDINUM S. FRANCISCI.

IN AFRICA.

S. Accurtius Italus Marrochii
S. Adjutus Italus Marrochii
Alexander Apulus Cayri in Ægypto
Andreas Spoletanus Fessæ in Mauritania
S. Angelus Italus Septæ in Mauritania
Anonymus in Mauritania
Anonymi duo Marrochii
S. Berardus Italus Marrochii
Damianus a Valentia Hispanus
S. Daniel Italus Septæ
Dominicus . . . Marrochii
S. Donulus Italus Septæ
Electus Italus
Electus Marrochii
Franciscus a Christo Picenus Damiatæ
Franciscus Neapolitanus Cayri in Ægypto
Franciscus Spoletanus apud Damiatam
Franciscus Ziranus Algerii
Hugo . . . Marrochii
S. Hugolinus Italus Septæ
Joannes Calabet in Ægypto
Joannes Etheus Hispanus apud Cayrum in Ægypto
Joannes Martinozzius Hetruscus apud Cayrum
B. Joannes de Prada Hispanus Marrochii
Joannes Zuara apud Cayrum
Leo Italus Septæ
Leo . . . Marrochii
Livinus Gallus in Lybia
Martinus a Spoleto Fessæ
Michael Agnilon Algerii
Michael . . . Argilæ in Mauritania
S. Nicolaus Italus Septæ
Nicolaus a Montecorvino apud Cayrum
S. Otho Italus Marrochii
S. Petrus Italus Marrochii
Petrus N. Hispanus
Petrus Romanus apud Cayrum
Petrus Solvens
B. Raymundus Lullus Numidiæ novæ
S. Samuel Italus Septæ

IN ANGLIA.

Anonymi 32.
Antonius Brorbeus Anglus Londini
Bonaventura Roo
Christophorus Colmanus Londini
Franciscus Bellus Anglus Londini
Godefridus Anglus.
Hugo Richeus Londini
Joannes Baptista Anglus Londini
Joannes Forestus Anglus Londini
Joannes Tuit
Paulus a S. Maria Magdalena Londini
Richardus Charteret
Richardus Risbeus Londini
Thomas Belchianus Londini
Thomas Cortus Londini
Thomas Pakingont

IN ARMENIA, ET MEDIA.

Angelus Spoletanus
Anonymi duo in Media
Antonius a Mediolano Arzengæ ad Eufratem
Franciscus de Petriolo Picenus Arzengæ
Jacobus de Florentia Archiep. in Media
Joannes Rex Armeniæ
Monaldus Anconitanus Arzengæ

IN BELGIO.

Adrianus Beverlo prope Trajectum
Adrianus Gandavus Enchusiæ
Adrianus Lambertus apud Goudam
Albertus Leydensis Duci-silvæ
Andreas Dick Dixmundæ
Anonymus apud Hondschot
Anonymi duo Brielæ in Hollandia
Anonymi 4. . . .
Anonymi 6. Distemii
Anonymi 6. Zutphaniæ in Geldria
Anonymi in Flandria
Anonymi apud Valencenas
Antonius Benault Cortraci
Antonius Hornariensis Brielæ
Antonius Wertensis Belga Brielæ
Arnoldus Knaper Belga
Cornelius Batavodurus Brielæ
Cornelius Mussius Lugduni Batavorum
Cornelius a Platea Enchusiæ
Daniel Arendok Enchusiæ
Engelbertus Terborgius Enchusiæ
B. Franciscus Bruxellensis Brielæ
Franciscus Meerbecanus Lovanii
B. Godefridus Mervellanus Brielæ
Gorgonius a Maldeberto Ruremundæ
B. Guilaldus Damus Brielæ
Gulielmus Goudavus Gertrude-Bergæ in Batavia
Gulielmus Olis Nivellis
Hieronymus Wertens Brielæ
Jacobus Scuttemans prope Ruremundam
Joannes Amicus Lovanii
Joannes Amstelodamensis Lovanii
Joannes Grayus Bruxellæ
Joannes Mahusius Aldenardi
Joannes Nardenus Enchusiæ
Joannes Pennemanus Slusæ
Joannes Puteanus Lovanii
Joannes Ristellus apud Goudam in Hollandia
Joannes . . . Ruremundæ
Joannes . . . Zutphaniæ
Martinus Svetens Belga
B. Nicasius Hesius Brielæ
Nicolaus Delphius prope Antuerpiam
B. Nicolaus Pikius Brielæ
Petrus Aschanius Brielæ
Petrus Pius Gallus Gandavi
Radulphus Delphius Mechliniæ
Raynerius a Lintris Ruremundæ
Thomas Beringhen Thenis in Brabantia
Thomas Blasius Thenis
B. Theodoricus Endensis Brielæ
Theodoricus Loet Zutphaniæ
Vaislaus Belga

IN BOSNIA, DALMATIAQUE

Anonymi 5. Virochii in Bosnia
Anonymi 6. Ramæ in Bosna Argentinen.
Ferdinandus Insula Scutari. v. in fine err. & corr.
Jacobus Zampa Scutari. in fine
Marinus a Cataro Dalmata Catari

IN BULGARIA, ET VACHIA.

Anonymi duo apud Cereth in Valachia
Antonius a Saxonia Bidini in Bulgaria
Benedictus Apulus Bidini
Blasius . . . apud Cereth
Gregorius Tragusiensis Bidini
Ladislaus Hungarus Bidini
Marcus . . . apud Cereth
Nicolaus de Marchia, al. Hungarus Bidini
Thomas a Fulgineo Bidini

IN GALLIA.

Ægidius Cottereau
Aimericus . . . Cholleti
Alexius Sampson Lautrici in Aquitania
Andreas Guez Gallus Bernaji in territ. Leaovien.
Andreas de Monte Gallus Bajoci
Andreas Roberti Gallus Montispessulani
Annmundus Sabaudus Lunelli
Anonymus Virgo in Burgundia
Anonymus Gallus Castrivillani
Anonymus Gallus Cholleti
Anonymus Gallus Apamiæ
Anonymus Gallus Vindocini
Anonymus Gallus Mausiaci in Aquitania
Anonymi 3. apud Castrumvillanum diœces. Lingon.
Anonymi 6. Aurelianis
Anonymi 10. in Aquitania
Anonymi 14. in Aquitania
Anonymi Apamiæ
Anonymi in Burgundia
Anonymi Lunelli
Antonius Abbas Montisguiscardi in Occitania
Antonius Brunellus Montispessulani
Antonius Carbonarius propa Massiliam
Antonius Gajins in comitatu Venaissino
Antonius Malin Gallus apud Montembrisonem
Antonius de Pulchrovisu Brivæ in Aquitania
Antonius a Rupe Lautrici in Aquitania
Antonius a Turno prope Rapistanum in Aquit.
Antonius Valiot.
Arnoldus Viganultus Gordonii in territ. Caturcen.
Balthassar a Prato Gallus Nemausi in Gallia Narbonen.
Bernardinus Molmerius Gallus in Aquitania
Bernardus Boerinus prope S. Maccarium in Aquit.
Bernardus Dalengus apud S. Maccarium
Bernardus Genesius prope S. Maccarium
Bernardus a Turga apud S. Maccarium
Bertrandus Lazanoba Ortensii in Aquit.
Carolus Lusachius Gordonii in territ. Caturcen.
Castellanus Fabri prope Valentiam in Gallia
Claudius Gabriel Fabri Lunelli
Claudius Moncardetus Insulæ in territ. Lingonen.
Claudius Roletus Ravani in territ. Tullensi
Clemens Galloys
Cornelius Obietus
Didacus Hispanus Genevæ
Dionysius Pontanus Ebroicis
Dominicus Beraldus Tarbiæ
Dominicus Godardus Sagii in Neustria
Ermallus Vinacrius Montiniaci in Aquitania
Forus Mausiaci
Franciscus Battault in territ. Nanneten.
Franciscus Burgondus
Franciscus Burgovinus apud Montembrisonem Fran-

o Pau-

Paulus a Perpiniano Catalanus Perpiniani
Petrus Dueñas Granatæ
Petrus a Saxoferrato Picenus Tervellä

IN HUNGARIA, ET TRANSILVANIA.

Joannes Tudertinus in Transilvania
Stephanus Iglodius Hungarus apud Radiem

IN JAPONIA

Alphonsus Ruiz Beticus
Antonius a S. Bonaventura Nangasachi
B. Antonius Duisco Japonen. Nangasachi
Antonius a S. Francisco Japonen. Nangasachi
Apollinaris Francus Hispanus in Vomura
Apollinaris . . . . Arimæ
Bartholomæus Lauel Hispanus Nangasachi
B. Bonaventura Duisco Nangasachi
Clara Japonen. Z magatæ
B. Cosmas Taquias Nangasachi
Didacus a Cruce Philippinen.
Didacus a S. Francisco
Didacus a S. Francisco 2.
Dominicus Japon. Toquinzu
Dominicus Matamo Japo Nangasachi
Dominicus a Nangasaco Nangasachi
Franciscus a Blanco Nangasachi
Franciscus a S. Bonaventura Japo Omuræ
B. Franciscus Carpinterus Nangasachi
Franciscus Cufioye Nangasachi
Franciscus Fampeilapo in Vomura
Franciscus Galba Yendo
Franciscus Gayo Nangasachi
Franciscus a S. Maria Nangasachi
Franciscus Meacen. Medicus Nangasachi.
B. Franciscus a S. Michaele Nangasachi
Franciscus Tamaya Japo
B. Gabriel Duisco Nangasachi
Gabriel Japo Laicus
Gabriel a Magdalena
Garzia Marquez Hispanus in Xicoann
Gaspar Vas Lusitanus Nangasachi
Genesius de Quesada Hispanus
B. Gonsalvus Garsia Indus
Hieronymus a Cruce Hispanus Nangasachi
Hieronymus a Cruce Japo Nangasachi
Hieronymus a S. Joseph
Joachim Japo Zamagatæ
Joachimus Sanguietas Nangasachi
Joannes de Canno
Joannes Hieronymus
Joannes Iquerda Japo Nangasachi
Joannes a S. Maria apud Meacum
Joannes a S. Martha Meaci
Joannes Meyazachi Japo
B. Joannes Quizuya Nangasachi
Joannes Sabioye in Vomura
Joannes Tomachi Nangasachi
Joannes de Torrella Hispanus
B. Leo Carazuma Nangasachi
Leo Cambioye Japo Nangasachi
Leo Japo Nangasachi
Lucas Japonensis Nangasachi
Lucia Japonensis Nangasachi
Lucius de Freitas Nangasachi
Ludovicus Baba apud Facum
Ludovicus Duisco Japo Nangasachi
Ludovicus Gomez Yendi in Japonia
Ludovicus Japonensis Nangasachi
Ludovicus Nifachi Japo Nangasachi
Ludovicus Sasandra apud Facum
Ludovicus Sotellus apud Facum
Maria Japonensis
Maria Naxaexi Japonensis Toquinzu
B. Martinus ab Ascensione Nangasachi
Martinus Gomez
Martinus . . . Tertiarius Nangasachi
Matthæus Abez Japo Nangasachi
B. Michel Cosaquius Nangasachi
Michael Japo Nangasachi
Michael Zakiza Japo Nangasachi
Paulus a S. Clara in Vomura
Paulus Ibariquius Nangasachi
Paulus Suziquius Nangasachi
Paulus Y chi Zam gatæ
Petrus Abulensis Nangasachi
Petrus ab Ascensione in Vomura
Petrus Baptista Hispanus Nangasachi
B. Petrus Xuquexico Nangasachi
B. Philippus a Jesu Mexicanus Nangasachi
Richardus a S. Anna Nangasachi
Thomas Chigungo Japo Nangasachi
B. Thomas Cosaquius Nangasachi
Thomas Japo Nangasachi
Thomas Quizo Japo
Thomas Sacuyoro Japo Nangasachi
Thomas Vo Japo Nangasachi
Thomas a Vomura Japo Nangasachi
B. Thomas Xico Nangasachi
Vincentius a S. Joseph Lusitanus Nangasachi
Vincentius a S. Laurentio Nangasachi

IN INDIA OCCIDENTALI AMERICAQUE.

Albertus Francus Gallus
Andreas ab Ayala Guainamolæ
Andreas de Pilar Corduben. Cascani
Anonymus apud Chile in Peru.
Anonymus Guainamolæ
Anonymi 2. in Chile
Anonymi 2. Osornii in Chile
Anonymi 3. Iratlanis
Anonymi in Chile
Antonius Badajoz in Florida
Antonius Collaris Hispanus Izatlanici apud Xaliscos
Antonius in Florida
Augustinus Rodericus Hispanus in novo Mexico
Balthassar Hispanus in Florida
Bernardinus Cosinus Gallus in Valle Gaudiana
Blasius Rodericus Hispanus Topiqui in Florida
Dionysius Laicus in Cumana in Hispaniola
Franciscus Ægidius Guainamolæ
Franciscus Donzelus in Mexicano a *Chichimecis*
Franciscus Laurentius Hispanus Izatnalici in Guazacatl.
Franciscus Lopetius Hispanus in novo Mexico
Joannes Bernardus ad Platam
Joannes Calerus Izatnalici apud Guanacatlanos
Joannes Clausus apud Zacatecas, seu Chichimicos
Joannes a Cruce
Joannes ab Herrera in Culiacan
Joannes Hispanus Izatnalici
Joannes a S. Maria in novo Mexico
Joannes Padilla apud Tignesignos
Joannes Pizarrus apud Quepianos
Joannes Serradus apud Chichimecos
Joannes a Spiritu Sancto
Joannes a Tapia apud Zacatecas
Joannes de Tobas in Chile
Martinus ab Altamira
Michael de Agnno in Florida
Paulus de Azevedo Lusitanus apud Culiacan.
Petrus Burgensis in Mexicano a Chichimecis
Petrus de Castella in Florida
Petrus a Corpa in Florida
Petrus a Velasco in Florida

IN INDIA, ET ORIENTE

Aldobrandinus de Amanatis Hetruscus in Salamastro
Alphonsus a Solitudine de Olmedo in Insulis Philippinis
Anonymus in Perside
Anonymus Philippinen. apud Sinas
Anonymi 2. prope Goam
Anonymi 2. in Oriente
Anonymi 2. Sumatræ
Anonymi 2. in Zeilan
Anonymi 3. Calicuti
Anonymi 4.
Anonymi 5. apud Fontem Venturam in Canar. Fortunat.
Antonius a S. Anna Hispanus in Molucis
Antonius . . . Chauli
Antonius a S. Maria Cantarien. ad S. Sebast. in Canariis
Antonius a Petrapagana in Suachen in Marirubro
Antonius de Rosatis Mediolanen. in Oriente
Antonius . . . in Salamastro in Persia
Blasius Palominus Hispanus in Molucis
Cosmas a Plagis in Philippin.
Demetrius de Teflisio Georgianus Thamnæ in India
Didacus Muñosius ad S. Sebast. in Canariis Fortunatisque
Franciscus a S. Ildephonso Iguei in Philippin.
Franciscus a S. Joanne Mexicanus apud Sinenses
Franciscus . . . Manicis Caphrorum
Franciscus a S. Maria in Burneo
Felix a S. Severino Picenus Suachen in Mari rubro
Gentilis a Matelica Picenus Turringæ in Perside
Gamiel . . . ad S. Sebastian. in Gomera Canar.
Gulielmus Anglus in Salamastro
Hieronymus a Spiritu Sancto Lusitanus in India
Jacobus Patavinus Thamnæ
Joannes Elvasius in India
Joannes . . . prope Goam
Joannes de Palma Hispanus in Molucis
Joannes . . . Zeilani
Joseph Toseulanus Italus in Suachen in Mari rubro
Isidorius Velasco Hispanus in India
Laurentius Garralda Hispanus in Molucis
Ludovicus Amaranthus Zeilani
Ludovicus Villalupus, al. *Aloysius*, Guadalfagiaræ
Martinus a Guarda in Zeilan
Martinus a Guardia in India
Martinus Laudensis in India
Melchior Ulyssiponensis Fanapatani in India
Petrus Bonifer Gallus in India
Petrus Senensis Thamnæ
Sebastianus a S. Joseph Hispanus in Molucis
Sbetus . . . in India
Stephanus N. juxta Goam.
B. Thomas a Tolentino Picenus Thamnæ

IN ITALIA.

Anonymus Corsus prope Alexianum
Anonymus Italus Anconæ
Annonymus Italus Ariminí
Anonymi 20. apud Mediolanum
Anonymi in Sicilia
Cherubinus a Civitella Aprutinus apud Truentum fluv.
Jacobus a Lauda apud Civitatemplebis
Jacobus . . . Mevaniæ
Petrus ab Arcagnano prope Mediolanum
Philippus . . . Mevaniæ

Se-

pag.	col.	lin.	ERRATA	CORRIGE
29.	2.	43.	SCLAVE	SCALVE
58.	2.	17.	*Joanni*	*Joannis*
83.	1.	31.	scripsit	scripsit :
99.	1.	32.	*Cellectanea*	*Collectanea*
101.	1.	51.	*Ludov.*	*Lodicorum*
107.	2.	20.	1625.	1525.
108.	1.	12.	DCXLIV. =	*deleatur*
		15.	add. = est *Jo: Baptista Fernandez*, de quo infra	
	2.	45.	CARDINALIS	CARDINALIS
110.	2.	4.	legatus	legatus
	2.	26.	Magister	Magister,
112.	1.	50.	ejutqua	ejusque
	2.	14.	Comitiis	Comitiis
129.	2.	57.	*Ecclet.*	*Ecclet.*
132.	2.	50.	dialogum	dialogum
138.	2.	29.	secutus errorem	secutus est errorem
195.	1.	65.	CMLXX.	deleatur
200.	2.	43.	an. 1527. in 8.	in 8.
		68.	add. = v. infra *Jo: Chrysostomus* San *laudensis*, qui idem est.	
206.	1.	48.	add. = *Epistolarum* Cornelii Mussi Regest. autographum magno volum. olim in Biblioth. Card. Stephani Borgia, nunc sac. Congreg. de Propag. Fide hæred. ex asse, teste Cajetano Marini v. cl.	
215.	2.	33.	JUANCOVIE	JUANCOVIC
220.	2.	61.	acribus	auribus
229.	2.	10.	*superstitiones*	*superstitiones*
231.	1.	24.	*nonnuullisque*	*nonnullisque*
233.	2.	61.	antem	autem
235.	1.	19	œnitentiale	pœnitentiales.
237.	2.	66.	add. = FERDINANDUS INSULA de Albicciola prope Savonam Strict. Observ. edidit *Relationem* XVIII. *Patrorum Justinianæ familiæ Chiæ insulæ maris Ægei Dominæ a Turca Cpoli pro Christi fide martyrii corona decoratorum*; quam una cum altera Caroli Spinulæ S. J. Relationa de eadem re vulgavit Augustinus Calcagninus Patritius, & Canonicus Genuen. an. 1655. Genuæ in 4. typis Benedicti Guasci. Anno 1648. die 28. Febr. una cum Fr. *Jacobo Zampa* a Sarnano Piceno Scotari in Albania a Turcis passus est martyrium ex Benedicto Mazzara in Legend. Franc.	
258.	2.	30.	*Lumina*	*Lamina*
298.	1.	48.	claræ	clare
300.	2.	16.	*libro*	*libero*
	2.	64.	leg.	leg.
343.	2.	56.	quo	qua
344.	2.	36.	Benalbii	Menabbii
355.	2.	45.	cum Hispaniam	cum in Hispaniam
		51.	ex Regesto Ordinis	ex Regesto Ordinis
358.	2.	38.	libro arte, atque lepore	libros arte, lepore
367.	2.	40.	JACOLUS	JACOBUS
368.	2.	28.	180.	150.
386.	2.	30.	*Andreæ*	*Andrea*
480.	2.	49.	Regesto mundi	Chronico mundi fol. 237.
	1.	25.	toties sunt debellata furore	toties debellata favore (*sic*)
485.	2.	16.	de &	de quo &
490.	2.	57.	icendum	dicendum
556.	2.	36.	*excusatur Marpurgensium*	*excusatur Guardianus Marpurgensium*
563.	2.	43.	*Nicolau*	*Nicolaus*
588.	1.	9.	BESPTIUS	BESUTIUS
652.	1.	35.	1506.	1509.
695.	2.	38.	ei.	*deleatur*
701.	2.	7.	Japonice	Japonicæ
		24.	LAICS	Laicus
	2.	38.	add. = FERDINANDUS INSULA Ligur, de quo supra, & Fr. *Jacobus Zampa* Picenus a Sarnano martyrio coronatus est anno 1648. die 28. Febr. Scutari in Albania	
706.	2.	3.	add. = JACOBUS ZAMPA = v. supra *Ferdinandus Insula*.	
710.	2.	5.	390.	*deleatur*
714.	2.	2.	FLORENTIUS	FLORENTINUS
775.	2.	16.	an. 1623.	an. 1621. 23. Maji
	1.	49.	Sed & hæc *Legenda B. Gerardi* est opus *Bartholomæi ALBISII* ex Wadd. ad an. 1343. num. 33.	
788.	in fine		= Incipit tractatus Barthol. a Colle: *Cupiens labori pariter, & curiositati nostri temporis providere* &c.	